BIBLIA SACRA.

QVID IN HAC
EDITIONE
A THEOLOGIS
LOVANIENSIBVS
PRÆSTITVM SIT,
EORVM
PRÆFATIO
INDICAT

ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXXXIII.

LABORE ET CONSTANTIA


BIBLIA SACRA.
QVID IN HAC
EDITIONE
A THEOLOGIS
LOVANIENSIBVS
PRÆSTITVM SIT,
EORVM
PRÆFATIO
INDICAT
ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXXXIII.
LABORE ET CONSTANTIA

AD SERENISSIMVM PRINCIPEM ALBERTVM ARCHIDVCEM AVSTRIÆ, SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ Cardinalem, Theologum.

CVM ſacroſancta Biblia typis meis diuulgaturus eſſem, Sereme Princeps, ea cura & fide quantam præſtare Conſtantia & Labore potuiſſem: viſum fuit faciundum, vt tam illuſtre opus illuſtri nomine commendatum in manus hominum deueniret. Atque occurriſti animo meo tu: quem vt compellare velut vindicem adſertorémque huius editionis ve'lem, multa me incitarunt. Altum atque heroicum imprimis genus tuum: quod Imperatoria regiáque ſtirpe præfulgens, micat inter ſtemmata omnis æui. Nam parte altera, Auſtriacam gentem complexus es, quæ tot Principes felici partu dedit orbi: altera, antiquis Hiſpaniarum regibus inſertus. quorum virtus & immortalis fama ad Philippum II. Regem maximum auunculum tuum iam inde à tot ſæculis continua ſerie ſuccreuit. Qui idem re & cognomine Catholicus rex, ducem ſe præſtat ad pietatem omnem & veterem orthodoxámque religionem ſanciendam & firmandam. Atque hoc quidem genus tuum: cum quo adeò & indoles tua eximia & inclytus animus congruit, vt certa nobis fiducia ſit, te quoque inter tam illuſtria nomina, qui ex eodem genere orti viuunt & viuent in æterna fama, futurum velut nouum ſidus. Nam vt omittam alia, in hac iuuenili & nondum conſtanti ætate, non ſolùm veram & antiquam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam conſtanter tueris atque defendis: ſed etiam ſpreta rerum humanarum (quæ plerunque inſtabiles & fluxæ ſunt) ſollicitudine atque cura, totum te ad veræ pietatis & doctrinæ cultum adiungis, & illi vni tanquam dedicas conſecráſque. Rectè quidem & ſapienter. quoniam certè illa vna via ad ſalutem & verè beatam vitam: ideóque iure omni-

bus opibus,& dignitatibus, ſceptris & regnis præferenda. Hanc virilem conſtantiam & animum excelſum ſuſpiciunt & admirantur in te omnes boni: nec immeritò oculos in te coniiciunt, tanquam illum qui ea quæ in perturbatione horum temporum ſoluta aut collapſa ſunt, vincire aliquando debeas, erigere atque inſtaurare. Addo huc ardens atque incitatum ſtudium, quod ponis in crebra imò in adſidua lectione diuinarum litterarum. quod eo libentiùs in te laudo, quia reliquas virtutes communes habes ſanè cum alijs qui ex eâdem illa ſtirpe profecti: at iſta laus, propriè tota eſt tua: ex qua nemo aliquid, non ipſa rerum humanarum inconſtantia, decerpat. Huius autem gloriæ, quam non ſequeris, ſed potiùs ipſa te velut vmbra corpus, fundus & firmamentum eſt verbum Dei. Cuius monumenta, (quæ Diuinis & Apoſtolicis traditionibus fidem abundè faciunt, vt omnia mutuis auxilijs firmentur) cum manuſs. exemplaribus diligenter collata ad te mittimus: vt noſtrum ſtudium, nomen,& ſiquam ex rectè factis dignitatem & bonam exiſtimationem comparauimus, ea tuo præſidio commiſſa, in tuto collocentur. Erit hoc, certò ſcio, tibi gratiſſimum, qui diuinarum rerum ſtudium in maximis rebus numeras. Sed erit etiam per te operæ pretium aliquod ceteris omnibus, qui veteri germanaque doctrina noſtræ religionis, vel perfuſi vel tincti fuerint. Modò ſi, vt ſpero, munus hoc noſtrum facili promptóque animo excepe-ris: calcar mihi addes ad pergendum in editione atque illuſtratione reliquorum ſcriptorum veterum, quibus veræ ſapientiæ explicatio continetur. Deus Opt. Max. te Ser^me Princeps Eccleſiæ ſuæ incolumem ſeruet. Vale.

Serenitatis V. Cliens humillimus

C. Plantinus.

SANCTAE SCRIPTVRAE PROPOSITVM.

VEtus Teſtamentum docet, Deum illum, quẽ coluerunt Adam, Abel, Noë, Abraham, Iſaac, Jacob, Dauid, & cæteri patres, veri Dei cultores, & ideò veram ipſius eccleſiam conſtituentes, ſolum eſſe verum Deum, omnipotentem, æternum; qui propter bonitatem ſuam, verbo ſuo, cælum, & terram, & quæ in eis ſunt creauit; à quo omnia procedunt, conſeruantur & gubernantur; iuſtum & miſericordem, qui omnia operatur in omnibus ſecundum voluntatem ſuam. Genes. 1. 17.28.

Hunc etiam Deum poſt cætera omnia, Adam primum hominem, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſpiritualem, & ideò rectum, creauiſſe; dominúmque creatis rebus in terra præfeciſſe, S.S.E. Cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominũ. Sed huic dignitati *hominis inuidẽs Lucifer, ſapientia cæteris excellens, nolensque diuino præcepto obtemperare, quo ſunt omnes angeli adminiſtratorij ſpiritus conſtituti ad ſalutem hominis, dixit, Aſcendam & ero ſimilis altiſſimo. Verùm cecidit victus eo prælio, de quo Apoc. 12. Michaël & omnes angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt: neque locus inuentus eſt eorum amplius in cælo.* Deinde perſiſtens *diabolus in eodem ſtudio ſubijciendi ſibi hominem & deijciendi de dignitate in qua conditũ nouerat, vt inuerteret ordinem diuinæ ſapientiæ, & ſuum impius ſtatueret: (quia contentio erat cũ Deo de ſapientia, & cum homine de principatu vniuerſi:) fraude deceptos primos parentes in peccatum deiecit; vt ipſi & poſteri omnes propter peccatum, morti, damnationi, & ipſius tyrannidi obnoxij, & vniuerſum, quod erat hominis, iure victoriæ in ſuam poteſtatem redigeret.* Deus deinceps, *vt propoſitum ſuum vrgeret, in ordine diuinæ ſapientiæ ſtabiliendo, & hominis dignitate aſſerenda, victoriam hominis de hoſte diabolo reportandam prædicit per ſemen ipſius quod eſt Chriſtus: vt ad maiorem dignitatem homo eueheretur: tantum abeſt vt à priſtina deprimi potuerit. Sic autem diabolum præda ſpoliandum, vt diuinæ ſapientiæ theſauri hominibus detegerentur, & ipſe coram omnibus hominibus, vt omnium inſipientiſſimus traduceretur.* Interea autem, *dum à patribus promiſſa ſalus & redemptio expectatur, in pluribus hominibus peccandi conſuetudo inualuit; in paucioribus fides vera, obedientia & pœnitentiæ ſtudiũ quæ primum parentem ſaluum fecerant, adeò vt Deus vniuerſos homines, familia Noë tantùm excepta, deleuerit, à qua poſteà vniuerſum inſtauratum, grauibus iterum & multis peccatis implicatum eſt. quamobrem Dominus ſegregans Abraham, & illius poſteros, ab alijs hominibus circumciſionis ſignaculo promiſſionem redemptionis inſtaurat: atque tandem vt ſe peccatores agnoſcerent, & ardentius oblatam redemptionem expeterent; data eſt lex, quæ peccatum & prauitatem cordis humani indicaret, iram & maledictionem Dei proponeret, addita promiſſiones rerum temporalium, & ſuo tempore exhibitæ, ſacrificia inſtituta, prophetiæ propoſitæ, quæ veluti vmbræ quædam, & diuinæ voces, nos ad ſalutem promiſſam accommodatè deducerent.* Philip. 3. Sap. 10. Genes. 6. Genes. 17 Rom. 7. Act. 10. 1. Per. 1.

Nouum teſtamentum docet *Chriſtum illum* [1] *promiſſum ante legem & ſub lege, qui eſt ſuper omnia* Deus *benedictus in ſæcula, magiſter, legifer,* [2] *redemptor, ſacerdos* [3] *& mediator noſter, in plenitudine temporis* [4] *à* Deo *decreti, quo nempe abundabat in mundo iniquitas, ad nos per incarnationem miſſum, vt prædictum fuerat* [5] *à prophetis qui ſui corporis hoſtia* [6] *& ſanguine in veteribus adumbrata ſacrificijs, nos* Deo *patri reconciliaret, lauaret, & mundaret à peccatis; deleret quod aduerſum nos erat,* [7] *chirographum decreti, interius ſanctificaret, regnaret & innouaret, atq. in filios Dei* [8] *adoptans ſibi coheredes, hæredes* [9] *autem vitæ æternæ, & regni cæleſtis conſtitueret. ſic autem Judæos qui ſub lege erant* [10] *redemit, & gentes quæ nõ ſectabantur iuſtitiam, eandem apprehenderunt: & omnes cùm non ſit in Chriſto Jeſu* [11] *diſtinctio Judæi & Græci, adoptionem filiorum redempti acceperunt: ad ſimilitudinem & imaginem Dei, ſanctitatem nempe interiorem & amicitiam dei reuocati concupiſcentiæ perturbationibus* [12] *dominantes, noui homines conſtituuntur; noui teſtamenti & promiſſionum, quas veteres non ſunt* [13] *aſſecuti, participes & diuinæ naturæ* [14] *conſortes: vt abnegantes impietatem &*

1 Ioã. 17. Act. 4
2 Iſai. 53.
3 Heb. 4. Eph. 5.
4 Galat. 4.
5 Ioan. 1.
6 Heb. 9. & 10.
7 Coloſſ. 2
8 Ioan. 1.
9 Rom. 8.
10 Gal. 4.
11 Rom. 3
12 Rom. 6
13 Heb. 11
14 2. Pet. 1

15 Tit.2. 15 *ſæcularia deſideria non configurati amplius deſiderijs carnis, ſobriè, iuſtè, & piè viuamus in hoc*
16 Philip.3. *ſæculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei: qui* 16 *reformabit corpus humilitatis*
noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, vt ſimus in gloriam Dei, & poßimus apparere cum ipſo
Apoc.7. *in gloria, amicti ſtolis albis cum palmis & coronis cantantes, & benedicẽtes Deo, & patri noſtro, læta*
& magnifica voce ſine fine dicentes, Benedictio & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor,
Tob.13. *virtus & fortitudo Deo noſtro, qui fecit nobiſcum miſericordam ſuam.*

Rom.5. 1.Cor.15 In Adam damnatio, in Christo vinificatio, cuius ſumus factura & ædificatio eph.2. & de plenitudine eius omnes accipimus, Ioan.1. quia eſt caput noſtrum. Eph.1. Triden. Seſſ.6.c.3 3 Trident.Seſſ. 6.c.11. Rom.6. Trident. Seſſ.6.c.10 & 11. Trident. Seſſ.13.c. 2. Philip.2. 1.Pet.1. 2 Cor.6. Rom.8. & 5.

Verum & ſi *pro omnibus Chriſtus mortuus, hæc omnia cumulatiſſimè præſtiterit, non tamen*
huius beneficij participes omnes fiunt, ſed ij tantùm, quibus meritum paßionis eius communicatur, in-
fuſa gratia & charitate, per quam Spiritus ſanctus nobis inhabitat; infunditur autem paruulis ante
vſum rationis, per baptiſmum, re ipſa ſuſceptum; adultis verò ratione vtentibus, cùm auxilio gra-
tiæ præuenientis, peccatorum deteſtatione, timore, ſpe, & charitate accommodatè præparati, primùm
baptiſmo re aut voto, deinde poſt baptiſmum, actibus pœnitentiæ Chriſto capiti inſeruntur, vt eidem
compatientes glorificentur. quoniam *autem Deus,* 3 *ſemel iuſtificatos ſua gratia, non deſerit, niſi*
prius ab eis deſeratur, omnes iuſtificati & amici Dei effecti, euntes de virtute in virtutem, de die in
diem renouantur, mortificando membra carnis, & exhibendo arma iuſtitiæ in ſanctificationem, per
obſeruationem mandatorum Dei & Eccleſiæ, cooperante per charitatem fide bonis operibus, quæ conſe-
quitur fidei, ſpei, & charitatis augmentum: licet enim in leuia quædam peccata incidamus; hæc tamen
acceptam iuſtitiam & charitatem non expellunt: cùm ſit illa frequens & quotidiana iuſtorum ora-
tio, Dimitte nobis debita noſtra: in his verò bonis operibus, quibus accepta iuſtitia augetur, præcipuè
numeramus, legitimum Sacramentorum vſum, ſed præſertim ſacræ Euchariſtiæ: per quam perfectius
& arctius Chriſto ſponſo vniti & coniuncti recolentes memoriam paßionis eius, pignus vitæ immor-
talis retinemus: cum timore & tremore ſalutem noſtram operamur: in vigilijs, in eleemoſynis, in ora-
tionibus, oblationibus, in ieiunijs & caſtitate, vt ſpiritu facta carnis mortificemus; ſcientes quòd in
ſpe gloriæ & non in gloriam renati ſumus, vt in pugna quæ ſupereſt cum carne, mundo, & diabolo,
victores eſſe poßimus, ad laudem & gloriam Dei. Amen.

FACVLTATIS THEOLOGICAE IN VNIVERSITATE LOVANIENSI DECANVS, LECTORI S.

VM ſacra Scriptura Dei opt.max. benignitate fidelibus data ſit, tanquam certiſſimum Catholicæ fidei & religionis fundamentum; ideoque indignum ſit & eius maieſtate & Chriſtianorum pietate, eſſe eam vllis aut vitiis aut mendis contaminatam: viſum fuit Facultati noſtræ Theologicæ, omni conatu & ſtudio in hoc incumbendum, vt vetus & vulgata Bibliorum Latina editio (quam SS. Synodus Tridentina, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus, authenticam habendam declarauit) accuratiſſimè caſtigaretur: idque hac via & ratione, vt ad diuerſa exemplaria manuſcripta quàm diligentiſſimè conferretur, & quæ in illis diuerſimodè legi deprehenderentur, ad diuinarum literarum fontes, veterumque Patrum commentarios examinarentur, & examinata commodis ſignis margini adiicerentur: Iſtis vt adiutus præſidiis, quæ lectio germana, quæ adulterina ſit, prudens Lector facili negotio diiudicare poſſit. Nauauit quidem, ante annos aliquot, in conferendis ad manuſcripta & caſtigandis Bibliis, ſanè laudandam operam, noſtræ Facultatis Doctor Iohannes Hentenius: verùm is, cùm multas & non contemnendas vulgatæ editionis lectiones non reperit, tum eas quas reperit, ad ſacræ Scripturæ fontes minimè reuocauit. ita factum eſt, vt loca plurima meritò corrigenda eius diligentiam fugerint. Quamobrem elegit Facultas noſtra Profeſſores quoſdam ſuos, & eruditione & ſedulitate præſtantes, qui, quæ à ſacrarum literarum ſtudioſis in ſuperioribus editionibus deſiderari poſſent, fideli diligentia perfici curarent: perfectaque Regio Architypographo Chriſtophoro Plantino excudenda committerent. Quæ autem præſtita ſint, illis, quæ ſubſequntur, prolegomenis, indicatur. Louanij ſeptimo Idus Maij anni M. D. LXXIII.

QVID IN HAC BIBLIORVM EDITIONE PRÆSTITVM SIT

IN primis vulgatę editionis Latinæ, lectiones varię, in manuſcriptis exemplarib⁹ deprehenſæ, cum exemplariũ in quibus inuentæ ſunt numero, margini adſcriptæ ſunt. Et iſtud quidem, partim ante annos aliquot Domini Ioh. Hentenij, partim nunc delectorum Theologorum induſtria factum eſt. Cùm enim plurimæ etiam earum lectionum quæ verè noſtri Interpretis videri poſſint, D. Hentenij diligentiã præterierint, additæ ſunt nunc non paucæ, poteruntque ſimili labore adiici plures. Id ergo in primis hac editione præſtitum eſt.

Deinde, vniuerſæ lectiones variæ, tã illæ quas Hentenius inuenit, quàm eæ quæ nunc repertæ ſunt, primùm ad eum vulgatæ editionis Textum, qui in Regiis Bibliis, iuſſu Catholici Regis, ex Complutenſi exemplari, in Officina Plantiniana, nuperrimè excuſus eſt, collatæ ſunt. Neque immeritò: nam etiamſi non omni in loco elimatus, neque ab omni corruptela ſit vindicatus ille textus: tamen, locis plurimis, emendatioribus ſcriptis cõſentiens, genuinam exhibet Scripturæ lectionem: quibuſdam etiam, codicibus vniuerſis, qui & ab aliis, & à nobis cõſulti ſunt, cõtradicens, ſinceram habet interpretis tranſlationem. quippe qui, Cardinali Xemenio teſte, ex delectiſſimis manuſcriptis expreſſus ſit. Quanquam in Pſalmorum libro id ei ſit peculiare, quòd inter Græci textus lineas collocatus, ei planè fuerit accommodatus. Primum igitur ad hunc variæ lectiones collatæ ſunt.

Tum ad veterum Tractatorum textus & cõmentaria examinatæ ſunt; & quorundam quidem librorum, ad plurium, quorũ ſigna in margine perſpiciantur; cæterorum verò, ad vnius, cum adfuit copia. Itaque varię lectiones Geneſeos, Exodi, Numerorum, Deuteronomij, Eccleſiaſtici, & poſterioris partis Ieremiæ, examinatæ ſunt ad Rabanũ; Leuitici ad Radulphum; Librorum Regum, Paralipomenon, Iob, Pſalmorum, Eccleſiaſtę, Iſaię, prioris partis Ieremię, Ezechielis, Danielis, duodecim Prophetarum minorum, Euangelij ſecundum Matthæum, Epiſtolarum D. Pauli ad Galatas, Epheſios, Titum, & Philemonem, ad Hieronymum, aut ea cõmentaria, quæ Hieronymo adſcribi, & inter eius opera legi ſolent; Primi Regum, Eſdræ, Nehemiæ, Tobiæ, Prouerbiorum, Euangelij ſecundũ Marcum, Actorum, Epiſtolę Pauli ad Hebræos, & ſeptem Catholicarum, ad Bedã; Iob, & Cantici Canticorum, ad Gregorium; Pſalmorum & Euangelij ſecundum Iohannem, ad Auguſtinum; Pſalmorum & Euangelij ſecundum Matthæum, ad Hilarium; Pſalmorum quartò & Euangelij ſecundum Lucam, ad Ambroſium; Epiſtolarũ D. Pauli, ad Rom. Corinth. Philipp. Coloſſenſ. Theſſalon. & Timoth. ad ea commentaria quæ Ambroſij titulum ferunt; Apocalypſeos, ad Primaſium.

Præterea expenſæ ſunt eædem lectiones, veteris quidem inſtrumenti, ad Hebraicum, Græcum, & Chaldaicum; noui verò, ad Græcum & Syriacum editionis Regiæ Textus. Quia verò talis propemodum exemplarium Græcorum, qualis Latinorum, diuerſitas eſt, etiam aliarum editionum exemplaria Græca à nobis conſulta ſunt. Ad hęc igitur vniuerſa iam recenſita, variæ lectiones collatæ ſunt.

Cùm autem hæc, aut omnia, aut eorum aliqua, lectioni quæ marginem occupabat, ſuffragabantur, id vel breuiſſimis ſignificatum eſt notis, vel pauciſſimis verbis. Si verò ei concorditer, vel repugnabant, vel ſuam auctoritatem non accommodabant, neque aliunde eius veritas deprehendi poterat, eam aut exigui aut nullius eſſe momenti, certis indicatum eſt ſignis. Quod ſi eorum aliqua, ei volebant lectioni, quæ erat in Textu, etiam id ſæpenumero annotatum eſt. Quandoque verò, non quam lectionem commendarent, ſed quid legerent, poſitum eſt: nonnunquam, quòd, pro qua magis facerent lectione, diſcerni non ſatis poſſet; nonnunquam, quòd, ab ipſis quid legeretur, indicare vtilius videretur.

Adhæc, cùm deprehenſum eſt, diſcrepare Latinam tranſlationẽ à fonte ex quo fluxit, non rarò annotatum eſt; non quòd Verſio vulgata ad eum modũ putetur corrigenda, ſed quandoque, quòd talia ſint, vt videri veriſimiliter poſſit ea ab Interprete tranſlata in aliis Latinis ſcriptis reperiri poſſe; quandoque, quòd eiuſmodi ſint, vt eorum cognitio non parum conferat.

Præterea, cùm animaduerſum eſt, Latinam vocem, caſu, tempore, aut ſimili modo ambiguam eſſe, vox Hebraica aut Græca, ex qua illa olim tranſlata fuit, ſi ad eum modum ambigua non erat, ad marginem eſt notata, vt illius ambiguitas tollatur.

Quia verò prędicta tot ſemper verbis abſolui non potuere, quot marginis anguſtia capiebat, ſeorſum annotata ſunt quorũ capax margo non erat, ea præſertim, quæ ad diiudicandas varias lectiones aut neceſſaria aut vtilia videbantur. Quæ quia eodem volumine Bibliis iungi cõmodè non potuerũt, tum quòd exilibus nimium litteris vtendum fuiſſet, tum quòd plus iuſto volumen excreuiſſet, breui, fauente Deo, ſeorſum, commodioribus excuſa typis, Plantini ſedulitas in lucem dabit.

Priori editione hoc idem polliciti, præ operis difficultate promiſſo ſtare haud potuimus: iam, cùm, Dei auxilio, parata habeamus; ſua Lector exſpectatione, Deo Plantini conatibus adſpirante, non falletur.

Atque hæc præcipua ſunt, eorum quæ huic Bibliorum editioni acceſſerunt.

IVO

QVID

QVID IN HAC BIBLIORVM EDITIONE SIT OBSERVANDVM.

IN primis minimè ignorandum est, illum hac editione prodire Bibliorum Textũ, qui à Domino Hentenio castigatus, & Louanij anno 1547 est excusus: eumque neutiquam mutatum verbis (nam distinctio subinde certis de causis mutata est) ita vt nec germanæ lectiones in Textum relatæ sint; nec spuriæ Textu pulsæ.

Deinde obseruandum est, eas lectiones, pęnè omnes, quas in margine Hentenius collocarat, qualescumque essent, à nobis relictas & examinatas. Nam etsi earum multæ tolli merebantur: tamen, ad aliorum codicum emendationem, eas relinqui, & reiectionis signo notari, vtile videbatur. Quam ob causam quandoque, lectiones nothæ, quæ multos atque etiam eos qui in pretio habentur codices occupant, à nobis sunt additæ, at plerisque earum quas adiecimus, veritatis probabilitas fuit.

Præterea animaduertendum est, eas lectiones quæ Latinorum sunt codicum, eodem cum Textu charactere expressas: eas verò, quæ ex Hebræis, Græcis, aut similibus libris haustæ, in Latinis reperiri non potuerũt, minoribus typis excusas, ne quis arbitretur vulgatã translationem aut lectionem ad eum modum censeri emendandam.

Insuper sciendum est, non semper nobis fuisse curæ, augere manuscriptorum numerum; quamquam id multis in locis iam factum sit: neque enim ex eo censenda est lectio germana, quòd eam plura habeant manuscripta. nam, etiam horum maior numerus meliorem sæpenumero vincit. Frequenter nullum manuscriptorũ adiecimus numerum: quandoque, quòd lectiones essent satis obuiæ, tam in impressis quàm scriptis libris, quales sunt omnes illæ quas D. Hentenius è Textu in marginem, nullo manuscriptorum addito numero, depulerat, quandoque, quòd certus numerus nobis esset ignotus, quippe quæ ex fide dignissimotũ Auctorum Annotationibus aut Commentariis acceperimus.

Adhæc notandum est, Commentatores veteres non semper ad eum legisse modum quo habent adiuncti aut inserti eorum Commentariis Textus. Hoc cùm sæpissimè ex Textus cum commentariis collatione pateat; aliàs quoque, quãdo aut nullus commentarius Textui respondet, aut is qui verba Textus non exprimat, vel ad eum lecta modum ostendat, coniicere licet. Quamobrem mirari non debet Lector, si nonnunquam eas lectiones videat non probatas, quibus signum Textus Commentario Veteris adiuncti vel additum est vel addi potuit.

His adiiciendum est, cùm in margine notatur, quid pro Textu, hoc est, ea lectione quæ in Textu est, faciat, etsi plerumque non exprimantur, semper subaudiri Manuscripta; quandoquidem nihil in Textu legatur, quod in Manuscriptis non reperiatur.

Posthæc declaranda est signorum, quę in huius editionis cùm textu tum margine occurrunt passim, significatio. Eorum autem quædam in solo textu; alia in solo margine; nonnulla & in textu conspiciuntur & in margine.

In solo textu occurrunt ista '' quorum istud ', duæ huiusmodi lineæ, eò vbi collocatæ sunt, referendum significant locum, qui ex alia scripturæ parte citatur in margine.

Denique semicirculus huiusmodi' lectionis variæ terminum demonstrat.

Et in Textu & in margine reperiuntur hęc * - " Asteriscus siue stellula *, id cui in margine præponitur, in notatorum exemplarium textu addi significat, eo loco vbi altera stellula collocata est.

Obelus siue veru ÷, in textu illis dictionibus præfigitur, quæ non inueniuntur in codicibus eodem veru in margine signatis.

" Duæ huiusmodi propendentes virgulæ, id cui in margine præponuntur, haberi indicant in signatorum librorum textu, eius loco, quod eisdem in huius editionis textu notatum est.

" Huiuscemodi tria punctula, illis dictionibus in margine præfiguntur, quæ annotatæ sunt ad earum ambiguitatem tollendam, quę eisdem punctis in textu notatæ sunt.

Est autem monendum, concurrere quandoque lectiones plures, quę eodem signo incipiant, & semicirculis diuersis claudantur, vel è contra, diuersis inchoëntur signis, & eodem terminentur semicirculo; tumque signorum & semicirculorum situm diligenter obseruandum, & ordinis lectionem in margine, si generis eiusdem signis notatæ fuerint, rationem habendam.

Signa, quæ in solo conspiciantur margine, plura sunt.

MS. exemplaria Latina editionis vulgatæ Manuscripta, quorum ea est lectio cui adduntur, designat: atque horum numerus ferè adiungitur. MS.

R. lectionem illam cui adiicitur, ei consonare vulgatæ editionis Textui qui in Bibliis Regiis est, indicat. R.

Rab. sic Rabanum legere, vel saltem textum commentariis eius adiunctum significat. Rab. & similia.

Sic Aug. ita Augustinum legere, aut saltem textum enarrationibus eius insertum, demonstrat. Simile est de aliis huiusmodi; quæ vt paucis explicentur, Rad. Radulphum, Hier. Hieronymum, B. Bedam, Greg. Gregorium, Hil. Hilarium, Amb. Ambrosium, Pr. Primasiũ denotat. Quòd si cuius ex his Patribus nomen paulò expressius positum fuerit, Raban. Radul. Hieron. Beda, Gregor. Aug. Hilar. Ambros. vel Primas. insinuatur, ex ipsis Patris commentariis colligi, sic ab eo lectum fuisse, quamuis, qui ipsis adiunctus est Scripturæ textus, aliter habeat. Raban. & similia.

H, lectionem cui apponitur, Hebræo textui, vel conformem esse, vel propius accedere, commonstrat. H.

G, idipsum de Græco textu Regiorum Bibliorũ ostendit. Additur (Regiorum Bibliorum) nam si G q (quod est Græca quædam) positum fuerit, indicatur, non Græco Regiorum Bibliorum textui, sed aliis quibusdam exemplaribus Græcis illam consentire lectionem. G. G q.

C, Paraphrasim Chaldaicam, quæ in Regio extat opere, pro illa facere lectione, signat. C.

s. ...s, Syriacũ eiuſdem operis textum, illi velle lectioni, notat.

Ms.q Ms q. Manuſcripta quædam ſic legere ſignificat. Non ſignificat autem pauca eſſe, quæ hoc modo habeant manuſcripta; ſed hanc eorum, ſiue multa ſint ſiue pauca, lectionem, minus eſſe probabilem atque alteri vel aliis poſtponendam; eiuſmodi tamen, quæ non ſit planè reiicienda.

o. o, quod apud Arithmeticos nota eſt nihili, docet eas quibus adiicitur Latinorum codicum lectiones (non enim niſi Latinorum exemplarium huiuſmodi ſunt lectiones, quamuis Ms non addatur) exigui eſſe aut nullius momenti, ac ferè tales quæ meritò reiiciantur & omittantur. Id autem ſilentio prætereundum non eſt, duo hæc poſtrema ſigna, nonnunquam eſſe confuſa: nonnullas lectiones (Ms q.) notatas, quæ (o) ſignari; nonnullas (o) ſignatas, quæ (Ms q.) notari poterant. neque enim inter eiuſdem pænè ſignificationis notas (vtraque enim lectiones minus veriſimiles oſtenduntur) diſtinctio vſqueadeo exacta ſeruari potuit. Verùm, non ſine diligentiſſima inquiſitione, hæc collocata ſunt ſigna: multoque plus operæ, circa lectiones has, in codicibus & commentariis conſulendis, quàm circa alias quaſcumque, poſitum eſt. Attamen, ſi ab aliis quippiam aut animaduerſum fuerit, aut repertum, quod lectiones huiuſmodi commendet, indicare, & in commune conferre, dignentur: ſintque melioribus ſubiecta ſententiis, quæ à nobis ſunt iudicata.

Q.n. Q.n. hoc eſt, Quære notationes, illas videlicet de quibus antè diximus: in eis enim reperies, quæ, cùm ad dignoſcendam S. Scripturæ germanam lectionem faciant, in margine collocari minimè potuerunt. Sunt autem Notationes, iuxta librorum S. Scripturæ, capitumque & verſuum ordinem, vt par erat, diſpoſitæ. Itaque quærendus eſt ipſius capitis ille verſus, cuius lectioni Q.n. adiectum erat.

HIERO-

HIERONYMI PROLOGVS GALEATVS.

VIginti & duas literas eſſe apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum teſtatur, quæ Hebręæ magna ex parte confinis eſt. nam & ipſi viginti duo elementa habent eodem ſono, ſed diuerſis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moyſi totidem literis ſcriptitant, figuris tantum & apicibus diſcrepantes. Certumq. eſt Eſdram ſcribam, legisque doctorem, poſt captã Ieroſolymam & inſtaurationem templi ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe, quibus nunc vtimur: cùm ad illud vſque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorũ characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem ſupputatio, ſub Leuitarum ac ſacerdotum cenſu, myſticè oſtenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibuſdam Græcis voluminibus, vſq. hodie antiquis expreſſum literis inuenimus. Sed & Pſalmi triceſimus ſextus, & centeſimus decimus, & centeſimus vndecimus, & centeſimus decimus octauus, & centeſimus quadrageſimus quartus, quanquam diuerſo ſcribantur metro, tamen eiuſdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremię Lamentationes, & oratio eius, Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? iiſdem alphabetis vel inciſionibus ſupputantur. Porrò quinq. literę duplices apud Hebræos ſunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. aliter enim ſcribuntur per has principia, mediętatesque verborum, aliter fines. Vnde & quinq. à pleriſque libri, duplices exiſtimantur, Samuel, Melachim, Dibrehaiamim, Eſdras, Ieremias, cum Cinoth, id eſt, lamentationib⁹ ſuis. Quomodo igitur viginti duo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina ſupputantur, quibus quaſi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infantia.

Primus apud eos Liber, vocatur בראשית Bereſit: quem nos Geneſin dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelle ſemoth, qui Exodus appellatur.

Tertius, ויקרא Vaiicra, id eſt, Leuiticus.

Quartus, וידבר Vaiedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus, אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur. Hi ſunt quinque Libri Moyſi, quos proprié תורה Thora, id eſt, Legem appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Ieſu filio Naue: qui apud eos יהושע בן נון Iehoſua bin Nun dicitur.

Deinde ſubtexunt שפטים Sophetim, id eſt, Iudicum librum. Et in eundem compingũt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur hiſtoria.

Tertius ſequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum & ſecundum dicimus,

Quartus מלכים Melachim, id eſt, Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur.

Meliusque multo eſt מלכים Melachim, id eſt Regum, quàm ממלכות, id eſt, regnorum dicere. Non enim multarum gentium deſcribit regna, ſed vnius Iſraëlitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, eſt ישעיה Iſaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, Liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur תרי עשר There aſar.

Tertius ordo, Hagiographa poſſidet.

Et primus Liber incipit à איוב Iob.

Secundus à דוד Dauid: quem quinque inciſionibus, & vno Pſalmorum volumine comprehendunt.

Tertius eſt שלמה Salomon, tres Libros habens: Prouerbia, quæ illi משלי Miſle, id eſt, Parabolas appellant.

Quartus, Eccleſiaſten, id eſt, קוהלה Coheleth.

Quintus, Canticum Canticorum, quem titulo שיר השירים Sir haſſirim prænotant.

Sextus, eſt דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibrehaiamim, id eſt, verba dierũ: quod ſignificantiùs, Chronicon totius diuinę hiſtorię poſſums appellare, qui Liber apud nos Paralipomenon primus

primus & ſecundus inſcribitur.
Octauus, עזרא Eſdras: qui & ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos, in duos Libros diuiſus eſt.
Nonus, אסתר Eſther.

Atque ita fiunt pariter Veteris Legis Libri viginti duo: id eſt, Moyſi quinque, & Prophetarum octo, Hagiographorum nouem. Quanquam nõnulli רות Ruth & קינות Cinóth inter Hagiographa ſcriptitent, & hos Libros in ſuo putent numero ſupputandos: ac per hoc eſſe priſcæ Legis libros viginti quatuor: quos ſub numero vigintiquatuor ſeniorum Apocalypſis Ioannis inducit adorantes Agnum, & coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes: ſtantibus coram quatuor animalibus oculatis antè & retrò, id eſt in præteritum & in futurum reſpicientibus, & indefeſſa voce clamantibus: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt.

Hic Prologus Scripturatum quaſi galeatum principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, cõuenire poteſt; vt ſcire valeamus, quicquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Syrach Liber, & Iudith, & Tobias, & Paſtor, nõ ſunt in canone. Machabæorum primum Librum, Hebraicũ reperi. Secundus, Græcus eſt: quod ex ipſa quoque phraſi probari poteſt. Quæ cùm ita ſe habeant, obſecro te Lector, ne laborem meum, reprehenſionem exiſtimes antiquorum. In templo Dei offert vnuſquiſque quod poteſt: alij aurum, argentum, & lapides pretioſos; alij byſſum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiſcum bene agitur, ſi obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apoſtolus contemptibiliora noſtra magis neceſſaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per ſingulas ſpecies, Eccleſiæ preſentis futuræq. diſtinctio, pellibus tegitur & ciliciis: ardoremque ſolis & iniuriam imbrium ea quæ viliora ſunt prohibent.

EPISTOLA SANCTI HIERONYMI AD PAVLINVM PRESBYTERVM DE OMNIBVS DIVINÆ HISTORIÆ LIBRIS.

CAP. I. FRATER Ambroſius tua mihi munuſcula perferẽs, detulit ſimul & ſuauiſſimas literas, quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ preferebant. Vera enim illa neceſſitudo eſt, & Chriſti glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris; non præſentia tantùm corporum, non ſubdola & palpans adulatio: ſed Dei timor, & diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. Legimus in veteribus hiſtoriis quoſdam luſtraſſe prouincias, nouos adiſſe populos, maria tranſiſſe: vt eos quos ex libris nouerant, coràm quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, ſic Plato Ægyptum & Archytam Tarentinum, eamque oram Italię, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laborioſiſſimè peragrauit: vt qui Athenis magiſter erat, & potens, cuiuſque doctrinam Academię Gymnaſia perſonabant, fieret peregrinus atque diſcipulus: malens aliena verecundè diſcere, quàm ſua impudenter ingerere. Denique cùm literas quaſi toto fugientes orbe perſequitur, captus à piratis & venundatus, etiam tyranno crudeliſſimo paruit, captiuus, vinctus & ſeruus: tamen quia philoſophus, maior emente ſe fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hiſpaniæ Galliarumque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus: & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſeculis, celebrandumque miraculum, vt vrbem tantam ingreſſi, aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, ſiue ille Magus (vt vulgus loquitur) ſiue Philoſophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Perſas, pertranſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſſagetas, opulentiſſima Indiæ regna penetrauit: & ad extremũ, latiſſimo Phiſon amne tranſmiſſo, peruẽnit ad Brachmanas, vt Hiarchã in throno ſedentẽ aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos de natura, de motibus ſiderum, ac dierum curſu audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæſtinos, reuerſus Alexandriam, perrexit Aethiopiã, vt Gymnoſophiſtas, & famoſiſſimam Solis menſam videret in ſabulo. Inuẽnit ille vir vbique quod diſceret, & ſemper proficiens, ſemper ſe melior fieret. ſcripſit ſuper hoc pleniſſimè octo voluminibus Philoſtratus.

II. Quid loquar de ſeculi hominibus? cùm Act.9. 1 Cor.13. Apoſtolus Paulus, vas electionis, & magiſter Gentium, qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur, an experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? poſt Damaſcum Arabiamque eluſtratam aſcenderit Gal.1. Ieroſolymam, vt videret Petrum, & manſerit apud eum diebus quindecim. Hoc enim myſterio hebdomadis & ogdoadis futurus Gal.2. Gentium prædicator inſtruendus erat. Rurſumq. poſt annos quatuordecim, aſſumpto Barnaba & Tito expoſuerit Apoſtolis Euangelium, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurriſſet. Habet enim neſcio quid latentis energiæ viua vox, & in aures diſcipuli de authoris ore transfuſa, fortius ſonat. Vnde & Æſchines, cùm Rhodi exularet, & legeretur illa Demoſthenis oratio, quã aduerſus eam habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, ſuſpirans ait: Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam, ſua verba reſonantem?

III. Hæc non dico, quòd ſit in me aliquid tale, quod vel poſſis à me audire, vel velis diſcere: ſed quòd ardor tuus & diſcendi ſtudiũ etiam abſq. nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile, & ſine doctore laudabile eſt. Nõ quid inuenias, ſed quid quæras cõſideramus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus: tamen virtute Act.22. totum eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus Apoſtolus ad pedes Gamalielis legem Moyſi, & prophetas didiciſſe ſe gloriatur, vt armatus ſpiritalibus telis, poſtea diceret confidenter, Arma noſtræ militiæ, non carnalia ſunt: ſed 2 Cor.10. potentia Deo, ad deſtructionẽ munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiã Dei, & captiuantes omnem intellectũ ad obediendum Chriſto, & parati ſubiugare omnem inobedientiam. Ad Timótheum ſcribit ab infan- 2 Tim.3. 1 Tim.4. tia ſacris literis eruditum, & hortatur ad ſtudium lectionis, ne negligat gratiam quę data ſit ei per impoſitionem manus preſbyterij. Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes epiſcopi, quẽ breui ſermone depinxit, ſcientiam quoque in eo eligat ſcripturarum. Obtinen- Tit.1. tem, inquit, eum qui ſecundũ doctrinam eſt, fidelem ſermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere.

IIII. Sancta quippe ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt: & quantũ ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Malachias Propheta, imò per Mala- Mala.2. chiam Dominus interrogauit ſacerdotes Legem: in tantum ſacerdotis officium eſt interrogatum reſpondere de lege. Et in Deutero- Deut.32. nomio legimus, Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: ſeniores tuos, & dicent tibi. In Pſalmo quoque centeſimo decimo-octauo, Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in deſcriptione iuſti viri, cùm eum Dauid arbori vitę, quę eſt in paradiſo, compararet, inter cęteras virtutes & hoc intulit, In lege Domini Pſal.1. voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſimæ viſionis Dan.12. ait iuſtos fulgere ſicut ſtellas: & intelligẽtes, id eſt, doctos, quaſi firmamentũ. Vides quantũ inter ſe diſtent iuſta ruſticitas, & docta iuſtitia? Alij ſtellis, alij cælo cõparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem vtrunque de eruditis poſſit intelligi. Ita enim apud eos legimus, Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiã erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apoſtolus vas Act.4. electionis? Nempe quia legis & ſcripturarum erat ſanctarum armarium. Phariſæi ſtupent in doctrina Domini: & mirantur in Petro & Ioanne quomodo Legem ſciant, cùm literas non didicerint. Quicquid enim aliis exerci-

tatio, & quotidiana in Lege meditatio tribuere ſolet, illis hoc Spiritus ſanctus ſuggerebat, & erãt, iuxta quod ſcriptũ eſt, θεοδίδακτοι. Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo ſenes de quæſtionibus Legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat. Niſi fortè ruſticum Petrum, ruſticum dicimus Iohannem: quorum vterque dicere poterat, Et ſi imperitus ſermone, nõ tamẽ ſcientia. Ioannes ruſticus, piſcator: indoctus? & vnde illa vox obſecro, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ? λόγος enim Græcè multa ſignificat. nam & verbum eſt, & ratio, & ſupputatio, & cauſa vniuſcuiuſque rei, per quã ſunt ſingula quę ſubſiſtunt: quę vniuerſa, rectè intelligimus in Chriſto.

Hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſthenes eloquens ignorauit. Perdam (inquit) ſapientiam ſapientiũ, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera ſapientia perdet falſam ſapientiam: & quanquam ſtultitia prædicationis in cruce ſit: tamen Paulus ſapientiam loquitur inter perfectos: ſapientiã autem non ſeculi huius, nec principum ſeculi iſtius, qui deſtruuntur, ſed loquitur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quã prędeſtinauit Deus ante ſecula. Dei ſapientia Chriſtus eſt. Chriſtus enim, Dei virtus, & Dei ſapientia, hæc ſapientia in myſterio abſcondita eſt: de qua & noni Pſalmi titulus prænotatur, Pro occultis filij: in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientię Dei abſconditi. Et qui in myſterio abſconditus erat, prædeſtinatus eſt ante ſecula: prædeſtinatus autem & præfiguratus in Lege & Prophetis. Vnde & Prophetæ appellabantur Videntes: quia videbant eum quẽ cæteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lętatus eſt. Aperiebantur cęli Ezechieli, qui populo peccatori clauſi erant. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & cõſiderabo mirabilia de lege tua. Lex enim ſpiritualis eſt, & reuelatione opus eſt, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei gloriã contemplemur. Liber in Apocalypſi ſeptem ſigillis ſignatus oſtenditur: quẽ ſi dederis homini ſcienti literas vt legat, reſpondebit tibi, Nõ poſſum, ſignatus eſt enim. Quanti hodie putant ſe noſſe literas, & tenent ſignatum librũ, nec aperire poſſunt, niſi ille reſeraverit, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. In Actibus Apoſtolorum ſanctus Eunuchus, imò vir (ſic enim eum ſcriptura cognominat) cùm legeret Iſaiam Prophetam, interrogatus à Philippo, Putáſne intelligis quæ legis? reſpondit, Quomodo poſſum, niſi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec ſanctior ſum hoc Eunucho, nec ſtudioſior, qui de Æthiopia, id eſt, de extremis mundi finibus venit ad templum: reliquit aulã regiam: & tantus amator legis diuinæque ſcientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret literas ſacras. Et tamen cum librũ teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labiis perſonaret, ignorabat eum quem in libro neſciens venerabatur. Venit Philippus, oſtendit Ieſum, qui clauſus latebat in litera. O mira doctoris virtus! Eadẽ hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis & ſanctus factus eſt, ac magiſter de diſcipulo, plus in deſerto fonte Eccleſiæ, quàm in aurato ſynagogæ templo reperit. Hęc à me perſtricta ſunt breuiter (neque enim epiſtolaris anguſtia euagari lõgius patiebatur) vt intelligeres te in ſcripturis ſacris ſine præuio, & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi.

VI. Taceo de Grãmaticis, Rhetoribus, Philoſophis, Geometris, Dialecticis, Muſicis, Aſtronomis, Aſtrologis, Medicis, quorum ſciẽtia mortalibus vel vtiliſſima eſt, & in tres partes ſcinditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniam, & quæ nõ tam lingua, quàm manu adminiſtrantur. Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorum, lignorumque cæſores, lanarij quoque & fullones, & cęteri qui variã ſupellectilem, & vilia opuſcula fabricantur, abſque doctore eſſe non poſſunt quod cupiunt. Quod medicorũ eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola ſcripturarũ ars eſt, quam ſibi paſſim omnes vendicant. Scribimus indocti doctique poëmata paſſim. Hanc garrula anus, hãc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequã diſcant. Alij adducto ſupercilio, grandia verba trutinãtes inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Alij diſcunt, prô pudor, à feminis, quod viros doceant: & ne parum hoc ſit, quadam facilitate verborum, imò audacia ediſſerunt aliis quod ipſi non intelligunt. Taceo de mei ſimilibus: qui ſi fortè ad ſcripturas ſanctas poſt ſeculares literas venerint, & ſermone compoſito aures populi mulſerint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec ſcire dignantur quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus, deprauare ſententias, & ad voluntatẽ ſuam, ſcripturam trahere repugnantem. Quaſi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas: ac nõ ſic etiam Maronẽ ſine Chriſto poſſimus dicere Chriſtianum, quia ſcripſerit, Iam redit & virgo, redeunt Saturni regna, Iam noua Progenies cælo demittitur alto. Et Patrem loquentẽ ad Filium, Nate meę vires, mea magna potentia ſolus. Et poſt verba Saluatoris in cruce, Talia perſtabat memorãs, fixusque manebat. Puerilia ſunt hęc, & circulatorũ ludoſimilia docere quod ignores: imò vt cum ſtomacho loquar, ne hoc quidem ſcire quod neſcias.

VII. Videlicet manifeſtiſſima eſt Geneſis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuiſione terræ, de confuſione linguarum & gentium, vſque ad exitum ſcribitur Hebræorum.

Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum myſticis diuiniſque præceptis.

In promptu eſt Leuiticus liber, in quo ſingula ſacrificia, imò ſingulæ pænè ſyllabæ, & veſtes Aaron, & totus ordo Leuiticus ſpirant cæleſtia ſacramenta.

Numeri verò, nónne totius Arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarũ per eremum manſionũ myſteria continent?

Deuteronomium quoque ſecunda Lex, & Euangelicæ Legis præfiguratio, nónne ſic ea habet quæ priora ſunt, vt tamẽ noua ſint omnia de veteribus? Hucuſque Moyſes, hucuſq. Pentateuchus: quibus quinque verbis loqui ſe velle, Apoſtolus in Eccleſia gloriatur.

Iob exemplar patientiæ, quæ non myſteria ſuo ſermone cõplectitur? Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur: omnesque leges dialecticæ, propoſitione, aſſumptione, confirmatione, cõcluſione determinat. Singula in eo verba, plena ſunt ſenſibus. Et (vt de cæteris ſileã) reſurrectionẽ corporum ſic prophetat, vt nullus de ea vel manifeſtiùs, vel cautiùs ſcripſerit. Scio (inquit) quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Veniam ad Ieſum Naue, qui typum Domini non ſolùm geſtis, verum etiam nomine præfert. tranſit Iordanem, hoſtiũ regna ſubuertit, diuidit terram victori populo, & per ſingulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes atque confinia, Eccleſiæ cæleſtisque Ieruſalem ſpiritualia regna deſcribit.

In Iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ ſunt.

Ruth Moabitis, Iſaiæ explet vaticinium, dicentis, Emitte agnum Domine dominatorẽ terræ, de petra deſerti, ad montẽ filiæ Sion.

Samuel in Heli mortuo, & in occiſo Saul, veterem legem abolitam monſtrat. Porrò in Sadoc atque Dauid, noui ſacerdotij, nouique imperij ſacramenta teſtatur.

Malachim, id eſt, tertius & quartus Regum liber, à Salomone vſque ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabat vſque ad Oſee qui ductus eſt in Aſſyrios, regnum Iudæ & regnum deſcribit Iſraël. Si hiſtoriam reſpicias, verba ſimplicia ſunt: ſi in literis ſenſum latentem inſpexeris, Eccleſię paucitas, & hæreticorum contra Eccleſiam bella narrantur.

Duodecim prophetæ in vnius voluminis anguſtias coartati, multo aliud quàm ſonant in litera, præfigurant.

Oſee crebrò nominat Ephráim, Samariã, Ioſeph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clauſam mariti, multo tempore ſedere viduam, & ſub veſte lugubri, viri ad ſe reditum præſtolari.

Ioel filius Phatuel deſcribit terram duodecim tribuũ, eruca, brucho, locuſta, rubigine vaſtante conſumptam: & poſt euerſionem prioris populi, effuſum iri Spiritũ ſanctũ ſuper ſeruos Dei & ancillas, id eſt, ſuper centũ viginti credentiũ nomina, & effuſum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab vno vſq. ad quindecim paulatim, & per incremẽta ſurgentes, quindecim graduum numerum efficiũt, qui in Pſalterio myſticè cõtinentur.

Amos

Iſa.54. Ioan.6. Luc.2. 2 Cor.11.
Ioan.1.
Abd.1. Iſa.29.
1 Cor.1. 2 Cor.1.
Coloſ.2.
Ioan.8. Ezech.1.
Pſal.118. Rom.7. 2 Cor.3.
Apoc.5.
Iſa.29. Apoc.3.
Act.8.
Exodus.
Leuiticus.
Numeri.
Deuteronomium.
1.Cor.14, 19. Iob.
Ap.19,13
Ioſue ſiue Ieſus Naue
Lib.Iudicum
Ruth. Iſa.16,1.
Reg.I & II
Reg.III. & IIII.
Oſee.
Ioel. Act.2.c.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Amos. Amos paſtor, & ruſticus, & ruborum mora diſtringens, paucis verbis explicari non poteſt. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor ſcelerà Damaſci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon, & Moab: & in ſeptimo & octauo gradu Iudæ & Iſraël? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ ſunt in Samariæ monte, & ruituram domum maiorem, minoremque teſtatur. Ipſe cernit fictorem locuſtę, & ſtantem dominum ſuper murum litum vel adamantinum, & vncinum, pomorum attrahentem ſupplicia peccatoribus: & famem in terram, non famem panis, nec ſitim aquæ: ſed audiendi verbum Dei.

Abdias. Abdias, qui interpretatur ſeruus Dei, pertonat contra Edom ſanguinem terrenumque hominẽ, fratris quoque Iacob ſemper æmulum, haſta percutit ſpiritali.

Ionas. Ionas pulcherrima columba naufragio ſuo paſſionẽ Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat: & ſub nomine Niniue, Gentibus ſalutem nuntiat.

Michæas. Michæas de Moraſthi cohæres Chriſti, vaſtationem annuntiat filiæ latronis, & obſidionem ponit contra eam: quia maxillam percuſſerit iudicis Iſraël.

Nahum. Nahum conſolator orbis, increpat ciuitatem ſanguinum, & poſt euerſionem illius loquitur, Ecce ſuper montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.

Habacuc. Habacuc luctator fortis & rigidus, ſtat ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper
Cap.2.3. munitionem, vt Chriſtum in cruce contempletur, & dicat, Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius.

Sophonias. Sophonias ſpeculator, & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta piſcium, & eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanáan, diſperierunt vniuerſi qui inuoluti erant argento.

Aggæus. Aggæus feſtiuus & lętus, qui ſeminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret: deſtructum templum ędificat, Deumque patrem inducit
Cap.2.7. loquentem, Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.

Zacharias. Zacharias memor Domini ſui, multiplex in prophetia, Ieſum veſtibus ſordidis indutum, & lapidem oculorum ſeptem, candelabrumque aureũ cum totidem lucernis quot oculis: duas quoque oliuas à ſiniſtris lampadis cernit & à dextris: vt poſt equos nigros, rufos, albos, & varios, & diſſipatas quadrigas ex Ephráim, & equum de Ieruſalem, pauperem regem vaticinetur & prędicet, ſedentem ſuper pullum filium aſinæ ſubiugalis.

Malachias. Malachias apertè, & in fine omniũ prophetarum, de abiectione Iſraël, & vocatione
Cap.1.11. gentiũ, Non eſt mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meũ in Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Iſaias. Iſaiam, Ieremiam, Ezechielẽ, & Danielem quis poteſt vel intelligere, vel exponere? Quorum primus nõ prophetiam mihi videtur texere, ſed Euangelium.

Ieremias. Secundus virgam nuceam, & ollam ſuccenſam à facie Aquilonis, & pardum ſpoliatum ſuis coloribus, & quadruplex diuerſis metris nectit alphabetum.

Ezechiel. Tertius principia & finem tantis habet obſcuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos iſtę partes cum exordio Geneſeos ante annos triginta non legantur.

Daniel. Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conſcius & totius mundi philohiſtor, lapidem præciſum de monte ſine manibus, & regna omnia ſubuertentem, claro ſermone pronuntiat.

Dauid. Dauid Simonides noſter, Pindarus & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus, Chriſtum lyra perſonat, & in decachordo pſalterio, ab inferis excitat reſurgentem.

Prouerb. Eccleſiaſtes Canticum. Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Eccleſiã iungit, & Chriſtum, ſanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium.

Eſther. Eſther in Eccleſiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij, & diem celebrem mittit in poſteros.

Paralipomenon. Paralipomenων liber, id eſt inſtrumenti veteris ἐπιτομὴ, tantus ac talis eſt, vt abſq. illo ſi quis ſi quis ſcientiam ſcripturarũ ſibi voluerit arrogare, ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iuncturasque verborum, & prætermiſſæ in Regũ libris tãguntur hiſtoriæ, & innumerabiles explicãtur Euangelj quęſtiones.

Eſdras. Nehemias. Eſdras & Nehemias, adiutor videlicet, & conſolator à Domino, in vnũ volumen coartantur, inſtaurant templũ, muros extruunt ciuitatis: omnisque illa turba populi redeuntis in patriam, & deſcriptio ſacerdotum, Leuitarum, Iſraëlis, proſelytorum, ac per ſingulas familias murorũ ac turrium opera diuiſa, aliud in cortice præferũt, aliud in medulla retinent. Cernis me ſcripturarũ amore raptũ, exceſſiſſe modũ epiſtolæ, & tamen non impleſſe quod volui. Audiuimus tantum quid noſſe, quid cupere debeamus, vt & nos quo-
Pſal.118. que poſſimus dicere, Concupiuit anima mea deſiderare inſtificationes tuas in omni tempore. Cæterùm illud Socraticum impletur in nobis, Hoc tantũ ſcio, quod neſcio. Tangam & Nouum breuiter Teſtamentum.

Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes. Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioãnes quadriga Dñi, & verum Cherubim, quod interpretatur ſcientiæ multitudo, per totũ corpus oculati ſunt, ſcintillæ emicãt, diſcurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in ſublime tendentes, terga pennata & vbiq. volitantia, tenent ſe mutuò, ſibiq. perplexi ſunt, & quaſi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunq. eos flatus Spiritus ſancti perduxerit.

Paulus Apoſtolus. Paulus Apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias, octaua enim ad Hebræos, à pleriſque extra numerum ponitur. Timotheum inſtruit ac Titum, & Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca ſcribere.

Actus Apoſtolorum. Actus Apoſtolorum nudam quidẽ videntur ſonare hiſtoriam, & naſcentis eccleſię infantiãtexere: ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorũ Lucam eſſe medicũ, cuius laus eſt in euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis eſſe medicinam.

Iacobus. Petrus. Ioannes. Iudas. Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas, ſeptẽ epiſtolas ediderunt tam myſticas quàm ſuccinctas, & breues pariter ac longas: breues in verbis, longas in ſententiis: vt rarus ſit, qui non in earum cæcutiat lectione.

Apocalypſis Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito volu-
minis, laus omnis inferior eſt. In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater chariſſime, inter hæc viuere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil quærere: nónne tibi videtur iam hîc in terris regni cęleſtis habitaculũ? Nolo offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate, & quaſi vilitate verborum, quę vel vitio interpretum, vel deinduſtria ſic prolata ſunt, vt ruſticam concionem faciliùs inſtruerent, & in vna eademque ſententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Nõ ſum tam petulans & hebes, vt hæc me noſſe pollicear, & eorum fructus capere, quorũ radices in cælo fixæ ſunt: ſed velle fateor. Sedenti me
Matth.7. præfero; magiſtrum renuens, comitem ſpon-
Luc.11. deo. Petenti datur, pulſanti aperitur, quęrens inuenit. Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobis perſeueret in cælo. Obuiis te manibus excipiã, & (vt ineptè aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiam) quicquid quæſieris, tecum ſcire conabor. Habes hic amantiſſimum tui fratrem Euſebium, qui literarum tuarũ mihi gratiam duplicauit, referens honeſtatem morum tuorum, contemptum ſeculi, fidem amicitiæ, amorem Chriſti. Nam prudentiã & eloquij venuſtatẽ, etiam abſq. illo ipſa epiſtola præferebat. Feſtina, quæſo te, & hęrentis in ſalo nauiculę funem magis
VIII. pręſcinde, quàm ſolue. Nemo renuntiaturus ſeculo bene poteſt vendere quæ contempſit vt venderet. Quicquid in ſumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum eſt, Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarũ
2 cor.6. eſt: infidelis autẽ, etiam obolo indiget. Sic viuamus tanquã nihil habentes, & omnia poſſidentes. Victus & veſtitus diuitiæ Chriſtianorum ſunt. Si habes in poteſtate rem tuam,
Matth.5. vende. Si non habes, proiice. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum eſt. ſcilicet niſi tu ſemper recraſtinans, & diẽ de die trahens, cautè & pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris, non habet Chriſtus vnde alat
Matth.4. Mar.12. pauperes ſuos. Totũ Deo dedit, qui ſeipſum
Luc.21. obtulit. Apoſtoli nauem tantum & retia reliquerunt. vidua duo æra miſit in gazophylacium, & præfertur Croeſi diuitiis. Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.

ORDO

ORDO LIBRORVM
VETERIS TESTAMENTI.

Geneſis
Exodus
Leuiticus
Numeri
Deuternomium
Ioſue
Liber Iudicum
Ruth
Regum I.
Regum II.
Regum III.
Regum IIII.
Paralipoménon I.
Paralipoménon II.
Eſdræ I.
Eſdræ II.
Eſdræ III.
Eſdræ IIII.
Tobias
Iudith
Eſther
Iob
Liber Pſalmorum
Prouerbia Salomonis
Eccleſiaſtes
Canticum Canticorum
Liber Sapientiæ
Eccleſiaſticus
Iſaiæ Prophetia
Ieremiæ
Baruch
Ezechielis
Danielis
Oſee
Ioelis
Amos
Abdiæ
Ionæ
Michææ
Nahum
Habacuc
Sophoniæ
Aggæi
Zachariæ
Malachiæ
Machabæorum I.
Machabæorum II.

ORDO LIBRORVM
NOVI TESTAMENTI.

Euangelium ſecundum Matthæum
Euangelium ſecundum Marcum
Euangelium ſecundum Lucam
Euangelium ſecundum Ioannem
Acta Apoſtolorum
Pauli Epiſtola ad Romanos
Ad Corinthios I. II.
Ad Galatas
Ad Epheſios
Ad Philippenſes
Ad Coloſſenſes
Ad Theſſalonicenſes. I. II.
Ad Timotheum. I. II.
Ad Titum
Ad Philemonem
Ad Hebræos
Iacobi Epiſtola
Petri Epiſtolę I. II.
Ioannis Epiſtolæ I. II. III.
Iudæ Epiſtola
Apocalypſis.

LIBER

LIBER
GENESIS
HEBRAICE BERESITH.

CAPVT I.

In principio creauit Deus cęlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erāt ſuper faciē abyſſi: & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Dixitq. Deus, Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem: factumque eſt veſpere & manè dies vnus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentū in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factū eſt ita. Vocauitque Deus firmamentum, cælum: & factū eſt veſpere & manè dies ſecundus. Dixit verò Deus, Cōgregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. Et factum eſt ita. Et vocauit Deus aridam, terram: congregationesq. aquarum appellauit maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: Et ait, Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignū pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumque faciens fructū, & habens vnumquodque ſementem ſecundùm ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & manè dies tertius. Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diē ac noctem: & ſint in ſigna & tempora, & dies & annos: Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factū eſt ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cęli, vt lucerent ſuper terram: Et præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & manè dies quartus. Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cęli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Benedixitque eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas

a marisi

Act. 14, 15. 17, 24. Pſal. 32, 6. 135, 5. Eccl. 18, 1.

Dei 10 MS. R. Rab. H. C. G. Heb. 11, 3.

Deus 1 MS. H. C. G.

ae tenebras MS. Rab.

Pſal. 32, 7. 88, 12. 135, 6. 147, 4. Iob 38, 4.

afferentem 11 MS.

Pſal. 135, 7.

& 8 MS. H. C. G.

Deus 7 MS. R. H. C. G.

produxerunt 1 MS. H. C.

maris: auesq. multiplicentur super terram. 23 Et factum est vespere & manè dies quintus. 24 Dixit quoque Deus, Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundùm species suas. Factumque est ita. 25 Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, & iumenta & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quòd esset bonum. 26 Et ait: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs, vniuersæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra. 27 Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illũ, masculum & fœminã creauit eos. 28 Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli. & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. 29 Dixitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escã: 30 & cunctis animantibus terræ, omniq. volucri cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factũ est ita. 31 Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factũ est vespere & manè dies sextus.

CAP. II.

1 IGitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. 2 Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. 3 Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret. 4 Istæ sunt generationes cæli & terræ, quando creatæ sunt, in die quo fecit Dominus Deus cælum & terram: 5 et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbã regionis priusquàm germinaret: non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram: 6 sed fons ascendebat è terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. 7 Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ, & factus est homo in animam viuentem. 8 Plantauerat autẽ Dominus Deus paradisum voluptatis à principio: in quo posuit hominem quem formauerat. 9 Produxitq. Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumq. scientiæ boni & mali. 10 Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. 11 Nomen vni Phison: ipse est qui circuit omnem terram Heuilath, vbi nascitur aurum: 12 Et aurum terræ illius optimum est, ibique inuenitur bdellium, & lapis onychinus. 13 Et nomẽ fluuij secundi Gehon: ipse est qui circumit omnem terram Æthiopiæ. 14 Nomen verò fluminis tertij, Tigris: ipse vadit contra Assyrios. Fluuius autem quartus, ipse est Euphrates. 15 Tulit ergo Dñs Deus hominẽ, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum: 16 Præcepitq. ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede: 17 De ligno autẽ scientiæ boni & mali ne comedas. In quocumq. enim die comederis ex eo, morte morieris. 18 Dixit quoq. Dñs Deus, Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. 19 Formatis igitur Dñs Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomẽ eius. 20 Appellauitq. Adã nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius. 21 Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumq. obdormisset, tulit vnã de costis eius, & repleuit carnem pro ea. 22 Et ædificauit Dñs Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. 23 Dixitque Adam: Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de carne

de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. 24 Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. 25 Erat autem vterque nudus, Adam scilicet & vxor eius: & non erubescebant.

CAP. III.

1 SEd & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? 2 Cui respõdit mulier, De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur: 3 de fructu verò ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. 4 Dixit autem serpẽs ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. 5 Scit enim Deus quòd in quocũque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dij scientes bonum & malum. 6 Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrũ oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comẽdit: 7 Et aperti sunt oculi amborum: cumque cognouissent se esse nudos, consuerũt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. 8 Et cùm audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi. 9 Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? 10 Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quòd nudus essem, & abscondi me. 11 Cui dixit Dominus: Quis enim indicauit tibi quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? 12 Dixitque Adam: Mulier quam dedisti mihi sociã, dedit mihi de ligno, & comedi. 13 Et dixit Dominus Deus ad mulierem, Quare hoc fecisti? Quæ respondit, Serpens decepit me, & comedi. 14 Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradiêris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuę. 15 Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsa cõteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. 16 Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. 17 Adę verò dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. 18 Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. 19 In sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertêris. 20 Et vocauit Adã nomen vxoris suæ, Heua: eò quòd mater esset cunctorum viuentium. 21 Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos: 22 Et ait, Ecce Adam quasi vnus ex nobis fa-



bis factus est, sciens bonum & malum.
nunc ergo ne fortè mittat manũ suam,
*Et emisit 4 MS. H.C.G. & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. 23 *"Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. 24 *Eiecitq. Adam: & collocauit ante paradisum voluptatis cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

CAP. IIII.

Heb. 11,4. 1 ADam verò cognouit vxorem suam
*Cainithi "Dominum 1 MS. R.H.C. Heuam: quæ concepit, & peperit Cain, dicẽs: Possedi'hominẽ per "Deum'.
2 *Rursumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola. 3 *Factum est autem post multos dies vt offerret Cain de fructib' terræ munera Domino. 4 *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. 5 *Ad Cain autem, & ad munera illius nõ respexit: iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. 6 *Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? 7 *Nonne si bene egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum'aderit? sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. *12 MS. R.H.
8 *Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras'. Cumque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrẽ suum 9 Abel, & interfecit eum. *Et ait Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio: nunquid custos 10 fratris mei sum ego? *Dixitque ad eum, Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. 11 *Nunc igitur maledictus eris super terram: quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui 12 de manu tua. *Cũ operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram. 13 *Dixitque Cain ad Dominum, Maior est iniquitas mea, 14 quàm vt veniam merear. *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occi- 15 det me. *Dixitque ei Dominus: Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitq. Dominus in Cain signum, vt non interficeret eũ omnis qui inuenisset eum. 16 *Egressusque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam 17 Eden. *Cognouit autem Cain vxorem suam; quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij sui, Henoch.
18 *Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech.
19 *Qui accepit duas vxores, nomen vni 20 Ada, & nomen alteri Sella. *Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium 21 in tentoriis, atque pastorũ. *Et nomen fratris eius Iubal: ipse fuit pater canen- 22 tium cithara & organo. *Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror 23 verò Tubalcain, Noëma. *Dixitq. Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite vocem meã vxores Lamech, auscultate ser-

*Gen. 4,4. Hebr. 11,4. *Gen. 4,5. *Gen. 4,6. *Gen. 4,7. *Gen. 4,8. *Gen. 4,9. *Sap. 10, 3. Matt. 23, 35. 1 Ioh. 3, 12. Iud. 1, 11. *Gen. 4,10. *Gen. 4,11. *Gen. 4,12. *Gen. 4,13. *Gen. 4,14. *Gen. 4,15. *Gen. 4,16. *Gen. 4,17. *Gen. 4,18. *Gen. 4,19. *Gen. 4,20. *Gen. 4,21. *Gen. 4,22. *Gen. 4,23. *Rab. H. C.Q.n.

tate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. 24 *Septuplũ vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies. 25 *Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam: & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth: dicens, Posuit'mihi Deus semen aliud pro *Seth. Abel, quem occidit Cain. 26 *Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cœpit inuocare nomen Domini.

CAP. V.

1 HIc est liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominẽ, ad similitudinem Dei fecit illum. 2 *Masculum & fœminam creauit eos: & benedixit illis: & vocauit nomẽ eorum Adam, in die quo creati sunt. 3 *Vixit aũt Adam centum triginta annis: & genuit filium' ad "imaginem & similitudinem' suam, vocauitque nomen eius Seth. 4 *Et facti sunt dies Adam postquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias. 5 *Et factum est omne tempus quod vixit Adã, anni nongenti triginta, & mortuus est. 6 *Vixit quoq. Seth centũ quinque annis, & genuit Enos. 7 *Vixitque Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitq. filios & filias. 8 *Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est. 9 *Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. 10 *Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. 11 *Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus est. 12 *Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel. 13 *Et vixit Cainan postquã genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios & filias. 14 *Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decẽ anni, & mortuus est. 15 *Vixit autẽ Malaleel sexaginta quinq. annis, & genuit Iared. 16 *Et vixit Malaleel postquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. 17 *Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus est. 18 *Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch. 19 *Et vixit Iared postquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias. 20 *Et facti sunt omnes dies Iared nongẽti sexaginta duo anni, & mortuus est. 21 *Porrò Henoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalam.
22 *Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit Henoch postquam genuit Mathusalam, trecentis annis, & genuit filios & filias. 23 *Et facti sunt omnes dies Henoch 24 trecenti sexaginta quinque anni. *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit: 25 quia tulit eum Deus. *Vixit quoq. Mathusala cẽtum octoginta septem annis, 26 & genuit Lamech. *Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios 27 & filias. *Et facti sunt omnes dies Mathusalæ nongenti sexagintanouẽ anni, 28 & mortuus est. *Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & ge- 29 nuit filium: *Vocauitque nomen eius Noë, dicens: Iste cõsolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum 30 in terra cui maledixit Dominus. *Vixitque Lamech, postquã genuit Noë, quingentis nonagintaquinque annis, & ge- 31 nuit filios & filias. *Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est. Noë verò cùm quingentorum esset annornm, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

*Gen. 5,1. *Gen. 5,2. "imaginem 5 MS. Rab. H.C.G. 1 Par. 1,1. *Gen. 5,3. *Gen. 5,4. *Gen. 5,5. *Gen. 5,6. *Gen. 5,7. *Gen. 5,8. *Gen. 5,9. *Gen. 5,10. *Gen. 5,11. *Gen. 5,12. *Gen. 5,13. *Gen. 5,14. *Gen. 5,15. *Gen. 5,16. *Gen. 5,17. *Gen. 5,18. *Gen. 5,19. *Gen. 5,20. *Gen. 5,21. *Gen. 5,22. *Gen. 5,23. *Gen. 5,24. Eccl. 44,17. Heb. 11,5. *Gen. 5,25. *Gen. 5,26. *Gen. 5,27. *Gen. 5,28. *Gen. 5,29. *Gen. 5,30. *Gen. 5,31. *Gen. 5,32.

CAP. VI.

1 CVmque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias pro- 2 creassent: *Videntes filij Dei filias hominũ quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant.
3 *Dixitque "Deus': Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntq; dies illius centum 4 viginti annorum. *Gigantes autẽ erant super terram in diebus illis. postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt po- 5 tentes à seculo viri famosi. *Videns autem Deus quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intẽta esset ad malum omni tempore, 6 *pœnituit eum quòd hominem

"Dominus MS. R.H.C. *Dominus Deus c.

*Gen. 6,1. *Gen. 6,2. *Gen. 6,3. *Gen. 6,4. *Gen. 6,5. *Gen. 6,6.

feciſſet in terra. Et præcauens in futu- 6
-2 MS.R. Rab.H.C.G. rũ', & tactus dolore cordis intrinſecus,
Inſr.8,21. Mat.15,19 [a] Delebo, inquit, hominem quem crea- 7
ui, à facie terræ, ab homine vſque ad ani-
mantia, à reptili vſque ad volucres cæli.
pœnitet enim me feciſſe eos. [a] Noë verò 8
inuenit gratiam coram Domino. [a] Hæ 9
Eccl.44,17 ſunt generationes Noë: Noë vir iuſtus
atque perfectus fuit in generationibus
ſuis, cum Deo ambulauit. [a] Et genuit 10
tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. [a] Cor- 11
rupta eſt autem terra coram Deo, & re-
pleta eſt iniquitate. [a] Cumque vidiſſet 12
Deus terram eſſe corruptã (omnis quip-
pè caro corruperat viam ſuam ſuper
terram) [a] dixit ad Noë, Finis vniuerſæ 13
carnis venit coram me: repleta eſt terra
iniquitate à facie eorum, & ego diſper-
dam eos cum terra. [a] Fac tibi arcam 14
de lignis læuigatis: manſiunculas in arca
facies, & bitumine linies intrinſecus &
extrinſecus. [a] Et ſic facies eam: Trecen- 15
torum cubitorum erit longitudo arcæ,
quinquaginta cubitorũ latitudo, & tri-
ginta cubitorum altitudo illius. [a] Fe- 16
neſtram in arca facies, & in cubito con-
ſummabis ſummitatem eius: oſtiũ au-
tem arcę pones ex latere: deorſum, cœ-
nacula, & triſtega facies in ea. [a] Ecce ego 17
adducam aquas diluuij ſuper terram, vt
interficiam omnem carnem in qua ſpi-
ritus vitę eſt ſubter cęlum, & vniuerſa
quę in terra ſunt, conſumentur. [a] Po- 18
namque fœdus meum tecum: & ingre-
dieris arcam tu & filij tui, vxor tua, &
vxores filiorum tuorum tecum. [a] Et ex 19
cunctis animantibus vniuerſę carnis bi-
na induces in arcam, vt viuant tecum:
maſculini ſexus & fœminini. [a] De volu- 20
cribus iuxta genus ſuũ, & de iumentis in
genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſe-
cundum genus ſuum: bina de omnibus
ingredientur tecum, vt poſſint viuere.
[a] Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis 21
quæ mandi poſſunt, & comportabis
apud te: & erunt tam tibi, quàm illis in
Heb.11,7. eſcam. [a] Fecit igitur Noë omnia quæ 22
præceperat illi Deus.

CAP. VII.

[a] Dixitque Dominus ad eum, Ingre- 1
dere tu & omnis domus tua in ar-
cam: [a] te enim vidi iuſtum coram me in 2Pet.2,5.
generatione hac. [a] Ex omnibus ani- 2
mantibus mundis tolles ſeptena & ſe-
ptena, maſculum & fœminam: de ani-
mantibus verò immundis duo & duo, 3
maſculum & fœminam. [a] Sed & de vo-
latilibus cæli ſeptena & ſeptena, maſcu-
lum & fœminam: vt ſaluetur ſemen ſu- 4
per faciẽ vniuerſæ terræ. [a] Adhuc enim,
& poſt dies ſeptem ego pluam ſuper ter-
ram quadraginta diebus & quadraginta
noctibus: & delebo omnẽ ſubſtantiam
quã feci, de ſuperficie terræ. [a] Fecit ergo 5
Noë omnia quæ mandauerat ei Domi-
nus. [a] Eratque ſexcentorum annorum 6
quando diluuij aquæ inundauerunt ſu-
per terram. [a] Et ingreſſus eſt Noë & filij 7 Mat.24,32 Luc.17,26. 1Pet.3,20.
eius, vxor eius & vxores filiorum eius
cum eo in arcam propter aquas diluuij.
[a] De animantibus quoq. mundis & im- 8
mundis, & de volucribus, & ex omni
[a] quod mouetur ſuper terram, [a] duo & 9
duo ingreſſa ſunt ad Noë in arcam, maſ-
culus & fœmina, ſicut præceperat Do-
minus Noê. [a] Cumque tranſiſſent ſe- 10
ptem dies, aquæ diluuij inundauerunt
ſuper terram. [a] Anno ſexcenteſimo vitæ 11
Noê, menſe ſecũdo, ſeptimodecimo die
menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi
magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt:
[a] & facta eſt pluuia ſuper terram qua- 12
draginta diebus & quadraginta noctibus.
[a] In articulo diei illius ingreſſus eſt 13
Noê, & Sem, & Cham, & Iapheth filij
eius: & vxor illius, & * vxores filiorum *tres 3 MS.R.H.C.G.
eius cum eis in arcam: [a] ipſi & omne 14
animal ſecundum genus ſuum, vniuer-
ſaque iumenta in genere ſuo, & omne
quod mouetur ſuper terram in genere
ſuo, cunctumque volatile ſecũdum ge-
nus ſuum, vniuerſæ aues omneſque vo-
lucres, [a] ingreſſæ ſunt ad Noë in arcam, 15
bina & bina ex omni carne, in qua erat
[a] ſpiritus vitæ. [a] Et quæ ingreſſa ſunt, 16
maſculus & fœmina ex omni carne in-
troierunt, ſicut præceperat ei Deus: &
[a] incluſit eum Dominus deforis. [a] Fa- 17
ctumque eſt diluuium quadraginta die-
bus * ſuper terram: & multiplicatæ ſunt *& quadraginta noctibus. 7 MS.G.
aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime
à terra.

à terra. [a] Vehemẽter enim inundauerũt: 18
& omnia repleuerũt in ſuperficie terræ:
porrò arca ferebatur ſuper aquas. [a] Et 19
*nimis c.G. aquæ pręualuerunt nimis * ſuper terram:
opertique ſunt omnes montes excelſi
ſub vniuerſo cælo. [a] Quindecim cubitis 20
altior fuit aqua ſuper montes quos ope-
Sap.10,4. Eccl.39,28. ruerat. [a] Conſumptáque eſt omnis caro 21
quæ mouebatur ſuper terrã, volucrum,
animantium, beſtiarum omniumque
reptilium quæ reptant ſuper terrã. Vni-
uerſi homines, [a] & cuncta in quibus ſpi- 22
raculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt.
*Deus MS G. [a] Et deleuit * omnem ſubſtantiam quæ 23
erat ſuper terram, ab homine vſque ad
pecus, tam reptile quàm volucres cæli;
& deleta ſunt de terra: remanſit autem
ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca.
1Pet.3,20. [a] Obtinueruntque aquæ terram cen- 24
tum quinquaginta diebus.

CAP. VIII.

[a] Recordatus autem Deus Noë, cun- 1
ctorúmque animantiũ & omnium
iumentorum quæ erant cum eo in arca,
adduxit ſpiritum ſuper terram, & immi-
nutæ ſunt aquæ. [a] Et clauſi ſunt fontes 2
abyſſi, & cataractæ cæli: & prohibitæ
ſunt pluuiæ de cælo. [a] Reuerſæque ſunt 3
aquę de terra euntes & redeuntes: & cœ-
perunt minui poſt centum quinquagin-
ta dies. [a] Requieuitq. arca menſe ſepti- 4
mo viceſimoſeptimo die menſis ſuper
montes Armeniæ. [a] At verò aquæ ibant 5
& decreſcebant vſque ad decimũ men-
*autem 4 MS.G. Sine coniunctione legunt eum Hebræis Chaldæi. ſem: decimo * enim' menſe, prima die
menſis, apparuerunt cacumina mon-
tium. [a] Cumque tranſiſſent quadragin- 6
ta dies, aperiens Noë feneſtrã arcę quam
fecerat, dimiſit coruum: [a] qui egredieba- 7
-6 MS. R.H.C. Q.n. tur, & 'non' reuertebatur, donec ſiccа-
rentur aquæ ſuper terram. [a] Emiſit quo- 8
que columbam poſt eum, vt videret ſi
iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ.
[a] Quæ cùm non inueniſſet vbi requie- 9
ſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in ar-
cam: aquæ enim erant ſuper vniuerſam
terram: extendítque manũ ſuam & ap-
prehenſam intulit in arcam. [a] Expecta- 10
tis autem vltrà ſeptem diebus aliis, rur-
ſum dimiſit columbam ex arca. [a] At illa 11
venit ad eum ad veſperam, portans ra-
mũ oliuæ virentibus foliis in ore ſuo. in-
tellexit ergo Noë quòd ceſſaſſent aquæ
ſuper terram. [a] Expectauitque nihilomi- 12
nus ſeptem alios dies: & emiſit colum-
bam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum.
[a] Igitur ſexcenteſimo primo anno pri- 13
mo menſe prima die menſis imminutæ
ſunt aquę ſuper terram: & aperiens Noë
tectum arcæ, aſpexit, viditque quòd ex-
iccata eſſet ſuperficies terræ. [a] Menſe ſe- 14
cundo, ſeptimo & viceſimo die menſis
arefacta eſt terra. [a] Locutus eſt autem 15
Deus ad Noë, dicens: [a] Egredere de arca 16
tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum
tuorũ tecum. [a] Cuncta animantia quæ 17
ſunt apud te, ex omni carne, tam in vo-
latilibus quàm in beſtiis & vniuerſis re-
ptilibus quæ reptant ſuper terram, educ
tecum, & ingredimini ſuper terrã: [a] cre- Sup.1. Inſr.9,1.
ſcite & multiplicamini ſuper eã. [a] Egreſ- 18
ſus eſt ergo Noë & filij eius: vxor illius,
[a] & vxores filiorum eius cum eo. [a] Sed & 19
omnia animantia, iumenta, & reptilia

quę reptant ſuper terram ſecundum genus ſuum, egreſſa ſunt de arca. [20] Ædificauit autem Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare.
[21] Odoratuſque eſt Dominus odorē ſuauitatis, & ait ad eum: Nequa quam vltrà maledicam terrę propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem ſicut feci. [22] Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent.

Sup. 6, 5. Mat. 15, 19.

" omnem animantem 6 MS. omne viuens. H. C. omnē carnem viuentem. G. - 0.

CAP. IX.

[1] BEnedixítque Deus Noë & filiis eius. Et dixit ad eos: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. [2] Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt. [3] Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. [4] Excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis. [5] Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum: & de manu hominis, de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis. [6] Quicunq. effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. [7] Vos autem creſcite & multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & implete eam. [8] Hæc quoque dixit Deus ad Noë, & ad filios eius cum eo: [9] Ecce ego ſtatuam pactum meū vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos: [10] & ad omnem animam viuentem quæ eſt vobiſcum tam in volucribus quàm in iumentis & pecudibus terrę, cunctiſque quę egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis beſtiis terræ. [11] Statuam pactum meum vobiſcum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuiū diſſipans terram. [12] Dixítque Deus: Hoc eſt ſignum fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuentem quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas: [13] Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignū fœderis inter me & inter terram. [14] Cúmq. obduxero nubibus cælū, apparebit arcus meus in nubibus: [15] & recordabor fœderis mei vobiſcū, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat: & nō erunt vltrà aquæ diluuij ad delendum vniuerſam carnem. [16] Erítque arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni quod pactū eſt inter Deum & omnem animam viuentem vniuerſæ carnis quæ eſt ſuper terram. [17] Dixítq. Deus ad Noë: Hoc eſt ſignum fœderis quod conſtitui inter me & omnem carnē ſuper terram. [18] Erant ergo filij Noë qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipſe eſt pater Chanáan. [19] Tres iſti filij ſunt Noë: & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram. [20] Cœpítque Noë vir agricola exercere terram, & plantauit vineam: [21] Bibénſque vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. [22] Quod cùm vidiſſet Chā pater Chanáan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nuntiauit duobus fratribus ſuis foras. [23] At verò Sem & Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedētes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: faciéſq. eorum auerſę erant, & patris virilia nō viderunt. [24] Euigilans autem Noë ex vino, cùm didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor, [25] ait: Maledictus Chanáan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. [26] Dixítq.: Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanáā ſeruus eius: [27] Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, ſitq. Chanáan ſeruus eius. [28] Vixit aūt Noë poſt diluuium trecentis quinquaginta annis: [29] & impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus eſt.

Sup. 1, 28. 8, 17.

Iſai. 54, 9.

* omnem MS. G.

Ecclí. 43, 12

- 1 MS. R. H. C.

* inter 8 MS. H. C. G.

" erit MS q.

* inter 3 MS. H. G.

- 5 MS. R. H. C. G. - 0.

* iacuit MS q. Rab.

* puer MS q.

Y iapht.

CAP. X.

[1] HÆ ſunt generationes filiorum Noë, Sem, Cham, & Iapheth: natique ſunt eis filij poſt diluuium. [2] Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Moſoch, & Thiras. [3] Porrò

1 Par. 1, 5.

[3] Porrò filij Gomer: Aſcenez & Riphath, & Thógorma. [4] Filij autē Iauan: Eliſa & Tharſis, Cethim & Dodanim. [5] Ab his diuiſę ſunt inſulę gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundum linguam ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis.

" vir Rab. H. C. - 9 MS. R. G. at contradicunt Rab. H. C.

[6] Filij autem Cham: Chus, & Meſraim, & Phut, & Chanáan. [7] Filij autē Chus: Saba, Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Filij Regma: Saba, & Dadan. [8] Porrò Chus genuit Nemrod: ipſe cœpit eſſe potens in terra, [9] & erat robuſtus venator coram Domino. ab hoc exiuit prouerbium, Quaſi Nemrod robuſtus venator corā Domino. [10] Fuit autem principiū regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar. [11] De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale. [12] Reſen quoque inter Niniuen & Chale: hæc eſt ciuitas magna. [13] At verò Meſráim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephthuim, [14] & Phetruſim, & Chaſluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſthiim & Caphtorim.

* & 12 MS. Rab. H. C. G.

ob hoc 5 MS. H. C. G.

[15] Chanáan autem genuit Sidônem primogenitum ſuum, Hethæum, [16] & Iebuſæum, & Amorrhæum, & Gergeſæum, [17] & Heuæum, & Aracæum, Sinæum, [18] & Aradium, Samaræum & Hamathæum: & per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum. [19] Factíque ſunt termini Chanáan veniētibus à Sidône Geraram vſque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrham, & Adamam, & Seboim vſque Laſa.

[20] Hi ſunt filij Cham in cognationibus, & linguis, & generationibus, terríſque & gentibus ſuis. [21] De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore. [22] Filij Sem: Ælā & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. [23] Filij Aram: Hus & Hul, & Gether, & Mes. [24] At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus eſt Heber. [25] Natíque ſunt Heber filij duo: nomen vni Phaleg, eò quòd in diebus eius diuiſa ſit terra: & nomen fratris eius Iectan. [26] Qui Iectan genuit Elmodad & Saleph, & Aſarmoth, Iare, [27] & Adoram, & Vzal, & [28] Decla, [29] & Hebal, & Abimaël, Saba, & Ophir, & Heuila & Iobab. omnes iſti, filij Iectan. [30] Et facta eſt habitatio eorū de Meſſa pergentibus vſq. Sephar montem orientalem. [31] Iſti ſunt filij Sem ſecundùm cognationes & linguas, & regiones in gentibus ſuis. [32] Hæ familiæ Noë iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

Z Phaleg

CAP. XI.

[1] ERat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem. [2] Cúmq. proficiſcerentur de oriente, inuenerūt campum in terra Sennáar, & habitauerunt in eo. [3] Dixítque alter ad proximum ſuum, Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habuerúntq. lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento: [4] & dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælū: & celebremus nomen noſtrum antequā diuidamur in vniuerſas terras. [5] Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrem quam ædificabant filij Adam, [6] & dixit: Ecce, vnus eſt populus, & vnum eſt labium omnibus: cœperúntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. [7] Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguā eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. [8] Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. [9] Et idcirco vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dñs ſuper faciem cunctarum regionum. [10] Hæ ſunt generationes Sem: Sem erat centum annorū quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium. [11] Vixítque Sem poſtquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias. [12] Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. [13] Vixítq. Arphaxad poſtquam genuit Sale, trecētis tribus annis: & genuit filios & filias. [14] Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. [15] Vixítq. Sale poſtquàm genuit Heber,

Sap. 10, 5.

- 6 MS. H. C. G. 1 Par. 1, 17.

" Q. n.

" quadrin genuis 5 MS. H. C.

quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias. [16] Vixit autẽ Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. [17] Et vixit Heber postquàm genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias. [18] Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. [19] Vixítque Phaleg postquàm genuit Reu, ducentis nouem annis, & genuit filios & filias. [20] Vixit autẽ Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. [21] Vixit quoq. Reu postquàm genuit Sarug, ducentis septem annis: & genuit filios & filias. [22] Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. [23] Vixítq. Sarug postquàm genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. [24] Vixit autem Nachor viginti nouem annis, & genuit Thare. [25] Vixítq. Nachor postquàm genuit Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios & filias. [26] Vixítque Thare septuaginta annis: & genuit Abram & Nachor, & Aran. [27] Hæ sunt autem generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor & Aran. Porrò Aran genuit Lot. [28] Mortuúsq. est Aran ante Thare patrẽ suum, in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. [29] Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abrã, Sarái: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aram patris Melchæ, & patris Ieschæ. [30] Erat autem Sarái sterilis, nec habebat liberos. [31] Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran filium filij sui, & Sarái nurum suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanáan: venerúntque vsque Haran, & habitauerunt ibi. [32] Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

Gen.11,19. Par.1,19. Iosue.24,2. Nehe.9,7. Iudit 5,6. Act.7,2.

CAP. XII.

[1] DIxit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. [2] Faciámq. te in gentem magnam, & benedicã tibi, & magnificabo nomen tuum, erísque benedictus. [3] Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque IN TE benedicentur vniuersæ cognationes terræ. [4] Egressus est itaq. Abram sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: septuagintaquinque annorũ erat Abram cùm egrederetur de Haran. [5] Tulítque Sarái vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniuersámque substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran: & egressi sunt vt irent in terrã Chanáan. [6] Cúmque venissent in eam, pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem, & vsque ad conuallem illustrem: Chananæus aũt tunc erat in terra. [7] Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. [8] Et inde transgrediens ad montẽ qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai: ædificauit quoq. ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. [9] Perrexítque Abrã vadens, & vltrà progrediens ad meridiem.

Gal.3,8. Infr.18,18. 22,17. Heb.11,8. Infr.13,14. 15,18. 26,2. Deut.34,4. * & inuocauit ibi nomen eius o.

ad meridiem. [10] Facta est autem fames in terra: descendítq. Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra. [11] Cúmque propè esset vt ingrederetur Ægyptũ, dixit Sarái vxori suæ: Noui quòd pulchra sis mulier: [12] & quòd cùm viderint te Ægyptij, dicturi sunt, Vxor illius est, & interficient me, & te reseruabunt. [13] Dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. [14] Cùm itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierẽ quòd esset pulchra nimis. [15] Et nuntiauerũt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis: [16] Abram verò bene vsi sunt propter illam. Fuerúntq. ei oues & boues, & asini, & serui, & famulæ & asinæ & cameli. [17] Flagellauit autem Dominus Pharaonẽ plagis maximis, & domũ eius propter Sarái vxorem Abram. [18] Vocauítque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti mihi quòd vxor tua esset? [19] Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam, & vade. [20] Præcepítque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia quæ habebat.

Infr.20,11. asinæ o. familiæ o. -o.

CAP. XIII.

[1] AScendit ergo Abram de Ægypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad australem plagam. [2] Erat autem diues valde in possessione auri & argenti. [3] Reuersúsque est per iter quò venerat, à meridie in Bethel vsque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai: [4] in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. [5] Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. [6] Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibãt habitare communiter. [7] Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabãt in terra illa. [8] Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos; fratres enim sumus. [9] Ecce vniuersa terra corã te est: recede à me, obsecro: si ad sinistrã ieris, ego dexterã tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. [10] Eleuatis itaq. Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut paradisus Domini & sicut Ægyptus venientibus in Segor. [11] Elegítq. sibi Lot regionem circa Iordanẽ, & recessit ab oriente: diuisiq. sunt alterutrum à fratre suo. [12] Abram habitauit in terra Chanáan: Lot verò moratus est in oppidis quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. [13] Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. [14] Dixítque Dominus ad Abram postquàm diuisus est ab eo Lot: Leua oculos tuos & vide à loco in quo nunc es ad aquilonẽ & meridiem, ad orientem & occidentem. [15] Omnem terram quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. [16] Faciámque semen tuum sicut puluerẽ terræ: si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. [17] Surge ergo, & perambula terram in longitudine, & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. [18] Mouens igitur tabernaculum suum Abram, venit, & habitauit iuxta conuallẽ Mambre, quæ est in Hebron: ædificauítque ibi altare Domino.

Supr.12,7. Infr.15,18. 26,4. -10 MS. R.Rab. H. C.G. *ad 6 MS. H.C. Deut.34,4. -ũ. numeras 13 MS. R.H.C. -10 MS. H.C.G.

CAP. XIIII.

[1] FActum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennáar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahómor rex Elamitarum, & Thadal rex gentium [2] inirent bellum cõtra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & cõtra Senaab regem Adamæ, & contra Seméber regem Seboim, contráque regem Balæ, ipsa est Segor. [3] Omnes hi conuenerũt in vallem Syluestrem, quæ nunc est mare salis. [4] Duodecim enim annis

Elasar H.C.G.

annis seruierãt Chodorlahómor, & tertio decimo anno receſſerunt ab eo. *Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahómor, & reges qui erant cum eo: percuſſerúntque Raphaim in Aſtaroth & Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, *& Corrhæos in montibus Seir, vſq. ad Campeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine. *Reuerſíque ſunt, & venerũt vſque ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnem regionem Amalecitarum & Amorrhæorum qui habitabant in Aſaſon-thamar. *Et egreſſi ſunt rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, réxque Adamæ, & rex Seboim, nec non & rex Balæ, quæ eſt Segor: & direxerũt aciem cõtra eos in valle Sylueſtri, *ſcilicet aduerſus Chodorlahómor regem Elamitarum, & Thadal regem gẽtium, & Amraphel regem Sennáar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduerſus quinq. *Vallis autem Sylueſtris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, ceciderúntque ibi: & qui remanſerant, fugerunt ad montem. *Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorũ & Gomorrhæorũ, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent, & abierunt: *nec non & Lot & ſubſtantiã eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. *Et ecce vnus qui euaſerat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Eſchol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram. *Quod cùm audiſſet Abram, captum videlicet Lot fratrem ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſecutus eſt eos vſque Dan. *Et diuiſis ſociis, irruit ſuper eos nocte: percuſſitque eos, & perſecutus eſt eos vſque Hoba & Phœnicem', quæ eſt ad læuam Damaſci. *Reduxítque omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoq. & populum. *Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in occurſum eius poſtquàm reuerſus eſt à cæde Chodorlahómor, & regũ qui cum eo erant in valle

5 -12 MS. R.Rab. H. C.G.
10 -10 MS. Rab. H. C.G.
6 -6 MS. H.C.
11
12
13
14
15
16
17
13 -13 MS. R.H.C.G.

18 Saue, quæ eſt vallis regis. *Et verò Melchiſedec rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) *benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelſo qui creauit cælum & terram: *& benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. *Dixit autem rex Sodomorum ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi. *Qui reſpondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cæli & terræ, *quòd à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas, Ego ditaui Abram: *exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum qui venerunt mecũ, Aner, Eſchol, & Mambre: iſti accipient partes ſuas.

Heb.7,3.

CAP. XV.

1 HIs itaq. tranſactis, factus eſt ſermo Domini ad Abram per viſionẽ dicẽs: Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.
2 *Dixítque Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam abſque liberis: & filius procuratoris domus meæ iſte Damaſcus Eliézer. *Addidítque Abram,
3 Mihi autem non dediſti ſemen: & ecce vernaculus meus, hæres meus erit. *Statímq. ſermo Domini factus eſt ad eum
4 dicens: Non erit hic hæres tuus: ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem. *Eduxítque eum foras, & ait
5 illi: 'Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes. Et dixit ei: Sic erit ſemen tuum.
6 *' Credidit Abram "Deo', & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. *Dixítque ad
7 eum: Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terrã iſtam,
8 & poſſideres eam. *At ille ait: Domine Deus, vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam? *Et reſpondens Dominus,
9 Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.
10 *Qui tollens vniuerſa hæc, 'diuiſit ea' per medium, & vtraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit: aues autem non diuiſit.

Rom.4,18.
Rom.4,3. Gal. 3,6. Iac.2,23.
"Domino 1 Ms. R.Rab. H. C.
Ier.34,18. -MS q. Rab.

diuiſit. *Deſcenderúntque volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram.
11 "occubuiſſet, MS q. Rab. "pauor Rab. "ecſtaſis c. Textui veſtè conuenit H. Act.7,6. Exo.12,36.
12 *Cúmque ſol "occumberet', "ſopor' irruit ſuper Abram, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. *Dictúmque
13 eſt ad eum: Scito prænoſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua: & ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. *Ve-
14 rumtamen gentem cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo: & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia. *Tu autem ibis
15 ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona. *Generatione autem quarta
16 reuertẽtur huc: necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorũ vſque ad præſens tempus. *Cùm ergo occu-
17 buiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumãs, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. *In illo
18 die pepigit Dominus fœdus cũ Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vſq. ad fluuiũ magnum
19 *Euphraten, *Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, *& Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque, *& Amor-
20 rhæos, & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

Sup.12,7. 13,15. Inſ.26,4. Deut.34,4. 2 Par.9,26. 1 Reg.4,20
*fluuium MS. H.C.
21

CAP. XVI.

1 IGitur Sarái, vxor Abram, non genuerat "ſibi' liberos: ſed habens ancillam Ægyptiã nomine Agar, *dixit marito
2 ſuo: Ecce, ccõluſit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Cúmque ille "acquieſceret' deprecanti,
3 *tulit Agar Ægyptiam ancillam ſuam poſt annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanáan: & dedit eam viro
4 ſuo vxorem. *Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa concepiſſe ſe videns, deſpexit dominam ſuã. *Dixítque Sarái ad Abram:
5 Iniquè agis cõtra me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ videns quòd conceperit, deſpectui me habet. iudicet
6 Dominus inter me & te. *Cui reſpondens Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarái, fugam iniit.
7 *Cúmq. inueniſſet eam angelus Domini iuxta

-13 MS. "ei H.C.G.
"acquieuiſſet 3 MS. H. C.G.

fontem aquæ in ſolitudine quæ eſt in
8 via Sur in deſerto, *dixit ad illam: Agar, ancilla Sarái, vnde venis? & quò vadis? Quæ reſpondit: A facie Sarái dominæ
9 meæ ego fugio. *Dixítque ei angelus Domini, Reuertere ad dominam tuam,
10 & humiliare ſub manu illius. *Et rurſum: Multiplicans, inquit, multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ
11 multitudine. *Ac deinceps: Ecce, ait, concepiſti, & paries filium: vocabíſque nomen eius 'Iſmahel, eo quòd audierit
12 Dominus afflictionem tuam. *Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: & ere-
13 gione vniuerſorum fratrum ſuorum figet tabernacula. *Vocauit autem *nomen Domini qui loquebatur ad eam:
14 Tu Deus qui vidiſti me. Dixit enim, Profectò hîc vidi poſteriora videtis me. *Propterea appellauit puteum illum,
15 Puteum viuentis & videntis me. Ipſe eſt inter Cades & Barad. *Peperítque Agar
16 Abræ filium: qui vocauit nomen eius Iſmahel. *Octoginta & ſex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Iſmahelem.

'Samaël
*Agar MS q. Rab.
Inſ.24,82
Gal.4,22

CAP. XVII.

1 POſtquam verò nonaginta & nouem annorum eſſe cœperat, apparuit ei Dominus: dixítque ad eum: Ego Dominus omnipotens: ambula coram me, &
2 eſto perfectus. *Ponámq. fœdus meum inter me & te: & multiplicabo te vehementer nimis. *Cecidit Abram pronus
3 in faciem. *Dixítque ei Deus: Ego ſum,
4 & *pactum meum tecum, 'eríſq. pater
5 multarum gentium. *Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram: ſed appellaberis Abraham: quia 'patrem multarum
6 gentium conſtitui te. *Faciámque te creſcere vehementiſſimè, & ponam te in gentibus, regéſque ex te egredientur.
7 *Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno: vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.
8 *Dabóque tibi & ſemini tuo *terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanáan in poſſeſſionem æternam,

*ponam 4 MS. R. H.C.G.
Eccl.44,23 Rom.4,17.
'ab hamon goim
*poſt te 4 MS. R. H.C.G.

eróque Deus eorum. *Dixit iterũ Deus 9
Act.7.8. ad Abrahã: 'Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in gene-
-6 MS. G. AR. ante Rab. H. & C. legitur. rationibus suis. *Hoc est pactũ meum' 10
quod obseruabitis inter me & vos & semen tuum post te: Circuncidetur ex
vobis omne masculinum: *& circunci- 11
Rom.4.11. Luc.12,3. Luc.2,22. detis carnem præputij vestri, vt sit 'in signũ fœderis inter me & vos. *'Infans 12
octo dierum circuncidetur in vobis, omne masculinum in generationibus
vestris: tam vernaculus quàm emptitius circuncidetur, & quicumque non fue-
rit de stirpe vestra: *erítque pactum 13
meũ in carne vestra in fœdus æternum.
*Masculus cuius pręputij caro circun- 14
cisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactũ meum irritum
fecit. *Dixit quoq. Deus ad Abraham, 15
Sarái vxorem tuam non vocabis Sarái, sed Saram. *Et benedicam ei, & ex illa 16
dabo tibi filium cui benedicturus sum, erítque in nationes, & reges populorum
orientur ex eo. *Cecidit Abrahã in fa- 17
ciem suam, & risit; in corde suo dicens: Putásne centenario nascetur filius? &
Sara nonagenaria pariet? *Dixítque ad 18
Deum: Vtinam Ismahel viuat corã te.
Infr.18,10. 21,2. *Et ait Deus ad Abraham: 'Sara vxor 19
tua pariet tibi filium, vocabísq. nomen eius Isaac, & constituam pactum meum
illi in fœdus sempiternũ, & semini eius post eum. *Super Ismahel quoque ex- 20
audiui te. ecce, benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim
duces generabit, & faciam illum in gen-
tem magnam. *Pactum verò meum sta- 21
tuam ad Isaac, quẽ pariet tibi Sara tempore isto in anno altero. *Cúmq. finitus 22
esset sermo loquentis cum eo, ascendit Deus ab Abrahã. *Tulit autẽ Abraham 23
Ismahel filiũ suum, & omnes vernaculos domus suæ: vniuersósque quos eme-
rat, cunctos mares ex omnibus viris do-
mus suæ: & circuncidit carnẽ pręputij eorum statim in ipsa die, sicut præcepe-
rat ei Deus. *Abraham nonaginta & 24
nouem erat annorum quando circun-
cidit carnem pręputij sui. *Et Ismahel 25
filius suus tredecim annos impleuerat
26 tempore circuncisionis suæ. *Eadẽ die
circuncisus est Abraham & Ismahel fi-
27 lius eius. *Et omnes viri domus illius, tam vernaculi, quàm emptitij & alieni-
genæ pariter circuncisi sunt.

CAP. XVIII.

1 APparuit autem ei Dominus in con- Heb.13,2.
ualle Mambre sedenti in ostio ta-
2 bernaculi sui in ipso feruore diei. *Cúm-
que eleuasset oculos, apparuerunt ei
tres viri stantes prope eum: quos cùm
vidisset, cucurrit in occursum eorum de
ostio tabernaculi 'sui', & adorauit in ter- -6 MS. H.C. Ar. R. Rab. & G. legitur.
3 ram. *Et dixit: Domine, si inueni gra-
tiam in oculis tuis, ne transeas seruum
4 tuum: *sed afferam pauxillum aquę, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub
5 arbore. *Ponámq. buccellã panis, & confortetur cor vestrum, posteà transibitis:
idcirco enim declinastis ad seruum ve-
strum. Qui dixerunt: Fac vt loquutus es.
6 *Festinauit Abrahã in tabernaculum
ad Saram, dixítque ei: Accelera, tria sata
'similæ' commisce, & fac subcinericios o.
7 panes. *Ipse verò ad armentum cucur-
rit, & tulit inde vitulum tenerrimum &
optimum: dedítque puero. qui festina-
8 uit & coxit illum. *Tulit quoque buty-
rum & lac, & vitulum quem coxerat, &
posuit coram eis: ipse verò stabat iuxta
9 eos sub arbore. *Cúmque comedissent, dixerunt ad eum: Vbi est Sara vxor tua?
ille respondit: Ecce in tabernaculo est.
10 *Cui dixit: 'Reuertens veniam ad te Sup.17,19. Infr.21,1. Rom.9,9. 1 Pet.3,6.
tempore isto, vita comite, & habebit fi-
liũ Sara vxor tua. Quo audito Sara risit
11 post ostium tabernaculi. *Erant autem ambo senes, prouectæque ætatis, & de-
12 sierant Saræ fieri muliebria. *Quæ risit, occultè dicens: Postquam consenui, &
dominus meus vetulus est, voluptati
13 operam dabo? *Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara, dicens:
14 Num verè paritura sum anus? *Nun-
quid Deo quicquam est difficile? iuxta
condictũ reuertar ad te hoc eodem tem-
pore, vita comite, & habebit Sara filiũ.
15 *Negauit Sara, dicens: Non risi, timo-
re perterrita. Dominus autem, Non est,
16 inquit, ita: sed risisti. *Cùm ergo surre-
xissent

xissent inde viri, direxerunt oculos con-
tra Sodomam: & Abraham simul gra-
diebatur, deducens eos. *Dixítque Do- 17
minus: Num celare potero Abraham
quæ gesturus sum: *cùm futurus sit in 18
Sup.12,3. Infr.22,17. gentem magnam, ac robustissimam, &
BENEDICENDÆ sint in illo omnes na-
tiones terræ? *Scio enim quòd præce- 19
pturus sit filiis suis, & domui suæ post se
vt custodiant viam Domini, & faciant
iudicium & iustitiam: vt adducat Do-
minus propter Abraham omnia quę lo-
cutus est ad eum. *Dixit itaque Domi- 20
nus: Clamor Sodomorum & Gomor-
rhęorum multiplicatus est, & peccatum
eorum aggrauatum est nimis. *Descen- 21
dam, & videbo vtrum clamorem qui
venit ad me, opere cõpleuerint: an non
est ita, vt sciam. *Conuerterúntque se 22
inde, & abierunt Sodomam: Abraham
verò adhuc stabat coram Domino. *Et 23
appropinquans ait: Nunquid perdes iu-
stum cum impio? *Si fuerint quinqua- 24
ginta iusti in ciuitate, peribunt simul? &
non parces loco illi propter quinquagin-
ta iustos, si fuerint in eo? *Absit à te, vt 25
rem hanc facias, & occidas iustum cum
impio, fiátque iustus sicut impius, non
-12 MS. 'nunquid iudex vniuersæ terræ non facies iudicium H.C.G. est hoc tuum, 'qui iudicas omnẽ terram:
nequaquam facies iudicium 'hoc'. *Di- 26
xítque Dominus ad eum: Si inuenero
Sodomis quinquaginta iustos in medio
ciuitatis, dimittam omni loco propter
eos. *Respondénsque Abraham, ait: 27
Quia semel cœpi, loquar ad Dominum
meum, cùm sim puluis & cinis. *Quid 28
si minus quinquaginta iustis quinq. fue-
'quinque 4 MS. R. H.C. Textus consentit G. rint? delebis propter 'quadragintaquin-
que' vniuersam vrbem? Et ait: Non dele-
bo, si inuenero ibi quadragintaquinq.
*Rursúmque locutus est ad eum: Sin 29
-o. autem quadraginta 'ibi' inuenti fuerint,
quid facies? Ait: Nõ percutiam propter
quadraginta. *Ne quæso, inquit, indi- 30
gneris Domine, si loquar: Quid si ibi in-
uenti fuerint triginta? Respondit, Non
faciam, si inuenero ibi triginta. *Quia 31
semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum
meum: Quid si ibi inuenti fuerint vigin-
ti? Ait: Non interficiam propter viginti.
32 *Obsécro, inquit, ne irascaris Domi-
ne, si loquar adhuc semel: Quid si in-
uenti fuerint ibi decem? Et dixit: Non
33 delebo propter decem. *Abiítque Do-
minus postquã cessauit loqui ad Abra-
ham: & ille reuersus est in locum suum.

CAP. XIX.

1 VEnerúntq. duo Angeli Sodomam Heb.13,2.
vesperè, sedente Lot in foribus ci-
uitatis. Qui cùm vidisset 'eos' surrexit, -4 MS. H.C.G.
& iuit obuiam eis: adorauítq. pronus in
2 terram, *& dixit: Obsécro, domini, de-
clinate in domum pueri vestri, & ma-
nete ibi: lauate pedes vestros, & manè
proficiscemini in viam vestram. Qui di-
xerunt, Minimè, sed in platea manebi-
3 mus. *Compulit illos oppidò vt diuer-
terent ad eum: ingressíque domum il-
lius, fecit conuiuium, & coxit azyma:
4 & comederunt. *Prius autem quàm
irent cubitum, viri ciuitatis vallauerũt
domum à puero vsque ad senem, omnis
5 populus simul. *Vocauerúntque Lot, & dixerunt ei: Vbi sunt viri qui introie-
runt ad te nocte? educ illos huc, vt co-
6 gnoscamus eos. *Egressus ad eos Lot,
7 post tergum accludens ostium, *ait: No-
lite, quæso, fratres mei, nolite malũ hoc
8 facere. *Habeo duas filias, quæ nec-
dum cognouerunt virum: educam eas
ad vos, & abutimini eis sicut vobis pla-
cuerit, dum modò viris istis nihil mali
faciatis, quia ingressi sunt sub vmbra
9 culminis mei. *At illi dixerunt: Recede illuc. Et rursus: Ingressus es, inquiunt,
vt aduena; nunquid vt iudices? te ergo
ipsum magis quàm hos affligemus.
'Vímque faciebant Lot vehementissi- 2 Pet.2,8.
mè: iamque propè erat vt effringerent
10 fores. *Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clausérúntq.
11 ostium: *& eos qui foris erant, 'percus- Sap.19,26.
serunt cæcitate à minimo vsq. ad maxi-
mum, ita vt ostiũ inuenire non possent.
12 *Dixerunt aũt ad Lot: Habes hîc quem-
piam tuorum? generum, aut filios, aut
filias, omnes qui tui sunt, educ de vrbe
13 hac: *delebimus enim locum istum, eò
quòd increuerit clamor eorum coram
Domino, qui misit nos vt perdam' illos.
*Egressus

14 *Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius,
-7 MS. Rab. H. C. & dixit: Surgite, -& egredimini de loco
isto: quia delebit Dominus ciuitatem
hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui.
15 *Cúmque esset manè, cogebant eum
*& MS 9. Rab. angeli, dicentes: Surge, *tolle vxorem
tuam, & duas filias quas habes: ne & tu
pariter pereas in scelere ciuitatis. 16 *Dissimulante illo, apprehenderunt manum
eius 6 MS. H. C. G. eius, & manum vxoris, ac duarum filiarũ eius, eò quòd parceret Dominus illi.
Sap. 10, 6. 17 *Eduxerúntq. eum, & posuerunt extra
ciuitatem. Ibíque locuti sunt ad eum, dicentes: Salua animã tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac, ne &
tu simul pereas. 18 *Dixítque Lot ad eos:
19 Quæso Domine mi, *quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti
mecum, vt saluares animam meam, nec
possum in monte saluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar. 20 *Est ciuitas hæc iuxtà, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea: nunquid non
modica est, & viuet anima mea? 21 *Dixítque ad eum, Ecce etiam in hoc suscepi
preces tuas, vt non subuertam vrbẽ pro
Sap. 10, 6. qua locutus es. 22 *Festina, & saluare ibi:
quia non potero facere quicquã, donec
ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen vrbis illius Segor. 23 *Sol egressus est
super terram, & Lot ingressus est Segor.
24 *Igitur Dominus pluit super Sodomã
& Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cælo: 25 *& subuertit ciuitates
has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ
Deut. 29, 23. Isai. 13, 19. Ier. 50, 40. Eze. 16, 48 Osee 11, 8. Am. 4, 11. Luc. 17, 29. Iude 1, 7. Sap. 18, 1. virentia. 26 *Respiciénsque vxor eius post
se, versa est in statuam salis. 27 *Abraham
autẽ consurgens manè vbi steterat prius
cum Domino, 28 *intuitus est Sodomam
& Gomorrham, & vniuersam terrã regionis illius: vidítque ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum.
29 *Cùm enim subuerteret Deus ciuitates
regionis illius, recordatus est Abrahæ: &
liberauit Lot de subuersione vrbium in
quibus habitauerat. 30 *Ascendítque Lot
de Segor, & mansit in monte, duæ quoq.
filiæ eius cum eo, (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, &
31 duæ filiæ eius cum eo: *Dixítque maior -o.
ad minorem: Pater noster senex est, &
nullus virorum remãsit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersæ
32 terræ. *Veni, inebriemus eum vino,
dormiamúsque cum eo, vt seruare possimus ex patre nostro semen. 33 *Dederunt
itaque patri suo bibere vinum nocte illa.
Et ingressa est maior, dormiuítq. cum
patre: at ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. 34 *Alterà quoq. die dixit maior ad minorem:
Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte,
& dormies cum eo, vt saluemus semen
35 de patre nostro. *Dederúntque -etiam -4 MS. G -H. C. G. -& illa nocte patri suo bibere vinum, ingressáque minor filia, dormiuit cum eo:
& nec tunc quidem sensit quando con-
36 cubuerit, vel quando illa surrexit. *Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre
37 suo. *Peperítque maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipse est pater
Moabitarum vsque in præsentem diem.
38 *Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius "Ammon', id est filius *Ben ammi H. Huic nomini conuenit interpretatio, quam Interpres subiunxit. populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

CAP. XX.

1 PRofectus inde Abraham in terram
austrálem, habitauit inter Cades &
2 Sur: & peregrinatus est in Geraris. *Dixítque de Sara vxore sua, Soror mea est.
Misit ergo Abi-mélech rex Geraræ, &
3 tulit eam. *Venit autem Deus ad Abimélech per somnium nocte, & ait illi:
En morieris propter mulierẽ quam tu-
4 listi: habet enim virum. *Abi-mélech verò non tetigerat eam, & ait: Domine,
5 num gentem ignorantem & iustam interficies? *Nónne ipse dixit mihi, Soror
mea est: & ipsa ait, Frater meus est? in
simplicitate cordis mei, & mũditia manuum mearum feci hoc. 6 *Dixítque ad
eum Deus: Et ego scio quòd simplici
corde feceris: & ideo custodiui te ne
peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam

res eam. 7 *Nunc ergo redde viro suo
vxorem, & orabit pro te: quia propheta
est, & viues. si autem nolueris reddere,
scito quòd morte morieris tu & omnia
quæ tua sunt. 8 *Statímque de nocte consurgẽs Abi-mélech, vocauit omnes seruos suos: & loquutus est vniuersa verba
hæc in auribus eorum, timuerúntque
omnes viri valde. 9 *Vocauit autem Abimélech etiam Abrahã, & dixit ei: Quid
fecisti nobis? quid peccauimus in te,
quia induxisti super me & super regnũ
meum peccatum grande? quæ non debuisti facere, fecisti nobis. 10 *Rursúmque
expostulans, ait: Quid vidisti vt hoc faceres? 11 *Respondit Abraham: Cogitaui
mecum, dicens: Forsitan non est timor
Dei in loco isto, & interficient me pro-
-8 MS. Sup. 12, 13. Inf. 21, 23. pter vxorem meam: *aliàs autem -&' 12
verè soror mea est, filia patris mei, & non
filia matris meę, & duxi eam in vxorem.
13 *Postquam autem eduxit me Deus de
domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiam facies mecũ. In omni loco
ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus sim. 14 *Tulit igitur Abi-mélech
oues & boues & seruos, & ancillas, &
dedit Abraham: reddidítque illi Saram
vxorem suam, 15 *& ait: Terra corã vobis
est, vbicunque tibi placuerit habita.
16 *Saræ autem dixit: Ecce mille argẽteos
dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen
oculorum ad omnes qui tecum sunt: &
quocunque perrexeris, memento te deprehensam. 17 *Orante autem Abraham,
sanauit Deus Abi-mélech & vxorem,
ancilláque eius: & pepererunt. 18 *concluserat enim Dominus omnem vluam domus Abi-mélech propter Saram vxorem Abrahæ.

CAP. XXI.

Sup. 17, 19. 18, 10. 1 VIsitauit autẽ Dominus Saram, sicut promiserat: & impleuit quæ lo-
Gal. 4, 23. Heb. 11, 11. cutus est. 2 *Concepítque, & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus. 3 *Vocauítque Abraham
Act. 7, 8. nomen filij sui quẽ genuit ei Sara, Isaac.
Sup. 17, 10. Mat. 1, 2. 4 *& circuncidit eum octauo die, sicut
præceperat ei Deus, 5 *cùm centum esset
annorum: hac quippe ętate patris, natus
6 est Isaac. *Dixítq. Sara: Risum fecit mihi *Seboc
Deus: quicunque audierit, corridebit
7 mihi. *Rursúmque ait: Quis "auditurus' "auditorum; Ms: crederet Abraham quòd Sara lactaret
filium quem peperit ei iam seni? *Creuit
igitur puer, & ablactatus est: fecítque
Abraham grande conuiuiũ in die ablactationis eius. 9 *Cúmq. vidisset Sara filiũ
*quem peperit ipsi Abraham. H. C. G. -6 MS. H. C. At G. habent. Gal. 4, 30. Agar Ægyptiæ *ludentem -cum Isaac fi-
10 lio suo', *dixit ad Abraham, 'Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit
hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.
11 *Durè accepit hoc Abraham pro filio
12 suo. *Cui dixit Deus: Non tibi videatur
asperũ super puero, & super ancilla tua:
omnia quę dixerit tibi Sara, audi vocem
eius: quia 'in Isaac vocabitur tibi semen.
Rom. 9, 7. Heb. 11, 18. 13 *Sed & filium ancillæ faciam in gentem
14 magnam, quia semen tuum est. *Surrexit itaq. Abraham manè, & tollens panem & vtrem aquæ, imposuit scapulæ
*ei Ms 8. eius, tradidítque *puerũ, & dimisit eam.
15 *Quę cùm abijsset, errabat in solitudine
Ber-sabée. Cúmq. consumpta esset aqua
in vtre, abiecit puerũ subter vnã arbo-
16 rem quæ ibi erat. *Et abiit, sedítque è regione procul quantũ potest arcus iacere. dixit enim: Non videbo morientem
puerũ. & sedens contrà, leuauit vocem
17 suam, & fleuit. *Exaudiuit autem Deus
vocem pueri: vocauítque angelus Dei
Agar de cælo, dicens: Quid agis Agar?
noli timere: exaudiuit enim De9 vocem
18 pueri de loco in quo est. *Surge, tolle
puerum, & tene manum illius: quia in
19 gentem magnam faciã eum. *Aperuítq.
oculos eius Deus: quæ videns puteum
aquæ, abiit, & impleuit vtrẽ, dedítque
20 puero biberẽ. *Et fuit 'cum eo: qui cre- *Deus 1 MS. H. C. G.
uit, & moratus est in solitudine, factús-
21 que est iuuenis sagittarius. *Habitauítque in deserto Pharan, & accepit illi ma-
22 ter sua vxorem de terra Ægypti. *Eodẽ tempore dixit Abi-mélech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abrahã:
Deus tecum est in vniuersis quæ agis.
23 *Iura ergo per Deum, ne noceas mihi,
& posteris meis, stirpíq. meæ: sed iuxta
misericordiã 'quam feci tibi, facies mihi, Sup. 20, 13.
24 & terræ in qua versatus es aduena. *Di-

xítque Abraham: Ego iurabo. *Et increpauit Abi-mélech propter puteũ aquæ quẽ vi abstulerant serui eus. *Respondítque Abi-mélech: Nesciui quis fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui præter hodie. *Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abi-mélech: percusserúntq. ambo fœdus. *Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. *Cui dixit Abi-mélech: Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? *At ille: Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: vt sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. *Idcirco vocatus est locus ille Ber-sabee; quia ibi vterque iurauit. *Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti. *Surrexit autem Abi-mélech, & Phicol princeps exercitus eius, reuersíque sunt in terram Palæstinorum. Abraham verò plãtauit nemus in Ber-sabee, & inuocauit ibi nomẽ Domini Dei ęterni. *Et fuit colonus terræ Palęsthinorum diebus multis.

25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

CAP. XXII.

Iudith 8,22. Hebr.11,17. QVæ postquam gesta sunt, 'tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham Abraham'. At ille respondit, Adsum. *Ait illi: Tolle filium tuũ vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in Terram-visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. *Igitur Abraham de nocte cõsurgens, strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum: cúmque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem præceperat ei Deus. *Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locũ procul. *Dixítq. ad pueros suos: Expectate hîc cum asino: ego autẽ & puer illuc vsque properantes, postquã adorauerimus, reuertemur ad vos. *Tulit quoq; ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse verò portabat in manibus *ignem & gladium. Cúmq. duo pergerent simul, *dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti? *Dixit autem Abraham: Deus

1 2 3 4 5 6 7 8

-8 MS. H. C. verùm R & G. nomen Abrahæ, cõformiter textui, gaminant.

*suis 7 MS. H. C.

prouidebit sibi victimam holocausti, fili
9 mi. Pergebãt ergo pariter: *& venerunt *Iac.2,21.*
ad locum quem ostenderat ei Deus, in
quo ædificauit altare, & desuper ligna
composuit: cúmque alligasset Isaac fi-
lium suum, posuit eum in altare super
10 strues lignorum. *Extendítque ma-
num, & arripuit gladium, vt immolaret
11 filium suum. *Et ecce angelus Domini
de cælo clamauit, dicens: Abrahã, Abra-
12 ham. Qui respondit, Adsum. *Dixítq.
ei, Non extendas manũ tuam super puе-
rum, neque facias illi quicquam. nunc
cognoui quòd timeas 'Dominũ', & non "Deum 3 MS. R. Rab. H. G.
pepercisti vnigenito filio tuo propter
13 me. *Leuauit Abraham oculos suos, vi-
dítq. post tergum arietem inter vepres
hærẽtem cornibus, quem assumens ob-
14 tulit holocaustum pro filio. *Appella-
uítque nomen loci illius, Dominus "vi- "videbit N. "vidit G.
det'. Vnde vsque hodie dicitur, In mõte
15 Dominus videbit. *Vocauit autem an-
gelus Domini Abrahã secundò de cælo, *Psal.104,9. Luc,1,73. Eccl.44,21 Heb.6,13.*
16 *dicens: 'Per memetipsum iuraui, dicit
Domi-

Dominus: quia fecisti hanc rem, & non
pepercisti filio tuo vnigenito propter
me': *benedicam tibi, & multiplicabo 17
semen tuum sicut stellas cæli, & velut
arenam quæ est in littore maris: possi-
debit semen tuum portas inimicorum suo-
rum, *& 'BENEDICENTVR in semine 18
tuo omnes gẽtes terræ, quia obedisti vo-
ci meæ. *Reuersus est Abraham ad pue- 19
ros suos, abierúntq. Ber-sabee simul, &
habitauit ibi. *His itaque gestis nuntia- 20
tum est Abrahæ quòd Melcha quoque
genuisset filios Nachor fratri suo, *Hus 21
primogenitum, & Buz fratrem eius, &
Camuel patrem Syrorum, *& Cased, & 22
Azau, Pheldas quoque & Iedlaph, *ac 23
Bathuel, de quo nata est Rebecca. octo
istos genuit Melcha, Nachor fratri
Abrahæ. *Concubina verò illius, nomi- 24
ne Roma, peperit Tabee, & Gaham, &
Tahas, & Maacha.

-16 MS. R. H. C. In G. verò reperitur.

1 Mach.2, 52. Luc.1,73. Sup.12,3. 18,18. Infr.26,4. Act.3,25. Eccl.44,25

CAP. XXIII.

VIxit autem Sara centum vigintise-
ptem annis. *Et mortua est in ciui- 1
tate Arbee, quæ est Hebron, in terra 2
Chanáan: venítque Abraham vt plan-
geret & fleret eam. *Cúmque surrexis- 3
set ab officio funeris, locutus est ad filios
Heth, dicens: *Aduena sum & peregri- 4
nus apud vos: date mihi ius sepulchri vo-
biscum, vt sepeliam mortuum meum.
-o. *Responderunt filij Heth, 'dicentes': 5
*Audi nos domine, princeps Dei es 6
apud nos: in electis sepulchris nostris se-
peli mortuum tuum, nullúsq. te prohi-
bere poterit quin in monumẽto eius se-
pelias mortuum tuum. *Surrexit Abra- 7
ham, & adorauit populum terræ, filios
videlicet Heth: *dixítque ad eos: Si pla- 8
cet animę vestræ vt sepeliam mortuum
-o. meũ, audite me, & intercedite 'pro me'
apud Ephron filium Seor: *vt det mihi 9
spelunсam duplicem, quam habet in
extrema parte agri sui: pecunia digna
tradat eam mihi coram vobis in posses-
sionem sepulchri. *Habitabat autem 10
Ephron in medio filiorum Heth. Re-
spondítque Ephron ad Abraham cun-
ctis audientibus qui ingrediebãtur por-
tam ciuitatis illius, dicens: *Nequa- 11

quam ita fiet, domine mi, sed tu magis
ausculta quod loquor: Agrũ trado tibi,
& speluncam quæ in eo est, præsentibus
filiis populi mei, sepeli mortuum tuum.
12 *Adorauit Abrahã coram populo ter-
13 ræ. *Et locutus est ad Ephron circun-
stante "plebe 'eius', Quæso, vt audias "populo terræ H.C.G. - 8 MS. Rab.
me: Dabo pecuniam pro agro: suscipe
eam, & sic sepeliam mortuum meum in
14 'agro'. *Respondítq. Ephron, Domine "eo 7 MS. Rab. illic H.C.G. - o.
15 mi, audi 'me': *Terra quã postulas, qua-
dringentos siclos argenti valet: istud est
pretium inter me & te: sed quantum est
16 hoc? sepeli mortuũ tuum. *Quod cùm
audisset Abraham, appendit pecuniam
quam Ephron postulauerat: audienti-
bus filiis Heth, quadringentos siclos ar-
17 genti "probatæ' monetæ publicæ. *Con- "probati 4 MS. Hebraicè est, Argenti transeuntis ad mercatorem. Chaldaicè, Argenti quod recipiebatur pro mercimoniis in vnaquaq. prouincia. Græcè, Argenti probati mercatoribus. - o.
firmatúsque est ager quondam Ephro-
nis, in quo erat spelunca duplex, respi-
ciens Mambre; tam ipse, quàm spelũca,
& omnes arbores eius in cunctis termi-
18 nis 'eius' per circuitum, *Abrahæ in pos- "duplicis Q. ni.
sessionem, videntibus filiis Heth, & cun-
ctis qui intrabant portam ciuitatis illius.
19 *Atq. ita sepeliuit Abram Saram vxo-
rem suam in spelunca agri "duplici', quæ
respiciebat Mambre, hæc est Hebron in
20 terra Chanáan. *Et cõfirmatus est ager,
& antrũ, quod erat in eo, Abrahæ in pos-
sessionem monumenti à filiis Heth.

CAP. XXIIII.

ERat aũt Abraham senex, dierúmq.
1 multorum: & Dominus in cunctis
2 benedixerat ei. *Dixítque ad seruum
seniorem domus suæ, qui præerat omni-
bus quæ habebat: 'Pone manum tuam *Infr.47,29.*
3 subter femur meum: *vt adiurem te per
Dominum, Deum cæli & *terræ, vt non *Deum H. C. G.
accipias vxorem filio meo de filiabus
4 Chananæorum, inter quos habito: *sed
ad terram & cognationem meam profi-
ciscaris, & inde accipias vxorẽ filio meo
5 Isaac. *Respondit seruus: Si noluerit
mulier venire mecum in terram hanc,
nunquid reducere debeo filiũ tuum ad
6 locum de quo tu egressus es? *Dixítq.
Abraham: Caue nequando reducas fi-
7 lium meũ illuc. *Dominus Deus cæli *, *& terræ MS. G.
qui tulit me de domo patris mei, & de

terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: 'Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum corã te, & accipies inde vxorem filio meo. *sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium meum tantùm ne reducas illuc. *Posuit ergo seruus manum sub femore Abrahã domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. *Tulítque decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum, profectúsque perrexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor. *Cúmque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ vesperè, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, *"dixit': Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. *Ecce ego sto prope fontẽ aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. *Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam: & illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligã quòd feceris misericordiã cum domino meo". *Necdum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriã in scapula sua: *puella decora nimis, virgóq. pulcherrima, & incognita viro: descenderat autẽ ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. *Occurrítque ei seruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad "bibendum' præbe de hydria tua. *Quæ respondit: Bibe domine mi. Celeritérq. deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit ei potum. *Cúmque ille bibisset, adiecit: Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. *Effundénsque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquã: & haustam omnibus camelis dedit. *Ipse autẽ contemplabatur eam tacitus, scire volens vtrũ prosperum iter suũ fecisset "Deus', an non. *Postquam autem biberunt camelis, protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos: & armillas totidem pondo siclorum decem. *Dixítque ad eam: Cuius es filia? indica mihi. est in domo patris tui locus ad manendum? *Quæ respõdit: Filia sum Bathuelis, filij "Nachor, quem peperit ei Melcha'. *Et addidit, dicens: Palearũ quoque & fœni plurimum est apud nos, & locus spatiosus est ad manendũ. *Inclinauit se homo, & adorauit Dominum, *dicens: Benedictus Dominus Deus dñi mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & veritatem suam à domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. *Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in domum matris suæ omnia quæ audierat. *Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem, vbi erat fons. *Cúmque vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis, Hæc locutus est mihi homo: venit ad virum qui stabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ': *dixítque ad eũ: Ingredere, benedicte Domini: cur foris stas? præparaui domum, & locum camelis. *Et introduxit eum in hospitium: ac destrauit camelos, dedítq. paleas & fœnum*, & aquam ad lauandos pedes 'camelorum', & virorum qui venerant cum eo. *Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait: Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei: Loquere. *At ille: Seruus, inquit, Abraham sum. *Et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatúsque est: & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos. *Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua, dedítque illi omnia quæ habuerat. *Et adiurauit me dominus meus dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito: *sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo. *ego verò respondi domino meo: Quid si noluerit venire mecum mulier? *Dominus, ait, in cuius conspe-

Sup. 12,7. 13, 15. & 15, 18. Infr. 26,4.

*orauit Dominũ dicens: o.

*Abrahã MS.R.G. Textus Hebræis consentit & Chaldæis.

*forbendum 8 MS.

*Dominus MS. R.H.C.G.

"Melchæ quem peperit Nachor 15 MS.H.C. G.Q.m.

-H.C.G.

*camelis H.C.G. *eius H.C.G.

conspectu ambulo, mittet angelũ suum tecum, & diriget viam tuã: accipiésque vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. *Innocẽs eris à maledictione mea, cùm veneris ad proximos meos, & non dederint tibi. *Veni ergo hodie ad fontẽ 'aquæ', & dixi: Domine Deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam in qua nunc ambulo, *ecce sto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ egrediteur ad hauriendam aquam audierit à me: Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria tua: *Et dixerit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis hauriã: ipsa est mulier quam præparauit Dominus filio domini mei. *Dúmque hæc tacitus mecum voluerẽ, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula: descendítque ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam: Da mihi paululum bibere. *Quæ festinans deposuit hydriam de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos. *Interrogauíque eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ respondit: Filia Bathuelis sum filij Nachor, quẽ peperit ei Melcha. Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, & armillas posui in manibus 'eius'. *Pronúsque adoraui Dominum, benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerem filiam fratris domini mei filio eius. *Quamobrem si facitis misericordiam & veritatẽ cum domino meo, indicate mihi. sin autẽ aliud placet: & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, siue ad sinistram. *Respondérúntque Laban & Bathuel: A Dño egressus est sermo: non possumus extra placitũ eius quicquam aliud loqui tecum. *En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit vxor filij domini tui, sicut locutus est Dominus. *Quod cùm audisset puer Abrahã 'procidens' adorauit in terram Dominũ. *Prolatisque vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit 'ea' Rebeccæ 'pro munere': 'fratribus' quoque eius, & matri dona obtulit. *Inito conuiuio vescentes pariter & bibentes, manserunt ibi. Surgens autẽ manè, locutus est puer: Dimitte me, vt vadam ad dñm meum. *Respondérúntq. "fratres eius & mater: Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur. *Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viã meam: dimittite me vt pergam ad dominum meum. *Et dixerunt: Vocemus puellã, & quæramus ipsius voluntatem. *Cúmq. vocata venisset, sciscitati sunt: Vis ire cum homine isto? Quæ ait: Vadã. *Dimisérũt ergo eam, & nutricẽ illius*, seruúmque Abraham, & comites eius; *imprecãtes prospera sorori suæ, atque dicentes: Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. *Igitur Rebecca, & puellæ illius ascensis camelis, secutæ sunt virum: qui festinus reuertebatur ad dominum suum. *eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad Puteum, 'cuius nomen est Viuentis & videntis: habitabat enim in terra australi: *Et egressus fuerat ad meditãdum in agro, inclinata iam die: cúmque eleuasset oculos*, vidit camelos venientes procul. *Rebecca quoque conspecto Isaac, descendit de camelo, *& ait ad puerum: Quis est ille homo qui venit per agrũ in occursum nobis? Dixítque ei, Ipse est dominus meus. At illa tollens citò pallium suum, operuit se. *Seruus autẽ cuncta quæ gesserat, narrauit 'domino suo' Isaac. *Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam vxorem: & in tantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

CAP. XXV.

Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam: *quæ peperit ei "Zamram' & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue. *Iecsan quoq. genuit Saba & Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim, & Latussim, & "Laomim'. *At verò ex Madian ortus est Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. omnes hi filij Ceturæ. *Deditq. Abrahã cuncta quæ possederat, Isaac: *filiis aũt concubinarum largitus est munera, & separa-

-9 MS. H.C.G.

-I MS. H.C.G. -H.C.G. *fratri H.C.G.

*suos 2 MS.H.G.

-8 MS. H.G.G.

1 Par. 1,3

"Zamrã MS.R. H.C. *Zembran G.

"Laũmim MS. H.

separauit eos ab Isaac filio suo dũ adhuc
ipse viueret, ad plagam orientalẽ. *Fue- 7
runt autem dies vitæ Abrahæ, centum
septuaginta quinque anni. *Et deficiens 8
mortuus est in senectute bona, proue-
ctæque ætatis & plenus dierum: congre-
gatúsque est ad populum suum. *Et se- 9
pelierunt eum Isaac & Ismahel filij sui in
spelunca duplici, quæ sita est in agro
Ephron filij Seor Hethæi, è regione Mã-
Sup.23,19. bre, *quam emerat à filiis Heth. ibi se- 10
pultus est ipse & Sara vxor eius. *Et post 11
obitum illius benedixit Deus Isaac filio
Sup.16,14. eius, qui habitabat iuxta Puteum nomi-
ne Viuentis & videntis. *Hæ sunt gene- 12
rationes Ismahel filij Abrahæ, quem pe-
perit ei Agar Ægyptia, famula Saræ: *& 13
hæc nomina filiorũ eius in vocabulis &
1 Par.1,29. generationibus suis. Primogenit⁹ Ismã-
helis Nabaioth, deinde Cedar, & Ad-
beel, & Mabsam, *Masma quoque, & 14
Duma, & Massa, *Hadad, & Thema, & 15
Ietur, & Naphis, & Cedma. *isti sunt fi- 16
lij Ismahelis: & hæc nomina per castella
& oppida eorum, duodecim principes
tribuum suarum. *Et facti sunt anni vi- 17
tę Ismahelis centum triginta septem, de-
ficiénsque mortuus est, & appositus ad
populum suum. *Habitauit autem ab 18
Heuila vsq. Sur, quæ respicit Ægyptum
introeuntibus Assyrios. coram cunctis
fratribus suis obiit. *Hæ quoque sunt ge- 19
nerationes Isaac filij Abraham. Abra-
ham genuit Isaac: *qui cùm quadragin- 20
ta esset annorum, duxit vxorem Rebec-
cam filiam Bathuëlis Syri de Mesopota-
mia, sororem Laban. *Deprecatúsq. est 21
Isaac Dominum pro vxorè sua, eò quòd
esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit
conceptum Rebeccæ. *Sed collideban- 22
tur in vtero eius paruuli: quæ ait, Si sic
*me 1 MS. H. C. G. mihi futurũ erat, quid necesse fuit *con-
cipere? Perrexítq. vt consuleret Domi-
Rom.9,10. num. *Qui respondens ait: Duæ gentes 23
sunt in vtero tuo, & duo populi ex ven-
tre tuo diuidentur, populúsq. populum
superabit, & maior seruiet minori. *Iam 24
tempus pariendi aduenerat, & ecce ge-
Osee 12,3. mini in vtero eius reperti sunt. *Qui 25
primus egressus est, rufus erat, & totus
in morem pellis hispidus: vocatumque
est nomen eius Esau. *Protinus alter Mat. 1,2.
egrediens, plantam fratris tenebat ma- *acceb
nu: & idcirco appellauit eũ Iacob. Sexa-
genarius erat Isaac quando nati sunt ei
27 paruuli. *Quibus adultis factus est Esau
vir gnarus venandi, & homo agricola: Ia-
cob autẽ vir simplex habitabat in taber-
28 naculis. *Isaac amabat Esau, eo quòd de
venationib⁹ illius vesceretur: & Rebec-
29 ca diligebat Iacob. *Coxit autem Iacob
pulmentum: ad quẽ cùm venisset Esau
30 de agro lassus, *ait: Da mihi de coctione
hac rufa, quia oppidò lassus sum. Quam
ob causam vocatũ est nomẽ eius Edom. Heb.1,16. Abdiæ 1.
31 *Cui dixit Iacob: Vende mihi primoge-
32 nita tua. *Ille respõdit: En morior, quid
33 mihi proderunt primogenita? *Ait Ia-
cob: Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, &
34 vendidit primogenita. *Et sic accepto
pane & lentis edulio comedit, & bibit,
& abiit, paruipendens quòd primogeni-
ta vendidisset.

CAP. XXVI.

1 ORta autem fame super terram post
eam sterilitatem quæ acciderat in
diebus Abraham, abiit Isaac ad Abi-mé-
lech regem Palæsthinorum in Gerara.
2 *Apparuítq. ei Dominus, & ait: Ne de-
scendas in Ægyptum, sed quiesce in ter-
3 ra quam dixero tibi. *Et peregrinare in
ea, eróque tecum, & benedicam tibi: ti-
bi enim & semini tuo dabo vniuersas re-
gioneshas, complens iuramentũ quod Sup.12,7. 13.15.15. 18.
4 spopondi Abraham patri tuo. *Et mul-
tiplicabo semen tuum sicut stellas cæli:
dabóque posteris tuis vniuersas regio-
nes has: & benedicentur in semine tuo Sup.12,3. 18,18.22. 17.8,19.
5 omnes gentes terræ, *eo quòd obedie-
rit Abraham voci meæ, & custodierit
præcepta & mandata mea, & ceremo-
6 nias legésque seruauerit. *Mansit itaque
7 Isaac in Geraris. *Qui cùm interrogare-
tur à viris loci illius super vxore sua, re-
spondit: Soror mea est. timuerat enim
confiteri quòd sibi esset sociata cõiugio:
reputans, ne fortè interficerent eũ pro-
8 pter illius pulchritudinem. *Cumque
pertransissent dies plurimi, & ibidẽ mo-
raretur, prospiciens Abi-mélech rex Pa-
læsthino-

læsthinorum per fenestram, vidit eũ io-
cantem cum Rebecca vxore sua. *Et ac- 9
cersito eo, ait: Perspicuũ est quòd vxor
tua sit: cur mentitus es eam sororẽ tuam
esse? Respondit: Timui ne morerer pro-
pter eam. Dixítq. Abi-mélech: *Quare 10
imposuisti nobis? potuit coire quispiam
de populo cum vxore tua, & induxeras
super nos grande peccatum. *Præcepít- 11
que omni populo, dicens: Qui tetigerit
hominis huius vxorẽ, morte morietur.
*Seuit autem Isaac in terra illa, & inue- 12
nit in ipso anno centuplum: benedixít-
que ei Dominus. *Et locupletatus est ho 13
mo, & ibat proficiens atq. succrescens,
donec magnus vehementer effectus est:
*habuítque possessiones ouium & ar- 14
mentorum, & familiæ plurimũ. Ob hoc
inuidentes ei Palæsthini, *omnes puteos 15
quos foderant serui patris illius Abra-
ham, illo tẽpore obstruxerunt, implen-
tes humo: *in tantum, vt ipse Abi-mé- 16
lech diceret ad Isaac: Recede à nobis,
quoniã potentior nobis factus es valde.
*Et ille discedens, vt veniret ad torren- 17
tem-Geraræ, habitarétque ibi: *rursum 18
fodit alios puteos, quos foderant serui
patris sui Abrahã, & quos illo mortuo,
olim obstruxerant Philisthiim: appella-
uítq. eos eisdem nominibus quibus antè
pater vocauerat. *Foderúntque in Tor- 19
rente, & repererunt aquam viuam. *Sed 20
& ibi iurgium fuit pastorum Gerarę ad-
uersus pastores Isaac, dicentium: Nostra
est aqua. quam ob rem nomen putei ex
eo quod acciderat, vocauit Calumniam.
*Foderunt autem & alium: & pro illo 21
quoque rixati sunt, appellauitque eum,
Inimicitias. *Profectus inde fodit alium 22
puteum, pro quo non contenderunt: ita-
que vocauit nomẽ eius Latitudo, dicens:
Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit
crescere super terram. *Ascendit autem 23
*Isaac MSq. *ex illo loco, in Ber-sabee, *vbi apparuit 24
ei Dominus in ipsa nocte, dicens: Ego
sum Deus Abraham patris tui, noli ti-
mere, quia ego tecum sum: benedicam
tibi, & multiplicabo semen tuum pro-
pter seruum meum Abraham. *Itaque 25
ædificauit ibi altare: & inuocato nomi-
ne Domini, extendit tabernaculũ: præ-
cepítq. seruis suis vt foderent puteum.
26 *Ad quem locum cùm venissent de Ge-
raris Abi mélech, & Ochozath amicus
27 illius, & Phicol dux militum, *locutus
est eis Isaac: Quid venistis ad me homi-
nem quem odistis, & expulistis à vobis?
28 *Qui responderunt: Vidimus tecum
esse Dominum: & idcirco nos diximus: *nunc os
Sit iuramentum inter nos, & ineamus
29 fœdus: *vt non facias nobis quicquam
mali, sicut & nos nihil tuorũ attigimus,
nec fecimus quod te læderet; sed cum
pace dimisimus auctum benedictione
30 Domini. *Fecit ergo eis conuiuium, &
31 post cibum & potum *surgentes manè,
iurauerunt sibi mutuò: dimisítque eos
32 Isaac pacificè in locum suum'. *Ecce au- *domum suam o.
tem venerunt in ipso die serui Isaac an-
nuntiantes ei de puteo quem foderant,
33 atque dicentes: Inuenimus aquam. *Vn-
de appellauit eum, Abundantiã: & no-
men vrbi impositum est Bersabee, vsq.
34 in præsentem diem. *Esau verò quadra-
genarius duxit *vxores duas' Iudith fi- *vxorem 1 MS. H. C. G.
35 liam Beeri Hethæi, & Basemath filiam
Elon eiusdem loci: *quæ amb æ offen- Infr.27,46.
derant animum Isaac & Rebeccæ.

CAP. XXVII.

1 SEnuit autem Isaac, & caligauerunt
oculi eius, & videre non poterat: vo-
cauítque Esau filium suum maiorem, &
dixit ei: Fili mi? Qui respondit: Adsum.
2 *Cui pater: Vides, inquit, quòd senue-
3 rim, & ignorem diem mortis meæ. *Su-
me arma tua, pharetram, & arcum, &
egredere foras. Cumq. venatu aliquid
4 apprehenderis, *fac mihi inde pulmen-
tũ, sicut velle me nosti, & affer vt co-
medam: & benedicat tibi anima mea an-
5 tequam moriar. *Quod cùm audisset
Rebecca, & ille abiisset in agrum vt ius-
6 sionem patris impleret, *dixit filio suo
Iacob: Audiui patrem tuum loquentem
cum Esau fratre tuo, & dicentem ei:
7 *Affer mihi de venatione tua, & fac ci-
bos vt comedam, & benedicam tibi co-
8 ram Domino antequam moriar. *Nunc
9 ergo fili mi, acquiesce consiliis meis: *&
pergens ad gregem, affer mihi duos hœ-

dos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri
tuo, quibus libenter veſcitur: 10 ‡quas
cùm intuleris, & comederit, benedicat
tibi priuſquàm moriatur. 11 ‡Cui ille re-
ſpondit: Noſti quòd Eſau frater meus
homo piloſus ſit, & ego lenis: 12 ‡ſi attre-
ctauerit me pater meꝰ, & ſenſerit, timeo
"inducam Miſſale Romanum, H. C. G. ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & "in-
ducat' ſuper me maledictionem pro be-
nedictione. 13 ‡Ad quem mater, In me ſit,
ait, iſta maledictio, fili mi: tantùm audi
vocẽ meam, & pergens, affer quæ dixi.
14 ‡Abiit, & attulit, dedítque matri. Para-
uit illa cibos, ſicut velle nouerat patrem
illius. 15 ‡Et veſtibus Eſau valdè bonis, quas
apud ſe habebat domi, induit eum: 16 ‡pel-
liculáſque hœdorum circundedit ma-
nibus, & colli nuda protexit. 17 ‡Dedítque
pulmentum, & panes quos coxerat, tra-
didit. 18 ‡Quibus illatis, dixit: Pater mi?
At ille reſpondit: Audio. Quis es tu, fili
mi? 19 ‡Dixítque Iacob: Ego ſum primo-
genitus tuus Eſau: feci ſicut præcepiſti
mihi: ſurge, ſede, & comede de vena-
tione mea, vt benedicat mihi anima tua.
20 ‡Rurſumque Iſaac ad filiũ ſuum: Quo
modo, inquit, tam citò inuenire potui-
ſti, fili mi? Qui reſpondit: Voluntas Dei
fuit vt citò occurreret mihi quod vole-
bam. 21 ‡Dixítque Iſaac: Accede ad me,
vt tangam te fili mi, & probem vtrum
tu ſis filius meus Eſau, an non. 22 ‡Acceſſit
ille ad patrem, & palpato eo, dixit Iſaac:
Vox quidem, vox Iacob eſt: ſed manus,
manus ſunt Eſau. 23 ‡Et non cognouit
eum, quia piloſæ manus ſimilitudinem
maioris expreſſerant. Benedicens ergo
illi, 24 ‡ait, Tu es filius meus Eſau? Re-
Heb.11,20. ſpondit, Ego ſum. 25 ‡At ille, 'Affer mihi,
inquit, cibos de venatione tua, fili mi, vt
benedicat tibi anima mea. Quos cùm
oblatos comediſſet, obtulit ei etiam vi-
num. quo hauſto, 26 ‡dixit ad eum: Acce-
de ad me, & da mihi oſculum, fili mi.
27 ‡Acceſſit, & oſculatus eſt eum. Sta-
tímque vt ſenſit veſtimentorum illius
fragrantiam, benedicens ¯illi', ait: Ecce
¯o. odor filij mei ſicut odor agri ¯pleni', cui
¯5 MS. R. H. C. In Rab. & G. legitur. benedixit Dominus. 28 ‡Det tibi Deus de
rore cæli, & de pinguedine terræ abun-
29 dantiam frumenti & vini*. 29 ‡Et ſeruiant *& olei o.
tibi populi, & adorent te tribus: eſto do-
minus fratrum tuorum, & incuruentur
ante te filij matris tuæ. qui maledixerit
tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixe-
30 rit tibi, benedictionibus repleatur. 30 ‡Vix
Iſaac ſermonem impleuerat: Et egreſſo
31 Iacob foras, venit Eſau, ‡coctóſque de
venatione cibos intulit patri, dicẽs: Sur-
ge pater mi, & comede de venatione fi-
32 lij tui: vt benedicat mihi anima tua. 32 ‡Di-
xitque ¯illi' Iſaac: Quis enim es tu? Qui ¯o.
reſpondit: Ego ſum filius tuus primoge-
33 nitus Eſau. 33 ‡Expauit Iſaac ſtupore ve-
hementi: & vltrà quàm credi poteſt, ad-
mirãs, ait: Quis igitur ille eſt qui dudum
captam venationem attulit mihi, & co-
medi ex omnibus prius quàm tu veni-
res? benedixíque ei, & erit benedictus.
34 ‡Auditis Eſau ſermonibus patris, irru-
giit clamore magno: & conſternatus, ait:
35 Benedic etiam & mihi, pater mi. 35 ‡Qui
ait: Vênit germanus tuus fraudulẽter, &
36 accepit benedictionem tuam. 36 ‡At ille
ſubiunxit: Iuſtè vocatum eſt nomẽ eius
Iacob: 'ſupplantauit' enim me en altera 'Iacob' Sup.25,35.
vice: 'primogenita mea antè tulit, &
nunc ſecundò ſurripuit benedictionem
meam. Rurſumque ad patrem, Nun-
quid non reſeruaſti, ait, & mihi benedi-
37 ctionem? 37 ‡Reſpondit Iſaac: Dominum
tuum illum conſtitui, & omnes fratres
eius ſeruituti illius ſubiugaui: frumento
& vino* ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc, *& oleo o.
38 fili mi, vltrà quid faciam? 38 ‡Cui Eſau,
Num vnam, inquit, tantùm benedictio-
nem habes, pater? mihi quoque obſecro
vt benedicas. Cumque eiulatu magno
39 fleret, 39 ‡motus Iſaac, dixit ad eum: 'In Heb.11,17.
pinguedine terræ, & in rore cæli déſuper
40 40 ‡erit benedictio tua. Viues in gladio, &
fratri tuo ſeruies: tẽpuſque veniet, cùm
excutias & ſoluas iugum eius de cerui-
41 cibus tuis. 41 ‡Oderat ergo ſemper Eſau
Iacob pro benedictione qua benedixe-
rat ei pater: dixítque in corde ſuo: "Ve- Abd.1,10. "Veniat MS. G. "vt 7 MS. G. *verba 4 MS. H. C. G.
nient' dies luctus patris mei, "& 'occidam
42 Iacob fratrem meum. 42 ‡Nuntiata ſunt
hæc* Rebeccæ: quæ mittens, & vocans
Iacob filium ſuum, dixit ad eum, Ecce
Eſau

Eſau frater tuus minatur vt occidat te.
43 ‡Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam,
& conſurgens fuge ad Laban fratrem
44 meum in Haran: 44 ‡habitabíſque cum eo
dies paucos, donec requieſcat furor fra-
45 tris tui, 45 ‡& ceſſet indignatio eius, obli-
uiſcatúrque eorum quæ feciſti in eum:
poſtea mittam, & adducam te inde huc.
cur vtroque orbabor filio in vno die?
Sup.26,35. 46 ‡'Dixítque Rebecca ad Iſaac: Tædet
me vitæ meæ propter filias Heth: ſi ac-
ceperit Iacob vxorem de ſtirpe huius
terræ, nolo viuere.

CAP. XXVIII.

1 VOcauit itaque Iſaac Iacob, & bene-
dixit eum, præcepítque ei dicens:
Noli accipere cõiugem de genere Cha-
náan: 2 ‡ſed vade, & proficiſcere in Meſo-
potamiam Syriæ, ad domũ Bathuel pa-
tris matris tuæ, & accipe tibi inde vxo-
rem de filiabus Laban auunculi tui.
3 ‡Deus autem omnipotens benedicat
tibi, & creſcere te faciat, atque multi-
plicet: vt ſis in turbas populorum. 4 ‡Et
det tibi benedictiones Abrahæ, & ſemi-
ni tuo poſt te: vt poſſideas terram pere-
grinationis tuæ, quam pollicitus eſt auo
Oſee 12,14. tuo. 5 ‡Cúmque dimiſiſſet eum Iſaac,
profectus peruenit in Meſopotamiam
Syrię ad Laban filium Bathuel Syri, fra-
trẽ Rebeccæ matris ſuæ. 6 ‡Videns autem
Eſau quòd benedixiſſet pater ſuꝰ Iacob,
& miſiſſet eum in Meſopotamiã Syriæ,
vt inde vxorẽ duceret; & quòd poſt be-
nedictionem præcepiſſet ei, dicens, Non
accipies vxorem de filiabus Chanáan;
7 ‡quódque obediens Iacob parentibus
8 ¯o. ¯ſuis' iſſet in Syriam: 8 ‡probans quoque
quòd non libenter aſpiceret filias Cha-
náan pater ſuus: 9 ‡iuit ad Iſmahelem, &
duxit vxorem abſque iis quas prius ha-
bebat, Maheleth filiã Iſmahel filij Abra-
ham, ſororem Nabaioth. 10 ‡Igitur egreſ-
ſus Iacob de Ber-ſabee, pergebat Haran.
11 ‡Cúmque veniſſet ad quẽdam locum,
& vellet in eo requieſcere poſt ſolis oc-
cubitum, tulit de lapidibus qui iacebãt,
& ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eo-
12 dem loco. 12 ‡Vidítque in ſomnis ſcalam
ſtantem ſuper terram, & cacumen illius

tangens cælũ: angelos quoq. Dei aſcen-
13 dentes & deſcendentes per eam: 13 ‡& Do-
minum innixum ſcalæ dicentem ſibi:
'Ego ſum Dominus Deus Abraham pa- Infr.35,1. 48,3.
tris tui, & Deus Iſaac: Terrã in qua dor-
14 mis, tibi dabo & ſemini tuo. 14 ‡Erítque
ſemen tuum quaſi puluis terræ: 'dilata- Deut.12,20 & 19,14.
beris ad Orientem, & Occidentem, &
Septentrionem, & Meridiem: & 'BE- Sup.26,4.
NEDICENTVR IN TE & in ſemine tuo
15 cunctæ tribus terræ. 15 ‡Et ero cuſtos tuus
quocunque perrexeris, & reducam te
in terram hanc: nec dimittam niſi com-
16 pleuero vniuerſa quæ dixi. 16 ‡Cúmque
euigilaſſet Iacob de ſomno, ait: Verè
Dominus eſt in loco iſto, & ego neſcie-
17 bam. 17 ‡Pauénſque, 'Quàm terribilis eſt, Infr.31,13.
inquit, locus iſte! non eſt hîc aliud niſi
18 domus Dei, & porta cæli. 18 ‡Surgens ergo
Iacob manè, tulit lapidẽ, quem ſuppo-
ſuerat capiti ſuo, & erexit in titulũ, fun-
19 dens oleum déſuper. 19 ‡Appellauítque
nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza
20 vocabatur. 20 ‡Vouit etiam votum, di-

cens: Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad vescendum, & vestimentum ad induendum, [21] reuersusque fuero prosperè ad domũ patris mei: erit mihi Dominus in Deum, [22] & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei: cũctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

*Deus MS. R. Rab. H. *Dominus Deus c. *verbum Domini c.

CAP. XXIX.

[1] PRofectus ergo Iacob venit in terram orientalem. [2] Et vidit puteũ in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nã ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. [3] Morisq. erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidẽ, & refectis gregib⁹ rursum super os putei ponerent. [4] Dixitq. ad pastores: Fratres, vnde estis? Qui responderunt, De Haran. [5] Quos interrogans, Nũquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. [6] Sanúsne est? inquit. Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. [7] Dixitque Iacob: Adhuc multum diei supereſt, nec est tempus vt reducantur ad caulas greges: date antè potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. [8] Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidẽ de ore putei, vt adaquemus greges. [9] Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregẽ ipsa pascebat. [10] Quam cùm vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouésque Laban auunculi sui: amouit lapidem quo puteus claudebatur. [11] Et adaquato grege osculatus est eam: & eleuata voce fleuit. [12] Et indicauit ei quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ: at illa festinans nuntiauit patri suo. [13] Qui cùm audisset venisse Iacob filium sororis suæ, occurrit obuiam ei: complexúsque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, [14] respondit: Os meum es, & caro mea. Et postquam impleti sunt dies mẽsis vnius, dixit ei: [15] Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? dic quid mercedis accipias. [16] Habebat verò duas filias, nomen maioris Lia: minor verò [17] appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venusto [18] aspectu. Quã diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, [19] septem annis. Respondit Laban: Melius est vt tibi eam dem quàm alteri viro, [20] mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. [21] Dixitque ad Laban: Da mihi vxorem meam: quia iam tempus impletum est, vt ingrediar ad illam. [22] Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit [23] nuptias. Et vespere Liam filiam suã introduxit ad eum, [24] dans ancillam filię, Zelpham nomine. Ad quã cùm ex more Iacob fuisset ingressus, [25] facto manè vidit Lian: & dixit ad socerum ſ suum', Quid est' quod facere voluisti? nónne pro Rachel seruiui tibi? quare imposuisti mihi? [26] Respondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores [27] antè tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulę: & hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septẽ annis aliis. [28] Acquieuit placito: & hebdomada transacta, Rachel duxit vxorem: [29] cui pater seruã Balam tradiderat. [30] Tandémque potitus optatis nuptijs, amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septẽ annis aliis. [31] Videns autem Dominus, quòd despiceret Liam, aperuit vuluam eius, [32] sorore sterili permanente. Quæ conceptum genuit filium, vocauítq. nomen eius Rubẽ, dicens: Vidit' Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus. [33] Rursúmque concepit & peperit filium, & ait: Quoniam audiuit' me Domin⁹ haberi contemptui, dedit etiam istum mihi. vocauítque nomen eius Simeon. [34] Concepítque tertiò, & genuit alium filium: dixítq., Nunc quoque copulabitur' mihi maritus meus, eò quòd pepererim ei tres filios: & idcirco appellauit nomen eius Leui. [35] Quartò concepit, & peperit filium, & ait: Modò confitebor' Domino. & ob hoc vocauit eum Iudam: cessauítque parere.

- 6 MS. *hoc 5 MS. H.C. G: *Liamo.
- ſ Raa, ſ Samah
- ſ illave
- ſ ode Mat. 1, 2.

CAP.

CAP. XXX.

[1] CErnens autem Rachel quòd infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. [2] Cui iratus respondit Iacob, Nũ pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? [3] At illa, Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex illa filios. [4] Dedítque illi Balam in coniugium: quæ ingresso ad se viro [5] concepit, [6] & peperit filium. Dixitq. Rachel: Iudicauit' mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. & idcirco appellauit nomen eius Dan. [7] Rursúmq. Bala concipiens, peperit alterum: [8] pro quo ait Rachel: Comparauit me Dominus cum sorore mea, & inualui: vocauítque eum Nephthali. [9] Sentiens Lia quòd párere desiisset, Zelpham ancillã suam marito tradidit. [10] Qua post conceptum [11] edente filiũ, dixit: Feliciter. & idcirco vocauit nomen eius Gad. [12] Peperit quoque Zelpha alterum. [13] Dixítq. Lia: Hoc pro beatitudine mea': Beatam quippe me dicent mulieres. propterea appellauit eum Aser. [14] Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras: quas matri Lię detulit. Dixítque Rachel, Da mihi partem de mandragoris filij tui. [15] Illa respondit: Parúne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. [16] Redeuntiq. ad vesperã Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ait, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuítque cum ea nocte illa. [17] Et exaudiuit Deus preces eius: concepitque, [18] & peperit filium quintum, & ait: Dedit Deus mercedem' mihi, quia dedi ancillam meam viro meo. appellauítque nomen eius Issachar'. [19] Rursum Lia concipiens, peperit sextum filium, [20] & ait: Dotauit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit' maritus meus, eò quòd genuerim ei sex filios: & idcirco appellauit nomen eius Zabulon. [21] Post quẽ perit filiam, nomine Dinam. Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudi-
[22] uit eam, & aperuit vuluam eius. [23] Quæ concepit, & peperit filium, dicens: Ab-
[24] stulit Deus opprobrium meum. [25] Et vocauit nomen eius Ioseph, dicens: Addat' mihi Dominus filium alterum. Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me, vt reuertar in patriam [26] meam', & ad terram meam. Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam: tu verò nosti seruitutẽ qua seruiui tibi. [27] Ait illi Laban: Inueniam gratiam in conspectu tuo: experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te: [28] constitue mercedem tuam quã dem tibi. [29] At ille respondit: Tu nosti quomodo seruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio
[30] tua. Modicum habuisti antequam venirem ad te', & nunc diues effectus es: benedixítque tibi Deus ad introitum meum. iustum est igitur vt aliquando
[31] prouideam domui meæ. Dixítque Laban: Quid tibi dabo? At ille ait, Nihil volo: sed si feceris quod postulo, iterũ pascam, & custodiam pecora tua. [32] Gyra omnes greges tuos, & separa cũctas oues varias, & sparso vellere: & quodcunque furuum & maculosum, variumq. fuerit, tam in ouibus quàm in capris, erit
[33] merces mea. Respondebítq. mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit, corã te: & omnia quæ non fuerint varia, & maculosa, & furua, tam in ouibus quàm in capris, furti me argues'.
[34] Dixítque Laban: Gratum habeo quod
[35] petis. Et separauit in die illa capras, & oues, & hircos, & arietes varios, atque maculosos: cunctum autem gregẽ vnicolorem, id est albi & nigri velleris, tra-
[36] didit in manu filiorum suorum. Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generũ, qui pascebat reliquos greges eius. [37] Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractisq. corticibus, in his quę spoliata fuerant, candor apparuit: illa verò quæ integra fuerant, viridia permanserunt: atque

- ſ Dan
- ſ naphtule niphtalti.
- *bagad
- ſ ossi ſ ei isserouni
- *omnes
- ſ fachar
- *quod est merces MS. telle Rabano. G.
- ſ isbeleni
- ſ 10 MS. ſ ad locum meum H. C. G.
- ſ 13 MS. ſ enim H. C. G.
- ſ argüent 3 MS. H. C. G.
- *etiam 3 MS. H. C. G.

que in hunc modum color effectus est varius. [38] Posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cũ venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent. [39] Factumque est vt in ipso calore coitus, oues intuerẽtur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa. [40] Diuisitque gregem Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autem alba & nigra quæq. Laban: cætera verò, Iacob, separatis inter se gregibus. [41] Igitur quando primo tempore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium, vt in earum contemplatione conciperent. [42] quando verò serotina admissura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factaq. sunt ea quæ erant serotina, Labã: & quæ primi temporis, Iacob. [43] Ditatusq. est homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas & seruos, camelos & asinos.

CAP. XXXI.

[1] POstquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium: Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus: [2] animaduertit quoque faciem Laban, quòd non esset erga se sicut heri & nudiustertius, [3] maximè dicẽte sibi Domino: Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eróque tecum. [4] Misit*, & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges, [5] dixítque eis: Video faciem patris vestri, quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius: Deus autem patris mei fuit mecum. [6] Et ipsæ nostis quòd totis viribus meis seruierim patri vestro. [7] Sed & pater vester circumuênit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: & tamen non dimisit eum Deus vt noceret mihi. [8] Si quãdo dixit, Variæ erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus. quando verò econtrario ait, Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. [9] Tulítq. Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi. [10] Postquã enim conceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos, & vidi in somnis ascendẽtes mares super fœminas, varios & maculosos, & diuersorum colorũ. [11] Dixítq. angelus Dei ad me in somnis, Iacob? Et ego respõdi, Adsum. [12] Qui ait: Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos, ascendentes super fœminas, varios, maculosos, atq. respersos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Labã. [13] Ego sum Deus Beth-el, vbi vnxisti lapidem, & votum vouisti mihi. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ. [14] Responderúntq. Rachel & Lia: Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hereditate domus patris nostri? [15] Nónne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comedítq. pretium nostrum? [16] Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac. [17] Surrexit itaque Iacob, & impositis liberis, ac cõiugibus suis super camelos, abiit. [18] Tulítq. omnem substantiã suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrẽ suum in Terram-Chanaán. [19] Eo tẽpore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata est idôla patris sui. [20] Noluítque Iacob confiteri socero suo quòd fugeret. [21] Cúmq. abiisset tam ipse quàm omnia quæ iuris sui erant, & amne transmisso pergeret contra Montem-Galaad: [22] nuntiatum est Laban die tertio quòd fugeret Iacob. [23] Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem: & comprehendit eum in Monte-Galaad. [24] Vidítq. in somnis dicentem sibi Dominũ: Caue ne quicquam asperè loquaris contra Iacob. [25] Iámq. Iacob extenderat in monte tabernaculum: cúmque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem Monte-Galaad fixit tentoriũ. [26] Et dixit ad Iacob: Quare ita egisti, vt clã me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? [27] Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi: vt prosequerer te cũ gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? [28] Non es passus vt osculárer filios meos & filias: stultè operatus es & nunc quidem.

*Iacob 1 MS. H. C. G.

dem. [29] Valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris tui heri dixit mihi: Caue ne loquaris contra Iacob quicquam durius. [30] Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? [31] Respondit Iacob: Quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas. [32] Quòd autẽ furti me arguis: apud quemcunque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, aufer. hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata esset idôla. [33] Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob, & Liæ, & vtriusque famulæ, non inuenit. Cúmq. intrasset tentorium Rachelis, [34] illa festinans abscondit idôla subter stramenta cameli, & sedit desuper: scrutantíque omne tentorium, & nihil inuenienti, [35] ait: Ne irascatur dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. sic delusa solicitudo quærentis est. [36] Tuménsque Iacob, cum iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, [37] & scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid inueniſti de cuncta substantia domus tuæ? pone hîc coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me & te. [38] Idcirco viginti annis fui tecum? oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comêdi: [39] nec captũ à bestia ostẽdi tibi, ego damnum omne reddebam: quicquid furtim peribat, à me exigebas: [40] die noctúque æstu vrebar, & gelu, fugiebátque somnus ab oculis meis. [41] Sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoq. mercedẽ meam decem vicibus. [42] Nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses: afflictionẽ meam & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri. [43] Respondit ei Laban: Filiæ meæ & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt: quid possum facere filiis & nepotibus meis? [44] Veni ergo, & ineamus fœdus: vt sit in testimonium inter me & te. [45] Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit [46] illum in titulum. Dixítque fratribus suis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum. [47] Quem vocauit Laban Tumulum-testis; & Iacob, Aceruum-testimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ. [48] Dixitque Laban: Tumulus iste erit testis inter me & te hodie, & idcircò appellatum est nomẽ eius Galaad, [49] id est, Tumulus-testis. Intueatur & iudicet Dominus inter nos quando recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas: nullus sermonis nostri testis est absq. Deo, qui præsens respicit. [50] Dixitque rursus ad Iacob: En tumulus hic, & [52] lapis quem erexi inter me & te, testis erit: tumulus, inquam, iste & lapis sint in testimoniũ, si aut ego transiero illum pergens ad te; aut tu præterieris, malum [53] mihi cogitãs. Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergò Iacob per timorem [54] patris sui Isaac: Immolatisque victimis in mõte, vocauit fratres suos vt ederent panem. Qui cùm comedissent, [55] manserunt ibi. Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios, & filias suas, & benedixit illis: reuersusque est in locum suum.

vestri 4 MS. H. C. cum 10 MS. H. C. G.

*mihi 1 MS. H. C. G.

*& 7 MS. H. C. G.

*sed 7 MS. *& H. C. Textui consentiunt R. & G. לְבָנִי

CAP. XXXII.

[1] IAcob autem abiit in itinere quod cœperat: fueruntque ei obuiam Angeli [2] Dei. Quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. & appellauit nomen loci illius [3] Mahanáim, id est, Castra. Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suum [4] in terrã-Seir, in regionem-Edom: præcepitque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus sum, [5] & fui vsque in præsentem diem. Habeo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas: mittóque nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gra- [6] tiam in conspectu tuo. Reuersique sunt nuntij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esau

Inf. 48, 16. quoque 7 MS. Rabi & H. c. 61 Et Iacob abiit, &c.

Et adiecit Laban o.

Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tuum cum quadringentis viris. 7 Timuit Iacob valdè: & perterritus diuisit populum qui secum erat, greges quoque & oues & boues & camelos in duas turmas, 8 dicēs: Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est, saluabitur. 9 Dixitq. Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi, Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: 10 minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior. 11 Erue me de manu fratris mei Esau, quia valdè eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrē cum filiis. 12 Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares semē meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari nō potest. 13 Cumque dormisset ibi nocte illa, separauit de his quæ habebat, munera Esau fratri suo, 14 capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, 15 camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem. 16 Et misit per manus seruorum suorum singulos seorsum greges, dixitque pueris suis: Antecedite me, & sit spatium inter gregem & gregem. 17 Et præcepit priori, dicens: Si obuium habueris fratrem meum Esau, & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quò vadis? aut, Cuius sunt ista quæ sequeris? 18 respondebis: Serui tui Iacob, munera misit domino suo Esau: ipse quoque post nos venit. 19 Similiter dedit mandata secundo, & tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicens: Iisdem verbis loquimini ad Esau, cùm inueneritis eum. 20 Et addetis: Ipse quoque seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur, dixit enim: Placabo illum muneribus quæ præcedūt, & postea videbo illum, forsitā propitiabitur mihi. 21 Præcesserunt itaq. munera ante eum, ipse verò māsit nocte illa in castris.

22 Cumque maturè surrexisset, tulit duas vxores suas, & totidē famulas cum vndecim filiis, & transiuit Vadū-iaboc.

23 Traductisque omnibus quæ ad se per-
24 tinebant, manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vsq. manè.
25 Qui cùm videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.
26 Dixitque ad eum: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.
27 Ait ergo: Quod nomen est
28 tibi? Respondit: Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis?
29 interrogauit eum Iacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Respondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco.
30 Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanüel, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.
31 Ortúsque est ei statim sol, postquàm transgressus est Phanüel: ipse verò claudicabat pede.
32 Quam ob causam non comedunt neruum filij Israël, qui emarcuit in femore Iacob, vsque in præsentem diem: eò quòd tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit.

vSaritha im Elohim.

*quod est mirabile o. Deum MS. R. H.G. Angelum Domini c. v elohim panim el panim.

CAP. XXXIII.

1 Eleuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cū eo quadringentos viros: diuisitque filios Liæ & Rachel, ambarúmque famularum:
2 Et posuit vtramque ancillam, & liberos earum in principio: Liam verò, & filios eius in secundo loco: Rachel autem,
3 & Ioseph nouissimos. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies,
4 donec appropinquaret frater eius. Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum; stringensque collum eius, & osculans fleuit.
5 Leuatísq. oculis vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid sibi volunt isti? & si ad te pertinent? Respōdit: Paruuli sunt quos donauit mihi Deus seruo tuo.
6 Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati sunt.
7 Accessit quoque Lia cū pueris suis: & cùm similiter adorassent, extremi

*manè 1 MS. *nocte H. C. G.

tremi Ioseph & Rachel adorauerunt.

8 Dixitque Esau: Quænam sunt istæ turmæ quas obuiam habui? Respondit: Vt inuenirē gratiam coram domino meo.

9 At ille ait: Habeo plurima frater mi, sint tua tibi.
10 Dixitque Iacob: Noli ita obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis. sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultū Dei: esto mihi propitius,
11 & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quā donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre cōpellente suscipiens,
12 ait: Gradiamur simul, eróque socius itineris tui.
13 Dixítque Iacob: Nosti domine mi quòd paruulos habeam teneros, & oues & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.
14 Præcedat dominus meus ante seruū suum: & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir.
15 Respondit Esau: Oro te, vt de populo qui mecum est, saltem socij remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno tantùm indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi.
16 Reuersus est itaq. illo die Esau itinere quo venerat in Seir.
17 Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentoriis appellauit nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula.
18 Transiuítque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra-Chanáan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidum.
19 Emítque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum agnis.
20 Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israël.

CAP. XXXIIII.

1 Egressa est aūt Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius.
2 Quam cùm vidisset Sichē filius Hemor Heuęi, princeps terræ illius, adamauit eam': & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginē.
3 Et conglutinata est anima eius cū ea, tristémq. deliniuit blanditiis.
4 Et pergens ad Hemor patrē suum,

§ MS. Rab.

Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem.
5 Quod cùm audisset Iacob absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent.
6 Egresso autem Hemor patre Sichē vt loqueretur
7 ad Iacob, ecce filij eius veniebant de agro: auditóq. quod acciderat, irati sunt valdè, eò quòd fœdam rem operatus esset in Israël, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset.
8 Locutus est itaque Hemor ad eos: Sichem filij mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eam illi vxorem.
9 Et iungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite.
10 Et habitate nobiscum: terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam.
11 Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis: & quæcunq. statueritis, dabo.
12 augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuā quod petieritis: tantùm date mihi puellam
13 hanc vxorem. Responderunt filij Iacob Sichē & patri eius in dolo, fœuientes ob stuprum sororis:
14 Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircunciso: quod illicitum & nefarium est apud nos.
15 Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circuncidatur in vobis omnis masculini sexus.
16 Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias vestras, ac nostras: & habitabimus vobiscum,
17 erimúsque vnus populus. Si autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus.
18 Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius.
19 Nec distulit adolescēs quin statim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde, & ipse erat inclytus in omni
20 domo patris sui. Ingressíq. portam vr-
21 bis, locuti sunt ad populum: Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, &
22 nostras illis dabimus. Vnū est quo differtur tantum bonū: Si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes.
23 Et substantia eorum, & pecora, & cuncta

cuncta quæ possident, nostra erunt: tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiamus populũ. [24] Assensiq. sunt omnes, circuncisis cunctis maribus. [25] Et ecce, die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis, duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt vrbem confidẽter: interfectisq. omnibus masculis, [26] Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. [27] Quibus egressis, irruerũt super occisos cæteri filij Iacob: & depopulati sunt vrbem in vltionẽ stupri. [28] Oues eorũ, & armenta, & asinos, cunctáque vastantes quæ in domibus & in agris erant, [29] paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas. [30] Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. nos pauci sumus: illi cõgregati percutient me, & delebor ego & domus mea. [31] Responderunt: Nunquid vt scorto abuti debuêre sorore nostra?

CAP. XXXV.

[1] INterea locutus est Deus ad Iacob: Surge, & ascende Beth-el, & habita ibi, facq. altare Deo qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. *Sup.28,13.* [2] Iacob verò conuocata omni domo sua, ait: Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimẽta vestra. [3] Surgite, & ascendamus in Beth-el, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. [4] Dederũt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus "earũ o. "eorũ'. at ille infodit eas subter terebinthum, quæ est post vrbem Sichẽ. [5] Cúmque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedẽtes. [6] Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in Terra-Chanáan, cognomento Beth-el: ipse & omnis populus cum eo. [7] Ædificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius Domus-Dei: ibi enim apparuit ei Deus *Sup.28,18.* [8] cùm fugeret fratrem suum. Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Beth-el subter quercum: vocatumq. est nomen [9] loci illius, Quercus-fletus. Apparuit autem iterum Deus Iacob postquã reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedi- [10] xítque ei, dicens: Non vocaberis vltrà *Sup.32,28.* Iacob, sed Israël erit nomen tuũ. Et appellauit eum Israël, dixítq. ei: Ego Deus [11] omnipotẽs, cresce, & multiplicare: gentes, & populi nationum ex te erunt, reges de lũbis tuis egredientur: [12] Terrámq. quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi [13] & semini tuo post te. Et recessit ab eo. [14] Ille verò erexit titulũ lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans super [15] eũ libamina, & effundens oleum: vocánsq. nomen loci illius Beth-el. [16] Egressus autem inde, venit verno tempore ad terrã quæ ducit Ephrátam: in qua cùm [17] parturiret Rachel, ob difficultatẽ partus periclitari cœpit. Dixítque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis [18] filium. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Ben-oni, id est filij doloris mei: pater verò appellauit eũ Ben- [19] iamin, id est filius dextræ. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quę du- [20] cit Ephrátam, hæc est Beth-lehẽ. Erexítque Iacob titulum super sepulchrum *Inf.48,7.* eius: Hic est titulus monumẽti Rachel; [21] vsque in præsentem diem. Egressus inde, fixit tabernaculum trans Turrẽ gre- [22] gis. Cúmque habitaret in illa regione, *Inf.49,4.* abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui: quod illum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duodecim. [23] Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Issachar, & [24] Zabulon. Filij Rachel: Ioseph & Ben- [25] iamin. Filij Balæ ancillę Rachelis: Dan [26] & Nephthali. Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aser. hi sunt filij Iacob, qui nati [27] sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Venit etiam ad Isaac patrẽ suum in Mambre, Ciuitatem-Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. [28] Et completi sunt dies Isaac centũ octoginta

ginta annorum. [29] Consumptúsq. ætate mortuus est: & appositus est populo suo senex & plenus dierum: & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui.

CAP. XXXVI.

[1] HÆ sunt autem generationes Esau, ipse est Edom. [2] Esau accepit vxores de filiabus Chanáã: Ada filiam Elon Hethæi, & Oolíbama filiam Anæ "filiæ' Sebeon Heuæi: [3] Báse math quoque filiam Ismahel sororem Nabaioth. [4] Peperit autem Ada*, Eliphaz: Báse math genuit Rahuel: [5] Oolíbama genuit Iehus & Ihelon & Core. hi filij Esau qui nati sunt ei in Terra-Chanáan. [6] Tulit autem Esau vxores suas & filios & filias, & omnem animã domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanáan: & abiit in alteram regionem, recessitque à fratre suo Iacob. [7] Diuites enim erant valde, & simul *Sup.13,6.* habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorũ præ multitudine gregum. [8] Habitauítque Esau *Ios.24,4.* in Monte-Seir, ipse est Edõ. [9] Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in Monte-Seir, [10] & hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filij Ada vxoris Esau: Ra- *1 Par.1,34.* huel quoq. filius Báse math vxoris eius. [11] Fuerúntque Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez*. [12] Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filij Esau: quæ peperit ei Amalec. hi sunt filij Ada vxoris Esau. [13] Filij autẽ Rahuel: Nahath & Zara, Sãma, & Meza. hi filij Báse math vxoris Esau. [14] Isti quoque erant filij Oolíbama filij Anæ "filiæ' Sebeon, vxoris Esau, quos genuit ei, Iehus & Ihelon & Core. [15] Hi duces filiorum Esau: Filij Eliphaz primogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez, [16] dux Core, dux Gatham, dux Amalec. hi filij Eliphaz in Terra-Edom, & hi filij Ada. [17] Hi quoq. filij Rahuel filij Esau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza. hi autem duces Rahuel in Terra-Edom: isti filij Báse math vxoris Esau'. [18] Hi autem filij Oolíbama vxoris Esau: dux Iehus, dux Ihelon, dux Core. hi duces Oolíbama [19] filię Anę vxoris Esau. Isti sunt filij Esau, [20] & hi duces eorum: ipse est Edom. [21] Isti sunt filij Seir Horræi, habitatores terræ: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana, [22] & Dison, & Aser, & Disan. hi duces Horræi, filij Seir in Terra-Edom. [23] Facti sunt autem filij Lotan: Hori & Heman. erat autem soror Lotan, Thamna. [24] Et isti filij Sobal: Aluã & Manahat & Ebal, & Sepho & Onam. [25] Et hi filij Sebeon: Aia & Ana. Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cùm pasceret asinas Sebeon patris sui. [26] Habuítq. filium Dison, & filiam Oolíbama. [27] Et isti filij Dison: Hamdam, & Eseban, & Iethram, & Charan. [28] Hi quoque filij Eser: Balaan, & Zauan, & Acan. [29] Habuit autem filios Disan: Hus, & Aram. [30] Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, [31] dux Dison, dux Eser, dux Disan: Isti duces Horræorum qui imperauerunt in Terra-Seir. [32] Reges autem qui regnauerunt in Terra-Edom antequam haberent regem filij Israël, fuerunt hi: [33] Bela filius Beor, noménque vrbis eius Denaba. [34] Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra. [35] Cumque mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de terra Themanorũ. [36] Hoc quoq. mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in Regione-Moab: & nomẽ vrbis eius Auith. [37] Cúmq. mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Masreca. [38] Hoc quoq. mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth. [39] Cúmq. & hic obiisset, successit in regnum Balanan filius Achobor. [40] Isto quoque mortuo regnauit pro eo Adar, noménque vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filię Mezaab. [41] Hæc ergo nomina ducum Esau in cognationibus, & locis, & vocabulis suis: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, [42] dux Oolíbama, dux Ela, dux Phinon, [43] dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperij sui, ipse est Esau pater Idumæorum.

Deut.2,12. 1 Par.1,38. "habitatoris MS. G. verùm, quæ in textu est lectio, R. Rab. H. C. cõformis est.

* filiam 3 MS. "filij 14 MS. R. Rab. G. Q. n. 1 Par.1,29. *ipsi Esau M. C. G.

"ut suprà v. 2.

*& Core o.

- o.

CAP. XXXIX.

IGitur Ioseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui, vir Ægyptius, de manu Ismahelitarum, à quibus perductus erat. *Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens: habitauitque in domo domini sui, *qui optimè nouerat Dominũ esse cum eo, & omnia quæ *gererent, ab eo' dirigi in manu illius. *Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei: à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa quæ ei tradita fuerant: *benedixitq. Dns domui Ægyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quã in agris cunctam eius substantiam*. *nec quidquam aliud nouerat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. *Post multos itaque dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. *Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua: *nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in "Dominum meum? *Huiuscemodi verbis per singulos dies *& mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. *Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret: *& illa, apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras. *Cúmque vidisset mulier *vestem in manibus suis, & se esse contemptam, vocauit ad se' homines domus suæ, *& ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingressus est ad me, vt coiret mecum: cúmq. ego succlamassem, *& audisset vocẽ meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. *In argumentũ ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, *& ait: Ingressus est ad me ser-

*gererentur ab eo o.

*Et dimisit omnia quæ habebat in manu Ioseph H.C.G.

" Deum 9 MS. H. C.G. " Deum meũ MS. R. Rab. *loquebatur 4 MS. R. H. C. G.

*quòd reliquisset H.C.G.

-9 MS. Rab. H. C. G.

uus Hebræus quem adduxisti vt illuderet mihi: *cúmque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. *His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde; *tradidítque Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus. *Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus est illius: & dedit ei gratiam in cõspectu principis carceris. *Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia tenebantur: & quidquid fiebat, sub ipso erat. *Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

Psal. 104,18

CAP. XL.

HIs itaq. gestis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, & pistor, domino suo. *Iratusq. contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus) *misit eos in carcerẽ principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph. *At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis: aliquantulum tẽporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. *Videruntque ambo somnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi. *ad quos cùm introisset Ioseph manè, & vidisset eos tristes, *sciscitatus est eos, dicẽs: Cur tristior est hodie solito facies vestra? *Qui responderunt, Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixítq. ad eos Ioseph: Nunquid nõ Dei est interpretatio? referte mihi quid videritis. *Narrauit prior, prępositus pincernarum somnium suum: *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in' gemmas, & post flores vuas maturescere: *calicemq. Pharaonis in manu mea. tuli ergo vuas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi populum Pharaoni. *Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij, Tres propagines, tres adhuc dies sunt: *post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum: dabisq. ei calicem iuxta officium tuum, sicut antè facere consueueras.

-9 MS.

*Tantùm

*Tantùm memẽto mei, cùm tibi bene fuerit, & facias mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere: *quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hîc innocens in lacum missus sum. *Videns pistorum magister quòd prudenter somnium dissoluisset, ait: Et ego vidi somniũ, Quòd tria canistra farinę haberem super caput meum: *& in vno canistro quod erat excelsius, portare* me omnes cibos *qui fiunt arte pistoria, auésque comedere ex eo. *Respõdit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: Tria canistra, tres adhuc dies sunt: *Post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuiũ pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis. *Restituítque alterum in locum suum, vt porrigeret" ei' poculum: *alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. *Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

*putabam MS. q. R. *Pharaonis H.C.G.

*regi 13 MS. Rab. *Pharaoni B.C.G.

CAP. XLI.

POst duos annos vidit Pharao somniũ. Putabat se stare super fluuium, *de quo ascendebant septem boues, pulchræ & crassæ nimis: & pascebantur in locis palustribus. *Aliæ quoq. septem emergebãt de flumine, fœdæ, confectæque macie: & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus. *deuorauerúntque eas, quarum mira species & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, *rursum dormiuit, & vidit alterum somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque formosæ: *aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine oriebantur, *deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao post quietem, *& facto manè, pauore perterritus, misit ad omnes' cõiectores Ægypti, cunctósque sapientes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur. *Tunc demum reminiscens pincernarum magi-

-o.

ster, ait: Confiteor peccatũ meum: *Iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum: *vbi vna nocte vterque vidimus somniũ, præsagium futurorum. *Erat ibi puer Hebræus, eiusdem ducis militum famulus: cui narrantes somnia, *audiuimus quicquid posteà rei probauit euentus. ego enim redditus sum officio meo: & ille suspensus est in cruce. *Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt: ac veste mutata obtulerunt ei. *Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui ediserat: quæ auditi te sapientissimè coniicere. *Respondit Ioseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. *Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabã me stare super ripam fluminis, *& septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesis carnibus: quæ in pastu paludis virecta carpebant. *& ecce, has sequebanturaliæ septem boues, in tantum deformes & macilentæ, vt nunquam tales in Terra-Ægypti viderim. *quæ deuoratis & cõsumptis pecoribus, *nullũ saturitatis dedêre vestigium: sed simili macie & squalore torpebãt. Euigilans, rursus sopore depressus, *vidi somnium, Septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque pulcherrimæ. *aliæ quoq. septem tenues & percussæ vredine, oriebantur è stipula: *quę priorum pulchritudinem deuorauerũt. Narraui coniectoribus" somniũ', & nemo est qui edisserat. *Respondit Ioseph: Somnium regis vnũ est: quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. *Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ: septẽ hubertatis anni sunt: eandemq. vim somnij comprehendunt. *Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septem spicæ tenues, & vento vrente percussę: septem anni venturæ sunt famis. *Qui hoc ordine comprobuntur. *Ecce septem anni venient fertilitatis magnæ in vniuersa Terra-Ægypti: *quos sequẽtur septẽ anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundantia: consumptura

" somniorum 4 MS. H.C.G.

est enim fames omnem terram, *& hu- 31
bertatis magnitudinem perditura est
inopiæ magnitudo. *Quod autem vi- 32
disti secundò ad eandem rem pertinens
somnium: firmitatis indicium est, eo
quòd fiat sermo Dei, & velocius impleatur. *Nũc ergo prouideat rex virum sa- 33
pientem & industrium, & præficiat eum
Terræ Ægypti: *Qui constituat præpo- 34
sitos per cunctas regiones: & quintam
partem fructuũ per septem annos fertilitatis, *qui iam nunc futuri sunt, con- 35
greget in horrea: & omne frumentum
sub Pharaonis potestate condatur, seruetúrque in vrbibus. *Et præparetur fu- 36
turæ septem annorum fami quę oppressura est Ægyptum, & non consumetur
terra inopia. *Placuit Pharaoni consi- 37
lium & cũctis ministris eius: *locutúsq. 38
est ad eos: Num inuenire poterimus
talem virum, qui spiritu Dei plenus sit?
*Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostẽdit tibi 39
Deus omnia quæ locutus es, nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire
Psſ.104,21. potero? *[1]Tu eris super domum meam, 40
1 Mach.2. 53. & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantùm regni solio te
Act.7,2. præcedam. *Dixítque rursus Pharao ad 41
Ioseph: Ecce, constitui te super vniuersam terram Ægypti. *Tulítq. annulum 42
de manu sua, & dedit eum in manu eius:
vestiuitque eum stola byssina, & collo
torquem auream circumposuit. *Fecit- 43
que eum ascẽdere super currum suum
"secum o. "secundum', clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersę Terræ-Ægypti. *Dixit quoque "rex Ægypti' ad Io- 44
-10 MS. Rab. *Pharao H. C. G. seph: Ego sum Pharao: absque tuo imperio non mouebit quisquam manum
aut pedẽ in omni Terra-Ægypti. *Ver- 45
títque nomen eius, & vocauit eum (lingua Ægyptiaca,) Saluatorem-mundi.
Deditque illi vxorem Aseneth filiam
Phutipharis sacerdotis Heliopoleos.
Egressus est itaque Ioseph ad Terram-
Ægypti (*triginta autem annorum erat 46
quando stetit in conspectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Ægypti. *Venítque fertilitas septem anno- 47
rum: & in manipulos redactæ segetes
congregatæ sunt in horrea Ægypti.
48 *Omnis etiam frugum abundantia in
49 singulis vrbibus condita est. *Tantaque
fuit abũdantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excede-
50 ret. *[1]Natíque sunt Ioseph filij duo an- Infr.46,20. 48,5.
tequam veniret fames: quos peperit ei
51 Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. *Vocauítque nomen primo- "nassani
geniti, Manasses, dicens; "Obliuisci me fecit' Deus omnium laborum meorum,
52 & domus patris mei. *Nomen quoq. secundi appellauit Ephráim, dicens: "Cre- "hiphrani
scere me fecit' Deus in terra paupertatis
53 meæ. *Igitur transactis septem hubertatis annis, qui fuerãt in Ægypto, *[1]cœ- Psſ.104,16.
54 perunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph: & in vniuerso orbe
fames præualuit, in cuncta "autem' Ter- "etiam MS.R.
55 ra-Ægypti "panis' erat. *Qua esuriente "fames MS.R.
clamauit populus ad Pharaonẽ alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Rab. His accedit exemplar Græcũ, quod panes non erant, legit: At H. C. G. id quod in textu est, habent.
Ioseph: & quicquid ipse vobis dixerit,
56 facite. *Crescebat aũt quotidie fames in omni terra: aperuítq. Ioseph vniuersa
horrea, & vendebat Ægyptiis: nam &
57 illos oppresserat fames. *Omnesq. prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent escas, & malũ inopiæ temperarent.

CAP. XLII.

1 AVdiens autẽ Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit fi-
2 liis suis: Quare negligitis? *[1]audiui quòd Act.7.
triticũ venundetur in Ægypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & nõ consumamur inopia.
3 *Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Ægypto,
4 *Ben-iamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne fortè in itine-
5 re quicquã patiatur mali: *ingressi sunt
terram Ægypticum aliis qui pergebant
ad emendum. Erat autẽ fames in Terra-
6 Chanáan. *Et Ioseph "erat princeps in "princeps Ægypti. MS.Rab. H.C.G.
Terra Ægypti', atque ad eius nutũ frumenta populis vendebantur. Cúmque
7 adorassent eum fratres sui, *& agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde venistis? Qui respon-

derunt: De Terra-Chanáan, vt
emamus victui necessaria. *Et tamen 8
fratres ipse cognoscens, non est cognitus
ab eis. *Recordatúsque somniorum quę 9
aliquando viderat, ait ad eos, Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ
venistis. *Qui dixerunt: Non est ita do- 10
mine, sed serui tui venerunt vt emerent
cibos. *Omnes filij vnius viri sumus: pa- 11
cifici venimus, nec quicquam famuli tui
machinantur mali. *Quibus ille respon- 12
dit: Aliter est: immunita terræ huius cõ-
siderare venistis. *At illi dixerũt', Duo- 13
-2 MS. Rab. H. C. G. decim, inquiunt, serui tui, fratres sumus,
filij viri vnius in Terra-Chanáan: minimus cum patre nostro est, alius non est
super. *Hoc est, ait, quod locutus sum, 14
Exploratores estis. *Iam nunc experi- 15
mentum vestri capiam: per salutẽ Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. *Mittite ex 16
vobis vnum, & adducat eum: vos autem
eritis in vinculis, donec probentur quæ
dixistis vtrũ vera an falsa sint: alioquin
per salutẽ Pharaonis exploratores estis.
*Tradidit ergo illos custodiæ tribus die- 17
bus. *Die aũt tertio eductis de carcere, 18
ait: Facite quæ dixi, & viuetis: Deum
enim timeo. *Si pacifici estis, frater ve- 19
ster vnus ligetur in carcere: vos autem
Infr.43,5. abite, & ferte frumenta quæ emistis, in 20
domos vestras: *& fratrem vestrum minimum ad me adducite, vt possim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerũt vt dixerat, *& locuti sunt 21
ad inuicem, Meritò hæc patimur; quia
peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco
venit super nos ista tribulatio. *Equibus 22
vnus Ruben, ait: Nunquid non dixi vo-
Sup.37. bis, [1]Nolite peccare in puerum: & non
audistis me? en sanguis eius exquiritur.
*Nesciebant autem quòd intelligeret 23
Ioseph: eò quòd per interpretem loqueretur ad eos. *Auertítque se parumper, 24
& fleuit: & reuersus locutus est ad eos.
*Tollénsque Simeon, & ligans illis prę- 25
sentibus, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecu-
nias singulorum in sacculis suis, datis su-
26 prà cibariis in via: qui fecerunt ita. *At
illi portantes frumenta in asinis suis, pro-
27 fecti sunt. *Apertóque vnus sacco vt daret iumento pabulũ in diuersorio, con-
28 templatus pecuniam in ore sacculi, *dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecu- *mea 7 MS.H.
nia*, en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatíque mutuò dixerunt: Quid-
29 nã est hoc quod fecit nobis Deus? *Venerũntque ad Iacob patrẽ suum in ter-
ram-Chanáan, & narrauerunt ei omnia
30 quæ accidissent sibi, dicentes: *Locutus
est nobis dominus terræ *durè, & puta- *illius 5 MS.
uit nos exploratores "esse prouinciæ': "oi
31 *Cui respondimus: Pacifici sumus, nec
32 vllas molimur insidias. *Duodecim fratres vno patre geniti sumus: vnus nõ est
super, minimus cum patre nostro est in
33 Terra-Chanáan. *Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici sitis: Fratrẽ vestrum
vnum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite, & abite:
34 *fratrémque vestrum minimum adducite ad me, vt sciã quòd non sitis exploratores: & istum qui tenetur in vinculis,
recipere possitis: ac deinceps quę vultis,
35 emendi habeatis licentiam. *His dictis
cùm frumenta effunderent, singuli re-
pererunt in ore saccorum ligatas pecu-
36 nias: exterritísque simul omnibus, *dixit pater Iacob: Absq. liberis me esse fe- "auferetis MS.q.
cistis, Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin "auferetis': in me hæc omnia mala reciderunt.
37 *Cui respondit Rubẽ: Duos filios meos
interfice, si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi
restituam. At ille, Non descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius
mortuus est, & ipse solus remãsit. si quid
ei aduersitatis acciderit in terra ad quam
pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

CAP. XLIII.

1 INterim fames omnem terram vehe-
menter premebat. *Consumptísque
2 cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit
Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. *Respon-
3

dit Iudas: Denuntiauit nobis vir ille sub
9 testificatione MS. attestatione' iurisiurandi, dicens: Non
videbitis faciem meam, nisi fratrem ve-
strum minimũ adduxeritis vobiscum.
4 *Si ergo vis eum mittere nobiscum, per-
gemus pariter, & ememus tibi necessa-
ria. 5 *Si autem non vis, non ibimus: vir
enim (vt sæpe diximus) denuntiauit no-
Sup.42,20. bis, dicens: 'Non videbitis faciẽ meam
absque fratre vestro minimo. Dixit eis
Israel: In meam hoc feciſtis miseriã, 6 *vt
indicaretis ei & aliũ habere vos fratrem.
7 At illi responderunt: *Interrogauit nos
homo per ordinem, nostrã progeniem:
si pater viueret: si haberemus fratrem: &
nos respondimus ei consequenter iuxta
id quod fuerat scisciratus: nunquid scire
poteramus quòd dicturus esset, Adduci-
te fratrem vestrum vobiscum? 8 *Iudas
Inf.44,32. quoque dixit patri suo, Mitte puerum
mecum, vt proficiscamur, & possimus
viuere: ne moriamur nos & paruuli no-
stri. 9 *Ego suscipio puerũ: de manu mea
require illum. nisi reduxero & reddide-
ro eum tibi, ero peccati reus in te omni
tempore. 10 *Si non interceſſisset dilatio,
iam vice altera venissemus. 11 *Igitur Israël
pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse
est, facite quod vultis: sumite de optimis
9 fructibus MS. terræ frugibus in vasis vestris, & defer-
te viro munera, modicũ resinæ, & mel-
lis, & storacis, stactes, & terebinthi, &
amygdalarum. 12 *Pecuniam quoque du-
plicem ferte vobiscum: & illam quam
inueniſtis in sacculis, reportate, ne fortè
errore factum sit. 13 *Sed & fratrem ve-
strum tollite, & ite ad virum. 14 *Deus au-
tem meus omnipotens faciat vobis eum
placabilem: & remittat vobiscũ fratrem
5 MS. H.C.G. vestrũ quem tenet in vinculis', & hunc
Ben-iamin: ego autẽ quasi orbatus absque liberis ero. 15 *Tulerunt ergo viri mu-
nera, & pecuniam duplicem, & Ben-ia-
min: descenderúntque in Ægyptum, &
steterunt coram Ioseph. 16 *Quos cũ ille
vidisset, & Ben-iamin simul, præcepit
dispensatori domus suæ, dicens: Intro-
duc viros domum, & occide victimas,
& instrue conuiuium: quoniam mecum
sunt comesturi meridie. 17 *Fecit ille sicut
fuerat imperatum, & introduxit viros
18 domum. *Ibíque exterriti, dixerunt
mutuò: Propter pecuniam quam retu-
limus prius in saccis nostris, introducti
sumus: vt deuoluat in nos calumniam,
& violenter subiiciat seruituti & nos, &
19 asinos nostros. *Quamobrem in ipsis
foribus accedentes ad dispensatorem lo-
20 cuti sunt: *Oramus domine vt audias
nos. 'Iam antè descendim⁹ vt emeremus Sup.42,3.
21 escas. *Quibus emptis, cùm venissemus
ad diuersorium, aperuimus saccos no-
stros, & inuenimus pecuniam in ore sac-
corum: quam nunc eodem pondere re-
22 portauimus. *Sed & aliud attulimus ar-
gentum, vt emamus quæ nobis necessaria sunt: non est in nostra conscientia
quis posuerit eam in marsupiis nostris.
23 *At ille respondit, Pax vobiscum, noli-
te timere: Deus vester, & Deus patris ve-
stri dedit vobis thesauros in saccis ve-
stris. nam pecuniam quam dediſtis mihi
probatam ego habeo. Eduxítque ad eos
24 Simeon. *Et introductis domum, attu-
lit aquam, & lauerunt pedes suos, dedít-
25 que pabulum asinis eorum. *Illi verò pa-
rabant munera, donec ingrederetur Io-
seph meridie. audierant enim quòd ibi
26 comesturi essent panem. *Igitur ingres-
sus est Ioseph domũ suam, obtulerúnt-
que ei munera, tenẽtes in manibus suis:
27 & adorauerunt proni in terram. *At ille
clementer resalutatis eis, interrogauit
eos, dicens: Sanúsne est pater vester se-
nex, de quo dixeratis mihi? Adhuc vi-
28 uit? *Qui responderunt: Sospes est ser-
uus tuus pater noster, adhuc viuit. Et in-
29 curuati, adorauerunt eum. *Attollens
autem Ioseph oculos, vidit Ben-iamin
fratrem suum vterinum, & ait: Iste est
frater vester paruulus, de quo dixeratis
mihi? Et rursum, Deus, inquit, misere-a-
30 tur tui fili mi. *Festinauítq., quia com-
mota fuerant viscera eius super fratre
suo, & erumpebant lachrymæ: & intro-
31 iens cubiculum fleuit. *Rursúmque lo-
ta facie egressus, continuit se, & ait: Po-
32 nite panes. *Quibus appositis, seorsum
Ioseph, & seorsum fratribus, Ægyptiis
quoque qui vescebantur simul, seorsum
(illicitum

11 Illíque MS.

-6 MS. Rab. cibum H.C. frumentum C.

(illicitum est enim Ægyptiis comedere
cum Hebræis, & profanum putant hu-
iuscemodi conuiuiũ) *sederunt corã eo, 33
primogenitus iuxta primogenita sua, &
minimus iuxta ætatem suam. Et mira-
bantur nimis, *sumptis partibus quas ab 34
eo acceperant: maiórq. pars venit Ben-
iamin, ita vt quinq. partibus excederet.
Biberúntque, & inebriati sunt cum eo.

CAP. XLIIII.

PRæcepit autem Ioseph dispensatori 1
domus suæ, dicens: Imple saccos eo-
rum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorũ in sum-
mitate sacci. *Scyphum autem meum 2
argẽteum, & pretium quod dedit tritici,
pone in ore sacci iunioris. factumque est
ita. *Et orto manè, dimissi sunt cum asi- 3
nis suis. *Iámque vrbem exierãt, & pro- 4
cesserant paululum: tunc Ioseph acces-
sito dispensatore domus, ait, Surge, in-
quit, & persequere viros: & apprehensis
dicito: Quare reddidiſtis malum pro
bono? *Scyphus quem furati estis, ipse 5
est in quo bibit domin⁹ meus, & in quo
augurari solet: pessimam rem feciſtis.
*Fecit ille vt iusserat. Et apprehensis 6
per ordinem locutus est. *Qui respon- 7
derunt: Quare sic loquitur dominus no-
ster, vt serui tui tantum flagitij commi-
serint? *Pecuniam quam inuenimus in 8
summitate saccorum, reportauimus ad
te de Terra-Chanáan: & quomodo con-
sequens est vt furati simus de domo do-
mini tui aurum vel argentum? *Apud 9
quemcumque fuerit inuentum seruo-
rum tuorum quod quæris, moriatur, &
nos erimus serui domini nostri. *Qui 10
dixit eis: Fiat iuxta vestram sententiam:
apud quemcumque fuerit inuentum,
ipse sit seruus meus, vos autem eritis in-
noxij. *Itaque festinatò deponentes in 11
terrã saccos, aperuerunt singuli. *Quos 12
scrutatus, incipiens à maiore vsque ad
minimum, inuenit scyphum in sacco
Beniamin. *At illi scissis vestibus, onera- 13
tísque rursum asinis, reuersi sunt in op-
pidum. *Primúsque Iudas cum fratri- 14
bus ingressus est ad Ioseph (necdũ enim
de loco abierat) omnésque ante eum pa-
15 riter in terram corruerunt. *Quibus ille
ait: Cur sic agere voluiſtis? an ignoratis
quòd non sit similis mei in augurandi
16 scientia? *Cui Iudas, Quid respondebi-
mus, inquit, domino meo? vel, Quid lo-
quemur, aut iustè poterimus obtende-
re? Deus inuenit iniquitatem seruorum
tuorum: en omnes serui sumus domini
mei, & nos, & apud quem inuentus est
17 scyphus. *Respondítque Ioseph: Absit
à me vt sic agã: qui furatus est scyphum,
ipse sit seruus meus; vos autem abite li-
18 beri ad patrem vestrum. *Accedens au-
tem propius Iudas, confidenter ait: Oro H.C.G.
domine mi, loquatur seruus tuus ver-
bum in auribus tuis, & ne irascaris fa-
mulo tuo: tu es enim post Pharaonem
19 *dominus meus. Interrogasti prius ser- Sup.42,11.
uos tuos, Habetis patrem aut fratrem?
20 *& nos respondimus tibi domino meo:
Est nobis pater senex, & puer paruulus,
qui in senectute illius natus est; cuius
vterinus frater mortuus est: & ipsum so-
lum habet mater sua, pater verò tenerè
21 diligit eum. *Dixiſtíque seruis tuis: Ad-
ducite eum ad me, & ponã oculos meos
22 super illũ. *Suggessimus domino meo:
Non potest puer relinquere patrem
suum: si enim illum dimiserit, morietur.
23 *'Et dixisti seruis tuis, Nisi venerit fra- Sup.43,3.
ter vester minimus vobiscum, non vide- & 5.
24 bitis amplius faciem meam. *Cùm ergo
ascendissemus ad famulum tuũ patrem
nostrum, narrauimus ei omnia quæ lo-
25 cutus est dominus meus. *Et dixit pater
noster, Reuertimini, & emite nobis pa-
26 rum tritici. *Cui diximus, Ire non pos-
sumus: si frater noster minimus descen-
derit nobiscum, proficiscemur simul:
alioquin illo absente, non audemus vi-
27 dere faciem viri. *"Ad quæ' ille respon- "At MS. R. H. C. G.
dit: 'Vos scitis quòd duos genuerit mihi Sup.37,29.
28 vxor mea. *Egressus est vnus, & dixistis: 33.
Bestia deuorauit eum: & hucusque non
29 comparet. *Si tuleritis & istum, & ali-
quid ei in via contigerit, deducetis canos
30 meos cum mærore ad inferos. *Igitur si
intrauero ad seruum tuum patrem no-
strum, & puer defuerit, (cùm anima il-
31 lius ex huius anima dependeat) *vide-
rítque

rítque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. *Ego propriè 32
-6 MS. H.C.G. seruus tuus sim' qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. *Manebo itaque 33
Sup.44,39. seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. *Non enim possum redire ad 34
patrem meũ absente puero: ne calamitatis, quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

CAP. XLV.

NON se poterat vltrà cohibere Ioseph multis coram astãtibus: vnde 1
præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alien⁹ agnitioni mutuę. *Eleuauítq. vocem cum fletu: quam 2
audierunt Ægyptij, omnísque domus Pharaonis. *Et dixit fratribus suis, Ego 3
sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. *Ad quos ille clemen- 4
ter, Accedite, inquit, ad me. Et cùm ac-
Act.7,13. cessissent propè, 'Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. *Nolite pauere, neque vobis du- 5
rum esse videatur quòd vendidistis me
Inf.50,20. in his regionibus: 'pro salute enim vestra
-1 MS.Rab. misit me Deus ante vos in Ægyptum'.
H.C.G. *Biennium est enim quòd cœpit fames 6
esse in terra: & adhuc quinque anni restant; quibus nec arari poterit, nec meti.
*Præmisitq. me Deus vt reseruemini 7
super terram, & escas ad viuendum habere possitis. *Non vestro consilio, sed 8
Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrẽ Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius, ac principem in omni Terra-Ægypti. *Festinate, & 9
ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioseph: Deus fecit me dominum vniuersæ terræ-Ægypti: descende ad me, ne morêris, *& ha- 10
bitabis in Terra-Gessen: erísque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorũ tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuersa quæ possides. *Ibíque te pascam (adhuc 11
enim quinque anni residui sunt famis)
ne & tu pereas, & domus tua, & omnia
12 quæ possides. *En, oculi vestri, & oculi fratris mei Ben-iamin, vident quòd os
13 meum loquatur ad vos. *Nuntiate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis, in Ægypto: festinate, &
14 adducite eum ad me. *Cúmq. amplexatus recidisset in collum Ben-iamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flen-
15 te super collum eius. *Osculatúsque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui
16 ad eum. *Auditúmq. est, & celebri sermone vulgatũ in aula regis, Venerunt fratres Ioseph. & gauisus est Pharao, atq.
17 omnis familia eius. *Dixítque ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes iumẽta, ite in Terram-Chanáan,
18 *& tollite inde patrem vestrum & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comeda-
19 tis medullam terræ. *Præcipe etiam vt tollant plaustra de Terra-Ægypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum: & dicito, Tollite patrem vestrum, & properate quantocyus venien-
20 tes. *Nec dimittatis quicquam de supellectili vestra: quia omnes opes Ægy-
21 pti, vestræ erunt. *Fecerúntque filij Israël vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere.
22 *Singulis quoque proferri iussit binas stolas: Ben-iamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis:
23 *tantundem pecuniæ & vestium mittens patri suo, addens "eis' asinos decem "ei 12 MS. H.C.G.
qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægypti, & totidem asinas, triticum in
24 itinere, panesque portantes. *Dimisit ergo fratres suos: & proficiscentibus ait,
25 Ne irascamini in via. *Qui ascendentes ex Ægypto, venerunt in Terram-Cha-
26 náan ad patrem suum Iacob. *Et nuntiauerunt ei, dicentes: Ioseph "filius tuus" -10 MS. Rab. H.C.
viuit: & ipse dominatur in omni Terra-Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilãs, tamen non crede-
27 bat eis. *Illi econtrà referebant omnem ordinem rei. Cúmque vidisset plaustra & vni-

& vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus
28 eius, *& ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequàm moriar.

CAP. XLVI.

PRofectusq. Israêl cum omnibus quę 1
habebat, venit ad Puteum iuramenti: & mactatis ibi victimis Deo patris sui
2 Isaac, *audiuit eum per visionem nocte vocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob. Cui respondit, Ecce adsum. *Ait 3
illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam
4 te ibi. *Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentẽ: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos
5 tuos. *Surrexit autem Iacob à Puteo-iu-
Act.7,15. ramenti: 'tulerúntque eum filij, cũ paruulis & vxoribus suis, in plaustris, quæ miserat Pharao ad portandum senem,
6 *& omnia quæ possederat in Terra-
Ios.24,4. Chanáan: 'venitque in Ægyptum cum
Ps.104,22. Isai.52,4. omni semine suo, *filij eius, & nepotes, 7
filiæ, & cuncta simul progenies. *Hæc 8
*Iacob H.C.G. *Iacob H.C.G. sunt autem nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt in Ægyptum, "ipse' cum liberis suis. 'Primogenitus *Ruben. *Filij 9
Exod.1,2. 6,14. Num.26,5. 1 Par.5,1. & 3. *& Iamuo. Ruben: Henoch & Phallu & Hesron & Charmi. *'Filij Simeon: Iamuel & Ia- 10
min *& Ahod, & Iachin & Sohar, & Saul filius Chananitidis. *'Filij Leui: Gerson 11
Exo.6,15. & Cahath & Merari. *'Filij Iuda: Her 12
1 Par.4,24 & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui sunt aũt Her & Onan in Terra-Chanáan. Natíque sunt filij Phares: Hesron
1 Par.6,1. & Hamul. *'Filij Issachar: Thola & 13
Phua & Iob & Simerõ. *Filij Zabulon: 14
1 Par.2,3. 4,21. Sup.58,3. Sared & Elon & Iahelel. *Hi filij Lia 15
quos genuit in Mesopotamia Syrię cum Dina filia sua. omnes animæ filiorũ eius & filiarum, triginta tres. *Filij Gad: Se- 16
1 Par.7,1. 1 Par.7,3. phon & Aggi & Esebon & Suni & Heri & Arodi & Areli. *'Filij Aser: Iamna & 17
Iesua & Iessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. *hi filij Zelphæ, quam dedit La- 18
ban Liæ filiæ suæ. & hos genuit Iacob sedecim animas. *Filij Rachel vxoris Ia- 19
Sup.41,50. cob: Ioseph & Ben-iamin. *'Natiq. sunt 20
Ioseph filij in Terra-Ægypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos: Manasses &
21 Ephraim. *'Filij Ben iamin: Bela & Be- 1 Par.7,6. 8,1.
chor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim &
22 Ared. *hi filij Rachel quos genuit Iacob:
23 omnes animæ, quatuordecim. *Filij
24 Dan: Husim. *Filij Nephthali: Iasiel &
25 Guni & Ieser & Sallem. *Hi filij Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Iacob: omnes animę, septem.
26 *Cunctæque animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptũ, & egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filio-
27 rum eius: sexaginta sex. *Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in terra-Ægypti, animæ duæ. 'Omnes animæ domus Ia- Deut.10,22
28 cob quæ ingressæ sunt in Ægyptũ, fuêre septuaginta. *Misit autem *Iudam an- *Iacob MSq.
te se ad Ioseph, vt nuntiaret ei, & ille oc-
29 curreret in Gessen. *Quò cùm peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascẽdit obuiam patri suo ad eundẽ locum: vidénsque eum irruit super collum eius, & in-
30 ter amplexus fleuit. *Dixítque pater ad Ioseph: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.
31 *At ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui, Ascendam, & nuntiabo Pharaoni, dicámque ei: Fratres mei, & domus patris mei qui erant
32 in Terra-Chanáan venerunt ad me: *& sunt viri pastores ouium, curámque habent alendorum gregum: pecora sua, & armẽta, & omnia quæ habere potue-
33 runt, adduxerunt secum. *Cúmque vocauerit vos, & dixerit, Quod est opus
34 vestrum? *respondebitis: Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsque in præsens, & nos & patres nostri. Hæc autẽ dicetis, vt habitare possitis in Terra-Gessen: quia detestantur Ægyptij omnes pastores ouium.

CAP. XLVII.

1 INgressus ergo Ioseph nuntiauit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oues eorum & armenta, & cuncta quæ
2 possident, venerunt de Terra-Chanáan: & ecce consistunt in Terra-Gessen. *Ex-

tremos

tremos quoq. fratrum suorum quinque
viros constituit coram rege: *quos ille 3
interrogauit, Quid habetis operis? Re-
sponderunt: Pastores ouium sumus ser-
ui tui, & nos, & patres nostri. *Ad pere- 4
grinandum in terrã tuam venimus: quo-
niam non est herba gregibus seruorum
tuorum, ingraueſcente fame in Terra-
- 1 MS. H.C.G. - o. Chanáan: petimúsq. vt esse ~nos~ iubeas
~seruos tuos~ in Terra Gessen. *Dixit ita- 5
que rex ad Ioseph: Pater tuus & fratres
tui venerunt ad te. *Terra Ægypti in 6
cõspectu tuo est: in optimo loco fac eos
habitare, & trade eis Terram-Gessen.
Quòd si nosti in eis esse viros industrios,
constitue illos magistros pecorum meo-
rũ. *Post hæc introduxit Ioseph patrem 7
suum ad Regem, & statuit eum coram
eo: qui benedicens illi, *& interrogatus 8
ab eo, Quot sunt dies annorum vitę tuæ?
*Respondit, Dies peregrinationis vitæ 9
meæ cẽtum triginta annorũ sunt, parui
& mali, & non peruenerunt vsque ad
dies patrum meorum quibus peregrina-
ti sunt. *Et benedicto rege egressus est 10
foras. *Ioseph verò patri & fratrib⁹ suis 11
dedit possessionem in Ægypto in opti-
mo terræ loco, Ramesses, vt præceperat
Pharao. *Et alebat eos, omnémque do- 12
mum patris sui, præbens cibaria singu-
lis. *In toto enim orbe panis deerat, & 13
oppresserat fames terrã, maximè Ægy-
pti & Chanáan. *E quibus omnem pe- 14
cuniã congregauit pro venditione fru-
menti, & intulit eam in ærarium regis.
*Cúmque defecisset emptoribus pre- 15
tium, venit cuncta Ægyptus ad Ioseph,
~panem~ 4 MS. H.C. dicẽs: Da nobis ~panes~: quare morimur
Textui suffragantur R. Rab. & G. coram te, deficiente pecunia? *Quibus 16
ille respondit: Adducite pecora vestra,
& dabo vobis pro eis cibos, si pretiũ non
habetis. *Quæ cùm adduxissent, dedit 17
eis alimenta pro equis, & ouibus, & bo-
bus, & asinis: sustentauítque eos illo an-
no pro commutatione pecorum. *Vene- 18
runt quoque anno secundo, & dixerunt
ei: Non celamus domino nostro quòd
deficiente pecunia, pecora simul dece-
cerũt: nec clam te est, quòd absq. corpo- 19
ribus & terra nihil habeamus. *Cur er-
go moriemur te videnté? & nos & terra
nostra tui erimus: eme nos in seruitu-
tem regiã, & præbe semina, ne pereunte
cultore redigatur terra in solitudinem.
20 *Emit igitur Ioseph omnem Terram-
Ægypti, vendentibus singulis possessio-
nes suas præ magnitudine famis. Subie-
21 cítque eam Pharaoni, *& cunctos popu-
los eius à nouissimis terminis Ægypti
22 vsque ad extremos fines eius: *præter
terram sacerdotum, quæ à rege tradita
fuerat eis: quibus ~&~ statuta cibaria ex - MS.
horreis publicis præbebantur, & idcir-
co non sunt compulsi vendere possessio-
23 nes suas. *Dixit ergo Ioseph ad populos:
En vt cernitis, & vos & terram vestram
Pharao possidet: accipite semina, & seri-
24 te agros, *vt fruges habere possitis.
Quintam partem regi dabitis: quatuor
reliquas permitto vobis in sementem,
& in cibum familiis & liberis vestris.
25 *Qui responderunt: Salus nostra in ma-
nu tua est: respiciat nos tantùm domi-
26 nus noster, & læti seruiemus regi. *Ex
eo tempore vsque in præsentem diem
in vniuersa Terra-Ægypti regib⁹ quin-
ta pars soluitur, & factum est quasi in le-
gem, absque terra sacerdotali, quæ libe-
27 ra ab hac conditione fuit. *Habitauit er-
go Israël in AEgypto, id est, in Terra-
Gessen, & possedit eam: auctúsque est, &
28 multiplicatus nimis. *Et vixit in ea de-
cem & septem annis: factíque sunt om-
nes dies vitæ illius, centum quadraginta
29 septem annorum. *Cúmque appropin-
quare cerneret diem mortis suæ, voca-
uit filium suum Ioseph, & dixit ad eum:
Si inueni gratiam in conspectu tuo, ~pone~ Sup.24,2.
manum tuam sub femore meo: & fa-
cies mihi misericordiam & veritatem, vt
30 non sepelias me in Ægypto: *sed dor-
miam cum patribus meis, & auferas me
de terra hac, condásq. in sepulchro ma-
iorum meorum. Cui respondit Ioseph:
31 Ego faciam quod iussisti. *Et ille, Iura
ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adora-
uit Israël Dominum, conuersus ad lec-
tuli caput.

CAP. XLVIII.

1 His itaque transactis nuntiatum est
Ioseph quòd ægrotaret pater suus: qui

qui assumptis duobus filiis Manasse &
Ephráim, ire perrexit. *Dictumque est 2
seni: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te:
Qui confortatus sedit in lectulo. *Et in- 3

- MS q. Rab. gresso ad se ~Ioseph~ ait: Deus omnipo-
Sup.28, 13. tens ~apparuit~ mihi in Luza, quæ est in
Terra Chanáan: Benedixítq. mihi, *& 4
ait: Ego te augebo & multiplicabo, &
faciam te in turbas populorum: dabóq.
tibi terram hanc, & semini tuo post te in
possessionem sempiternam. *Duo ergo 5
Sup.41, 50. filij tui qui ~nati~ sunt tibi in Terra-Ægy-
pti antequam huc venirem ad te, mei
Ios.13,7.29 erunt: ~Ephráim~ & Manasses, sicut Ru-
ben & Simeon reputabuntur mihi.
*Reliquos autem quos genueris post 6
eos, tui erunt, & nomine fratrum suo-
rum vocabuntur in possessionibus suis.
*Mihi enim quando veniebam de 7
Sup.35, 16. Mesopotamia, ~mortua~ est Rachel in
19. Terra-Chanáan in ipso itinere, eratque
vernum tempus: & ingrediebar Ephrá-
tam, & sepeliui eam iuxta viam Ephrá-
tæ, quæ alio nomine appellatur Beth-le-
hem. *Videns autem filios eius dixit ad 8
eum: Qui sunt isti? *Respondit: Filij mei 9
sunt, quos donauit mihi Deus in hoc
loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt bene-
dicam illis. *Oculi enim Israël caliga- 10
bant præ nimia senectute, & clarè vide-
re non poterat. Applicitósq. ad se, deo-
sculatus & circumplexus eos, *dixit ad 11
filium suum: Nõ sum fraudatus aspectu
tuo: insuper ostendit mihi Deus semen
tuum. *Cúmque tulisset eos Ioseph de 12
gremio patris, adorauit pronus in terrã:
13 *Et posuit Ephráim ad dexteram suam,
id est, ad sinistram Israël, Manassen verò
in sinistra sua, ad dexteram scilicet pa-
14 tris, applicuítque ambos ad eum. *Qui
extendens manum dexteram, posuit
super caput Ephráim minoris fratris: si-
nistram autem super caput Manasse qui
maior natu erat, commutans manus.
15 *~Benedixitque~ Iacob filijs Ioseph', & Heb.11,21
~ait~: Deus in cuius conspectu ambulae- ~Ioseph~ filio suo
runt patres mei Abrahã, & Isaac, Deus 29 MS. Rab. Qui.
qui pascit me ab adolescentia mea vsq.
16 in præsentem diem: *~Angelus~ qui eruit Sup.31,11; 32,2. Mat.18,10.
me de cunctis malis, benedicat pueris
istis: & inuocetur super eos nomen
meum, nomina quoque patrum meo-
rum Abraham, & Isaac, & crescant in
17 multitudinem super terram. *Videns
autem Ioseph, quòd posuisset pater suus
dexterã manum super caput Ephráim,
grauiter accepit: & apprehensam ma-
num patris leuare conatus est de capite
Ephráim, & transferre super caput Ma-
18 nasse. *Dixítq. ad patrem: Non ita con-
uenit pater: quia hic est primogenitus,
pone dexteram tuam super caput eius.
19 *Qui renuens ait: Scio fili mi, scio: & iste
quidem erit in populos, & multiplicabi-
tur: sed frater eius minor, maior erit illo;
20 & semẽ illius crescet in Gentes. *Benedi-
xitq. ~eis~ in tempore illo, dicẽs: In te be- ~ei~ MS q.
nedicetur Israël, atq. dicetur: Faciat tibi
Deus sicut Ephráim, & sicut Manasse.
Constituitque Ephráim ante Manassen.
21 *Et ait ad Ioseph filium suum: En ego
morior, & erit Deus vobiscum, reduce-
tque vos ad terram patrum vestro-
22 rum. *Do tibi ~partem~ vnam extra fra- Ios.24,32. 1631.

tres

Iosa 24, 8. tres tuos, quam tuli de manu ' Amorrhæi in gladio & arcu meo.

CAP. XLIX.

Deut. 33. VOcauit autem Iacob filios suos, & ait eis: Cõgregamini, vt annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. *Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israël patrem vestrum.

*Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior ' in ' imperio. *Effusus es sicut aqua, non crescas: ' quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

-3 MS. Rab. H. Sup. 35, 22. 1 Par. 5, 1.

*Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. *In consilium eorũ non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: ' quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murũ. *Maledictus furor eorum, quia pertinax; & indignatio eorũ, quia dura: ' diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël.

Sup. 34, 25. Ios 19, 1. 21.

*Iuda, ' te laudabunt ' fratres tui: manus ' tua ' in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabũt te filij patris tui. *Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? *' Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gẽtium. *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem ô fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolam suã, & in sanguine vuæ pallium suum. *Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

*iodoucha

'tuæ MS. R. Rab. G. Pro textu stant cum Hebræis Chaldæi.

1 Par. 5, 2. Ioh. 1, 45. Mat. 2, 6.

*Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidônem.

*Issachar asinus fortis accubans inter terminos. *Vidit requiem quòd esset bona; & terram, quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factúsque est tributis seruiens.

*Dan iudicabit ' populum suum sicut & alia tribus in Israël. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrò.

*Salutare tuum expectabo Domine.

*Gad, accinctus præliabitur ante eum': & ipse accingetur ' retrorsum.

'gedoud iegoudénou

*Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.

'iagud.

*Nephthali ceruus emissus, & dãs eloquia pulchritudinis.

*'Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murũ. *Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuiderúntque illi habentes iacula. *Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est, lapis Israël. *Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotẽs benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacẽtis deorsum, benedictionibus huberum & vuluæ. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius: donec "veniret' desiderium collium æternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.

1 Par. 5, 1.

"veniat 5 MS.

*Ben-iamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vespere diuidet spolia.

*Omnes hi in tribubus Israël duodecim: hæc locutus est eis pater suus, benedixítque singulis, benedictionibus proprijs. *Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi, *contra Mambre in Terra Chanáan, ' quã emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionẽ sepulchri. *Ibi sepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet*. *Finitísque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit: appositúsque est ad populum suum.

Sup. 23.

* Emptio agri, & speluncæ, quæ in eo, à filiis Heth. H. C. G.

CAP. L.

QVod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculãs eum. *Præcepítq. seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem. *Quibus iussa explentibus, trãsierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerum conditorum. fleuítque eum Ægyptus septua-

ginta diebus. *Et expleto planctus tẽpore locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis: Si inueni gratiã in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis: *eò quòd pater meus adiurauerit me, dicens, En morior, in sepulchro meo ' quod fodi mihi in terra Chanáan, sepelies me. Ascẽdam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuertar. *Dixítque ei Pharao, Ascende & sepeli patrẽ tuum sicut adiuratus es. *Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctíque maiores natu Terræ Ægypti: *domus Ioseph cum fratribus suis, absque paruulis & gregibus, atq. armentis quæ dereliquerũt in Terra Gessen. *Habuit quoq. in comitatu currus & equites: & facta est turba nõ modica.

Sup. 47, 29.

*Venerúntque ad Aream-Arad, quæ sita est trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atq. vehemẽti impleuerunt septem dies. *Quod cùm vidissent habitatores Terræ Chanáan, dixerũt: Planctus magnus est iste Ægyptiis. Et idcircò vocatum est nomen loci illius, Planctus Aegypti*. *Fecerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis: *Et portantes eum in Terram Chanáan, ' sepelierũt eum in spelunca duplici, ' quam emerat Abraham cũ agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. *Reuersúsque est Ioseph in Aegyptum cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre. *Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuò colloquentes, Ne fortè memor sit iniu-

* qui est trans Iordanem H. C. G.

Act. 7, 15. Sup. 23, 16.

rię quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus*, *mandauerunt ei dicẽtes: ' Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, *vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorũ, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te: nos quoque oramus vt "seruo Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. *Venerúntque ad eum fratres sui: & proni adorantes in terram dixerunt, Serui tui sumus. *Quibus ille respondit, Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati? *' Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me: sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. *Nolite timere: ego ' pascam vos & paruulos vestros. consolatúsque est eos, & blandè ac leniter est locutus. *Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui: vixítque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios vsque ad tertiã generationem. ' Filij quoq. Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. *Quibus transactis ' locutus est fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quã iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. *Cúmq. adiurasset eos atque dixisset, Deus visitabit vos, ' asportate ossa mea vobiscum de loco isto: *mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto.

* ei MS. H. C. G. - MS q. Rab.

* seruis Dei patris tui 1 MS. R. H. C. G.

Num. 32, 39.

Hebr. 11, 22.

Exo. 13, 19. Ios. 24, 32.

LIBER

LIBER EXODVS,

HEBRAICE,

VEELLE-SEMOTH,

ID EST,

ET HÆC SVNT NOMINA.

CAP. I.

Gen. 46, 8.

HÆc sunt nomina filiorum Israël qui ingressi sunt in AEgyptũ cum Iacob: singuli cum domibus suis introierũt: 1
*Ruben, Simeon, Leui, Iudas, *Issachar, Zabulon, & Ben-iamin, *Dan, & Nephthali, Gad, & Aser. 2 3 4
*Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autem in Ægypto erat. *Quo 5 6
Act. 7, 17. mortuo, & vniuersis fratribus eius, omníque cognatione sua, *filij Israël creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerunt 7
terram. *Surrexit interea rex nouus super AEgyptum qui ignorabat Ioseph: 8
*& ait ad populum suum, Ecce, populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est. *Venite, sapienter opprimamus 9 10
eum, ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatísque nobis egrediatur de terra. *Præposuit itaque eis ma- 11
gistros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificauerúntq. vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom, & Rameses.
*Quantóque opprimebant eos, tantò 12
magis multiplicabantur, & crescebant: *oderántque filios Israël AEgyptij, & 13
"& inuidentes o. affligebant illudentes eis". *Atque ad 14
amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omníque famulatu, quo in terræ operibus premebantur. *Dixit autem Rex Ægy- 15
pti obstetricibus Hebræorum; quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua,
*præcipiens eis: Quando obstetricabi- 16
tis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum:
si fœmina, reseruate. *Timuerunt au- 17
tem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptũ regis AEgypti, sed con- 18
seruabant mares. *Quibus accersitis ad se rex ait: Quidnam est hoc quod facere 19
voluistis, vt pueros seruaretis? *Quæ responderunt, Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquã veniamus ad eas, pariunt. *Bene ergo fe- 20
cit Deus obstetricibus: & creuit populus, confortatúsque est nimis. *Et quia 21
timuerunt obstetrices Deum, ędificauit eis domos. *Præcepit ergo Pharao omni 22
populo suo, dicens: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite: quicquid fœminini, reseruate.

CAP. II.

EGressus est post hæc vir de domo 1
Leui: *Et accepit vxorẽ stirpis suæ. Infr. 6, 20.
*quæ concepit, & peperit filium: & vi- 2
dens eum elegantem, abscondit tribus
'mensibus. *Cumq. iam celare non pos- 3 Nu. 23, 19.
set, sumpsit fiscellam scirpeam, & linii- 2 Pa. 13, 13.
uit eam bitumine ac pice: posuítque intus infantulum, & exposuit eum in care- 4
cto ripæ fluminis, *stante procul sorore
eius, & considerante euentũ rei. *'Ecce 5 Act. 9, 21.
autem descendebat filia Pharaonis vt la- Heb. 11, 23.
uaretur in flumine: & puellæ eius gradiebãtur per crepidinẽ aluei. Quæ cùm vidisset fiscellam in papyrione, misit
vnam è famulabus suis: & allatam *aperiens, cernénsque in ea paruulũ vagientem, miserta eius, ait: De infantibus He- 6
bræorum est hic. *Cui soror pueri, Vis, 7
inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræã, quæ nutrire possit infan- 8
tulũ? *Respondit: Vade. Perrexit puella & vocauit matrem suam. *Ad quam 9
locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum

rum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedẽ tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum: *adultumque tradidit 10
filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in
locum filij, vocauitq. nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum. *In 11
diebus illis postquam creuerat Moyses,
Heb. 11, 24 'egressus est ad fratres suos: vidítque afflictionem eorum, & virum Ægyptium
percutientem quendam de Hebręis fratribus suis. *Cumque circumspexisset 12

huc atq. illuc, & nullum adesse vidisset, percussum AEgyptium abscondit sabulo. *Et egressus die altero conspexit duos 13
Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriã: Quare percutis proximum tuum? *Qui respondit: Quis constituit 14
te principem & iudicẽ super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti AEgyptiũ? Timuit Moyses, & ait: Quomodo palàm factum est verbum istud?
*Audiuítque Pharao sermonem hunc, 15
& quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in
Terra-Madian, & sedit iuxta puteum.
*Erant autem sacerdoti Madian septẽ fi- 16
liæ, quæ venerant ad hauriendã aquam: & impletis canalibus adaquare cupie-
bant 'greges' patris sui. *Superuenêre pa- 17 'gregem 6 MS: H.C. oues d.
stores, & eiecerunt eas: surrexítq. Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues
earum. *Quæ cùm reuertissent ad 'Ra- 18 'Iethro o.
guel' patrem suum, dixit ad eas: Cur velociùs venistis solito? *Responderunt: 19
Vir Ægyptius liberauit nos de manu pastorũ: insuper & hausit aquam nobíscum, potumque dedit ouibus. At ille,
Vbi est? inquit. *Quare dimisistis homi- 20
nem? vocate eum vt comedat panem.
*Iurauit ergo Moyses quòd habitaret 21
cum eo. 'Accepítque Sephoram filiam Infr. 18, 2. 3 1 Pa. 23, 15
eius vxorem: *quę peperit ei filiũ, quem 22 *ger-
vocauit Gersam, dicens: 'Aduena fui in -2 MS. Hic hinc tollunt: post 18 cap. v. 4. legunt.
terra aliena. 'Alterũ verò peperit: quem In Græca verò translatione & Rab. & hic & ibi legitur:
vocauit Eliézer, dicens: Deus enim pa-
tris mei adiutor meus, & eripuit me de 23
manu Pharaonis'. *Post multum verò
temporis mortuus est rex Ægypti: & in- 24
gemiscentes filij Israël, propter opera
vociferati sunt: ascendítque clamor eorum ad Deum ab operibus. *Et audiuit 25
gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cũ Abraham, Isaac,
& Iacob. *Et respexit Dominus filios 'cognouit 10 MS: Rab. H.G.
Israël & 'liberauit' eos.

CAP. III.

MOyses autem pascebat oues Iethro 1
'soceri' sui sacerdotis Madiã: cum- 'cognati 11 MS. Rab. Q.n.
que minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. *'Ap- 2 Act. 7, 20.
paruitq. ei 'Dominus' in flãma ignis de 'Angelus Domini H.C.G. Textus, Rabi consonat.
medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. *Dixit ergo 3
Moyses: Vadam, & videbo visionem
hanc magnam, quare non comburatur
rubus. *Cernens autẽ Dominus, quòd 4
pergeret ad videndum, vocauit eum de
medio rubi, & ait: Moyses, Moyses?
Qui respondit: Adsum. *At ille: Ne ap- 5
propies, inquit, huc: solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo
stas, terra sancta est. *Et ait: 'Ego sum 6 Mat. 22, 32 Mar. 12, 26 Luca 20, 37.
Deus patris tui, Deus Abrahã, & Deus
Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moy-

quiem ab operibus? [6] Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens, [7] Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, ſicut prius: ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas. [8] Et menſuram laterum, quam prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quicquã: vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes, Eamus, & ſacrificemus Deo noſtro. [9] Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquieſcant verbis mẽdacibus. [10] Igitur egreſſi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt, Sic dicit Pharao, Non do vobis paleas. [11] ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquam de opere veſtro. [12] Diſperſúſque eſt populus 'in MS. R.H.C.G.' per' omnẽ Terram-Ægypti ad colligendas paleas.

[13] Præfecti quoque operum inſtabant, dicentes, Complete opus veſtrum quotidie, vt prius facere ſolebatis quãdo dabantur vobis paleæ. [14] Flagellatíque ſunt qui præerant operibus filiorum Iſraël, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus, Quare non impleſtis mẽſuram laterum ſicut prius, nec heri, nec hodie? [15] Veneruntque præpoſiti filiorum Iſraël, & vociferati ſunt ad Pharaonem dicẽtes, Cur ita agis contra ſeruos tuos? [16] Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniuſtè agitur contra populum tuum.

-o. [17] Qui ait, Vacatis otio, & 'idcirco' dicitis, Eamus, & ſacrificemus Domino.

[18] Ite ergo, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis cõſuetum numerum laterum. [19] Videbántque ſe præpoſiti filiorũ Iſraël 'in malum', eò quòd diceretur eis: Non minuetur quicquam de lateribus per ſingulos dies. [20] Occurrerúntque Moyſi & Aaron, qui ſtabant ex aduerſo, egredientes à Pharaone: [21] & dixerunt ad eos, Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladium, vt occideret nos. [22] Reuerſúſque eſt Moyſes ad Dominum, & ait, Domine, cur afflixiſti populum iſtum? quare miſiſti me? [23] Ex eo

'in malo 4 MS. Rab. H.G.'

enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonem vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberaſti eos.

CAP. VI.

[1] DIxítq. Dominus ad Moyſen: Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni: per manũ enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eiiciet illos de terra ſua. [2] Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens: [3] Ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum 'ADONAI' non indicaui eis. [4] Pepigíque fœdus cum eis, vt darem eis Terram-Chanáan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ. [5] Ego audiui gemitum filiorũ Iſraël quo AEgyptij oppreſſerunt eos: & recordatus ſum pacti mei. [6] Ideo dic filiis Iſraël, Ego Dominus qui educam vos de ergaſtulo AEgyptiorum, & eruam de ſeruitute: ac redimam in brachio excelſo & iudiciis magnis. [7] Et aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter Deus: & ſcietis quòd ego ſum Dominus Deus veſter qui eduxerim vos de ergaſtulo Ægyptiorum: [8] & induxerim vos in terram, ſuper quam leuaui manum meam vt darem eam Abraham, Iſaac, & Iacob: daboque illam poſſidendam vobis, ego Dominus. [9] Narrauit ergo Moyſes omnia filiis Iſraël: qui non acquieuerunt ei propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriſſimũ. [10] Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: [11] Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti, vt dimittat filios Iſraël de terra ſua. [12] Reſpondit Moyſes coram Domino, Ecce filij Iſraël non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præſertim cùm incircunciſus ſim labiis? [13] Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron: & dedit mandatum ad filios Iſraël, & ad Pharaonem regẽ Ægypti vt educerent filios Iſraël de Terra-Ægypti. [14] 'Iſti ſunt principes domorum per familias ſuas.

Filij Ruben primogeniti Iſraëlis: Henoch & Phallu, Heſron & Charmi. [15] hæ cognationes Ruben. [16] 'Filij Simeon: Iamuel & Iamin, & Ahod, & Iachin, & Sohar, & Saul filius Chananitidis. hæ progenies

יהוה

Gen.4,6,9.

Nu.26,5.

1 Par.5,1. 1 Par.4,24

genies Simeon. [16] Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes ſuas: Gerſon & Caath & Merari. Anni autẽ vitæ Leui

1 Par.6,1. & 23,6. fuerunt centum triginta ſeptem. [17] Filij Gerſon: Lobni & Semei, per cognationes ſuas.

Nu.3,17. Num.26,57 [18] Filij Caath: Amram, & Iſaar, & Hebron & Oziel. anni quoque vitæ

1 Par.6,2. 23,12. Caath, centum triginta tres. [19] Filij Merari: Moholi & Muſi. hæ cognationes Leui per familias ſuas. [20] Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem

& Mariam o. ſuã: quæ peperit ei Aaron & Moyſen. Fueruntque anni vitę Amram, centum triginta ſeptem. [21] Filij quoque Iſaar: Core, & Nepheg, & Zechri. [22] Filij quoque Oziel: Miſael, & Eliſaphan, & Zethri.

[23] Accepit autem Aaron vxorem Eliſábeth filiam Aminadab, ſororem Nahaſon, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, &

Num.3,2. Eleazar, & Ithamar. [24] Filij quoque Core: Aſer, & Elcana, & Abiaſaph. hæ ſunt cognationes Coritarum. [25] At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi ſunt principes familiarum Leuiticarũ per cognationes ſuas. [26] Iſte eſt Aaron & Moyſes quibus præcepit Dominus vt educerent filios Iſraël de Terra-Ægypti per turmas ſuas. [27] Hi ſunt qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti, vt educant filios Iſraël de Aegypto: iſte eſt Moyſes & Aaron, [28] in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen, in Terra-Aegypti. [29] Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ego Dominus: loquere ad Pharaonẽ regem Aegypti, omnia quæ loquor tibi. [30] Et ait Moyſes coram Domino, En incircunciſus labiis ſum, quomodo audiet me Pharao?

CAP. VII.

[1] DIxítq. Dominus ad Moyſen, Ecce conſtitui te deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus.

Sup.4,15. [2] 'Tu loquêris ei omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonẽ, vt dimittat filios Iſraël de terra ſua. [3] Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo ſigna & oſtenta mea in Terra-Aegypti, [4] & non audiet vos: immittámque manum meam ſuper Aegyptum, & educam exercitum & populum meum filios Iſraël de Terra-Aegypti per iudicia maxima.

[5] Et ſcient Aegyptij quia ego ſum Dominus qui extenderim manum meã ſuper Aegyptum, & eduxerim filios Iſraël de medio eorum. [6] Fecit itaque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: ita egerunt. [7] Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt ad Pharaonem. [8] Dixítque Dominus ad Moyſen & Aaron:

[9] Cùm dixerit vobis Pharao, Oſtendite ſigna: dices ad Aaron, Tolle virgam tuam, & proiice eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrum. [10] Ingreſſi itaque Moyſes & Aaron ad Pharaonem, fecerunt ſicut præceperat Dominus. 'Et proiecit H.C.G.' 'tulítque' Aaron virgam corã Pharaone & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum. [11] 'Vocauit autem Pharao ſapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipſi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam ſimiliter. [12] Proieceruntque ſinguli virgas ſuas, quę verſę ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. [13] Induratúmque eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. [14] Dixit autem Dominus ad Moyſen, Ingrauatum eſt cor Pharaonis, non vult dimittere populum. [15] Vade ad eum manè, ecce, egredietur ad aquas: & ſtabis in occurſum eius ſuper ripã fluminis: & virgã quæ conuerſa eſt in draconem, tolles in manu tua. [16] Dicéſque ad eum, Dominus Deus Hebræorum miſit me ad te, dicens: Dimitte populũ meum vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſque ad

2 Tim.3,8. [17] præſens audire noluiſti. [18] Hæc igitur dicit Dominus, In hoc ſcies quòd ſim Dominus: ecce percutiã virga quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem. [19] Piſces quoque qui ſunt in fluuio morientur, & computreſcent aquæ, & affligentur Aegyptij bibentes aquam fluminis. [20] Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Dic ad Aarõ, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Aegypti, & ſuper fluuios eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertantur in ſanguinem: &

sit cruor in omni Terra-Aegypti, tam in ligneis vasis quàm in saxeis. [20] Fecerúntque Moyses & Aaron sicut præceperat
Inf. 17, 5. Ps. 77, 49. Dominus: [1] & eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius: quæ versa est in sanguinem. [21] Et
Sap. 16, 9. pisces qui erant in flumine, mortui sunt: computruítq. fluuius, & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis, & fuit
Sap. 17, 7. sanguis in tota Terra-Aegypti. [22] Fecerúntq. similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis; & induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut præceperat Dominus. [23] Auertítque se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hac vice. [24] Foderunt autẽ omnes Aegyptij per circuitum fluminis aquam vt biberent: non enim poterant bibere de aqua fluminis. [25] Impletíque sunt septem dies, postquam percussit Dominus fluuium.

CAP. VIII.

DIxit quoque Dominus ad Moysen, [1] Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. [2] Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis. [3] Et ebulliet fluuius ranas: quæ ascendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuum, & in domos seruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum: [4] & ad te & ad populum tuum, & ad omnes seruos tuos intrabunt ranæ. [5] Dixítque Dominus ad Moysen, Dic ad Aaron, Extende manum tuam super fluuios ac super riuos & paludes, & educ ranas super Terram-Aegypti. [6] Et extendit Aaron manum super aquas Aegypti, & ascenderunt ranæ, operuerúntque Terram-
Sap. 17, 7. Aegypti. [7] Fecerunt autem & malefici per incantationes suas similiter, eduxerúntque ranas super Terram-Aegypti. [8] Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Orate Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum vt sacrificet Domino. [9] Dixítque Moyses ad Pharaonem, Constitue mihi quando deprecer pro te & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua & à seruis tuis, & à populo tuo: & tantùm in [10] flumine remaneant. Qui respondit, Cras. At ille, Iuxta, inquit, verbũ tuum faciam: vt scias quoniam non est sicut [11] Dominus Deus noster. Et recedẽt ranæ à te, & à domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo: & tantùm in flumine remanebunt. [12] Egressíque sunt Moyses & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum quam condixerat Pharaoni. [13] Fecítque Dominus iuxta verbum Moysi: & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. [14] Congregauerúntque eas in immensos aggeres, & computruit terra.

[15] Videns autem Pharao quòd data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus.

[16] Dixítque Dominus ad Moysen, Loquere ad Aaron, Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ: & sint ciniphes in vniuersa Terra-Aegypti. [17] Fecerúntq. ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens: percussítque puluerem terræ, & facti sunt ciniphes in hominibus, & in iumentis: omnis puluis terræ versus est in ciniphes per totã Terram-[18] Aegypti. Fecerúntque similiter malefici incantationibus suis, vt educerent ciniphes, & non potuerunt: erántque ciniphes tam in hominibus quàm in iu-[19] mentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem, Digitus Dei est "hic". indura-túmque est cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præceperat Dominus.

[20] Dixit quoque Dominus ad Moysen, Consurge diluculo, & sta coram Pharaone, egredietur enim ad aquas: & dices ad eũ, Hæc dicit Dominus, Dimitte po-[21] pulum meum vt sacrificet mihi. Quòd si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuũ, & in domos tuas omne genus muscarum: & implebuntur domus Aegyptiorum muscis diuersi generis, & [22] vniuersa terra in qua fuerint. Faciámq. mirabilem in die illa Terram-Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscæ: & scias quoniam ego Dominus in medio terræ. [23] Ponámq. diuisionem inter populum meum, & populũ tuum: cras erit signum istud. [24] Fecítque Dominus ita. Et venit musca grauissima in
Sap. 16, 9. domos Pharaonis & seruorum eius, & in omnem Terram-Aegypti: corruptáque est terra ab huiuscemodi muscis.

[25] Vocauítq. Pharao Moysen & Aaron, & ait eis: Ite & sacrificate Deo vestro in
* Domino Msq. terra hac. [26] Et ait Moyses, Non potest ita fieri: abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro: quòd si mactauerimus ea quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent. [27] Viam trium dierum pergemus in solitudinem: & sacrificabimus
Sup. 3, 18. Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis. [28] Dixítque Pharao, Ego dimittam vos vt sacrificetis Domino Deo vestro in deserto: verũtamen longius ne abeatis, rogate pro me. [29] Et ait Moyses, Egressus à te, orabo Dominũ: & recedet musca à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius cras: veruntamen noli vltrà fallere, vt non dimittas populum sacrificare Domino. [30] Egressúsque Moyses à Pharaone, orauit Dominum. [31] Qui fecit iuxta verbum illius: & abstulit muscas à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius: non superfuit ne vna quidem. [32] Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

CAP. IX.

DIxit autem Dominus ad Moysen: [1] Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum: Hæc dicit Dñs Deus Hebræorum, Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. [2] Quòd si adhuc renuis, [3] & retines eos: Ecce manus mea erit super agros tuos, & super equos & asinos, & camelos, & oues, & boues pestis valde grauis. [4] Et faciet Dominus mirabile inter possessiones Israël, & possessiones Aegyptiorum, vt nil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israel. [5] Constituítque Dominus tempus, dicens: Cras faciet Dominus verbum istud in terra. [6] Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die: mortuáque sunt omnia animantia Aegyptiorum: de animalibus verò filiorum Israel nihil omno periit. [7] Et misit Pharao ad videndum: nec erat quidquã mortuum de his quæ possidebat Israel. Ingrauatúmq. est cor [8] Pharaonis, & non dimisit populum. Et dixit Dominus ad Moysen, & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in cælũ co-[9] ram Pharaone. Sítque puluis super omnem Terram-Aegypti: erunt enim in hominibus, & iumentis "vlcera", & vesi- "vulnera 23 MS: Q. n.
cæ turgẽtes in vniuersa Terra-Aegypti. [10] Tulerúntque cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illum Moyses in cælum: factáq. sunt "vl- "vulnera 23 MS.
cera" vesicarum turgentium in homini-[11] bus, & iumentis: nec poterant malefici stare coram Moyse propter "vlcera" "vulnera 23 MS.
quæ in illis erant, & in omni Terra-Ae-[12] gypti. Indurauítq. Dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos: sicut locutus [13] est Dominus ad Moysen. Dixítq. Dominus ad Moysen, Manè consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum vt sacrificet [14] mihi. Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos, & super populum tuum: vt scias quòd non sit similis mei in omni [15] terra. Nunc enim extendens manum *percutiam te, & populum tuum peste, *meam i MS. H. e. G.
[16] peribísque de terra. Idcirco autẽ po- Rom. 9, 17.
sui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meũ in omni [17] terra. Adhuc retines populum meum: [18] & non vis dimittere eum? En pluam cras hac ipsa hora grandinẽ multã nimis: qualis nõ fuit in Ægypto à die qua fun-[19] data est, vsque in præsens tẽpus. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim & iumenta, & vniuersa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, ceciderítque super ea grando, mo-[20] rientur. Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere ser-[21] uos suos, & iumenta in domos: qui

12 MS. H. C. A Græcis tollitur illud dumtaxat: & à seruis tuis.

"hoc MS. Rab. G.

autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos,& iumenta in agris. 22 *Et dixit Dominus ad Moysen: Extẽde manum tuam in cælum, vt fiat grando in vniuersa Terra-Ægypti super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri in Terra-Aegypti. 23 *Sap.16,16. & 19,19. *Extendítque Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua,& grandinẽ,ac discurrentia fulgura super terram: pluítq. Dominus grandinem super Terram-Aegypti. 24 *Et grando & ignis mista pariter ferebantur: tantæque fuit magnitudinis, quanta antè nunquam apparuit in vniuersa Terra-Aegypti ex quo gens illa condita est. 25 *Et percussit grando in omni Terra-Aegypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vsq. ad iumentum: cunctámque herbam agri percussit grando, & omne lignũ regionis confregit. 26 *Tantùm in Terra-Gessen, vbi erant filij Israël, grando non cecidit.

27 *Misitq. Pharao, & vocauit Moysen & Aaron, dicens ad eos:Peccaui etiã nunc, Dñs iustus: & ego & populus meus,impij. 28 *Orate Dominum vt desinant tonitrua Dei,& grando: vt dimittam vos, & nequaquam hîc vltrà maneatis. 29 *Ait Moyses: Cùm egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabũt tonitrua,& grando non erit: vt scias quia Domini est terra. 30 *noui autem quòd & tu, & serui tui necdum timeatis Dominũ Deum. 31 *Linum ergo, & hordeũ læsum est, eò quòd hordeum esset virens,& linum iam folliculos germinaret: 32 *triticum autem, & far non sunt læsa, quia serotina erant. 33 *Egressúsque Moyses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominum: & cessauerunt tonitrua & grando, nec vltrà stillauit pluuia super terram. 34 *Videns autem Pharao quòd cessasset pluuia, & grando & tonitrua, auxit peccatum: 35 *Et ingrauatum est cor eius,& seruorum illius,& induratum nimis: nec dimisit filios Israel,sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

CAP. X.

1 ET dixit Dominus ad Moysen, Ingredere ad Pharaonẽ: ego enim induraui cor eius, & seruorum illius: vt faciam signa mea hæc in eo, 2 *& narres in "auribus' filij tui, & nepotum tuorum, quoties contriuerim Aegyptios,& signa mea fecerim in eis: & sciatis quia ego Dominus. 3 *Introierunt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonẽ,& dixerunt ei, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Vsquequò nõ vis subiici mihi? dimitte populum meum,vt sacrificet mihi". 4 *' Sin autem resistis,& non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locustam in fines 5 tuos: *quæ operiet superficiem terræ,ne quicquam eius appareat,sed comedatur quod residuum fuerit grandini. corrodet enim omnia ligna quæ germinant 6 in agris. *Et implebunt domos tuas, & seruorum tuorum, & omnium Aegyptiorum: quantam non viderunt patres tui,& aui,ex quo orti sunt super terram, vsque in præsentem diem. Auertítque se,& egressus est à Pharaone. 7 *Dixerunt autem serui Pharaonis ad eum: Vsquequò patiemur hoc scandalum? dimitte homines, vt sacrificẽt Domino Deo suo. nónne vides quòd perierit Aegyptus?

8 *Reuocaueruntque Moysen,& Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis: Ite, sacrificate Domino Deo vestro: quinam sunt 9 qui ituri sunt? *Ait Moyses, Cum paruulis nostris,& seniorib⁹ pergemus,cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis: est enim sollemnitas Domini "Dei' 10 nostri. *Et respondit Pharao: Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittã vos, & paruulos vestros. cui dubium 11 est quòd pessimè cogitetis? *" Non fiet ita', sed ite tantùm viri,& sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis. Statímque eiecti sunt de conspectu Pharaonis.

12 *Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manũ tuam super Terram-Aegypti ad locustam, vt ascendat super terram, & deuoret omnem herbam quæ 13 residua fuerit grandini. * Et extendit Moyses virgam super Terram-Aegypti: & Dominus induxit ventum vrentem tota die illa,& nocte:& manè facto,ven- 14 tus vrens leuauit locustas. *Quæ ascenderunt super vniuersam Terram-Aegypti:&

*aures MS. G.

*in deserto o. Sap.16,19.

*-6 MS. H-C. Texus G. consonat.

*"Non fiat ita MS.R. *Non sic H. C. G.

pti:& sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt. 15 *Operueruntque vniuersam superficiem terræ,vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihil quoque omnino virens relictum est in lignis,& in herbis terræ, in cuncta Aegypto. 16 *Quam ob rem festinus Pharao vocauit Moysen & Aaron,& dixit eis:Peccaui in Dominum Deum vestrum, & in vos. 17 *Sed nunc dimittite peccatum mihi etiã hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, vt auferat à me mortem istam.

*-6 MS. H. C. A G. autem, R. & Rab. non tollitur. 18 *Egressúsque est Moyses' de conspectu Pharaonis, & orauit Dominũ. 19 *Qui flare fecit ventum ob occidente vehementissimum,& arreptam locustã proiecit in Mare-rubrum: non remansit ne vna quidem in cunctis finibus Aegypti.

20 *Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israël. 21 *Dixit autẽ Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cælũ: & sint tenebræ super Terram-Aegypti tam densæ, vt palpari queant. 22 *Extendítque Moyses manum in cælum: & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa Terra-Aegypti trib⁹ die- 23 bus. *Sap.17,2. Sap.18,1. *Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat: vbicumq. autem habitabant filij Israël, lux erat.

24 *Vocauítque Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite,sacrificate Domino:oues tantùm vestræ, & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscũ. 25 *Ait Moyses: Hostias quoque & holocausta dabis nobis, quę offeramus Domino Deo nostro. 26 *Cuncti greges pergẽt nobiscum: non remanebit ex eis vngula; quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri:præsertim cùm ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus. 27 *Indurauit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. 28 *Dixítque Pharao ad Moysen: Recede à me,& caue ne vltrà videas faciem meam: quocunque die apparueris mihi,morieris. 29 *Respondit Moyses:

Ita fiat vt locutus es,nõ videbo vltrà faciem tuam.

CAP. XI.

1 (ET dixit Dñs ad Moysen: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum,& post hæc dimittet vos,& 2 exire cõpellet. 3 *' Dices ergo omni plebi vt postulet vir ab amico suo,& mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea". 4 *Dabit autẽ Dominus gratiam populo suo coram Aegyptiis. 'Fuitque Moyses vir magnus valde in Terra-Aegypti coram seruis Pharaonis,& omni populo.) 5 *Et ait, Hæc dicit Dominus: Media nocte "ingrediar' in Aegyptum: 6 *' & morietur omne primogenitum in Terra-Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ quę est ad molam,& omnia primogenita iumentorum. 7 *Erítque clamor magn⁹ in vniuersa Terra-Aegypti,qualis nec antè fuit,nec posteà futurus est. 8 *Apud omnes autẽ filios Israël non mutiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidat Dominus Aegyptios & "Israël. 9 *Descendéntque omnes serui tui isti ad me, & "adorabunt' me, dicentes: Egredere tu & omnis populus qui subiectus est tibi: post hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. 10 *Dixit autem Dominus ad Moysen: Non audiet vos Pharao vt multa signa fiant in Terra-Aegypti. 11 *Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa &' ostenta quæ scripta sunt, coram Pharaone :& indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israël de terra sua.

*Sap.3,22. Infr.12,35.

*& vestẽ MS.G.AB H. autem, C. & Rab. non additur. Eccl.45,1.

"egrediar 10 MS. "egredior H. "reuelor C. "ingredior G. Sap.18,11.

*filios o.

"orabunt 5 MS. C.

*-9 MS. H. C. G. Q. Ba

CAP. XII.

1 DIxit quoque Dominus ad Moysen, 2 & Aarõ in Terra-Aegypti: 3 *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. 4 *Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israël, & dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. 5 *Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnum,assumet vicinum suum qui coniunctus est domui suæ, iuxta numerum

animarũ quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. [5] *Erit autem agnus abſque macula, maſculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. [6] *Et ſeruabitis eũ vſq. ad quartam decimã diem menſis huius: immolabítque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam. [7] *Et ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum in quibus comedent illum. [8] *Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes, cũ lactucis agreſtibus. [9] *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua, ſed aſſum tantùm igni: caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis. [10] *Nec remanebit quicquam ex eo vſq. manè. ſi quid reſiduum fuerit, igne comburetis. [11] *Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinantes: eſt enim Phaſe (id eſt tranſitus) Domini. [12] *Et tranſibo per Terram-Ægypti nocte illa, percutiámque omne primogenitũ in Terra-Ægypti ab homine vſque ad pecus: & in cunctis diis Ægypti faciam iudicia, ego Dominus. [13] *Erit autẽ ſanguis vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens quando percuſſero Terrã-Ægypti. [14] *Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam ſollemnem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno. [15] *Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus veſtris: quicumque comederit fermentum, peribit anima illa de Iſraël, à primo die vſque ad diem ſeptimum.

[16] *Dies prima erit ſancta atq. ſollemnis, & dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad veſcendum pertinent.

[17] *Et obſeruabitis azyma: in eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de Terra-Ægypti, & cuſtodietis diẽ iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo.

[18] *Primo mẽſe, quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma vſq. ad diem viceſimam primam eiuſdem menſis ad veſperam. [19] *Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus veſtris: qui comederit fermẽtatum, peribit anima eius de cœtu Iſraël, tam de aduenis quã de indigenis terræ. [20] *Omne fermentatum nõ comedetis: in cunctis habitaculis veſtris edetis azyma. [21] *Vocauit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſraël, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias veſtras, & immolate Phaſe. [22] *Faſciculúmque hyſſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrumq. poſtem: nullus veſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ vſque manè.

[23] *Tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cúmque viderit ſanguinem in ſuperliminari & in vtroq. poſte, tranſcendet oſtium domus, & nõ ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras & lędere. [24] *Cuſtodi verbum iſtud legitimum tibi & filiis tuis vſque in æternum. [25] *Cumque introieritis terram quã Dominus daturus eſt vobis vt pollicitus eſt, obſeruabitis ceremonias iſtas. [26] *Et cùm dixerint vobis filij veſtri, *Quæ eſt iſta religio? dicetis eis, Victima tranſitus Domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſraël in Ægypto percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans. Incuruatúſque populus adorauit. [27] *Et egreſſi filij Iſrael fecerunt ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aaron. [28] *Factum eſt autem in noctis medio, percuſſit Dominus omne primogenitum in Terra-Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. [29] *Surrexítq. Pharao nocte & omnes ſerui eius, cunctáque Aegyptus: & ortus eſt clamor magnus in Aegypto: neque enim erat domus in qua non iacẽret mortuus. [30] *Vocatíſq., Pharao, Moyſe & Aaron nocte, ait: Surgite & egredimini à populo meo, vos & filij Iſrael: ite, immolate Dño ſicut dicitis. [31] *Oues veſtras & armẽta aſſumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. [32] *Vrgebántque

*veſtra 1 MS. Rab. H.C. baculũ MS. H. Textui, hic, Rab. & hic, & illic, R. & G conſentiunt.

Lev.23,5. Nu.28,16.

fermentum 1 MS. H.C.G.

Sup.11,1.

*12 MS. H.C. praeter exercitus impedimenta G. Textui Rab. ſuffragatur.

*cutauerant MS.

Num.9,12. Ioh.20,30.

Heb.11,28.

vase c. dicto Hebraea & limen ſignificat & vas.

-5 MS. H.C.G.

Custodite 5 MS. H.C.G. vobis 5 MS. veſtris 5 MS. Q.B. *Deus MS q.

suo 1 MS. Sap.18,5. & 11,15.

-MS.R. H.C.

*& MS, R.G.

bántque Aegyptij populũ de terra exire velociter, dicentes: Omnes moriemur. [34] *Tulit igitur populus conſperſam farinam antequam fermẽtaretur: & ligans in palliis, poſuit ſuper humeros ſuos. [35] *Fecerúntque filij Iſrael ſicut præceperat Dñs Moyſi: & petierunt ab Aegyptiis vaſa argentea & aurea, veſtémque plurimam. [36] *Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptiis vt commodarẽt eis: & ſpoliauerũt Aegyptios.

[37] *Profectíque ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth, ſexcenta ferè millia peditum virorum, abſq. paruulis & mulieribus. [38] *Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, oues & armenta & animantia diuerſi generis multa nimis. [39] *Coxerúntq. farinã quam dudũ de Aegypto conſperſam tulerant: & fecerũt ſubcineritios panes azymos: neque enim poterat fermentari cogentibus exire Aegyptiis, & nullam facere ſinentibus moram: nec pulmenti quicquam occurrerat præparare. [40] *Habitatio autem filiorum Iſrael qua manſerũt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorũ. [41] *Quibus expletis, eadem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de Terra-Aegypti. [42] *Nox iſta eſt obſeruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra-Aegypti: hanc obſeruare debent omnes filij Iſrael in generationibus ſuis.

[43] *Dixítque Dñs ad Moyſen & Aaron: Hæc eſt religio Phaſe: Omnis alienigena non comedet ex eo. [44] *Omnis autem ſeruus emptitius circuncidetur, & ſic comedet. [45] *Aduena & mercenarius nõ edent ex eo. [46] *In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius confringetis. [47] *Omnis cœtus filiorum Iſrael faciet illud. [48] *Quod ſi quis peregrinorũ in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circuncidetur prius omne maſculinum eius, & tunc ritè celebrabit: erítque ſicut indigena terræ: ſi quis autem circunciſus non fuerit, non veſcetur ex eo.

[49] *Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos. [50] *Fecerúntq. omnes filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aaron. [51] *Et eadem die eduxit Dominus filios Iſrael de terra-Aegypti per turmas ſuas.

CAP. XIII.

[1] LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, [2] *Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Iſraël, tam de hominibus quàm de iumentis: mea ſunt enim omnia. [3] *Et ait Moyſes ad populum: Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de Ægypto & de domo ſeruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco iſto: vt non comedatis fermentatum panem. [4] *Hodie egredimini menſe nouarũ frugum. [5] *Cúmque introduxerit te Dominus in Terrã Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Heuæi & Iebuſæi, quam iurauit patribus tuis vt daret tibi, terram fluentem lacte & melle, celebrabis hunc morem ſacrorũ menſe iſto. [6] *Septem diebus veſcẽris azymis: & in die ſeptimo erit ſollemnitas Domini.

[7] *Azyma comedetis ſeptem diebus: non apparebit apud te aliquid fermẽtatum, nec in cunctis finibus tuis. [8] *Narrabíſq. filio tuo in die illo, dicens: Hoc eſt quod fecit mihi Dñs quando egreſſus ſum de Ægypto. [9] *Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monumentum ante oculos tuos: & vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto. [10] *Cuſtodies huiuſcemodi cultum ſtatuto tempore à diebus in dies. [11] *Cúmque introduxerit te Dominus in Terram-Chananæi, ſicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: [12] *ſeparabis omne quod aperit vuluam Domino, & quod primitiuum eſt in pecoribus tuis: quicquid habueris maſculini ſexus, conſecrabis Domino. [13] *Primogenitum aſini mutabis oue: quod ſi non redemeris, interficies. Omne autem primogenitũ hominis de filiis tuis, pretio redimes. [14] *Cumque interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid eſt hoc? reſpondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de Terra-Aegypti, de domo ſeruitutis. [15] *Nam cùm induratus eſſet Pharao,

vos MSq.

celebrabis 8 MS. R.H.C. G.

Inf.34,19. Num.8,16. Luc.2,23. Leu.27,26.

Inf.22,29. & 34,19. Exo.34,20.

Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in Terra-Ægypti à primogenito hominis vſq. ad primogenitum iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo.

16 ✠Erit igitur quaſi ſignum in manu tua, & quaſi appenſum quid, ob recordationem, ✠inter 6 MS. Rab. H. C. Textui R. & G. conſentiunt. "ante' oculos tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto. 17 ✠Igitur cùm emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit "Dominus' per viam Terræ-Philiſthiim quæ vicina eſt: reputans ne fortè pœniteret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Aegyptum. 18 ✠Sed circumduxit per viam deſerti, quæ eſt iuxta Mare rubrũ: & armati aſcenderunt filij Iſraël

de Terra-Aegypti. 19 ✠Tulit quoq. Moyſes oſſa Ioſeph ſecũ: eo quòd adiuraſſet filios Iſraël, dicens: 'Viſitabit vos Deus, efferte oſſa mea hinc vobiſcum. 20 ✠Profectiq́ue de Socoth caſtrametati ſunt in Etham in extremis finibus ſolitudinis.

21 ✠Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctẽ in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroque tempore. 1 Cor. 10, 1 Neh. 9, 12. 19.

22 ✠Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctẽ, coram populo.

CAP. XIIII.

1 LOcutus eſt autẽ Dominus ad Moyſen, dicens, 2 ✠Loquere filiis Iſrael, Reuerſi caſtrametentur è regione Phihahiroth quæ eſt inter Magdalũ & mare contra Beel-ſephon: in conſpectu eius 3 caſtra ponetis ſuper mare. ✠Dicturúsq. eſt Pharao ſuper filiis Iſraël, Coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertum. 4 ✠Et indurabo cor ei⁹, ac perſequetur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius. ſciéntque Aegyptij quia ego ſum Dominus. Feceruntq́ue ita. 5 ✠Et nuntiatum eſt regi Aegyptiorum quòd fugiſſet populus: immutatumq́. eſt cor Pharaonis & ſeruorum eius ſuper populum, & dixerunt: Quid voluimus facere vt dimitteremus Iſraël, ne ſeruiret 6 nobis? ✠Iunxit ergo currum, & omnem 7 populum ſuum aſſumpſit ſecum. ✠Tulítque ſexcentos currus electos, & quicquid in Aegypto curruum fuit: & duces 8 totius exercitus. ✠Indurauítque Dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & perſecutus eſt filios Iſraël: at illi egreſſi erant 9 in manu excelſa. ✠Cúmque perſequerentur Ægyptij veſtigia præcedentium, repererũt eos in caſtris ſuper mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuerſus exercitus erant in Phi-hahiroth 10 contra Beel-ſephon. ✠Cúmque appropinquaſſet Pharao, leuantes filij Iſrael oculos, viderunt Aegyptios poſt ſe: & timuerunt valde, clamauerúntque ad 11 Dominũ, ✠& dixerunt ad Moyſen: Forſitan non erant ſepulchra in Aegypto, ideò tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine: quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos ex Aegypto? 12 ✠Nónne iſte eſt ſermo quẽ loquebamur ad te in Ægypto, dicentes, Recede à nobis, vt ſeruiamus Aegyptiis? multò enim melius erat ſeruire eis, 1 Mac. 4, 9 Ioſ. 24, 6.

uire eis, quàm mori in ſolitudine. 13 ✠Et ait Moyſes ad populum: Nolite timere: ſtate, & videte magnalia Domini quæ factur⁹ eſt hodie: Aegyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltrà videbitis vſque in ſempiternum. 14 ✠Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. 15 ✠Dixítque Dominus ad Moyſen, Quid clamas ad me? Loquere filiis Iſrael vt proficiſcantur. 16 ✠Tu autem eleua virgã tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & diuide illud: vt gradiantur filij Iſrael in medio mari per ſiccum. 17 ✠Ego autẽ indurabo cor Ægyptiorum vt perſequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius. 18 ✠Et ſcient Aegyptij quia ego ſum Dominus: cùm glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus eius. 19 ✠Tollénſque ſe' angelus "Domini', qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, poſt tergum ſtetit, 20 ✠inter caſtra Aegyptio-

Q. n. "Dei MS. R. H. G. Pſ. 77, 13. & 104, 36. Pſ. 113, 3.

rum & caſtra Iſrael: & erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem, ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere 21 nõ valerent. ✠Cúmq. extendiſſet Moyſes manũ ſuper mare, abſtulit illud Dominus, flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum: 'diuiſáque eſt aqua. 22 ✠Et ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum & læua. 23 ✠Perſequentéſque Aegyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites per medium maris. 24 ✠Iámque aduenerat vigilia matutina, & 'ecce' reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnã ignis & nubis, interfecit exercitum 25 eorum; ✠& ſubuertit rotas curruum, ferebantúrque in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij, Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. 26 ✠Et ait Dominus ad Moyſen, Extende manum tuam ſuper mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios ſuper currus & 27 equites eorum. ✠Cumq́ue extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad priorẽ locum: fugientibũſque Aegyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in me- 28 diis fluctibus. ✠Reuerſæq́ue ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidẽ ſu- 29 perfuit ex eis. ✠Filij autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſi- 30 niſtris: ✠liberauítque Dominus in die illa Iſrael de manu Aegyptiorum. 31 ✠Et viderunt Aegyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam quã exercuerat Dominus contra eos: timuítq. populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius. 1 Cor. 10, 1 Heb. 11, 29

CAP. XV.

1 TVnc cecinit Moyſes & filij Iſraël carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in mare.

2 ✠'Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & Sap. 18, 15. R. H. C. G. pro Textu MS. & Rab. ſaciunt. Sap. 10, 14. Iſai. 12, 2. Pſ. 117, 14.

nus,& factus est mihi in salutẽ:iste Deus meus,& glorificabo eum, Deus patris mei,& exaltabo eum.

3 ‡Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

4 ‡Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in Mari-rubro.

5 ‡Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

6 ‡Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine percussit inimicum.

7 ‡Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios "tuos 4 MS. R. H. G. - G. meos': misisti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam.

8 ‡Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ: stetit *ficut mo. ſes, aut mu. tus H.C.G. vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

9 ‡Dixit inimicus: Persequar & comprehendam, diuidam spolia,implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

10 ‡Flauit spiritus tuus,& operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

11 ‡Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, *& 11 MS. & R. Ar. i Rab. H. C. & G. non legitur. *faciens mirabilia?

12 ‡Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

13 ‡Dux fuisti in misericordia tua populo quẽ redemisti:& portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctũ tuum.

14 ‡Ascenderũt populi,& irati sunt:dolores obtinuerũt habitatores Philisthiim.

15 ‡Tunc cõturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanáan.

16 ‡Irruat super eos formido & pauor: in magnitudine brachij tui,fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.

17 ‡Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ,firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: sanctuarium - MS. Rab. H. C. G. "tuum' Domine, quod firmauerunt manus tuæ.

18 ‡Dominus regnabit in æternũ & vltrà.

19 ‡Ingress' est enim "eques' Pharao cum "equus 8 MS. H. G. Q. n. - O. - MS. Rab. G. curribus & equitibus "eius' in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris: filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

20 ‡Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanũ in manu sua: egressæq. sunt omnes mulieres post eam cũ tym-

21 panis & choris, ‡quibus præcinebat,dicẽs: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorẽm

22 eius deiecit in mare. ‡Tulit autẽ Moyses Israël de Mari-rubro, & egressi sunt in desertum Sur:ambulauerũntq.tribus diebus per solitudinem, & non inuenie-

23 bant aquam. ‡Et venerunt in Mara,nec poterant bibere aquas de Mara,eò quòd essent "amaræ': vnde & congruum loco "maria. nomen imposuit, vocans illum Mara,id

24 est,amaritudinem. ‡Et murmurauit populus contra Moysen, dicens, Quid bi-

25 bemus? ‡At ille clamauit ad Dominũ. qui ostendit ei lignum: quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. "ibi constituit ei præcepta,atque iudicia, *Iudith 5,15. Eccl. 38,5.* & ibi tentauit eum, ‡dicens, Si audieris

26 vocem Domini Dei tui,& quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodieríque omnia præcepta illius: cunctum languorem quem posui in Ægypto, non inducam super te:ego enim sum Dominus Deus sana-

27 tor tuus. ‡"Venerunt autem in Elim *Num.33,9.* - 9 MS. Rab. H. C. G. "filij Israel', vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas.

CAP. XVI.

1 PRofectíque sunt de Elim, & venit *Sap.11,2.* omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quinto decimo die mensis secundi, postquã egressi sunt de Terra-Aegypti.

2 ‡Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron

3 in solitudine. ‡Dixerúntque filij Israel ad eos: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carniũ, & comedebamus panem in saturitate: cur induxistis

duxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?

4 ‡Dixit autem Dominus ad Moysen, Ecce ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies:vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non.

5 ‡Die autem sexto parent quod inferant: & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies. ‡Dixerúntque

6 Moyses & Aaron ad omnes filios Israël, Vesperè scietis quòd Dominus eduxerit vos de Terra-Ægypti: ‡& manè vide- 7 bitis gloriã Domini: "audiui' enim mur- "audiuit MS. H. e. G. mur vestrum contra Dominũ: nos verò quid sumus,quia murmurastis contra nos?

8 ‡Et ait Moyses, Dabit vobis Dominus vesperè carnes edere, & manè panes in saturitate: eo quòd audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis contra "eum', nos "enim' quid sumus? "nos Rab. G. Textui verò suffragantur MS. R. H. C. "autem Rab. G. Pro Textus faciũt MS. R. *& H. C. Et nos quid? nec contra nos est murmur vestrũ, sed contra Dominum. ‡Dixit quoq. Moy- 9 ses ad Aaron, Dic vniuersæ congregationi filiorum Israël, Accedite coram Domino: audiuit enim murmur vestrum.

10 ‡Cúmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorũ Israel, respexerunt ad solitudinem: & ecce gloria Domini apparuit in nube. ‡Locutus est autem 11 Dominus ad Moysen, dicens, *Eccl. 45, 4.* ‡'Audiui 12 murmurationes filiorum Israel,loquere ad eos: Vespere comedetis carnes, & manè saturabimini panibus: scietísque quòd ego sum Dominus Deus vester.

13 ‡Factum est ergo vespere,& ascendens coturnix, cooperuit castra: manè quoque ros iacuit per circuitum castrorum.

14 ‡Cúmq. operuisset superficiem terræ, *Num.11,7. Ps.77,24. Sap.16,20. Ioh.6,31.* 'apparuit in solitudine minutũ,& quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram. ‡Quod cùm vidissent filij 15 Israel, dixerunt ad inuicem, Man hu? (quod significat, Quid est hoc?) ignorabãt enim quid esset. Quibus ait Moyses, *1 Cor.10,3* 'Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum. ‡Hic est sermo quem 16 præcepit Dominus: Colligat vnusquisq. ex eo quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita, iuxta numerum animarum vestrarũ quæ habitant

17 in tabernaculo sic tolletis. ‡Fecerúntq. ita filij Israël: & collegerunt, alius plus,

18 alius minus. ‡Et mensi sunt ad mensuram gomor: 'nec qui plus collegerat, habuit amplius; nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod *2 Cor.8, 15* 19 edere poterant cõgregauerunt. ‡Dixítque Moyses ad eos, Nullus relinquat ex

20 eo in manè. ‡Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidã ex eis vsque manè, & scatere cœpit vermibus, atque computruit. & iratus est contra eos Moyses.

21 ‡Colligebant autẽ manè singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum:

22 cúmque incaluisset Sol, liquefiebat. ‡In die autem sexta collegerunt cibos duplices,id est,duo gomor per singulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerũt Moysi.

23 ‡Qui ait eis, Hoc est quod locutus est Dominus: Requies sabbathi sanctificata est Domino cras. quodcumque operandum est, facite: & quæ coquenda sunt coquite:

coquite:quicquid autem reliquum fuerit, reponite vsque in manè. *Fecerúntque ita vt præceperat Moyses, & non computruit, neque vermis inuentus est in eo. *Dixítque Moyses, Comedite illud hodie,quia sabbathum est "Domini": non inuenietur hodie in agro. *Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbathum est "Domini", idcirco nõ inuenietur. *Venítque septima dies: & egressi de populo vt colligerent, non inuenerunt. *Dixit autem Dominus ad Moysen, Vsquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meam? *Videte quòd Dominus dederit vobis sabbathum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisq. apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo. *Et sabbathizauit populus die septimo. *Appellauítque domus Israel nomen eius Man: quod erat quasi semen coriandri album, gustũsque eius quasi similæ cum melle.

*Dixit autem Moyses, Iste est sermo quem præcepit Dominus, Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generationes: vt nouerint panem quo alui vos in solitudine,quando educti estis de Terra-Ægypti. *Dixítque Moyses ad Aaron, Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor: & repone coram Domino ad seruandum in *generationes vestras, sicut "præcepit' Dominus Moysi. *Posuítque illud Aaron in tabernaculo reseruandum.

*Filij autem Israel comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt, vsquequo tangerent fines Terræ-Chanáan. *Gomor autem decima pars est ephi.

"Domino 6 MS. R. H. G. *coram Domino c.

-H. C. G. "Domino 1 MS. R.

*futuras retro 6 MS. R. A Rab. autem, H. C. & G. non legitur. *præceperat MS. R. Q. n.

CAP. XVII.

IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo. *[1] Qui iurgatus contra Moysen, ait, Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses, Quid iurgamini cõtra me? cur tentatis Dominum? *Sitiuit ergo ibi populus prę aquæ penuria,& murmurauit contra Moysen, dicens, Cur fecisti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & liberos nostros,ac iumenta siti? *Clamauit autẽ Moyses ad Dominum, dicens, Quid faciam populo huic? adhuc paulum,& lapidabit me. *Et ait Dominus ad Moysen, Antecede populum, & sume tecũ de senioribus Israel: & virgam qua 'percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade. *[1] En ego stabo ibi corã te, supra petram Horeb: percutiésque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. *Et vocauit nomen loci illius Tentatio,propter iurgium filiorũ Israel, & quia tentauerunt Dominum, dicentes: Est ne Dominus in nobis, an non? *[1] Venit autem Amalec', & pugnabat contra Israel in Raphidim. *Dixítque Moyses ad Iosue, Elige viros,& egressus pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis,habens virgam Dei in manu mea. *Fecit Iosue vt locut'erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autẽ & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis. *Cúmque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin aũt paululum remisisset, superabat Amalec. *Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem,posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraq. parte. Et factum est vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum Solis. *Fugauítque Iosue Amalec, & populũ eius in ore gladij. *Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriã Amalec sub cælo. *Ædificauítque Moyses altare:& vocauit nomen eius, Dominus- exaltatio mea, dicens, *Quia manus 'solij' Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

Sup. 14,20. Ios. 7,7, 15. 1 Co. 10,4.

Iudith 4,12 Sap. 11,3. Deut. 25,17 1 Reg. 15,2 *ad pugnam M S. q.

'solius o.

Neh. 9,15. Iudith 5,15. Num. 20,4.

CAP. XVIII.

1 CVmque audisset Iethro sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, & Israeli populo

pulo suo, & quòd eduxisset Dominus Israel de Ægypto: *tulit Sephoram vxorem Moysi quam remiserat: *& duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gersam, dicente patre, 'Aduena fui in terra aliena. *Alter verò Eliézer: 'Deus'enim, ait,patris mei 'adiutor' meus, & eruit me de gladio Pharaonis. *Venit ergo Iethro cognatus Moysi,& filij eius,& vxor eius ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta Montem Dei. *Et mandauit Moysi, dicens, Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea. *Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit, & osculatus est eum:salutauerúntque se mutuò verbis pacificis. Cúmque intrasset tabernaculum, *narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni & Ægyptiis propter Israel: vniersúmq. laborem qui accidisset eis in itinere,& quòd liberauerat eos Dominus. *Lætatúsque est Iethro super omnibus bonis quæ fecerat Dominus Israeli, eo quòd eruisset eum de manu Ægyptiorum. *& ait: Benedictus Dñs qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis,qui eruit populũ suum de manu Ægypti. *Nunc cognoui,quia magnus Dominus super omnes deos:eo quòd 'superbè egerint contra illos. *Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias "Domino': venerúntq. Aaron & omnes seniores Israel', vt comederent panem cum eo coram Deo. *Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi à mane vsque ad vesperam. *Quod cùm vidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo,ait: Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de manè vsque ad vesperam? *Cui respõdit Moyses: Venit ad me populus quærẽs sententiam Dei. *Cúmque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges eius. *At ille, Non bonam, inquit, rem facis: *stulto labore cõsumeris & tu, & populus iste qui tecum est: vltra vires tuas est negotium, 'solus illud non poteris sustinere. *Sed audi verba mea atque consilia,& erit Dominus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinẽt, vt referas quæ dicuntur ad eum: *ostendásque populo ceremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. *Prouide autem de omni plebe viros "potentes 'sapientes' & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos,& cẽturiones, & quinquagenarios, & decanos, *qui iudicent populũ omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodò iudicent: leuiúsque sit tibi,partito in alios onere. *Si hoc feceris,implebis imperiũ Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. *Quibus auditis Moyses fecit omnia quę ille 'suggesserat. *Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios,& decanos. *Qui iudicabant plebem omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum,faciliora tantũmodo iudicantes. *Dimisítque cognatũ suum: qui reuersus abiit in terram suam.

Sup. 1,4. 10,16. 22.& 5. 7. 18.& 14. 8. "Deo MS. R. H. G.

Sup. 2,22. 'Elohi

Exod. 1, 12.

veter

CAP. XIX.

1 MEnse tertio egressionis *Israel de Terra-Aegypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. *Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria 3 e regione montis. *[1] Moyses autẽ ascendit "ad Deum': vocauítque eum Dominus de monte, & ait, Hæc dices domui 4 Iacob, & annuntiabis filiis Israel: *Vos ipsi vidistis quæ fecerim Aegyptiis,quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. *[1] Si ergo audieritis vocem meã, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cũctis populis: 'mea est enim omnis terra. *[1] Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. hæc sunt verba 7 quæ loquêris ad filios Israel. *Venit

*filiorum MS. H. G. G.

Num. 33, 16. Act. 7, 22. *in montem MS. "in mõtem Dei o. 'in conspectum verbi Dei c. Quæ autem in textu est lectio, R. Rab. & H. conformis est.

Deut. 26, 18.

Psal. 23, 1.

1 Pet. 2, 5.

Moyſes: & conuocatis maioribus natu
populi, expoſuit omnes ſermones quos
mandauerat Dominus. *Reſpondítque 8
omnis populus ſimul, Cuncta quę locu-
tus eſt Dominus, faciemus. Cumque re-
tuliſſet Moyſes verba populi ad Domi-
num, *ait ei Dñs: Iam nunc veniam ad 9
te in caligine nubis, vt audiat me popu-
lus loquentẽ ad te, & credat tibi in per-
petuum. Nuntiauit ergo Moyſes verba
populi ad Dominum. *Qui dixit ei: Va- 10
de ad populum, & ſanctifica illos hodie,
& cras, lauéntque veſtimenta ſua. * Et 11
ſint parati in diem tertium: in die enim
tertia deſcendet Dominus coram omni
plebe ſuper mõtem Sinai. *Conſtituesque 12
terminos populo per circuitum, &
-8 MS. Rab. H. C.G. Heb.12,18. dices 'ad eos', Cauete ne aſcendatis in
mõtem, 'nec tangatis fines illius: omnis
qui tetigerit montem, morte morietur.
"tanget 7 MS. Rab. H.C.G. *Manus non "tangent' eum, ſed lapidi- 13
bus opprimetur, aut confodietur iacu-
lis: ſiue iumentum fuerit, ſiue homo,
non viuet. cùm cœperit clangere buccina, tunc aſcendant in montẽ. *Deſcen- 14
dítque Moyſes de monte ad populum,
& ſanctificauit eum. Cúmque lauiſſent
veſtimenta ſua, *ait ad eos, Eſtote parati 15
in diem tertium, & ne appropinquetis
vxoribus veſtris. *Iámque aduenerat 16
tertius dies, & manè inclaruerat: & ecce
cœperunt audiri tonitrua, ac micare ful-
gura, & nubes denſiſſima operire mon-
tem, clangórque buccinæ vehementius
*omnis 2 MS. H.C.G. perſtrepebat: & timuit "popul⁹ qui erat
in caſtris. *Cúmque eduxiſſet eos Moy- 17
ſes in occurſum Dei de loco caſtrorum,
ſteterunt ad radices montis. *'Totus aũt 18
Deut.4,11. mons Sinai fumabat: eo quòd deſcen-
diſſet Dominus Deus ſuper eũ in igne,
& aſcenderet fumus ex eo quaſi de for-
nace: erátque omnis mons terribilis. *Et 19
ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in
maius, & prolixius tendebatur: Moyſes
voce H.C.G. loquebatur, & Deus reſpondebat ei.
*Deſcendítque Dominus ſuper mon- 20
tem Sinai in ipſo montis vertice, & vo-
cauit Moyſen in cacumẽ eius. Quòcùm
aſcendiſſet, *dixit ad eum: Deſcende, 21
& conteſtare populum: ne fortè "velit'
*velint MS. Rab. H.G.G.

tranſcendere terminos ad videndũ Do-
minum, & pereat ex eis plurima multi-
tudo. *Sacerdotes quoque qui accedunt 22
ad Dominum, ſanctificentur, ne percu-
tiat eos. *Dixítque Moyſes ad Domi- 23
num: Non poterit vulgus aſcendere in
mõtem Sinai: tu enim teſtificatus es, &
iuſſiſti, dicẽs: Pone terminos circa mon-
tem, & ſanctifica illum. *Cui ait Domi- 24
nus, Vade, deſcende: aſcendéſque tu, &
Aaron tecum: ſacerdotes autem & po-
pulus ne tranſeant terminos, nec aſcen-
dant ad Dominum, ne fortè interficiat
illos. *Deſcendítque Moyſes ad popu- 25
lum, & 'omnia' narrauit eis. -H.C.G.

CAP. XX.

LOcutúſque eſt "Dominus' cunctos 1 "Deus 2 MS. R.H. Deut. 5,6. Pſ. 80,11. 90,7. Leu.26,1. Deu. 4,15. Ieſ. 14,14. Deu.24,23 Deu.5,11. Leu.19,12. Mat.5,27. Eze.20,12.
ſermones hos: *Ego ſum Dominus 2
Deus tuus, qui eduxi te de Terra Ægy-
pti, de domo ſeruitutis. *Non habebis 3
deos alienos coram me. *Non facies tibi 4
ſculptile, neque omnem ſimilitudinem
quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra
deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis
ſub

ſub terra. *Non adorabis ea, neq. coles: 5
ego ſum Dominus Deus tuus fortis, ze-
lotes, viſitans iniquitatem patrum in fi-
lios, in tertiã & quartam generationem
eorum qui oderunt me: *& faciens mi- 6
ſericordiã in millia his qui diligunt me,
& cuſtodiunt præcepta mea. *' Non aſ- 7
Deu.5,13. Infr.31,14. ſumes nomẽ Domini Dei tui in vanum.
nec enim habebit inſontem Dominus
eum qui aſſumpſerit nomẽ Domini Dei
ſui fruſtra. *Memento vt diem ſabbathi 8
ſanctifices. *Sex diebus operaberis, & 9
facies omnia opera tua. *Septimo autem 10
die ſabbathum Domini Dei tui eſt: non
-12 MS. Rab. H. C. At in R. & G. reperitur. facies omne opus 'in eo', tu, & filius tuus,
& filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iu-
mentum tuum, & aduena qui eſt intra
Gen.2,2. Deut.5,16. Mat.15,4. Epheſ.6,2. portas tuas. *' Sex enim diebus fecit Do- 11
minus cælum & terram, & mare, & om-
nia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſe-
ptimo, idcirco benedixit Dominus diei
ſabbathi, & ſanctificauit eum. *Honora 12
patrem tuum & matrẽ tuam, vt ſis lon-
gæuus ſuper terram, quam Dñs Deus
Mat.5,16. tuus dabit tibi. *Non occides. *Non 13
mœchaberis. *Non furtũ facies. *Non 14
loquêris contra proximũ tuum falſum 15
Rom.7,7. 13,9. teſtimonium. *' Non concupiſces do- 16
mum proximi tui: nec deſiderabis vxo- 17
rem eius, non ſeruum, non ancillã, non
bouem, non aſinum, nec omnia quæ il-
"audiebat o. lius ſunt. *Cunctus autem populus "vi- 18
debat' voces & lampades, & ſonitũ buc-
Heb.12,18. Deu.18,16 cinæ, montémq. fumantem: & perter-
riti ac pauore concuſſi, ſteterunt procul,
*dicentes Moyſi, Loquere tu nobis, & 19
audiemus: non loquatur nobis Domi-
nus, ne fortè moriamur. *Et ait Moyſes 20
ad populũ, Nolite timere: vt enim pro-
baret vos venit Deus, & vt terror illius
eſſet in vobis, & non peccaretis. *Stetít- 21
que populus delongè. Moyſes autẽ ac-
ceſſit ad caliginem in qua erat Deus.
*Dixit præterea Dominus ad Moyſen, 22
Hæc dices filiis Iſrael: Vos vidiſtis quòd
*mecum 3 MS. H. *coram me 1 MS. C. In R. autem, Rab. & G. neutrum legitur. Infr.27,8. 38,7. de cælo locutus ſim vobis. *Non facie- 23
tis "deos argenteos, nec deos aureos fa-
cietis vobis. *' Altare de terra facietis 24
mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta &
pacifica veſtra, oues veſtras & boues in
omni loco in quo memoria fuerit no-
minis mei: veniam ad te, & benedicam
tibi. *' Quòd ſi altare lapideum feceris 25
Deu.27,5. Ioſ.8,31. *tuum 16 MS. H.G. G. mihi, non ædificabis illud de ſectis lapi-
dibus: ſi enim leuaueris cultrum 'ſuper
"eo MS: R. His vo⁹ iunt cum H. Chaldæi: nam ad altare referũt. *illos Rab. G. 26 "eum', polluetur. *Non aſcendes per
gradus ad altare meũ, ne reueletur tur-
pitudo tua.

CAP. XXI.

HÆc ſunt iudicia quæ propones eis: 1
*Si emeris ſeruum Hebræum, ſex 2
Deu.15,12. Ier.34,14. annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egredietur
liber gratis. *Cum quali veſte intraue- 3
rit, cum tali exeat: ſi habens vxorem, &
vxor egredietur ſimul. *Sin autem do- 4
minus dederit illi vxorem, & pepererit
filios & filias: mulier & liberi eius erunt
domini ſui, ipſe verò exibit cum veſtitu
ſuo. *Quòd ſi dixerit ſeruus, Diligo do- 5
minum meum & vxorẽ ac liberos, non
egrediar liber: *offeret eum dominus 6
diis, & applicabitur ad oſtium & poſtes,
perforabítque aurem eius ſubula: & erit
ei ſeruus in ſeculum. *Si quis vendide- 7
rit filiam ſuam in famulam, non egre-
dietur ſicut ancillæ exire conſueuerunt.
*Si diſplicuerit oculis domini ſui cui tra- 8
dita fuerat, dimittet eam: populo autem
alieno vendendi non habebit poteſta-
tem, ſi ſpreuerit eam. *Sin autem filio 9
ſuo deſponderit eam, iuxta morem filia-
Leu.24,17. rum faciet illi. *Quòd ſi alteram ei ac- 10
ceperit, prouidebit puellę nuptias, & ve-
ſtimenta, & pretium pudicitiæ non ne-
gabit. *Si tria iſta non fecerit, egredie- 11
tur gratis abſque pecunia. *Qui percuſ- 12
ſerit hominem volens occidere, morte
moriatur. *Qui autem non eſt inſidia- 13
tus, ſed Deus illum tradidit in manus
eius: ' cõſtituam tibi locum in quem fu- Deu.19,2. "de induſtria MS. gere debeat. *Si quis "per induſtriam' 14
occiderit proximum ſuum, & per inſi-
dias: ab altari meo euelles eum, vt mo-
riatur. *Qui percuſſerit patrem ſuum 15
"& 4 MS. Rab. H.G. Textus R. & G. conſentit. Leu.20,9. Prou.20,20 Mat.15,4. Mar.7,10. "Q.n. 16 "aut' matrem, morte moriatur. *"Qui
maledixerit patri ſuo vel matri, morte 17
moriatur'. *Qui furatus fuerit homi- 18
nem, & vendiderit eum, cõuictus noxę,
morte moriatur. *Si rixati fuerint viri, 19
& percuſſerit alter proximum ſuum la-

pide vel pugno,& ille mortuus non fuerit,ſed iacuerit in lectulo: ✠ſi ſurrexerit, 19
& ambulauerit foris ſuper baculum
ſuum,innocens erit qui percuſſerit, ita
tamen, vt operas eius,& impẽſas in medicos, reſtituat. ✠Qui percuſſerit ſeruũ 20
ſuum,vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit.
✠Sin autem vno die vel duobus ſuperuixerit, non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt. ✠Si rixati fuerint viri, & 21 22
percuſſerit quis mulierem prægnãtem,
& abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa
vixerit:ſubiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. ✠Sin autem mors eius fuerit 23
ſubſecuta, reddet animam pro anima,
Mat.5,33. Lev.24,20. Deu.19,20 ✠oculum pro oculo,dentem pro den- 24
te, manum pro manu, pedem pro pede,
✠aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro 25
vulnere,liuorẽ pro liuore. ✠Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. ✠Dentem 27
quoq. ſi excuſſerit ſeruo vel ancillæ ſuæ,
ſimiliter dimittet eos liberos. ✠Si bos 28
cornu percuſſerit virum aut mulierem,
& mortui fuerint, lapidibus obruetur:
& non comedentur carnes eius, dominus quoq. bouis innocens erit. ✠Quòd ſi 29
bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtati ſunt dominũ eius,
nec recluſerit eum, occiderítque virum
aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. ✠Quòd 30
ſi pretium fuerit ei impoſitum, dabit
pro anima ſua quicquid fuerit poſtulatus. ✠Filium quoque & filiam ſi cornu 31
percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit.
✠Si ſeruum ancillamque inuaſerit, tri- 32
ginta ſiclos argenti domino dabit, bos 33
verò lapidibus opprimetur. ✠Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, ceciderítque bos aut aſinus
in eam, ✠reddet dominus ciſternæ pre- 34
tium iumentorum: quod autem mortuum eſt,ipſius erit. ✠Si bos alienus bo- 35
uem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum, &
diuident pretium, cadauer autem mor-

36 tui inter ſe diſpertient. ✠Si autem ſciebat quòd bos cornupeta eſſet ab heri & nudiuſtertius, & nõ cuſtodiuit eum dominus ſuus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

CAP. XXII.

1 SI quis furatus fuerit bouẽ aut ouem, & occiderit vel vendiderit: quinque boues pro vno boue reſtituet, ✠ & qua- 2 Re.12,6.
2 tuor oues pro vna oue. ✠Si effringens fur domum ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: per-
3 cuſſor non erit reus ſanguinis. ✠Quòd ſi orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit,& ipſe morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat,ipſe venundabitur. ✠ſi inuentũ fuerit apud eum quòd
4 furatus eſt, viuens, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue ouis: duplum reſtituet. ✠Si læſerit
5 quiſpiam agrum vel vineam, & dimiſerit iumẽtum ſuum vt depaſcatur aliena: quicquid optimũ habuerit in agro ſuo, vel in vinea, pro damni æſtimatione reſtituet. ✠Si egreſſus ignis inuenerit "ſpi- "ſpinas; MS.R. Rab. H.c. G.
6 cas', & cõprehenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris,reddet damnum qui ignem ſuccenderit. ✠Si quis
7 commendauerit amico pecuniam, aut vas in cuſtodiam, & ab eo qui ſuſceperat,furto ablata fuerint:ſi inuenitur fur,
8 duplum reddet: ✠ſi latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd nõ extenderit manũ in rem proxi-
9 mi ſui, ✠ad perpetrandam fraudẽ,tam in boue quàm in aſino,& oue ac veſtimento, & quicquid "damnũ' inferre poteſt: "damni 2 MS.
ad deos vtriuſque cauſa perueniet: & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo. ✠Si quis cõmendauerit proxi-
10 mo ſuo aſinum, bouem,ouem,& omne iumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab
11 hoſtibus, nullúſq. hoc viderit: ✠iuſiurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ad rem proximi ſui: ſuſcipietque Dominus iuramentum, & ille
12 reddere non cogetur. ✠Quòd ſi furto Gen.31,39.
ablatum fuerit, reſtituet damnum do-
13 mino. ✠Si comeſtum à beſtia, deferat ad eum quod occiſum eſt, & non reſtituet

tuet. ✠Qui à proximo ſuo quicquam 14
horum mutuò poſtulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non
præſente: reddere compelletur. ✠Quòd 15
ſi impræſentiarum dominus fuerit, non
reſtituet, maximè ſi conductum venerat pro mercede operis ſui. ✠"Si ſeduxe- 16
Deu.22,29 rit quis virginem necdum deſponſatam,
dormierítque cum ea: dotabit eam, &
habebit eam vxorem. ✠Si pater virginis 17
dare noluerit, reddet pecuniam iuxta
modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. ✠Maleficos non patieris 18
viuere. ✠Qui coierit cũ iumento, mor- 19
te moriatur. ✠"Qui immolat diis, occi- 20
Lev.19,4. detur, præterquam Domino ſoli. ✠Ad- 21
Zach.7,10. uenam non contriſtabis, neque affliges
eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in Terra-Ægypti. ✠Viduæ & pupillo non no- 22
cebitis. ✠Si læſeritis eos, vociferabun- 23
tur ad me,& ego audiam clamorem eorum: ✠& indignabitur furor meus,per- 24
cutiámque vos gladio, & erunt vxores
veſtræ viduæ,& filij veſtri pupilli. ✠Si 25
pecuniam mutuã dederis populo meo
pauperi qui habitat tecum, non vrgebis
eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.
✠Si pignus à proximo tuo acceperis ve- 26
ſtimentum, ante ſolis occaſum reddes
ei. ✠Ipſum enim,eſt ſolum quo operi- 27
tur, indumentum carnis eius, nec habet
aliud in quo dormiat: ſi clamauerit ad
me, exaudiã eum, quia miſericors ſum.
Act.23,5. ✠Diis non detrahes, & "principi populi 28
tui non maledices. ✠Decimas tuas & pri- 29
mitias tuas non tardabis reddere, ✠ pri-
Lev.22,8. Exec.44,30,31. Sup.13,2. & 12. Inſr.33,19. mogenitum filiorum tuorũ dabis mihi.
✠De bobus quoque, & ouibus ſimiliter 30
facies: ſeptem diebus ſit cum matre ſua,
die octaua reddes illum mihi. ✠Viri ſan- 31
cti eritis mihi: carnem quæ à beſtiis fuerit præguſtata, non comedetis, ſed proiicietis canibus.

CAP. XXIII.

1 NOn ſuſcipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam vt pro impio
2 dicas falſum teſtimonium. ✠Non ſequêris turbam ad faciendum malum:nec in iudicio,plurimorum acquieſces ſententiæ,vt à vero deuies. ✠Pauperis quoque 3

4 non miſereberis in "iudicio'. ✠"Si occur- "negotio 14 MS.H. vt autem in textu eſt; C. & ſeptuaginta transtulerunt. R. & Rab. legunt.
reris boui inimici tui, aut aſino erranti,
5 reduc ad eum. ✠Si videris aſinũ odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis,
6 ſed ſubleuabis cum eo. ✠"Nõ declinabis Deu.22,1. "iudicio 13 MS.
7 in "iudicium'pauperis'. ✠Mendacium fu- "Non declinabis, ſeu peruertes iudicium pauperis in lite eius H.C.G.
gies. Inſontem & iuſtum non occides:
8 quia auerſor impium. ✠"Nec accipies Dan.13,53. Deu.16,19 Eccl.20,32.
munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. ✠Pe-
9 regrino moleſtus non eris. ſcitis enim aduenarum animas:quia & ipſi "peregri- Gen.46,5.
ni fuiſtis in Terra-Aegypti. ✠Sex annis
10 ſeminabis terram tuam, & congregabis
11 fruges eius. ✠Anno autem ſeptimo dimittes eam, & requieſcere facies, vt comedãt pauperes populi tui: & quicquid
12 reliquum fuerit, edant beſtiæ agri. ✠ita facies in vinea,& in olueto tuo. Sex diebus operaberis: ſeptimo die ceſſabis, vt requieſcat bos & aſinus tuus: & refrige-
13 retur filius ancillæ tuæ,& aduena. ✠Omnia quæ dixi vobis, cuſtodite. Et per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore veſtro. ✠Tri-
14 bus vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis. ✠Solemnitatem azymo-
15 rum cuſtodies. Septẽ diebus "comedes' "comedetis MS. R.G.Textus Rab.H. & C. conformis eſt. Sup.13,5. Inſr.34,22. Deu.16,16 Eccl.35,6.
azyma, ✠ſicut præcepi tibi, tẽpore menſis nouorũ, ✠quando egreſſus es de Ægypto: nõ apparebis in conſpectu meo va-
16 cuus. ✠Et ſolemnitatem "meſſis'primitiuorum operis tui, quæcunque ſeminaueris in agro. ſolemnitatẽ quoq. in exitu anni, quando congregaueris omnes
17 fruges tuas de agro. ✠Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram
18 Domino Deo tuo'. ✠Non immolabis ſuper fermento ſanguinem victimæ "tuæ', "meæ 9. MS. Rab. H.C.G.
nec remanebit adeps ſolemnitatis meæ
19 vſque manè. ✠Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.
Nõ coques hœdum in lacte matris ſuæ.
20 ✠Ecce ego "mittam' angelũ meum', qui Deu.14,22. Inſr.34,20. "mitto 2 MS.Rab.
præcedat te,& cuſtodiat in via,& intro-
21 ducat in locum quem præparaui. ✠Obſerua eum, & audi vocem eius,nec contemnendum putes: quia non dimittet
cùm "peccaueris', & eſt nomen meum "peccauerit 5 MS. Rab.
22 in illo. ✠Quòd ſi audieris vocem eius, &

feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.
Infr.33,2. Ios.24,11, Deut.7,21. 23 *Præcedétque te angelus meus, & introducet te ad Amorrhęũ, & Hethęum, & Pherezæum, Chananęúmque, & Heuæum, & Iebusæũ, quos ego conteram.
24 *Non adorabis deos eorum, nec coles eos: non facies opera eorum, sed deitrues eos, & confringes statuas eorum. 25 *Seruietísque Domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. 26 *Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. Deut.7,14. 27 *Terrorem meum mittã in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingrediêris: cunctorumq. inimicorum tuorum coram te terga vertam: 28 *emittens crabrones prius, qui fugabunt Hæuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas. 29 *Non eiiciam eos à facie tua anno vno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. 30 *Paulatim expellã eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas Terram. 31 *Ponam aũt terminos tuos à Mari rubro vsque ad Mare Palæsthinorum, & à deserto vsque ad fluuium: tradam in manibus vestris habitatores Terræ, & eiiciam eos de conspectu vestro. Deut.7,2. Infr.34,15. 32 *Non inibis cum eis fœdus, nec cũ diis eorum.
33 *Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si seruieris diis eorũ: quod tibi certè erit in scandalum.

CAP. XXIIII.

1 MOysi quoq. dixit, Ascende ad Dominum tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex Israël, & adorabitis procul. 2 *Solúsque Moyses ascendet ad Dominũ, & illi non appropinquabunt: nec populus ascendet cum eo. 3 *Venit ergo Moyses & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: respondítque omnis populus vna voce, Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus. 4 *Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini: & manè consurgẽs ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israël. 5 *Misitque iuuenes de filiis Israël, & obtulerunt holocausta, immolauerúntque victimas pacificas Domino, vitulos duodecim. 6 *Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras: partem autẽ residuam fudit super altare. 7 *Assuménsque volumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt, Omnia quę locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes.
8 *Ille verò sumptum sanguinem respersit in populũ, & ait, Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. 9 *Ascenderúntque Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de seniorib⁹ Israël: 10 *& viderunt Deum Israël: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cùm serenum est. 11 *Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israël, misit manum suam, videruntque Deum, & comederunt, ac biberunt.
12 *Dixit autem Dñs ad Moysen, Ascende ad me in montem, & esto ibi: dabóque tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata quæ scripsi: vt doceas eos. 13 *Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendénsque Moyses in montem Dei, 14 senioribus ait: *Expectate hîc donec reuertamur ad vos. habetis Aaron, & Hur vobiscum: si quid natũ fuerit quæstionis, referetis ad eos. 15 *Cumq. ascendisset Moyses, operuit nubes montem, 16 *& habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocauit eum de medio caligi- *Dominus MS. R. G. Ab H. autem & C. non addunt.
17 nis. *Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israël. 18 *Ingressusq. Moyses medium nebulæ, ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

CAP. XXV.

1 LOcutúsq. est Dominus ad Moysen, 2 dicens, *Loquere filiis Israël, vt tollant mihi primitias ab omni homine qui Infr.35,5. 3 offert vltroneus, accipietis eas. *Hæc sunt autẽ quæ accipere debetis, Aurum, 4 & argẽtum, & æs, *hyacinthum & purpuram, coccúmque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, *& pelles arietum rubricatas,

- 4 MS. R. Rab. H. C. G.
- MS. Rab. H. C. G.
- Q. R.
- *filios Israël MS q. R. Rab.
- 2 MS. H. C. G. Textui Rab. auxiliatur.



rubricatas, pelléſque ianthinas', & ligna
*hyacinthinas, MS. R. Rab. G. Q.
ſetim: *oleum ad luminaria cõcinnan- 6
da; aromata in vnguentum, & thymia-
mata boni odoris: *lapides onychinos, & 7
gemmas ad ornandum ephod, ac ratio-
nale. *Faciéntque mihi ſanctuarium, & 8
Heb. 9, 2. habitabo in medio eorum: * iuxta om- 9
nem ſimilitudinem tabernaculi, quod
oſtendam tibi, & omnium vaſorum in
cultũ eius; ſicque facietis illud: *Arcam 10
de lignis ſetim compingite, cuius longi-
tudo habeat duos & ſemis cubitos, lati-
tudo cubitum & dimidium, altitudo cu-
bitum ſimiliter ac ſemiſſem. *Et deau- 11
rabis eam auro mundiſſimo intus & fo-
ris: faciéſque ſuprà coronam auream per
circuitum: *& quatuor circulos aureos, 12
quos pones per quatuor arcæ angulos:
duo circuli ſint in latere vno, & duo in
altero. *Facies quoque vectes de lignis 13
ſetim, & operies eos auro. *Inducéſque 14
per circulos qui ſunt in arcæ lateribus,
vt portetur in eis: *qui ſemper erunt in 15
circulis, nec vnquam extrahẽtur ab eis.
*Ponéſque in arca teſtificationẽ quam 16
dabo tibi. *Facies & propitiatorium de 17
auro mundiſſimo: duos cubitos & dimi-
dium tenebit longitudo eius, & cubi-
tum ac ſemiſſem latitudo. *Duos quoq. 18
Cherubim aureos, & productiles facies,
ex vtraq. parte oraculi. *Cherub vnus 19
ſit in latere vno, & alter in altero. *Vtrũ- 20
que latus propitiatorij tegãt expanden-
tes alas, & operientes oraculum, reſpi-
ciántq. ſe mutuò verſis vultibus in pro-
pitiatorium quo operienda eſt arca, *in 21
qua pones teſtimonium quod dabo tibi.
*Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra 22
propitiatorium, ac de medio duorum
Cherubim, qui erunt ſuper arcam teſti-
monij, cuncta quæ mandabo per te filiis
Iſraël. *Facies & mẽſam de lignis ſetim, 23
habentem duos cubitos longitudinis, &
in latitudine cubitum, & in altitudine
cubitũ ac ſemiſſem. *Et inaurabis eam 24
auro puriſſimo: faciéſque illi labium au-
reum per circuitum, *& ipſi labio coro- 25
nam interraſilem altam quatuor digitis:
& ſuper illam, alteram coronam aureo-
lam. *Quatuor quoque circulos aureos 26
præparabis, & pones eos in quatuor an-
gulis eiuſdem mẽſæ per ſingulos pedes.
*Subter coronam erunt circuli aurei, 27
vt mittantur vectes per eos, & poſſit
*menſa portari. *Ipſos quoque vectes 28
facies de lignis ſetim, & circũdabis auro
ad ſubuehendam menſam. *Parabis & 29
acetabula, ac phialas, thuribula, & cya-
thos, in quibus offerenda ſunt libamina,
ex auro puriſſimo. *Et pones ſuper men- 30
ſam panes propoſitionis in conſpectu
meo ſemper. *Facies & candelabrum 31
ductile de auro mũdiſſimo, haſtile eius,
& calamos, ſcyphos & ſphærulas, ac lilia
ex ipſo procedentia. *Sex calami egre- 32
dientur de lateribus, tres ex vno latere,
& tres ex altero. *Tres ſcyphi quaſi in 33
nucis modũ per calamos ſingulos, ſphę-
rulæque ſimul, & lilia: & tres ſimiliter
ſcyphi inſtar nucis in calamo altero,
ſphærulæque ſimul & lilia. hoc erit opus
ſex calamorum, qui producendi ſunt de
haſtili: *In ipſo autem candelabro erunt 34
quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphæ-
rulæque per ſingulos, & lilia. *Sphæ- 35
rulæ ſub duobus calamis per tria loca,
qui ſimul ſex fiunt procedentes de ha-
ſtili vno. *Et ſphærulæ igitur & calami 36
ex ipſo erunt, vniuerſa ductilia de auro
puriſſimo. *Facies & lucernas ſeptem, 37
& pones eas ſuper candelabrum, vt lu-
ceant ex aduerſo. *Emunctoria quoq. 38
& vbi quæ emuncta ſunt extinguantur,
fiant auro puriſſimo. *Omne pondus 39
candelabri cum vniuerſis vaſis ſuis ha-
bebit talentum auri puriſſimi. * Inſpi- 40
ce, & fac ſecundum exemplar quod tibi
in monte monſtratum eſt.
Heb. 8, 5. Act. 7, 44.

CAP. XXVI.

TAbernaculum verò ita facies, De- 1
cem cortinas de byſſo retorta, &
hyacintho, ac purpura, coccóq. bis tin-
cto, variatas opere plumario facies.
*Longitudo cortinæ vnius habebit vi- 2
gintiocto cubitos: latitudo, quatuor cu-
bitorum erit. vnius menſuræ fient vni-
uerſa tentoria. *Quinque cortinæ ſibi 3
iungentur mutuò, & aliæ quinque nexu
ſimili cohærebunt. *Anſulas hyacin- 4
thinas in lateribus ac ſummitatibus fa-
cies





TABERNACVLI ABSOLVTI AC TRIPLICI VELO TECTI EXEMPLVM

P·H·

Pendebat infimum Velum ex anteriori partecerta mensura: sed nobis in hoc exemplo, vt liberiorem relinquerimus inspectionem, reductis sinubus illam partem a portaretraximus.



P·H·

SACRI TABERNACVLI ORTHOGRAPHIA EXPROSPECTV EXTERIORI SECVNDVM ARTEM. B.A.M

TEMPLI CVM PORTICV ET CELLIS ABSOLVTA ORTHOGRAPHIA ex descriptione Bened. Artii Montani.
Conuenit orthographia cum Icnographiæ mensuris ad Vnguem. Membra omnia respondent Architecturæ Israelitarum

cies cortinarum, vt possint inuicem copulari. ‡Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraque parte, ita insertas, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit adaptari. ‡Facies & quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat. ‡Facies & saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi.

‡Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo, quatuor: æqua erit mensura sagorum omnium. ‡Equibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuò copulabis, ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices. ‡Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt coniungi cum altero queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur. ‡Facies & quinquaginta fibulas æneas quibus iungatur ansæ, vt vnum ex omnibus operimentum fiat.

‡Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi. ‡Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera quia plus est in sagorum longitudine, vtrumque latus tabernaculi protegens. ‡Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & super hoc rursum aliud operimentum de ianthinis' pellibus. ‡Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim, ‡quæ singulæ denos cubitos in lõgitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem.

‡In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur. ‡Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad Austrum. ‡Quibus quadraginta bases argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis per duos angulos subiiciantur. ‡In latere quoq. secundo tabernaculi quod vergit ad Aquilonem, viginti tabulæ erunt. ‡quadraginta habentes bases argenteas, binæ bases singulis tabulis supponentur. ‡Ad occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas, ‡& rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernacu-

‡hyacinthinis MS. R. Rab. G.

24 li. ‡Erúntque coniunctæ à deorsum vsque sursum, & vna omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ in
25 angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. ‡Et erũt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnam tabulam supputatis.
26 ‡Facies & vectes de lignis setim quinq. ad continendas tabulas in vno latere ta-
27 bernaculi, ‡& quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalẽ pla-
28 gam: ‡qui mittentur per medias tabu-
29 las à summo vsque ad summum. ‡Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos per quos vectes tabulata cõtineant; quos operies laminis au-
30 reis. ‡Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in ‡Monte mõstratum *Sup. 24, 18.*
31 est. ‡Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta, opere plumario & pulchra va-
32 rietate contextũ: ‡quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas.
33 ‡Inseretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonij, quo & Sanctuarium, & Sanctuarij sanctua-
34 ria diuidentur. ‡Pones & ꝓpitiatorium super arcam testimonij in Sancta san-
35 ctorum: ‡mensámque extra velum: & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: mensa enim sta-
36 bit in parte Aquilonis. ‡Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto,
37 & byssо retorta, opere plumarij. ‡Et quinque columnas deaurabis lignorum setim, ante quas ducetur tentoriũ quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

CAP. XXVII.

1 FAcies & altare de lignis setim, quod habebit quinq. cubitos in longitu- *Infr. 38.*
dine, & totidem in latitudine, id est qua-
2 drum & tres cubitos in altitudine. ‡Cornua autem per quatuor angulos ex ipso
3 erunt: & operies illud ære. ‡Faciésque in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes atq. fuscinulas, & ignium

recepta-

receptacula. Omnia vaſa ex ære fabricabis. [4] *Craticulámque in modum retis
ęneam: per cuius quatuor angulos erunt
quatuor annuli ænei, [5] *quos pones ſubter arulam altaris: erítque craticula vſq.
ad altaris medium. [6] *Facies & vectes altaris de lignis ſetim duos, quos operies
laminis æneis: [7] *& induces per circulos,
erúntque ex vtroq. latere altaris ad portandum. [8] *Non ſolidum, ſed inane &
cauum intrinſecus facies illud, ſicut tibi
in Monte monſtratum eſt. [9] *Facies &
atrium tabernaculi, in cuius auſtrali plaga contra meridiem erunt tentoria de
byſſo retorta: centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine. [10] *Et columnas viginti cum baſibus totidem æneis,
quæ capita cum cælaturis ſuis habebunt
argentea. [11] *Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum
cubitorum, columnæ viginti, & baſes
æneæ eiuſdem numeri, & capita earum
cum cælaturis ſuis argentea. [12] *In latitudine verò atrij quod reſpicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta
cubitos, & columnæ decem, baſéſq. totidem. [13] *In ea quoq. atrij latitudine quæ
reſpicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt. [14] *in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres & baſes totidem:
[15] *& in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ
tres, & baſes totidem. [16] *In introitu verò
atrij fiet tentorium cubitorum viginti
ex hyacintho & purpura, coccóque bis
tincto, & byſſo retorta, opere plumarij:
columnas habebit quatuor, cum baſibus totidem. [17] *Omnes columnæ atrij
per circuitum veſtitę erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & baſibus
æneis. [18] *In longitudine occupabit atrium
cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit.
fiétque de byſſo retorta, & habebit baſes æneas. [19] *Cuncta vaſa tabernaculi in
omnes vſus & ceremonias, tam paxillos
eius quàm atrij, ex ære facies. [20] *Præcipe
filiis Iſrael vt afferant tibi oleũ de arboribus oliuarum puriſſimum, pilóq. con-

[21] tuſum: vt ardeat lucerna ſemper [1] *in tabernaculo teſtimonij, extra velũ quod
oppãſum eſt teſtimonio. Et collocabunt
eam Aaron & filij eius, vt vſque manè
luceat coram Domino. Perpetuus erit
cultus per ſucceſſiones eorum coram filiis Iſrael.

CAP. XXVIII.

[1] APplica quoq. ad te Aaron fratrem
tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, &
[2] Ithamar. *Faciéſque veſtem ſanctam
Aaron fratri tuo in gloriam & decorem.
[3] *Et loquêris cunctis ſapientibus corde,
quos repleui ſpiritu prudẽtiæ, vt faciant
veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus mi-
[4] niſtret mihi. *Hæc autem erunt veſtimenta quæ facient, Rationale & ſuperhumerale, tunicam & lineam ſtrictam,
cidarim & balteum. Facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt
[5] ſacerdotio fungantur mihi. *Accipiéntque aurum & hyacinthũ & purpuram,
coccumque bis tinctum, & byſſum.
[6] *Facient autem ſuperhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccóque
bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito. [7] *Duas oras iũctas habebit in vtroque latere ſummitatum, vt in vnum redeant. [8] *Ipſa quoque textura & cuncta
operis varietas erit ex auro & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, &
[9] byſſo retorta. *Sumẽſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina fi-
[10] liorum Iſrael: *ſex nomina in lapide vno,
& ſex reliqua in altero, iuxta ordinem
[11] natiuitatis eorum. *Opere ſculptoris & cælatura gemmarij, ſculpes eos nominibus filiorum Iſrael, incluſos auro atque
[12] circundatos: *& pones in vtroque latere ſuperhumeralis, memoriale filiis Iſrael.
Portabítque Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrumque humerum, ob recordationem. [13] *Facies & vn-
[14] cinos ex auro, *& duas catenulas auri
puriſſimi ſibi inuicem cohærentes, quas
[15] inſeres vncinis. *Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturã ſuperhumeralis ex auro, hyacintho,
& purpu-



& purpura, coccóq. bis tincto, & byſſo retorta. *Quadrangulum erit & duplex: 16
menſuram palmi habebit tam in longitudine quàm in latitudine. *Ponéſque in 17
eo quatuor ordines lapidum. in primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus. *in ſecundo: carbunculus, 18
ſapphirus, & iaſpis. *in tertio: ligurius, 19
achates & amethyſtus. *in quarto: chryſolithus, onychinus, & beryllus. incluſi 20
auro erunt per ordines ſuos. *Habebúntque nomina filiorum Iſrael: duodecim 21
nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus. *Facies in rationali catenas ſibi 22
inuicem cohærentes ex auro puriſſimo: *& duos annulos aureos quos pones in 23
vtraque rationalis ſummitate: *catenáſque aureas iunges annulis qui ſunt in 24
marginibus eius: *& ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis 25
in vtroque latere ſuperhumeralis quod rationale reſpicit. *Facies & duos annulos aureos quos pones in ſummitatibus 26
rationalis, in oris quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora eius aſpiciunt. *Nec non & alios duos annulos 27
aureos, qui ponendi ſunt in vtroque latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari poſſit cum ſuperhumerali, 28
*& ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſeinuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari. *Portabítque 29
Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuum, quando ingredietur Sanctuariũ, memoriale coram Domino in æternũ. *Pones autem 30
in rationali iudicij Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram Domino: & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo, in conſpectu Domini ſemper. *Facies & tuniçam ſuperhumeralis totam 31
hyacinthinã, *in cuius medio ſuprà erit 32
capitium, & ora per gyrum eius textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facilè rumpatur. *Deorſum verò, ad pedes eiuſdem tunicæ, per 33
circuitum, quaſi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, *miſtis in medio tintinnabulis, *ita 34
vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum: rurſumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum. *Et 35
veſtietur ea Aaron in officio miniſterij, vt audiatur ſonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur. *Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua ſculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. 36
*Ligabíſque eam vitta hyacinthina, & 37
erit ſuper tiaram, *imminens fronti 38
pontificis. Portabítque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael, in cunctis muneribus & donariis ſuis. Erit autem lamina ſemper in fronte eius, vt placatus ſit ei 39
Dominus. *Stringéſque tunicam byſſo, & tiaram byſſinam facies, & balteum opere plumarij. *Porrò filiis Aaron tu- 40
nicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriam & decorem: *veſtiéſque his 41
omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo. Et cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabíſque illos, vt ſacerdotio fungãtur mihi. *Facies & feminalia 42
linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ, à renibus vſq. ad femora: *& vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum teſtimonij, vel quando appropinquant ad altare vt miniſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum. 43

*& byſſo retorta MS. R. G. *Verùm ab* H & C. *non legitur.*

Ecclꝛ. 45.

CAP. XXIX.

SEd & hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, *Leu. 9, 2.* 1
*panéſque azymos, & cruſtulam abſq. fermento, quæ conſperſa ſit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de ſimila triticea cuncta facies. *Et poſita in caniſtro offeres: vitulum autem & duos arietes. 2 3
*Et Aaron, ac filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Cumq. laueris patrem cum filiis ſuis aqua, *indues Aaron veſtimentis ſuis, id eſt, linea & tunica, 4 5

& tunica, ~ &' ſuperhumerali & rationa- 6
-4 MS. H.C. li, quod conſtringes balteo. *Et pones
tiaram in capite eius, & laminam ſan-
ctam ſuper tiaram, *& oleum vnctionis 7
fundes ſuper caput eius; atque hoc ritu
conſecrabitur. *Filios quoque illius ap- 8
plicabis, & indues tunicis lineis, *cingéſ- 9
que balteo, Aaron ſcilicet & liberos
eius, & impones eis mitras: eruntque ſa-
cerdotes mihi religione perpetua. Poſt-
Lev.1,3. quam initiaueris manus eorum, *'ap- 10
plicabis & vitulum coram tabernaculo
teſtimonij. Imponéntque Aaron & filij
eius manus ſuper caput illius, *& ma- 11
ctabis eum in conſpectu Domini, iuxta
oſtium tabernaculi teſtimonij. *Sum- 12
ptúmq. de ſanguine vituli, pones ſuper
cornua altaris digito tuo, reliquum au-
tem ſanguinem fũdes iuxta baſim eius.
Lev. 3,3. *'Sumes & adipem totum qui operit 13
inteſtina, & reticulum iecoris, ac duos
renes, & adipem qui ſuper eos eſt, & of-
feres incenſum ſuper altare: *Carnes 14
verò vituli & corium & fimum cõbures
foris extra caſtra, eò quòd pro peccato
ſit. *Vnum quoq. arietem ſumes, ſuper 15
cuius caput ponẽt Aaron & filij eius ma-
nus. *Quem cùm mactaueris, tolles de 16
ſanguine eius, & fundes circa altare.
*ipſum aũt arietem ſecabis in fruſta. lo- 17
táq. inteſtina eius ac pedes pones ſuper
conciſas carnes & ſuper caput illius. *Et 18
offeres totum arietem in incẽſum ſuper
altare: oblatio eſt Dño, odor ſuauiſſimus
victimæ Dñi. *Tolles quoq. arietem al- 19
terum, ſuper cuius caput Aaron & filij
eius ponent manus. *Quem cùm im- 20
molaueris, ſumes de ſanguine eius, &
pones ſuper extremum auriculæ dextrę
Aaron & filiorum eius, & ſuper pollices
manus eorum ac pedis dextri, fundéſq.
ſanguinem ſuper altare per circuitum.
*Cúmque tuleris de ſanguine qui eſt 21
ſuper altare, & de oleo vnctionis, aſper-
ges Aaron & veſtes eius, filios & veſti-
menta eorum. Conſecratíſque ipſis &
veſtibus, *tolles adipẽ de ariete, & cau- 22
dam & aruinam quæ operit vitalia, ac re-
ticulũ iecoris, & duos renes, atque adi-
pem qui ſuper eos eſt, armúmque dex-
trum, eò quòd ſit aries conſecrationis:
*tortámq. panis vnius, cruſtulam con- 23
ſperſam oleo, laganum de caniſtro azy-
morum, quod poſitum eſt in conſpectu
Domini: *ponéſq. omnia ſuper manus 24
Aaron & filiorum eius, & ſanctificabis
eos eleuans coram Domino. *Suſcipiéſ- 25
que vniuerſa de manibus eorum: & in-
cẽdes ſuper altare in holocauſtum, odo-
rem ſuauiſſimum in conſpectu Domi-
ni, quia oblatio eius eſt. *Sumes quoq. 26
pectuſculum de ariete quo initiatus eſt
Aaron, ſanctificabíſque illud eleuatum
coram Domino, & cedet in partẽ tuam.
*Sanctificabíſque & pectuſculum con- 27
ſecratum, & armum quem de ariete ſe-
paraſti, *quo initiatus eſt Aaron & filij 28
eius, cedéntque in partem Aaron & fi-
liorum eius iure perpetuo à filiis Iſraël;
quia primitiua ſunt & initia de victimis
eorum pacificis quæ offerunt Domino.
*Veſtem autem ſanctam qua vtetur 29
Aaron, habebunt filij eius poſt eum, vt
vngantur in ea, & conſecrentur manus
eorum. *Septem diebus vtetur illa qui 30
pontifex pro eo fuerit conſtitutus de fi-
liis eius, & qui ingredietur tabernacu-
lum teſtimonij vt miniſtret in Sanctua-
rio. *Arietem autem "conſecrationis' 31
tolles, & coques carnes eius in loco ſan-
cto, *quibus veſcetur Aaron & filij eius. 32
'Panes quoque qui ſunt in caniſtro, in Lev.8,31. 24,9. Mat.12,4.
veſtibulo tabernaculi teſtimonij *com- 33
edẽt, vt ſit placabile ſacrificium, & ſan-
ctificentur offerentium manus. Alieni-
gena non veſcetur ex eis, quia "ſancti' " ſancta 5 MS.G.
ſunt. *Quòd ſi remanſerit de carnibus 34 " ſanctificata 1 MS.
conſecratis ſiue de panibus vſque manè, *ſanctus H.C.
cõbures reliquias igni: nõ comedentur,
quia ſanctificata ſunt. *Omnia quæ præ- 35
cepi tibi facies ſuper Aaron & filiis eius.
Septẽ diebus cõſecrabis manus eorum:
*& vitulum pro peccato offeres per ſin- 36
gulos dies ad expiandum. Mundabiſque
altare cùm immolaueris expiationis ho-
ſtiã, & vnges illud in ſanctificationem.
*Septem diebus expiabis altare, & ſan- 37
ctificabis, & erit Sanctum ſanctorum.
omnis qui tetigerit illud, ſanctificabi-
tur. *Hoc eſt quod facies in altari, 38

'Agnos

Num.28,3. 'Agnos anniculos duos per ſingulos dies
iugiter, *vnum agnum manè, & alte- 39
rum veſperè, *decimam partem ſimilę 40
conſperſæ oleo tuſo, quod habeat men-
ſuram quartam partem hin, & vinum ad
libandum eiuſdẽ menſuræ in agno vno.
*Alterum verò agnum offeres ad ve- 41
ſperam iuxta ritum matutinæ oblatio-
nis, & iuxta ea quæ diximus, in odorem
ſuauitatis. *ſacrificiũ eſt Domino, obla- 42
tione perpetua in generationes veſtras,
ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram
Domino, vbi conſtituam vt loquar ad
te. *Ibíque præcipiam filiis Iſraël, & ſan- 43
ctificabitur altare in gloria mea. *San- 44
ctificabo & tabernaculum teſtimonij
cum altari, & Aaron cum filiis ſuis, vt ſa-
cerdotio fungantur mihi. *Et habitabo 45
in medio filiorum Iſraël, eróq. eis Deus,
*& ſcient quia ego Dñs Deus eorum, 46
qui eduxi eos de Terra-Ægypti, vt ma-
nerem inter illos, ego Dominus Deus
ipſorum.

CAP. XXX.

FAcies quoque altare ad adolendum 1
thymiama, de lignis ſetim, *habens 2
cubitum longitudinis, & alterum lati-
tudinis, id eſt quadrangulum, & duos
cubitos in altitudine. Cornua ex ipſo
procedent. *Veſtiéſque illud auro puriſ- 3
ſimo, tam craticulam eius, quàm paries
tes per circuitum, & cornua. Faciéſque
ei coronam aureolam per gyrũ, *& duos 4
annulos aureos ſub corona per ſingula
latera, vt mittantur in eos vectes, & al-
tare portetur. *Ipſos quoque vectes fa- 5
cies de lignis ſetim, & inaurabis. *Po- 6
neſque altare contra velum, quod ante
arcam pendet teſtimonij coram propi-
tiatorio quo tegitur teſtimonium, vbi
loquar tibi. *Et adolebit incenſum ſuper 7
eo Aaron, ſuaue fragrans manè. Quan-
do componet lucernas, incendet illud:
*& quando collocabit eas ad veſperum, 8
vret thymiama ſempiternum coram Do-
mino in generationes veſtras. *Non of- 9
feretis ſuper eo thymiama compoſitio-
nis alterius, nec oblationẽ & victimam,
•0. nec libabitis 'libamina'. *Et deprecabi- 10
tur Aaron ſuper cornua eius ſemel per
annum, in ſanguine quod oblatum eſt
pro peccato, & placabit ſuper eo in ge-
nerationibus veſtris. Sanctũ ſanctorum
11 erit Domino. *Locutuſque eſt Domi-
12 nus ad Moyſen, dicens, *'Quando tule- Num.1,2.
ris ſummã filiorum Iſrael iuxta nume-
rum, dabunt ſinguli pretiũ pro anima-
bus ſuis Domino, & nõ erit plaga in eis,
13 cùm fuerint recenſiti. *Hoc autem da- " numerũ 3 MS.H.C.
bit omnis qui tranſit ad "nomen', dimi- viſitatione ita tranſtulerunt 70. Vt in textu eſt, legit Rab. Lev.27,15. Num.3,47. Exe.45,12
dium ſicli iuxta menſuram templi. 'Si-
clus viginti obolos habet. Media pars ſi-
14 cli offeretur Domino. *Qui habetur in
numero, à viginti annis & ſuprà, dabit
15 pretium. *Diues non addet ad mediũ ſi-
16 cli, & pauper nihil minuet. *Suſceptam-
que pecuniam, quæ collata eſt à filiis If-
raël, trades in vſus tabernaculi teſtimo-
nij, vt ſit monumentum eorum coram
Domino, & propitietur animabus eo-
17 rum. *Locutúſque eſt Dñs ad Moyſen,
18 dicens, *Facies & labium æneum cum
baſi ſua ad lauandum: ponéſque illud in-
ter tabernaculum teſtimonij & altare.
19 *Et miſſa aqua lauabunt in ea Aaron, &
20 filij eius manus ſuas ac pedes, *quando
ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimo-
nij, & quando acceſſuri ſunt ad altare,
vt offerant in eo thymiama Domino,
21 *ne fortè moriantur. legitimum ſempi-
ternum erit ipſi, & ſemini eius per ſuc-
22 ceſſiones. *Locutúſq. eſt Dominus ad
23 Moyſen, dicens, *Sume tibi aromata,
primæ myrrhæ & electæ quingentos ſi-
clos, & cinnamomi medium, id eſt du- *aromatici H.C.G.
centos quinquaginta ſiclos, calami *ſi-
24 militer ducentos quinquaginta, *caſiæ
autem quingẽtos ſiclos in pondere ſan-
ctuarij, olei de oliuetis menſuram hin:
25 *faciéſque vnctionis oleũ ſanctum, vn-
guentum compoſitum opere vnguen-
26 tarij, *& vnges ex eo tabernaculum te-
27 ſtimonij, & arcam teſtamenti, *men-
ſamque cum vaſis ſuis, candelabrum, &
28 vtenſilia eius, altaria thymiamatis, *&
holocauſti, & vniuerſam ſupellectilem
29 quæ ad cultũ eorũ pertinet. *Sanctifica-
biſq. omnia, & erunt Sãcta ſanctorum:
30 qui tetigerit ea, ſanctificabitur. *Aaron
& filios eius vnges, ſanctificabíſque

eos, vt ſacerdotio fungantur mihi.
31 *Filiis quoque Iſrael dices, Hoc oleum vnctionis ſanctum erit mihi in generationes veſtras. 32 *Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compoſitionem eius non facietis aliud, quia ſanctificatũ eſt, & ſanctum erit vobis. 33 *Homo quicunque tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo.
34 *Dixítque Dominus ad Moyſen, Sume tibi aromata, ſtacten & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt omnia: 35 *faciéſq. thymiama compoſitum opere vnguentarij, miſtum diligenter, & purũ, & ſanctificatione digniſſimum. 36 *Cúmque in tenuiſſimum puluerem vniuerſa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum ſanctorum erit vobis thymiama. 37 *Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros, quia ſanctum eſt Domino. 38 *Homo quicunque fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis.

CAP. XXXI.

1 LOcutúſque eſt Dominꝰ ad Moyſen, 2 dicẽs, *Ecce, vocaui ex nomine Beſeleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, 3 *& impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere, 4 *ad excogitandum quicquid fabre fieri poteſt ex auro, & argento, & ære, 5 *marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum. 6 *Dedíque ei ſocium Ooliab filium Achiſamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi poſui ſapientiam: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, 7 *tabernaculum fœderis, & arcam teſtimonij, & propitiatoriũ quod ſuper eam eſt, & cuncta vaſa tabernaculi, 8 *menſámq. & vaſa eius, candelabrum puriſſimum cum vaſis ſuis, & 'altaria' thymiamatis, 9 *& holocauſti, & omnia vaſa eorum, labium cũ baſi ſua, 10 *veſtes ſanctas in miniſterio Aaron ſacerdoti, & filiis eius, vt fungantur officio ſuo in ſacris. 11 *oleum vnctionis, & thymiama aromatũ in ſanctuario, omnia quæ præcepi tibi, facient.
12 *Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, 13 dicens, Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, *'Videte vt ſabbathum meum cuſtodiatis: quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris: vt ſciatis quia 14 ego Dominus qui ſanctifico vos. *Cuſtodite ſabbathum 'meum'; ſanctum eſt enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit 15 anima illius de medio populi ſui. *Sex diebus 'facietis' opus: in die ſeptimo ſabbathum eſt, requies ſancta Domino. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. 16 *Cuſtodiant filij Iſraël ſabbathum, & celebrent illud in generationibus ſuis. Pactum eſt ſempiternum 17 *inter me & filios Iſraël, ſignúmque perpetuum. 'ſex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & in ſeptimo ab 'opere ceſſauit. 18 *Dedítq. Dominus Moyſi, completis huiuſcemodi ſermonibus in monte Sinai, duas tabulas teſtimonij lapideas, ſcriptas digito Dei.

*altare 3 MS.R. In H.& C. eſt: Et altare thym. & altare holoc. in G. non aliud eſt, quã Et altaria.

Sup. 20, 8. Exo. 20, 12

*2 Ms. R. Rab. H.C.G.

*facies 4 MS.G. 'fiet M.C.

Gen. 1, 31.

*omni MS.R. Rab. Deut. 9, 14.

CAP. XXXII.

1 VIdens autem populus quòd moram faceret deſcendendi de mõte Moyſes, congregatus aduerſus Aaron, dixit, 'Surge, fac nobis deos qui nos præcedãt: Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de Terra-Ægypti, ignoramus quid 2 acciderit*. *Dixítq. ad eos Aaron, Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque & filiarum veſtrarum auribus, & 3 afferte ad me. *Fecítque populus quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron.
4 *'Quas cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixerúntq. Hi ſunt dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de Terra-Ægypti. 5 *Quod cùm vidiſſet Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit dicẽs; Cras ſolemnitas Domini eſt. 6 *Surgentéſque manè, obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & 'ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. 7 *Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens, 'Vade, deſcende: peccauit populus tuus quem 8 eduxiſti de Terra-Ægypti. *Receſſerunt citò de via, quam oſtendiſti eis: fecerúntque ſibi vitulum conflatilem, & adora-

*ei 3 Ms. H.C.G.

Ps. 105, 20.

1 Cor. 10, 7

*7 Ms. H.C. Textui conſentiunt R. Rab. & G. Deut. 9, 12.

uerunt, atque immolantes ei hoſtias, dixerunt, 'Iſti ſunt Dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de Terra-Ægypti.
9 *Rurſúmque ait Dominus ad Moyſen, 'Cerno quòd populus iſte, durę ceruicis ſit: 10 *dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam. 11 *Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum, dicens, 'Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de Terra-Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robuſta? 12 *'Ne quæſo dicant Ægyptij, Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. 13 *Recordare Abraham*, Iſaac, & Iſraël ſeruorum tuorum, quibus iuraſti per temetipſum, dicens, 'Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cæli: & vniuerſam terrã hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eã ſemper. 14 *Placatúſq. eſt Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum. 15 *Et reuerſus eſt Moyſes de mõte, portans duas tabulas teſtimonij in manu ſua, ſcriptas ex vtraq. parte, 16 *& factas opere 'Domini': ſcriptura quoque Dei erat ſculpta in tabulis. 17 *Audiens autem Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moyſen: Vlulatus pugnæ auditur in caſtris.
18 *Qui reſpondit, Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: ſed vocem cantantium ego audio. 19 *Cúmque appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum, & choros; iratúſque valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis: 20 *Arripiénſque vitulum quem fecerant, combuſſit, & contriuit vſq. ad puluerẽ, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſraël. 21 *Dixítque *ad Aaron, Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? 22 *Cui ille reſpondit, Ne indignetur dominus meus: tu enim noſti populum iſtum, quòd pronus ſit ad malum. 23 *dixerunt mihi, Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moyſi, qui nos eduxit de Terra-Ægypti, neſcimus quid acciderit. 24 *Quibus ego dixi, Quis veſtrûm habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in 25 ignem, egreſſúſque eſt hic vitulus. *Videns ergo Moyſes populum quòd eſſet nudatus (ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat) 26 *& ſtans in porta caſtrorum, ait, Si quis eſt Domini, iungatur mihi. Congregatíque ſunt ad 27 eum omnes filij Leui. *quibus ait, Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Ponat vir gladium ſuper femur ſuum: ite, & redite de porta vſque ad portã per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum. 28 *Fecerúntq. filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, ceciderúntque in die illa quaſi 29 'triginta' tria millia hominum. *Et ait Moyſes, Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio.
30 *Facto autem altero die, locutus eſt Moyſes ad populum, Peccaſtis peccatũ maximum: aſcendam ad Dominum, ſi quo modo quiuero eum deprecari pro 31 ſcelere veſtro. *Reuerſúſque ad Dominum, ait, Obſecro*, peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerúntque ſibi 32 deos aureos: *aut dimitte eis hanc noxã; aut ſi non facis, dele me de libro tuo 33 quem ſcripſiſti. *Cui reſpondit Dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum 34 de libro meo: *tu autem vade, & duc populum iſtum quò locutus ſum tibi, *angelus meus præcedet te. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum 35 eorum. *Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

*& MS. R.G. At ab H.& C. non additur Gen. 12, 7. & 15, 7. & 48, 16.

*Dei MS. R.H.G.

*Moyſes 6 MS. H. C.G.

*Domine MS. G. A R. autem H.& C. non legitur.

*ecce H.C.G.

CAP. XXXIII.

1 LOcutúſq. eſt Dominus ad Moyſen, 'dicens', Vade, aſcende de loco iſto tu & populus tuus quem eduxiſti de Terra-Ægypti, in terram quam iuraui Abraham, Iſaac, & Iacob, dicens, 'Semi- Gen. 12, 7. Sup. 23, 10. Ioſ. 24, 11.
2 ni tuo dabo eam: *& mittam præcurſorem tui angelum, vt eiiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum,

*8 Ms. H. C. G.

& Pherezæum, & Heuæum, & Iebuſæum, *& intres in terram fluentem
lacte & melle. ' Non enim aſcendam te- 3
cum, quia populus duræ ceruicis 'eſt': Deut.7, 21. Sup.32,9. 'ei 5 MS. Rab. H. C. G.
ne fortè diſperdam te in via. *Audiénſ- 4
que populus ſermonem hunc peſſi- Deut.9, 13.
mum, luxit:& nullus ex more indutus
eſt cultu ſuo. *Dixítque Dominus ad 5
Moyſen: Loquere filiis Iſraël, Populus
duræ ceruicis es, ſemel aſcendam in me-
dio tui, & delebo te. Iam nunc depone
ornatum tuum, vt ſciam quid faciam
tibi. *Depoſuerunt ergo filij Iſraël or- 6
natum ſuum à monte Horeb. *Moy- 7
ſes quoque tollens tabernaculum, te-
tendit extra caſtra procul, vocauítque
nomen eius Tabernaculum fœderis.
Et omnis populus qui habebat aliquam
quæſtionem, egrediebatur ad Taber-
naculum fœderis, extra caſtra. *Cúm- 8
que egrederetur Moyſes ad taberna-
culum, ſurgebat vniuerſa plebs, & ſta-
bat vnuſquiſque in oſtio papilionis ſui,
aſpiciebántq. tergum Moyſi, donec in-
grederetur tentorium. *Ingreſſo autem 9
illo tabernaculum fœderis, deſcendebat
Taber- columna nubis, & ſtabat ad oſtium, lo-
naculi 2 MS. H. G. G. quebatúrque *cum Moyſe, *cernenti- 10
*Domi- bus vniuerſis quòd columna nubis ſta-
nus MSq. R. ret ad oſtium Tabernaculi. Stabántque
ipſi, & adorabant per fores tabernaculo-
rum ſuorum. *Loquebatur autem Do- 11
minus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut
ſolet loqui homo ad amicum ſuum.
Cúmque ille reuerteretur in caſtra, mi-
niſter eius Ioſue filius Nun, puer, non
recedebat de Tabernaculo. *Dixit au- 12
tem Moyſes ad Dominum, Præcipis vt
educam populum iſtum: & non indicas
mihi quem miſſurus es mecum, præſer-
tim cùm dixeris, Noui te ex nomine, &
inueniſti gratiam coram me. *Si ergo 13
inueni gratiam in conſpectu tuo, oſten-
'viam de mihi 'faciem tuam', vt ſciam te, & in-
tuam 6 MS. H: viam boni- ueniam gratiam ante oculos tuos: reſpi-
atis tuæ c. teip ſum manifeſtè Rab. G. ce populum tuum gentem hanc. *Dixít- 14
que Dominus, Facies mea præcedet te,
& requiem dabo tibi. *Et ait Moyſes, 15
Si non tuipſe præcedas, ne educas nos de
loco iſto. *In quo enim ſcire poterimus 16
ego & populus tuus inueniſſe nos gra-
tiam in cõſpectu tuo, niſi ambulaueris
nobiſcum, vt glorificemur ab omnibus
populis qui habitant ſuper terram? *Di- 17
xit autem Dominus ad Moyſen, Et ver-
bum iſtud quod locutus es, faciam: in-
ueniſti enim gratiam coram me, & teip-
ſum noui ex nomine. *Qui ait, Oſten- 18
de mihi gloriam tuam. *Reſpondit, Ego 19
oſtendam omne bonum tibi, & 'vocabo' *vocabor Q. 8. Rom. 9, 15.
in nomine Domini coram te: & 'miſere-
bor cui voluero, & clemens ero in quem
mihi placuerit. *Rurſúmq. ait, Non po- 20
teris videre faciem meam: non enim vi-
debit me homo, & viuet. *Et iterum, 21
Ecce, inquit, eſt locus apud me, & ſtabis
ſupra petram. *Cúmque tranſibit glo- 22
ria mea, ponam te in foramine petræ, &
protegã dextera mea, donec tranſeam:
*tollámque manum meam, & videbis 23
poſteriora mea, faciem autem meam vi-
dere non poteris.

CAP. XXXIIII.

AC deinceps, Præcîde, ait, tibi duas 1 Deut. 10, 1
tabulas lapideas inſtar priorum, &
ſcribam ſuper eas verba quæ habuerunt
tabulæ quas fregiſti. *Eſto paratus ma- 2
nè, vt aſcendas ſtatim in montem Sinai,
ſtabíſque mecum ſuper verticem mon-
tis. *Nullus aſcendat tecum, nec videa- 3
tur quiſpiam per totum montem: boues
quoque & oues non paſcantur econtra.
*Excîdit ergo duas tabulas lapideas, qua- 4
les antea fuerant: & de nocte cõſurgens
aſcendit in montem Sinai, ſicut præce- *duas 7 MS. H. C. G. A Rab. non addunt.
perat ei Dominus, portans ſecum *tabu-
las. *Cumq. deſcendiſſet Dominus per 5
nubem, ſtetit Moyſes cum eo, inuocans
nomẽ Domini. *Quo trãſeunte coram 6
eo, ait, Dominator Domine Deus, mi-
ſericors & clemens, patiẽs & multæ mi-
ſerationis, ac verax, *qui 'cuſtodis miſe- 7 Pſ. 142, 2.
ricordiam in millia: qui aufers iniquita-
tem, & ſcelera, atque peccata, nullúſq.
apud te per ſe innocens eſt. 'Qui reddis Ier. 32, 18. Deut. 5, 9.
iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus
in tertiam & quartam progeniem. *Fe- 8
ſtinuſque Moyſes, curuatus eſt pronus
in terram, & adorans ait: *Si inueni gra- 9
tiam in conſpectu tuo Domine, obſecro
vt gra-

vt gradiaris nobiſcum: populus enim
duræ ceruicis eſt, & auferas iniquitates
noſtras atque peccata, nóſque poſſideas.
Deut. 5, 2. Ier, 32, 21. *Reſpondit Dñs, Ego inibo pactum vi- 10
dentibus cunctis, ſigna faciã quæ nun-
quam viſa ſunt ſuper terram, nec in vl-
lis gentibus: vt cernat *populus iſte', in
*omnis H. C. G. - 3 MS. Rab. C. cuius es medio, opus Domini terribile
quod facturus ſum. *Obſerua cuncta 11
quæ hodie mãdaui tibi: ego ipſe eiiciam
ante faciem tuam Amorrhæũ, & Cha-
nanęum, & Hethæum, Pherezæũ quo-
& Gergeſæum 4 MS. G. Ab H. autem, C. & Rab. non agnoſcitur. que, & Heuæum, & Iebuſæum. *Caue 12
ne vnquam cum habitatoribus terræ il-
lius iungas amicitias, quæ ſint tibi in rui-
nam: *ſed aras eorum deſtrue, *confrin- 13
* & 1 MS. H. C. G. ge ſtatuas, lucóſque ſuccîde. *noli ado- 14
rare Deum alienum. Dominus zelotes
Deu. 7, 2. nomen eius, Deus eſt ęmulator. *Ne in- 15
eas pactum cum hominibus illarum re-
gionum: ne cùm fornicati fuerint cum
diis ſuis, & adorauerint ſimulachra eo-
*& 1 MS. H. C. G. 1 Reg. 11, 2 rum, vocet te quiſpiam 'vt' comedas de
immolatis. *'Nec vxorẽ de filiabus eo- 16
rum accipies filiis tuis: ne poſtquã ipſæ
fuerint fornicatæ, fornicari faciant &
filios tuos in deos ſuos. *Deos conflati- 17
les non facies tibi. *Solemnitatem azy- 18
morum cuſtodies. Septẽ diebus veſcêris azymis, ſicut præcepi tibi, in tempo-
re menſis nouorum. menſe enim verni
tẽporis egreſſus es de Aegypto. *'Om- 19
Sup. 13, 2. 17, 32. 19. ne quod aperit vuluam generis maſcu-
lini, meum erit. De cunctis animãtibus
tam de bobus, quàm de ouibus, meum
erit. *Primogenitum aſini redimes oue: 20
ſin autem nec pretium pro eo dederis,
occidetur. Primogenitũ filiorum tuo-
rum redimes: nec apparebis in cõſpectu
Sup. 23, 15. Deu. 19, 16 meo vacuus. *'Sex diebus operaberis, 21
die ſeptimo ceſſabis arare & metere.
Eccl. 35, 6. Sup. 23, 16. *'Solemnitatẽ hebdomadarum facies 22
tibi in primitiis frugum meſſis tuæ tritici-
ceæ, & ſolemnitatem quando redeunte
anni tempore cuncta conduntur. *Tri- 23
bus temporibus anni apparebit omne
maſculinum tuum in conſpectu omni-
potẽtis Domini Dei Iſrael. *Cùm enim 24
tulero gentes à facie tua, & dilatauero
terminos tuos, nullus inſidiabitur terræ
tuæ, aſcendente te, & apparente in con-
ſpectu Domini Dei tui ter in anno. *'Nõ 25 Sup. 23, 18. 19.
immolabis ſuper fermento ſanguinem
hoſtiæ meæ: neq. reſidebit manè de 'vi- 'victimis MS. R. G. At H. ſextũ volunt.
ctima' ſolẽnitatis Phaſe. *Primitias fru- 26
gum terræ tuę offeres in domo Domini
Dei tui. ' Non coques hœdum in lacte Deu. 14, 21
matris ſuæ. *Dixítq. Dominus ad Moy- 27
ſen, Scribe tibi verba hæc, quibus & te-
cum & cum Iſrael 'pepigi fœdus. *Fuit 28 Sup. 24, 18
ergo ibi cũ Domino *quadraginta dies * Moyſes MS. R. Rab. G. Ab H. autem & C. non additur.
& quadraginta noctes: panem nõ com-
edit, & aquam non bibit, & ſcripſit in
tabulis 'verba fœderis decem. *Cúmq. 29 Deu. 9, 9. 18 Deut. 4, 13.
deſcenderet Moyſes de monte Sinai, te-
nebat duas tabulas teſtimonij, & igno-
rabat quòd cornuta eſſet facies ſua ex
conſortio ſermonis Domini. *Videntes 30
autẽ Aaron & filij Iſrael cornutã Moyſi
faciem, timuerũt propè accedere. *Vo- 31
catíque ab eo, reuerſi ſunt tam Aaron
quàm principes ſynagogæ. Et poſtquàm
locutus eſt ad eos, *venerunt ad eum 32
etiam omnes filij Iſrael: quibus præce-
pit cuncta quæ audierat à Domino in
monte Sinai. *Impletíſque ſermonibus 33
'poſuit velamen ſuper faciem ſuam. 2 Cor. 3, 13
*'Quod 'ingreſſus ad Dominum, & lo- 34 'Qui R. Rab.
quens cum eo, auferebat donec exiret;
& tunc loquebatur ad filios Iſrael om-
nia quæ ſibi fuerant imperata. *Qui vi- 35
debant faciem egredientis Moyſi eſſe
cornutam, ſed operiebat ille rurſus *fa- *velamine 4 MS. H. C. G.
ciem ſuã, ſi quando loquebatur ad eos.

CAP. XXXV.

IGitur congregata omni turba filio- 1
rum Iſraël, dixit ad eos: Hæc ſunt quæ
iuſſit Dominus fieri. *Sex diebus facie- 2
tis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus,
ſabbathum, & requies Domini: qui fe-
cerit opus in eo, occidetur. *Non ſuc- 3
cendetis ignem in omnibus habitaculis
veſtris per diem ſabbathi. *Et ait Moy- 4
ſes ad omnem cateruam filiorum Iſ-
rael: Iſte eſt ſermo quem præcepit Do-
minus, dicẽs, *Separate apud vos primi- 5
tias Domino. ' Omnis voluntarius & Sup. 25, 2.
'prono' 'animo' offerat eas Domino: au- 'prõpto MS. Rab. 'corde H. C. G.
rum & argentum, & æs, *hyacinthum 6
& purpuram, coccúmque bis tinctum,

& byſſum, pilos caprarum; *pelléſque arietum rubricatas, & *ianthinas', ligna ſetim, *& oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama ſuauiſſimum, *lapides onychinos, & gemmas ad ornatum ſuperhumeralis & rationalis. *Quiſquis veſtrûm ſapiens eſt, veniat, & faciat quod Dominus imperauit, *Tabernaculum ſcilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos & tabulata cum vectibus, paxillos & baſes: *Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur: *Menſam cum vectibus & vaſis, & propoſitionis panibus: *Candelabrum ad luminaria ſuſtentanda, vaſa illius & lucernas, & oleũ ad nutrimenta ignium: *Altare thymiamatis, & vectes, & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: Tentorium ad oſtium tabernaculi: *Altare holocauſti, & craticulam eius æneã cum vectibus & vaſis ſuis: labrum & *baſes eius: *Cortinas atrij cum columnis & baſibus, tentorium in foribus veſtibuli, *paxillos tabernaculi & atrij cum funiculis ſuis:

*Veſtimenta quorum vſus eſt in miniſterio ſanctuarij, veſtes Aaron pontificis ac filiorum eius, vt ſacerdotio fungantur mihi. *Egreſſáque omnis multitudo filiorum Iſraël de conſpectu Moyſi, *obtulerunt mente promptiſſima atq. deuota primitias Domino, ad faciẽdum opus tabernaculi teſtimonij. Quicquid ad cultum & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat, *viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini ſeparatũ eſt. *Si quis habebat hyacinthũ, & purpuram, coccumq. bis tinctum, byſſum & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, *& *hyacinthinas', argenti *æriſq. metalla obtulerunt Domino, lignáque ſetim in varios vſus.

*Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthũ, purpuram, & vermiculũ ac byſſum, *& pilos caprarum, ſponte propria cuncta tribuẽtes. *Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale *& rationale, aromatáq. & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris ſuauiſſimi componendum. *Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iuſſerat Dominus per manum Moyſi. Cuncti filij Iſraël voluntaria Domino dedicauerunt. *Dixítque Moyſes ad filios Iſraël, 'Ecce, vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda. *Impleuítque eum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia, & ſcientia, & omni doctrina ad excogitandum, *& faciendum opus in auro & argento, & ære, *ſculpendíſque lapidibus, & opere carpentario quicquid fabrè adinueniri poteſt, *dedit in corde eius: Ooliab quoq. filium Achiſamech de tribu Dan: *ambos erudiuit ſapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij de hyacintho ac purpura, coccóque bis tincto, & byſſo, & texant omnia, ac noua quæque reperiant.

*Sup. 31, 2.*Dominus Msq.

CAP. XXXVI.

FEcit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis vir ſapiens, quibus dedit Dominus ſapientiam & intellectum, vt ſcirent *Sup. 26, 1.* fabrè operari quæ in vſus ſanctuarij neceſſaria ſunt, & quæ præcepit Dominus. *Cumque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virũ cui dederat Dominus ſapientiam, & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus *tradidit eis vniuerſa donaria filiorũ Iſraël. Qui cùm inſtarent operi, quotidie manè vota populus offerebat. *Vnde artifices venire compulſi, dixerunt Moyſi, *Plus offert populus quàm neceſſarium eſt. *Iuſſit ergo Moyſes pręconis voce cantari: Nec vir nec mulier quicquam offerat vltrà in opere ſanctuarij. Sícque ceſſatum eſt à muneribus offerendis, *eò quòd obLata ſufficerent & ſuperabundarẽt. *Fecerúntq. omnes corde ſapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, opere vario, & arte polymita: *quarum vna habebat in longitudine vigintiocto cubitos, 1 Par. 21, 29.

7 MS. R. H. C. G. — *hyacinthinas. MS. R. Rab. G. — *baſim 7 MS. R. H. C. G. — *ianthinas MS. *& auri o.

tos, & in latitudine quatuor. vna menſura erat omnium cortinarũ. *Coniunxítque cortinas quinque alteram alteri, & alias quinque ſibi inuicem copulauit.

*Fecit & anſas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius ſimiliter, *vt contra ſe inuicem venirent anſæ, & mutuò iungerentur. *vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderẽt cortinarum anſas, & fieret vnum tabernaculum. *Fecit & ſaga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectũ tabernaculi: *vnum ſagũ in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. vnius menſuræ erant omnia ſaga: *quorum quinque iunxit ſeorſum, & ſex alia ſeparatim. *Fecítq. anſas quinquaginta in ora ſagi vnius, & quinquaginta in ora ſagi alterius, vt ſibi inuicem iungerentur. *Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus ſagis fieret. *Fecit & opertoriũ tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliúdque deſuper velamentum de pellibus *ianthinis'. *Fecit & tabulas tabernaculi de lignis ſetim ſtantes. *Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius: & vnum ac ſemis cubitum latitudo retinebat. *Binæ incaſtraturæ erant per ſingulas tabulas, vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. *E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra Auſtrum, *cum quadraginta baſibus argenteis. Duæ baſes ſub vna tabula ponebantur ex vtraq. parte angulorum, vbi incaſtraturæ laterũ in angulis terminantur. *Ad plagam quoq. tabernaculi quæ reſpicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas, *cum quadraginta baſibus argenteis, duas baſes per ſingulas tabulas. *Contra Occidentẽ verò, id eſt, ad eam partem tabernaculi quæ mare reſpicit, fecit ſex tabulas, & duas alias per ſingulos angulos tabernaculi retrò: *quę iunctæ erant à deorſum vſque ſurſum, & in vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: *vt octo eſſent ſimul tabulę, & haberent baſes argenteas ſedecim, binas ſcilicet baſes ſub ſingulis tabulis. *Fecit & vectes de lignis ſetim, quinq. ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, *& quinq. alios ad alterius lateris coaptandas tabulas: & extra hos, quinq. alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. *Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vſque ad angulum peruẽniret. *Ipſa autem tabulata deaurauit, fuſis baſibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci poſſent: quos & ipſos laminis aureis operuit. *Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, opere polymitario, varium atque diſtinctum: *& quatuor columnas de lignis ſetim, quas cum capitibus deauráuit, fuſis baſibus earum argenteis. *Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byſſoq. retorta, opere plumarij: *& columnas quinque cũ capitibus ſuis, quas operuit auro, baſéſque earum fudit æneas.

*hyacinthinis MS. R. G.

CAP. XXXVII.

FEcit autem Beſeleel & arcam de lignis ſetim, habentem duos ſemis cubitos in longitudine, & cubitũ ac ſemiſſem in latitudine, altitudo quoq. vnius cubiti fuit & dimidij: *veſtiuítque eam auro puriſſimo intus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, *conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero. *Vectes quoq. fecit de lignis ſetim, quos veſtiuit auro, *& quos miſit in annulos qui erant in lateribꝰ arcæ ad portandum eam. *Fecit & propitiatorium, id eſt, oraculũ, de auro mundiſſimo, duorũ cubitorum & dimidij in lõgitudine, & cubiti ac ſemis in latitudine. *Duos etiã Cherubim ex auro ductili, quos poſuit ex vtraque parte propitiatorij: *Cherub vnũ in ſummitate vnius partis, & Cherub alterum in ſummitate partis alterius: duos Cherubim in ſingulis ſummitatibus propitiatorii, *extendentes alas, & tegentes propitiatorium, ſeque mutuò & illud reſpicientes. *Fecit &

cit & mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem. [11] circundedítque eam auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, [12] ipsíque labio coronam auream interrasilẽ quatuor digitorum, & super eandem alteram coronam auream. [13] Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ [14] contra coronam: misitq. in eos vectes, vt possit mensa portari. [15] Ipsos quoque vectes fecit de lignis setim, & circundedit eos auro. [16] Et vasa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina. [17] Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte calami, scyphi, sphærulæque ac lilia procedebant: [18] sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera: [19] tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæque simul & lilia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul & lilia. Æquum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri. [20] In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos simul & lilia: [21] & sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno. [22] & sphærulæ igitur, & calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo. [23] Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa vbi ea quæ emũcta sunt, extinguantur, de auro mundissimo. [24] Talentum auri appẽdebat candelabrum cum omnibus vasis suis. [25] Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua. [26] Vestiuítque illud auro purissimo cum craticula ac parietibus & cornibus.

[27] Fecítque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & possit altare portari. [28] Ipsos autẽ vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis. [29] Cõposuit & oleum ad sanctificationis vnguentum, & "thymiamata' de aromatibus mundissimis opere pigmentarij. "thymiama 7 MS. H. C. G.

CAP. XXXVIII.

[1] FEcit & altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine: [2] cuius cornua de angulis procedebãt, operuítque illud laminis æneis. [3] Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula. [4] Craticulámque eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, [5] fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum: [6] quos & ipsos fecit de lignis setim, [7] & operuit laminis æneis: [8] induxítque in circulos qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabulatis, & intus vacuum. [8] Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum quæ excubabant in ostio tabernaculi. [9] Fecit & atrium, in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum, [10] columnæ æneæ viginti cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. [11] Æquè ad septentrionalem plagam tentoria, columnæ, basésq. & capita columnarum eiusdem mẽsuræ, & operis ac metalli erant. [12] In ea verò plaga quæ ad Occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneæ, & capita colũnarum, [13] & tota operis cælatura, argẽtea. [14] Porrò contra Orientem quinquaginta cubitorum parauit tẽtoria: [15] è quibus, quindecim cubitos columnarum trium, cum basibus suis vnum "tenebant' latus: & in parte altera (quia "inter' vtraque introitum tabernaculi "fecit') quindecim æquè cubitorum erant tentoria, [16] lumnæque tres, & bases totidem. [17] Cuncta atrij tentoria byssus retorta texuerat. [17] Bases columnarum fuêre æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea: sed & ipsas columnas atrij vestiuit

Sup. 27, 8. "tenebat MS. R. - MS. "facit MS. Alia quadam MS. legunt: Quæ ab vtroque intr. &c.

stiuit argento. [18] Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssó retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinque cubitorum erat iuxta mensuram quam cuncta atrij tentoria habebant. [19] Columnæ autem in ingressu fuêre quatuor cum basibus æneis, capitáque earum & cælaturæ argenteæ. [20] Paxillos quoque tabernaculi & atrij per gyrũ fecit æneos. [21] Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptũ Moysi, in "ceremoniis' Leuitarum, per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis: [22] quæ Beseleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino per Moysen iubente, compleuerat, [23] iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorũ egregius fuit, & polymitarius atq. plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo, & byssо.

"ceremonias MS. e.

[24] Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donariis, viginti nouem talentorũ fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarij. [25] Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum à viginti annis & suprà, de sexcẽtis tribus millibus, & quingentis quinquaginta, armatorum. [26] Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. [27] Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. [28] De mille autem septingentis, & septuaginta quinq. [29] fecit capita columnarum, quas & ipsas vestiuit argento. [29] Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti suprà sicli, [30] ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneum cum craticula sua, omniáq. vasa quæ ad vsum eius pertinent, [31] & bases atrij tam in circuitu quàm in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij, per gyrum.

"sicli MS. R. G. At H. & C. conformiter Textui, non exprimunt.

CAP. XXXIX.

Sup. 28, 6. [1] DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byssо fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit Dominus Moysi. [2] Fecit igitur superhumerale de auro, hyacintho, & purpura coccoq. bis tincto, & byssо retorta, [3] opere polymitario; incidítque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorum colorum subtegmine, [4] duásque oras sibi inuicem copulatas in vtroque latere summitatum, [5] & balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi. [6] Parauit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria, nominibus filiorum Israël: [7] "posuítque eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorũ Israël, sicut præceperat Dominus Moysi. [8] Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura coccóq. bis tincto, & byssо retorta: [9] quadrangulum, [10] duplex, mensuræ palmi. [11] Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor. in primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. [11] In secundo, carbunculus, sapphirus & [12] iaspis. [13] in tertio, ligurius, achates, & amethystus. [13] in quarto, chrysolithus, onychinus, & beryllus, circundati & [14] inclusi auro per ordines suos. [14] ipsíque lapides duodecim, sculpti erãt nominibus duodecim tribuũ Israël, singuli per nomina singulorum. [15] Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem cohærentes, de auro purissimo: [16] & duos vncinos, totidémque annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in vtroq. latere rationalis, [17] è quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerũt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebant. [18] Hæc & antè & retrò ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuò necterentur, [19] stricta ad balteum & annulis fortiùs copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à se inuicem mouerentur, sicut præcepit Dominus Moysi. [20] Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, [21] & capitiũ in superiori parte contra medium, orámque per gyrum capitij textilem: [22] deorsum aut ad pedes mala punica

"sex nomina in lapide vno, & sex in altero, iuxta ordiné natiuitatis eorum. in quibusdam MS. etiam hoc loco legitur; at ab H. C. & G. nisi in cap. huius libri 28, non agnoscitur.

punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta: [23] ‡& tintinnabula de auro puriſſimo, quæ poſuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum: [24] ‡tintinnabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando miniſterio fungebatur, ſicut præceperat Dominus Moyſi. [25] ‡Fecerunt & tunicas byſſinas opere textili Aaron & filiis eius: [26] ‡& mitras cum coronulis ſuis ex byſſo: [27] ‡ feminalia quoque linea, byſſina: [28] ‡cingulum verò de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo diſtinctum arte plumaria, ſicut præceperat Dñs Moyſi.

[29] ‡Fecerunt & laminam ſacræ veneratiónis de auro puriſſimo, ſcripſerúntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini: [30] ‡ & ſtrinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, ſicut præceperat Dominus Moyſi. [31] ‡Perfectũ eſt igitur omne opus tabernaculi & tecti teſtimonij: feceruntq. filij Iſrael cuncta quæ præceperat Dominus Moyſi. [32] ‡Et obtulerunt tabernaculum & tectũ & vniuerſam ſupellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac baſes, [33] ‡opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimẽtum de ‖hyacinthinis' pellibus, [34] ‡velum: arcam, vectes, propitiatorium, [35] ‡menſam cum vaſis ſuis & propoſitionis panibus: [36] ‡candelabrum, lucernas, & vtenſilia earum cum oleo: [37] ‡altare aureum, & vnguentum, & thymiama ex aromatibus: [38] ‡& tentorium in introitu tabernaculi: [39] ‡altare æneum, retiaculum, vectes, & vaſa eius omnia: labrum cum baſi ſua: tentoria atrij, & columnas cum baſibus ſuis: [40] ‡tentorium in introitu atrij, funiculóſque illius & paxillos. Nihil ex vaſis defuit quæ in miniſterium tabernaculi, & in tectum fœderis iuſſa ſunt fieri. [41] ‡Veſtes quoque quibus ſacerdotes vtuntur in ſanctuario, Aaron ſcilicet & filij eius, [42] ‡obtulerunt filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus. [43] ‡Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis.

‖ianthinis MS.

CAP. XL.

[1] LOcutúſq. eſt Dominus ad Moyſen, [2] dicens, ‡Menſe primo, prima die menſis, eriges tabernaculum teſtimonij, [3] ‡& pones in eo arcam, demittéſque [4] ante illam velum: ‡& illata menſa pones ſuper eam quæ ritè præcepta ſunt. Candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis, [5] ‡& altare aureũ in quo adoletur incenſum, coram arca teſtimonij. Tentorium in introitu tabernaculi teſtimonij pones, [6] ‡& ante illud altare holocauſti: ‡labrum inter altare & tabernaculũ, quod [7] implebis aqua. [8] ‡Circundabíſq. atrium tentoriis, & ingreſſum eius. [9] ‡Et aſſumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vaſis ſuis, vt ſanctificentur: [10] ‡altare holocauſti & omnia vaſa eius: [11] ‡labrum cum baſi ſua: omnia vnctionis oleo conſecrabis, vt ſint ſancta ſanctorum. [12] ‡Applicabíſque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij, & lotos aqua [13] ‡indues ſanctis veſtibus, vt miniſtrẽt mihi, & vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat. [14] ‡Fecítque Moyſes omnia quæ præceperat Dominus. [15] ‡Igitur menſe primo anni ſecundi, prima die menſis, collocatum eſt tabernaculum. [16] ‡ Erexítq. Moyſes illud, & poſuit tabulas ac baſes & vectes, ſtatuítque columnas, [17] ‡& expandit tectum ſuper tabernaculum, impoſito deſuper operimento, ſicut Dominus imperauerat. [18] ‡Poſuit & teſtimonium in arca, ſubditis infrà vectibus, & oraculum deſuper. [19] ‡Cúmq. intuliſſet arcam in tabernaculum*, appendit ante eam velum, vt expleret Dominiiuſſionẽ. [20] ‡Poſuit & menſam in tabernaculo teſtimonij ad plagam Septentrionalem extra velũ, [21] ‡ordinatis corã propoſitionis panibus, ſicut præceperat Dñs Moyſi. [22] ‡Poſuit & candelabrũ in tabernaculo teſtimonij è regione menſæ in parte auſtrali, [23] ‡locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptum Domini. [24] ‡Poſuit & altare aureum ſub tecto teſtimonij contra velum, [25] ‡& adoleuit ſuper eo incenſum aromatũ, ſicut iuſſerat Dominus Moyſi. [26] ‡Poſuit & tentorium in introitu tabernaculi teſtimonij, [27] ‡& altare holocauſti in veſtibulo teſtimonij, offerẽs in eo holocauſtum & ſacrificia, vt Dominus imperauerat.

Num. 7, 1.

*teſtimonij MS. R.

‡Labrum

[28] ‡Labrum quoque ſtatuit inter tabernaculum teſtimonij & altare, implens illud aqua. [29] ‡Lauerúntque ‖Moyſes & Aaron, ac filij eius manus ſuas & pedes, [30] ‡cùm ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi. [31] ‡Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Poſtquam omnia [32] perfecta ſunt, ‡ operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini [33] impleuit illud. [34] ‡Nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maieſtate Domini coruſcante, quia cuncta nubes operuerat. [35] ‡Si quando nubes tabernaculum deſerebat, proficiſcebantur filij Iſrael per turmas ſuas: [36] ‡ſi pendebat déſuper, manebant in eodem loco. [37] ‡Nubes quippe Dñi incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Iſrael per cunctas manſiones ſuas.

*in eo 1 MS. R. *ex eo H.C.G.

‖Moyſes & Aaron

Num. 9, 15. 2 Reg. 8, 10

LIBER LEVITICVS,

HEBRAICE,

VAICRA,

ID EST,

ET VOCAVIT.

CAPVT I.

[1] VOCAVIT autem Moyſen, & locutus eſt ei Dominus de tabernaculo teſtimonij, [2] dicens, ‡Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Homo qui obtulerit ex vobis hoſtiam Domino; de pecoribus, id eſt, de bobus & ouibus offerens victimas, [3] ‡Si holocauſtum fuerit eius oblatio, ac de armento; maſculum immaculatum offeret ad oſtium tabernaculi teſtimonij, ad placandum ſibi Dominum: [4] ‡ponétque manus ſuper caput hoſtiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationẽ eius proficiens. [5] ‡Immolabítque vitulum coram Domino, & offerent filij Aaron ‖ſacerdotis' ſanguinem eius, fundentes per altaris circuitũ, quod eſt ante oſtium tabernaculi. [6] ‡detractáque pelle hoſtiæ, artus in fruſta concident, [7] ‡& ſubiicient in altari ignem, ſtrue lignorũ antè compoſita: [8] ‡& membra quæ ſunt cæſa, déſuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ adhærent iecori, [9] ‡inteſtinis & pedibus lotis aqua: adolebítque ea ſacerdos ſuper altare in holocauſtum & ſuauem odorem Domino. [10] ‡Quòd ſi de pecoribus oblatio eſt, de ouibus ſiue de capris holocauſtum: ‖agnum anniculũ & [11] abſque macula offeret: ‡immolabítque ad lat' altaris quod reſpicit Aquilonem, coram Domino: ſanguinem verò illius fundent ſuper altare filij Aaron per circuitum: [12] ‡diuidéntque membra, caput, & omnia quæ adhærent iecori: & imponent ſuper ligna, quibus ſubiiciendus eſt [13] ignis: ‡inteſtina verò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit ſacerdos ſuper altare in holocauſtum & odorem [14] ſuauiſſimum Domino. ‡Si autem de auibus, holocauſti oblatio fuerit Domino, de turturibus & pullis columbæ ‡offeret eam ſacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet ſanguinem ſuper cre- [16] pidinem altaris: ‡veſiculam verò gutturis & plumas proiiciet prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi ſolent. [17] ‡confringétq. aſcellas eius, & non ſecabit, neque ferro diuidet

Exo. 29, 10.

‖ſacerdotes 3 MS. R. H. C. G.

‖thaſcuiáli 2 MS. R. H. C. G. Textus autem Rad. conformior eſt, ſi tò agnum demſeris.

uidet eam,& adolebit ſuper altare,lignis igne ſuppoſito. Holocauſtum eſt & oblatio ſuauiſſimi odoris Domino.

CAP. II.

ANima cùm obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio. fundétque ſuper eam oleum,& ponet thus, *ac deferet ad filios Aaron *ſacerdotis': quorum vnus tollet pugillum plenum ſimilæ & olei, ac totũ thus, & ponet memoriale ſuper altare in odorem ſuauiſſimum Domino. *quod autem reliquũ fuerit de ſacrificio, erit Aaron & filiorum eius, ſanctũ ſanctorum de oblationibus Domini. *Cùm autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano: de ſimila, panes ſcilicet abſque fermento,conſperſos oleo,& lagana azyma oleo lita. *Si oblatio tua fuerit de ſartagine, ſimilæ conſperſæ oleo & abſq. fermento, *diuides eam minutatim,& fundes ſuper eam oleum. *Sin autem de craticula fuerit ſacrificium, equè ſimila oleo conſpergetur: *quam offerens Domino, trades manibus ſacerdotis. *Qui cùm obtulerit eam, tollet memoriale de ſacrificio, & adolebit ſuper altare in odorem ſuauitatis Domino. *quicquid autem reliquũ eſt, erit Aaron,& filiorum eius, ſanctum ſanctorum de oblationibus Domini. *Omnis oblatio quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini. *Primitias tantùm eorum offeretis ac munera: ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis. *Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal.*Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de ſpicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morẽ farris,& ſic offeres primitias tuas Domino, fundens ſuper ea oleum,& thus imponens, quia oblatio Domini eſt. de qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris partem farris fracti & olei, ac totum thus.

*sacerdotes 1 MS. H. C. G.

Eccl. 7, 34.

*11 MS. Rad. H. C. G.

Mar. 9, 49.

CAP. III.

QVòd ſi hoſtia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre, *marem ſiue fœminam, "immaculata' offeret coram Dño. *Ponétq. manum ſuper caput victimæ ſuæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi teſtimonij,fundéntq. filij Aaron "ſacerdotis', ſanguinem per altaris circuitum.

*siue H. C. G. "immaculatum 9 MS. H. C. G. Textus autem Rad. conſentit. "sacerdotes 1 MS. H. C. G.

*Et offerent de hoſtia pacificorum in oblationem Domino, 'adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis eſt intrinſecus: *duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis. *adolebúntq. ea ſuper altare in holocauſtũ, lignis igne ſuppoſito: in oblationem ſuauiſſimi odoris Domino.

Exo. 29, 13.

*Si verò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorum hoſtia, ſiue maſculum obtulerit,ſiue fœminã, immaculata erunt. *Si agnum obtulerit coram Domino, *ponet manum ſuam ſuper caput victimæ ſuæ:quæ immolabitur in veſtibulo tabernaculi teſtimonij: fundéntque filij Aaron ſanguinem eius per circuitum altaris. *Et offerent de pacificorum hoſtia ſacrificiũ Domino: adipem & caudam totam *cum renibus,& pinguedinem quæ operit ventrem atq. vniuerſa vitalia, & vtrumque renunculum cum adipe qui eſt iuxta ilia,reticulúmq. iecoris cum renunculis. *& adolebit ea ſacerdos ſuper altare in pabulum ignis & oblationis Domini. *Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam Domino, *ponet manum ſuam ſuper caput eius; immolabítq. eam in introitu tabernaculi teſtimonij. Et fundent filij Aaron ſanguinem eius "per' altaris circuitum. *Tollémtque ex ea in paſtum ignis dominici, adipem qui operit ventrem,& qui tegit vniuerſa vitalia: *duos renunculos cum reticulo quod eſt ſuper eos iuxta ilia,& aruinam iecoris cum renunculis: adolebítque ea ſuper altare ſacerdos in alimoniam ignis, & ſuauiſſimi odoris. Omnis adeps, Domini erit *iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis veſtris: nec ſanguinem nec adipem omnino comedetis.

"super 3 MS. H. G.

CAP.

CAP. IIII.

LOcutúſq. eſt Dominus ad Moyſen, dicens, *Loquere filiis Iſrael, Anima cùm peccauerit per ignorãtiam, & de vniuerſis mandatis Dñi quæ præcepit vt non fierent,quippiam fecerit: *Si ſacerdos qui vnctus eſt peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulũ immaculatum Dño. *& adducet illum ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram Dño, ponétq. manũ ſuper caput eius,& immolabit eum Domino.*Hauriet quoq.de ſanguine vituli, inferens illum in tabernaculũ teſtimonij. *Cúmq. intinxerit digitũ in ſanguinem, aſperget "eum' ſepties coram Dño contra velum ſanctuarij. *ponétq.de eodem ſanguine ſuper cornua altaris thymiamatis gratiſſimi Dño,quod eſt in tabernaculo teſtimonij. omnem autẽ reliquum ſanguinẽ fundet in baſim altaris holocauſti in introitu tabernaculi. *Et adipem vituli "offeret' pro peccato, tam eũ qui vitalia operit, quàm omnia quæ intrinſecus ſunt: *duos renunculos & reticulum quod eſt ſuper eos iuxta ilia, & adipem iecoris cũ renunculis, *ſicut "offertur' de vitulo hoſtiæ pacificorum: & adolebit ea ſuper altare holocauſti.

"eo 7 MS. Textus Rad. ſuffragatur. "eos 6. *de ſanguine H. C. *de ſanguine, digito G.

"auferet 5 MS. H. C. G. Textus Rad. aſtipulatur, & in hoc, & in eo qui ſequitur, loco.

"aufertur 6 MS. H. C. G.

*Pellem verò & omnes carnes cum capite & pedibus & inteſtinis & fimo, *& reliquo corpore efferet extra caſtra in locum mundum,vbi cineres effundi ſolent: incẽdétq. ea ſuper lignorũ ſtruem, quæ in loco effuſorum cinerum crematuntur. *Quòd ſi omnis turba *Iſrael ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mãdatum Dñi eſt,*& poſtea intellexerit peccatum ſuum, offeret pro peccato ſuo vitulũ, adducétq. eum ad oſtiũ tabernaculi. *Et ponẽt ſeniores populi manus ſuper caput eius coram Domino.Immolatóq. vitulo in conſpectu Dñi, *inferet ſacerdos qui vnctus eſt, de ſanguine eius in tabernaculũ teſtimonij, *tincto digito aſpergens ſepties cõtra velum. *ponetq. de eodẽ ſanguine in cornibus altaris, quod eſt coram Dño in tabernaculo teſtimonij:reliquum autem ſanguinẽ fundet iuxta baſim altaris holocauſtorũ,quod eſt in oſtio tabernaculi teſtimonij.*Omnémq. eius adipem tollet, & adolebit ſuper altare: *ſic faciens & de hoc vitulo quomodo fecit & prius: & rogante pro eis ſacerdote, propitius erit eis Dominus. *Ipſum autem vitulum efferet extra caſtra,atque comburet ſicut & priorem vitulum: quia eſt pro peccato multitudinis. *Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorãtiam, quod Domini lege prohibetur: * & poſtea intellexerit peccatum ſuum, offeret hoſtiã Domino, hircum de capris immaculatum. *Ponétq. manum ſuam ſuper caput eius: cúmq. immolauerit eum in loco vbi ſolet mactari holocauſtum corã Domino, quia pro peccato eſt, *tinget ſacerdos digitũ in ſanguine hoſtiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti, & reliquum *fundens ad baſim eius. *Adipẽ verò adolebit ſupra*, ſicut in victimis pacificorum fieri ſolet: rogabítq. pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. *Quòd ſi peccauerit anima per ignorantiam, de populo terræ, vt faciat quicquam de his quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat, *& cognouerit peccatũ ſuum,offeret capram immaculatam. *Ponétq. manus ſuper caput hoſtiæ quæ pro peccato eſt, & immolabit eam in loco holocauſti. *Tollétq. ſacerdos de ſanguine in digito ſuo: & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius. *Omnem autem adipem auferẽs, ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum, adolebit ſuper altare in odorẽ ſuauitatis Domino: rogabítq. pro eo, & dimittetur ei. * Sin autẽ de pecoribus obtulerit victimam pro peccato,ouem ſcilicet immaculatã: *ponet manum ſuper caput eius,& immolabit eam in loco vbi ſolent cædi holocauſtorũ hoſtiæ. *Sumétq. ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo,& tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius.*Omnẽ quoq.adipem auferens, ſicut auferri ſolet adeps arietis qui immolatur pro pacificis; cremabit ſuper altare incenſum Dñi:rogabítq.

*sanguinem 3 MS. H. C. G. Rad. ſi non legit intellexit.

*altare 3 MS. H. C. G.

pro

pro eo & pro peccato eius, & dimittetur ei.

CAP. V.

SI peccauerit anima, & audierit vocem "iurantis', testísque fuerit quòd aut ipse vidit, aut consciius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam.

"adiurantis IMS. Vtramque lectionem Radulphus exponit. "iuramenti R.e.

*Anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit: *& si tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitáque cognouerit postea, subiacebit delicto. *Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis suis vt vel malè quid faceret, vel bene, & idipsum iuramẽto & sermone firmauerit, oblitáq. postea intellexerit delictũ suum, *agat pœnitẽtiam pro peccato, *& offerat de gregibus agnã siue capram, orabítque pro ea sacerdos & pro peccato eius: *sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, *dabítque eos sacerdoti: qui primum offerẽs pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrumpatur.

*Et aspergetde sanguine eius parietem altaris. quicquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est. *Alterũ verò in holocaustum adolebit, vt fieri solet: rogabítq. pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. *Quòd si non quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos "columbarum', offeret pro peccato suo similæ partẽ ephi decimam. non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est. *tradétque eam sacerdoti: qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit super altare in monimẽtum eius qui obtulerit, *rogans pro illo & expians, reliquam verò partem ipse habebit in munere. *Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, *Anima si præuaricans ceremonias, per errorem in his quę Domino sunt sanctificata peccauerit,

"columbæ MS. Rad. H.c. Textui conformiter habent G.

offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis, iuxta pondus sanctuarij:
16 *ipsumque quod intulit damni restituet, & quintam partem ponet suprà, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offe-
17 rens arietem, & dimittetur ei. *Anima si peccauerit per ignorantiam, fecerítq. vnum ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit ini-
18 quitatem suam, *offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationemque peccati: qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit:
19 & dimittetur ei, *quia per errorem deliquit "in Domino'.

"in Dominum 7 MS. Rad. *Dominũ. "coram Domino c.

CAP. VI.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, di-
2 cẽs, *Anima quæ peccauerit, & contempto Dño negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calum-
3 niam fecerit, *siue rem perditam inuenerit, & infitians insuper peieruerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in
4 quibus solent peccare homines, *conuicta delicti, reddet omnia quę per fraudẽ voluit obtinere, integra, *& quintam
5 insuper partem Domino cui damnũ intulerat. *Pro peccato autem suo offeret
6 arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti, iuxta æstimationem
7 mensurámque delicti: *qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro
8 singulis quæ faciendo peccauit. *Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
9 *Præcipe Aaron & filiis eius, Hęc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte vsq. manè: ignis in eodem altari erit.
10 *vestietur tunica sacerdos & feminalibus lineis: tollétq. cineres, quos "vorans'
11 ignis exussit, & ponẽs iuxta altare, *spoliabitur prioribus vestimentis, indutúsque aliis, efferet eos extra castra, & in lo-
12 co mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet'. *Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna manè per singulos dies, & impositio holocausto, desuper adolebit
13 adipes pacificorum. *Ignis est iste perpetuus,

"vorax MS.

- R. H.C. G.
- MS. R. H.C.G. A Rad. autem legimus.

tuus, qui numquam deficiet in altari.
*Hæc est lex sacrificij & libamentorum, 14
quæ offerent filij Aaron coram Domino, & coram altari. *Tollet sacerdos pu- 15
gillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus quod super similã positum est: adolebítque illud in altari in monimentum odoris suauissimi Domino:
*reliquam autem partem similæ come- 16
det Aaron cũ filiis suis, absque fermento: & comedet in loco "sanctuarij' tabernaculi. *Ideò autem non fermentabitur, 17
quia pars eius in Domini offertur incensum. sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. *Mares tantum 18
stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini. omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. *Locutúsque est Dominus ad Moysen, di- 19
cens, *Hæc est oblatio Aaron, & filio- 20
rum eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis suæ. Decimam partẽ ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium eius manè, & medium eius vespere: *quæ in sartagine oleo con- 21
spersa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorem suauissimum Domino
*sacerdos, qui iure patri successerit, & 22
tota cremabitur in altari. *Omne enim 23
sacrificium sacerdotũ igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. *Locu- 24
tus est autem Dominus ad Moysen, dicens, *Loquere Aaron & filiis eius: Ista 25
est lex hostiæ pro peccato: In loco vbi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. Sanctum sanctorum est.
*Sacerdos qui offert, comedet eam in 26
loco sancto, in atrio tabernaculi. *Quic- 27
quid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius, vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. *Vas au- 28
tẽ fictile in quo cocta est, confringetur. quòd si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. *Omnis masculus de 29
genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. *Ho- 30
stia "enim' quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandũ in sanctuario, non

"sanctoin atrio MS. R. H. C. G. His conformiter Radul. legisse videtur.

*autem 5 MS. Textui Rad. consentit. "& H.C. a. Etomnis hostia, &c. Heb. 13, 11. Sup. 4, 5.

comedetur, sed comburetur igni.

CAP. VII.

1 HÆc quoque est lex hostiæ pro deli-
2 cto, Sancta sanctorum est: *idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto: sanguis
3 eius per gyrum altaris fundetur. *Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia: *Duos renũculos, & pingue-
4 dinem quæ iuxta ilia est, reticulumque
5 iecoris cum renunculis. *& adolebit ea sacerdos super altare: incensum est Do-
6 mini pro delicto. *Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sancto-
7 rum est. *Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex vna erit. ad sacerdotem qui eam ob-
8 tulerit, pertinebit. *Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem
9 eius. *Et omne sacrificiũ similæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, vel in sartagine præparatur, eius
10 erit sacerdotis à quo offertur: *siue oleo cõspersa, siue arida fuerint, cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos diui-
11 detur. *Hæc est lex hostiæ pacificorum
12 quæ offertur Domino. *Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctámque similam, & collyridas olei admistione
13 conspersas; *panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quæ immola-
14 tur pro pacificis: *ex quibus, vnus, pro primitiis "offertur' Domino, & erit sacerdotis, qui fundet hostiæ sanguinem.
15 *cuius carnes eâdem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam vsque
16 manè. *Si voto, vel spontè quispiam obtulerit hostiam, eâdem similiter edetur die: sed & si quid in crastinum remanse-
17 rit, vesci licitum est: *quicquid autẽ ter-
18 tius inuenerit dies, ignis absumet. *si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet *oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcumque anima tali se edulio contami-
19 nauerit, præuaricationis rea erit. *Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non

"offeretur MS. Rad. H.C.G.

*& 2 MS. H.C.G.

*eius MS 4.

comedetur, sed comburetur igni: qui
fuerit mundus, vescetur ex ea. [20] Anima
polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ
pacificorum, quæ oblata est Domino,
peribit de populis suis. [21] Et quæ tetige-
rit immunditiam hominis, vel iumenti,
siue omnis rei quæ polluere potest, &
comederit de huiusce modi carnibus, in-
teribit de populis suis. [22] Locutúsque est
Dominus ad Moysen, dicens, [23] Loque-
re filiis Israël, Adipem ouis, & bouis, &
capræ non comedetis. [24] Adipem cada-
ueris morticini, & eius animalis quod à
bestia captũ est, habebitis in varios vsus.
[25] Si quis adipem, qui offerri debet in in-
censum Domini, comederit, peribit de
populo suo. [26] Sanguinem quoq. omnis
animalis nõ sumetis in cibo, tam de aui-
bus, quàm de pecoribus. [27] Omnis anima
quæ ederit sanguinem, peribit de popu-
lis suis. [28] Locutúsque est Dominus ad
Moysen, dicens: [29] Loquere filiis Israël,
dicens: Qui offert victimã pacificorum
Domino, offerat simul & sacrificium, id
est, libamenta eius. [30] tenebit manibus
adipem hostiæ, & pectusculum: cúmq.
ambo oblata Domino cõsecrauerit, tra-
det sacerdoti, [31] qui adolebit adipem su-
per altare, pectusculum autẽ erit Aaron,
& filiorum eius. [32] armus quoque dex-
ter de pacificorum hostiis cedet in pri-
mitias sacerdotis. [33] Qui obtulerit san-
guinem, & adipẽ, filiorum Aaron, ipse
habebit & armum dextrum in portione
sua. [34] Pectusculum enim eleuationis, &
armum separationis tuli à filijs Israël de
hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron
sacerdoti, & filiis eius lege perpetua, ab
omni populo Israël. [35] Hæc est vnctio
Aaron & filiorum eius in ceremoniis
Domini in die quo obtulit eos Moyses,
vt sacerdotio fungerentur, [36] & quæ præ-
cepit eis dari Dominus à filiis Israël reli-
gione perpetua in generationibus suis.
[37] Ista est lex holocausti, & sacrificij pro
peccato atq. delicto, & pro consecratio-
ne & pacificorũ victimis: [38] quam consti-
tuit Dñs Moysi in monte Sinai, quando
mandauit filiis Israël vt offerrent obla-
tiones suas Domino in deserto Sinai.

CAP. VIII.

1 LOcutúsq. est Dominus ad Moysen,
2 dicens: [2] Tolle Aaron cum filiis suis,
vestes eorum, & vnctionis oleum, vitu-
lum pro peccato, duos arietes, canistrum
3 cum azymis, [3] & congregabis omnem
4 cœtum ad ostium tabernaculi. [4] Fecít-
que Moyses vt Dominus imperauerat.
Congregatáque omni turba ante fores
5 tabernaculi, [5] ait, Iste est sermo quem
6 iussit Dominus fieri. [6] Statímque obtu-
lit Aaron & filios eius. Cúmque lauisset
7 eos, [7] vestiuit pontificẽ subucula linea,
ac cingens eum balteo, & induens eum
tunica hyacinthina, & désuper humera-
8 le imposuit, [8] quod astringens cingulo
aptauit rationali, in quo erat Doctrina &
9 Veritas. [9] Cidari quoque texit caput: &
super eam contra frontem, posuit lami-
nam auream consecratam in sanctifica-
10 tione, sicut præceperat ei Dominus. [10] Tu-
lit & vnctionis oleũ, quo liniuit taberna-
11 culum cũ omni supellectili sua. [11] Cúm-
que sanctificans aspersisset altare septem
vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius,
labrumque cum basi sua sanctificauit
12 oleo. [12] Quod fundẽs super caput Aaron, Eccl. 45.11
13 vnxit eum, & consecrauit: [13] filios quoq.
eius oblatos vestiuit tunicis lineis, & cin-
xit balteis, imposuítque mitras, vt iusse-
14 rat Dominus. [14] Obtulit & vitulum pro
peccato. cúmq. super caput eius posuis-
15 set Aaron & filij eius manus suas, [15] im-
molauit eum: hauriens sanguinem, &
tincto digito, tetigit cornua altaris per
gyrum. quo expiato & sanctificato, fu-
dit reliquum sanguinem ad fundamen-
16 ta eius. [16] Adipem verò qui erat super vi-
talia, & reticulum iecoris, duósque re-
nunculos cum aruinulis suis adoleuit
17 super altare: [17] vitulum cum pelle, & car-
nibus, & fimo, cremans extra castra, sic-
18 ut præceperat Dominus. [18] Obtulit & arie-
tem in holocaustum: super cuius caput
cùm imposuissent Aaron & filij eius mã-
19 nus suas, [19] immolauit eum, & fudit san-
20 guinẽ eius per circuitũ altaris. [20] Ipsumq.
arietem in frusta concidens, caput eius,
21 & artus, & adipem adoleuit igni, [21] lotis
prius intestinis & pedibus. totúmque
simul

simul arietem incendit super altare, eo
quòd esset holocaustum suauissimi odo-
ris Domino, sicut præceperat ei. [22] Obtu-
lit & arietem secundum, in consecratio-
nem sacerdotum: posuerúntq. super ca-
put eius Aaron & filij eius manus suas.
[23] quem cũ immolasset Moyses, sumens
de sanguine eius, tetigit extremum au-
riculæ dextræ Aaron, & pollicem manus
eius dextræ, similiter & pedis. [24] Obtulit
& filios Aaron. cumq. de sanguine arie-
tis immolati tetigissent extremũ auriculæ
"pollicẽ 2 MS. Pro Textu Rad. facit. H. C. & G. habẽt quidem numerum singularem, sed repetitum. singulorum dextræ, & 'pollices' manus
ac pedis dextri, reliquum fudit super al-
tare per circuitum: [25] adipem verò, & cau-
dam, omnémque pinguedinẽ quæ ope-
rit intestina, reticulumq. iecoris, & duos
renes cum adipibus suis, & armo dextro
separauit. [26] Tollens autẽ de canistro azy-
morum, quod erat coram Domino, pa-
nem absque fermento*, & collyridam
*vnum R. H. C. G. A Radul. explicatur. conspersam oleo, laganumq. posuit su-
per adipes, & armum dextrũ, [27] tradens
simul omnia Aaron & filiis eius. Qui
postquam leuauerunt ea coram Domi-
no, [28] rursum suscepta de manibus eo-
rum, adoleuit super altare holocausti, eò
quòd cõsecrationis esset oblatio, in odo-
"Domino 1 MS. R. H. G. *coram Domino c. rem suauitatis, sacrificij 'Domini'. [29] Tu-
lítque pectusculum eleuans illud coram
Domino, de ariete cõsecrationis in par-
tem suam, sicut præceperat ei Dominus.
[30] Assuménsque vnguentum, & sangui-
nem qui erat in altari, aspersit super Aa-
ron & vestimenta eius, & super filios il-
lius ac vestes eorum. [31] Cúmque sancti-
ficasset eos in vestitu suo, præcepit eis,
dicens, Coquite carnes ante fores taber-
naculi, & ibi comedite eas. panes quoq.
consecrationis edite, qui positi sunt in
caniſtro, sicut præcepit mihi Dominus,
Exo. 29, 32. Infr. 28, 9. dicens, 'Aaron & filij eius comedẽt eos:
[32] quicquid autem reliquum fuerit de
carne & panibus, ignis absumet. [33] De
ostio quoque tabernaculi non exibitis
septem diebus, vsq. ad diem quo com-
plebitur tempus consecrationis vestræ.
septem enim diebus finitur consecratio:
[34] sicut impræsentiarum factum est, vt
"cõpleatur MS. ritus sacrificij 'cõpleretur'. [35] Die ac nocte

manebitis in tabernaculo obseruantes
custodias Domini, ne moriamini: sic
36 enim mihi præceptum est. [36] Fecerúntq.
Aaron & filij eius cuncta quæ locutus
est Dominus per manum Moysi.

CAP. IX.

1 FActo autẽ octauo die, vocauit Moy-
ses Aaron & filios eius, ac maiores
2 natu Israël, dixítque ad Aaron: [2] Tolle Exo. 29, 1.
de armẽto vitulum pro peccato, & arie-
tem in holocaustum, vtrumque imma-
culatum, & offer illos coram Domino.
3 [3] Et ad filios Israël loquêris, Tollite hir-
cum pro peccato, & vitulum, atque
agnum, 'anniculum', & sine macula in "anniculos 5 MS. H. C. At Rad. & G. textui consentiunt.
4 holocaustum, [4] bouem & arietem pro
pacificis: & immolate eos coram Dño,
in sacrificio singulorum similã conspер-
sam oleo offerentes. hodie enim Domi-
5 nus apparebit vobis. [5] Tulerũt ergo cun-
cta quæ iusserat Moyses ad ostium ta-
bernaculi: vbi cùm omnis multitudo
6 astaret, [6] ait Moyses, Iste est sermo quem
præcepit Dominus: facite, & apparebit
7 vobis gloria eius. [7] Et dixit ad Aaron,
Accede ad altare, & immola pro pecca-
to tuo: offer holocaustum, & deprecare
pro te & pro populo. cumque mactaue-
ris hostiam populi, ora pro eis, sicut præ-
8 cepit Dominus. [8] Statimque Aaron ac-
cedẽs ad altare, immolauit vitulum pro
9 peccato suo: [9] cuius sanguinem obtule-
runt ei filij sui: in quo tingẽs digitum, te-
tigit cornua altaris, & fudit residuum
10 ad basim eius. [10] Adipémque & renun-
culos, ac reticulum iecoris, quæ sunt pro
peccato, adoleuit super altare, sicut præ-
11 ceperat Dominus Moysi: [11] carnes verò
& pellem eius, extra castra combussit
12 igni. [12] Immolauit & holocausti victi-
mam: obtulerúntque ei filij sui sanguи-
nem eius, quem fudit per altaris circui-
13 tum. [13] ipsam etiam hostiam in frusta
cõcisam, cum capite & membris singu-
lis obtulerunt. quæ omnia super altare
14 cremauit igni, [14] lotis aqua prius intesti-
15 nis & pedibus. [15] Et pro peccato populi
offerens, mactauit hircum: expiatóque
16 altari, [16] fecit holocaustum, addens in sa-
17 crificio libamenta, [17] quę pariter offe-

runtur, & adolens ea ſuper altare, abſq. ceremoniis holocauſti matutini. *Immolauit & bouem atq. arietem hoſtias pacificas populi: obtulerúntque ei filij ſui ſanguinem, quem fudit ſuper altare in circuitum. *Adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculóſque cum adipibus ſuis, & reticulum iecoris *poſuerunt ſuper pectora. cúmque cremati eſſent adipes ſuper altare, *pectora eorũ, & armos dextros ſeparauit Aaron, eleuans coram Domino, ſicut præceperat Moyſes. *Et extendens manum ad populum, benedixit ei. Sicque completis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis, & pacificis, deſcendit. *Ingreſſi autem Moyſes & Aaron in tabernaculum teſtimonij, & deinceps egreſſi benedixerunt populo. 2 Mach. 2. 11. 'Apparuitq. gloria Domini omni multitudini: *& ecce egreſſus ignis à Domino, deuorauit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare. Quod cùm vidiſſent turbæ, laudauerunt Dominum, ruentes in facies ſuas.

CAP. X.

ARreptíſque Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis, 'impoſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. *Egreſſuſque ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino. *Dixitq. Moyſes ad Aaron, Hoc eſt quod locutus eſt Dominus, Sãctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. "Quod audiens' tacuit Aaron. *Vocatis autẽ Moyſes Miſaële, & Eliſaphan filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos: "Ite' & tollite fratres veſtros de conſpectu ſanctuarij, & aſportate extra caſtra. *Confeſtímq. pergentes, tulerunt eos ſicut iacebant, veſtitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt ſibi fuerat imperatum. *Locutúſque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius: Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne fortè moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres *veſtri, & omnis domus Iſraël plangãt incendium

Num. 3, 4. 26, 26. 1 Pa. 24, 2.

*Et H. c. G.

*Accedite H. C. G.

*quoque 1 MS. H. C. Verùm Rad. & G. non addunt.

quod Dominus ſuſcitauit: *vos autem nõ "egrediemini' fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Qui fecerũt omnia iuxta præceptum Moyſi. *Dixítque Dominus ad Aaron: *Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras. *Et vt habeatis ſcientiam diſcernẽdi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum: *doceatíſque filios Iſrael omnia legitima mea quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi. *Locutúſque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius, qui erant reſidui: Tollite ſacrificium quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento iuxta altare, quia ſanctum ſanctorum eſt. *Comedetis autem in loco ſancto: quod datũ eſt tibi & filiis tuis de oblationibus Domini, ſicut præceptum eſt mihi. *Pectuſculum quoque quod oblatũ eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſſimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecũ. tibi enim ac liberis tuis "repoſita' ſunt de hoſtiis ſalutaribus filiorum Iſrael: *eo quòd armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit Dominus. *'Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato cùm quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratúſq. contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait: *Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorum eſt, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini, *præſertim cùm de ſanguine illius non ſit illatum "intra ſancta", & comedere debueratis eam in ſanctuario, ſicut præceptum eſt mihi? *Reſpondit Aaron, Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino: mihi autẽ accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut

"egrediemini M. "egrediamini R. Futuri eſt, H. C. G. ſed quod, etiam his modis, nihil verùm.

"repoſita MS.

2 Mach. 2, 11.

*ſanctorum 6 MS. Rabbi. interpretans addit *in ſanctitatem intrinſecus H. *in domum ſanctitatis intrinſecus C. *in ſanctum G.

aut placere Dño in ceremoniis mente lugubri? *Quod cùm audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

CAP. XI.

LOcutuſq. eſt Dominus ad Moyſen & Aarõ, dicens, *Dicite filiis Iſraël: *'Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ:

*Custodite omnia quæ ſcripſi vobis, vt ſim Deus veſter o. Deut. 14, 4

*Omne quod habet diuiſam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. *Quicquid autem ruminat quidem, & habet vngulam, ſed nõ diuidit eam, ſicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. *Chœrogryllus qui ruminat, vngulámque non diuidit, immundus eſt. *Lepus quoque: nam & ipſe ruminat, ſed vngulam non diuidit. *Et 'ſus qui cùm vngulam diuidat, non ruminat. *horum carnibus non veſcemini, nec cadauera contingetis, quia immũda ſunt vobis. *Hæc ſunt quę gignuntur in aquis & veſci licitum eſt. Omne qnod habet pinnulas & ſquamas, tam in mari, quàm in fluminibus & ſtagnis, comedetis. *Quicquid autem pinnulas & ſquamas non habet eorũ quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis, *execrandúmque erit, carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis. *Cuncta quæ non habẽt pinnulas & ſquamas in aquis, polluta erunt. *Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis: Aquilã, & gryphẽ, & haliætum, *& miluum ac vulturem iuxta genus ſuum, *& omne coruini generis in ſimilitudinem ſuam, ſtruthionem, *& noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus ſuum: *bubonem, & mergulum, & ibin, *& cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem, *herodionem & charadrion iuxta genus ſuum, vpupam quoq. & veſpertilionem. *Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit vobis. *Quicquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retro crura, per quę ſalit ſuper terram, *comedere debetis, vt eſt bruchus in genere ſuo, & attacus atque ophiomachus, ac locuſta, ſingula iuxtà genus ſuum. *Quicquid autem ex volueribus quatuor tantùm habet pedes, execrabile erit vobis: *& quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vſq. ad veſperum: *& ſi neceſſe fuerit vt portet quippiam horum mortuũ, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad occaſum ſolis. *Omne animal quod habet quidem vngulam, ſed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. *Quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vſque ad veſperum. *Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſq. ad veſperum: quia omnia hæc immũda ſunt vobis. *Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra, muſtela & mus & crocodilus, ſingula iuxta genus ſuum, *mygale, & chamæleon, & ſtellio, & lacerta, & talpa: *omnia hæc immunda ſunt. Qui tetigerit morticina eorũ, immundus erit vſque ad veſperum: *& ſuper quod ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur tam vas ligneum & veſtimentum, quàm pelles & ciliciai & in quocumque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vſque ad veſperum, & ſic poſtea mundabuntur. Vas aũt fictile in quod horum quicquam intrò ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum eſt. *Omnis cibus quẽ comedetis, ſi fuſa fuerit ſuper eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod bibitur de vniuerſo vaſe, immundũ erit. *Et quicquid de morticinis huiuſcemodi ceciderit ſuper illud, immundũ erit: ſiue clibani, ſiue chytropodes, deſtruentur, & immundi erunt. *Fontes verò & ciſternæ, & omnis aquarũ congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. *Si ceciderit ſuper ſementẽ, non polluet eam. *Si autẽ quiſpiam aqua ſementẽ perfuderit, & poſtea morticinis tacta fuerit, ilico polluetur. *Si mortuum fuerit animal quod

licet vobis comedere, qui cadauer eius
tetigerit, immũdus erit vsq. ad vesperũ.
[40] *& qui comederit ex eo quippiam, siue
portauerit: lauabit vestimẽta sua, & im-
mundus erit vsq. ad vesperum. [41] *Omne
quod reptat super terram, abominabile
erit, nec assumetur in cibũ. [42] *Quicquid
super pectus quadrupes graditur, &
multos habet pedes, siue per humũ tra-
hitur, nõ comedetis, quia abominabile
est. [43] *Nolite cõtaminare animas vestras,
nec tangatis quicquam eorum, ne im-
mundi sitis. [44] *Ego enim sum Dominus
1 Pet. 1, 15. Deus vester: 'sancti estote, quia ego san-
ctus sum. Ne polluatis animas vestras in
omni reptili, quod mouetur super ter-
ram. [45] *Ego enim sum Dominus, qui edu-
xi vos de Terra-Ægypti, vt essem vobis
in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus
sum. [46] *Ista est lex animantium ac volu-
crũ, & omnis animæ viuentis, quæ mo-
uetur in aqua, [47] *& reptat in terra, vt diffe-
rentias noueritis mundi & immundi, &
sciatis quid comedere & quid respuere
debeatis.

CAP. XII.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen, 1
dicens, [2] *Loquere filiis Israël, & dices
Luc. 2, 12. Iob. 7, 12. ad eos: 'Mulier si susceperit semine pepe-
rerit masculum, immunda erit septem
diebus iuxta dies separationis menstruę.
Luc. 2, 21. [3] *'Et die octauo circuncidetur 'infantu-
*caro præ-putij eius. H. C. G. lus': *ipsa verò triginta tribus diebus 4
manebit in sanguine purificationis suæ:
Omne sanctum non tanget, nec ingre-
dietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ. [5] *Sin autem 5
fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus
menstrui, & sexaginta sex diebus mane-
bit in sanguine purificationis suæ. [6] *Cũq. 6
expleti fuerint dies purificationis suæ,
pro filio, siue pro filia, deferet agnum
anniculum in holocaustum, & pullum
columbæ siue turturem pro peccato, ad
ostium tabernaculi testimonij, & tradet
[7] *sacerdoti qui offeret illa coram Domi- 7
no, & orabit pro ea, & sic mundabitur à
profluuio sanguinis sui. ista est lex pa-
Luc. 2, 24. rientis masculũ aut fœminam. [8] *'Quòd 8
si non inuenerit manus eius, nec potue-
rit offerre agnum, sumet duos turtures
vel duos pullos columbarum, vnum in
holocaustum, & alterum pro peccato.
orabítque pro ea sacerdos, & sic mun-
dabitur.

CAP. XIII.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen 1
& Aaron, dicens, [2] *Homo in cuius 2
cute & carne ortus fuerit diuersus color
siue pustula, aut quasi lucens quippiam,
id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron
sacerdotem, vel ad vnum quemlibet fi-
liorum eius. [3] *Qui cùm viderit lepram 3
in cute, & pilos in album mutatos colo-
rem, ipsamq. speciem leprę humiliorem
cute & carne reliqua, plaga lepræ est, &
ad arbitrium eius separabitur. [4] *Sin au- 4
tem lucens cãdor fuerit in cute, nec hu-
milior carne reliqua, & pili coloris pri-
stini, recludet eum sacerdos septem die-
bus, [5] *& considerabit die septimo: & 5
siquidem lepra vltrà non creuerit, nec
transierit in cute priores terminos, rur-
sum recludet eum septem diebus aliis.
[6] *Et die septimo contemplabitur: si ob- 6
scurior fuerit lepra, & non creuerit in
cute, mundabit eum, quia scabies est:
lauabítq. homo vestimenta sua, & mun-
dus erit. [7] *Quòd si postquam à sacerdo- 7
te visus est, & redditus mũditiæ, iterum
lepra creuerit: adducetur ad eum, [8] *& 8
immunditiæ condemnabitur. [9] *Plaga 9
lepræ si fuerit in homine, adducetur ad
sacerdotem, [10] *& videbit eum. Cúmq. 10
color albus in cute fuerit, & capillorum
mutauerit aspectum, ipsa quoque caro
viua apparuerit: [11] *lepra vetustissima iu- 11
dicabitur, atque inolita cuti. Contami-
nabit itaq. eum sacerdos, & non reclu-
det, quia perspicuæ immũditiæ est. [12] *Sin 12
autem efflоruerit discurrens lepra in
cute, & operuerit omnem carnem à ca-
pite vsque ad pedes, quicquid sub aspe-
ctum oculorum cadit, [13] *considerabit 13
eum sacerdos, & teneri lepra mundissi-
ma iudicabit: eò quòd omnis in cando-
rem versa sit, & idcirco homo mundus
erit. [14] *Quãdo verò caro viuens in eo ap- 14
paruerit, [15] *tunc sacerdotis iudicio pol- 15
luetur,

luetur, & inter immundos reputabitur.
caro enim viua si lepra aspergitur, im-
munda est. [16] *Quòd si rursum versa fue- 16
rit in alborem, & totum hominem ope-
ruerit, [17] *considerabit eum sacerdos, & 17
mundum esse decernet. [18] *Caro autem 18
& cutis in qua hulcus natum est, & sa-
natum, [19] *& in loco hulceris cicatrix 19
alba apparuerit, siue subrufa, adducetur
homo ad sacerdotem: [20] *qui cùm vide- 20
rit locum lepræ humiliorem carne reli-
qua, & pilos versos in candorem, con-
taminabit eum: plaga enim lepræ orta
est in hulcere. [21] *quòd si pilus, coloris est 21
pristini, & cicatrix subobscura, & vi-
cina carne non est humilior, recludet
eum septem diebus. [22] *& si quidem cre- 22
uerit, adiudicabit eum lepræ. [23] *sin au- 23
tem steterit in loco suo, hulceris est cica-
trix, & homo mũdus erit. [24] *Caro autem 24
& cutis quam ignis exusserit, & sanata
albam siue rufam habuerit cicatricem,
[25] *considerabit eam sacerdos, & ecce 25
*Ti 7 MS. R. Sed à Rad. H. C. & G. non addunt. *versa est in alborem, & locus eius reli-
qua cute est humilior: contaminabit
eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta
est. [26] *Quòd si pilorum color non fuerit 26
immutatus, nec humilior plaga carne
reliqua, & ipsa lepræ species fuerit sub-
obscura, recludet eum septem diebus,
[27] *& die septimo contemplabitur. si 27
creuerit in cute lepra, cõtaminabit eum.
[28] *sin autem in loco suo candor steterit 28
non satis clarus, plaga combustionis est,
& idcirco mundabitur, quia cicatrix est
combusturæ. [29] *Vir siue mulier in cu- 29
ius capite vel barba germinauerit lepra,
[30] *videbit eos sacerdos. & siquidem hu- 30
milior fuerit locus carne reliqua, & ca-
pillus flauus solitóque subtilior: conta-
minabit eos, quia lepra capitis ac barbæ
est. [31] *Sin autem viderit locum maculæ 31
æqualem vicinæ carni, & capillum ni-
grum: recludet 'eos' septem diebus, [32] *& 32
*'eum' 8 MS. R. 'locum maculæ' H. C. G. Textui Rad. adsipulatur. die septimo intuebitur. Si non creuerit
macula, & capillus sui coloris est, & lo-
cus plagæ carni reliquæ æqualis: [33] *rade- 33
tur homo absque loco maculæ, & inclu-
detur septem diebus aliis. [34] *Si die septi- 34
mo visa fuerit stetisse plaga in loco suo,
nec humilior carne reliqua, mundabit
eum, lotísque vestibus suis mundus erit.
[35] *Sin autem post emundationem rursus 35
[36] creuerit macula in cute, *nõ quæret am-
plius vtrum capillus in flauum colorem
sit commutatus, quia apertè immun-
[37] dus est. *Porrò si steterit macula, & ca-
pilli nigri fuerint, nouerit hominem sa-
natum esse, & confidenter eum pronun-
[38] tiet mundum. *Vir siue mulier in cuius
[39] cute candor apparuerit, *intuebitur
eos sacerdos. si deprehẽderit subobscu-
rum alborem lucere in cute, sciat non
esse lepram, sed maculam coloris candi-
[40] di, & hominem mundum. *Vir de cuius
capite capilli fluunt, caluus & mundus
[41] est: *& si à fronte ceciderint pili, recal-
[42] uaster & mundus est. *Sin autem in
caluitio siue in recaluatione albus vel
[43] rufus color fuerit exortus, *& hoc sa-
cerdos viderit, condemnabit eum haud
dubiè lepræ, quæ orta est in caluitio.
[44] *Quicunque ergo maculatus fuerit
lepra, & separatus est ad arbitrium sacer-
[45] dotis, *habebit vestimenta dissuta, ca-
put nudum, os veste contectum, conta-
minatum ac sordidum se clamabit.
[46] *Omni tempore quo leprosus est, &
immundus, solus habitabit extra castra.
[47] *Vestis lanea siue linea, quæ lepram
[48] habuerit *in stamine atque subtegmi-
ne, aut certè pellis, vel quicquid ex pelle
[49] confectum est, *si alba vel rufa macu-
la fuerit, infecta lepra reputabitur, ostẽ-
[50] deturque sacerdoti. *qui consideratam
[51] recludet septem diebus: & die septimo
rursus aspiciens si deprehenderit creuis-
se, lepra perseuerans est: pollutum iudi-
cabit vestimentum, & omne in quo fue-
[52] rit inuenta: *& idcirco cõburetur flam-
[53] mis. Quòd si eam viderit non creuisse,
[54] *præcipiet, & lauabunt id in quo lepra
est, recludétq. illud septem diebus aliis:
[55] *Et cùm viderit faciem quidem pristi-
nam non reuersam, nec tamen creuisse
lepram, immundum iudicabit, & igne
comburet, eò quòd infusa sit in superfi-
[56] cie vestimenti vel per totum, lepra. *Sin
autem obscurior fuerit locus lepræ post-
quam vestis est lota, abrumpet eum, & à

solido diuidet. *Quòd si vltrà apparuerit in his locis quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga: debet igne comburi. *si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt, secundò, & mũda erunt. *Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei, staminis atque subtegminis, omníque supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

CAP. XIIII.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen, dicens, *Hic est ritus leprosi quando mũdandus est: 'Adducetur ad sacerdotem: *qui egressus de castris cũ inuenerit lepram esse mundatam, *præcipiet ei qui purificatur vt offerat duos passeres viuos pro se, quos vesci licitum est, & lignum cedrinum, vermiculúmque & hyssopum. *& vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: *alium aũt viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, *quo asperget illum qui mundandus est, septies, vt iure purgetur, & dimittet passerẽ viuum, vt in agrum auolet. *Cumque lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatúsque ingredietur castra, ita dumtaxat vt maneat extra tabernaculũ suum septem diebus, *& die septimo radet capillos capitis, barbámque & supercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus & corpore, *die octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similæ in sacrificium quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. *Cumque sacerdos purificans hominem, statuerit eum, & hæc omnia coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, *tollet agnum, & offeret eum pro delicto, oleiq. sextarium. & oblatis ante Dominum omnibus, *immolabit agnum vbi solet immolari hostia pro peccato & holocaustum, id est, in loco sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia: sancta sanctorum est. *Assuménsque sacerdos de sanguine hostiæ quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus dextræ & pedis: *& de olei sextario mittet in manum suam sinistram, *tingétque digitum dextrum in eo, & asperget corã Domino septies. *quod autem reliquum est olei in læua manu, fundet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super sanguinem qui effusus est pro delicto, & super caput eius. *Rogabítque pro eo coram Domino, *& faciet sacrificiũ pro peccato. tunc immolabit holocaustum, *& ponet illud in altari cum libamentis suis, & homo ritè mundabitur. *Quòd si pauper est, & non potest manus eius inuenire quæ dicta sunt, pro delicto assumet agnum ad oblationem, vt roget pro eo sacerdos, decimámque partem similæ conspersæ oleo *in sacrificium, & olei sextarium, duósque turtures siue duos pullos columbæ, quorum vnus sit pro peccato, & alter in holocaustum: *offerétque ea die octauo purificationis suæ sacerdoti, ad ostium tabernaculi testimonij corã Domino. *qui suscipiens agnum pro delicto & sextarium olei, leuabit simul: *immolatóque agno, de sanguine eius ponet super extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri: *olei verò partem mittet in manũ suam sinistrã, *in quo tingens digitũ dextræ manus asperget septies coram Domino: *tangétque extremum dextræ auriculæ illius qui mũdatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto: *reliquam aũt partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt placet pro eo Dominum: *& turturem siue pullum columbæ offeret, *vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. *Hoc est sacrificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundationem sui. *Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: *Cùm ingressi fueritis Terram-Chanáan, quam ego dabo vobis in possessionem, si

Mat.8,1. Mar.1,40. Luc.5,12.

nẽ, si fuerit plaga lepræ in ædibus, *ibit cuius est domus, nuntians sacerdoti, & dicet, Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. *At ille præcipiet vt 'efferant' vniuersa de domo, priusquàm ingrediatur eam, & videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabítque posteà vt consideret leprã domus: *& cùm viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, *egredietur ostium domus, & statim claudet illam septem diebus. *Reuersúsque die septimo, considerabit eam. si inuenerit creuisse lepram, *iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proiici eos extra ciuitatem in locum immundum: *domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra vrbem in locum immundum, *lapidésque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. *Sin autẽ postquam eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita, *ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, & parietes respersos maculis, lepra est perseuerans, *& immunda domus: quam statim destruent, & lapides eius ac ligna, atque vniuersum puluerem proiicient extra oppidum in locum immundum. *Qui intrauerit domum quando clausa est, immundus erit vsque ad vesperum: *& qui dormierit in ea, & comederit quippiã, lauabit vestimenta sua. *Quod si introiens sacerdos viderit leprã non creuisse in domo, postquam denuò lita fuerit, purificabit eam reddita sanitate: *& in 'purificatione' eius sumet duos passeres, lignúmque cedrinum, & vermiculũ atque hyssopum: *& immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, *tollet lignum cedrinum, & hyssopum, & coccum & passerem viuum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuentibus: & asperget domum septies, *purificabítque eam tam in sanguine passeris quàm in aquis viuentibus, & in passere viuo, lignóque cedrino & hyssopo atq. vermiculo. *Cúmq. dimiserit passerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur. *Ista est lex omnis lepræ & percussuræ, *lepræ vestium & domorum, *cicatricis & erumpentium papularum, lucẽtis maculæ, & in varias species coloribus immutatis, *vt possit sciri quo tempore mundum quid vel immundum sit.

'efferantur MS. R.

'purificationem MS. H. G. Pro Textu Rad. facit.

CAP. XV.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, *Loquimini filiis Israel, & dicite eis, Vir qui patitur fluxũ seminis, immundus erit. *Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cùm per singula momenta adhæserit carni eius, atq. concreuerit fœdus humor. *Omne stratum in quo dormierit, immundum erit & vbicumque sederit. *Si quis hominum tetigerit lectũ eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. *Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsq. ad vesperum. *Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsq. ad vesperum. *Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperũ. Sagma super quod sederit, immundum erit: *& quicquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur, pollutũ erit vsque ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperũ. *Omnis quem tetigerit qui talis est, nõ lotis antè manibus, lauabit vestimẽta sua, & lotus aqua, immundus erit, vsque ad vesperum. *Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. *Si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus erit mundus. *Die autem octauo sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectum Domini ad ostium tabernaculi testimonij, dabítque eos sacerdoti. *qui faciet vnum

pro peccato, & alterũ in holocaustum: rogabítque pro eo coram Domino, vt emundetur à fluxu seminis sui. ‡Vir de quo egreditur semẽ coitus, lauabit aqua omne corpus suum: & immundus erit vsque ad vesperum. ‡Vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. 16 17

‡Mulier cũ qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. 18

‡Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. ‡Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperum: ‡&*in quo dormierit vel sederit diebus separationis suæ, polluetur. ‡Qui tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. ‡Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit vsque ad vesperum. ‡Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septẽ diebus: & omne stratum in quo dormierit, polluetur. ‡Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore mẽstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo. ‡omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutum erit. ‡quicumque tetigerit "eam', lauabit vestimẽta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. ‡Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ. 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28

*locus MS q. R.

"ea 1 MS. R. H.C. Verùm, quæ in textu est lectio, Rad. & G. consonat.

‡& die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonij: ‡qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum, rogabitque pro ea corã Domino, & pro fluxu immunditiæ eius. ‡Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis, cùm polluerint tabernaculum meum quod est inter eos. 29 30 31

‡Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, ‡& quæ menstruis temporibus separatur, vel 32 33

quæ iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

CAP. XVI.

LOcutusq. est Dominus ad Moysen 1
post "mortẽ duorum filiorũ Aaron, Sup.10,2.
quando offerentes ignem alienum interfecti sunt: ‡& præcepit ei, dicens, 2
Loquere ad Aaron fratrem tuum, "ne Exo.30,10. Heb.9,7.
omni tẽpore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non moriatur (quia in nube apparebo super oraculũ)
‡nisi hæc antè fecerit, Vitulum pro pec- 3
cato offeret, & arietem in holocaustum.
‡Tunica linea vestietur, feminalibus 4
lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti; hæc enim vestimenta sunt sancta: quibus cunctis, cùm lotus fuerit, induetur. ‡Suscipietque ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro pec- 5
cato, & vnum arietem in holocaustum.
‡Cumque obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, ‡duos hircos 6 7
stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij: ‡mittensque super 8
vtrumque sortem, vnam Domino, & alteram capro emissario: ‡cuius exierit 9
sors Domino, offeret illum pro peccato:
‡cuius autem in caprum emissarium, 10
statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eũ, & emittat eum in solitudinem. ‡His ritè celebratis, of- 11
feret vitulum, & rogans pro se & pro
domo sua, immolabit eum: ‡assumpto- 12
que thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incẽsum, vltra velum
intrabit in Sancta: ‡vt positis super 13
ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur. ‡'Tollet quoque de sanguine vituli, & aspergetdigito septies contra propitiatorium 14 Heb.9,13. & 10.
ad orientem. ‡Cumq. mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli, vt aspergat eregione oraculi, ‡& expiet sanctuarium ab 15 16
immunditiis filiorum Israel, & à præuaricatio-

ricationibus eorum, cunctisque peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum.

Luc.1,10. ‡'Nullus hominum sit in tabernaculo 17
quando põtifex sanctuariũ ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro
H.C.G. vniuerso cœtu Israël donec egrediatur'. ‡Cùm autẽ exierit ad altare quod 18
coram Domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum: ‡aspergensque digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditiis filiorũ Israel. 19
‡Postquam emundauerit sanctuarium 20
& tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem: ‡& posita vtraque 21
manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël, & vniuersa delicta atque peccata eorum: quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum. ‡Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, ‡reuertetur Aaron 22 23
in tabernaculum testimonij, & depositis vestibus quibus prius indutus erat cùm intraret sanctuarium, relictisque ibi,
‡lauabit carnem suam in loco sancto, 24
indueturque vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo: ‡& adipem qui oblatus est pro 25
peccatis, adolebit super altare. ‡ille verò 26
qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. ‡Vitulum autem 27
& hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuarium vt expiatio compleretur,
Sup.6,30. Heb.13,11. asportabunt foras castra, '& comburent igni tam pelles quàm carnes eorum ac fimum: ‡& quicumque combusserit 28
ea, lauabit vestimenta sua, & carnem aqua, & sic ingredietur castra. ‡Erítque 29
vobis hoc legitimum sempiternũ: Mense septimo, decima die mensis affligetis animas vestras, nullúmq. opus facietis, siue indigena, siue aduena qui peregri-
Inf.23,7. natur inter vos. ‡'In hac die expiatio 30

erit vestri atque mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mũdabimini. ‡sabbathum enim requietionis 31
est, & affligetis animas vestras religione perpetua. ‡Expiabit autem sacerdos qui 32
vnctus fuerit, & cuius manus "initiatæ "initiata est 7 MS. H. Textus Volunt Rad. & G.
sunt' vt sacerdotio fungatur pro patre suo: induetúrque stola linea & vestibus 33
sanctis, ‡& expiabit sanctuarium & tabernaculum testimonij atque altare, sacerdotes quoq. & vniuersum populum.
‡Erítque vobis hoc legitimum sempi- 34
ternum, vt oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

CAP. XVII.

ET locutus est Dominus ad Moysen, 1
dicens: ‡Loquere Aarõ & filiis eius, 2
& cunctis filiis Israël, dicens ad eos, Iste est sermo quem mandauit Dominꝰ, di- -ũ:
cens', ‡Homo quilibet de domo Israël, 3
si occiderit bouẽ aut ouem, siue capram in castris vel extra castra, ‡& non obtu- 4
lerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui. ‡Ideò sacerdoti offerre debent 5
filij Israël hostias suas quas occident in agro, vt sanctificentur Domino ante ostiũ tabernaculi testimonij, & immolent eas hostias pacificas Domino. ‡Fun- 6
détque sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonij, & adolebit adipem in odorem suauitatis Domino: ‡& nequaquam vltrà 7
immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternũ erit illis & posteris eorum.
‡Et ad ipsos dices: Homo de "domo' Is- 8 "filiis MS R. G. Textus Rad. H. & C. consentit.
raël & de aduenis qui peregrinãtur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue vi- 9
ctimam, ‡& ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam, vt "offerat- "offerat 3 MS. R. H. C. G.
tur' Domino, interibit de populo suo.
‡Homo quilibet de domo Israël, & de 10
aduenis qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinẽ, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & dispdã eam de populo suo, ‡quia anima car- 11

nis in

nis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare "in eo' expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. *Idcirco dixi filiis Israël: Omnis anima ex vobis nõ comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur "apud' vos. *Homo quicumque de filiis Israël, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atq. aucupio ceperit feram vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eus, & operiat illum terra. *Anima enim omnis carnis in sanguine est: vnde dixi filiis Israël, Sanguinẽ vniuersæ carnis nõ comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicunque comederit illum, interibit. *Anima quæ comederit morticinum vel captum à bestia, tam de indigenis quã de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum: & hoc ordine mundus fiet. *Quod si non lauerit vestimenta sua vel corpus, portabit iniquitatem suam.

"H.C.G. "meum MS.Rad.

"inter MS.Rad. H.C.

Gen.9,4.

CAP. XVIII.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: *Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Ego Domin' Deus vester: *iuxta consuetudinem Terræ Aegypti in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem Regionis Chanáan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. *Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. Ego Dñs Deus vester. *Custodite leges meas atq. iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. Ego Dominus. *Omnis homo ad proximã sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. ego Dominus. *Turpitudinem patris tui & turpitudinẽ matris tuæ non discooperies; mater tua est: non reuelabis turpitudinem eius. *Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: turpitudo enim patris tui est. *Turpitudinem sororis tuæ ex patre siue ex matre quę domi vel foris genita est, non reuelabis. *Turpitudinem filiæ filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est. *Turpitudinem filiæ vxoris patris tui quam peperit patri tuo,

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Rom.10,5. Eze.20,11 Gal.3,12.

& est soror tua, non reuelabis. *Turpitudinem sororis patris tui nõ discooperies: quia caro est patris tui. *Turpitudinem sororis matris tuæ non reuelabis, eò quòd caro sit matris tuę. *Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius quæ tibi affinitate coniungitur. *Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui est, nec discooperies ignominiam eius*. *Turpitudinem vxoris fratris tui nõ reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. *Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non sumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illi' sunt, & talis coitus incestus est. *Sororem vxoris tuæ in pellicatũ illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. *Ad mulierem quæ patitur menstrua, non accedes, nec reuelabis fœditatẽ eius. *Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commistione maculaberis. *De semine tuo non dabis vt consecretur idôlo Moloch, nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus. *Cum masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est. *Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cũ eo. Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est. *Nec polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiiciã ante conspectum vestrum, *& quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. *Custodite legitima mea atque iudicia, & non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena quã colonus qui peregrinantur apud vos. *Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. *Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis, sicut euomuit gentem quę fuit ante vos. *Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. *Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis: ego Dominus Deus vester.

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

*& vxorẽ fratris sui nullus accipiat MSq.Rad.

Inf.20,2. Rom.13,11

CAP.

CAP. XIX.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens, *Loquere ad omnẽ cœtum filiorum Israël, & dices ad eos, 'Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. *Vnusquisque patrẽ suum, & matrem suam timeat. Sabbatha mea custodite. Ego Dominus Deus vester. *Nolite conuerti ad idola, nec Deos conflatiles faciatis vobis. ego Dominus Deus vester. *Si immolaueritis hostiam pacificorum Domino vt sit placabilis: *eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero: quicquid autem residuũ fuerit in diem tertium, igne comburetis. *si quis post biduum comederit ex ea, pfanus erit, & impietatis reus: *portabitq. iniquitatem suam, quia sanctum Domini polluit, & peribit anima illa de "populo suo'. *Cumque messueris segetes terrę tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges. *Neque in vinea tua racemos & grana decidẽtia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. ego Dominus Deus vester. *Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. *Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. ego Dominus. *Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nõ morabitur opus mercenarij tui apud te vsque manè. *Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum: sed timebis Dominũ Deum tuum, quia ego sum Dominus. *Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. 'Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potẽtis. Iustè iudica proximo tuo. *Non eris criminator, "nec' fusurro in "populo'. Non stabis contra sanguinem proximi tui. ego Dominus. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum. *'Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. 'Diliges amicum tuum sicut teipsum. ego Dominus. *Leges meas custodite. "Iumentum tuum' non facies

1 2

Sup.11,44 1Pet.1,16.

3 4 5 6 7 8 9

Inf.23,22.

10 11

Exo.20,7. 17. Deut.5,11. 20. Eccl.10,6. Deu.24,14

12

Tob.4,15. Deut.1,17. 16,19. Iacob.2,2. Pro.24,23. 1Ioh.2,11. 3,15. Eccl.19,13.

13 14

Mat.18,15. Luc.17,3.

15

"& MS. Rad "populis 10 MS. Rad. H. Q5n.

16

Matt 5,43 22,39. Rom. 13,9. Gal.5,14. Iacob.2,9.

17 18

"Iumenta tua 13 MS.R. Rad.G. Singulariter vero legunt, cum H.C.

19

coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste, quæ ex duobus texta est, non induêris. *Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nobilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. *pro delicto autem suo offeret Domino ad ostiũ tabernaculi testimonij arietem. *orabitque pro eo sacerdos, & pro "peccato' eius coram Domino, & propitiabitur ei, dimitteturque peccatum. *Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. *Quarto autem anno omnis fructus eorũ sanctificabitur laudabilis Domino. *Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quę proferunt. ego Dominus Deus vester. *Non comedetis "cum sanguine. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. *Neque in rotundum attondebitis comam: nec radetis barbam. *Et super mortuo non incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. ego Dominus. *Ne prostituas filiam tuã, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. *Sabbatha mea custodite, & sanctuarium meum metuite. ego Dominus. *"Non' declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciteni, vt polluamini per eos. ego Dominus Deus vester. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis: & time Dominum Deum tuum. ego sum Dominus. *Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, "non' exprobretis ei: *sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eum quasi vosmetipsos: fuistis enim & vos aduenæ in Terra-Ægypti. ego Dominus Deus vester. *Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. *Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, æquúsque sextarius. ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra-Ægypti. *Custodite omnia præ-

20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37

"delicto MS.Rad.

"carnem MSq.Q.H. Inf.21,5.

"Ne MS. Rad. H.

Exo.21,21.

"ne MS. Rad.

cepta

cepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. ego Dominus.

CAP. XX.

Sup.18,21. LOcutúsq. est Dominus ad Moysen, 1
dicens, *Hæc loquêris filiis Israel, 2
Homo de filiis Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, siquis dederit de semine suo idôlo Moloch, morte moriatur: populus terræ lapidabit eũ. *Et ego ponam faciem meam contra illum. succidámque eum de medio populi sui, eò quòd dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctũ meum. *Quòd si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo, Moloch, nec voluerit eum occidere: *ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, succidámq. & ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. *Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. *Sanctificamini, & estote sancti, quia ego *sum Dominꝰ Deus vester. *Custodite præcepta mea, & facite ea: Ego Dominus qui sanctifico vos. *Qui maledixerit patri suo, "aut' matri, morte moriatur. patri matríque qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. *Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera. *Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorũ sit super eos. *Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. *Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos. *Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuus ardebit cũ eis, nec permanebit tantũ nefas in medio vestri. *Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. *Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. *Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illáque conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eò quòd turpitudinem suam mutuò reuelauerint, & portabunt iniquitatẽ suam. *Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsáq. aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. *Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non discooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam. *Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. *Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque liberis erunt. *Custodite leges meas, atque iudicia, & facite ea: ne & vos euomat terra quam intraturi estis & habitaturi.

*Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. *Vobis autem loquor, Possidete terrã eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle. ego Dominus Deus vester, qui separaui vos à cæteris populis. *Separate ergo & vos iumentum mundum ab immundo, & auem mundam ab immunda: ne polluatis animas vestras in pecore & auibus, & cũctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta. *"Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à cæteris populis, vt essetis mei. *'Vir siue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur; lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos.

CAP. XXI.

DIxit quoq. Dominus ad Moysen, 1
Loquere ad sacerdotes filios Aarõ, & dices

*sanctus MS. R. Rad. G. Verùm H. & C. non addunt. 1 Pet.1,16. Exo.21,17. Pro.20,20. Mat.15,14 Mat.7,10. "& MS. Rad. H.C. Disiunctiuam coniunctionem rectè transtulerunt septuaginta. Ioh.8,4. Deu.22,22

*Et 2 MS. Rad. H.C. G. Deu.18,11. 1 Reg.28,7.

& dices ad eos, Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, *nisi 2
tantum in cõsanguineis, ac propinquis, id est, super patrẽ & matrem, & filium, & filiam, fratrem quoque, *& sororem 3
virginem quæ non est nupta viro: *sed 4
nec in principe populi sui contaminabitur. *'Nec radẽt caput, nec barbam, 5
neque in carnibus suis facient incisuras.
*Sancti erunt Deo suo, & non polluent 6
nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideò sancti erunt. *Scortum, & vile prostibulum 7
non ducet vxorem, nec eam quæ repudiata est à marito: quia consecratus est Deo suo, *& panes propositionis offert. 8
Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico vos. *Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flãmis exuretur. *Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta *non scindet; *& ad omnem mortuum non 11
gredietur omnino. super patre quoque suo, & matre non contaminabitur.
*Nec egredietur de sanctis, ne polluat 12
sanctuarium "Domini', quia oleũ sanctæ vnctionis Dei sui super eum est. ego Dominus. *'Virginem ducet vxorem: 13
*Viduam autem & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo: *ne com- 15
misceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ: quia ego Dominus qui sanctifico eum. *Locutusque est Dominus ad 16
Moysen, dicens, *Loquere ad Aaron: 17
Homo de semine tuo per familias *qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, *nec accedet ad ministerium 18
eius: si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi vel torto naso, *si fracto pede, si manu, *si gibbus, si lippus, 19 20
si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel hernioſus. *Omnis qui habuerit ma- 21
culam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec pa- 22
nes Deo suo: *vescetur tamen panibus
qui offeruntur in sanctuario, *ita dum- 23
taxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, "qui' maculam habet, & contaminare non debet sanctuarium meum. Ego Dominus qui sanctifico eos. *Locutus est ergo Moyses ad 24
Aaron, & ad filios eius, & ad omnẽ Israël cuncta quæ fuerant sibi imperata.

CAP. XXII.

LOcutus quoq. est Dñs ad Moysen, 1
dicens, *Loquere ad Aaron & ad 2
filios eius, vt caueant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. ego Dominus. *Dic 3
ad eos, & ad posteros eorum: Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. ego 4
sum Dñs. *Homo de semine Aaron qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex 5
quo egreditur semen quasi coitus, *& qui "tangit' reptile, & quodlibet immun- 6
dum, cuius tactus est sordidus, *immundus erit vsque ad vesperum, & non vescetur his quæ sanctificata sunt: sed cùm 7
lauerit "carnem suam' aqua, *& occu- 8
buerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est. *'Morticinum & captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis. ego sum Dominus. *Custodiant præcepta mea, vt 9
non subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario, cùm polluerint illud. ego 10
Dominus qui sanctifico eos. *Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis, & mercenarius nõ 11
vescentur ex eis. *Quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus 12
eius fuerit, hi comedent ex eis. *Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur. *sin autem vidua, 13
vel repudiata, & absque liberis reuersa fuerit

*suas 2 MS. H.C. *vestras G.

*sua 2 MS. H.C. G. Hoc & duobus sequentibus locis, Textui Rad. suffragatur.

"Dei sui 3 MS.R. H.C.G. Exo.44, 20.

"quia 6 MS. Rad. H.C.G.

"tanget MS. H. C.G.

"corpus suum MS. G. Textus autem Rad. H. & C. consonat. Exo.22,31. Eze.44,31

fuerit ad domum patris sui: sicut puella
consueuerat, aletur cibis patris sui.
Omnis alienigena comedẽdi ex eis non
habet potestatem. [14] *Qui comederit de
sanctificatis per ignorantiã, addet quin-
tam partem cum eo quod comedit, &
dabit sacerdoti in sanctuarium. [15] *Nec
contaminabunt sanctificata filiorum
Israel, quæ offerunt Domino: [16] *ne fortè
sustineant iniquitatem delicti sui, cùm
sanctificata comederint. ego Dominus
qui sanctifico eos. [17] *Locutusque est Do-
minus ad Moysen, dicens, [18] *Loquere
ad Aaron, & filios eius & ad omnes filios
Israel, diceſque ad eos, Homo de domo
Israel, & de aduenis qui habitant apud
vos, qui obtulerit oblationem suam vel
vota soluens, vel sponte offerens, quic-
quid illud obtulerit in holocaustũ Do-
mini, [19] *vt offeratur per vos, masculus
immaculatus erit ex bobus, & ouibus, &
ex capris: [20] *si maculam habuerit, non
Deu. 15,20. Eccl. 35,24 offeretis, neq. erit acceptabile. [21] *Homo
qui obtulerit victimam pacificorũ Do-
mino, vel vota soluens, vel sponte offe-
rens, tam de bobus quàm de ouibus, im-
maculatum offeret, vt acceptabile sit:
omnis macula nõ erit in eo. [22] *Si cæcum
fuerit, si fractum, si cicatricẽ habens, si
papulas, aut scabiem, aut impetiginem:
non offeretis ea Domino, nec adolebitis
ex eis super altare Domini. [23] *Bouem &
ouem aure & cauda amputatis, voluntа-
riè offerre potes, votum autẽ ex eis solui
non potest. [24] *Omne animal quod vel
contritis, vel tonsis, vel sectis ablatisque
testiculis est, non offeretis Domino, & in
terra vestra hoc omnino ne faciatis. [25] *De
manu alienigenæ non offeretis panes
Deo vestro, & quicquid aliud dare vo-
luerit: quia corrupta, & maculata sunt
omnia: non suscipietis ea. [26] *Locutusque
est Dominus ad Moysen, dicens, [27] *Bos,
ouis, & capra cùm genita fuerint, se-
ptem diebus erunt sub hubere matris
suæ: die autẽ octauo, & deinceps offerri
poterunt Domino. [28] *Siue illa bos, siue
ouis, non immolabunturvna die cum
fœtibus suis. [29] *Si immolaueritis hostiam
pro gratiarum actione Domino, vt pos-
[30] sit esse placabilis, *eodem die comede-
tis eam, non remanebit quicquam in
[31] mane alterius diei. ego Dominus. *Cu-
stodite mãdata mea, & facite ea. ego Do-
[32] minus. *Ne polluatis nomẽ meum san-
ctum, vt sanctificer in medio filiorum
Israel. Ego Dominus qui sanctifico vos,
[33] *& eduxi de Terra Ægypti, vt essem
vobis in Deum. ego Dominus.

CAP. XXIII.

[1] LOcutusq. est Dominus ad Moysen,
[2] dicẽs, *Loquere filiis Israël, & dices
ad eos: Hæ sunt feriæ Domini, quas vo-
cabitis sanctas. *Sex diebus facietis opus: Exo.20,9.
dies septimus, quia sabbathi requies est,
vocabitur sanctus. omne opus non fa-
cietis in eo. sabbathum Domini est in
[4] cunctis habitationibus vestris. *Hæ sunt
ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebra-
[5] re debetis temporibus suis. *Mense pri- Exo.12,18. Nu.11,16.
mo, quartadecima die mensis ad vespe-
[6] rum, Phase Domini est: *& quintadeci-
ma die mensis huius, solemnitas azymo-
rum Domini est. Septem diebus azyma
[7] comedetis. *dies primus erit vobis cele-
berrimus, sanctúsque: omne opus serui-
[8] le non facietis in eo: *sed offeretis sacri-
ficium in igne Domino septem diebus.
dies autẽ septimus erit celebrior & san-
ctior: nullumq. seruile opus facietis in
[9] eo'. *Locutúsque est Dominus ad Moy- 1 MS. H.C.G. A Rad. aurem legit.
[10] sen, dicens, *Loquere filiis Israël, & di-
ces ad eos, Cùm ingressi fueritis terram
quam ego dabo vobis, & messueritis se-
getem, feretis manipulos spicarum pri- *manipu-lum H.C. Plinii nu-mero con-tur Septua-ginta.
[11] mitias messis vestræ ad sacerdotem. *qui
eleuabit fasciculum coram Dño, vt ac- "acce-ptabilis MS. Rad.
ceptabile' sit pro vobis, altero die Sab-
[12] bathi, & sanctificabit illum. *Atque in
eodem die quo manipulus consecratur,
cædetur agnus immaculatus anniculus
[13] in holocaustum Domini. *Et libamenta
offerentur cum eo, duæ decimæ similæ
conspersæ oleo in incensum Domini,
odorémque suauissimum: liba quoque
[14] vini, quarta pars hin. *Panem, & polen-
tam, & pultes non comedetis ex segete,
vsque ad diem qua offeratis ex ea Deo
vestro. Præceptum est sempiternum in
generationibus, cunctísque habitaculis
vestris

[15] vestris. *Numerabitis ergo ab altero die
Sabbathi in quo obtulistis manipulum
primitiarũ septem hebdomadas plenas,
[16] *vsq. ad alteram diem expletionis heb-
domadæ septimæ, id est quinquaginta
[17] dies: *& sic offeretis sacrificium nouum
Domino ex omnib⁹ habitaculis vestris,
panes primitiarum duos de duabus de-
cimis similæ fermentatæ, quos coquetis
[18] in primitias Domini. *Offeretísque cum
panibus septem agnos immaculatos an-
niculos, & vitulum de armento vnum,
& arietes duos, & erunt in holocaustum
cum libamentis suis, in odorem suauis-
simum Domino. [19] *Facietis & hircum
pro peccato, duósque agnos anniculos
hostias pacificorum. [20] *Cumq. eleuaue-
rit eos sacerdos cum panibus primitia-
cum duo-bus aguis, H.C.G. rum coram Domino, cedent in vsum
eius. [21] *Et vocabitis hunc diem celeberri-
mum, atque sanctissimum: omne opus
Sup.19,9. seruile non facietis in eo. Legitimũ sem-
piternum erit in cunctis habitaculis, &
generationibus vestris. [22] *Postquam au-
tem messueritis segetem terræ vestræ,
Deu.24,19 non secabitis eam vsque ad solum: 'nec
remanentes spicas colligetis, sed paupe-
ribus & peregrinis dimittetis eas. ego
[23] sum Dominus Deus vester. *Locutúsq.
[24] est Dominus ad Moysen, dicens, *Lo-
quere filiis Israel: Mense septimo, prima
die mensis, erit vobis sabbathum, me-
moriale, clangentibus tubis, & vocabi-
[25] tur sanctum: *omne opus seruile non fa-
cietis in eo, & offeretis holocaustũ Do-
[26] mino. *Locutúsque est Dñs ad Moysen,
Sup.16,30. Num.29,7. [27] *'Decimo die mensis huius se-
ptimi, dies expiationum erit celeberri-
mus, & vocabitur sanctus: affligetísque
animas vestras in eo, & offeretis holo-
[28] caustum Domino. *Omne opus seruи-
le non facietis in tẽpore diei huius: quia
dies propitiationis est, vt propitietur vo-
[29] bis Dominus Deus vester. *Omnis ani-
ma quæ afflicta non fuerit die hac, peri-
bit de populis suis: [30] *& quæ operis quip-
piam fecerit, delebo eam de populo suo.
[31] *Nihil ergo operis facietis in eo: legiti-
mum sempiternum erit vobis in cunctis
generationib⁹, & habitationibus vestris.
[32] *sabbathum requietionis est, & affligе-
tis animas vestras die nono mẽsis. A ve-
spera vsq. ad vesperam celebrabitis sab-
[33] batha vestra. *Et locutus est Dominus
[34] ad Moysen, dicẽs, *Loquere filiis Israël,
A quintodecimo die mensis huius septi-
mi, erunt feriæ tabernaculorum septem
[35] diebus Domino. *Dies primus vocabi-
tur celeberrimus atq. sanctissimus: om-
[36] ne opus seruile non facietis in eo. *Et se-
ptem diebus offeretis holocausta Domi-
no. 'dies quoque octauus erit celeberri- Iob.1, 37.
mus atque sanctissimus, & offeretis ho-
locaustum Domino: est enim cœtus at-
que collectæ: omne opus seruile non fa-
[37] cietis in eo. *Hæ sunt feriæ Domini,
quas vocabitis celeberrimas atque san-
ctissimas, offeretisque in eis oblationes
Domino, holocausta & libamenta iuxta
[38] ritum vniuscuiusq. diei: *Exceptis sab-
bathis Domini, doniſque vestris, & quæ
offeretis ex voto, vel quæ sponte tribue-
[39] tis Domino. *A quintodecimo ergo die
mensis septimi, quando congregaueritis
omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis
ferias Domini septem diebus. die primo
& die octauo erit sabbathum, id est re-
[40] quies. *Sumetisq. vobis die primo fru-
ctus arboris pulcherrimæ, spatulasque
palmarum, & ramos ligni densarũ fron-
dium, & salices de torrente, & lætabimi-
[41] ni coram Domino Deo vestro. *celebra-
bitisque solemnitatem eius septem die-
bus per annum. legitimũ sempiternum
erit in generationibus vestris. Mense se-
[42] ptimo festa celebrabitis, *& habitabitis
in vmbraculis septem diebus. omnis qui
de genere est Israel, manebit in taberna-
[43] culis: *vt discant posteri vestri quòd in
tabernaculis habitare fecerim filios Is-
rael, cùm educerem eos de Terra Ægy-
[44] pti. ego Dominus Deus vester. *Locu-
tusque est Moyses super solemnitatibus
Domini ad filios Israel.

CAP. XXIIII.

[1] ET locutus est Dominus ad Moysen,
[2] dicens, *Præcipe filiis Israel, vt affe-
rant tibi oleum de oliuis purissimum ac
lucidum, ad concinnandas lucernas iu-
[3] giter, *extra velum testimonij in taber-

naculo fœderis. Ponétque eas Aaron à
vespere vsque in manè coram Domino,
cultu rituque perpetuo in generationi-
bus vestris. *Super candelabrum mun- 4
dissimum ponentur semper in conspe-
ctu Domini. *Accipies quoq. similam, 5
& coques ex ea duodecim panes, qui sin-
guli habebunt duas decimas: *quorum 6
senos altrinsecus super mensam purissi-
mam coram Domino statues; *& pones 7
super eos thus lucidissimum, vt sit panis
"Domi- in monimentum oblationis "Domini'.
no 1 MS. H. C. G. *Per singula sabbatha mutabuntur co- 8
ram Domino suscepti à filiis Israel fœ-
dere sempiterno: *'eruntque Aaron & 9
Exo.29,33. filiorum eius, vt comedant eos in loco
Mat. 12,4. Sup.6,31. sancto: quia sanctum sanctorum est de
sacrificiis Domini iure perpetuo. *Ecce 10
autem egressus filius mulieris Israeliti-
dis, quem pepererat de viro Ægyptio
inter filios Israel, iurgatus est in castris
cum viro Israelite. *Cúmque blasphe- 11
masset nomen Domini, & maledixisset
ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur
autem mater eius Salumith filia Dabri
de tribu Dan.) *Miserúntque eum in 12
carcerem, donec nossent quid iuberet
Dominus. *Qui locutus est ad Moysen, 13
dicens, *Educ blasphemum extra ca- 14
stra, & ponant omnes qui audierunt, ma-
nus suas super caput eius, & lapidet eum
populus vniuersus. *Et ad filios Israel 15
loquêris, Homo qui maledixerit Deo
suo, portabit peccatum suum: *& qui 16
blasphemauerit nomen Domini, morte
moriatur: lapidibus opprimet eũ omnis
2 MS. H. C. G. At à Rad. non tollitur. multitudo populi', siue ille ciuis, siue pe-
regrinus fuerit. Qui blasphemauerit
nomen Domini, morte moriatur. *'Qui 17
Exo.21,12. percusserit, & occiderit hominem, mor-
te moriatur. *Qui percusserit animal, 18
"reddat MS. Rad. G. futurum verò vt Texus habet, est R. H. & C. "reddet' vicarium, id est animam pro ani-
ma. *Qui irrogauerit maculam cuilibet 19
ciuium suorum: 'sicut fecit, sic fiet ei:
Mat. 5,38. Exo.21,24 Deu.19,21. *fracturam pro fractura, oculum pro 20
oculo, dentem pro dente restituet. qua-
lem inflixerit maculam, talem sustinere
cogetur. *Qui percusserit iumentum, 21
"reddat MS. Rad. "reddet' aliud. Qui percusserit hominẽ,
punietur. *Æquum iudicium sit inter 22
vos, siue peregrinus, siue ciuis peccaue-
rit: quia ego sum Dominus Deus vester.
*Locutusq. est Moyses ad filios Israel, 23
& eduxerunt eum qui blasphemauerat,
extra castra, ac lapidibus oppresserunt.
Feceruntque filij Israel sicut præceperat
Dominus Moysi.

CAP. XXV.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen 1
in monte Sinai, dicens, *Loquere fi- 2
liis Israël, & dices ad eos, Quãdo ingres-
si fueritis terram quam ego dabo vobis,
'sabbathizet' sabbathum "Domini'. *Sex 3
Exo.23,10. *populo. *terra M. C. G. Textus Rad. ceformis "Domino MS. R. H. C. G. Pro Texus Rad. sein. "gignit MS. Rad. G. annis seres agrum tuum, & sex annis pu-
tabis vineam tuam, colligésque fructus
eius: *septimo autem anno sabbathum 4
erit terræ, requietionis Domini: agrum
non seres, & vineam non putabis. *Quæ 5
sponte "gignet' humus, non metes: &
vuas primitiarum tuarum non colliges
quasi vindemiam: annus enim requie-
tionis terræ est: *sed erunt vobis in ci- 6
bum, tibi & seruo tuo, ancillæ *& mer- *tuæ MS. Rad. H. C. G.
cenario tuo, & aduenæ qui "peregrinatur "peregri-
nantur MS. R. H. C. Texus autem Rad. consentit, & ad G. accedit.
apud te: *iumẽtis tuis & pecoribus om- 7
nia quæ nascuntur, præbebunt cibum.
*Numerabis quoque tibi septem heb- 8
domadas annorum, id est septies septem,
quæ simul faciunt annos quadraginta
nouem: *& clangens buccina mense se- 9
ptimo, decima die mensis, propitiatio-
nis tempore in vniuersa terra vestra.
*Sanctificabísque annum quinquagesi- 10
mum, & vocabis remissionem cunctis
habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim iu-
bileus. Reuertetur homo ad possessio-
nem suam, & vnusquisque rediet ad fa-
miliam pristinam: *quia iubileus est & 11
quinquagesimus annus. Non seretis at-
que metetis sponte in agro nascentia, &
primitias vindemiæ non colligetis, *ob 12
sanctificationem iubilei, sed statim "ob- *ablata MS. R. Rad. autem oblatam legit, & sic deinceps fabricauit. Has posterior 12. versus pars, ab H. C. & G. ad hunc legitur modum: De agro comedetis fructum eius.
lata' comedetis. *Anno iubilei redient 13
omnes ad possessiones suas. *quãdo ven- 14
des quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne
contristes fratrem tuum, sed iuxta nu-
merum annorum iubilei emes ab eo,
*& iuxta supputationem frugum ven- 15
det tibi. *Quanto plures anni remanse- 16
rint post iubileum, tanto crescet & pre-
tium, &

tium: & quanto minus temporis nume-
raueris, tanto minoris & emptio constabit. tempus enim frugum vendet tibi.
*Nolite affligere contribules vestros, sed 17
timeat vnusquisque Deum suum, quia
ego Dominus Deus vester. *Facite præ- 18
cepta mea, & iudicia custodite, & im-
plete ea: vt habitare possitis in terra abs-
que vllo pauore, *& gignat vobis humus 19
fructus suos, quibus vescamini vsque ad
saturitatem, nullius impetũ formidan-
tes. *Quòd si dixeritis, Quid comede- 20
mus anno septimo, si non seuerimus, ne-
que collegerimus fruges nostras? *Dabo 21
benedictionem meã vobis anno sexto,
& faciet fructus trium annorum: *sere- 22
tisq. anno octauo, & comedetis veteres
fruges vsq. ad nonum annũ: donec noua
nascantur, edetis vetera. *Terra quoq. 23
non vendetur in perpetuum: quia mea
est, & vos aduenæ & coloni mei estis.
*vnde cuncta regio possessionis vestræ 24
sub redemptionis conditione vendetur.
*Si attenuat⁹ frater tuus vendiderit pos- 25
sessiunculam suam, & voluerit propin-
qu⁹ eius, potest redimere quod ille ven-
diderat. *sin autem non habuerit proxi- 26
mum, & ipse pretium ad redimendum
potuerit inuenire: *computabũtur fru- 27
ctus ex eo tẽpore quo vendidit: & quod
reliquum est, reddet emptori, sicque re-
cipiet possessionem suam. *quòd si non 28
inuenerit manus eius vt reddat pre-
tium: habebit emptor quod emerat, vsq.
ad annum iubileum. In ipso enim om-
nis venditio redibit ad dominum, & ad
possessorem pristinum. *Qui vendiderit 29
domũ intra vrbis muros, habebit licen-
tiam redimendi, donec vnus impleatur
annus. *si nõ redemerit, & anni circulus 30
fuerit euolutus, emptor possidebit eam,
& posteri eius in perpetuum, & redimi
non poterit, etiam in iubileo. *Sin aũt in 31
villa fuerit domus, quæ muros non ha-
bet, agrorum iure vendetur. si antè re-
dempta non fuerit, in iubileo reuerte-
tur ad dominum. *Ædes Leuitarum 32
quæ in vrbibus sunt, semper possunt re-
dimi: *si redemptæ non fuerint, in iubi- 33
leo reuertẽtur ad dominos, quia domus
vrbium "Leuitarum' pro possessionibus "Leuitarum MS. Rad. Verum quæ textum occupat, lectio, R. H. C. & G. refundet.
34 sunt inter filios Israel. *Suburbana au-
tem eorum non veneant, quia possessio
35 sempiterna est. *Si attenuatus fuerit
frater tuus, & infirmus manu, & susce-
peris eum quasi aduenã & peregrinum,
36 & vixerit tecum, *ne accipias vsuras ab
eo, nec amplius quàm dedisti. time Deũ
tuum, vt viuere possit frater tuus apud
37 te. *Pecuniam tuam non dabis ei ad
vsuram, & frugum superabundantiam
38 non exiges. *Ego Dominus Deus vester,
qui eduxi vos de Terra-Ægypti, vt da-
rem vobis Terram-Chanaan, & essem
39 vester Deus. *Si paupertate compul-
sus vendiderit se tibi frater tuus, nõ eum
40 opprimes seruitute famulorum, *sed
quasi mercenarius & colonus erit: vsq.
ad annum iubileum operabitur apud te,
41 *& postea egredietur cum liberis suis,
& reuertetur ad cognationem & ad pos-
42 sessionem patrum suorum. *mei enim
serui sunt, & ego eduxi eos de Terra-
Ægypti. non veneant conditione seruo-
43 rum: *ne affligas eum per potentiam,
44 sed metuito Deum tuum. *Seruus &
ancilla sint vobis de nationibus quæ in
45 circuitu vestro sunt. *Et de aduenis qui
peregrinantur apud vos, vel qui ex his
nati fuerint in terra vestra, hos habebitis
46 famulos: *& hæreditario iure transmit-
tetis ad posteros, ac possidebitis in æter-
num. fratres autem vestros filios Israel
47 ne opprimatis per potentiam. *Si inua-
luerit apud vos manus aduenæ atque
peregrini, & attenuatus frater tuus ven-
diderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius:
48 *post venditionem potest redimi. Qui
voluerit ex fratribus suis, redimet eum,
49 *& patruus, & patruelis, & consangui-
neus, & affinis. Sin autem & ipse potue-
50 rit, redimet se, *supputatis dumtaxat
annis à tempore venditionis suæ vsque
in annum iubileũ: & pecunia qua ven-
ditus fuerat, iuxta annorum numerum
51 & rationem mercenarij supputata. *Si
plures fuerint anni qui remanent vsque
ad iubileum, secundùm hos reddet &
52 pretium. *si pauci, ponet rationem cum
eo iuxta annorum numerum, & reddet

emptori quod reliquum eſt annorum,
[53] quibus antè ſeruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum violenter in conſpectu tuo. [54] Quòd ſi per hæc redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis ſuis. [55] Mei enim ſunt ſerui, filij Iſrael, quos eduxi de Terra-Ægypti.

CAP. XXVI.

Exo.20,4. Deut. 5, 8. Pſal.96,7. [1] EGo Dominus Deus veſter, 'Non facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. ego enim ſum Dominus Deus veſter.
[2] Cuſtodite ſabbata mea, & pauete ſanctuarium meum. ego Dominus.
Deu.28,1. [3] 'Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea,
[4] dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur.
[5] Apprehendet meſſium tritura vindeniam, & vindemia occupabit ſementem: & comedetis
Iob 11,19. panem veſtrum in ſaturitate, '& abſq. pauore habitabitis in terra veſtra.
[6] Dabo pacem in finibus veſtris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas beſtias: & gladius non tranſibit terminos veſtros.
[7] Perſequemini inimicos veſtros, & corruent coram vobis.
[8] perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro.
[9] Reſpiciã vos, & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum.
[10] Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis.
[11] Ponam tabernacul um meum in medio veſtri,
2 Cor.6,16 [12] & non abiiciet vos anima mea. 'Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, vóſque eritis populus meus.
[13] Ego Dominus Deus veſter: qui eduxi vos de Terra-Ægyptiorum, ne ſeruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum veſtrarum, vt incederetis erecti.
Deu.28,15 Thren 2,17 Mal. 2,2. [14] 'Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia
[15] mãdata mea, ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum:
[16] ego quoque hæc faciam vobis, Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & cõſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſemẽtem,
[17] quæ ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubiiciemini his qui oderũt vos. fugietis nemine perſequente.
[18] Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra,
[19] & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboque vobis cælum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam.
[20] Conſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.
[21] Si ambulaueritis ex aduerſo mihi, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras vſque in ſeptuplum propter peccata veſtra:
[22] immittámque in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæque fiant viæ veſtræ.
[23] Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinã, ſed & ambulaueritis ex aduerſo mihi:
[24] ego quoq. contra vos aduerſus incedam, & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra.
[25] inducámque ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. Cúmque confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manib⁹ hoſtium,
[26] poſtquam confregero baculum panis veſtri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus; & comedetis, & non ſaturabimini.
[27] Sin autem nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis contra me:
[28] & ego incedã aduerſus vos in furore contrario, & corripiam vos ſeptem plagis
[29] propter peccata veſtra, ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorũ & filiarum
[30] veſtrarum. deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra confringam. Cadetis inter ruinas idorum veſtrorum, & abominabitur vos anima mea,
[31] in tantũ vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria veſtra, nec recipiam vltrà odorem ſuauiſſimum.
[32] Diſperdámque terram veſtram, & ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri, cùm habitatores

*Et H.C. G.
quoque MS. Tem ori hoc, & præcedenti loco Rad. ſuffragatur.
veſtra MS.H.C. G.A Rad. autem non legitur.

tatores illius fuerint.
[33] vos autem diſpergam in Gentes, & euaginabo poſt vos gladium, erítque terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ.
[34] Tunc placebunt terræ ſabbatha ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ: quando fueritis in terra hoſtili, ſabbathizabit, & requieſcet
[35] in ſabbathis ſolitudinis ſuæ, eò quòd non requieuerit in ſabbathis veſtris quando habitabatis in ea.
[36] Et qui de vobis remanſerint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient quaſi gladium: cadent nullo perſequente,
[37] & corruẽt ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes, nemo veſtrum inimicis audebit reſiſtere.
[38] peribitis inter Gentes, & hoſtilis vos terra conſumet.
[39] Quòd ſi & de iis aliqui remanſerint, tabeſcent in iniquitatibus ſuis, in terra inimicorum ſuorum, & propter peccata
[40] patrum ſuorum & ſua affligẽtur: donec confiteantur iniquitates ſuas, & maiorum ſuorum, quibus præuaricati ſunt in me, & ambulauerũt ex aduerſo mihi.
[41] Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircunciſa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus ſuis.
[42] Et recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob, & Iſaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero:
[43] quæ cùm relicta fuerit ab eis, complacebit ſibi in ſabbathis ſuis, patiens ſolitudinem propter illos. Ipſi verò rogabũt pro peccatis ſuis, eò quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas deſpexerint.
[44] Attamen etiam cùm eſſent in terra hoſtili, non penitus abieci eos, neque ſic deſpexi vt conſumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim ſum Dominus Deus eorum,
[45] & recordabor fœderis mei priſtini, quando eduxi eos de Terra-Ægypti in conſpectu Gentium, vt eſſem Deus eorum. ego Dominus Deus'.
[46] Hæc ſunt iudicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter ſe & inter filios Iſrael in monte Sinai per manum Moyſi.

malorũ ſuorum recordentur o.
'3 MS. H.C.G.

CAP. XXVII.

[1] LOcutúſq. eſt Dominus ad Moyſen,
[2] dicens, Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animã ſuam, ſub æſtimatione dabit pretium.
[3] Si fuerit maſculus à viceſimo anno vſque ad ſexageſimum annum, dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram ſanctuarij:
[4] ſi mulier, triginta.
[5] A quinto autem anno vſque ad viceſimum, maſculus dabit viginti ſiclos: fœmina decem.
[6] Ab vno menſe vſque ad annum quintum, pro maſculo dabuntur quinque ſicli: pro fœmina tres.
[7] Sexagenarius & vltrà maſculus dabit quindecim ſiclos: fœmina
[8] decem. Si pauper fuerit, & æſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote: & quantum ille æſtimauerit, & viderit eum poſſe reddere, tantũ dabit.
[9] Animal autem quod immolari poteſt Domino, ſi quis vouerit, ſanctum
[10] erit, & mutari non poterit, id eſt, nec melius malo, nec peius bono. quod ſi mutauerit: & ipſum quod mutatũ eſt, & illud pro quo mutatum eſt, conſecratũ erit Domino.
[11] Animal immundum quod immolari Domino non poteſt, ſi quis vouerit, adducetur ante ſacerdotem.
[12] qui diiudicans vtrum bonum an malum ſit, ſtatuet pretium.
[13] quod ſi dare voluerit is qui offert, addet ſuper æſtimationem quintam partem.
[14] Homo ſi vouerit domum ſuam, & ſanctificauerit Dño, conſiderabit eam ſacerdos vtrum bona an mala ſit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit conſtitutum, venundabitur:
[15] ſin autem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æſtimationis ſuprà, & habebit domum.
[16] Quòd ſi agrum poſſeſſionis ſuæ vouerit, & conſecrauerit Domino: iuxta menſurã ſementis æſtimabitur pretiũ. ſi triginta modiis hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venundetur argenti.
[17] Si ſtatim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur.
[18] ſin autem poſt aliquantum temporis: ſupputabit ſacerdos pecuniam iuxta annorum, qui reli-

"Domino MS. R.H.G.G.
* ad 2 MS. A R. autem & Rad. non legitur.
*Domino 1 MS. Rad. H.G. G.
*autem 13 MS. H.C.G.G.

qui ſunt, numerum vſque ad iubileum, & detrahetur ex pretio. [19] Quòd ſi voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ, & poſſidebit eum. [20] Sin autem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat redimere non poterit: [21] quia cùm iubilei venerit dies, ſanctificatus erit Domino, & poſſeſſio cõſecrata ad ius pertinet ſacerdotum. [22] Si ager emptus eſt, & non de poſſeſſione maiorum ſanctificatus fuerit Domino, [23] ſupputabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſq. ad iubileum, pretium: & dabit ille qui vouerat eum, Domino. [24] in iubileo autem reuertetur ad priorem dominum qui vendiderat eum, & habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ. [25] Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. [26] Primogenita quæ ad Deum pertinent, nemo ſanctificare poterit & vouere; ſiue bos, ſiue ouis fuerit: Domini ſunt. [27] Quòd ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit iuxta ęſtimationem ſuam, & addet quintam partem pretij. ſi redimere noluerit, vendetur alteri quantumcunq. fuerit antè æſtimatum. [28] Omne quod Domino cõſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non veniet, nec redimi poterit. Quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino. [29] Et omnis conſecratio quæ offertur ab homine, nõ redimetur, ſed morte morietur. [30] Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborũ, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. [31] Si quis autem voluerit redimere decimas ſuas, addet quintã partem earum. [32] Omnium decimarum bouis & ouis & caprę, quę ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. [33] Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. ſi quis mutauerit: & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino, & non redimetur. [34] Hæc ſunt præcepta quę mandauit Dominus Moyſi ad filios Iſrael in monte Sinai.

Exo. 30, 13. Num. 3, 47. Eze. 45, 12

"tuam MS. H. Q. n.

Iof. 6, 24, 39.

R. H. G. At 2 MS. & Rad. legit.

"Dominum MS. R. Rad. H. C. G.

LIBER NVMERI,
HEBRAICE,
VAIEDABBER,
ID EST,
ET LOCVTVS EST.

CAPVT I.

[1] OCVTVSQVE eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die menſis ſecundi, anno altero egreſſionis eorũ ex Aegypto, dicens: [2] Tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorum Iſrael per cognationes & domos ſuas, & nomina ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini [3] à viceſimo anno & ſuprà, omnium virorum fortium ex Iſrael, & numerabitis eos per turmas ſuas, tu & Aaron. [4] Erúntq. vobiſcum principes tribuum ac domorum [5] in cognationibus ſuis, quorum iſta ſunt nomina: De Rubẽ, Eliſur filius Sedeur. [6] De Simeon, Salamiel filius Suriſaddai. [7] De Iuda, Nahaſſon, filius Aminadab. [8] de Iſſachar, Nathanaël filius Suar. [9] de Zabulon, Eliab filius Helon. [10] Filiorum autẽ Ioſeph, de Ephraim, Eliſama filius Ammiud. de Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſeur. [11] De Ben-iamin, Abidan filius Gedeonis: [12] de Dan, Ahiézer filius Ammi-

Exo. 30, 12.

Ammiſaddai. [13] de Aſer, Phegiel filius Ochran. [14] de Gad, Eliaſaph filius Duel. [15] de Nephthali, Ahira filius Enan. Hi nobiliſſimi principes multitudinis per [16] tribus & cognationes ſuas, & capita exercitus Iſrael: quos tulerunt Moyſes & [17] Aaron cum omni vulgi multitudine, [18] & congregauerunt primo die menſis ſecundi, recenſentes eos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina ſingulorum à viceſimo anno & [19] ſuprà, ſicut præceperat Dominus Moyſi. Numeratíque ſunt in deſerto Sinai. [20] De Ruben primogenito Iſraëlis per generationes & familias ac domos ſuas, & nomina capitum ſingulorum, omne quod ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà, procedentium ad bellum, [21] quadraginta ſex millia quingenti. [22] De filiis Simeon per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina & capita ſingulorum, omne quod ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà, procedentium ad bellum, [23] quinquaginta nouem millia trecenti. [24] De filiis Gad per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viginti annis & ſuprà, omnes qui ad bella procederent, [25] quadraginta quinque millia ſexcenti quinquaginta. [26] De filiis Iuda per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum, per nomina ſingulorũ à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, [27] recenſiti ſunt ſeptuaginta quatuor millia ſexcenti. [28] De filiis Iſſachar, per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum, per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui ad bella procederent, [29] recenſiti ſunt quinquaginta quatuor millia quadringenti. [30] De filiis Zabulon per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, [31] quinquaginta ſeptem millia quadringenti. [32] De filiis Ioſeph, filiorum Ephraim per generationes, familias, ac domos cognatio-

"ſuas MS. H. C. G.

"ſuas MS. H. C. G.

num ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, [33] quadraginta millia quingenti. [34] Porrò filiorum Manaſſe per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ à viginti annis & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, [35] triginta [36] duo millia ducenti. De filiis Ben-iamin per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorũ à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, [37] triginta quinque millia qua- [38] dringenti. De filiis Dan per generationes, & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes [39] qui poterant ad bella procedere, ſexa- [40] ginta duo millia ſeptingenti. De filiis Aſer per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recẽſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella [41] procedere, quadraginta millia & mille [42] quingenti. De filiis Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum ſuarũ recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, [43] quinquaginta tria millia quadringenti. [44] Hi ſunt quos numerauerunt Moyſes & Aaron, & duodecim principes Iſraël, ſingulos per domos cognationum ſuarum. [45] Fueruntque omnis numerus filiorum Iſrael per domos & familias ſuas à viceſimo anno & ſuprà, qui poterant [46] ad bella procedere, ſexcenta tria millia [47] virorũ quingenti quinquaginta. Leuitæ autem in tribu familiarum ſuarũ non [48] ſunt numerati cum eis. Locutuſq. eſt [49] Dñs ad Moyſen, dicens: Tribum Leui noli numerare, neque pones ſummam [50] eorum cum filiis Iſrael: ſed conſtitue eos ſuper tabernaculum teſtimonij & cuncta vaſa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. Ipſi portabunt tabernaculum & omnia vtenſilia eius: & erunt in miniſterio, ac per gyrũ tabernaculi me-

tabuntur. 51 Cùm proficiscendum fuerit, deponet Leuitæ tabernaculum: cùm
"castra metanda', erigent. quisquis "externorum' accesserit, occidetur. 52 Metabuntur autem castra filij Israel vnusquisque
"castrametandũ, 1 MS. Q. n. "exterorum MS. "extraneorum, Rab.
per turmas & cuneos atque exercitum suum. 53 Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonij. 54 Fecerũt ergo filij Israel iuxta omnia quæ præceperat Dñs Moysi.

CAP. II.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, 2 Singuli, per turmas, signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum, castrametabuntur, "filiorum' Israel, per gyrum tabernaculi fœderis. 3 Ad Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: erítq. princeps filiorum eius Nahasson filius Aminadab. 4 & omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuagintaquatuor millia "sexcentorum'. 5 Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanaël filiꝰ Suar.
"filij 3 MS. R. Rab.
"sexcenti R. Rab.
6 & omnis numerus pugnatorum eius quinquagintaquatuor millia quadringenti. 7 In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon. 8 omnisque de stirpe eius exercitus pugnatorum, quinquagintaseptem millia quadringenti. 9 Vniuersi qui in castris Iudæ annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti: & per turmas suas primi egredientur. 10 In castris filiorum Ruben ad meridianã plagam erit princeps Elisur filius Sedeur. 11 & cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingẽti. 12 Iuxta eum crastrametati sunt de tribu Simeõ: quorũ princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. 13 & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quinquagintanouem millia trecenti. 14 In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel.
15 & cũctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta. 16 Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringẽti quinquaginta per turmas suas: 17 in secundo loco proficiscentur. Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarum & turmas eorum. quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur. 18 Ad Occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud.
19 cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti. 20 Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. 21 cunctusque exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, trigintaduo millia ducenti. 22 In tribu filiorum Ben-iamin princeps fuit Abidan filius Gedeõnis. 23 & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recensiti sunt, trigintaquinq. millia quadringenti. 24 Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, cẽtum octo millia centum per turmas suas: tertij proficiscentur. 25 Ad Aquilonis partem castra metati sunt filij Dan: quorum princeps fuit Ahi-ẽzer filius Ammi-saddai. 26 cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, sexagintaduo millia septingenti. 27 Iuxta eum fixêre tentoria de tribu Aser: quorũ princeps fuit Phegiel filius Ochran. 28 cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti. 29 De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. 30 cunctus exercitus pugnatorũ eius, quinquaginta tria millia quadringenti. 31 Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquagintaseptem millia sexcenti: & nouissimi proficiscentur. 32 Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum & turmas diuisi exercitus, sexcentatria millia quingenti quinquaginta. 33 Leuitæ autẽ non sunt numerati inter filios Israel: sic enim præceperat Dñs Moysi. 34 Fecerúntq. filij Israel iuxta omnia quæ mãdauerat Dñs. Castra metati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorum.

CAP.

CAP. III.

1 HÆ sunt generationes Aaron & Moysi in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. 2 Et
Exo.6,23. hæc nomina filiorum Aaron: "primogenitus eius Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. 3 Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotũ qui vncti sunt, & quorum repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur. 4 "Mortui sunt
Leu.10,2. 1 Par.24,2 Infr.26,61 enim Nadab & Abiu cùm offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis: functíque sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. 5 Locutúsque est
Infr.8,9. 1 Esd.6,28. Dominus ad Moysen, dicens, 6 Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis vt ministrent ei, 7 & excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, 8 & custodiant vasa tabernaculi, seruiẽtes in ministerio eius.
9 Dabísque dono Leuitas Aaron & filiis eius, 10 quibus traditi sunt à filiis Israel. Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus qui ad ministrandum accesserit, morietur. 11 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 12 Ego tuli Leuitas à filiis Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam in filiis Israel, erúntque Leuitæ mei.
13 Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussi "primogenitos in Terra Ægypti: sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israël ab homine vsq. ad pecus, mei sunt: ego Dominus.
Infr.8,16. Exo.13,2. 34,19.
14 Locutúsque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens: 15 Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & suprà. 16 "Numerauit Moyses vt præceperat Dñs, 17 & inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. 18 Filij Gerson: Lebni & Semei. 19 Filij
Exo.6,17. 1 Par.6,1. & 23,6. Infr.26,57. Caath: Amram, & Iesaar, Hebron, & Oziel. 20 Filij Merari: Moholi, & Musi.
21 De Gerson fuêre familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: 22 quarum numeratus est "populꝰ sexus masculini ab vno mense & suprà, septẽ millia "quingentorum'.
"quingenti R. G.
23 Hi post tabernaculum metabuntur ad
24 Occidẽtem 25 sub principe Heliasaph filio Lael. 26 Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, "ipsum tabernaculum & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentorium quoq. quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtensilia eius.
27 Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hę sunt familię Caathitarum,
28 recensitæ per nomina sua: 29 omnes generis masculini ab vno mẽse & suprà, octo millia sexcenti. habebunt excubias sanctuarij, 30 & castrametabuntur ad meridianam plagam. 31 Princépsque eorũ erit Elisaphan filius Oziel: 32 & custodient arcam, mensamque & candelabrum, altaria & vasa sanctuarij, in quibus ministratur, & velum, cunctámque huiuscemodi supellectilem. 33 Princeps autem principum Leuitarum Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ sanctuarij. 34 At verò de Merari erunt populi Moholitæ & Musitæ recẽsiti per
nomina sua: 35 omnes generis masculini ab vno mense & suprà, sex millia ducenti. 36 Princeps eorũ Suriel filius Abihaiel. in plaga septentrionali castrametabuntur. 37 Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi & vectes, & columnę ac bases earum, & omnia quæ ad cultum huiuscemodi pertinent: 38 columnæq. atrij per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus. 39 Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id est ad Orientalem plagam, Moyses & Aaron cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarij in medio filiorũ Israel. quisquis alienus accesserit, morietur. 40 Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino à mense vno & suprà, fuerunt vigintiduo millia.
41 Et ait Dominus ad Moysen, Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel ab vno mense & suprà, & habebis summam eorum. 42 Tollésque Leuitas

mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus: & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israël. [42] Recensuit Moyses sicut præceperat Dominus primogenitos filiorum Israel. [43] & fuerunt masculi per nomina sua, à mense vno & suprà, vigintiduo millia ducenti septuagintatres. [44] Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: [45] Tolle Leuitas pro primogenitis filiorũ Israël, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum: erúntq. Leuitæ mei. ego sum Dominus. [46] in pretio autem ducentorum septuagintatrium qui excedunt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israël, [47] accipies quinq. siclos per singula capita ad mensuram sanctuarij. Siclus habet viginti obolos. [48] Dabísque pecuniam Aaron & filiis eius pretium eorum qui suprà sunt. [49] Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis [50] pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexagintaquinque siclorum iuxta pondus sanctuarij,

Exo.30, 13. Leu.27, 25. Eze.45, 12. Infr.18, 16.

[51] & dedit eam Aaron & filiis eius iuxta verbũ quod præceperat sibi Dominus.

CAP. IIII.

[1] Locutúsq. est Dominus ad Moysen [2] & Aaron, dicens: Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarũ per domos & familias suas, [3] à triceſimo anno & suprà vsque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur vt stent & ministrẽt in tabernaculo fœderis. [4] Hic est cultus filiorum Caath, Tabernaculum fœderis & Sanctum sanctorum [5] ingredietur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponent velum quod pendet ante fores, [6] inuoluéntque eo arcam testimonij, & operient rursum "velamen' "ianthinarum' pellium, extendéntque désuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes. [7] Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponẽt cum ea thuribula & mortariola, cyathos, & crateras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt: [8] extendéntq. désuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento "ianthinarum' pellium, & inducent vectes. [9] Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctoriis & cunctis vasis olei, quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt: [10] & super omnia ponent operimentum "ianthinarum' pellium, & inducent vectes. [11] Nec non & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extẽdent désuper operimentum "ianthinarum' pellium, inducéntq. vectes. [12] Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, & extendent désuper operimentum "ianthinarum' pellium, induc[13]éntque vectes. [13] Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, [14] ponéntque cum eo omnia vasa quibus in ministerio eius vtuntur, id est, ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine "ianthinarum' pellium, & inducent vectes. [15] Cúmque "inuoluerint' Aaron & filij eius sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: [16] super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium quod semper offertur, & oleum vnctionis, & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniúmque vasorum quæ in sanctuario sunt. [17] Locutúsque est Dominus ad [18] Moysen & Aaron, dicens: Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: [19] sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, si tetigerint Sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt, ipsíque disponent "opera' singulorum, & diuident quid portare quis debeat. [20] Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluantur, [21] alioquin morientur. [22] Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: Tolle

"velamine MS. R. Rab. H. C. G.
"hyacinthinarum MS. R. Rab. G. Q. n.
"hyacinthinum MS. R. G.
"inuoluerit R. H. C. Arab. Syr. Chald. Ioseph. Pagnin.
"onera MS q. R.

summam etiam filiorũ Gerson per domos ac familias & cognationes suas, [23] à triginta annis & suprà, vsque ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. [24] Hoc est officium familiæ Gersonitarum, [25] vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis operimentum aliud, & super omnia velamen "ianthinum' tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, [26] cortinas atrij, & velum in introitu quod est ante tabernaculũ. Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos, & vasa ministerij, [27] iubente Aaron & filiis eius, portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeant oneri mancipari. [28] Hic est cultus familię Gersonitarum in tabernaculo fœderis, erúntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. [29] Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensebis [30] à triginta annis & suprà, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui & cultum fœderis testimonij. [31] Hæc sunt onera eorum: Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac bases earum, [32] columnas quoque atrij per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt. [33] Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: erúntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. [34] Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & principes synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrum suorum [35] à triginta annis & suprà, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis: [36] & inuenti sunt duo millia septingẽti quinquaginta. [37] Hic est numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi. [38] Numerati sunt & filij Gerson per cognationes, & domos patrũ suorũ, [39] à triginta annis & suprà, vsq. ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis: [40] & inuenti sunt duo millia sexcenti triginta. [41] Hic est populus Gersonitarũ, quos numerauerunt Moyses & [42] Aaron iuxta verbum Domini. [43] Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrum suorum [44] à triginta annis & suprà, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis: [45] & inuenti sunt tria millia ducenti: [46] hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerũt Moyses & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moysi. [47] Omnes qui recẽsiti sunt de Leuitis, & quos fecit ad nomen Moyses & Aaron, & principes Israel per cognationes & [48] domos patrum suorum [49] à triginta annis & suprà, vsque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, [50] fuerunt simul octo millia quingenti octoginta. [51] Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses, vnumquemque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

"hyacinthinum MS. R. G.

recensebi R. H. C. G.

CAP. V.

[1] Locutúsq. est Dominus ad Moysen, [2] dicens: Præcipe filiis Israël, vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutúsque est super mortuo: [3] tam masculũ quàm feminã eiicite de castris, ne contaminent ea cùm habitauerint vobiscum. [4] Fecerúntque ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, [5] sicut locutus erat Dominus Moysi. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: [6] Loquere ad filios Israel: Vir siue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiã transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, [7] confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamque partem [8] desuper ei in quẽ peccauerint. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. [9] Omnes quoque primitiæ quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem

Leu. 6, 5.

perti-

pertinent: *& quicquid in sanctuarium 10
offertur à singulis, & traditur manibus
sacerdotis, ipsius erit. *Locutúsque est 11
Dominus ad Moysen, dicens: *Loque- 12
re ad filios Israel, & dices ad eos: Vir cu-
ius vxor errauerit, maritumque con-
temnens *dormierit cum altero viro, & 13
hoc maritus deprehendere non quiue-
rit, sed latet adulterium, & testibus ar-
gui non potest, quia non est inuenta in
stupro: *si spiritus zelotypiæ concitaue- 14
rit virum contra vxorem suam, quę vel
polluta est, vel falsa suspicione appetitur:
*adducet eam ad sacerdotem, & offe- 15
ret oblationẽ pro illa decimam partem
sati farinæ hordeaceæ: non fundet super
eam oleum, nec imponet thus: quia sa-
crificium zelotypiæ est, & oblatio inue-
stigans adulterium. *Offeret igitur eam 16
sacerdos, & statuet coram Domino.
*assumétque aquam sanctam in vase fi- 17
ctili, & pauxillum terræ de pauimento
tabernaculi mittet in eam. *Cúmq. ste- 18
terit mulier in conspectu Domini, disco-
operiet caput eius, & ponet super ma-
nus illius sacrificium recordationis, &
oblationem zelotypiæ: ipse autem tene-
bit aquas amarissimas, in quibus cũ exe-
cratione maledicta congessit. *adiura- 19
bítque eam, & dicet: Si nõ dormiuit vir
alienus tecum, & si non polluta es deser-
to mariti thoro, non te nocebunt aquæ
istæ amarissimæ, in quas maledicta con-
gessi. *Sin autem declinasti à viro tuo, 20
atque polluta es, & concubuisti cum al-
tero viro: *his maledictionibus subiace- 21
bis: Det te Dominus in maledictionem,
exemplúmq. cũctorum in populo "suo':
putrescere faciat femur tuũ, & tumens
vterus tuus disrumpatur. *ingrediantur 22
aquæ maledictæ in ventrem tuum, &
vtero tumescente putrescat femur. Et
respondebit mulier, Amen, amen. *Scri- 23
bétq. sacerdos in libello ista maledicta,
& delebit ea aquis amarissimis, in quas
maledicta congessit, *& dabit ei bibere. 24
Quas cùm exhauserit, *tollet sacerdos 25
de manu eius sacrificium zelotypiæ, &
eleuabit illud corã Domino, imponétq.
illud super altare: ita dumtaxat vt prius,

"tuo 1 MS. H. C. G.

*pugillum sacrificij tollat de eo quod 26
offertur, & incendat super altare: & sic
potum det mulieri aquas amarissimas.
*Quas cùm biberit, si polluta est, & con- 27
tempto viro adulterij rea, pertransibunt
eam aquæ maledictionis, & inflato ven-
tre computrescet femur: erítque mu-
lier in maledictionem, & in exemplum
omni populo. *Quòd si polluta nõ fue- 28
rit, erit innoxia, & faciet liberos. *Ista est 29
lex zelotypiæ. Si declinauerit à viro suo,
& si polluta fuerit, *maritúsque zelo- 30
typiæ spiritu concitatus adduxerit eam in
conspectu Domini, & fecerit ei sacer-
dos iuxta omnia quæ scripta sunt, *ma- 31
ritus absque culpa erit, & illa recipiet
iniquitatem suam.

CAP. VI.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen, 1
dicens, *Loquere ad filios Israël, & 2
dices ad eos: Vir siue mulier cùm fece-
rint votum vt sanctificentur, & se vo-
luerint Domino consecrare: *à vino, & 3
omni quod inebriare potest, abstine-
bunt. Acetum ex vino, & ex qualibet
alia potione, & quicquid de vua expri-
mitur, non bibent: vuas recentes siccas- 4
que non comedent *cunctis diebus qui-
bus ex voto Domino cõsecrantur: quic-
quid ex vinea esse potest, ab vua passa
vsq. ad acinum non comedent. *Omni 5
tempore separationis suę "nouacula non
"transibit" per caput eius vsque ad con-
pletum diem quo Dño consecratur. San-
ctus erit, crescente cæsarie capitis eius.
*Omni tempore consecrationis suæ su- 6
per mortuum non ingredietur, *nec su- 7
per patris quidem & matris & fratris so-
rorísque funere contaminabitur, quia
consecratio Dei sui super caput eius est.
*Omnibus diebus separationis suæ 8
sanctus erit Domino. *Sin autem mor- 9
tuus fuerit subitò quispiam coram eo,
polluetur caput consecrationis eius:
quod radet ilico in eadem die purgatio-
nis suæ, & rursum septima. *in octaua 10
autẽ die offeret duos turtures, vel duos
pullos columbæ sacerdoti in introitu
fœderis testimonij. *faciétque sacerdos 11
vnum pro peccato, & alterum in holo-
caustum,

Iud. 13, 5. "ascendet MS. q. "super 7 MS. Rab. H. C. G.

caustum, & deprecabitur pro eo, quia
peccauit super mortuo: sanctificabítque
caput eius in die illo: *& consecrabit 12
Domino dies separationis illius, offerens
agnum anniculum pro peccato: ita ta-
men vt dies priores irriti fiant, quoniam
polluta est sanctificatio eius. *Ista est lex 13
consecrationis. Cùm dies quos ex voto
decreuerat, complebũtur: adducet eum
ad ostium tabernaculi fœderis, *& offe- 14
ret oblationem eius Domino, agnum
anniculum immaculatum in holocau-
stum, & ouem anniculam immacula-
tam pro peccato, & arietem immacula-
tum, hostiam pacificam, *canistrum 15
quoque panum azymorũ qui conspersi
sint oleo, & lagana absq. fermento vncta
oleo, ac libamina singulorum: *quæ 16
offeret sacerdos coram Domino, & fa-
ciet tam pro peccato, quàm in holocau-
stum. *Arietẽ verò immolabit hostiam 17
pacificam Domino, offerens simul cani-
strum azymorum, & libamenta quæ ex
Act.21,24. more debentur. *'Tunc radetur naza- 18
ræus ante ostium tabernaculi fœderis
cæsarie cõsecrationis suæ: tollétq. capil-
los eius, & ponet super ignẽ, qui est sup-
positus sacrificio pacificorum. *Et ar- 19
mum coctum arietis, tortámque absq.
fermento vnã de canistro, & laganum
azymum vnum, & tradet in manus na-
zarei, postquàm rasum fuerit caput eius.
*Susceptáque rursum ab eo, eleuabit in 20
conspectu Domini: & sanctificata sacer-
dotis erunt, sicut pectusculum quod se-
parari iussum est, & femur. posthæc po-
test bibere nazaræus vinum. *Ista est lex 21
nazaræi, cùm vouerit oblationem suam
Domino tempore consecrationis suæ,
exceptis his quæ inuenerit manus eius.
iuxta quod mente deuouerat, ita faciet
ad perfectionem sanctificationis suæ.
*Locutúsque est Dominus ad Moysen, 22
dicens, *Loquere Aaron & filiis eius, 23
Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis:
*Benedicat tibi Dominus, & custodiat 24
te. *Ostendat Dominus faciem suam 25
tibi, & misereatur tui. *Conuertat Do- 26
minus vultum suum ad te, & det tibi pa-
cem. *Inuocabúntque nomen meum 27

super filios Israel, & ego benedicam eis.

CAP. VII.

FActum est aũt in die qua compleuit 1
Moyses tabernaculũ, & erexit illud:
'vnxítque & sanctificauit cum omnibus Exo. 40, 18.
vasis suis, altare similiter & omnia vasa
eius: *Obtulerunt principes Israel "&' 2
capita familiarum, "qui' erant per singu-
las tribus, præfecti eorum qui numerati
fuerant, * munera coram Domino sex 3
plaustra tecta cum duodecim bobus.
Vnum plaustrum obtulêre duo duces,
& vnum bouem singuli, obtulerúntque
ea in conspectu tabernaculi. *Ait autem 4
Dominus ad Moysen, *Suscipe ab eis vt 5
seruiant in ministerio tabernaculi*, & *testimõ-
trades ea Leuitis iuxta ordinem minis- nij 1 MS.
terij sui. *Itaque cùm suscepisset Moyses 6 H. C. G.
plaustra, & boues, tradidit "eos' Leuitis. "ea 4 MS.
*Duo plaustra & quatuor boues dedit 7 R. G.
filiis Gerson, iuxta id quod habebant
necessarium. *quatuor alia plaustra, & 8
octo boues dedit filiis Merari secundùm
officia & cultum suum, sub manu Itha-
mar filij Aaron sacerdotis. *filiis autem 9
Caath non dedit plaustra & boues: quia
in sanctuario seruiunt, & onera propriis
portant humeris. *Igitur obtulerunt du- 10
ces in dedicationem altaris, die qua vn-
ctum est, oblationem suam ante altare:
*Dixítque Dominus ad Moysen, Singu- 11
li duces per singulos dies offerant mu-
nera in dedicationem altaris. *Primo die 12
obtulit oblationem suam Nahasson fi-
lius Aminadab de tribu Iuda: *fuerúnt- 13
que in ea acetabulum argenteum pon-
do centum triginta siclorum, phiala ar-
gentea habens septuaginta siclos iuxta
pondus sanctuarij, vtrumque plenum si-
mila conspersa oleo in sacrificium: *mor- 14
tariolum ex decem siclis aureis plenum
incenso: * bouem de armento, & arie- 15
tem, & agnum anniculum in holocau-
stum: *hircúmque pro peccato: & in sa- 16
crificio pacificorum boues duos, *arie- 17
tes quinque, hircos quinque, agnos an-
niculos quinque. hæc est oblatio Naha-
son filij Aminadab. *Secundo die obtu- 18
lit Nathanaël filius Suar, dux de tribu Is-
sachar, *acetabulum argenteum appen- 19

dens

dens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, iuxta pondus ſanctuarij, vtrumque plenũ ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:
20 *mortariolum aureum habens decem
21 ſiclos plenum incenſo: *bouẽ de armento, & arietem, & agnum anniculum in
22 holocauſtum: *hircúmque pro peccato: *& in ſacrificio pacificorum boues
23 duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Nathanaël filij Suar. *Tertio die
24 princeps filiorum Zabulon Eliab filius Helon, *obtulit acetabulũ argenteum
25 appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: *mortariolum aureũ appendens
26 decem ſiclos plenum incenſo: *bouem
27 de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: *hircúmq. pro
28 peccato: *& in ſacrificio pacificorũ bo-
29 ues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc eſt
30 oblatio Eliab filij Helon. *Die quarto princeps filiorum Ruben, Eliſur filius
31 Sedeur *obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrumq. plenũ ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:
32 *mortariolum aureum appendens de-
33 cem ſiclos plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum; *hircúmque pro
34 peccato: *& in "hoſtias' pacificorum bo-
35 ues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur. *Die quinto
36 princeps filiorum Simeõ Salamiel filius Suri-ſaddai *obtulit acetabulum ar-
37 genteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrumque plenũ ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: *mortariolum aureum
38 appendens decem ſiclos plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, &
39 agnum anniculum in holocauſtum:

*ſacrificio MS.R. *ſacrificium H.C.G.

40 *hircúmque pro peccato: *& in hoſtias
41 pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Salamiel filij
42 Suri-ſaddai. *Die ſexto princeps filio-
43 rum Gad, Eliaſaph filius Duel *obtulit acetabulum argẽteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrumq. plenum ſimila con-
44 ſperſa oleo in ſacrificium: *mortariolum aureum appẽdens decem ſiclos plenum
45 incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocau-
46 ſtum: *hircúmq. pro peccato: *& in
47 hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hęc fuit oblatio Eliaſaph
48 filij Duel. *Die ſeptimo princeps filiorum Ephráim, Eliſama filius Ammiud
49 *obtulit acetabulũ argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habẽtem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:
50 *mortariolum aureum appendens de-
51 cem ſiclos plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum annicu-
52 lum in holocauſtum: *hircúmque pro
53 peccato: *& in hoſtias pacificorum, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit
54 oblatio Eliſama filij Ammiud. *Die octauo, princeps filiorum Manaſſe, Ga-
55 maliel filius Phadaſſur, *obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrumq. plenum ſimila cõſper-
56 ſa oleo in ſacrificium: *mortariolũ aureum appendens decem ſiclos, plenum
57 incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocau-
58 ſtum: *hircúmque pro peccato: *& in
59 hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Gama-
60 liel filij Phadaſſur. *Die nono princeps filiorũ Ben-iamin, Abidan filius Gedeõ-
61 nis, *obtulit acetabulum argenteum appendens

pendens cẽtum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrumq. plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: *&
62 mortariolum aureum appẽdens decem
63 ſiclos plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, & agnũ anniculum
64 in holocauſtum: *hircúmq. pro peccato: *& in hoſtias pacificorum boues
65 duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeõnis. *Die deci-
66 mo princeps filiorũ Dan, Ahiézer filius Ammi-ſaddai *obtulit acetabulum
67 argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarij, vtrumq. plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: *mortariolum aureum
68 appendens decem ſiclos plenum incenſo: *bouem de armento, & arietem, &
69 agnum anniculum in holocauſtum: *hircúmq. pro peccato: *& in hoſtias
70 pacificorum boues duos, arietes quinq.,
71 hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahi-ézer filij Ammi-ſaddai. *Die vndecimo princeps fi-
72 liorum Aſer, Phegiel filius Ochrã *ob-
73 tulit acetabulum argenteum appendẽs centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: *mor-
74 tariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: *bouẽ de armen-
75 to, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: *hircúmque pro peccato:
76 *& in hoſtias pacificorum boues duos,
77 arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. *Die duodecimo prin-
78 ceps filiorum Nephthali, Ahira filius Enan *obtulit acetabulum argenteum
79 appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrumque plenum ſimila oleo conſperſa in ſacrificium: *mortariolum aureũ appendens
80 decem ſiclos, plenum incenſo: *bouem
81 de armento, & arietem, & agnum anni-
82 culum in holocauſtum: *hircúmq. pro
83 peccato: *& in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit
84 oblatio Ahira filij Enan. *Hæc "in dedicationem' altaris oblata ſunt à principibus Iſrael, in die qua conſecratum eſt. acetabula argentea duodecim: phialæ
85 argenteæ duodecim: mortariola aurea duodecim: *ita vt centum triginta ſiclos argenti haberet vnum acetabulum, & ſeptuaginta ſiclos haberet vna phiala: id eſt, in commune vaſorum omnium ex argento ſicli duo millia quadringenti,
86 pondere ſanctuarij. *mortariola aurea duodecim plena incenſo, denos ſiclos appẽdentia pondere ſanctuarij: id eſt, ſi-
87 mul auri ſicli centum viginti: *boues de armento in holocauſtũ duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorũ: hirci duodecim pro
88 peccato. *In hoſtias pacificorum, boues viginti-quatuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hæc
89 "oblata ſunt in "dedicationem' altaris, quando' vnctum eſt. *Cúmque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculũ, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei.

*in dedicatione MS.R. Rab. *dedicatio H.C.G. "H.C.G.

*dedicatione MS. R. *dedicatio altaris, poſtquã H.C.G.

CAP. VIII.

1 LOcutúſq. eſt Dominus ad Moyſen,
2 dicens, *Loquere Aaron, & dices ad eum, Cùm poſueris ſeptem lucernas, "candelabrum in auſtrali parte erigatur.
Hoc igitur præcipe vt lucernæ contra borean è regione reſpiciant ad menſam panum propoſitionis', contra eam partem quam candelabrum reſpicit, lucere debebunt. *Fecítque Aaron, & im-
3 poſuit lucernas ſuper candelabrum, vt
4 præceperat Dominus Moyſi. *Hæc autem erat factura candelabri, Ex auro ductili, tam medius ſtipes quàm cuncta quæ ex vtroque calamorum latere naſcebãtur: iuxta exemplum quod oſtendit Dominus Moyſi, ita operatus eſt
5 candelabrum. *Et locutus eſt Dominus
6 ad Moyſen, dicens, *Tolle Leuitas ex medio

*ſ MS.R. H.C.G. At à Rab. legunturꝰ

medio filiorum Israel, & purificabis eos
*iuxta hunc ritum: Aspergantur aqua 7
lustrationis, & radãt omnes pilos carnis
suæ. Cúmq. lauerint vestimenta sua, &
mundati fuerint, *tollent bouem de ar- 8
mentis, & libamentũ eius similam oleo
consperſam; bouem autem alterum de
armento tu accipies pro peccato: *& ap- 9
plicabis Leuitas coram tabernaculo fœ-
deris, conuocata omni multitudine fi-
liorum Israel. *Cúmque Leuitæ fuerint 10
corã Domino, ponent filij Israel manus
Sup.3,6. 1 Esd.6,18 suas super eos. *& offeret Aaron Leui- 11
tas, munus in conspectu Domini à filiis
Israel, vt seruiant in ministerio eius. *Le- 12
uitæ quoque ponent manus suas super
capita boum, è quibus vnum facies pro
peccato, & alterum in holocaustũ Do-
mini, vt depreceris pro eis. *Statuésque 13
Leuitas in conspectu Aaron & filiorum
eius, & consecrabis oblatos Domino,
*ac separabis de medio filiorum Israel, 14
vt sint mei. *& postea ingrediantur ta- 15
bernaculum fœderis, vt seruiant mihi.
Sícque purificabis & consecrabis eos in
oblationem Domini: *quoniã dono do- 16
Sup 3,13. Exo.13,2. Luc.2,32. nati sunt mihi à filiis Israel. [i]Pro primo-
genitis quæ aperiunt omnem vuluam
in Israel, accepi eos. *Mea sunt enim 17
omnia primogenita filiorum Israel, tam
ex hominibus quàm ex iumẽtis. Ex die
quo percussi omne primogenitum in
Terra-Ægypti, sanctificaui eos mihi:
*& tuli Leuitas pro cunctis primoge- 18
nitis filiorum Israel: *tradidíque eos 19
"filiorum Israel 1. MS.H. C.G. dono Aaron & filiis eius de medio "popu-
li', vt seruiant mihi pro Israel in taber-
naculo fœderis, & orent pro eis ne sit in
populo plaga, si ausi fuerint accedere ad
sanctuarium. *Fecerúntque Moyses & 20
Aaron & omnis multitudo filiorũ Israel
super Leuitis quæ præceperat Domi-
nus Moysi: *purificatíque sunt, & laue- 21
runt vestimenta sua. Eleuauítque eos
Aaron in conspectu Domini, & orauit
pro eis, *vt purificati ingrederentur ad 22
officia sua in tabernaculum fœderis co-
ram Aarõ & filiis eius. Sicut præcepe-
rat Dominus Moysi de Leuitis, ita fa-
ctum est. *Locutúsque est Dominus ad 23
Moysen, dicens, *Hæc est lex Leuita- 24
rum, A viginti quinque annis & supra,
ingredientur vt ministrent in taberna-
culo fœderis. *Cúmque quinquagesi- 25
mum annum ætatis impleuerint, serui-
re cessabunt: *erúntq. ministri fratrum 26
suorum in tabernaculo fœderis, vt cu-
stodiant quæ sibi fuerint commendata,
opera autem ipsa non faciant. Sic dispo-
nes Leuitis in custodiis suis.

CAP. IX.

LOcutus est Dominus ad Moysen in 1
deserto Sinai anno secundo, post-
quam egressi sunt de Terra Ægypti,
mense primo dicens, *Faciant filij Israel 2
Phase in tempore suo, *quartadecima 3
die mẽsis huius ad vesperã, iuxta omnes
ceremonias & iustificationes eius. *Præ- 4
cepitque Moyses filiis Israel vt facerent
Phase. *Qui fecerunt tempore suo: 5
quartadecima die mensis ad vesperum
in monte Sinai. Iuxta omnia quæ man-
dauerat Dominus Moysi, fecerunt filij
Israel. *Ecce autem quidam immundi 6
super anima hominis, qui non poterant
facere Phase in die illo, accedentes ad
Moysen & Aaron, *dixerunt eis, Im- 7
mũdi sumus super anima hominis. qua-
re fraudamur vt non valeamus oblatio-
nem offerre Domino in tempore suo in-
ter filios Israel? *Quibus respõdit Moy- 8
ses, State vt consulam quid præcipiat
Dominus de vobis. *Locutúsque est 9
Dominus ad Moysen, dicens, *Loque- 10
re filiis Israel, Homo qui fuerit immun-
dus super anima, siue in via procul in
gente vestra, faciat Phase Domino *in 11
mense secundo, quartadecima die men-
sis ad vesperam: cum azymis & lactucis
agrestibus comedent illud. *non relin- 12
quent ex eo quippiam vsque manè, [i] & Exo.12,46 Ioh.19,36
os eius non confringent, omnem ritum
Phase obseruabunt. *Si quis autem & 13
mundus est, & in itinere non fuit, & ta-
men non fecit Phase, exterminabitur
anima illa de populis suis, quia sacrificiũ
Domino non obtulit tempore suo: pec-
catum suum ipse portabit. *Peregrinus 14
quoque & aduena si fuerint apud vos,
faciẽt Phase Domino iuxta ceremonias
& iusti-

& iustificationes suas. Præceptum idem
erit apud vos tam aduenæ, quàm indi-
Exo.40,4. genæ. *Igitur die qua erectum est taber- 15
naculum, operuit illud nubes. A vespere
autem super tentorium erat quasi spe-
cies ignis vsq. manè. *sic fiebat iugiter. 16
per diem operiebat illud nubes, & per
noctem quasi species ignis. *Cúmque 17
ablata fuisset nubes quæ tabernaculum
protegebat, tunc proficiscebantur filij
Israel: & in loco vbi stetisset nubes, ibi
castrametabãtur. *Ad imperium Domi- 18
ni proficiscebantur, & ad imperiũ illius
1 Co. 10,1. figebant tabernaculum. [i] Cunctis die-
bus quibus stabat nubes super taberna-
culum, manebant in eodem loco: *& 19
si euenisset vt multo tempore maneret
super illud, erant filij Israel in excubiis
Domini, & non proficiscebantur *quot- 20
quot diebus fuisset nubes super taber-
naculum. Ad imperium Domini erige-
bant tentoria, & ad imperium illius de-
ponebant. *Si fuisset nubes à vespere 21
vsque manè, & statim diluculo taberna-
culum reliquisset, proficiscebantur: & si
post diem & noctem recessisset, dissipa-
bant tentoria. *Si verò biduo aut vno 22
mẽse vel longiori tempore fuisset super
tabernaculum, manebant filij Israel in
eodem loco, & nõ proficiscebantur: sta-
tim autem vt recessisset, mouebant ca-
stra. *Per verbum Domini figebãt ten- 23
toria, & per verbũ illius proficisceban-
tur: erántque in excubiis Domini iuxta
imperium eius per manum Moysi.

CAP. X.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen, 1
dicens, *Fac tibi duas tubas argen- 2
teas ductiles, quibus conuocare possis
multitudinem quando mouenda sunt
castra. *Cúmq. increpueris tubis, con- 3
gregabitur ad te omnis turba ad ostium
tabernaculi fœderis. *Si semel clangue- 4
ris, veniẽt ad te principes, & capita mul-
titudinis Israel. *Si autem prolixior atq. 5
cõcisus clangor increpuerit, mouebunt
castra primi qui sunt ad orientalem pla-
gam. *In secundo autem sonitu & pari 6
vlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui ha-
bitant ad meridiem. & iuxta hunc mo-
dum reliqui facient vlulantibus tubis in
profectionem. *Quãdo autem congre- 7
gandus est populus, simplex tubarum
clangor erit, & non concisè vlulabunt.
*Filij autem Aaron sacerdotis clangent 8
tubis: erítque hoc legitimum sempiter-
num in generationibus vestris. *Si ex- 9
ieritis ad bellum de terra vestra contra
hostes qui dimicant aduersum vos, clan-
getis vlulantibus tubis, & erit recorda-
tio vestri coram Domino Deo vestro,
vt eruamini de manibus inimicorum
vestrorum. *Si quando habebitis epu- 10
lum, & dies festos, & calendas, canetis
tubis super holocaustis, & pacificis vi-
ctimis, vt sint vobis in recordationem
Dei vestri. ego Dominus Deus vester.
*Anno secundo, mense secundo, vice- 11
sima die mensis eleuata est nubes de ta-
bernaculo fœderis: *profectíque sunt 12
filij Israel per turmas suas de deserto Si-
nai, & recubuit nubes in solitudine Pha-
ran. *Mouerúntque castra primi iuxta 13
imperium Domini per manum Moysi.
*[i]Filij Iuda per turmas suas; quorum Sup.1,7.
princeps erat Nahasson filius Amina- 14
dab. *In tribu filiorum Issachar fuit 15
princeps Nathanaël filius Suar. *In tri- 16
bu Zabulon erat princeps Eliab filius
Helon. *Depositúmque est taberna- 17
culum, quod portantes egressi sunt filij
Gerson & Merari. *Profectíque sunt & 18
filij Ruben, per turmas & ordinẽ suum,
quorum princeps erat Helisur filius Se-
deur. *In tribu autem filiorum Simeon, 19
princeps fuit Salamiel filius Suri-saddai.
*Porrò in tribu Gad erat princeps Elia- 20
saph filius Duel. *Profectíque sunt & 21
Caathitæ portantes sanctuarium. Tam-
diu tabernaculum portabatur, donec
venirent ad erectionis locum. *Moue- 22
runt castra & filij Ephráim per turmas
suas, in quorum exercitu princeps erat
Elisama filius Ammiud. *In tribu au- 23
tem filiorum Manasse princeps fuit Ga-
maliel filius Phadassur. *& in tribu Be- 24
niamin erat dux Abidan filius Gedeô-
nis. *Nouissimi castrorum omnium 25
profecti sunt filij Dan per turmas suas,
in quorum exercitu princeps fuit Ahi-

zer filius Ammi-ſaddai. [26] In tribu autem filiorũ Aſer erat princeps Phegiel filius Ochran. [27] Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.

[28] Hæc ſunt caſtra, & profectiones filiorum Iſrael per turmas ſuas quando egrediebantur. [29] Dixítque Moyſes Hobab filio Raguel Madianitæ cognato ſuo, Proficiſcimur ad locum quem Dominus daturus eſt nobis: veni nobiſcum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promiſit Iſraeli. [30] Cui ille reſpondit, Non vadam tecum, ſed reuertar in terram meam, in qua natus ſum. [31] Et ille, Noli, inquit, nos relinquere: tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter. [32] Cúmque nobiſcum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus eſt Dominus, dabimus tibi.

[33] Profecti ſunt ergo de Monte Domini viam trium dierum, arcáque fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres prouidens caſtrorum locum. [34] Nubes quoque Domini ſuper eos erat per diem cùm incederent. [35] Cúmque eleuaretur
Pſ.67,2. arca, dicebat Moyſes, Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. [36] Cùm autem deponeretur, aiebat, Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael.

CAP. XI.

[1] INterea ortũ eſt murmur populi, quaſi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audiſſet Dominus, iratus eſt. Et accenſus in eos ignis Domini deuorauit extremam caſtrorum partem. [2] Cumque clamaſſet populus ad Moyſen, orauit Moyſes ad Dominum, & abſorptus eſt ignis. [3] Vocauítque nomen loci illius Incenſio: eò quòd ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis Domini. [4] Vulgus quippe promiſcuum quod aſcenderat cum eis, flagrauit deſiderio*, ſedens
*carnium MSq. R. Rab. & flens, iunctis ſibi pariter filiis Iſrael, &
1 Co.10,6. ait, Quis dabit nobis ad veſcendũ carnes? [5] Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia. [6] Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man. [7] Erat autem Man quaſi ſemen coriandri, coloris bdellij. [8] Circuibatque populus, & colligens illud, frangebat mola, ſiue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati. [9] Cúmq. deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcendebat pariter & Man. [10] Audiuit ergo Moyſes flentem populum per familias, ſingulos per oſtia tentorij ſui. Iratúſque eſt furor Domini valde: ſed & Moyſi intoleranda res viſa eſt. [11] & ait ad Dominum, Cur afflixiſti ſeruum tuum? quare non inuenio gratiam corã te? & cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius [12] ſuper me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinẽ, vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in terrã pro qua iuraſti patribus eorum? [13] Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? flent contra me, dicentes, Da nobis carnes vt comedamus. [14] Non poſſum ſolus ſuſtinere omnẽ hunc populum, quia grauis eſt mihi. [15] Sin aliter tibi videtur, obſecro vt interficias me, & inueniam gratiã in oculis tuis; ne tantis [16] afficiar malis. Et dixit Dñs ad Moyſen, Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti quòd ſenes populi ſint ac magiſtri: & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, faciéſq. ibi [17] ſtare tecum, vt deſcendam & loquar tibi: & auferam de ſpiritu tuo, tradámq. eis, vt ſuſtentent tecum onus populi, & [18] nõ tu ſolus graueris. Populo quoq. dices, Sanctificamini cras: *comedetis carnes. ego enim audiui vos dicere, Quis dabit nobis eſcas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis Dominus [19] carnes, & comedatis: non vno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec vi- [20] ginti quidẽ, ſed vſque ad menſem dierum, donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam: eò quòd repuleritis Dominum qui in medio veſtri eſt, & fleueritis corã eo, dicentes, Quare egreſſi ſumus ex Ægypto? [21] Et ait Moyſes ad Dominum, Sexcenta millia peditum huius

*& 1 MS. H.C.G.

huius populi ſunt: & tu dicis, Dabo eis
Ioh.6,7. eſum carniũ menſe integro? [22] Nunquid ouium & boum multitudo cædetur, vt poſſit ſufficere ad cibum? vel omnes piſces maris in vnum congregabuntur, vt eos ſatient? [23] Cui reſpondit Dominus,
Iſaiæ 59. Nunquid manus Domini inualida eſt? Iam nunc videbis vtrum meus ſermo opere compleatur. [24] Venit igitur Moyſes, & narrauit populo verba Domini, congregans ſeptuaginta viros de ſenibus 'Iſrael', quos ſtare fecit circa tabernaculum. [25] Deſcendítque Dominus per nubem, & locutus eſt ad eum, auferens de ſpiritu qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Cumque requieuiſſet in eis Spiritus, prophetauerunt, nec vltrà ceſſauerunt. [26] Remanſerant autem in caſtris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, ſuper quos requieuit Spiritus. nam & ipſi deſcripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cúmque prophetarent in caſtris, [27] cucurrit puer, & nuntiauit Moyſi, dicens, Eldad & Medad prophetant in caſtris. [28] Statim Ioſue filius Nun, miniſter Moyſi, & electus è pluribus, ait, Domine mi Moyſes prohibe eos. [29] At ille, Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet & det eis Dominus Spiritũ ſuum? [30] Reuerſuſque eſt Moyſes, & maiores natu Iſrael in
Exo.16,13. caſtra. [31] Ventus autem egrediens à Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & demiſit in caſtra itinere quantum vno die confici poteſt, ex omni parte caſtrorum per circuitum, volabántq. in aëre duobus cubitis altitudine ſuper terram. [32] Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum multitudinem: qui parum, decem coros: & ſiccauerunt eas per gy-
Pſ.77,31. rum caſtrorum. [33] Adhuc carnes erant in dentibus eorũ, nec defecerat huiuſcemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percuſſit eum pla- [34] ga magna nimis. Vocatúſque eſt ille locus Sepulcra concupiſcentiæ: ibi enim ſepelierũt populum qui deſiderauerat. [35] Egreſſi autem de Sepulchris concupiſcentiæ, venerunt in Haſeroth, & manſerunt ibi.

'populi 1 MS. H.C.G. Textui Rab. auxiliatur.

*quẽ percuſſit Dominus quia deſiderauerat carnes MSq. *carnes MSq R. Rab.

CAP. XII.

[1] LOcutáque eſt Maria & Aaron contra Moyſen propter vxorem eius Æthiopiſſam, [2] & dixerunt, Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? nónne & nobis ſimiliter eſt locutus? Quod cùm audiſſet Dominus, iratus [3] eſt. Erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur [4] in terra. Statim locutus eſt Dominus ad eum, & ad Aaron & Mariam, Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum [5] fœderis. Cúmq. fuiſſent egreſſi, deſcendit Dominus in columna nubis, & ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aa- [6] ron & Mariam. Qui cùm iſſent, dixit ad eos, Audite ſermones meos: Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium lo- [7] quar ad illum. At nõ talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſ- Heb.3,2.
[8] ſimus eſt: ore enim ad os loquor ei: & MS. R. Rab. C. G. Ab H. aliẽ legitur. palam, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo nõ timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? [9] Iratúſque contra eos, abiit. [10] nubes quoque receſſit quæ erat ſuper tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix. Cúmq. reſpexiſſet eam Aarõ, [11] & vidiſſet perfuſam lepra, ait ad Moyſen, Obſecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod ſtultè commiſimus, [12] ne fiat hæc quaſi mortua, & vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris ſuæ. ecce iam mediũ carnis eius [13] deuoratum eſt à lepra. Clamauítque Moyſes ad Dominum, dicens, Deus obſecro ſana eam. [14] Cui reſpondit Dominus, Si pater eius ſpuiſſet in faciẽ illius, nónne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur. [15] Excluſa eſt itaque Maria extra caſtra ſeptem diebus: & populus nõ eſt motus de loco illo, donec reuocata eſt Maria.

CAP. XIII.

[1] PRofectúſque eſt populus de Haſeroth fixis tentoriis in deſerto Pha-

ran. ‡ibiq. locutus est Dominus ad Moy- 2
sen, dicēs, ‡Mitte viros qui considerent 3
Terram-Chanáan, quam daturus sum
filiis Israel, singulos de singulis tribubus,
ex principibus. ‡Fecit Moyses quod 4
Dominus imperauerat, de deserto Pha-
ran mittens principes viros, ‡quorum 5
ista sunt nomina. De tribu Ruben, Sam-
mua filium Zechur. ‡De tribu Simeon, 6
Saphat filium Huri. ‡De tribu Iuda, Ca- 7
leb filium Iephone. ‡De tribu Issachar, 8
Igal filium Ioseph. ‡De tribu Ephráim, 9
Osee filium Nun. ‡De tribu Beniamin, 10
Phalti filium Raphu. ‡De tribu Zabu- 11
lon, Geddiel filium Sodi. ‡De tribu Io- 12
seph, sceptri Manasse, Gaddi filium Susi.
‡De tribu Dan, Ammiel filiū Gemalli. 13
‡De tribu Aser, Sthur filium Michaël. 14
‡De tribu Nephthali, Nahabi filium 15
Vapsi. ‡De tribu Gad, Guel filium Ma- 16
chi. ‡hæc sunt nomina virorum quos 17
misit Moyses ad considerandā Terram:
vocauítque Osee filium Nun, Iosue.
‡misit ergo eos Moyses ad considéran- 18
dam Terram-Chanaan, & dixit ad eos,
Ascendite per meridianā plagam. Cúm-
que veneritis ad montes, ‡considerate 19
Terram, qualis sit: & populum qui ha-
bitator est eius, vtrum fortis sit an in-
firmus, pauci numero an plures: ‡ipsa terra, 20
bona an mala: vrbes quales, muratæ an
absque muris: ‡humus, pinguis an ste- 21
rilis, nemorosa an absq. arboribus. Con-
fortamini, & afferte nobis de fructibus
Terræ. Erat autem tempus quando iam
præcoquæ vuæ vesci possunt. ‡Cúmq. 22
ascendissent, explorauerunt Terram à
deserto Sin, vsque Rohob intrantibus
Emath. ‡Ascenderúntq. ad meridiem, 23
& venerunt in Hebron, vbi erant Achi-
man & Sisai & Tholmai filij enac. nam
Hebron septē annis ante Tanim vrbem
Deut. 1, 24. Ægypti condita est. ‡'Pergentésq. vsque 24
ad Torrētem-botri, abscíderunt palmi-
tem cum vua sua, quem portauerunt in
vecte duo viri. De malis quoque grana-
tis & de ficis loci illius tulerunt; ‡qui ap- 25
pellatus est Nehel-escol, id est Torrens-
botri, eò quòd botrum portassent inde
filij Israel. ‡Reuersíq. exploratores Ter- 26
ræ post quadraginta dies, omni regione
circuita, ‡venerunt ad Moysen & Aa- 27
ron & ad omnem cœtum filiorū Israel
in desertum Pharan, quod est in Cades.
Locutiq. eis & omni multitudini osten-
derunt fructus Terræ: ‡& narrauerunt, 28
dicentes, Venimus in Terram ad quam
misisti nos, quę reuera fluit lacte & mel-
le, vt ex his fructibus cognosci potest:
‡sed cultores fortissimos habet, & vr- 29
bes grandes * atque muratas: Stirpem *nimis MS. Rab. H. C. G.
enac vidimus ibi. ‡Amalec habitat in 30
meridie, Hethæus & Iebusęus & Amor-
rhæus in mōtanis: Chananæus verò mo-
ratur iuxta mare & circa fluenta Iorda-
nis. ‡Inter hæc Caleb compescens mur- 31
mur populi qui oriebatur contra Moy-
sen, ait, Ascendamus, & possideamus
Terram, quoniam poterimus obtinere
eam. ‡Alij verò qui fuerant cum eo, di- 32
cebant, Nequaquam ad hunc populum
valemus ascendere, quia fortior nobis
est. ‡Detraxerúntq. Terræ quam inspe- 33
xerant, apud filios Israel, dicentes, Terra
quam lustrauimus, deuorat habitatores
suos. populus quem aspeximus, procerę
staturæ est: ‡Ibi vidimus monstra quæ- 34
dam filiorum enac de genere giganteo,
quibus comparati, quasi locustæ vide-
bamur.

CAP. XIIII.

IGitur vociferans omnis turba fleuit 1
nocte illa, ‡& murmurati sunt contra 2
Moysen & Aaron cuncti filij Israel, di-
cētes, Vtinam mortui essemus in Ægy-
pto, & non in hac vasta solitudine! ‡Vti- 3
nam pereamus, & non inducat nos Do-
minus in Terram istam, ne cadamus
gladio, & vxores ac liberi nostri ducan-
tur captiui. Nónne melius est reuerti in
Ægyptum? ‡Dixerúntq. alter ad alte- 4
rum, Constituamus nobis ducem, & re-
uertamur in Ægyptum. ‡Quo audito 5
Moyses & Aaron ceciderūt proni in ter-
ram coram omni multitudine filiorum
Israel. ‡'At verò Iosue filius Nun, & Eccl. 46, 1. 1 Mac. 2, 65 6
Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustra-
uerant terram, sciderunt vestimēta sua,
‡& ad omnem multitudinem filiorum 7
Israel locuti sunt, Terra quam circuiui-
mus,

mus, valde bona est. ‡Si propitius fuerit 8
Dominus, inducet nos in eam, & tradet
humum lacte & melle manantem. ‡No- 9
lite rebelles esse contra Dominum: neq.
timeatis populum terrę huius, quia sicut
panem ita eos possumus deuorare. recес-
sit ab eis omne præsidium: Dominus
nobiscum est, nolite metuere. ‡Cúmq. 10
clamaret omnis multitudo, & lapidibus
eos vellet opprimere, apparuit gloria
Domini super tectum fœderis cunctis
- 6 MS. H. C. G. ‘videntibus’ filiis Israel. ‡Et dixit Do- 11
minus ad Moysen, Vsquequo detrahet
mihi populus iste? Quousque non crę-
dent mihi in omnibus signis quę feci co-
ram eis? ‡Feriam igitur eos pestilentia, 12
atque consumam: te autem faciam prin-
cipem super gentem magnam, & for-
Exo. 32, 12. tiorem quàm hæc est. ‡Et ait Moyses ad 13
Dominum, Vt audiāt Ægyptij de quo-
rum medio eduxisti populum istum, ‡& 14
habitatorę Terræ huius qui audierunt
quòd tu Domine in populo isto sis, &
Exo. 13, 21. facie videaris ad faciem, ‘ & nubes tua
protegat illos, & in columna nubis præ-
cedas eos per diem, & in columna ignis
per noctem: ‡quòd occideris tantam 15
multitudinem quasi vnum hominem,
Deut. 9, 28. & dicant, ‡Non poterat introducere 16
populum in Terram pro qua iurauerat:
idcirco occidit eos in solitudine. ‡Ma- 17
gnificetur ergo fortitudo Domini sicut
Psl. 102, 8. iurasti, dicens, ‡'Dominus patiens & 18
multæ misericordiæ, auferens iniquita-
tem & scelera, nullúmque innoxium
derelinquēs, qui visitas peccata patrum
in filios in tertiam & quartam genera-
Exo. 20, 5. & 34, 7. -2 MS. R. H. C. G. tionem. ‡Dimitte obsecro peccatum 19
populi tui huius secundum magnitudi-
nem misericordiæ tuæ, sicut propitius
fuisti egredientibus de Ægypto vsque
ad locum istum. ‡Dixítque Dominus, 20
Dimisi iuxta verbum tuum. ‡Viuo ego: 21
& implebitur gloria Domini vniuersa
terra. ‡Attamen omnes homines qui 22
viderunt maiestatē meam, & signa quæ
feci in Ægypto & in solitudine, & ten-
tauerunt me iam per decem vices, nec
obedierunt voci meæ, ‡non videbunt 23
Terram pro qua iuraui patribus eorum,
nec quisquam ex illis qui detraxit mihi,
Ios. 14, 6. Sed 3. MS. H. C. G. 24 intuebitur eam. ‡'Seruū meum Caleb
qui plenus alio spiritu secutus est me, in-
ducam in Terram hanc quam circuiuit,
25 & semen eius possidebit eam. ‡Quo-
niam Amalecites & Chananæus habi-
tant in vallibus. Cras mouete castra, &
reuertimini in solitudinem per viam
26 Maris-rubri. ‡Locutúsque est Domi-
27 nus ad Moysen & Aaron, dicens, ‡'Vs- Psl. 105, 25. Iusp. 26, 65. & 32, 10.
quequò multitudo hæc pessima mur-
murat contra me? querelas filiorū Israel
28 audiui. ‡Dic ergo eis, Viuo ego, ait Do-
minus: sicut locuti estis audiente me, sic
29 faciam vobis. ‡In solitudine hac iace-
bunt cadauera vestra. ‘ Omnes qui nu- Deut. 1, 35.
merati estis à viginti annis & supra, &
30 murmurastis contra me, ‡non intrabi-
tis Terram super quam leuaui manum
meam vt habitare vos facerem, ‘ præter Iosue 3.
Caleb filium Iéphone, & Iosue filium
31 Nun. ‡Paruulos autem vestros de qui-
bus dixistis, quòd prædæ hostibus forēt,
introducam: vt videant Terram quæ
32 vobis displicuit. ‡Vestra cadauera iace-
33 bunt in solitudine. ‡Filij vestri erunt
vagi in deserto annis quadraginta, &
portabunt fornicationem vestrā, donec
consumantur cadauera patrum in de-
34 serto, ‡iuxta numerum quadraginta
dierum quibus considerastis Terram:
annus pro die imputabitur. ‘ Et quadra- Exec. 4, 6. Psl. 94, 10.
ginta annis recipietis iniquitates vestras,
35 & scietis vltionem meam: ‡quoniam
sicut locutus sum, ita faciam omni mul-
titudini huic pessimæ quæ consurrexit
aduersum me: in solitudine hac deficiet,
36 & morietur. ‡Igitur omnes viri quos 1 Co. 10, 10
miserat Moyses ad contemplandam
Terram, & qui reuersi murmurare fe-
cerant contra eum omnem multitudi-
nē, detrahentes Terræ quòd esset mala,
37 ‡'mortui sunt atque percussi in con- Heb. 3, 17. Iud. 1, 5.
38 spectu Domini. ‡Iosue autē filius Nun,
& Caleb filius Iéphone vixerūt ex om-
nibus qui perrexerant ad considéran-
39 dam Terram. ‡Locutúsque est Moyses
vniuersa verba hæc ad omnes filios Is-
40 rael, & luxit populus nimis. ‡Et ecce
manè primo surgentes, ascenderūt ver-

ticem montis, atque dixerunt, Parati sumus ascendere ad locum de quo Dominus locutus est: quia peccauimus. *Quibus Moyses, Cur, inquit, transgredimini verbũ Domini, quod vobis non cedet in prosperum? *Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris. *Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eò quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. *At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris. *Descenditque Amalecites & Chananæus qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsq. Horma.

Deut.1,41.

CAP. XV.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens, *Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Cùm ingressi fueritis Terram habitationis vestræ quam ego dabo vobis, *& feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimam pacificam vota soluentes, vel sponte offerẽtes munera, aut in solemnitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino, de bobus siue de ouibus: * offeret quicunque immolauerit victimam, sacrificium similæ, decimam partem ephi conspersam oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin: *& vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum siue in victimã. Per agnos singulos *& arietes erit sacrificium similæ duarum decimarũ quæ conspersa sit oleo tertiæ partis hin, *& vinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis Domino. *Quando verò de bobus feceris holocaustum aut hostiam, vt impleas votũ vel pacificas victimas, *dabis per singulos boues similæ tres decimas conspersæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin: *& vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationẽ suauissimi odoris Domino. *Sic facies per *singulos boues & arietes & agnos & hœdos. *Tam indigenæ quàm peregrini eodem ritu offerent sacrificia. *Vnum præceptum erit atque iudicium tam vobis quàm aduenis terræ. *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, *Loquere filiis Israel, & dices ad eos, *Cùm veneritis in terram quam dabo vobis, *& comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino *de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis, *ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino. *Quod si per ignorantiam præterieritis quicquam horum quę locutus est Dominus ad Moysen, *& mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltrà, *oblitáque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocaustum in odorem suauissimum Domino, & sacrificium eius ac liba, vt ceremoniæ postulant, hircúmque pro peccato. *& rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorũ Israel: & dimittetur eis, quoniam non sponte peccauerunt, nihilominus offerentes incensum Domino pro se & pro peccato atque errore suo: *& dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinantur inter eos: quoniã culpa est omnis populi per ignorantiam. *Quod si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo: *& deprecabitur pro ea sacerdos, quòd inscia peccauerit coram Domino: impetrabítque ei veniam, & dimittetur illi. *Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes. *Anima verò quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo: *verbum enim Domini cõtempsit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam. *Factum est autem, cùm essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligẽtem ligna in die Sabbathi, *obtulerunt eum Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini. *Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent. *Dixítque Dominus ad Moysen, Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. *Cúmque eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus. *Dixit quoque Dominus ad Moysen, *Loquere filiis Israel, & dices ad eos vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas: *quas cùm viderint, recordentur omniũ mandatorum Domini, nec sequãtur cogitationes suas & oculos per res varias fornicantes, *sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo. *Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt essem Deus vester.

Deut.22,12. Mat.23,5.

"facietis M S. Rab. Textus amẽ G. consonat, & R. *fiet H. C.

"vos 7 M S. G. in textu autem faciens R. H. C.

CAP. XVI.

ECce autem Core filius Isaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan atq. Abiron filij Eliab, Hon quoque filius Phaleth de filiis Ruben, *surrexerunt contra Moysen, aliique filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagógæ, & qui tempore consilij per nomina vocabantur. *Cúmq. stetissent aduersum Moysen & Aaron, dixerũt, Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: Cur eleuamini super populum Dñi? *Quod cùm audisset Moyses, cecidit pronus in faciem: *locutúsque ad Core & ad omnem multitudinem, Manè, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineãt, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei. *Hoc igitur facite, Tollat vnusquísq. thuribula sua, tu Core & omne concilium tuum: *& hausto cras igne ponite désuper thymiama coram Domino: & quemcumque elegerit, ipse erit sanctus. multum erigimini filij Leui. *Dixítque rursum ad Core, Audite filij Leui, *Num parum vobis est quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? *idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotiũ vendicetis, *& omnis globus tuus stet contra Dominum? quis est enim Aaron vt murmuretis contra eum? *Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt, Non venîmus. *nunquid parum est tibi quòd eduxisti nos de terra quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? *Reuera induxisti nos in terram quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorũ & vinearum? an & oculos nostros vis eruere? non venîmus. *Iratúsq. Moyses valde, ait ad Dominũ, Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quòd nec asellum quidẽ vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. *Dixítque ad Core, Tu, & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. *Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulũ suum. *Quod cùm fecissent, stantibus Moyse & Aaron, *& coaceruassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini. *Locutúsque Dominus ad Moysen & Aaron, ait, *Separamini de medio cõgregationis huius, vt eos repentè disperdam. *Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt, Fortissime Deus spirituũ vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? *Et ait Dominus ad Moysen, *Præcipe vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Core & Dathan & Abiron. *Surrexítq. Moyses, & abiit ad Dathan & Abiron: & sequentibus eum senioribus Israel, *dixit ad turbam, Recedite à tabernaculis hominum *impiorum, & nolite tãgere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ. *Cúmq. recessissent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abirõ egressi stabant in introitu papilionum suorum cum vxoribus & liberis, omníque frequentia. *Et ait Moyses, In hoc scietis quòd Dominus miserit me vt facerem vniuersa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim: *Si consueta hominum

Ecc1.45,22. Ind.1,11. Inf.27,3.

*istorum M S. H. C. G.

minum morte interierint, & visitauerit
eos plaga, qua & cæteri visitari solent:
non misit me Dominus. 30 *sin autem no-
uam rem fecerit Dominus, vt aperiens
terra os suũ deglutiat eos & omnia quæ
ad illos pertinent, descenderintque vi-
uentes in infernũ; scietis quòd blasphe-
Ps. 105, 17. Deut. 11, 6. Infr. 27, 3. mauerint Dominum. 31 *Confestim
igitur vt cessauit loqui, dirupta est terra
sub pedibus eorũ: 32 *& aperiens os suum,
deuorauit illos cum tabernaculis suis &
vniuersa substantia eorum. 33 *descende-
runtque viui in infernum operti humo,
& perierunt de medio multitudinis. 34 *At
verò omnis Israel qui stabat per gyrum,
fugit à clamore pereuntium, dicens, Ne
fortè & nos terra deglutiat. 35 *Sed &
ignis egressus à Domino, interfecit du-
centos quinquaginta viros qui offere-
bant incensum. 36 *Locutúsq. est Domi-
nus ad Moysen, dicens, 37 *Præcipe Elea-
zaro filio Aaron sacerdoti vt tollat thu-
ribula quæ iacent in incendio, & ignem
huc illúcq. dispergat: quoniam sanctifi-
cata sunt 38 *in mortibus peccatorũ: pro-
ducátque ea in laminas, & affigat altari,
eò quòd oblatum sit in eis incẽsum Do-
mino, & sanctificata sint, vt cernant ea
pro signo & monimẽto filij Israel. 39 *Tu-
lit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea
in quibus obtulerant hi quos incẽdium
deuorauit, & produxit ea in laminas, af-
figens altari: 40 *vt haberent post ea filij
Israel quibus commonerentur, ne quis
accedat alienigena, & qui non est de se-
mine Aaron ad offerendum incensum
Domino, ne patiatur sicut passus est Co-
re, & omnis congregatio eius, loquente
Domino ad Moysen. 41 *Murmurauit au-
tem omnis multitudo filiorum Israel se-
quenti die contra Moysen & Aaron, di-
cens, Vos interfecistis populum Domi-
ni. 42 *Cúmque oriretur seditio, & tumul-
tus incresceret, 43 *Moyses & Aaron fu-
gerũt ad tabernaculum fœderis. Quod
*tabernaculum 10 MS. Rab. *illud H.C.G. postquam ingressi sunt, operuit nubes*,
& apparuit gloria Domini. 44 *Dixítque
Dominus ad Moysen, 45 *Recedite de
medio huius multitudinis, etiam nunc
delebo eos. 46 *Cúmque iacerent in terra,
dixit Moyses ad Aaron, Tolle thuribu-
lum, & hausto igne de altari mitte incẽ-
sum désuper, 'pergens citò ad populum Sap. 18, 21.
vt roges pro eis: iam enim egressa est ira
47 à Domino, & plaga desęuit. *Quod cùm
fecisset Aarõ, & cucurrisset ad mediam
multitudinem, quam iam vastabat in-
cendium, obtulit thymiama: 48 *& stans
inter mortuos ac viuentes, pro populo
49 deprecatus est, & plaga cessauit. *Fue-
runt autem qui percussi sunt, quatuor-
decim millia hominum & septingenti,
absq. his qui perierant in seditione Co-
50 re. *Reuersúsque est Aaron ad Moysen
ad ostiũ tabernaculi fœderis postquam
quieuit interitus.

CAP. XVII.

1 ET locutus est Dominus ad Moysen,
2 dicens, *Loquere ad filios Israel, &
accipe ab eis virgas singulas per cogna-
tiones suas, à cunctis principibus tri-
buum, virgas duodecim, & vniuscuius-
3 que nomen superscribes virgæ suæ. *no-
men autem Aaron erit in tribu Leui, &
vna virga cunctas eorum familias conti-
4 nebit: *ponésque eas in tabernaculo fœ-
deris coram testimonio, vbi loquar ad
5 te. *quem ex his elegero, germinabit vir-
ga eius: & cohibebo à me querimonias
filiorum Israel, quibus contra vos mur-
6 murant. *Locutusque est Moyses ad
filios Israel: & dederunt ei omnes prin-
cipes virgas per singulas tribus: fuerúnt-
que virgæ duodecim absq. virga Aaron.
7 *Quas cùm posuisset Moyses corã Do-
8 mino in tabernaculo testimonij, *se-
quenti die regressus inuenit germinasse
virgam Aaron in domo Leui: & turgen-
tibus gemmis eruperãt flores, qui foliis
dilatatis, in amygdalas deformati sunt.
9 *Protulit ergo Moyses omnes virgas de
conspectu Domini ad cunctos filios Is-
rael: viderúntque & receperunt singuli
10 virgas suas. *Dixítq. Dominus ad Moy-
sen, Refer virgam Aaron in tabernacu-
lũ testimonij, 'vt seruetur ibi in signum Heb. 9, 4.
rebellium filiorum Israel, & quiescant
querelæ eorum à me; ne moriantur.
11 *Fecítq. Moyses sicut præceperat Do-
12 minus. *Dixerunt autem filij Israel ad
Moysen,

Moysen, Ecce consumpti sumus, omnes
*periui-mus MS. H.C.G. 'peribimus'. *quicunque accedit ad ta- 13
bernaculum Domini, moritur. num vs-
que ad internecionem cuncti delendi
sumus?

CAP. XVIII.

1 DIxítque Dominus ad Aaron, Tu, &
filij tui, & domus patris tui tecum
portabitis iniquitatem sanctuarij: & tu
& filij tui simul sustinebitis peccata sa-
cerdotij vestri. 2 *sed & fratres tuos de tri-
bu Leui, & sceptrum patris tui sume te-
cum, præstóque sint, & ministrent tibi:
tu autem & filij tui ministrabitis in ta-
bernaculo testimonij. 3 *Excubabúnt-
que Leuitæ ad præcepta tua, & ad cun-
cta opera tabernaculi: ita duntaxat, vt
ad vasa sanctuarij & altare nõ accedant,
ne & illi moriantur, & vos pereatis si-
mul. 4 *sint autem tecum, & excubent
in custodiis tabernaculi, & in omnibus
cerẽmoniis eius. Alienigena non misce-
bitur vobis. 5 *Excubate in custodia san-
ctuarij, & in ministerio altaris: ne oria-
tur indignatio super filios Israel. 6 *Ego
dedi vobis fratres vestros Leuitas de me-
dio filiorum Israel, & tradidi donũ Do-
mino, vt seruiãt in ministeriis taberna-
culi eius. 7 *Tu autem & filij tui, custo-
dite sacerdotium vestrum: & omnia quę
ad cultum altaris pertinent, & intra ve-
lum sunt, per sacerdotes administrabun-
tur. si quis externus accesserit, occide-
tur. 8 *Locutúsq. est Dominus ad Aaron,
Ecce dedi tibi custodiam primitiarum
mearum. Omnia quæ sanctificantur à fi-
liis Israel, tradidi tibi & filiis tuis pro of-
cio sacerdotali legitima sempiterna.
9 *Hæc ergo accipies de his quæ sanctifi-
cantur & oblata sunt Domino. Omnis
oblatio, & sacrificium, & quicquid pro
peccato atque delicto redditur mihi, &
*cedet MS. R. 'cedit' in Sancta sanctorum, tuum erit,
& filiorũ tuorum. 10 *In sanctuario com-
*Domino o. edes illud: mares tantùm edent ex eo,
quia consecratum est 'tibi'. 11 *Primitias
autem quas vouerint & obtulerint filij
Israel, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus
tuis iure perpetuo. qui mũdus est in do-
mo tua, vescetur eis. 12 *Omnem medul-
lam olei, & vini, ac frumenti, quicquid
offerunt primitiarum Domino, tibi de-
13 di. *Vniuersa frugum initia, quæ gignit
humus, & Domino deportantur, cedent
in vsus tuos: qui mundus est in domo
14 tua, vescetur eis. *Omne quod ex vo-
to reddiderint filij Israel, tuum erit.
15 *Quicquid primum 'erumpit' è vulua *erumpet MS. R. Texti autem suffragantur C. & G.
cunctæ carnis, quam offerunt Domino,
siue ex hominibus, siue de pecorib⁹ fue-
rit, tui iuris erit: ita duntaxat, vt prò ho-
minis primogenito pretium accipias, &
omne animal quod immundum est re-
16 dimi facias, *cuius redemptio erit post
vnum mensem, siclis argenti quinque,
pondere sanctuarij. 'Siclus viginti obo- Exo. 30, 13. Leu. 27, 25. Sup. 3, 47. Ezec. 45, 12
17 los habet. *Primogenitum autem bouis
& ouis & capræ non facies redimi, quia
sanctificata sunt Domino. sanguinẽ tan-
tum eorum fundes super altare, & adi-
pes adolebis in suauissimũ odorem Do-
18 mino. *Carnes verò in vsum tuum ce-
dent, sicut pectusculum consecratum,
19 & armus dexter, tua erunt. *Omnes pri-
mitias sanctuarij quas offerunt filij Israel
Domino, tibi dedi & filiis, ac filiab⁹ tuis
iure perpetuo. Pactum 'salis' est sempite- *pacis 61
num coram Domino, tibi ac filiis tuis.
20 *Dixítque Dominus ad Aaron, In terra
eorum nihil 'possidebitis, nec habebitis *'possidebis nec habebis 1 MS. H. G. Textui autem vsit R. cum Rabi Dau. 10, 9. & 18, 1. Ios. 17, 14. 33, 1 Ezec. 44, 28
partem inter eos: 'ego pars & hæreditas
21 tua in medio filiorũ Israel. *Filiis autem
Leui dedi omnes decimas Israelis in pos-
sessionem pro ministerio quo seruiunt
22 mihi in tabernaculo fœderis: *vt non
accedant vltrà filij Israel ad tabernacu-
lum, nec committant peccatum morti-
23 ferum, *sólis filiis Leui mihi in taberna-
culo seruientibus, & portantibus pecca-
ta populi. legitimum sempiternum erit
in generationibus vestris. Nihil aliud
24 possidebunt, *decimarum oblatione
contenti, quas in vsus eorum & necessã-
ria separaui. 25 *Locutúsque est Dominus
26 ad Moysen, dicens, *Præcipe Leuitis, at-
que denuntia, Cùm acceperitis à filiis Is-
rael decimas quas dedi vobis, primitias
earum offerte Domino, id est, decimam
27 partem decimæ, *vt reputetur vobis in
oblationem primitiuorum, tam de areis

quàm de torcularibus; *& vniuersis 28
quorũ accipitis primitias, offerte Domino, & date ea Aaron sacerdoti. *Omnia 29
quæ offeretis ex decimis, & in donaria
Dñi separabitis, optima & electa erunt
cuncta. *Dicesque ad eos, Si præclara 30
& meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area &
torculari dederitis primitias: *& come- 31
detis eas in omnib⁹ locis vestris, tam vos
quàm familiæ vestræ: quia pretium est
pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij. *Et non peccabitis su- 32
per hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes: ne polluatis oblationes filiorum
Israel, & moriamini.

CAP. XIX.

LOcutusque est Dominus ad Moy- 1
sen & Aaron, dicens, *Ista est religio 2
victimæ, quam cõstituit Dominus. Præcipe filiis Israel, vt adducãt ad te vaccam
rufam ætatis integrę, in qua nulla sit ma-
cula, nec portauerit iugum: *"tradetis- 3
que' eam Eleazaro sacerdoti. qui eductam extra castra, immolabit in conspe-
ctu omnium: *& 'tingens digitum in 4
sanguine eius, asperget cõtra fores tabernaculi septem vicibus, *comburétque 5
eam cũctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm sanguine & fimo flammæ traditis. *Lignum quoque cedri- 6
num, & hyssopum, coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam quæ
vaccam vorat. *Et tunc demum, lotis 7
vestibus, & corpore suo ingredietur in
castra, commaculatusque erit vsque ad
vesperum. *Sed & ille qui combusserit 8
eam, lauabit vestimenta sua & corpus,
& immundus erit vsque ad vesperum.
*Colliget autem vir mundus cineres 9
vaccæ, & effũdet eos extra castra in loco
purissimo, vt sint multitudini filiorum
Israel in custodiam, & in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est. *Cumque lauerit qui vaccæ por- 10
tauerat cineres vestimenta sua, immundus erit vsque ad vesperum. Habebunt
hoc filij Israel & aduenæ, qui habitant
inter eos, sanctum iure perpetuo. *Qui 11
tetigerit cadauer hominis, & propter

*tradésq. Ms. R. Rab. G. At quæ in Textu est lectio, H. & C. respondet. Heb. 9, 13.

hoc septem diebus fuerit immundus:
12 *aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit
13 emundari. *Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aspersus hac commistione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Israel: quia aqua expiationis non est aspersus, immũdus erit, & manebit spurcitia eius
14 super eum. *Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo: Omnes qui ingrediuntur tẽtorium illius, & vniuersa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem die-
15 bus. *Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturã désuper, immundum
16 erit. *Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum, immundus erit
17 septem diebus. *Tollentque de cineribus cõbustionis atq. peccati, & mittent
18 aquas viuas super eos in vas. *in quibus cùm homo mundus tinxerit hyssopum, aspergat ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos:
19 *atque hoc modo mundus lustrabit immundũ tertio & septimo die. expiatúsque die septimo, lauabit & se & vestimenta sua, & immundus erit vsque
20 ad vesperum. *Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio ecclesiæ: quia sanctuarium Domini polluit, & nõ est aqua lustrationis aspersus. *erit hoc præceptum legitimum
21 sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit vestimenta sua: Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immun-
22 dus erit vsque ad vesperum. *Quicquid tetigerit immundus, immũdum faciet: & anima quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum.

CAP. XX.

1 VEnerúntq. filij Israel, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo: & mansit populus in Cades. Mortuaq. est ibi Maria, & sepulta in eodem
2 loco. *Cúmque indigeret aqua populus, conuenerunt aduersum Moysen &
3 Aaron, *& versi in seditionem, dixerunt,

runt, Vtinam periissemus inter fratres
Exo. 17, 2. nostros coram Domino. *'Cur eduxistis ecclesiam Domini in solitudinem,
4 vt & nos & nostra iumenta moriamur?
5 *Quare nos fecistis ascendere de Ægypto, & adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum
gignit, nec vineas, nec malogranata, in-
6 super & aquã non habet ad bibendum?
"Ingressi- que Miss. Rom. C. Textui antẽ R. Rab. H. G. suffragantur. - I MS. R. Rab. H. C. G. *"Ingressúsque' Moyses & Aaron dimissa multitudine in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, 'clamauerúntq. ad Dominum, atque dixerunt, Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum
fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset mur-
muratio eorum'. Et apparuit gloria Do-
7 mini super eos. *Locutusque est Domi-
8 nus ad Moysen, dicens, *Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram
eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multi-
Sap. 11, 4. Exo. 17, 6. tudo & iumenta eius. *'Tulit igitur 9
Deut. 32, 51 Moyses virgam, quæ erat in conspectu
10 Domini, sicut præceperat ei, *congregata multitudine ante petram, dixítque
eis, Audite rebelles & increduli, 'Num
de petra hac vobis aquam poterimus eii-
Psal. 77, 13. 104, 40. 1 Co. 10, 4. 11 cere? *'Cúmque eleuasset Moyses ma-
num, percutiens virga bis silicem, egres-
sæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus
eius 6 MS. H. C. G. Deu. 1, 37. Infr. 27, 14. 12 biberet & iumenta. *Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron, 'Quia nõ credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram
filiis Israel, non introducetis hos popu-
los in terram quam dabo eis. *Hæc est 13
aqua contradictionis, vbi iurgati sunt
filij Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis. *Misit interea nuntios 14
Moyses de Cades ad regem Edom, qui
dicerent, Hæc mandat frater tuus Israel:
Nosti omnem laborem qui apprehen-
dit nos, *quomodo descenderint patres 15
nostri in Ægyptum, & habitauerimus
ibi multo tempore, afflixerintque nos
Ægyptij, & patres nostros: *& quomo- 16
do clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miserítque angelum qui
Et 7 MS. H. C. G. eduxerit nos de Ægypto. Ecce in vrbe

Cades, quæ est in extremis finibus tuis,
17 posiți, *obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per
agros, nec per vineas, nõ bibemus aquas
de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dextram, nec ad sinistram de-
clinantes, donec transeamus terminos
18 tuos. *Cui respondit Edom, Non transibis per me, alioquin armatus occurram
19 tibi. *Dixerúntque filij Israel, Per tritam gradiemur viam: & si biberimus
aquas tuas nos & pecora nostra, dabi-
mus quod iustum est: nulla erit in pre-
tio difficultas, tantùm velociter trans-
20 eamus. *At ille respondit, Non "transibis'. Statímq. egressus est obuius, cum
21 infinita multitudine, & manu forti, *nec voluit acquiescere deprecanti, vt concederet transitum per fines suos. quam
22 ob rem diuertit ab eo Israel. *Cumque Infr. 33, 37. castra mouissent de Cades, venerunt in
montem Hor, qui est in finibus terræ
23 Edom: *vbi locutus est Dominus ad
24 Moysen: *Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non enim intrabit terram
quam dedi filiis Israel, eò quòd incredulus fuerit ori meo, ad Aquas contradi-
25 ctionis. *'Tolle Aaron & filium eius Infr. 33, 38. Deu. 32, 50. cum eo, & duces eos in montem Hor.
26 *Cúmque nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarũ filium eius, & Aaron
27 colligetur, & morietur ibi. *Fecit Moyses vt præceperat Dominus, & ascenderunt in montem Hor coram omni mul-
28 titudine. *'Cúmque Aaron spoliasset Deut. 10, 6. vestibus suis, induit eis Eleazarũ filium
eius. Illo mortuo in montis supercilio,
29 descẽdit cum Eleazaro. *Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron,
fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

"transibis 2 MS. H. C. G.

CAP. XXI.

1 QVod cùm audisset Chananæus rex Infr. 33, 40. Arad, qui habitabat ad meridiem,
venisse scilicet Israel per exploratorum
viam, pugnauit contra illum, & victor
2 existens, duxit ex eo prædam. *At Israel
voto se Domino obligans, ait, Si tradideris populum istum in manu mea, delebo

vrbes

vrbes eius. *Exaudiuítq. Dominus preces Israel,& tradidit Chananęum,quem ille interfecit subuersis vrbibus eius : & vocauit nomen loci illius Horma, id est anathema. *Profecti sunt autem & de monte Hor, per viam quæ ducit ad Mare-rubrum,vt circumirent terrã Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris: *locutusq. contra Dominum'& Moysen, ait, Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. *Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes,ad quorum plagas & mortes plurimorum, *venerunt ad Moysen, atque dixerunt, Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & te:ora vt tollat à nobis serpẽtes. Orauítque Moyses pro populo, *& locutus est Dominus ad eum,Fac serpentẽ æneum, & pone : eum pro signo qui percussus aspexerit eum,viuet. *Fecit ergo Moyses SERPENTEM AENEVM,& posuit eum pro signo. quẽ cùm percussi aspicerent, sanabantur. *Profectíque filij Israel castrametati sunt in Oboth. *Vnde egressi fixêre tentoria in Ieabarim, in solitudine quæ respicit Moab cõtra Orientalem plagam. *Et inde mouentes, venerunt ad Torrentem-Zared. *Quẽ relinquentes castrametati sunt contra Arnon,quę est in deserto , & prominet in finibus Amorrhæi. *siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos. *Vnde dicitur in libro bellorum Domini,Sicut fecit in Mari rubro,sic faciet in torrentibus Arnon. *Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon , & recumberent in finibus Moabitarum. *Et ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen, Congrega populum, & dabo ei aquam. *Tunc cecinit Israel carmen istud, Ascendat puteus. Concinebant, *Puteus quem foderũt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis,& in baculis suis. Profectíque sunt de solitudine, *Mathana: *de Mathana in Nahaliel : de Nahaliel, in Ba-

*Deum 1 MS.R.H. G.*Vt autem Textus habet, legunt*, Rab. & c.

Sap.16,1. Iudith 8,25. 1 Cor.10,9

Iob.3,14.

-23 MS. Rab. H.G. Q.n. *in 5 MS. Rab. G.

moth. **Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, "quod' respicit contra desertum. *Misit autem Israel nuntios ad Sehon regẽ Amorrhæorum, dicens, *Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam : non declinabimus in agros & vineas , non bibemus aquas ex puteis,via regia gradiemur,donec transeamus terminos tuos. *Qui concedere noluit vt transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu congregato, egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa,pugnauítq. contra eum. *A quo percussus est in ore gladij,& possessa est terra eius ab Arnon vsq. Ieboc, & filios Ammon: quia forti præsidio tenebãtur termini Ammonitarum. *Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet , & viculis eius. *Vrbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit cõtra regem Moab: & tulit omnem terrã quæ ditionis illius fuerat, vsque Arnon. *Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Hesebon, ædificetur,& construatur ciuitas Sehon: *Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon , & deuorauit Ar Moabitarum,& habitatores excelsorum Arnon. *Væ tibi Moab, 'peristi populе Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon. *Iugum ipsorum disperijt ab Hesebon vsq. Dibon , lassi peruenerunt in Nophe,& vsque Medaba. * Habitauit itaque Israel in Terra-Amorrhæi. *Misitq. Moyses qui explorarẽt Iaser: cuius ceperunt viculos, & possederunt habitatores. *Verterúntque se,& ascenderunt per viam Basan , & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo,pugnaturus in Edrai. *Dixítque Dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum , & omnem populum, ac terram eius: faciésque illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. *Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersumque populum eius vsque ad internecionem, & possederunt terramillius.

CAP.

**de 21 MS. Rab. H. C. G. & MS. "& 2 MS. H.* Deut.2,36. Iud.11,19.

Iud.11, 3 Reg.11,7.

Deut.3,2. 29,7.

Ps.134,11.

CAP. XXII.

PRofectíq. castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trãs Iordanem Iericho sita est. *Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, *& quòd pertimuissent eũ Moabitæ, & impetum eius ferre non possent, *dixit ad maiores natu Madiã, Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse autem erat eo tempore rex in Moab. *'Misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor ariolũ,qui habitabat super flumen terræ filiorum 'Ammon', vt vocarent eũ,& dicerent, Ecce egressus est populus ex Ægypto,qui operuit superficiem terræ,sedens cõtra me. *Veni igitur,& maledic populo huic,quia fortior me est: si quomodo possim percutere & eiicere eum de terra 'mea'. noui enim, quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta confeceris. *Perrexerúntq. seniores Moab,& maiores natu Madian, habentes diuinationis pretiũ in manibus. Cúmq. venissent ad Balaam , & narrassent ei omnia verba Balac, *ille respondit,Manete hîc nocte,& respondebo quicquid mihi dixerit Dñs.Manentibus autem illis apud Balaam, *venit Deus,& ait ad eũ, Quid sibi volũt homines isti apud te? *Respõdit,Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, *dicens:Ecce populus qui egressus est de Ægypto,operuit superficiem terræ: veni, & maledic ei , si quo modo possim pugnans "abigere' eum. *Dixítque Deus ad Balaam, Noli ire cum eis, neque maledicas populo:quia benedictus est. *Qui manè consurgens dixit ad principes, Ite in terrã vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum. *Reuersi principes dixerunt ad Balac, Noluit Balaam venire nobiscum. *Rursum ille multò plures & nobiliores quàm antè miserat, misit. *Qui cùm venissent ad Balaam, dixerunt, Sic dicit Balac filius Sephor,Ne cuncteris venire ad me: *paratus sum honorare te, & quicquid volueris dabo tibi : veni , &

Ioſ.24,9.

*populi sui H.C.G.

*R.H.C. G. AMS. autem & Rab. legitur.

*abijcere 1 MS. "eijcere Rab.G.Vocibus H. & C. omnia hæc significauit.

maledic populo isti. *Respõdit Balaam, 'Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri,non potero immutare verbũ Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar. *Obsecro vt hîc maneatis etiam hac nocte,& scire queam quid mihi rursum respondeat Dominus. *Venit ergo Deus ad Balaã nocte, & ait ei, Si vocare te venerint homines isti,surge,& vade cum eis: ita duntaxat, vt quod tibi præcepero facias. *Surrexit Balaam manè, & strata asina sua profectus est cum eis. *Et iratus est Deus. Stetítque angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum. *'Cernens asina angelum *stantem in via euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cùm verberaret Balaam,& vellet ad semitam reducere, *stetit angelus in angustiis duarum maceriarum , quibus vineæ cingebantur. *Quem videns asina, iunxit se parieti , & attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam: *& nihilominus angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiare, obuius stetit. *Cúmque vidisset asina stantem angelum,concidit sub pedibus sedentis. qui iratus, vehementius cædebat fuste latera eius. *Aperuítque Dominus os asinæ, & locuta est: Quid feci tibi? cur percutis me ecce iam tertiò? *Respondit Balaam, Quia commeruisti, & illusisti mihi : vtinam haberem gladium, vt te percuterem. *Dixit asina, Nónne animal tuũ sum, cui semper sedere consueuisti vsque in præsentem diem? dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait, Nunquam. *Protinus aperuit Dominus oculos Balaam,& vidit angelum stantem in via euaginato gladio, adorauítque eum pronus in terram. *Cui angelus, Cur, inquit, tertiò "verberasti asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihíque contraria. *& nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti , te occidissem, & illa viueret. *Dixit Balaam, Peccaui, nesciens quòd tu stares

Iudith 11. *Domini 1 MS. H. C. G.

"verberasti MS: H.C. G.

contra

contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. *Ait angelus, Vade cum 35
istis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cũ principibus.
*Quod cùm audisset Balac, egressus 36
est in occursum eius in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. *Dixítq. ad Balaam, Misi 37
*vocaré 7 MS. Hebræi, C. & G. legunt: Nónne mittens misi ad te, ad vocandum te?
nuntios vt "vocarent" te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedẽ aduentui tuo reddere nequeo? *Cui ille re- 38
spondit, Ecce adsum: nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo? *Perrexerunt ergo simul, & 39
venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat. *Cúmque occi- 40
disset Balac boues, & oues, misit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera. *Manè autem facto duxit eum 41
ad excelsa Baal, & intuitus est extremã partem populi.

CAP. XXIIII.

DIxítque Balaam ad Balac, Ædifica 1
mihi hîc septem aras, & para totidem vitulos, eiusdémque numeri arietes. *Cúmque fecisset iuxta sermonem 2
Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietem super aram. *Dixítque Balaam 3
ad Balac: Sta paulisper iuxta holocaustum tuum, donec vadam, si fortè occurrat mihi Dominus, & quodcunque imperauerit, loquar tibi. *Cúmque ab- 4
iisset velociter, occurrit illi Deus. Locutúsque ad eum Balaam, Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulũ & arietem désuper. *Dominus autẽ posuit verbum 5
in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris. *Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum, & 6
omnes principes Moabitarum: *assumptáque parabola sua, dixit: De Aram adduxit me Balac rex Moabitarũ, de montibus Orientis. Veni, inquit, & maledic 7
Iacob: propera, & detestare Israel. *Quomodò maledicam, cui non maledixit 8
Deus? Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur? *De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, 9
& inter gentes non reputabitur. *Quis 10
dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum "stirpis' Israel? Moriatur "quarta pars populi mei.
anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. *Dixítque 11
Balac ad Balaã, Quid est hoc quod agis? Vt maledíceres inimicis meis, vocaui te: & tu econtrario benedicis eis. *Cui ille 12
respondit, Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? *Dixit ergo Ba- 13
lac, Veni mecum in alterum locum vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, *inde maledicito ei. *Cúmq. 14 *&c. H. C. G.
duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis suprà vitulis atque arietibus, *dixit ad Balac, 15
Sta hîc iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius pergam. *Cui cùm Dominus occurrisset, posuissetque verbum in 16
ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris ei. *Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & princi- 17
pes Moabitarum cum eo. *Ad quẽ Balac, Quid, inquit, locutus est Dominus? At ille assumpta parabola sua, ait, Sta Ba- 18
lac, & ausculta, audi fili Sephor: *Non 19
est Deus quasi homo, vt mentiatur; nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit? *Ad benedicendũ adductus sum, 20
benedictionem prohibere non valeo.
*Non est idôlum in Iacob, nec videtur 21
simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. *Deus eduxit illum de Ægypto, 22
'cuius fortitudo similis est rhinocerôtis. Infr. 24.
*Non est augurium in Iacob, nec diui- 23
natio in Israel. Temporibus suis dicetur Iacob & Israeli quid operatus sit Deus.
*Ecce populus vt leæna consurget, & 24
quasi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat. *Dixítque Balac ad Balaam: 25
Nec maledicas ei, nec benedicas. *Et ille 26
ait: Nónne dixi tibi quòd quicquid mihi "Dominus MS. R. H. C. Textus autem consonat Rab. G.
27 "Deus' imperaret, hoc facerem? *Et ait Balac ad eum, Veni, & ducã te ad alium locum: si fortè placeat Deo vt inde ma-
28 ledicas eis. *Cúmque duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudi-

litudinem, *dixit ei Balaam, Ædifica 29
mihi hîc septem aras, & para totidem vitulos, eiusdémque numeri arietes*. *Fe- 30
*per singulas aras 8 MS. His fortè verbis exponere Interpres voluit, quod ab H. C. & G. legitur: Et para hic, &c.
cit Balac vt Balaam dixerat: imposuítq. vitulos & arietes per singulas aras.

CAP. XXIIII.

CVmque vidisset Balaam quòd pla- 1
ceret Domino vt benediceret Israeli, nequaquam abiit vt antè perrexerat, vt augurium quereret: sed dirigens contra desertum vultum suum, *& eleuans 2
oculos vidit Israel in tentoriis commorantem per tribus suas: & irruente in se spiritu Dei, *assumpta parabola ait, Di- 3
xit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obthuratus est oculus, *dixit auditor ser- 4
monum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius; *Quàm pulchra ta- 5
bernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel! *vt valles nemorosæ, vt horti iux- 6
ta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas.
*Fluet aqua de situla eius, & semen il- 7
"gentes 3 MS. C. G. Q. n.
lius erit in "aquas' multas. Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnũ illius. *Deus deduxit illum de Ægy- 8
Sup. 23, 22.
pto, 'cuius fortitudo similis est rhinocerôtis. Deuorabunt gentes hostes illius, ossáque eorum confringent, & perforabunt sagittis. *Accubans dormiuit vt 9
leo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit*, in male- 10
*tibi 4 MS. R. H. C. G.
dictione reputabitur. *Iratúsque Balac contra Balaam, complosis manibus ait, Ad maledicendũ inimicis meis vocaui te, quibus econtrario tertiò benedi- 11
xisti: *reuertere ad locum tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito. *Respondit Balaam ad Balac, Nón- 12
ne nuntiis tuis quos misisti ad me, dixi,
Sup. 22, 18. *' Si dederit mihi Balac plenam domum 13
suam argenti & auri, non potero præterire sermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: sed quicquid Domin⁹ dixerit, hoc 14
loquar? *Veruntamen pergens ad po- *tibi 6 MS. R. H. G. G.
pulũ meum, dabo 'consilium, quid po-
pulus tuus populo huic faciat extremo 15
tempore. *Sumpta igitur parabola, rursum ait, Dixit Balaam filius Beor, dixit 16
homo cuius obthuratus est oculus, *dixit auditor sermonũ Dei, qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet 17
oculos, *Videbo eum, sed non modò: intuebor illum, sed non propè. ORIETVR STELLA ex Iacob, & consurget virga de Israel: & percutiet duces Moab, va- Mat. 2, 2.
18 stabítque omnes filios Seth. *Et erit Idumæa possessio eius: hæreditas Seir cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget.
19 *De Iacob erit qui dominetur, & perdat
20 reliquias ciuitatis. *Cumque vidisset Amalec, assumens parabolam, ait, Principium Gentium Amalec, cuius extre-
21 ma perdentur. *Vidit quoque Cinæum: & assumpta parabola, ait, Robustũ quidem est habitaculum tuum: sed si in pe-
22 tra posueris nidum tuum, *& fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te. *Assum-
23 ptáque parabola iterũ locutus est, Heu, quis victurus est quãdo ista faciet Deus?
24 *Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.
25 *Surrexítque Balaam, & reuersus est in locum suum: Balac quoque via qua venerat rediit.

CAP. XXV.

1 MOrabatur autẽ eo tempore Israel in Setim, & fornicatus est popu-
2 lus cum filiabus Moab, *quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comede-
3 runt & adorauerũt deos earum. *Initiatúsque est Israel Beel phegor: & iratus
4 Dominus, *ait ad Moysen, 'Tolle cunctos principes populi, & suspende eos Ios. 22, 17. Deu. 4, 4.
contra Solem in patibulis: vt auertatur
5 furor meus ab Israel. *Dixítque Moyses ad iudices Israel, Occidat vnusquisq. proximos suos, qui initiati sunt Beel-
6 phegor. *Et ecce vnus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse, & omni
7 turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. *' Quod cùm vidisset 2 Mach. 2, 54. Ps. 105, 30. 1 Co. 10, 8.

Phinees

Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione [*] ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virũ scilicet & mulierem in locis genitalibus. Cessauítque plaga à filiis Israel: [*] & occisi sunt viginti quatuor millia hominum. [*] Dixítque Dominus ad Moysen, [*] Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt nõ ipse delerem filios Israel in zelo meo. [*] idcircò loquere ad eum, 'Ecce do ei pacem fœderis mei, [*] & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia* zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. [*] Erat autem nomen viri Israelitæ qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeônis. [*] Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. [*] Locutúsq. est Dominus ad Moysen, dicens: [*] 'Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos: [*] quia & ipsi hostiliter egerũt contra vos, "& decepêre'insidiis per idôlum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

1 Mach. 21, 54. Eccl. 45, 24. *zelo MS q. "vt decipérent 4 MS.

CAP. XXVI.

POstquam noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem, [*] Numerate omnem summam filiorum Israel à viginti annis & suprà, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. [*] Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos, in campestribus Moab super Iordanẽ contra Iericho, ad eos qui erant [*] à viginti annis & suprà, sicut Dominus imperauerat, quorum iste est numerus: [*] Ruben primogenitus Israel. huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum: [*] & Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum. [*] hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inuentus est quadragintatria millia, [*] & septingenti triginta. [*] Filius Phallu, Eliab. [*] huius filij, Namuel & Dathan & Abiron. isti sunt Dathã & Abiron principes populi, qui [*] surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus Dominum rebellauerunt: [*] & aperiens terra os suum deuorauit Core morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factũ est grande miraculum, [*] vt Core pereunte, filij illius non perirent. [*] Filij Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarũ: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: [*] Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. [*] hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit viginti duo millia "ducentorum'. [*] Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarũ: [*] Ozni, ab hoc familia Oznitarum: "Her', ab hoc familia Heritarum: [*] Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. [*] istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadraginta millia "quingentorum'. [*] Filij Iuda, Her, & Onan, qui ambo mortui sunt in Terra-Chanáan. [*] Fuerúntque filij Iuda per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum. [*] Porrò filij Phares: Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum. [*] Istæ sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit septuaginta sex millia "quingentorum. [*] Filij Issachar, per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum: [*] Iasub, à quo familia Iabusitarũ: Semran, à quo familia Semranitarum. [*] hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus fuit sexaginta quatuor millia "trecentorum'. [*] Filij Zabulon per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarum: Elon, à quo familia Elonitarum: Ialel, à quo familia Ialelitarum.

Gen. 46, 9. Exo. 6, 14. 1 Par. 5, 1. "ducenti 1 MS. R. H. C. G. "Heri 4 MS. H. G. Addit. "quingenti 1 MS. R. H. C. G. Gen. 38, 30 "quingenti 1 MS. R. H. C. G. "trecenti 1 MS. R. H. C. G.

litarum. [*] hę sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit sexaginta millia quingentorum. [*] Filij Ioseph per cognationes suas, Manasse & Ephraim. [*] De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum. [*] Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum: [*] & Asriel, à quo familia Asrielitarum: & Sechẽ, à quo familia Sechemitarum: [*] & Semîda, à quo familia Semidaitarum: & 'Hepher, à quo familia Hepheritarum. [*] Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantùm filias. quarum ista sunt nomina: Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Tersa. [*] hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum, quinquaginta duo millia septingentorum. [*] Filij autem Ephráim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Thehenitarum. [*] porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. [*] hæ sunt cognationes filiorum Ephráim: quarum numerus fuit triginta duo millia "quingentorum'. Isti sunt filij Ioseph per familias suas. [*] Filij Ben-iamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarum: [*] Suphã, à quo familia Suphamitarum: Huphã, à quo familia Huphamitarum. [*] Filij Bela: Hered, & Noëman. De Hered, familia Hereditarum: de Noëman, familia Noemanitarum. [*] hi sunt filij Ben-iamin per cognationes suas, quorum numerus fuit quadragintaquinque millia sexcenti. [*] Filij Dan per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarum. hæ sunt cognationes Dan per familias suas. [*] omnes fuêre Suhamitæ, quorum numerus erat sexaginta-quatuor millia quadringentorum. [*] Filij Aser per cognationes suas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Iessui, à quo familia Iessuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum. [*] Filij Brie: Heber, à quo familia Heberitarũ: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. [*] Nomen autem filiæ Aser, fuit Sara. hæ cognationes filiorum Aser, & numerus eorum quinquagintatria millia quadringentorum. [*] Filij Nephthali per cognationes suas: Iesiel, à quo familia Iesielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: [*] Ieser, à quo familia Ieseritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum. [*] hæ sunt cognationes filiorũ Nephthali per familias suas: quorum numerus quadragintaquinq. millia quadringentorum. [*] Ista est summa filiorum Israel qui recensiti sunt, sexcenta millia, & mille septingenti triginta. [*] Locutúsq. est Dominus ad Moysen, dicens, [*] Istis diuidetur Terra iuxta numerũ vocabulorũ in possessiones suas. [*] Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorẽ: singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio: [*] ita dumtaxat vt sors Terram tribubus diuidat & familiis. [*] Quicquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores. [*] 'Hic quoque est numerus filiorũ Leui per familias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath, à quo familia Caathitharum: Merari, à quo familia Meraritarum. [*] hæ sunt familiæ Leui: Familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core. At verò Caath genuit Amram: [*] 'qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata est ei in Ægypto. hæc genuit Amram viro suo filios, Aaron & Moysen, & Mariam sororem eorum: [*] De Aaron orti sunt Nadab & Abiu, & Eleazar, & Ithamar: [*] 'quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cùm obtulissent ignem alienum coram Domino. [*] Fuerúntq. omnes qui numerati sunt, viginti tria millia generis masculini ab vno mense & suprà: "qui' non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est. [*] Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote, in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho, [*] 'inter quos nullus fuit eorum qui antè numerati sunt à Moyse & Aaron in de-

"quingenti 1 MS. R. H. C. G. Exo. 2, 1. & 6, 20. Sup. 3, 2. Leu. 10, 2. 1 Par. 24, 2 "quia 2 MS. H. C. G. 1 Co. 10, 6.

Sup.14,24 ferto Sinai. *'Prædixerat enim Dominus quòd omnes morerentur in solitudine. Nullúsque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iéphone, & Iosue filius Nun. 65

CAP. XXVII.

Sup.26,32. Iud.1.36,2. Ios.17,3. ACcesserunt autem 'filiæ Salphaad, filij Hepher, filij Galaad, filij Machir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph: quarum sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. *Steterúntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi fœderis, atque dixerunt, *Pater noster mortuus est in 1 2 3

Sup.26,1. 32. deserto, nec fuit in seditione quæ 'concitata est contra Dominum sub Core, sed in peccato suo mortuus est: hic non habuit mares filios. *Cur tollitur nomẽ 4 illius de familia sua, quia non habet filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. *Retulítque 5 Moyses causam earum ad iudicium Domini. *Qui dixit ad eum, Iustam *rem 6 postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in 7 hæreditatem succedãt. *Ad filios autem 8 Israel loquêris hæc, Homo cùm mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. *si filiam non ha- 9 buerit, habebit successores fratres suos. *quòd si & fratres non fuerint, dabitis 10 hæreditatem fratribus patris eius. *sin 11 autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi sunt. erítq. hoc filiis Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi. *Dixit 12 quoque Dominus ad Moysen, Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde Terram quam daturus sum filiis Israel. *cúmque videris eam, ibis 13 & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron: *quia 'offendistis me in 14

Deu.32,48 Sup.20,12. deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis corã ea super aquas. hæ sunt aquæ contradictionis in Cades 'deserti' Sin. *Cui re- 15 spondit Moyses, *Prouideat Dominus 16 Deus spirituũ omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc: *& 17 possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere: ne sit populus 18 Domini sicut oues absque pastore. *Dixítque Dominus ad 'eum', 'Tolle Iosue filium Nun virum in quo est Spiritus 'Dei', & pone manum tuam super eum. *Qui stabit coram Eleazaro sacerdote 19 & omni multitudine, *& dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis synagoga 20 filiorum Israel. *Pro hoc siquid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipse, & omnes filij Israel cũ 21 eo, & cetera multitudo. *Fecit Moyses 22 vt præceperat Dominus. Cúmque tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro 23 sacerdote & omni frequẽtia populi. *Et impositis capiti eius manibus cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.

'Moyses 1 MS. H. C. G. Deu.3,11. 3 MS. H. C. G. Rab. non legitur.

CAP. XXVIII.

DIxit quoque Dominus ad Moysen, 1 2 *Præcipe filijs Israel, & dices ad eos, Oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua. *Hæc sunt sacrificia quæ of- 3 Exo.29,38. ferre debetis, Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum 4 sempiternum: *vnum offeretis manè, & 5 alterũ ad vesperum: *decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin.

6 *holocaustum iuge est quod obtulistis in monte Sinai in odorem suauissimum 7 incensi Domini. *& libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in 8 sanctuario Domini. *Alterúmq. agnum similiter offeretis ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificij matutini, & libamentorum eius, oblationem suauissimi odoris Domino. *'Die autem sab- 9 Mat.12. bathi offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo 10 conspersæ in sacrificio, & liba *quæ ritè funduntur per singula sabbatha in holo- 11 caustum sempiternum. *In calendis autem, id est in mensium exordiis, offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos an- 12 niculos septem immaculatos, *& tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per

cio per singulos vitulos: & duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes: *& decimam decimæ similæ ex oleo 13 *conspersæ 8 MS. H. C. G. ARab. autem non legitur. *in sacrificio per agnos singulos. holocaustum suauissimi odoris atque incensi est Domino. *Libamenta autem vini 14 quæ per singulas fundẽda sunt victimas, ista erunt, Media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum. hoc erit holocaustũ per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt. *Hircus quoque offeretur Do- 15 Exo.22,18. Lev.13,5. mino pro peccatis, in holocaustum sempiternum cum libamentis suis. *'Mense autẽ primo, quartadecima die mensis, 16 17 Phase Domini erit, *& quintadecima die solemnitas: septem diebus vescentur azymis. *Quarum dies prima venera- 18 Deu.23,5. bilis & sancta erit: omne opus seruile nõ facietis in ea. *Offeretísque incensum 19 holocaustũ Domino vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: *& sacrificia 20 singulorum ex similia quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem, *& deci- 21 mam decimæ per agnos singulos, id est, per septem agnos. *Et hircum pro pec- 22 cato vnum, vt expietur pro vobis, *præ- 23 ter holocaustum matutinum quod sem- 24 'offertis 4 MS. per 'offeretis'. *Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino, qui surget de holocausto & de libationibus singulorum. *Dies quoq. septimus ce- 25 leberrimus & sanctus erit vobis: omne opus seruile non facietis in eo. *Dies 26 etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea.

*Offeretísque holocaustum in odorem 27 - MS. R. Rab. H. G. At C. expressit. suauissimũ Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, '& agnos anniculos immaculatos septem: *atque in 28 sacrificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, per arietes duas, *per agnos decimam deci- 29 *vnum 1 MS. H. C. G. At à R. & Rab. non legitur. mæ, qui simul sunt agni septem. *hir- 30 cum quoq. *qui mactatur pro expiatio- 31 ne: *præter holocaustum sempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

CAP. XXIX.

1 MEnsis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. omne opus seruile nõ facietis in ea, quia 2 dies clangoris est & tubarum. *Offere- Lev.23,24. tísque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum de armento vnum, arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos septem: *& in sa- 3 crificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas 4 decimas per arietem, *vnam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem: 5 *& hircum pro peccato, qui offertur in 6 expiationem populi: *præter holocaustum calendarum cum sacrificiis suis, & holocaustum sempiternum cum libationibus solitis. Eisdem ceremoniis offeretis in odorem suauissimum incen- 7 sum Domino. *'Decima quoque dies Lev.16,30. & 23,27. mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis, & affligetis animas vestras: omne opus seruile non facietis 8 in ea. *Offeretísque holocaustum Domino in odorem suauissimum, vitulum de armento vnũ, arietem vnum, agnos 9 anniculos immaculatos septem: *& in sacrificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas 10 decimas per arietem, *decimam decimæ per agnos singulos, qui sunt simul 11 agni septem: *& hircum pro peccato: absque his quæ offerri pro delicto solent in expiationem, & holocaustum sempiternum, & sacrificio & libaminibus eo- 12 rum. *Quintadecima verò die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea, sed celebrabitis solemnitatem 13 Domino septem diebus. *offeretísque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immacu- 14 latos quatuordecim: *& in libamentis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti

vno, id est simul arietibus duobus, *& decimã decimæ agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim: *& hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, & sacrificio, & libamine eius. *In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: *sacrificiáq. & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis, *& hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificióque & libamine eius. *Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: *sacrificiáq. & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato. absq. holocausto sempiterno, sacrificióque & libamine eius. *Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: *sacrificiáque & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificióque eius & libamine.

*Die quinto offeretis vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: *sacrificiáque & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificióque eius & libamine.

*Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: *sacrificiáq. & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato. absq. holocausto sempiterno, sacrificióq. eius & libamine. *Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: *sacrificiáque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificióque eius & libamine. *Die octauo qui est celeberrim⁹, omne opus seruile non facietis, *offerentes holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: *sacrificiáque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: *& hircum pro peccato. absq. holocausto sempiterno, sacrificióque eius & libamine. *Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris: præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis.

CAP. XXX.

NArrauítq. Moyses filiis Israel omnia quæ ei Dominus imperarat, *& locutus est ad principes tribuũ filiorum Israel, Iste est sermo quem præcepit Dominus: *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se cõstrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. *Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: *si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit. *sin autem statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur spõsioni, eò quòd contradixerit pater. *Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento: *quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcunque promiserat. *sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbáque quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus. *Vidua & repudiata quicquid voluerint, reddent. *Vxor in domo viri cùm se voto constrinxerit & iuramento, *si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcunq. promiserat. *sin autem extemplò contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit. *Si vouerit, & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium vel cæte-

rarum rerum abstinentiam affligat animã suam: in arbitrio viri erit siue faciat, siue non faciat. *quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quicquid vouerat atque promiserat, reddet: quia statim vt audiuit, tacuit. *sin aũt contradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatem eius. *Istæ sunt leges quas constituit Dominus Moysi inter virum & vxorem, inter patrem & filiam quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

CAP. XXXI.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen, dicens, *Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligêris ad populum tuum. *Statímq. Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnã: qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis. *mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel qui mittantur ad bellum. *Dederúntque millenos de singulis tribubus, id est duodecim millia expeditorum ad pugnam: *quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasaq. sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei. *Cúmque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, *& 'reges eorum Eui & Recem & Sur & Hur & Rebe, quinque principes gentis: Balaã quoque filium Beor interfecerunt gladio. *Ceperúntque mulieres eorum & paruulos, omniáque pecora & cunctam supellectilem: quicquid habere potuerant depopulati sunt: *tam vrbes, quàm viculos, & castella flamma consumpsit. *Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex iumentis, *& adduxerunt ad Moysen, & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorũ Israel. reliqua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho. *Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursum eorum extra castra. *Iratúsque Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionibus qui venerant de bello, *ait, Cur fœminas reseruastis? *Nónne istæ sunt quæ 'deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaã, & præuaricari vos fecerunt in Dñm super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? *Ergo cunctos interficite quicquid est generis masculini, etiam in paruulis: & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: *puellas autem & omnes fœminas virgines reseruate vobis. *& manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. *Et de omni præda, siue vestimẽtum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus & pilis & ligno expiabitur. *Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus, qui pugnauerant, sic locutus est, Hoc est præceptum legis quod 'mandauit Dominus Moysi, *Aurum & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannum, *& omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur. quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: *& lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. *Dixit quoq. Dominus ad Moysen, *'Tollite' summam eorum quæ capta sunt, ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & principes vulgi: *diuidéq. ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, egressiq. sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem. *& separabis partem Domino ab his qui pugnauerũt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus, *& dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt. *Ex media quoq. parte filiorũ Israel accipies quinquagesimum caput hominum & boum & asinorum & ouium, cunctorúmque animantium, & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodiis tabernaculi Domini. *Fecerúntque Moyses & Eleazar*, sicut præceperat Dominus. *Fuit autẽ præda quam exercitus ceperat, ouium sexcenta septuaginta quinq.

millia, *boum septuaginta duo millia, 33
*asinorum sexaginta millia & mille: 34
*animæ hominum sexus fœminei, quæ 35
nõ cognouerant viros, triginta duo millia. *Dataq. est media pars his qui in prœlio fuerant, ouium trecenta triginta septem millia quingẽtæ: *è quibus in partem Domini supputatæ sunt oues sexcẽtæ septuagintaquinque. *Et de bobus 38
triginta sex millibus, boues septuaginta & duo: *de asinis triginta millibus quin- 39
gentis, asini sexaginta vnus: *de ani- 40
mabus hominum sedecim millibus, cesserunt in partem Domini trigintaduæ animæ. *Tradidítque Moyses nume- 41
rum primitiarum Domini Eleazaro sacerdoti, *sicut fuerat ei imperatum, ex 42
media parte filiorum Israel, quam separauerat his qui in prœlio fuerant. *De 43
media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ouibus trecẽtis triginta septem millibus quingentis, *& de bobus triginta sex millibus, 44
*& de asinis triginta millibus quingen- 45
tis, *& de hominibus sedecim millibus, 46
*tulit Moyses quinquagesimum caput, 47
& dedit Leuitis qui excubabãt in tabernaculo Domini, sicut præceperat Dominus. *Cúmque accessissent principes 48
exercitus ad Moysen & tribuni, centurionésque, dixerunt, *Nos serui tui re- 49
censuimus numerũ pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. *Ob hanc causam offe- 50
rimus in donariis Domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia ac murænulas, vt depreceris pro nobis Dominum. *Susceperúntque Moyses 51
& Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus, *-"pondo' sedecim 52
millia, septingẽtos quinquaginta siclos, à tribunis & centurionibus. *Vnusquis- 53
que enim quod in præda rapuerat, suum erat. *Et susceptum intulerunt in ta- 54
bernaculum testimonij, in monimentum filiorum Israel coram Domino.

*pondere sanctuarij 7 MS. -R. Eaque in Textu est lectio, Rab. consentit: atque ad H. C. & G. accedit.

CAP. XXXII.

FIlij autem Ruben & Gad habebant 1
pecora multa, & erat illis in iumẽtis infinita substantia. Cúmque vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis 2
terras, *venerunt ad Moysen & ad Eleazarum sacerdotem, & principes multi- 3
tudinis, atq. dixerunt, *Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Hesebon, & 4
Eleale, & Sabã, & Nebo, & Beon, *terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regionis huberrimæ est ad pastum animalium: & nos serui tui 5
habemus iumenta plurima: *precamúrq. si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionẽ, nec facias nos transire Iordanem.
Quibus respondit Moyses, Nunquid 6
fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos 7
hîc sedebitis? *Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis daturus est Dominus?
*nónne ita egerunt patres vestri, quando misi de Cades-barne ad explorãdam 9
Terram? *'Cúmque venissent vsque ad Vallem-botri, lustrata omni regione, subuerterunt cor filiorum Israel, vt non intrarent fines quos eis Dominus dedit. Sup. 13,14.
*Qui iratus iurauit, dicens, *'Si vide- 10 Sup. 14,21.
bunt homines isti qui ascenderunt ex 11
Ægypto à viginti annis & supra, Terrã quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt 12
sequi me, *præter Caleb filium Iéphone Cenezæum, & Iosue filium Nun: isti impleuerunt voluntatem meam. *Ira- 13
túsque Dominus aduersum Israel, circumduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio quæ fecerat malum in 14
conspectu eius. *Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini cõtra Israel.
*Quod si nolueritis sequi eum, in soli- 15
tudine populũ derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. *At illi propè ac- 16
cedentes, dixerunt, Caulas ouium fabricabimus, & stabula iumentorũ, paruulis quoque nostris vrbes munitas: 17
*nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prœlium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri, & quicquid habere possumus, erunt in vrbibus "muratis', propter habitatorum insidias. *Non reuerte- 18
mur in domos nostras, vsque dum possideant filij Israel hæreditatem suam: *nec 19
quicquam quæremus trans Iordanem, quia iam habemus nostrã possessionem in orientali eius plaga. *Quibus Moy- 20
ses ait, 'Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnam: Ios. 1, 13.
*& omnis vir bellator armatus Iordanem trãseat, donec subuertat Dominus 21
inimicos suos, *& subiiciatur ei omnis 22
Terra: tunc eritis inculpabiles apud Dominum & apud Israel, & obtinebitis regiones quas vultis coram Domino. *Sin 23
autem quod dicitis, non feceritis, nulli dubium est quin peccetis in Deum: & scitote quoniam peccatum vestrum apprehendet vos. *Ædificate ergo vrbes 24
paruulis vestris, & caulas & stabula ouibus ac iumentis: & quod polliciti estis implete. *Dixerúntque filij Gad & Ru- 25
ben ad Moysen, Serui tui sumus, faciemus quod iubet dominus noster. *Par- 26
uulos nostros & mulieres, & pecora, ac iumẽta relinquemus in vrbibus Galaad:
*nos autem famuli tui omnes expediti 27
pergemus ad bellum, sicut tu domine loqueris. *'Præcepit ergo Moyses Elea- 28 Ios. 4, 12.
zaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, & principibus familiarũ per' tribus Israel, -MS. R. Rab. H. C. G.
*& dixit ad eos, Si transierint filij Gad, 29
& filij Ruben vobiscũ Iordanem omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit Terra subiecta: date eis Galaad in possessionem. *Sin autem no- 30
luerint trãsire armati vobiscum in Terram-Chanáan, inter vos habitandi accipiant loca. *Respondérúntq. filij Gad, & 31
filij Ruben, Sicut locutus est dominus seruis "suis', ita faciemus: *ipsi armati 32
pergemus coram Domino in Terram-Chanáan, & possessionem iam suscepisse nos confitemur trans Iordanem. "tuis 1 MS. H. C. Textui verò G. suffragantur.
*'Dedit itaque Moyses filiis Gad & Ru- 33 Ios. 13, 8. 22, 14. Deu. 3, 12.
ben, & dimidiæ tribui Manasse filij Ioseph regnum Sehon regis Amorrhæi, & regnũ Og regis Basan, "& terrã eorum cum vrbibus suis per circuitum. *Igitur 34 -1 MS. H. C. G.
extruxerunt filij Gad, Dibon, & Ata-
roth, & Aroër, *& Roth, & Sophan, & 35
Iazer, & Iegbaa, *& Beth-nemra, & 36
Betharan, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis. *Filij verò Ruben ædificauerunt Hesebon, & Eleale, & Cariathaim, 37
*& Nabo, & Baal-meon versis nomini- 38
bus, Sabama quoque: imponentes vocabula vrbibus quas extruxerãt. *'Porrò 39 Gen. 50, 23.
filij Machir, filij Manasse perrexerunt in Galaad, & vastauerunt eam interfecto
Amorrhæo habitatore eius. *Dedit ergo 40
Moyses Terram-Galaad Machir filio
Manasse, qui habitauit in ea. *Iaïr autẽ 41
filius Manasse abiit, & occupauit vicos eius, quos appellauit Hauoth-Iair, id est
Villas-Iair. *Nobe quoque perrexit, & 42
apprehendit Canath cum viculis suis: vocauítque eam ex nomine suo Nobe.

CAP. XXXIII.

HÆ sunt mansiones filiorum Israel, 1
qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron,
*quas descripsit Moyses iuxta castro- 2
rum loca, quæ Domini iussione mutabant. *'Profecti igitur de Rameste men- 3 Exo. 12, 37.
se primo, quintadecima die mensis primi, "fecerunt' altera die Phase' filij Israel 6 MS. R. Rab. H. C. G. Quia τῷ πάσχα.
in manu excelsa, videntib' cunctis Ægy- 4
ptiis, *& sepelientibus primogenitos quos percusserat Domin' (nam & in diis
eorum exercuerat vltionem) *castrame- 5
tati sunt in Socoth. *Et de Socoth vene- 6
runt in Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis. *'Inde egressi venerunt 7 Exo. 13, 20.
contra Phi-hahiroth, quæ respicit Beelsephon, & castrametati sunt ante Mag-
dalum. *'Profectíque de Phi-hahiroth, 8 Exo. 14, 22
transierunt per medium mare in solitudinem: & ambulantes tribus diebus per
desertum Etham, castrametati sunt in
Mara. *'Profectíq. de Mara venerunt in 9 Exo. 15, 7.
Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta: ibíq. castra-
metati sunt. *Sed & inde egressi, fixe- 10
runt tentoria super Mare-rubrum. *Pro- 11 Exo. 16, 2.
fectíq. de Mari-rubro, castrametati sunt
in deserto Sin. *Vnde egressi, venerunt 12
in Daphca. *Profectíque de Daphca, ca- 13 Exo. 17, 1.
strametati sunt in Alus. *Egressíque de 14

Alus, in Raphidim fixêre tentoria, vbi
Exo.19,1. populo defuit aqua ad bibendum. *Pro- 15
fectíq. de Raphidim, castrametati sunt
in deserto Sinai. *Sed & de solitudine Si- 16
nai egressi, venerunt ad Sepulcra-con-
cupiscentiæ. *Profectíque de Sepulcris- 17
concupiscẽtiæ, castrametati sunt in Ha-
Sup.21,35. seroth. *[1] Et de Haseroth venerunt in 18
Rethma. *Profectíque de Rethma, ca- 19
Sup.13,1. strametati sunt in Remmõ-phares. *[1] Vn- 20
de egressi, venerunt in Lebna. *De Leb- 21
na castrametati sunt in Ressa. *Egressíq. 22
de Ressa, venerunt in Ceelatha. *Vn- 23
de profecti, castrametati sunt in monte
Sepher. *Egressi de monte Sepher, ve- 24
nerunt in Harada. *Inde proficiscen- 25
tes, castrametati sunt in Maceloth. *Pro- 26
fectíque de Maceloth, venerunt in Tha-
hath. *De Thahath castrametati sunt in 27
Thare. *Vnde egressi, fixêre tentoria in 28
Deut.10,6. Methca. *Et de Methca castrametati 29
sunt in Hesmona. *Profectíque de Hes- 30
mona, venerunt in Moseroth. *Et de 31
Moseroth castrametati sunt in Bene-iaa-
can. *Profectíq. de Bene-iaacan, vene- 32
runt in montem Gadgad. *Vnde pro- 33
fecti, castrametati sunt in Ietebátha. *Et 34
de Ietebátha venerunt in Hebrona.
*Egressíque de Hebrona, castrametati 35
sunt in Asion-gáber. *Inde profecti, ve- 36
nerunt in desertum Sin, hæc est Cades.
Sup.20,21. 28. *[1] Egressíque de Cades, castrametati sunt 37
in monte Hor, in extremis finibus Ter-
Deu.32,50. ræ-Edom. *Ascendítque Aaron sacer- 38
-0. dos' in montem Hor iubente Domino:
& ibi mortuus est anno quadragesimo
egressionis filiorum Israel ex Ægypto,
mense quinto, prima die mensis, *cùm 39
esset annorũ centum viginti triũ. *Au- 40
Sup.21. diuítque Chananæus rex Arad, qui ha-
bitabat ad Meridiem, in Terram-Cha-
náan venisse filios Israel. *Et profecti de 41
monte Hor, castrametati sunt in Salmo-
Sup.21,10. na. *Vnde egressi, venerunt in Phunon. 42
*Profectíque de Phunon, castrameta- 43
ti sunt in Oboth. *Et de Oboth vene- 44
runt in Ieabarim, quę est in finibus Moa-
bitarum. *Profectíque de Ie-abarim, fi- 45
xêre tentoria in Dibõgad. *Vnde egres- 46
si, castrametati sunt in Helmon-debla-
47 thaim. *Egressíque de Helmon-debla-
thaim, venerunt ad mõtes Abarim con-
48 tra Nabo. *Profectíque de montibus
Abarim, transierunt ad cãpestria Moab,
49 supra Iordanem, contra Iericho. *Ibíq.
castrametati sunt de Bethsimoth vsque
ad Abel-satim in planioribus locis Moa-
50 bitarum, *vbi locutus est Dominus ad
51 Moysen, *Præcipe filiis Israel, & dic ad
eos, Quando transieritis Iordanem, in-
52 trantes Terram-Chanáan, *dispergite
cunctos habitatores Terræ illius: con-
fringite titulos, & statuas comminuite,
53 atque omnia excelsa vastate, *mundan-
tes terram, & habitantes in ea. ego enim
54 dedi vobis illã in possessionem, *quam Deut.7, Ios.11,
diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis la-
tiorem, & paucioribus angustiorem. Sin-
gulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hęre-
ditas. Per tribus & familias possessio di-
55 uidetur. *Sin autem nolueritis interfice-
re habitatores Terræ: qui remanserint,
erunt vobis quasi claui in oculis, & lan-
ceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis
56 in Terra habitationis vestræ: *& quic-
quid illis cogitaueram facere, vobis fa-
ciam.

CAP. XXXIIII.

1 LOcutúsq. est Dominus ad Moysen,
2 dicens, *Præcipe filijs Israel, & dices
ad eos, Cùm ingressi fueritis Terram-
Chanáan, & in possessionem vobis sorte
ceciderit, his finibus terminabitur:
3 *[1] Pars meridiana incipiet à solitudine Iosue 15.
Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit ter-
minos contra Orientem mare salsissi-
4 mum. *qui circuibunt australem pla-
gam per Ascensum 'scorpionis', ita vt 'scorpio-
transeant in Senna, & perueniãt ad me- num R.
ridiem vsq. ad Cades-barne, vndeegre- H.C.G.
dientur confinia ad villã nomine Adar, At MS.con
5 & tendent vsque ad Asemona. *ibítq. Rab. Trai
per gyrum terminus ab Asemona vsque vsdem.
ad Torrentem Ægypti, & magni maris
6 littore finietur. *Plaga autem occiden-
talis à mari magno incipiet, & ipso fine
7 claudetur. *Porrò ad septentrionalem
plagam à mari magno termini incipiẽt,
peruenientes vsque ad montem altissi-
8 mum, *à quo 'venient' in Emath vsque 'veniet 6
ad ter- MS. Rab.

ad terminos Sedáda: *ibúntque confi- 9
nia vsque ad Zephrona, & villam Enan.
hi erũt termini in parte Aquilonis. *Inde 10
metabuntur fines contra orientalem
plagam de villa Enan vsque Sephama,
*& de Sephama descendent termini in 11
Reblátha cõtra fontem Daphnim: inde
peruenient contra Orientem ad mare
Cenereth, *& tendent vsque ad Iorda- 12
nem, & ad vltimum salsissimo claden-
tur mari. Hanc habebitis Terram per
fines suos in circuitu. *Præcepítq. Moy- 13
ses filiis Israel, dicens, Hæc erit Terra
quam possidebitis sorte, & quam iusit
Dominus dari nouem tribubus, & di-
midiæ tribui. *Tribus enim filiorum 14
Ruben per familias suas, & tribus filio-
rum Gad iuxta cognationũ numerum,
media quoque tribus Manasse, *id est 15
duæ semis tribus, acceperunt partem
suam trans Iordanem contra Iericho ad
orientalem plagam. *Et ait Dominus ad 16
Iosue 24,1. Moysen, *[1] Hæc sunt nomina virorum 17
qui Terram vobis diuident, Eleazar sa-
cerdos, & Iosue filius Nun, *& singuli 18
principes de tribubus singulis, *quo- 19
rum ista sunt vocabula: De tribu Iuda,
Caleb filius Iéphone. *De tribu Si- 20
meon, Samuel filius Ammiud. *De tri- 21
bu Ben-iamin, Elidad filius Chaselon.
*De tribu filiorum Dan, Bocci filius 22
Iogli. *Filiorum Ioseph de tribu Ma- 23
nasse, Haniel filius Ephod. *De tribu 24
Ephráim, Camuel filius Sephthã. *De 25
tribu Zabulon, Elisaphã filius Pharnach.
*De tribu Issachar, dux Phaltiel filius 26
Ozan. *De tribu Aser, Ahiud filius Sa- 27
lomi. *De tribu Nephthali, Phedaël fi- 28
lius Ammiud. *Hi sunt quibus præce- 29
perat Dominus vt diuiderent filiis Israel
Terram-Chanáan.

CAP. XXXV.

HÆc quoque locutus est Dominus 1
ad Moysen in campestribus Moab
Iosue 21,2. supra Iordanem, contra Iericho. *Præ- 2
cipe filiis Israel vt dent Leuitis de posses-
sionibus suis *vrbes ad habitandum, & 3
suburbana earum per circuitum: vt ipsi
in oppidis maneant, & suburbana sint
pecoribus ac iumentis: *quæ à muris 4
ciuitatum forinsecus, per circuitũ, mil-
5 le passuum spatio tendentur. *contrà
Orientẽ duo millia erunt cubiti, & con-
tra Meridiem similiter erunt duo mil-
lia: ad mare quoq. quod respicit ad Oc-
cidentem, eadẽ mensura erit, & septen-
trionalis plaga æquali termino finietur.
erúntque vrbes in medio, & foris subur-
6 bana. *[1] De ipsis autem oppidis, quæ Le- Iosue 21, 2.
uitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum Deut.4, 41
auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fude-
rit sanguinẽ: & exceptis his alia quadra-
7 ginta duo oppida, *id est simul quadra-
8 ginta octo cum suburbanis suis. *Ipsæq.
vrbes quæ dabuntur de possessionibus
filiorum Israel, ab his qui plus habent,
plures auferentur: & qui minus, pauciо-
res. singuli iuxta mensuram hæreditatis
9 suæ dabunt oppida Leuitis. *Ait Domi-
nus ad Moysen, Loquere filiis Israel, &
10 dices ad eos: *Quando transgressi fue- Deut.19,2.
11 ritis Iordanẽ in Terram-Chanáan, *de- Iosue 20,2.
cernite quæ vrbes esse debeant in præsi-
dia fugitiuorum, qui nolentes, sangui-
12 nem fuderint. *in quibus cùm fuerit
profugus, cognatus occisi non poterit
eum occidere, donec stet in conspectu
multitudinis, & causa illius iudicetur.
13 *De ipsis autem vrbibus quæ ad fugi-
14 tiuorum subsidia separantur, *tres erunt
trans Iordanem, & tres in Terra-Cha-
15 naan, *tam filiis Israël, quàm aduenis at-
que peregrinis, vt confugiat ad eas qui
16 nolens, sanguinem fuderit. *Si quis fer-
ro percusserit, & mortuus fuerit qui per-
cussus est: reus erit homicidij, & ipse
17 morietur. *Si lapidẽ iecerit, & ictus oc-
18 cubuerit: similiter punietur. *Si ligno
percussus interierit: percussoris sangui-
19 ne vindicabitur. *Propinquus occisi, ho-
micîdam interficiet: statim vt apprehen-
20 derit eum, 'interficietur'. *[1] Si per odium 'interfi-
quis hominẽ impulerit, vel iecerit quid- cietб MS.
21 piam in eum per insidias: *aut cùm esset H.C.G.
inimicus, manu percusserit, & ille mor- Deu.19,11.
tuus fuerit: percussor, homicidij reus
erit. cognatus occisi statim vt inuenerit
22 eum, ingulabit. *Quòd si fortuitu, & 'IMS.
23 absque odio, *& inimicitiis quicquam H.C.G.
24 horum fecerit, *& hoc audiente populo

fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquũ sanguinis quæstio ventilata: *liberabitur innocens de 25
vltoris manu, & reducetur per sententiam in vrbem ad quam confugerat, manebítq. ibi, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur. *Si 26
interfector extra fines vrbium quę exulibus deputatæ sunt, *fuerit iuuentus, 27
& percussus ab eo qui vltor est sanguinis: absque noxa erit qui eum occiderit.
*debuerat enim profugus vsq. ad mortẽ Pontificis in vrbe residere. postquam 28
autem ille obierit, homicida reuertetur in terrã suam. *Hæc sempiterna erunt, 29
& legitima in cunctis habitationibus vestris. *Homicida sub testibus punietur: 30
ad vnius testimonium nullus condemnabitur. *Non accipietis pretium ab eo 31
qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. *Exules & profugi ante mortem 32
Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt: *ne polluatis terram ha- 33
bitationis vestræ quæ insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem qui alterius sanguinem fuderit. *Atque ita emundabitur 34
vestra possessio me commorante vobiscum. ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israel.

CAP. XXXVI.

ACcesserunt autem & principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manasse de stirpe filiorum Ioseph: locutíque sunt Moysi coram principibus Israel, atque dixerunt, *'Tibi domino 2
Sup. 27, 1. Iosue 17, 1.
nostro præcepit Dominus vt Terram sorte diuideres filiis Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri: *quas si alterius tri- 3
bus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur.
*atque ita fiet, vt cùm iubileus, id est 4
quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorũ possessio ad alios transeat.
*Respondit Moyses filiis Israel, & Do- 5
mino præcipiente ait, Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est. *& hæc lex super 6
filiabus Salphaad à Domino promulgata est: 'Nubant quibus volunt, tantùm Tob. 7, 14.
vt suæ tribus hominibus: *ne commis- 7
sceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent
vxores de tribu & cognatione sua: *& 8
cunctæ fœminæ de eadẽ tribu maritos accipient: vt hereditas permaneat in fa-
miliis, *nec sibi misceantur tribus, sed 9
ita maneant *vt à Domino separatæ sunt. Fecerúntque filię Salphaad vt fue- 10
rat imperatum: *& nupserunt Maala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa 11
filiis patrui sui *de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph: & possessio quæ illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum. *Hæc sunt mandata 12
atque iudicia quæ 'mandauit' Dominus per manũ Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho. 'præcepit' Ms.

LIBER DEVTERONOMII,

HEBRAICE,

ELLE HADDEBARIM,

ID EST,

HÆC SVNT VERBA.

CAPVT I.

HÆc sunt verba quæ locutus est Moyses ad omnẽ Israel trans Iordanem in solitudine campestri, contra Mare rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth, vbi auri est plurimum: *vndecim diebus de Horeb per 2
viam montis Seir vsq. ad Cadesbarne.
*Quadragesimo anno, vndecimo 3
mense, prima die mẽsis locutus est Moysesad filios Israel omnia quæ præcepe-
Nu. 21, 24. rat illi Dominus vt diceret eis: *'post- 4
quam percussit Sehon regẽ Amorrhęorum, qui habitauit in Hesebon: & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrái, *trans Iordanem in Terra- 5
Moab. Cœpítque Moyses explanare legem, & dicere: *Dominus Deus noster 6
locutus est ad nos in Horeb, dicens, Sufficit vobis quòd in hoc monte mãsistis:
*reuertimini, & venite ad montem 7
Amorrhæorũ, & ad cætera quæ ei proxima sunt campestria atque montana & humiliora loca contra Meridiem, & iuxta littus maris, Terram-Chananæorum, & Libani vsque ad flumen magnum Euphraten. *En, inquit, tradidi 8
vobis: ingredimini & possidete eam, super qua iurauit Dominus patribus vestris Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret
Exo. 23, 29. illam eis, & semini eorum post eos. *Di- 9
xíque vobis illo in tempore, Non possum solus sustinere vos: *quia Dominus 10
Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cæli, plurimi. (*Dñs 11
Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat
12 vobis sicut locutus est.) *Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus
13 aciurgia. *Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum cõuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos
14 vobis principes. *Tunc respondistis
15 mihi, Bona res est quam vis facere. *Tulíque de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerẽt vos singula.
16 *Præcepíque eis, dicens, Audite illos, '& quod iustum est iudicate: siue ciuis sit Iob 7, 24. Infr. 16, 18. Leu. 19, 15. Prou. 24, 24 Eccl. 42, 1. Iacob. 2, 21
17 ille, siue peregrinus. *'Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, re-
18 ferte ad me, & ego audiam. *Præcepíq.
19 omnia quæ facere deberetis. *Profecti autem de Horeb, transiuimus per eremum terribilem & maximam 'solitudinem' quam vidistis, per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cúmque venissemus
20 in Cadesbarne, *dixi vobis, Venistis ad montem Amorrhæi, quem Dominus
21 Deus 'noster' daturus est 'nobis'. *Vide Terram quam Dominus Deus tuus dat tibi: ascende & possidee am, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec quicquam paueas.
22 *Et accessistis ad me omnes, atque dixistis, Mittamus viros qui considerent Terram: & renuntient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ci-
23 uitates. *Cúmque mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singu-
24 los de tribubus suis. *Qui cùm perrexissent, & ascendissent in montana, vene-
Nu. 13, 24.

- 8 Ms. H. C. G. 'vester' 'vobis' Ms. Rab. G. Textus autem R. H. & C. auxiliantur. Num. 13, 31.

runt

runt vsque ad Vallem-botri: & considerata terra, [25] sumentes de fructibus eius, vt ostenderent hubertatem, attulerunt ad nos, atque dixerunt, Bona est terra quam Dominus Deus noster daturus est nobis. [26] Et noluistis ascendere, sed increduliad sermonem Domini Dei *nostri'

*vestri 6 MS.R.H. C.G.

[27] murmurastis in tabernaculis vestris, atque dixistis, Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de Terra-Ægypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret. [28] Quò ascendemus? nuntij terruerunt cor nostrum, dicentes, Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: vrbes magnæ, & ad cælum vsque

*muratæ MS.G.

munitæ', filios enacim vidimus ibi. Et [29] dixi vobis, Nolite metuere, nec timeatis eos: [30] Dominus Deus qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto cunctis videntibus: [31] & in solitudine ipsi vidistis. Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. [32] Et nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro, [33] qui præcessit vos in via, & metatus est locum in quo

Exo.13,21. Nu.14,20.

tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. [34] Cúmque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit & ait, [35] Non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimæ Terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris: [36] præter Caleb filiũ Iéphone. ipse enim videbit eam, & ipsi dabo Terram quam calcauit, & filiis eius, quia secutus est Dominum. [37] Nec miranda indignatio in populum, cùm mihi quoque iratus

Nu.20,12.

Dominus propter vos dixerit, Nec tu ingredieris illuc: [38] sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te. hunc exhortare & robora, & ipse sorte Terram diuidet Israeli. [39] Paruuli vestri, de quibus dixistis quòd captiui ducerẽtur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiã, ipsi ingredientur: & ipsis dabo Terram, & possidebunt eam. [40] Vos aũt reuertimini & abite in solitudinem per viam Maris rubri. [41] Et respõdistis mihi, Nu.14,40. Peccauimus Domino: ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. Cúmq. instructi armis pergeretis in montem, [42] ait mihi Dominus, Dic ad eos, Nolite ascendere, neque pugnetis, non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris. [43] Locutus sum, & non audistis: sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia ascendistis in montem. [44] Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Seir vsque Horma. [45] Cúmque reuersi ploraretis coram Domino, nõ audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. [46] Sedistis ergo in Cades-barne multo tempore.

CAP. II.

[1] PRofectíque inde venimus in solitudinem, quę ducit ad Mare-rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montem Seir longo tempore. [2] Dixítque Dominus ad me, [3] Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra aquilonem: [4] & populo præcipe, dicens, Transibitis per terminos fratrũ vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos. [5] Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos. neque enim dabo vobis de terra eorũ quantum potest vnius pedis calcare vestigiũ: quia in possessionem Esau dedi montem Seir. [6] Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis. [7] Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum: nouit iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitans tecum Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit. [8] Cúmq. transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in Seir, per viã campestrem de Elath, & de Asiongaber, venimus ad iter quod ducit in desertum Moab. [9] Dixítq. Dominus ad me, Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prœlium: non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filiis Loth tradidi Ar in

Ar in possessionem. [10] Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelsus, vt de enacim stirpe, [11] quasi gigantes crederentur, & essent similes filiorum enacim. Deniq. Moabitæ appellant eos Emim. [12] In Seir autẽ prius habitauerunt

*Horrhęi 1 MS.R. e. Eo autem modo quo Tecmis, legunt Rab. & H.

Horrim': quibus expulsis atque deletis habitauerunt filij Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suæ, quam dedit illi Dominus.

[13] Surgentes ergo vt transiremus torrentem Zared, venimus ad eum. [14] Tempus autẽ quo ambulauimus de Cades-barne vsque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat Dominus: [15] cuius manus fuit aduersum eos, vt interirent de castrorum medio.

[16] Postquam autem vniuersi ceciderunt pugnatores, [17] locutus est Dominus ad me, dicens, [18] Tu transibis hodie terminos Moab, vrbem nomine Ar: [19] & accedens in vicina filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prœlium: non enim dabo tibi de terra filiorum Ammõ, quia filiis Loth dedi eam in possessionem. [20] Terra gigantum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gi-

*Zõmim MS.R.G. Pro Teom autem H. facinus.

gantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim', [21] populus magnus, & proceræ longitudinis, sicut enacim, quos deleuit Dominus à facie eorum: [22] & fecit illos habitare pro eis, sicut fecerat filiis Esau, qui habitant in Seir, delens Horrhæos, & terram eorũ illis tradens, quam possident vsque in præsens. [23] Heuæos quoq. qui habitabant in Haserim vsque Gazan, Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. [24] Surgite, & transite torrentem Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhæum, & terram eius incipe possidere, & committe aduersus eum prœlium. [25] Hodie incipiã mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni cęlo: vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. [26] Misi ergo nuntios de solitudine Nu.21,21. Cademoth ad Sehon regẽ Hesebon ver-

"Trãsibõ 1 MS. H. c. "gradiar via: non declinabo 1 MS: H. C. G. "mihi vt vescar 1 MS. H. C. G. "bibam 1 MS. H. C. G. "Tantum est mihi 1 MS. H. C. G. "veniam ad Iordanem & transeam 1 MS. H. C. G. Ali

[27] bis pacificis, dicens, "Transibimus per terram tuam, publica "gradiemur via: non declinabimus neque ad dexteram, [28] neque ad sinistram. "Alimenta pretio vende "nobis, vt vescamur': aquam pecunia tribue, & sic "bibemus'. "Tantum est [29] vt nobis' concedas transitum, sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitę qui morantur in Ar: donec "veniamus ad Iordanem, & transeamus' ad Terram quã Dominus Deus noster daturus est nobis. [30] Noluítque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum: quia indurauerat Dominus Deus tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides.

[31] Dixítque Dominus ad me, Ecce cœpi tibi tradere Sehon, & terram eius, in- Amos 2,9.

[32] cipe possidere eam. Egressusque est Sehon obuiam nobis cũ omni populo suo [33] ad prœlium in Iasa. Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis: percussimúsque eum cum filiis suis & omni populo [34] suo. Cunctásque vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus eárum, viris ac mulieribus & paruulis, non [35] reliquimus in eis quicquam. Absque iumentis, quæ in partẽ venêre prædantium: & spoliis vrbium, quas cepimus ab [36] Aroër, quæ est super ripã torrentis Arnon, oppido quod in valle situm est, vsq. *&1 MS H.C.G.A. R. autem & Rab. non legitur. Galaad. Non fuit vicus, & ciuitas quæ nostras effugeret manus: omnes tradidit [37] Dominus Deus noster nobis. Absque terra filiorum Ammon, ad quam nõ accessimus: & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuersisque locis, à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

CAP. III.

[1] ITaque conuersi ascendimus per iter Inf.29,7. Nu.21,33. Basan: egressúsque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. [2] Dixítque Dominus ad me, Ne timeas eum: quia in manu tua traditus est cũ omni populo ac terra sua: faciésq. ei sicut fecisti Sehon regi Amor- Nu.21,24. rhæorum, qui habitauit in Hesebon.

Tradi-

Nu.21, 33. [*]Tradidit ergo Dominus Deus noſter
3 in manibus noſtris etiam Og regem Baſan, & vniuerſum populum eius: percuſſimúſque eos vſque ad internecionem,
4 [*]vaſtantes cunctas ciuitates illius vno tempore. non fuit oppidum quod nos effugeret: ſexaginta vrbes, omnem regionẽ Argob regni Og in Baſan. [*]Cunctæ vrbes erant munitę muris altiſſimis,
5 portíſque & vectibus, abſque oppidis innumeris quæ non habebant muros. [*]Et
6 deleuimus eos, ſicut feceramus Sehon regi Heſebon, diſperdentes omnem ciuitatem, viróſq. ac mulieres & paruulos:
7 [*]iumenta autem & ſpolia vrbium diripuimus. [*]Tulimúſque illo in tempore
8 terram de manu duorum regum Amorrhæorum qui erant trans Iordanem: à torrente Arnon vſque ad montem Hermon, [*]quem Sidonij Sarion vocant, &
9 Amorrhæi Sanir: [*]omnes ciuitates quæ
10 ſitæ ſunt in planitie, & vniuerſam Terram-Galaad & Baſan vſque ad Selcha, &
11 Edrái ciuitates regni Og in Baſan. [*]Solus quippe Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gigantum. Monſtratur lectus eius ferreus, qui eſt in Rabbath filiorũ Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, &
quatuor latitudinis ad menſuram cubiti
Nu.32, 33. virilis manus. [*]Terramque poſſedimus
12 tempore illo ab Aroër, quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon, vſque ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad. [*]Reliquam autem
13 partem Galaad, & omnem Baſan regni Og, tradidi mediæ tribui Manaſſe, omnem regionem Argob: cunctáque Ba-
" vocabatur MS.R. ſan "vocatur' Terra-gigantum. [*]Iair fi-
14 lius Manaſſe poſſedit omnem regionem Argob vſque ad terminos Geſſuri, & Machati. Vocauítq. ex nomine ſuo Baſan, Hauoth-Iair, id eſt, Villas-Iair, vſque
15 in præſentem diem. [*]Machir quoque
16 dedi Galaad. [*]Et tribubus Ruben & Gad dedi de Terra-Galaad vſque ad torrentem Arnon medium torrẽtis, & confinium vſque ad torrentem Ieboc, qui
17 eſt terminus filiorum Ammon: [*]& planitiem ſolitudinis atq. Iordanem, & terminos Cenereth vſque ad mare deſerti,
quod eſt ſalſiſſimum, ad radices montis
18 Phaſga contra orientem. [*]Præcepíque vobis in tempore illo, dicens, Dominus Deus veſter dat vobis terram hanc in hęreditatem, expediti præcedite fratres veſtros filios Iſrael, omnes viri robuſti:
19 [*]abſque vxoribus, & paruulis atque iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debe-
20 bũt, quas tradidi vobis; [*]donec requiem tribuat Dominus fratribus veſtris, ſicut vobis tribuit: & poſſideant ipſi etiam Terram quam daturus eſt eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnuſquiſque in poſſeſſionem ſuam quam dedi vobis.
21 [*][!] Ioſue quoque in tempore illo præce- Nu.27.
pi, dicens, Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus veſter duobus his regibus: ſic faciet omnibus regnis ad quæ
22 trãſiturus es. [*]Ne timeas eos: Dominus enim Deus veſter pugnabit pro vobis.
23 [*]Precatúſque ſum Dominum in tem-
24 pore illo, dicens, [*]Domine Deus tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam, manúmque fortiſsimam. neque enim eſt alius Deus vel in cælo, vel in terra, qui poſſit facere opera tua, & com-
25 parari fortitudini tuæ. [*]Tranſibo igitur, & videbo Terram hanc optimam trans Iordanem & montem iſtum egregium,
26 & Libanum. [*][!] Iratúſque eſt Dominus Inf.31,2. & 34,4.
mihi propter vos, nec exaudiuit me, ſed dixit mihi, Sufficit tibi: nequaquã vltrà
27 loquaris de hac re ad me. [*]Aſcende cacumen Phaſgæ, & oculos tuos circumfer ad occidentem, & ad aquilonem, auſtrúmque, & orientẽ; & aſpice. nec enim
28 tranſibis Iordanem iſtum. [*]Præcipe Ioſue, & corrobora eum atque conforta: quia ipſe præcedet populum iſtum, & diuidet eis Terram quam viſurus es.
29 [*]Manſimúſque in valle contra phanum Phogor.

CAP. IIII.

1 ET nunc Iſrael audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te: vt faciens ea, viuas, & ingrediens poſsideas Terram
2 quam Dominus Deus patrum veſtrorum daturus eſt vobis. [*]Non addetis ad Nu.25,4. Ioſ.23,17.
verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex

tis ex eo: cuſtodite mãdata Domini Dei
Nu.25,4. veſtri quæ ego præcipio vobis. [*][!] Oculi
3 veſtri viderunt omnia quæ fecit Dominus contra Beel-Phegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio
4 veſtri. [*]Vos autem qui adhæretis Domino Deo veſtro, viuitis vniuerſi vſque in
5 præſentem diem. [*]Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iuſtitias, ſicut mandauit mihi Dominus Deus meus: ſic facietis ea in Terra quam poſſeſſuri eſtis:
6 [*]& obſeruabitis & implebitis opere. Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc, dicant, En populus ſapiens & intelligens, gens magna. [*]Nec
7 eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut * Deus
*Dominus 3 MS. Rab. H.C. noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. [*]Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias, iuſtáque iudi-
8 cia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros? [*]Cuſtodi igitur temetipſum, & animã tuam
9 ſolicitè. Ne obliuiſcaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de cor-
Exo.19,18. de tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, [*]diem in quo
10 ſtetiſti corã Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus eſt mihi, dicens, Congrega ad me populum, vt audiant ſermones meos, & diſcant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceántque filios ſuos. [*]Et acceſsiſtis ad
11 radices montis qui ardebat vſq. ad cælum: erántque in eo tenebræ, & nubes, & caligo. [*]Locutúſq. eſt Dominus ad
12 vos de medio ignis. Vocem verborum eius audiſtis, & formam penitus non vidiſtis. [*]Et oſtendit vobis pactum ſuum
13 quod præcepit vt faceretis, & decẽ verba quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis. [*]Mihíq. mandauit in illo tẽpore vt
14 docerem vos ceremonias & iudicia quæ facere deberetis in Terra quam poſſeſſuri eſtis. [*]Cuſtodite igitur ſolicitè ani-
15 mas veſtras. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis: [*]ne
16 fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi vel
17 fœminę, [*]ſimilitudinẽ omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, vel auium
18 ſub cælo volantium, [*]atque reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium qui
19 ſub terra morantur in aquis: [*]ne fortè eleuatis oculis ad cælum, videas Solem & Lunam, & omnia aſtra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſteriũ cunctis gentibus quæ ſub cælo ſunt. [*]Vos
20 autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populũ hæreditarium, ſicut eſt in præſenti die.
21 [*][!] Iratúſque eſt Dominus contra me Sup.1,37. 3,26. Inf.34,1.
propter ſermones veſtros, & iurauit vt non tranſirem Iordanem, nec ingrederer Terram optimam quam daturus eſt
22 vobis. [*]Ecce "moriar' in hac humo, non "morior MS. H. C.G.
tranſibo Iordanem: vos trãſibitis & poſ-
23 ſidebitis terram egregiam. [*]Caue ne quando obliuiſcaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi ſculptam ſimilitudinẽ eorum quæ fieri
24 Dominus prohibuit: [*][!] Quia Dominus Heb.12,29.
Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus
25 æmulator. [*]Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in Terra, deceptíque feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes malum coram Domino Deo veſtro, vt eum ad iracundiam
26 prouocetis: [*]teſtes inuoco hodie cælum & terrã, citò perituros vos eſſe de Terra quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis. non habitabitis in ea longo tẽpore, ſed
27 delebit vos Dominus, [*]atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus eſt Do-
28 minus. [*]ibíque ſeruietis diis qui hominum manu fabricati ſunt, ligno & lapidi, qui nõ vident, nec audiunt, nec com-
29 edunt, nec odorantur. [*]Cúmque quæ- Sap.1,1.
ſieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eum: ſi tamen toto corde quæſieris,
30 & tota tribulatione animæ tuæ. [*]Poſtquam te inuenerint omnia quæ prædicta ſunt, nouiſſimo autem tempore reuertêris ad Dominum Deum tuum, &
31 audies vocem eius. [*]Quia Deus miſericors Dominus Deus tuus eſt: non dimittet te,

tet te, nec omnino delebit, neq. obliuiſcetur pacti in quo iurauit patribus tuis. 32
*Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die quo creauit Deus hominem ſuper terram, à ſummo cęlo vſq. ad ſummum eius, ſi facta eſt aliquando huiuſcemodi res, aut vnquã cognitum eſt, *vt audiret populus vocem Dei lo- 33
"vixiſti 6 MS.R.Rab. H.C.G. quentis de medio ignis, ſicut tu audiſti, & "vidiſti': *ſi fecit Deus vt ingrederetur, & tolleret ſibi Gentem de medio na- 34
tionum, per tentationes, ſigna, atque portenta, per pugnam & robuſtam manum, extentumque brachium, & horribiles viſiones iuxta omnia quæ fecit
"nobis "noſter MS.G.Textus verò volunt R.H.C. pro "vobis' Dominus Deus "veſter' in Ægypto, videntibus oculis tuis: *vt ſci- 35
"eum 4 MS.R.H.C.G. res quoniam Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt alius præter "vnum'. *De cælo 36
te fecit audire vocem ſuam, vt doceret te: & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximum, & audiſti verba illius de medio ignis, *quia dilexit patres tuos, & 37
Exo.13,21. elegit ſemen eorum poſt eos. 'Eduxítq. te præcedens in virtute ſua magna ex Ægypto, *vt deleret nationes maximas 38
& fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, darétque tibi terram earum in poſſeſsionem, ſicut cernis in præſenti die. *Scito ergo hodie, & cogitato in cor- 39
de tuo quòd Dñs ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius. *Cuſtodi præcepta eius atque 40
mandata quæ ego præcipio tibi: vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper Terrã quam Do-
Nu.35,6. minus Deus tu⁹ daturus eſt tibi. *Tunc 41
ſeparauit Moyſes tres ciuitates trans Iordanem ad Orientalem plagam, *vt con- 42
fugiat ad eas qui occiderit nolens proximum ſuum, nec ſibi fuerit inimicus ante vnum & alterum diem, & ad harum ali-
Ioſ.20,18. quam vrbium poſsit euadere: *'Boſor 43
in ſolitudine quæ ſita eſt in Terra campeſtri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ eſt in tribu Gad: & Golan in Baſan, quæ eſt in tribu Mãnaſſe. *Iſta 44
eſt lex quam propoſuit Moyſes coram filiis Iſrael, *& hæc teſtimonia & cere- 45
moniæ atque iudicia quæ locutus eſt ad filios Iſrael, quando egreſsi ſunt de Ægy-
46 pto, *trans Iordanem in valle contra phanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Heſebon, quem percuſsit Moyſes. Filij quoque Iſ-
47 rael egreſsi ex Ægypto *poſſederunt terram eius, & terram Og regis Baſan, duorum regum Amorrhæorum, qui erant
48 trans Iordanem ad Solis ortum: *Ab Aroër quæſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon, vſque ad montem Sion, qui eſt
49 & Hermon, *omnem planitiem trans Iordanem ad Orientalem plagam, vſque ad mare ſolitudinis, & vſque ad radices montis Phaſga.

CAP. V.

1 VOcauítque Moyſes omnem Iſraelem, & dixit ad eum, Audi Iſrael ceremonias atq. iudicia quæ ego loquor in aurib⁹ veſtris hodie: diſcite ea, & ope-
2 re complete. *Dominus Deus noſter pe- Exo.24.
3 pigit nobiſcum fœdus in Horeb. *Non cum patribus noſtris iniit pactum, ſed nobiſcum qui impræſentiarum ſumus,
4 & viuimus. *Facie ad faciem locutus eſt
5 nobis in monte de medio ignis. *Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annuntiarẽ vobis verba eius. timuiſtis enim ignem, &
6 non aſcendiſtis in montem: & ait, *'Ego Exo.20. Leu.26. Pſa.96.
Domin⁹ Deus tuus, qui eduxi te de Ter-
7 ra-Ægypti de domo ſeruitutis. *Non habebis deos alienos in conſpectu meo.
8 *Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omniũ quæ in cælo ſunt déſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra. *Non adorabis
9 ea, & non coles. 'Ego enim ſum Domi- Exo.34. Ier.32. Leu.18. Mat.3. Exo.20.
nus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam & quartam generationem his qui
10 oderunt me, *& faciens miſericordiam in multa millia diligentibus me, & cu-
11 ſtodientibus præcepta mea. *Non vſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtra: quia non erit impunitus, qui ſuper re va-
12 na nomen eius aſſumpſerit. *Obſerua diem Sabbathi, vt ſanctifices eum, ſicut
13 'præcepit tibi Dominus Deus tuus. *Sex Exo.20.
diebus operaberis, & facies omnia opera tua.

ra tua. *Septimus dies Sabbathi eſt, id 14
Gen.2,2. Heb.4,4. eſt, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quicquam operis tu, & filius tuus,
- MS.R.G. legitur autem à Rab.H.& c. & filia, ſeruus & ancilla, & bos, & aſinus, & omne iumentum tuum, & peregrinus qui eſt intra portas tuas: vt re-
quieſcat ſeruus tuus, & ancilla tua, ſicut & tu. *Memento quòd & ipſe ſeruieris 15
in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi vt obſer-
Exo.20,12. Eccl.3,9. Mat.15,4. Epheſ.6,2. uares diem Sabbathi. *'Honora patrem 16
tuum & matrem, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene ſit tibi in Terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. *Nõ oc- 17
cides. *Neque mœchaberis. *Furtúm- 18
que non facies. *Nec loquêris contra 19
proximum tuum falſum teſtimonium.
Mat.5,21. Rom.7,7. *'Non cõcupiſces vxorem proximi tui: 20
*non domum, non agrum, non ſeruum, 21
non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt. *Hæc verba 22
locutus eſt Dominus ad omnem multitudinẽ veſtram in monte de medio ignis & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens amplius: & ſcripſit ea in duabus
tabulis lapideis quas tradidit mihi. *Vos 23
autem poſtquam audiſtis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidiſtis, acceſſiſtis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixiſtis,
*Ecce oſtendit nobis Dominus Deus 24
noſter maieſtatem & magnitudinem ſuam. vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquente Deo cum homine, vixerit ho-
mo. *Cur ergo moriemur, & deuorabit 25
nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltrà vocẽ Domini Dei noſtri, moriemur. *Quid eſt omnis caro, vt audiat 26
vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur ſicut nos audiuimus, & poſsit viuere? *Tu magis accede: & audi cun- 27
cta quę dixerit Dominus Deus noſter tibi: loquerísque ad nos, & nos audientes faciemus ea. *Quod cùm audiſſet Do- 28
minus, ait ad me, Audiui vocem verborum populi huius quæ locuti ſunt tibi: bene omnia ſunt locuti. *Quis det talem 29
eos habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mãdata mea in omni tempore, vt bene ſit eis & filiis eorum
30 in ſempiternũ? *Vade & dic eis, Reuer-
31 timini in tentoria veſtra. *Tu verò hîc ſta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atque iudicia:
32 quæ docebis eos, vt faciant ea in Terra quam dabo illis in poſſeſsionem. *Cuſtodite igitur & facite quę præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque
33 ad dexteram, neque ad ſiniſtram: *ſed per viã quam præcepit Dominus Deus veſter ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis, & "protelentur' dies* in terra poſ- "protelerís H.C. *veſtri MS.R.
ſeſsionis veſtræ.

CAP. VI.

1 HÆc ſunt præcepta, & ceremoniæ atque iudicia quæ mandauit Dominus Deus veſter vt docerem vos, "&' "vt MS. R.H.C.
faciatis ea in Terra ad quam tranſgredimini poſſidendã, *vt timeas Dominum
2 Deum tuum, & cuſtodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt prologentur dies tui.
3 *Audi Iſrael, & obſerua vt facias quæ -7 MS. H.C.A G: autem, in huius verſus fine, huiuſcemodi quædã additur. præcepit tibi Dominus', & bene ſit tibi, & multipliceris amplius, ſicut pollicitus
eſt Dominus Deus patrum tuorum tibi
4 terram lacte & melle manãtem. *'Audi Mat.22,37. Mar.12,29 Luc.10,27. "Dominus 3 MS. R.H.C.G. *& 1 MS. H.C.G. Inſr.11,18. Iſrael, Dominus Deus noſter "Deus' vnus
5 eſt. **Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,
6 & ex tota fortitudine tua. *'Erúntque verba hæc quæ egó præcipio tibi hodie,
7 in corde tuo: *& narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque con-
8 ſurgens. *Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, erúntque & mouebuntur in-
9 ter oculos tuos, *ſcribéſque ea in limi-
10 ne & oſtiis domus tuæ. *Cúmque introduxerit te Domin⁹ Deus tuus in Terram pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificaſti,
11 *domos plenas cunctarum opum quas non extruxiſti, ciſternas quas nõ fodiſti, vineta & oliueta quæ non plantaſti, & comede-

comederis, & ſaturatus fueris: *caue di- 12
ligẽter ne obliuiſcaris Domini qui edu-
xit te de Terra-Ægypti, de domo ſerui-
tutis. *'Dominum Deum tuum time- 13
bis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomẽ illius
iurabis. *Non ibitis poſt deos alienos 14
cunctarum Gentium, quæ in circuitu
veſtro ſunt: *quoniam Deus æmulator 15
Dñs Deus tuus in medio tui: nequando
iraſcatur furor Domini Dei tui cõtra te,
& auferat te de ſuperficie terræ. *'Non 16
tentabis Dominum Deum tuum, ſicut
tentaſti in loco tẽtationis. *Cuſtodi præ- 17
cepta Domini Dei tui, ac teſtimonia &
ceremonias, quas præcepit tibi: *& fac 18
quod placitum eſt & bonum in conſpe-
ctu Domini, vt bene ſit tibi: & ingreſſus
poſſideas Terram optimam, de qua iu-
rauit Dominus patribus tuis, *vt deleret 19
omnes inimicos tuos coram te, ſicut lo-
cutus eſt. *Cùm interrogauerit te filius 20
tuus cras, dicens, Quid ſibi volunt teſti-
monia hæc, & ceremoniæ, atque iudicia,
quæ præcepit Domin⁹ Deus noſter 'no-
bis'? *dices ei, Serui eramus Pharaonis in 21
Ægypto, & eduxit nos Dominus de
Ægypto in manu forti: *fecítque ſigna 22
atque prodigia magna & peſſima in Æ-
gypto, contra Pharaonem, & omnem
domũ illius in conſpectu noſtro, *& edu- 23
xit nos inde, vt introductis daret Ter-
ram ſuper qua iurauit patribus noſtris.
*Præcepítque nobis Dominus vt facia- 24
mus omnia legitima hæc, & timeamus
Dominum Deum noſtrum, vt bene ſit
nobis cunctis diebus vitæ noſtræ, ſicut
eſt hodie. *Erítque noſtri miſericors, ſi 25
cuſtodierimus & fecerimus omnia præ-
cepta eius coram Domino Deo noſtro,
ſicut mandauit nobis.

CAP. VII.

CVm introduxerit te Domin⁹ Deus 1
tuus in terram quam poſſeſſurus in-
grederis, & deleuerit Gentes multas co-
rã te, Hethæum & Gergezæũ & Amor-
rhæum, Chananæum & Pherezæum, &
Heuæum & Iebuſæum, ſeptem gentes
multò maioris numeri quàm tu es, &
robuſtiores te: *tradiderítq. eas Domi- 2
nus Deus tuus tibi, percuties eas vſq. ad
internecionem. 'Non inibis cum eis fœ- Exo. 23,32.
dus, nec miſereberis earum, *neque ſo- 34,12. 3
ciabis cum eis coniugia. Filiã tuam non
dabis filio eius, nec filiam illius accipies
filio tuo: *quia ſeducet filium tuum, ne 4
ſequatur me, & vt magis ſeruiat diis alie-
nis. iraſcetúrque furor Domini, & dele-
bit te citò. *Quin potius hæc facietis eis, 5
Aras eorum ſubuertite, & confringite
ſtatuas, lucóſque ſuccidite, & ſculptilia
comburite. *'Quia populus ſanctus es Inſ.14,2.
Domino Deo tuo. Te elegit Dñs Deus & 26,18.
tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cun- 6
ctis populis qui ſunt ſuper terram. *Non 7
quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus eſt Dominus, & elegit
vos, cùm omnibus ſitis populis paucio-
res: *ſed quia dilexit vos Dominus, & 8
cuſtodiuit iuramentũ quod iurauit pa-
tribus veſtris: Eduxítque vos in manu
forti, & redemit de domo ſeruitutis, de
manu Pharaonis regis Ægypti. *Et ſcies 9
quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus
fortis & fidelis, cuſtodiens pactũ & miſe-
ricordiam diligentibus ſe, & his qui cu-
ſtodiunt præcepta eius, in mille genera-
tiones: *& reddens odientibus ſe ſtatim, 10
ita vt diſperdat eos, & vltrà non differat,
protinus eis reſtituens quod merentur.
*Cuſtodi ergo præcepta & ceremonias 11
atque iudicia quę ego mando tibi hodie
vt facias. *Si poſtquam audieris hæc iu- 12
dicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet
& Dominus Deus tuus pactũ tibi & mi-
ſericordiam quam iurauit patribus tuis:
*& diliget te ac multiplicabit, benedi- 13
cétque fructui ventris tui, & fructui ter-
ræ tuæ, frumento tuo atque vindemiæ,
oleo, & armentis, gregibus ouium tua-
rum ſuper Terram, pro qua iurauit pa-
trib⁹ tuis vt daret eam tibi. *Benedictus 14
eris inter omnes populos. 'Nõ erit apud Exo.23,26.
te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in homi-
nibus quàm in gregibus tuis. *Auferet 15
Dominus à te omnem languorem: & in-
firmitates Ægypti peſſimas quas noui-
ſti, non inferet tibi, ſed cunctis hoſtibus
tuis. *Deuorabis omnes populos quos 16
Domin⁹ Deus tuus daturus eſt tibi. Non
parcet eis oculus tuus, nec ſeruies diis
eorum,

Inſ.10,20. Mat.4,10. Luc.4,8. -4 MS. Rab. H.C. 6q.
Mat.4,7. Luc.4,12. Nu. 21,5. Exo.5,2.
Inſ.31,3.
'vobis 1 MS. H.C. Verum Textus R. & G. conformis eſt.
Inſ.29,5.
Mat.4,4. Luc.4,5. 'viuit MS. R. Rab. 'viuet H.C.G.
Inſ.8,4.

eorum, ne ſint in ruinã tui. *Si dixeris in 17
corde tuo, Plures ſunt Gentes iſtæ quàm
ego, quomodo potero delere eas? *noli 18
metuere, ſed recordare quæ fecerit Do-
minus Deus tuus Pharaoni, & cunctis
Ægyptiis, *plagas maximas quas vide- 19
runt oculi tui, & ſigna atq. portenta, ma-
númque robuſtam, & extentum bra-
chium, vt educeret te Dominus Deus
tuus. ſic faciet cunctis populis quos me-
tuis. *Inſuper & crabrones mittet Do- 20
min⁹ Deus tuus in eos, donec deleat om-
nes atq. diſperdat qui te fugerint, & latẽ-
re potuerint. *'Non timebis eos, quia 21
Dñs Deus tuus in medio tui eſt, Deus
magnus & terribilis: *ipſe conſumet na- 22
tiones has in conſpectu tuo paulatim at-
que per partes. Non poteris eas delere
pariter: ne fortè multiplicentur contra
te beſtiæ terræ. *Dabítque eos Domi- 23
nus Deus tuus in conſpectu tuo: & inter-
ficiet illos donec penitus deleãtur. *Tra- 24
détque reges eorum in manus tuas, &
diſperdes nomina eorum ſub cælo: nul-
lus poterit reſiſtere tibi, donec conteras
eos. *'Sculptilia eorum igne combures: 25
non concupiſces argentum & aurum de
quibus facta ſunt, neque aſſumes ex eis
tibi quicquam, ne offendas, propterea
quia abominatio eſt Domini Dei tui.
*Nec inferes quippiam ex idolo in do- 26
mum tuam, ne fias anáthema, ſicut &
illud eſt. Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis,
& velut inquinamentum ac ſordes abo-
minationi habebis, quia anáthema eſt.

CAP. VIII.

OMne mãdatum quod ego præcipio 1
tibi hodie caue diligenter vt facias:
vt poſſitis viuere, & multiplicemini, in-
greſſíque poſſideatis Terram, pro qua
iurauit Dominus patribus veſtris. *Et 2
recordaberis cuncti itineris per quod ad-
duxit te Dominus Deus tuus quadra-
ginta annis per deſertum, vt affligeret te,
atque tentaret, & nota fierent quę in tuo
animo verſabantur, vtrum cuſtodires
mandata illius, an non. *Afflixit te pe- 3
nuria, & dedit tibi cibum manna, quod
ignorabas tu & patres tui: vt oſtenderet
tibi quòd 'non in ſolo pane 'viuat homo,
ſed in omni verbo quod egreditur de ore
Domini. *Veſtimentum tuum quo ope- 4
riebaris, nequaquam vetuſtate defecit,
& pes tuus non eſt ſubtritus, en quadra-
geſimus annus eſt. *'Vt recogites in 5 Inſ.26,3.
corde tuo, quia ſicut erudit filium ſuum
homo, ſic Dominus Deus tuus erudiuit
te, *vt cuſtodias mandata Domini Dei 6
tui, & ambules in viis eius, & timeas
eum. *Dominus enim Deus tuus intro- 7
ducet te in terram bonam, terram riuo-
rum aquarúmque & fontium: in cuius
campis & montibus erumpunt fluuio-
rum abyſſi: *terram frumenti, hordei 8
ac vinearum, in qua ficus & malogranata, & oliueta naſcuntur: terram olei ac
mellis. *Vbi abſque vlla penuria come- 9
des panẽ tuum, & rerum omniũ abun-
dantia perfruêris: cuius lapides ferrum
ſunt, & de montibus eius æris metalla
fodiuntur: *vt cùm comederis, & ſatia- 10
tus fueris, benedicas Domino Deo tuo
pro Terra optima quam dedit tibi. *Ob- 11
ſerua, & caue nequando obliuiſcaris Do-
mini Dei tui, & negligas mandata eius
atque iudicia & ceremonias quas ego
præcipio tibi hodie: *ne poſtquam co- 12
mederis & ſatiatus fueris, domos pul-
chras ædificaueris, & habitaueris in eis,
*habueríſque armenta boum & ouium 13
greges, argenti, & auri, cunctarúmque
rerum copiam, *eleuetur cor tuum, & 14
non reminiſcaris Domini Dei tui, qui
eduxit te de Terra-Ægypti, de domo
ſeruitutis: *& ductor tuus fuit in ſolitu- 15
dine magna atque terribili, in qua erat
ſerpens flatu adurẽs, & ſcorpio ac dipſas,
& nullę omnino aquæ: 'qui eduxit riuos Bar.1,20. Nu. 20,11.
de petra duriſſima, *'& cibauit te Man- 16 21,5. Exo.16,17. & 17,2.
na in ſolitudine, quod neſcierunt patres
tui. Et poſtquam afflixit ac probauit*, ad *te 2 MS. H.C.G.
extremum miſertus eſt tui, *ne diceres 17
in corde tuo, Fortitudo mea, & robur
manus meæ, hæc mihi omnia præſtite-
runt. *Sed recorderis Domini Dei tui, 18
quòd ipſe vires tibi præbuerit, vt im-
pleret pactum ſuum, ſuper quo iurauit
patribus tuis, ſicut præſens indicat dies.
*Sin autem oblitus Domini Dei tui, ſe- 19
cutus fueris deos alienos, coluerísque

illos & adoraueris: ecce nunc prædico
tibi quòd omnino dispereas. *Sicut Gen- 20
tes quas deleuit Dominus in introitu
tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes
fueritis voci Domini Dei vestri.

CAP. IX.

*transgre deris MS. H.C.G.

AVdi Israel, Tu transgredieris hodie 1
Iordanem, vt possideas nationes
maximas & fortiores te, ciuitates ingen-
tes, & ad cælum vsque muratas, *popu- 2
lum magnum atq. sublimẽ filios ena-
cim, quos ipse vidisti, & audisti, quibus
nullus potest ex aduerso resistere. *Scies 3
ergo hodie quòd Dominus Deus tuus
ipse transibit ante te, ignis deuorans atq.
consumens, qui conterat eos & deleat
atque disperdat ante faciem tuam velo-
citer, sicut locutus est tibi. *Ne dicas 4
in corde tuo cùm deleuerit eos Domi-
nus Deus tuus in cõspectu tuo, Propter
iustitiam meam introduxit me Domi-
nus vt terrã hanc possiderem, cùm pro-
pter impietates suas istæ deletæ sint na-
tiones. *Neque enim propter iustitias 5
tuas, & æquitatem cordis tui ingrederis
vt possideas terras earum: sed quia illæ
egerunt impiè, introeunte te deletæ
sunt: & vt cõpleret verbum suum Do-
minus, quod sub iuramento pollicitus
est patribus tuis Abraham, Isaac & Ia-
cob. *Scito ergo, quòd non propter iu- 6
stitias tuas Dominus Deus tuus dederit
tibi terram hanc optimam in possessio-
nem, cùm durissimæ ceruicis sis popu-
lus. *Memento, & ne obliuiscaris quo- 7
modo ad iracundiam prouocaueris Do-
minum Deum tuum in solitudine. 'Ex
eo die quo egressus es ex Ægypto vsque
ad locum istum semper aduersum Do-
minum contendisti. *Nam & in Horeb 8
prouocasti eum, & iratus delere te vo-
luit, *quando ascendi in montem, vt 9
acciperem tabulas lapideas pacti quod
pepigit vobiscum "Deus': & perseuera-
ui in monte quadraginta diebus ac no-
ctibus, panem nõ comedens, & aquam
non bibens. *Dedítque mihi Dominus 10
duas tabulas lapideas scriptas digito Dei,
& continentes omnia verba quæ vobis
locutus est in monte de medio ignis,

Exo.14,10. & 16,2. & 17,2.

"Dominus MS. R.H.C.

Exo.24,18. & 34,28. Exo.31,28.

quando concio populi congregata est.
*Cúmq. transissent quadraginta dies, 11
& totidem noctes, dedit mihi Dominus
duas tabulas lapideas, tabulas fœderis,
*dixítque mihi, Surge, & descẽde hinc 12
citò: quia populus tuus quem eduxisti
de Ægypto, deseruerũt velociter viam
quam demonstrasti eis, feceruntq. sibi
conflatile. *Rursumque ait Dominus 13
ad me, Cerno quòd populus iste duræ
ceruicis sit: *dimitte me vt conteram 14
eum, & deleam nomen eius de sub cęlo,
& cõstituam te super Gentem quæ hac
maior & fortior sit. *Cumq. de monte 15
ardente descenderem, & duas tabulas
fœderis vtraq. tenerem manu, *vidis- 16
sémq. vos peccasse Dño Deo vestro, &
fecisse vobis vitulũ conflatilem, ac de-
seruisse velociter viam eius quam vobis
ostenderat: *proieci tabulas de manibus 17
meis, confregíq. eas in cõspectu vestro.
*Et procidi ante Dominum sicut prius, 18
quadraginta diebus & noctibus panem
non comedens, & aquam non bibens,
propter omnia peccata vestra quæ gesi-
stis contra Dominum, & eum ad iracun-
diam prouocastis: *timui enim indigna- 19
tionem & iram illius, qua aduersum vos
concitatus, delere vos voluit. Et exaudi-
uit me Dñs etiam hac vice. *Aduer- 20
sum Aaron quoq. vehementer iratus,
voluit eũ conterere, & pro illo similiter
deprecatus sum. *Peccatum autem ve- 21
strum quod feceratis, id est vitulum, ar-
ripiens, igne combussi, & in frustacom-
minuens, omninóq. in puluerem redi-
gens, proieci in torrentem qui de mon-
te descendit. *In incendio quoque & in Exo.17,7. Nu.11,1. 21,5.
tentatione, & in Sepulcris concupiscen- 22
tiæ prouocastis Dominum: *& quando 23
misit vos de Cades-barne, dicẽs, Ascen-
dite, & possidete Terram quam dedi vo-
bis, & contempsistis imperium Domini
Dei vestri, & non credidistis ei, neq. vo-
cem eius audire voluistis: *sed semper 24
fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi.
*Et iacui coram Domino quadraginta 25
diebus ac noctibus, quibus eum suppli-
citer deprecabar, ne deleret vos vt fue-
rat cõminatus: *& orans dixi, Domine 26
Deus,

Deus, ne disperdas populum tuum, &
hæreditatem tuam, quam redemisti in
magnitudine tua, quos eduxisti de Æ-
gypto in manu forti. *Recordare ser- 27
uorum tuorũ Abraham, Isaac, & Iacob:
ne aspicias duritiam populi huius, & im-
pietatem atque peccatum: *ne fortè di- 28
cant habitatores terræ, de qua eduxisti
nos, Non poterat Dominus introduce-
re eos in Terram quam pollicitus est eis;
& oderat illos: idcirco eduxit, vt interfi-
ceret eos in solitudine. *qui sunt popu- 29
lus tuus & hæreditas tua, quos eduxisti
in fortitudine tua magna, & in brachio
tuo extento.

CAP. X.

Exo.34,1. IN tempore illo dixit Dominus ad me, 1
Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut
priores fuerunt, & ascẽde ad me in mon-
tem: faciésque arcam ligneam, *& scri- 2
bam in tabulis verba quæ fuerunt in his
quas antè confregisti, ponésque eas in
arca. *Feci igitur arcam de lignis setim. 3
Cúmq. dolassem duas tabulas lapideas
instar priorum, ascendi in montem, ha-
bens eas in manibus. *Scripsitq. in tabu- 4
lis iuxta id quod prius scripserat, verba
decem, quæ locutus est Dominus ad vos
in monte de medio ignis, quando popu-
lus congregatus est: & dedit eas mihi.
*Reuersúsq. de monte, descendi, & po- 5
sui tabulas in arcam quam feceram, quę
hucusque ibi sunt, sicut mihi præcepit
Nu.33,30. Dominus. *Filij autem Israel mouerunt 6
castra ex Beroth-filiorum-Iacan in Mo-
Nu.20,28. sera, vbi Aaron mortuus & sepultus est,
pro quo sacerdotio functus est Eleazar
filius eius. *Inde venerunt in Gadgad: de 7
quo loco profecti, castrametati sunt in
Ietebatha, in Terra-aquarum atquè tor-
rentium. *Eo tempore separauit tribum 8
Leui, vt portaret arcam fœderis Domi-
ni, & staret corã eo in ministerio, ac be-
nediceret in nomine illius vsque in præ-
Nu.18,20. Inf.18,2. sentem diem. *Quam ob rem non ha- 9
buit Leui partem, neque possessionem
cum fratribus suis: quia ipse Dominus
possessio eius est, sicut promisit ei Domi-
nus Deus tuus. *Ego autẽ steti in mon- 10
te, sicut prius, quadraginta diebus ac
noctibus: exaudiuítque me Dominus
etiam hac vice, & te perdere noluit. *Di- 11
xítq. mihi, Vade, & præcede populum,
vt ingrediatur, & possideat Terrã quam
iuraui patribus eorum vt traderem eis.
*Et nunc Israel quid Domin' Deus tuus 12
petit à te, nisi vt timeas Dominũ Deum
tuum, & ambules in viis eius, & diligas
eũ, ac seruias Dño Deo tuo in toto cor-
de tuo, & in tota anima tua: *custodiás- 13
que mandata Domini, & ceremonias
eius quas ego hodie præcipio tibi, vt be-
ne sit tibi? *En Domini Dei tui cælũ est, 14
& cælum cæli, terra, & omnia quæ in ea
sunt: *& tamen patribus tuis congluti- 15
natus est Dominus, & amauit eos, elegít-
que semen eorum post eos, id est vos, de
cunctis Gentibus, sicut hodie compro-
batur. *Circumcidite igitur præputium 16
cordis vestri, & ceruicem vestram ne in-
duretis amplius: *quia Dominus Deus 17
vester ipse est Deus deorum, & Domi-
nus dominantium, Deus magnus & po-
tens, & terribilis, 'qui personam non ac- 2 Par.19,7. Iob 34,19. Sap.6,8. Eccl.35,16.
cipit, nec munera. *Facit iudicium pu- 18
pillo & viduæ, amat peregrinum, & dat
ei victum atque vestitum. *& vos ergo 19
amate peregrinos, quia & ipsi fuistis ad-
uenæ in Terra-Ægypti. *'Dominum 20 Rom.2,11. Gal.2,6. Sap.6,3.
Deum tuum timebis, & ei seruies: ipsi *soli MS. R.G.Q.ni
adhærebis, iurabísque in nomine illius.
*Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit 21
tibi hæc magnalia & terribilia quæ vide-
runt oculi tui. *In septuaginta anima- 22 Matt.4,18. Luc.4,8.
bus descenderunt patres tui in Ægy- Gen.46,27
ptum: & ecce nunc multiplicauit te Do-
minus Deus tuus sicut astra cæli.

CAP. XI.

AMa itaq. Dominum Deum tuum, 1
& obserua præcepta eius & cere-
monias, iudicia atque mandata omni
tempore. *Cognoscite hodie quæ igno- 2
rant filij vestri, qui non viderunt disci-
plinam Domini Dei vestri, magnalia
eius & robustam manum, extentumq. 3
brachium, *signa & opera quæ fecit in
medio Ægypti Pharaoni regi, & vni-
uersæ terræ eius, *omnique exercitui 4
Ægyptiorum, & equis ac curribus: quo-
modo operuerint eos aquę maris-rubri,

cùm vos perſequerentur, & deleuerit
eos Dominus vſque in præſentem diem:
*vobíſque quæ fecerit in ſolitudine, 5
donec veniretis ad hunc locũ: *' & Da- 6
Nu.16,31. Pſ.105,17. than atque Abîron filiis Eliab, qui fuit
filius Ruben: quos aperto ore ſuo terra
abſorbuit cum domibus & tabernaculis,& vniuerſa ſubſtantia eorum, quam
habebant in medio Iſrael. *Oculi ve- 7
ſtri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit, *vt cuſtodiatis vniuerſa 8
mandata illius, quæ ego hodie præcipio
*vt 1 MS. H.C.G. vobis, "&' poſſitis introire,& poſſidere
Terram ad quam ingredimini, *multó- 9
que in ea viuatis tempore: quam ſub iuramento pollicitus eſt Dominus patribus veſtris,& ſemini eorũ,lacte & melle
*ingredieris MS q.Rab. manantem. *Terra enim ad quam "in- 10
grederis'poſſidendã,non eſt ſicut Terra Ægypti de qua exiſti, vbi iacto ſemine
in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: *ſed montuoſa eſt & cãpeſtris, 11
de cælo expectans pluuias, *quam Do- 12
minus Deus tuus ſemper inuiſit,& oculi
illius in ea ſunt à principio anni vſque ad
finem eius. *Si ergo obedieritis manda- 13
tis meis, quæ ego hodie præcipio vobis,
vt diligatis Dominum Deum veſtrum,
& ſeruiatis ei in toto corde veſtro, & in
tota anima veſtra: *dabit pluuiam terræ 14
veſtræ temporaneam & ſerotinam, vt
colligatis frumẽtum, & vinũ, & oleum,
*fœnúmque ex agris ad paſcenda iu- 15
menta,& vt ipſi comedatis ac ſaturemini. *Cauete ne fortè decipiatur cor ve- 16
ſtrum,& recedatis à Domino,ſeruiatíſq.
diis alienis, & adoretis eos: *iratúſque 17
Dominus claudat cælum,& pluuiæ non
deſcendant, nec terra det germẽ ſuum,
pereatíſque velociter de Terra optima
Sup.6,6. quam Dominus daturus eſt vobis. *' Po- 18
nite hęc verba mea in cordibus & in animis veſtris,& ſuſpendite ea pro ſigno in
manibus,& inter oculos veſtros collocate. *Docete filios veſtros, vt illa medi- 19
tentur,quando ſederis in domo tua, &
ambulaueris in via,& accubueris atque
ſurrexeris. *Scribes ea ſuper poſtes & 20
ianuas domus tuæ: *vt multiplicentur 21
dies tui, & filiorum tuorum in Terra
quam iurauit Dominus patribus tuis, vt
daret eis quamdiu cælũ imminet terræ.
*Si enim cuſtodieritis mandata quæ 22
ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, &
ambuletis in omnibus viis eius, adhæ-
*rentes ei, *diſperdet Dominus omnes 23
gentes iſtas ante faciem veſtram, & poſſidebitis eas quæ maiores & fortiores
Iſa.11. vobis ſunt. *' Omnis locus quem calca- 24
uerit pes veſter, veſter erit. A deſerto,& à Libano, à flumine magno Euphráte
vſque ad mare occidentale erunt termini veſtri. *Nullus ſtabit contra vos: ter- 25
rorem veſtrum & formidinẽ dabit Dominus Deus veſter ſuper omnẽ terram
quam calcaturi eſtis,ſicut locutus eſt vobis. *En propono in conſpectu veſtro 26
hodie benedictionẽ & maledictionem:
*benedictionem, ſi obedieritis manda- 27
tis Domini Dei veſtri, quæ ego hodie
*maledictionem,ſi non 28
obedieritis mandatis Domini Dei veſtri,
ſed receſſeritis de via quam ego nunc
oſtẽdo vobis, & ambulaueritis poſt deos
alienos, quos ignoratis. *Cùm verò in- 29
troduxerit te Dominus Deus tuus in
Terram ad quam pergis habitandam,
Iuſ.27,12. 'pones benedictionem ſuper montem
Garizim, maledictionem ſuper mõtem
Hebal: *qui ſunt trans Iordanem poſt 30
viam quæ vergit ad Solis occubitum in
Terra-Chananæi, qui habitat in campeſtribus contra Galgalam, quæ eſt iuxta
vallem tendentem & intrantem procul. *Vos enim tranſibitis Iordanem,vt poſ- 31
ſideatis Terram quam Dominus Deus
veſter daturus eſt vobis, vt habeatis &
poſſideatis illã. *Videte ergo vt impleatis ceremonias atque iudicia quæ ego 32
hodie ponam in conſpectu veſtro.

CAP. XII.

HÆc ſunt præcepta atque iudicia 1
quæ facere debetis in Terra quam
Dominus Deus patrum tuorum daturus eſt tibi, vt poſſideas eam cunctis diebus quibus ſuper humum gradiêris.
*Subuertite omnia loca in quibus colue- 2
runt gentes quas poſſeſſuri eſtis, deos
ſuos ſuper montes excelſos, & colles, &
ſubter

ſubter omne lignum frondoſum. *Diſ- 3
ſipate aras earum,& confringite ſtatuas,
lucos igne comburite, & idôla comminuite: diſperdite nomina earum de locis
illis. *Non facietis ita Domino Deo ve- 4
ſtro: *ſed ad locum quem elegerit Do- 5
minus Deus veſter de cunctis tribubus
2 Par.7,12. veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, venietis: *& offeretis in loco 6
illo holocauſta & victimas veſtras, decimas & primitias manuum veſtrarum,&
vota atque donaria, primogenita boum
& ouium. *Et comedetis ibi in conſpe- 7
ctu Domini Dei veſtri: ac lætabimini in
cunctis ad quæ miſeritis manum vos &
domus veſtrę,in quibus benedixerit vobis Dominus Deus veſter. *Non facie- 8
tis ibi quæ nos hîc facimus hodie,ſinguli
quod ſibi rectum videtur. *Neque enim 9
vſque in præſens tempus veniſtis ad requiem,& poſſeſſionem quam Dominus
Deus veſter datur' eſt vobis. *Tranſibi- 10
tis Iordanẽ,& habitabitis in Terra quam
Dominus Deus veſter daturus eſt vobis,
vt requieſcatis à cunctis hoſtibus per circuitum: & abſque vllo timore habitetis
1 Reg.8,29 *in loco quem elegerit Dominus Deus 11
veſter, vt ſit nomen eius in eo. illuc omnia quæ præcipio, conferetis, holocau-
veſtra 1 MS. H. C. G. ſta, & hoſtias, ac decimas, & primitias
manuum veſtrarum: & quicquid præcipuum eſt in muneribus quę vouiſtis Domino. *Ibi epulabimini coram Domino 12
Deo veſtro, vos & filij ac filiæ veſtræ, famuli & famulę atque Leuites,qui in vr-
'commo tatur 6 MS. H.C.G. bibus veſtris "commorantur'. neque
enim habet aliam partem & poſſeſſionem inter vos. *Caue ne offeras holo- 13
cauſta tua in omni loco quem videris:
*ſed in eo quem elegerit Dominus,in 14
vna tribuum tuarum offeres hoſtias, &
facies quæcumque præcipio tibi. *Si au- 15
tem comedere volueris, & te eſus carnium delectauerit, occide, & comede
iuxta benedictionem Domini Dei tui,
quam dedit tibi in vrbibus tuis:ſiue immundum fuerit, hoc eſt maculatum &
debile, ſiue mundum, hoc eſt integrum
& ſine macula, quod offerri licet, ſicut
capream & ceruum, comedes, *abſque 16
eſu dumtaxat ſanguinis, quẽ ſuper ter-
17 ram quaſi aquam effundes. *Non poteris comedere in oppidis tuis decimam
frumenti, & vini, & olei tui,primogenita armentorum & pecorum, & omnia
18 quæ voueris, & ſponte offerre volueris, & primitias manuum tuarũ: *ſed coram
Dño Deo tuo comedes ea in loco quem
elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius
tuus & filia tua, & ſeruus & famula, atq;
Leuites, qui manet in vrbibus tuis: &
lætaberis & reficieris coram Domino
Deo tuo in cũctis ad quę extenderis ma-
19 num tuam. *Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo verſaris in
20 terra. *Quando dilatauerit Dominus
Deus tuus terminos tuos, 'ſicut locu- Gen.28,14 Infr.19,8
tus eſt tibi, & volueris veſci carnibus
21 quas deſiderat anima tua: *locus autem
quem elegerit Dominus Deus tuus, vt
ſit nomen eius ibi, ſi procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris, ſicut præcepi tibi, & comedes in
22 oppidis tuis, vt tibi placeat. *Sicut comeditur caprea & ceruus, ita veſcêris eis:
& mundus & immundus in commune
23 veſcentur. *Hoc ſolum caue, ne ſanguinem comedas. ſanguis enim eorum pro
anima eſt: & idcirco nõn debes animam
24 comedere cum carnibus: *ſed ſuper ter-
25 ram fundes quaſi aquam, *vt bene ſit
tibi & filiis tuis poſt te,cùm feceris quod
26 placet in conſpectu Domini. *Quæ autem ſanctificaueris, & voueris Domino,
tolles, & venies ad locum quem elegerit
27 Dominus: *& offeres oblationes tuas
carnem & ſanguinem ſuper altare Domini Dei tui: ſanguinem hoſtiarũ *fun- *tuárum 1 MS. H. c. d.
des in altari; carnibus autem ipſe veſcê-
28 ris. *Obſerua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt
te in ſempiternũ, cùm feceris quod bonum eſt & placitum in conſpectu Do-
29 mini Dei tui. *Quãdo diſperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingrederis poſſidẽdas,& poſſederis eas,atque habitaueris in terra ea-
30 rum: *caue ne imiteris eas, poſtquam
te fuerint introeunte ſubuerſæ,& requiras ceremonias earum, dicens: Sicut co-

luerunt gentes istæ deos suos, ita & ego colam. *Non facies similiter Domino 31
Deo tuo. Omnes enim abominationes quas auersatur Dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. *Quod præcipio tibi, hoc 32
Sup.4,2. Pro.30,6. tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas.

CAP. XIII.

SI surrexerit in medio tui prophetes, 1
aut qui somnium vidisse se dicat, &
prædixerit signum atque portentum,
*& euenerit quod locutus est, & dixe- 2
rit tibi, Eamus, & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: *non 3
audies verba prophetę illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. *Dominum Deum vestrum se- 4
quimini, & ipsum timete, & mãdata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est vt vos auerteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de Terra-Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis: vt errare te faceret de via quã tibi pręcepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui. *Si tibi vo- 6
luerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clam dicens, Eamus, & seruiamus diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, *cunctarum in cir- 7
cuitu gẽtium quæ iuxta vel procul sunt, ab initio vsque ad finem terræ: *non ac- 8
quiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus vt miserearis & occultes eũ,
Infr.17,25. *sed statim interficies. ¦sit primùm manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. *Lapidibus ob- 10
rutus necabitur: quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de Terra-Ægypti de domo seruitutis: *vt 11
omnis Israel audiens timeat, & nequaquam vltrà faciat quippiam huius rei simile. *Si audieris in vna vrbium tuarum, 12
quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicẽtes aliquos, *Egressi 13
sunt filij belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suæ, atque dixerunt, Eamus, & seruiamus diis alienis
14 quos ignoratis: *quære solicitè, & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abomina-
15 tionem hãc opere perpetratam, *statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniáque quæ in
16 illa sunt vsq. ad pecora. *quicquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiter-
17 nus. non ædificabitur amplius, *& non adhęrebit de illo anathemate quicquam in manu tua: vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicétque te, sicut iurauit patribus tuis,
18 *quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiẽs omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Dñi Dei tui.

CAP. XIIII.

1 ¦Filij estote Domini Dei vestri: non vos Sup.7,6. Infr.26,18. incidetis, nec facietis caluitiũ super
2 mortuo; *quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt sis ei in
3 populum peculiarem de cunctis gentibus quæ sunt super terram. *¦Ne come- Leu.11,1.
4 datis quæ immunda sunt. *Hoc est animal quod comedere debetis, Bouem, &
5 ouem, & capram, *ceruum & capream, bubalum, tragelaphum, pygargũ, orygem, camelopardalum. *Omne animal
6 quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis. *De his autem quæ
7 ruminant, & vngulam non findunt, hæc comedere non debetis, camelum, leporem, chœrogryllum: quia ruminant, & non diuidunt vngulam, immunda erunt
8 vobis. *Sus quoque quoniam diuidit vngulã, & non ruminat, immunda erit. carnibus eorum non vescemini, & cadauera non tangetis. *Hæc comedetis
9 ex omnibus quæ morantur in aquis. Quæ habẽt pinnulas & squamas, come-
10 dite: *quæ absque pinnulis & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt.

*Omnes aues mundas comedite. *Im- 11
mundas ne comedatis: aquilam scilicet, 12
& gryphem, & haliætum, *ixion, & 13
vulturem ac miluum iuxta genus suum:
*& omne coruini generis, *& struthio- 14
nem, ac noctuam, & larum, atq. accipitrem iuxta genus suum: *herodium ac 15
cygnum, & ibin, *ac mergulũ, porphy- 16
rionem, & nycticoracẽ, *onocrotalum, 17
& charadrium, singula in genere suo: vpupam quoque & vespertilionem. *Et 18
omne quod reptat & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur.
*Omne quod mundum est, comedite. 19
*Quicquid autem morticinum est, ne 20
vescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei: quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. Non coques hœdum in lacte ma-
Exo.23,19. & 34,26. tris suæ. *Decimam partem separabis de 21
cunctis fructibus tuis quæ nascuntur in terra per annos singulos, *& comedes 22
in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit vt in eo nomen illius inuocetur, decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis &
offeres 4 MS. Q.-n. ouibus tuis: vt discas timere Dominum 23
Deum tuum omni tempore. *Cùm autem longior fuerit via, & locus quẽ elegerit Dominus Deus tuus, tibíque benedixerit, nec potueris ad eum hæc cun- 24
Mat.21,12 cta portare, *vendes omnia, & in pretium rediges, portabísque manu tua, & 25
proficiscêris ad locum quẽ elegerit Dominus Deus tuus: *& emes ex eadem 26
pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum quoq. & siceram, & omne quod desiderat anima tua: & comedes corã Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua: *& 27
Leuita qui intra portas tuas est, caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. *Anno tertio 28
separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones intra ianuas tuas. *Veniétque Leui- 29
tes qui aliam non habet partem nec possessionẽ tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent & saturabũtur: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

CAP. XV.

1 SEptimo anno facies remissionẽ, quæ
2 hoc ordine celebrabitur. *Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini. *A pere-
3 grino & aduena exiges: ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem. *Et omninò indigens & mendi-
4 cus non erit inter vos: vt benedicat tibi Dominus ¯ Deus tuus' in Terra quam ms d. Rab. traditurus est tibi in possessionem. *Si
5 tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit, & quę ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi,
6 vt pollicitus est. *Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. *Si vnus
7 de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuę in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem deuenerit: non obdurabis cor
8 tuum, nec contrahes manum, *sed aperies eam pauperi, & ¦dabis mutuum Matt.5,42. Luc.6,34.
9 quo eum indigere perspexeris. *Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis; & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi
10 in peccatũ. *Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi Domin⁹ Deus tuus in omni ¦tempore, & in cunctis ad "opere R. H.C.G. Mat.26,11
11 quæ manũ miseris. *¦Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. *¦Cùm tibi venditus fue- Exo.21,2. Ier.34,14.
12 rit frater tuus Hebręus, aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno
13 dimittes eum liberum: *& quem libertate donaueris, nequaquam vacuũ ab-
14 ire patieris: *sed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit ti-

bi. *Memento quòd & ipſe ſeruieris in 15
Terra Ægypti, & liberauerit te Dominus Deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. *Sin autẽ dixerit, Nolo egre- 16
di: eo quòd diligat te, & domum tuam, & bene ſibi apud te eſſe ſentiat: *aſſu- 17
mes ſubulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & ſeruiet tibi vſque in æternum. ancillę quoque ſimiliter facies. *Non auertas ab eis oculos tuos 18
quando dimiſeris eos liberos: quoniam iuxta mercedem mercenarij per ſex annos ſeruiuit tibi: vt benedicat tibi Dominꝰ Deus tuus in cunctis operibus quæ agis. *De primogenitis quæ naſcuntur 19
in armentis, & ouibus tuis, quicquid eſt ſexus maſculini, ſanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita
Leu.22,11. Eccl.35,14 ouium. *In conſpectu Domini Dei tui 20
comedes ea per annos ſingulos in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua. *Sin autem habuerit maculam, & 21
vel claudum fuerit vel cæcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo. *ſed intra 22
portas vrbis tuæ cõedes illud: tam mundus quàm immundus ſimiliter veſcentur eis quaſi caprea, & ceruo. *Hoc ſo- 23
lum obſeruabis, vt ſanguinem eorum non comedas, ſed effundes in terram quaſi aquam.

CAP. XVI.

OBſerua mẽſem nouarum frugum, 1
& verni primũ temporis, vt facias Phaſe Domino Deo tuo: quoniã in iſto menſe eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. *Immolabíſque Phaſe 2
Domino Deo tuo, de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dominꝰ Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. *Non 3
comedes in eo panem fermentatum: Septem diebus comedes abſque fermento afflictionis panem, quoniam in pauore egreſſus es de Ægypto: vt memineris diei egreſſionis tuæ de Ægypto, omnibus diebus vitæ tuę. *Nõ apparebit fer- 4
mentatum in omnibus terminis tuis ſeptem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum eſt veſpere
5 in die primo vſque manè. *Non poteris immolare Phaſe in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus
6 eſt tibi: *ſed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: immolabis Phaſe veſpere ad ſolis occaſum, quando egreſſus es de Aegypto.
7 *Et coques, & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, manéque conſurgens vades in tabernacula tua.
8 *Sex diebus comedes azyma: & in die ſeptima, quia collecta eſt Domini Dei
9 tui, non facies opus. *Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem Leu.23,11.
10 in ſegetem miſeris. *& celebrabis diem feſtum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem ſpontaneã manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Do-
11 mini Dei tui: *& epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui eſt intra portas tuas, & aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiſcum: in loco quem elegerit Dominus
12 Deus tuus, vt habitet nomẽ eius ibi: *& recordaberis quoniam ſeruus fueris in Aegypto: cuſtodiéſq. ac facies quæ *præ- *tibi m.
13 cepta ſunt. *Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per ſeptẽ dies, quando collegeris de area & torculari
14 fruges tuas. *& epulaberis in feſtiuitate tua, tu & filius tuus & filia, & ſeruus tuus & ancilla, Leuites quoque & aduena, & pupillus ac vidua qui intra portas tuas ſunt. *Septem diebus Domino
15 Deo tuo feſta celebrabis in loco quem elegerit Dominus: benedicétq. tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuũ tuarum,
16 eríſque in lætitia. *Tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui in loco quem elegerit, in ſolemnitate azymorum, & in ſolemnitate hebdomadarum, & in ſolemnitate tabernaculorũ.
'Non apparebit ante Dominũ vacuus: Exo.23,15. 34,23. Deut.16,16.
17 *ſed offeret vnuſquiſque ſecundum quod habuerit iuxta benedictionẽ Do-
18 mini Dei ſui, quam dederit ei. *Iudices & magiſtros cõſtitues in omnibus portis tuis,

tis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas: vt iudicent populum iuſto iudicio, *nec in al- 19
Sup.1,17. Leu.19,15. Exo.23,8. Eccl.20,23. teram partem declinent. 'Non accipies perſonam, nec munera: quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. *Iuſtè quod iuſtum eſt 20
perſequêris: vt viuas & poſſideas Terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi. *Non plantabis lucum & omnem 21
arborem iuxta altare Domini Dei tui.
*Nec facies tibi atque conſtitues ſta- 22
" quam 6 MS. Vt autem in Textu eſt, legunt R. Rab. G. Ex H. & C. extraneis modo transferas, reſtè. tuam: "quæ' odit Dominus Deus tuus.

CAP. XVII.

NOn immolabis Domino Deo tuo 1
bouem & ouem in quo eſt macula aut quippiam vitij: quia abominatio eſt Domino Deo tuo. *Cùm reperti fue- 2
rint apud te intra vnam portarum tuarũ, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciãt malum in conſpectu Domini Dei tui, & tranſgrediantur pactum illius, *vt vadant & ſeruiant 3
diis alienis, & adorent eos, ſolem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepi: *& hoc tibi fuerit nuntiatum, 4
audiénſque inquiſieris diligenter & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael: *educes virũ ac mulierem, 5
qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus ob-
Inf.19,15. Mat.18,16 2 Cor.13,1. Hеb.13,9. ruentur. *'In ore duorum aut trium te- 6
ſtium peribit qui interficietur. Nemo occidatur, vno contra ſe dicente teſtimonium. *Manus teſtium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malũ de medio tui. *Si difficile & ambiguum apud 8
te iudiciũ eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari: ſurge, & aſcende ad locum quem elegerit Domi-
1 Par.19,8. nus Deus tuus. *Veniéſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui 9
fuerit illo tempore: quæréſq. ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. *Et fa- 10
cies quodcunque dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te *iuxta legem eius, ſequeríſque 11
ſententiam eorum. nec declinabis ad
12 dexteram neque ad ſiniſtram. *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis
13 morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael: *cunctúſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat
14 ſuperbia. *Cùm ingreſſus fueris Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueríſque in illa, & dixeris, Conſtituam ſuper me regẽ, ſicut habent omnes per circuitum nationes:
15 *eum conſtitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrũ tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus.
16 *Cúmque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero ſubleuatus, præſertim cùm Dominus præceperit vobis vt nequaquã amplius
17 per eandem viam reuertamini. *Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri im-
18 menſa pondera. *Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine accipiẽs exemplar à ſacerdotibus Le-
19 uiticæ tribus, *& habebit ſecum, legétque illud omnibus diebus vitæ ſuæ: vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius,
20 quæ in lege præcepta ſunt. *Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partẽ dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe, & "filius' eius ſuper Iſrael. "filij 6 MS.R.H. C.G.

CAP. XVIII.

1 NOn habebũt ſacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu ſunt, partem & hæreditatem cum 'reliquo' MS.H. C.G.
Iſrael, 'quia ſacrificia Domini, & obla- Sup.10,9. Nu.18,20. 1 Co.9,13.
2 tiones eius comedent, *& nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum:
'Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorũ, Nu.18,20.
3 ſicut locutus eſt illis. *Hoc erit iudicium ſacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas: ſiue bouem, ſiue ouem immolauerint, dabũt ſacerdoti armum ac ven-

ac ventriculum: *primitias frumenti, 4
vini & olei, & lanarum partẽ ex ouium
tonsione. *Ipsum enim elegit Dominus 5
Deus tuus de cunctis tribubus tuis, vt
stet, & ministret nomini Domini ipse &
filij eius in sempiternum. *Si exierit Le- 6
uites ex vna vrbium tuarum ex omni Is-
rael in qua habitat, & voluerit venire, de-
siderãs locum quem elegerit Dominus,
*ministrabit in nomine Domini Dei sui, 7
sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui sta-
bunt eo tempore coram Domino. *Par- 8
tem ciborum eandem accipiet quam &
cæteri: excepto eo quod in vrbe sua ex
paterna ei successione debetur. *Quan- 9
do ingressus fueris Terram quam Do-
minus Deus tuus dabit tibi, caue ne imi-
tari velis abominationes illarũ gentium.
Lev.20,27. *'nec inueniatur in te qui lustret filium 10
suum, aut filiam, ducens per ignem: aut
qui ariolos sciscitetur, & obseruet som-
nia atq. auguria. nec sit maleficus, *nec 11
incantator, neque qui pythones consu-
1 Re.28,7. lat, nec diuinos, '& quærat à mortuis ve-
ritatẽ. *omnia enim hæc abominatur 12
Dominus, & propter istiusmodi scelera
delebit eos in introitu tuo. *perfectus 13
eris, & absq. macula cum Domino Deo
tuo. *Gentes istæ quarum possidebis 14
terram, augures & diuinos audiunt: tu
autem à Domino Deo tuo aliter institu-
Ioh.1,45. tus es. *'PROPHETAM de gente tua 15
Act.3,22. & de fratribus tuis sicut me, suscitabit
7,37. tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies,
*vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, 16
quando concio congregata est, atque di-
Exo.20,19. xisti, 'Vltrà non audiam vocem Domini
Dei mei, & ignem hunc maximum am-
plius non videbo, ne moriar. *Et ait 17
Dominus mihi, Bene omnia sunt locuti,
Ioh.1,45. *'Prophetam suscitabo eis de medio 18
fratrum suorum similem tui: & ponam
verba mea in ore eius, loquetúrque ad
eos omnia quæ præcepero illi. *qui autẽ 19
verba eius quę loquetur in nomine meo,
audire noluerit, ego vltor existam. *Pro- 20
pheta autem qui arrogantia depravatus
voluerit loqui in nomine meo, quæ ego
non præcepi illi vt diceret, aut ex nomi-
ne alienorum deorum, interficietur.

21 *Quòd si tacita cogitatione respondeRis, Quomodò possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus?
22 *hoc habebis signum, Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit: & idcirco non timebis eum.

CAP. XIX.

Num.35,10 Ios.20,1 Exo.21,13 Vet.tr. 'earum MS.H.C. G. Vet. Textus sentit R. Rab.

1 CVM disperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est terram, & possederis 'eam', habitaue-
2 rísque in vrbibus 'eius' & in ædibus: *tres ciuitates separabis tibi in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in
3 possessionẽ, *sternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes totam Terræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus
4 est, quò possit euadere. *Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita seruanda est, Qui percusserit proximũ suum nescIens, & qui heri & nudiustertius nullum contra eum odium habuisse com-
5 probatur: *sed abiisse cum eo simpliciter in syluam ad ligna cędenda, & in succisione 'lignorum securis fugerit manu, ferrúmq. lapsum de manu brio amicum eius percusserit, & occiderit: hic ad vnam supradictarum vrbiũ confugiet,
6 & viuet: *ne forsitan proximus eius, cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequatur, & apprehendat eum si longior via fuerit, & percutiat animam eius qui non est reus mortis: quia nullũ contra eum qui occisus est, odium prius ha-
7 buisse monstratur. *Idcirco præcipio tibi, vt tres ciuitates æqualis inter se spa-
8 tij diuidas. *Cùm autem dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam Terram 'quam eis pollicitus est, Gen.15,18 Sup.12,20
9 *(si tamen custodieris mandata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius omni tempore) addes tibi 'tres alias ciuitates, & supradictarum Ioshe20,7.
10 trium vrbium numerũ duplicabis: *vt non effundatur sanguis innoxius in medio Terræ

dio Terræ, quam Dominus Deus tuus
dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis
Num.35,20 reus. *'Si quis autem odio habens pro- 11
ximum suum, insidiatus fuerit vitę eius,
surgénsq. percusserit illum, & mortuus
fuerit, fugerítque ad vnam de supradi-
ctis vrbibus, *mittent seniores ciuitatis 12
illius, & arripient eũ de loco effugij, tra-
déntque in manu proximi cuius sanguis
effusus est, & morietur. *Non misere- 13
"noxium M8 q. R. beris eius, & auferes "innoxium' sanguinem de Israel, vt bene sit tibi. *Non as- 14
sumes, & transferes terminos proximi
tui quos fixerunt priores in possessione
tua, quam Dominus Deus tuus dabit ti-
bi in Terra quã acceperis possidendam.
Sup. 17,6. *'Non stabit testis vnus contra aliquem, 15
quicquid illud peccati, & facinoris fue-
Mat.18,16 Ioh.8,17. 2 Cor.13,2 Heb.10,28. rit: sed 'in ore duorum aut trium testium
stabit omne verbum. *Si steterit testis 16
mendax contra hominẽ, accusans eum
præuaricationis, *stabunt ambo, quo- 17
rum causa est, ante Dominum in con-
spectu sacerdotum & iudicum qui fue-
rint in diebus illis. *Cúmque diligentis- 18
simè perscrutantes, inuenerint falsum
testem dixisse contra fratrem suũ men-
Dan.13,61 Mat.5,38. Pro.19,5. *Et 2 MS. H.C. Textui autem suffragantur R. Rab. G. Exo.21,24. Lev.24,20. dacium: *'reddent ei sicut fratri suo fa- 19
cere cogitauit, & auferes malum de me-
dio tui: *vt audientes cæteri timorem 20
habeant, & nequaquam talia audeant
facere. *'Non misereberis eius, 'sed ani- 21
mam pro anima, oculũ pro oculo, den-
tem pro dente, manum pro manu, pe-
dem pro pede exiges.

CAP. XX.

1 SI exieris ad bellũ contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorem quàm tu habeas, aduersarij exercitus multitudinẽ, non timebis eos: quia
Dominus Deus tuus tecum est, qui edu-
2 xit te de Terra-Aegypti. *Appropin-quante autem iam prœlio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad popu-
3 lum, *Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnã committitis, non pertimescat cor vestrũ, nolite metuere, nolite cedere nec formidetis eos: *quia 4
Dominus Deus vester in medio vestri
est, & pro vobis contra aduersarios dimi-
5 cabit, vt eruat vos de periculo. *Duces quoq. per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt, 'Quis est homo 1 Mac.3,56
qui ædificauit domum nouam, & non
dedicauit eam? vadat, & reuertatur in
domum suam, ne fortè moriatur in bel-
6 lo, & alius dedicet eam. *Quis est homo
qui plantauit vineam, '& necdum fecit Luc.19,9.
eam esse communem, de qua vesci om-
nibus liceat? vadat, & reuertatur in do-
mum suam: ne fortè moriatur in bello,
& alius homo eius fungatur officio.
7 *Quis est homo qui despondit vxorem,
& non accepit eã? vadat, & reuertatur
in domum suam, ne fortè moriatur in
8 bello, & alius homo accipiat eam. *His dictis addent reliqua, & loquentur ad
populum, 'Quis est homo formidolo- Iudic.7,3.
sus, & corde pauido? vadat, & reuertatur
in domum suam, ne pauere faciat corda
fratrum suorum, sicut ipse timore per-
9 territus est. *Cúmque siluerint duces
exercitus, & finem loquendi fecerint,
vnusquisque suos ad bellandum cuneos
10 præparabit. *Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei pri-
11 mùm pacem. *Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea
est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo.
12 *Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis
13 eam. *Cúmque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties
omne quod in ea generis masculini est,
14 in ore gladij, *absque mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris quæ in ciuitate sunt. Omnem prædam exercitui
diuides, & comedes de spoliis hostium
tuorum, quæ Dominus Deus tuus dede-
15 rit tibi. *Sic facies cunctis ciuitatibus
quæ à te procul valde sunt, & non sunt
de his vrbibus quas in possessionem ac-
16 cepturus es. *De his autem ciuitatibus
quæ dabuntur tibi, nullum omnino per-
17 mittes viuere, *sed interficies in ore gladij, Hethæũ videlicet, & Amorrhæum,
& Chananæum, Pherezæum, & Heuæ-
um, & Iebusæum, sicut præcepit tibi Do-
18 minus Deus tuus: *ne fortè doceant vos
facere cunctas abominationes quas ipsi
operati

operati ſunt diis ſuis, & peccetis in Dominum Deum veſtrum. *Quando obſederis ciuitatẽ multo tempore, & munitionibus circundederis vt expugnes eã, non ſuccides arbores de quibus veſci poteſt, nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem: qnoniam lignum eſt, & non homo, nec poteſt bellantium contra te augere numerum. *Si qua autem ligna non ſunt pomifera, ſed agreſtia, & in cæteros apta vſus, ſuccîde, & inſtrue machinas, donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat.

CAP. XXI.

QVando inuentum fuerit in terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, hominis cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus, *egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris ſingularum per circuitum ſpatia ciuitatum: *& quam viciniorem cęteris eſſe perſpexerint, ſeniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram ſcidit vomere, *& ducent eam ad vallem aſperam atq. ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſementem recepit: & cædent in ea ceruices vitulæ. *accedéntque ſacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum omne negotium pendet': & quicquid mundum vel immundum eſt, iudicetur. *Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabúntque manus ſuas ſuper vitulam quę in valle percuſſa eſt, *& dicẽt, Manus noſtræ non effuderũt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt. *propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſrael. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis: *tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fuſus eſt, cùm feceris quod præcepit Dominus.

*Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuóſque duxeris, *& videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerísque habere vxorem,

*7 MS. Rab. H. C. G.

*omnes 2 MS. Rab. H. C. G. Q. N.

*introduces eam in domum tuam: quæ radet cæſariem, & circuncîdet vngues, *& deponet veſtem in qua capta eſt: ſedenſq. in domo tua, flebit patrem & matrem ſuam vno menſe: & poſtea intrabis ad eam, dormiéſq. cum illa, & erit vxor tua. *Si autem poſtea non ſederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam: quia humiliaſti eam. *Si habuerit homo vxores duas, vnã dilectam, & alteram odioſam, genuerítque ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, *voluerítq. ſubſtantiã inter filios ſuos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ, *ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabítque ei de his quæ habuerit cũcta duplicia: iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. *Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coërcitus obedire contempſerit: *apprehendent eum, & ducent' ad ſeniores ciuitatis illius & ad portam iudicij, *dicéntque ad eos, Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis: *lapidibus eum obruet populus ciuitatis: & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. *Quando peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo: *non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis Terrã tuam quam Dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.

genuerunt, in eo 4 MS. & pprium ei. H. C. G.

Gal. 3, 13.

educent 2 MS. Rab. H. G.

CAP. XXII.

NOn videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo, *etiamſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat.

Exo. 23, 4. Tob. 2, 21.

piat. *Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui quæ perierit: ſi inueneris eam, ne negligas quaſi alienam. *Si videris aſinum fratris tui aut bouẽ cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo. *Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea: abominabilis enim apud Deũ eſt qui facit hæc. *Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis déſuper incubantẽ: non tenebis eam cum filiis, *ſed abire patieris, captos tenens filios: vt bene ſit tibi, & longo viuas tempore. *Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente.

*Non ſeres vineam tuam altero ſemine: ne & ſementis quam ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur. *Non arabis in boue ſimul & aſino.

*Non induêris veſtimento quod ex lana linóque contextum eſt. *Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui quo operiris. *Si duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eam, *quæſierítque occaſiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen peſſimum, & dixerit, Vxorẽ hanc accepi, & ingreſſus ad eam non inueni virginem: *tollent eam pater & mater eius, & ferent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis qui in porta ſunt: *& dicet pater, Filiam meam dedi huic vxorem: quã quia odit, *imponit ei nomen peſſimum, vt dicat, Non inueni filiam tuam virginẽ: & ecce hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ. expandent veſtimẽtum coram ſenioribus ciuitatis: *apprehendéntque ſenes vrbis illius virũ, & verberabunt illum; *condemnantes inſuper centum ſiclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen peſſimum ſuper virginem Iſrael: habebítq. eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ ſuæ. *Quod ſi verum eſt quod obiicit, & non eſt in puella inuenta virginitas: *eiicient eam extra fores domus patris ſui, & lapidib' obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui: & auferes malũ de medio tui. *'Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id eſt, adulter & adultera: & auferes malum de Iſrael. *Si puellam virginem deſponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cũ ea: *educes vtrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit, cùm eſſet in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorẽ proximi ſui. & auferes malum de medio tui. *Sin autem in agro repererit vir puellam quæ deſponſata eſt, & apprehendens concubuerit cum ea, *ipſe morietur ſolus: *puella nihil patietur, nec eſt rea mortis: quoniam ſicut latro conſurgit contra fratrem ſuum, & occidit animam eius, ita & puella perpeſſa eſt. *ſola erat in agro: clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam. *Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet ſponſum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: *'dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: nõ poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ ſuæ. *Non accipiet homo vxorẽ patris ſui, nec reuelabit operimentum eius.

Lev. 20, 10.

Exo. 22, 16.

CAP. XXIII.

NOn intrabit eunuchus attritis vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro eccleſiam Domini. *Non ingredietur mamzer, hoc eſt, de ſcorto natus, in eccleſiam Domini, vſq. ad decimam generationem. *Ammonites & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiã Domini, in æternum: *quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egreſſi eſtis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Syriæ, vt malediceret tibi: *'& noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertítque maledictionem eius in benedictionem tuam, eò quòd diligeret te. *Non facies cum eis pacem, nec quęras eis

Num. 22, 5.

ras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in
sempiternum. *Non abominaberis Idu- 7
mæum, quia frater tuus est: nec Ægy-
ptium, quia aduena fuisti in terra eius.
*Qui nati fuerint ex eis, tertia genera- 8
tione intrabunt in ecclesiã Dñi. *Quan- 9
do egressus fueris aduersus hostes tuos
in pugnã, custodies te ab omni re mala.
*Si fuerit inter vos homo qui nocturno 10
pollutus sit somnio, egredietur extra ca-
stra, *& non reuertetur, priusquam ad 11
vesperã lauetur aqua: & post solis occa-
sum regredietur in castra. *Habebis lo- 12
cum extra castra ad quem egrediaris ad
requisita naturæ, *gerens paxillum in 13
balteo. cúmque sederis, fodies per cir-
cuitum, & egesta humo operies quo re-
leuatus es: *(Dominus enim Deus tuus 14
tuorũ 7 MS. H. C. G q. ambulat in medio castrorum, vt eruat
te, & tradat tibi inimicos tuos)& sint ca-
stra tua sancta, & nihil in eis appareat
fœditatis ne derelinquat te. *Non trades 15
seruũ domino suo, qui ad te confugerit.
*habitabit tecum in loco qui ei placue- 16
rit,& in vna vrbium tuarum requiescet:
ne contristes eum. *Non erit meretrix 17
de filiabus Israel, nec scortator de filiis
Israel. *Non offeres mercedem prosti- 18
buli, nec pretium canis in domo Domi-
ni Dei tui, quicquid illud est quod vo-
*pro quocunq. voto H. C. G. *voueris 5 MS. Similiter Tetenti legunt R. & Rab. uerint: quia abominatio est vtrumque
apud Dominum Deum tuum. *Nõ fœ- 19
nerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam,
nec fruges, nec quamlibet aliam rem:
*sed alieno. Fratri autem tuo absq. vsu- 20
ra id quo indiget, commodabis: vt be-
nedicat tibi Dominus Deus tuus in om-
*ingredieris 1 MS. H. C. G. Pro Textu faciunt R. & Rab. ni opere tuo in Terra ad quã ingredie-
ris possidendam. *Cùm votum voueris 21
Domino Deo tuo, non tardabis redde-
re: quia requiret illud Dominus Deus
tuus. & si moratus fueris, reputabitur
tibi in peccatum. *Si nolueris polliceri, 22
absq. peccato eris. *Quod autem semel 23
egressum est de labiis tuis, obseruabis,
& facies sicut promisisti Domino Deo
tuo, & propria voluntate & ore tuo lo-
cutus es. *Ingressus vineã proximi tui, 24
comede vuas quantum tibi placuerit:
Mat.12,4. foras autem ne efferas tecum. *Si intra- 25

ueris segetẽ amici tui, franges spicas, &
manu conteres: falce autem non metes.

CAP. XXIIII.

SI acceperit homo vxorem, & habue- 1 Mat.5,31. & 19,7. Mar.10,4.
rit eam, & nõ inuenerit gratiam ante
oculos eius propter aliquam fœditatem:
scribet libellũ repudij, & dabit in manu
illius, & dimittet eam de domo sua.
*Cúmque egressa alterum maritum du- 2
xerit, *& ille quoque oderit eam, dede- 3
rítque ei libellum repudij, & dimiserit
de domo sua, vel certè mortuus fuerit:
*non poterit prior maritus recipere 4
eam in vxorem: quia polluta est, & ab-
ominabilis facta est coram Domino: ne
peccare facias Terram tuam quam Do-
minus Deus tuus tradiderit tibi possi-
dendam. *Cùm acceperit homo nuper 5
vxorem, non procedet ad bellum, nec ei
quippiam necessitatis iniungetur publi-
cæ, sed vacabit absque culpa domui suæ,
vt vno anno lætetur cum vxore sua.
*Non accipies loco pignoris inferiorem 6
& superiorem molã: quia animam suam
apposuit tibi. *Si deprehensus fuerit ho- 7
*furum H. C. G. mo 'sollicitans' fratrem suum de filiis Is-
rael, & vendito eo acceperit pretium:
interficietur, & auferes malum de me-
dio tui. *Obserua diligenter ne incurras 8
plagam lepræ, sed facies quæcumq. do-
cuerint te sacerdotes Leuitici generis
iuxta id quod præcepi eis, & imple solli-
citè. *'Mementote quæ fecerit Domi- 9 Nu.12,11. *Memento quæ fecerit Dominus Deus tuus 1 MS. H. C. G.
nus Deus vester' Mariæ in via cùm egre-
deremini de Ægypto. *Cùm repetes à 10
proximo tuo rem aliquam quam debet
tibi, non ingredieris domum eius vt pi-
gnus auferas: *sed stabis foris, & ille tibi 11
proferet quod habuerit. *sin autẽ pau- 12
per est, non pernoctabit apud te pignus,
*sed statim reddes ei ante solis occasum: 13
vt dormiens in vestimento suo, benedi-
cat tibi, & habeas iustitiam coram Do-
mino Deo tuo. *Non negabis merce- 14
dem indigentis, & pauperis fratris tui,
siue aduenæ qui tecum moratur in ter- 15 Leu.19,13. Tob.4,15.
ra, & intra portas tuas est: *sed eadem
die reddes ei pretium laboris sui ante
solis occasum, quia pauper est, & ex eo
sustentat animam suam: ne clamet con-
tra te

tra te ad Dominum, & reputetur tibi in
4 Reg.14,6. 2 Par.25,4. Exec.18,17 peccatum. *Non occidentur patres pro 16
filiis, nec filij pro patribus, sed vnusquis-
que pro peccato suo morietur. *Non 17
peruertes iudicium aduenæ & pupilli,
nec auferes pignoris loco viduæ vesti-
mentum. *Memento quòd seruieris in 18
Ægypto, & eruerit te Dominus Deus
tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias
hanc rem. *Quando messueris segetem 19
in agro tuo, & oblitus manipulum reli-
queris, non reuerteris vt tollas illum: sed
aduenam, & pupillum, & viduam auferre
patieris, vt benedicat tibi Dominus
Deus tuus in omni opere manuum tua-
rum. *Si fruges collegeris oliuarum, 20
quicquid remanserit in arboribus, non
reuertêris vt colligas: sed relinques ad-
uenæ, pupillo, ac viduæ. *Si vindemia- 21
ueris vineam tuam, non colliges rema-
nentes racemos, sed cedent in vsus ad-
uenæ, pupilli, ac viduæ. Memento quòd
& tu seruieris in Ægypto, & idcirco præ-
cipio tibi vt facias hanc rem.

CAP. XXV.

SI fuerit causa inter aliquos, & inter- 1
pellauerint iudices: quem iustũ esse
perspexerint, illi iustitiæ palmã dabunt:
quem impium, condemnabunt impie-
tatis. *Sin autem eum qui peccauit, di- 2
gnum viderint plagis: prosternent, & co-
ram se facient verberari. Pro mensura
peccati, erit & plagarum modus: *ita 3
2 Co.11,24 1 Cor.9,9. 1 Ti.5,18. Mat.22,22 Mar.12,19 Luc.20,27. dumtaxat, vt 'quadragenarium nume-
rum non excedant: ne fœdè laceratus
ante oculos tuos abeat frater tuus. *Non 4
ligabis os bouis terentis in area fruges
tuas. *Quando habitauerint fratres si- 5
mul, & vnus ex eis absq. liberis mortuus
fuerit, vxor defuncti non nubet alteri:
sed accipiet eam frater eius, & suscitabit
semen fratris sui: *& primogenitum ex 6
ea filiũ nomine illius appellabit, vt non
deleatur nomen eius ex Israel. *Sin au- 7
tem noluerit accipere vxorẽ fratris sui,
quæ ei lege debetur, perget mulier ad
portam ciuitatis, & interpellabit ma-
Ruth 4,7. *nomen 4 MS. H. C. G. iores natu, dicétque, 'Non vult frater
viri mei suscitare 'semen' fratris sui in Is-
rael: nec me in coniugium sumere. *Sta- 8

tímque accersiri eum facient, & inter-
rogabũt. Si responderit, Nolo eam vxo-
rem accipere: *accedet mulier ad eum 9
coram senioribus, & tollet calceamen-
tum de pede eius, spuétque in faciem il-
lius, & dicet, Sic fiet homini qui nõ ædi-
ficat domum fratris sui. *Et vocabitur 10
nomen illius in Israel, Domus discalcea-
ti. *Si habuerint inter se iurgium viri 11
*5 MS. Rab. H. C. Verùm à R. & G. legunt. 'duo', & vnus contra alterum rixari cœ-
perit, volénsque vxor alterius eruere vi-
rum suum de manu fortioris, miserítq.
manum, & apprehenderit verenda eius:
*abscindes manum illius, nec flectêris 12
super eam vlla misericordia. *Non ha- 13
bebis in sacculo diuersa pondera, maius
& minus: *nec erit in domo tua mo- 14
dius maior & minor. *pondus habebis 15
iustum & verũ, & modius æqualis & ve-
rus erit tibi: vt multo viuas tempore
super Terram quam Dñs Deus tuus de-
derit tibi. *abominatur enim Dominus 16
tuus eum qui facit hæc, & auersatur om-
nem iniustitiam. *Memento quæ fece- 17 Exo.17,8.
rit tibi Amalec in via quando egredie- 18
baris ex Ægypto: *quomodo occurre-
rit tibi, & extremos agminis tui, qui las-
si residebant, ceciderit, quando tu eras
fame & labore confectus, & non timue-
rit Deum. *Cùm ergo Dominus Deus 19
tuus dederit tibi requiem, & subiecerit
cunctas per circuitum nationes in Ter-
ra quam tibi pollicitus est: delebis no-
men eius sub cælo. Caue ne obliuiscaris.

CAP. XXVI.

CVmque intraueris Terram quam 1
Domin' Deus tuus tibi daturus est
possidendam, & obtineris eam, atque
habitaueris in ea, *tolles de cunctis fru- 2
gibus tuis primitias, & pones in cartallo,
pergésque ad locum quem Dominus
Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur no-
men eius: *accedésque ad sacerdotem 3
qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum,
Profiteor hodie coram Domino Deo
tuo, quòd ingressus sum in Terram pro
qua iurauit *patribus nostris, vt daret 4 *Dominus 1 MS. H. C. G. "tua 6 MS. R. Rab. H. C. G.
eam nobis. *Suscipiénsque sacerdos car-
tallum de manu 'eius', ponet ante altare 5
Domini Dei tui: *& loquêris in con- 8

m spectu

ſpectu Domini Dei tui, Syrus perſequebatur patrem meum, qui deſcendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus eſt in pauciſſimo numero: creuítque in gentem magnam ac robuſtam & infinitæ multitudinis. 6 ‡Afflixerúntq. nos Ægyptij, & perſecuti ſunt imponentes onera grauiſſima: 7 ‡& clamauimus ad Dominum Deum patrum noſtrorum: qui exaudiuit nos, & reſpexit humilitatem noſtram, & laborem, atq. anguſtiam: 8 ‡& eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in ſignis atq. portentis: 9 ‡& introduxit ad locum iſtum, & tradidit nobis Terram lacte & melle manantem. 10 ‡Et idcirco nunc offero primitias frugum Terræ quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conſpectu Domini Dei tui: & adorato Domino Deo tuo, 11 ‡epulaberis in omnibus bonis quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecũ eſt. 12 ‡Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & ſaturentur: 13 ‡loqueríſque in conſpectu Domini Dei tui, Attuli quod ſanctificatum eſt de domo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, ſicut iuſſiſti mihi: non præteriui mandata tua, nec ſum oblitus imperij tui. 14 ‡Non comedi ex eis in luctu meo, nec ſeparaui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quicquam in re funebri. Obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia Sup. 14, 17. ſicut præcepiſti mihi. 15 ‡ Reſpice de ſanctuario tuo, & de excelſo cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Iſrael, & Terræ quam dediſti nobis, ſicut iuraſti patribus noſtris, terræ lacte & melle mananti. 16 ‡Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atq. iudicia: vt cuſtodias & impleas ex toto Sup. 7, 6. corde tuo, & ex tota anima tua. 17 ‡Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus, & ambules in viis eius, vt cuſtodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, "Et 4 MS. H. C. G. & obedias eius imperio. 18 ‡"En' Dominus elegit te hodie vt ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta illius: 19 ‡& faciet te excelſiorem cunctis gentibus quas creauit, in laudem, & nomen, & gloriam ſuam: vt ſis populus ſanctus Domini Dei tui, ſicut locutus eſt.

CAP. XXVII.

1 PRæcepit autem Moyſes & ſeniores Iſrael populo, dicentes, Cuſtodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. 2 ‡Cúmque tranſieritis Iordanem in Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, 3 ‡vt poſſis in eis ſcribere omnia verba legis huius, Iordane tranſmiſſo: vt introëas Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, ſicut iurauit patribus tuis. 4 ‡'Quando ergo tranſieritis Iordanem, erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, & leuigabis eos calce: 5 ‡& ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, 6 ‡& de ſaxis informibus & impolitis: & offeres ſuper eo holocauſta Domino Deo tuo, 7 ‡& immolabis hoſtias pacificas, comedéſque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo. 8 ‡Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. 9 ‡Dixerúntq. Moyſes & ſacerdotes Leuitici generis ad omnem Iſraelem, Attende, & audi Iſrael, Hodie factus es populus Domini Dei tui. 10 ‡audies vocem eius, & facies mandata atque iuſtitias quas ego præcipio tibi*. 11 ‡Præcepítque Moyſes populo in die illo, dicens: 12 ‡Hi ſtabunt ad benedicendum "Domino' ſuper montem Garizim, Iordane tranſmiſſo: Simeõ, Leui, Iudas, 13 Iſſachar, Ioſeph, & Ben-iamin. 14 ‡'Et è regione iſti ſtabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aſer, & Zabulon, Dan & Nephthali. 15 ‡'Et pronuntiabunt Leuitæ, dicéntq. ad omnes viros Iſrael excelſa voce, 16 ‡Maledictus homo qui "facit' ſculptile & conflatile, abominationẽ Domini, opus manuum artificum, "ponétque' illud in abſcondito, & reſpondebit omnis populus, & dicet, Amen. 17 ‡Maledictus qui nõ honorat patrem ſuum, & matrem*. & dicet omnis populus, Amen. 18 ‡Maledict⁹ qui transfert terminos proximi ſui. & dicet omnis populus, Amẽ. 19 ‡Maledictus qui errare facit cæcũ in itinere. & dicet omnis populus, Amen. 20 ‡Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ. & dicet omnis populus, Amen.

21 ‡Maledictus qui dormit cum vxore patris ſui, & reuelat operimentũ lectuli eius. & dicet omnis populus, Amen.

22 ‡Maledictus qui dormit cum omni iumento. & dicet omnis populus, Amen.

23 ‡Maledictus qui dormit cum ſorore ſua filia patris ſui, vel matris ſuæ. & dicet omnis populus, Amẽ. 24 ‡Maledictus qui dormit cũ ſocru ſua. & dicet omnis populus, Amen. 25 ‡Maledictus qui clam percuſſerit proximũ ſuum. & dicet omnis populus, Amen. 26 ‡'Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animã ſanguinis innocentis. & dicet omnis populus, Amen. 27 ‡Maledictus qui non permanet in ſermonib⁹ legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus, Amen.

CAP. XXVIII.

1 SI autẽ audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus quæ verſantur in terra. 2 ‡Veniéntque ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent te: ſi tamẽ præcepta eius audieris, 3 ‡Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. 4 ‡Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuę, fructúſque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarũ. 5 ‡Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. 6 ‡Benedictus eris ingrediens & egrediens.

Dabit Dominus inimicos tuos qui conſurgunt aduerſum te, corruentes in conſpectu tuo: 7 ‡per vnã viam venient contra te, & per ſeptem fugient à facie tua.

8 ‡Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum: benedicétque tibi in terra quam acceperis. 9 ‡Suſcitabit te Dominus ſibi in populũ ſanctum, ſicut iurauit tibi: ſi cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius.

10 ‡Videbúntque omnes terrarum populi quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te, & timebunt te. 11 ‡Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorũ tuorum, fructu terræ tuæ quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi. 12 ‡Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ, in tempore ſuo: benedicétq. cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies. 13 ‡Conſtituet te Dominus* in caput, & non in caudam: & eris ſemper ſuprà, & non ſubter: ſi tamen audieris mandata Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & cuſtodieris & feceris, 14 ‡ac non declinaueris ab eis nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram, nec ſecutus fueris deos alienos, neq. colueris eos. 15 ‡'Quod ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mandata eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendent te. 16 ‡Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. 17 ‡Maledictum horreum tuum, & 18 maledictæ reliquiæ tuæ. 19 ‡Maledict⁹ fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. 20 ‡Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. 21 ‡Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua quæ tu facies: donec conterat te, & perdat velociter*, propter adinuentiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti me. 22 ‡Adiungat tibi Dominus peſtilentiam, donec conſumat te de terra ad quam "ingrederis' poſſidendam. 23 ‡"Percutiat' te Dominus egeſtate, febri & frigore, ardore & æſtu, & aëre corrupto ac rubigine, & perſequatur donec pereas. 24 ‡'Sit cælum quod ſupra te eſt, æneum: & terra quã calcas, ferrea. 25 ‡Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo deſcendat ſu-

Exo. 11, Iſa. 11.

Deut. 4, 11.

*hodie MS. H. C. G.

*populo MS. H. C. G.

*faciet MS. H. C. G.

*ponit MS. q. R. Rab.

*fuam R. H. C. G.

Maledictus qui dormit cũ vxore proximi ſui. & dicet omnis populus, Amen o. Gal. 3, 10. Leu. 26, 3.

*Deus tuus MS. R. G. A Rab. ament H. & C. non legitur.

Leu. 26, 14 Tiue. 2, 27. Mala. 2, 2. Baru. 1, 8. Tob. 3, 4.

*de ſub cælo o.

"ingrederis MS q. R. "Percutiet Rab. H. C. o. M.

Leu. 26, 19.

per te cinis, donec conteraris. *Tradat 25
te Dominus corruentẽ ante hostes tuos.
per vnam viam egrediaris contra eos, &
per septem fugias, & dispergaris per om-
nia regna terræ. *Sitque cadauer tuum 26
in escam cunctis volatilibus cæli, & be-
stiis terræ, & non sit qui abigat. *Percu- 27
tiat te Domin⁹ hulcere Aegypti, & par-
tem corporis per quam stercora egerun-
tur, scabie quoq. & prurigine: ita vt cu-
rari nequeas. *Percutiat te Dominus 28
amentia & cæcitate ac furore mentis,
*& palpes in meridie sicut palpare solet 29
cęcus in tenebris, & nõ dirigas vias tuas.
Omniq. tempore calumniam sustineas,
& opprimaris violentia, nec habeas qui
liberet te. *Vxorẽ accipias, & alius dor- 30
miat cum ea. Domum ædifices, & non
habites in ea. Plantes vineam, & nõ vin-
demies eam. *Bos tuus immoletur co- 31
ram te, & non comedas ex eo. Asinus
tuus rapiatur in conspectu tuo, & non
reddatur tibi. Oues tuæ dentur inimicis
tuis, & non sit qui te adiuuet. *Filij tui & 32
filiæ tuæ tradantur alteri populo, viden-
tibus oculis tuis, & deficientibus ad con-
spectum eorum tota die, & non sit forti-
tudo in manu tua. *Fructus terræ tuæ, & 33
omnes labores tuos comedat populus
quem ignoras: & sis semper calumniam
sustinens, & oppressus cunctis diebus,
*& stupens ad terrorem eorum quæ vi- 34
debunt oculi tui. *Percutiat te Dominus 35
hulcere pessimo in genibus & in suris,
sanaríque non possis à planta pedis vsq.
ad verticem tuum. *Ducet te Dominus, 36
& regem quẽ constitues super te, in Gen
tem quam ignoras tu & patres tui: & ser-
uies ibi diis alienis, ligno & lapidi. *Et 37
eris perditus, in prouerbium ac fabulam
omnibus populis, ad quos te introduxe-
rit Dominus. *[1] Sementem multam ia- 38
cies in terram, & modicum congrega-
bis: quia locustæ deuorabunt omnia.
*Vineam plantabis, & fodies; & vinum 39
non bibes, nec colliges ex ea quippiam:
quoniam vastabitur vermibus. *Oliuas 40
habebis in omnib⁹ terminis tuis, & non
vngêris oleo: quia defluent, & deperi-
bunt. *Filios generabis & filias, & non 41
fruêris eis: quoniam ducentur in capti-
uitatem. *Omnes arbores tuas & fruges 42
terræ tuæ rubigo cõsumet. *Aduena qui 43
tecum versatur in terra, ascendet super
te, erítque sublimior: tu autem descen-
des, & eris inferior. *Ipse fœnerabit tibi, 44
& tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput,
& tu eris in caudam. *Et venient super 45
te omnes maledictiones istæ, & perse-
quentes apprehendent te, donec inter-
eas: quia nõ audisti vocem Domini Dei
tui, nec seruasti mãdata eius & ceremo-
nias quas præcepit tibi. *Et erunt in te 46
signa atq. prodigia, & in semine tuo vsq.
in sempiternum: *eò quòd non seruie- 47
ris Domino Deo tuo in gaudio, cordísq.
lætitia, propter rerum omnium abun-
dantiam. *Seruies inimico tuo quem 48
"immittet" tibi Dominus, in fame, & si- "emittet MS.R.G. "mittet R.
ti, & nuditate, & omni penuria; & ponet
iugum ferreum super ceruicem tuam,
donec te conterat. * Adducet Do- 49
minus super te Gentem de longinquo,
& de extremis terræ finibus in similitu-
dinem aquilæ volantis cũ impetu: cuius
linguã intelligere non possis. *Gentem 50
procacissimam, quæ nõ deferat seni, nec
misereatur paruuli, *& deuoret fru- 51
ctum iumentorum tuorum, ac fruges
Terræ tuæ: donec intereas, & non relin-
quat tibi triticum, vinum, & oleum, ar-
menta boum, & greges ouium; donec
te disperdat, *& conterat in cunctis vr- 52
bibus tuis, & destruantur muri tui firmi
atque sublimes, in quibus habebas fidu-
ciam in omni Terra tua. Obsideberis in-
tra portas tuas in omni Terra tua quam
dabit tibi Domin⁹ Deus tuus: *& come- 53
des fructũ vteri tui, & carnes filiorum
tuorum & filiarum tuarum, quas dede-
rit tibi Dominus Deus tuus, in angustia
& vastitate qua opprimet te hostis tuus.
*Homo delicatus in te, & luxuriosus 54
valde inuidebit fratri suo, & vxori quæ
cubat in sinu suo, *ne det eis de carni- 55
bus filiorum suorum quas comedet; eò
quòd nihil aliud habeat in obsidione &
penuria qua vastauerint te inimici tui
intra omnes portas tuas. *Tenera mu- 56
lier & delicata quę super terram ingredi
non va-

Mich. 6, 15. Aggæi 1, 6.

non valebat, nec pedis vestigium figere
propter mollitiem & teneritudinem ni-
miam, inuidebit viro suo qui cubat in si-
nu eius, super filij & filiæ carnibus, *& 57
illuuie secundinarũ quę egrediuntur de
medio feminũ eius, & super liberis qui
eadem hora nati sunt. comedent enim
eos clam propter rerum omnium penu-
riã, in obsidione & vastitate qua oppri-
met te inimicus tuus intra portas tuas.
*Nisi custodieris, & feceris omnia ver- 58
ba legis huius quę scripta sunt in hoc vo-
lumine, & timueris nomen eius glorio-
sum & terribile, hoc est Dominũ Deum
tuum: *augebit Dominus plagas tuas, 59
& plagas seminis tui, plagas magnas &
perseuerantes, infirmitates pessimas &
perpetuas. *& conuertet in te omnes af- 60
flictiones Aegypti, quas timuisti, & ad-
hærebunt tibi. *Insuper & vniuersos 61
languores, & plagas quæ nõ sunt scriptæ
in volumine legis huius, inducet Domi-
nus super te, donec te conterat: *& re- 62
manebitis pauci numero, qui prius era-
tis sicut astra cæli præ multitudine, quo-
niam non audisti vocẽ Domini Dei tui.
*Et sicut antè lætatus est Dominus su- 63
per vos, bene vobis faciens, vósque mul-
tiplicans: sic lætabitur disperdens vos at-
que subuertens, vt auferamini de Terra
ad quam ingredieris possidendam. *Di- 64
sperget te Dominus in omnes populos à
summitate terrę vsque ad terminos eius:
& seruies ibi diis alienis, quos & tu igno-
ras & patres tui, lignis & lapidibus. *In 65
gentibus quoque illis non quiesces, neq.
erit requies vestigio pedis tui. Dabit
enim tibi Dominus ibi cor pauidum, &
deficientes oculos, & animam consump-
tã mœrore: *& erit vita tua quasi pen- 66
dens ante te. Timebis nocte & die, &
non credes vitæ tuæ. *Manè dices, Quis 67
mihi det vesperũ? & vespere, Quis mihi
det manè? propter cordis tui formidi-
nem, qua terreberis, & propter ea quæ
tuis videbis oculis. *Reducet te Domi- 68
nus classibus in Ægyptum per viam de
qua dixit tibi vt eam amplius non vide-
res. Ibi vendêris inimicis tuis in seruos
& ancillas, & non erit qui emat.

CAP. XXIX.

HÆc sunt verba fœderis quod præ- Exo. 19, 4.
cepit Domin⁹ Moysi vt feriret cũ
filijs Israel in Terra-Moab: præter illud
fœdus quod cum eis pepigit in Horeb.
*Vocauítque Moyses omnem Israel, & 2
dixit ad eos, Vos vidistis vniuersa quæ
fecit Dominus coram vobis in Terra
Ægypti Pharaoni, & omnib⁹ seruis eius,
vniuersæq. terræ illius, tentationes ma- 3
gnas *quas viderunt oculi tui, signa illa
portentáque ingentia, *& non dedit vo- 4
bis Dominus cor intelligens, & oculos
videntes, & aures quæ possunt audire,
vsque in præsentem diem. *[1] Adduxit Sup. 8, 1.
vos quadraginta annis per desertũ: non
sunt attrita vestimẽta vestra, nec calcea-
mẽta pedum "vestrorum" vetustate con- "tuorum 2 MS.H. c. At Texti volunt R.Rab. G.
sumpta sunt. *Panem non comedistis, 6
vinum & siceram non bibistis: vt sciretis
quia "ipse est" Dominus Deus vester. *[1] Et 7 "ego sum MS.Rab. H.C.G.q. Nu. 21, 33. Sup. 3, 1.
venistis ad hunc locum: egressúsque est
Sehon rex Hesebon; & Og rex Basan, oc-
currentes nobis ad pugnam. Et percussi-
mus eos, *& tulimus terram eorum, ac 8
tradidimus possidẽdam Ruben & Gad,
& dimidiæ tribui Manasse. *Custodite 9
ergo verba pacti huius, & implete ea: vt
intelligatis vniuersa quæ facitis: *Vos 10
statis hodie cuncti coram Domino Deo
vestro, principes vestri, & tribus, ac ma-
iores natu, atque doctores, omnis popu-
lus Israel, *liberi & vxores vestræ, & "ad- 11 "aduena qui tecũ moratur 6 MS.H. G.
uenæ qui tecum morantur" in castris, ex-
ceptis lignorũ cæsoribus, & his qui com-
portant aquas: *vt transeas in fœdere 12
Domini Dei tui, & in iureiurando quod
hodie Dominus Deus tuus percutit te-
cum: *vt suscitet te sibi in populum, & 13
ipse sit Deus tuus sicut locutus est tibi, &
sicut iurauit patribus tuis Abrahã, Isaac
& Iacob. *Nec vobis solis ego hoc fœ- 14
dus ferio, & hæc iuramenta confirmo,
*sed cunctis præsentibus & absentibus. 15
*Vos enim nostis quomodo habitaue- 16
rimus in Terra-Ægypti, & quomodo
transierimus per mediũ nationum, quas
transeuntes *vidistis, abominationes & 17
sordes, id est, idola eorum, lignum & la-
pidem, argentum & aurum quæ cole-

bant. *Ne fortè sit inter vos vir aut mu- 18
lier, familia aut tribus cuius cor auersum
est hodie à Domino Deo nostro: vt va-
dat & seruiat diis illarum Gentium: &
sit inter vos radix germinans fel & ama-
ritudinem. *Cúmque audierit verba iu- 19
ramenti huius, benedicat sibi in corde
suo, dicens, Pax erit mihi, & ambulabo
in prauitate cordis mei: & assumat ebria
sitientem, *& Dominus non ignoscat ei: 20
sed tunc quammaximè furor eius fu-
met, & zelus contra hominem illum, &
sedeãt super eum omnia maledicta quæ
scripta sunt in hoc volumine: & deleat
Dominus nomen eius sub cælo, *& con- 21
sumat eum in perditionem ex omnibus
tribubus Israel, iuxta maledictiones quæ
in libro legis huius ac fœderis continen-
tur. *Dicétq. sequens generatio, & filij 22
qui nascentur deinceps, & peregrini qui
de longe venerint, vidêtes plagas Terræ
illius, & infirmitates quibus eam affli-
xerit Dominus, *sulphure, & solis ardo- 23
re comburens, ita vt vltrà non seratur,
nec virens quippiam germinet, in exem-
Gen. 19,25. plum' subuersionis Sodomæ & Gomor-
3 Reg. 9,2. rhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit
Ier. 22, 8. Dominus in ira & in furore suo. *Et di- 24
cent omnes Gentes, Quare sic fecit Do-
minus Terræ huic? quæ est hæc ira furo-
ris eius immensa? *Et respondebunt, 25
Quia dereliquerunt pactum Domini
quod pepigit cum patribus eorũ, quan-
do eduxit eos de Terra Ægypti: *& ser- 26
uierunt diis alienis, & adorauerunt eos
quos nesciebant, & quibus non fuerant
attributi: *idcirco iratus est furor Domi- 27
ni contra Terram istam, vt induceret su-
per eam omnia maledicta quæ in hoc
volumine scripta sunt: *& eiecit eos de 28
terra sua in ira & in furore, & in indigna-
tione maxima, proiecítq. in terram alie-
nam, sicut hodie comprobatur. *Abs- 29
condita, Domino Deo nostro: quæ ma-
nifesta sunt, nobis & filiis nostris vsque
in sempiternum, vt faciamus vniuersa
*verba 6 MS. H. C. G. *legis huius.

CAP. XXX.

CVM ergo venerint super te omnes 1
sermones isti, benedictio siue male-
dictio quã proposui in conspectu tuo: &
ductus pœnitudine cordis tui in vniuer-
sis gentibus, in quas disperserit te Domi-
2 nus Deus tuus, *& reuersus fueris ad
eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego
hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in
3 toto corde tuo, & in tota anima tua: *re-
ducet "te Dominus Deus tuus de capti- "Dominus Deus tuus captiuitatem tuam MS. Rab. H. C.
uitate tua', ac miserebitur tui, & rursum
congregabit te de cũctis populis in quos
4 te antè dispersit. *Si ad cardines cæli fue-
ris dissipatus, inde te retrahet Dominus
5 Deus tuus, *' & assumet, atque intro- 2 Mach. 1, 46. 2, 18.
ducet in Terram quam possederunt pa-
tres tui, & obtinebis eam: & benedicens
tibi, maioris numeri te esse faciet, quàm
6 fuerint patres tui. *Circuncidet Do-
minus Deus tuus cor tuum, & cor se-
minis tui: vt diligas Dominum Deum
tuum "in' toto corde tuo, & in tota ani- "ex MS. R. G. Tol. assi. astantes suffragan. Rab. H. C.
7 ma tua, vt possis viuere. *Omnes autem
maledictiones has conuertet super ini-
micos tuos, & eos qui oderunt te, & per-
8 sequuntur. *Tu autem reuertêris, & au-
dies vocem Domini Dei tui: faciésque
vniuersa mandata quæ ego præcipio tibi
9 hodie: *& abundare te faciet Dominus
Deus tuus in cũctis operibus manuum
tuarum, in sobole vteri tui, & in fructu
iumentorum tuorum, in hubertate ter-
ræ tuæ, & in rerum omnium largitate.
Reuertetur enim Dominus, vt gaudeat
super te in omnibus bonis, sicut gauisus
10 est in patribus tuis: *si tamen audie-
ris vocem Domini Dei tui, & custodie-
ris præcepta eius & ceremonias, quæ in
hac lege conscripta sunt: & reuertaris ad
Dominum Deum tuum in toto corde
11 tuo, & in tota anima tua. *' Mandatum Rom. 10, 6.
hoc quod ego præcipio tibi hodie, non
12 supra te est, neque procul positum, *nec
in cælo situm, vt possis dicere, Quis no-
strum valet ad cælum ascendere, vt de-
ferat illud ad nos, vt audiamus atq. ope-
13 re compleamus? *Neque trans mare
positum: vt causeris, & dicas, Quis è no-
bis poterit transfretare mare, & illud ad
nos vsque deferre: vt possimus audire,
14 & facere quod præceptum est? *Sed
iuxta te est sermo valde, in ore tuo & in
corde

corde tuo, vt facias illum. *Considera 15
quòd hodie proposuerim in conspectu
tuo vitam & bonum, & ecõtrario mor-
tem & malum: *vt diligas Dominum 16
Deum tuum, & ambules in viis eius, &
custodias mandata illius ac ceremonias
atque iudicia: & viuas, atque multipli-
cet te, benedicátq. tibi in Terra ad quam
"ingredieris MS q. R. "ingrederis' possidendam. *Si autem 17
auersum fuerit cor tuum, & audire no-
lueris, atque errore deceptus adoraueris
deos alienos, & seruieris eis: *prædico 18
tibi hodie quòd pereas, & paruo tempo-
re morêris in Terra ad quam Iordane
transmisso ingredieris possidẽdam. *Te- 19
stes inuoco hodie cælum & terram, quòd
"mortem 6 MS. H. C. G. proposuerim vobis vitam & "bonum',
benedictionem & maledictionẽ. Elige
ergo vitam, vt & tu viuas, & semẽ tuum:
*& diligas Dominum Deum tuum, atq. 20
obedias voci eius, & illi adhæreas (ipse
est enim vita tua, & longitudo dierum
tuorum) vt habites in Terra pro qua iu-
rauit Dominus patribus tuis Abraham,
Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

CAP. XXXI.

ABiit itaque Moyses, & locutus est 1
omnia verba hæc ad vniuersum Is-
rael, *& dixit ad eos, Centum viginti 2
annorum sum hodie, non possum vltrà
egredi & ingredi, præsertim cùm & Do-
Sup. 3, 26. Nu. 27, 18. minus dixerit mihi, 'Non transibis Ior-
danem istum. *Dominus ergo Deus 3
tuus transibit ante te. ipse delebit omnes
gentes has in conspectu tuo, & possíde-
bis eas: & Iosue iste transibit ante te, sicut
locutus est Dominus. *Faciétque Do- 4
Nu. 21, 24. minus eis 'sicut fecit Sehon & Og regi-
"deleuitque 3. MS. H. C. G. bus Amorrhæorũ, & terræ eorum, "de-
lebítque' eos. *Cùm ergo & hos tradi- 5
derit vobis, similiter facietis eis sicut
Sup. 7, 1. præcepi vobis. *' Viriliter agite, & con- 6
fortamini: nolite timere, nec paueatis
ad conspectum eorum: quia Dominus
Deus tuus ipse est ductor tuus, & non
dimittet, nec derelinquet te. *Vocauít- 7
que Moyses Iosue, & dixit ei corã omni
Israel, Confortare, & esto robustus: tu
enim introduces populũ istum in Ter-
ram quã daturum se patribus eorum iu-
rauit Dominus, & tu eam sorte diuides.
8 *Et Dominus qui ductor est vester, ipse
erit tecũ: non dimittet, nec derelinquet
9 te: noli timere, nec paueas. *Scripsit ita-
que Moyses legem hanc, & tradidit eam
sacerdotibus filiis Leui, qui portabant
arcam fœderis Domini, & cunctis senio-
10 ribus Israel. *Præcepítque eis, dicens,
Post septem annos, anno remissionis, in
11 solemnitate tabernaculorum, *conue-
nientibus cunctis ex Israel, vt appareant
in conspectu Domini Dei tui in loco
quem elegerit Dominus: leges verba le-
gis huius coram omni Israel, audienti-
12 bus eis, *& in vnum omni populo con-
gregato, tam viris quàm mulieribus, par-
uulis & aduenis qui sunt intra portas
tuas: vt audientes discant, & timeãt Do-
minũ Deum vestrum, & custodiant, im-
pleántque omnes sermones legis huius.
13 *filij quoq. eorum qui nunc ignorant: vt
audire possint, & timeant Dñm Deum
"suum' cunctis diebus quibus versantur "vestrum 7 MS. H. C. G.
in Terra ad quam vos Iordane trans-
14 misso pergitis obtinendam. *Et ait Do-
minus ad Moysen, Ecce propè sunt dies
mortis tuæ: voca Iosue, & state in taber-
naculo testimonij, vt præcipiam ei. Abie-
15 runt ergo Moyses & Iosue, & steterunt
in tabernaculo testimonij: *apparuítq.
Dominus ibi in columna nubis, quæ ste-
16 tit in introitu tabernaculi. *Dixítq. Do-
minus ad Moysen, Ecce tu dormies cum
patribus tuis, & populus iste consurgens
fornicabitur post deos alienos in Terra
ad quam ingreditur vt habitet in ea: ibi
derelinquet me, & irritum faciet fœdus
17 quod pepigi cum eo. *Et irascetur furor
meus contra eum in die illo: & derelin-
quam eum, & abscõdam faciem meam
ab eo, & erit in deuorationẽ: inuenient
eum omnia mala & afflictiones, ita vt
dicat in illo die, Verè quia non est Deus
18 mecum, inuenerunt me hæc mala. *Ego
autẽ abscondam, & celabo faciẽ meam
in die illo propter omnia mala quæ fecit,
19 quia secutus est deos alienos. *Nunc
itaque scribite vobis canticum istud, &
docete filios Israel: vt memoriter te-
neant, & ore decantent, & sit mihi car-

men istud pro testimonio inter filios Israel. [20] Introducam enim eum in Terram pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantem. Cúmq. comederint, & saturati, crassiq́ue fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruient eis: detrahéntque mihi, & irritum faciét pactum meum. [21] Postquã inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis tui. Scio enim cogitationes eius quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in Terram quam ei pollicitus sum. [22] Scripsit ergo Moyses canticum, & docuit filios Israel. [23] Præcepítque Dominus Iosue filio Nun, & ait, Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Terram quam pollicitus sum, & ego ero tecum. [24] Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit, [25] præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini, dicens, [26] Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. [27] Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuẽte me & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominum: quanto magis cùm mortuus fuero? [28] Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælum & terram. [29] Noui enim quòd post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. [30] Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Israel verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit.

CAP. XXXII.

AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. [1]

[2] Concrescat in pluuiã doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.

[3] Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro.

[4] Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus.

[5] Peccauerunt ei &' nõ filij eius in sordibus, generatio praua atque peruersa.

[6] Hæccine reddis Domino populo stulte & insipiens? nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?

[7] Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

[8] Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam, constituit terminos populorũ iuxta numerum filiorum Israel.

[9] Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.

[10] Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circunduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.

[11] Sicut aquila prouocãs ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas: & assumpsit eum, atq. portauit in humeris suis.

[12] Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus.

[13] Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleumq́ue de saxo durissimo.

[14] Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum.

[15] Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.

[16] Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracũdiam concitauerunt.

[17] Immolauerunt dęmoniis & nõ Deo, diis quos

diis quos ignorabant: noui recentésque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

[18] Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.

[19] Vidit Dominus, & ad iracundiã concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ.

[20] Et ait, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filij.

[21] Ipsi mę prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

[22] Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima: deuorabítque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.

[23] Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

[24] Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.

[25] Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.

[26] Et dixi, Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum:

[27] Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent, Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia.

[28] Gens absque consilio est, & sine prudentia.

[29] Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

[30] Quomodo perſequebatur vn' mille, & duo fugarent decem millia? nónne ideo, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos?

[31] Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.

[32] De vinea Sodomorũ, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, & botri amarissimi.

[33] Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.

[34] Nónne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

[35] Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum: iuxtà est dies perditionis, & adesse festinant tempora.

[36] Iudicabit Dominus populũ suum, & in seruis suis miserebitur: videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoq. defecerunt, reliquíque consumpti sunt.

[37] Et dicet, Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?

[38] De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.

[39] Videte quòd ego sim solus, & non sit alius Deus prẽter me: ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

[40] Leuabo ad cælum manum meam, & dicam, Viuo ego in æternum.

[41] Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.

[42] Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum, & de captiuitate, nudati inimicorum capitis.

[43] Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorũ vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.

[44] Venit ergo Moyses, & locut' est omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun. [45] Compleúitque omnes sermones istos, loquens ad [46] vniuersum Israel. & dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filiis vestris custodire & facere, & implere vniuersa quæ scripta sunt legis huius: [47] quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent: quæ facientes longo perseueretis tempore in Terra ad quam Iordane transmisso ingredimi-

gredimini possidendam. [48] Locutúsque est Dominus ad Moysen in eadem die, dicens, [49] Ascende in montem istũ Abarim, id est transituum, in montem Nebo, qui est in Terra-Moab contra Iericho: & vide Terram-Chanáan, quam ego tradam filiis Israel obtinendam, & morere in monte. [50] Quem conscendens iungêris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis: [51] quia præuaricati estis contra me in medio filiorum Israel ad Aquas-contradictionis in Cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israel. [52] Econtra videbis Terram, & non ingredieris in eam quam ego dabo filiis Israel.

ingredimini MS. Nu.17,12.
Nu.20,13. 33,38.
Nu.20,10. 27,14.

CAP. XXXIII.

[1] HÆc est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filiis Israel ante mortem suam. [2] Et ait, Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia. In dextera eius ignea lex. [3] Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. [4] Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatem multitudinis Iacob. [5] Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel. [6] Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero. [7] Hæc est Iudæ benedictio, Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. [8] Leui quoque ait, Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictionis. [9] Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuũ, & pactum tuum seruauerunt, [10] iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. [11] Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorũ eius: & qui oderunt eum, non consurgant.

Sap.3,1.

[12] Et Ben-iamin ait, Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.

[13] Ioseph quoque ait, De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rore, atque abysso subiacente. [14] De pomis fructuum solis ac lunæ, [15] de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum: [16] & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticẽ nazaræi inter fratres suos. [17] Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit Gentes vsq. ad terminos terræ. hæ sunt multitudines Ephraim, & hæc millia Manasse.

Exo.3,2.

[18] Et Zabulon ait, Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis.

[19] Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.

*Qui H.C.G. *H.C.G.

[20] Et Gad ait, Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cepítque brachium & verticem. [21] Et vidit principatum suũ, quòd in parte sua doctor esset repositus; qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel.

[22] Dan quoque ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan.

[23] Et Nephthali dixit, Nepthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem possidebit.

[24] Aser quoque ait, Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. [25] Ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. [26] Non est Deus alius vt Deus rectissimi: ascensor cęli auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes, [27] habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna: eiiciet à facie tua inimicũ, dicétq., Conterere'.

*4 MS.R.H. H.G.

*Contra 3 MS. H. C. Vetus Textus R. & C. ante formi. ch.

[28] Habitabit Israel confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, cæliq́ue caligabunt rore. [29] Beatus es tu Israel. quis similis tui populę, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

Ier.23,6. 33,16.

CAP. XXXIIII.

[1] AScendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra Iericho: ostendítque ei Dominus omnem Terram-Galaad vsque Dan, [2] & vniuersum Nephthali, terrámque Ephráim & Manasse, & omnem terram vsque ad mare nouissimum, [3] & australem partem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum vsque Segor. [4] Dixítque Dominus ad eum, Hæc est terra, pro qua iurau-i Abraham, Isaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam. [5] Mortuúsque est ibi Moyses seruus Domini,

2 Mac.2,4. Sup.3,27.
*Iuda 8 MS.R.H. G.G.
Gen.12,7. 13,15. 15, 26,4.

[6] in terra Moab, iubente Domino: & sepeliuit eum in valle Terræ-Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulchrum eius vsque in præsentem diem. [7] Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est: non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. [8] Fleuerúntque eum filij Israel in campestribus Moab triginta diebus: & completi sunt dies planctus lugẽtium Moysen. [9] Iosue verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel, fecerúntq. sicut præcepit Dominus Moysi. [10] Et non surrexit vltrà propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem [11] in omnibus signis atq. portentis, quæ misit per eum, vt faceret in Terra-Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæq. terræ illius, [12] & cunctam manum robustam, magnáque mirabilia, quę fecit Moyses coram vniuerso Israel.

Iuda 9.

LIBER IOSVE,

HEBRAICE,

IEHOSVA.

CAPVT I.

ET factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei, [2] *Moyses seruus meus mortuus est: surge, & transi Iordanẽ istum tu & omnis populus tecum, in Terram quam ego dabo filijs Israel. [3] *'Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi. [4] *A deserto & Libano vsque ad fluuium magnum Euphráten, omnis terra Hethæorum vsque ad mare magnum cõtra Solis occasum erit [5] terminus vester. *Nullus poterit vobis resistere cũctis diebus vitæ tuæ: sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: 'non dimittam, nec derelinquam te. [6] *Confortare & esto robustus: tu enim sorte diuides populo huic Terram pro qua iuraui patribus 'tuis vt traderem eam illis. [7] *Confortare igitur, & esto robustus valde: vt custodias, & facias omnem legem quam præcepit tibi Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistrã, vt intelligas cuncta quæ agis. [8] *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viã tuam, [9] & intelliges eam. *Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad [10] quæcunque perrexeris. *Præcepítque Iosue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite: [11] *Præparate vobis cibaria: quoniam post diem tertiũ transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam Terram quam Dominus Deus vester daturus est vobis. [12] *Rubenitis quoque & Gaditis, & dimidiæ tribui [13] Manasse ait, *Mementote sermonis 'quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnẽ Terram. [14] *Vxores vestræ, & filij, ac iumenta manebunt in Terra quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem: vos autẽ transite armati ante fratres vestros, omnes [15] fortes manu, *& pugnate pro eis, donec det Dominus requiem fratribus vestris sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoque Terram quam Dominus Deus vester daturus est eis: & sic "reuertimini in Terram possessionis vestræ, & habitabitis in

Deu. 11, 24. Infr. 14, 9.

Nu. 32, 33.

"reuertimini. H. C. G.

bitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus Domini trans Iordanem contra Solis ortum. [16] *Respondérúntq. ad Iosue, atque dixerunt, Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus: & quocumque miseris, ibimus. [17] *Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tantum sit Dominus Deus tuus tecũ, sicut fuit cum Moyse. [18] *Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. tu tantùm confortare, & viriliter age.

CAP. II.

MIsit igitur Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito: & dixit eis, Ite, & considerate Terram, vrbémque Iericho. 'Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. [2] *Nuntiatúmq. est regi Iericho, & dictũ, Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, vt explorarent Terram. [3] *Misitque rex Iericho ad Rahab dicens: Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domũ tuam: exploratores quippe sunt, & omnem Terram considerare venerunt. [4] *Tollénsque mulier viros, abscondit, & ait, Fateor venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. [5] *cúmque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quò abierunt: persequiminicitò, & comprehendetis eos. [6] *Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuítque eos stipula lini, quæ ibi erat. [7] *Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viã quæ ducit ad "vadũ' Iordanis: illíque egressis statim porta clausa est. [8] *Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait, [9] *Noui quòd Dominus tradiderit vobis Terram*: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores Terræ. [10] *Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas Maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Ægypto: '& quæ feceritis duob' Amorrhæorum regibus qui erant trans Iordanem, Sehon & Og, quos interfeciſtis. [11] *Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitũ vestrum: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in [12] cælo sursum, & in terra deorsum. *Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quo modo ego misericordiã feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei: [13] detísque mihi verum signum: *"vt' saluetis patrem meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. [14] *Qui respónderunt ei, Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. cúmque tradiderit nobis Dominus Terram: faciemus in te misericordiam & veritatem. [15] *Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim eius hærebat muro. [16] *Dixítque ad eos, Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus, donec redeant; & sic [17] ibitis per viam vestram. *Qui dixerunt ad eam, Innoxij erimus à iuramento hoc [18] quo adiurasti nos, *si ingredientibus nobis Terram, signum* fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam demisisti nos: & patrem tuum ac matrem, fratrésque, & omnem cognationem tuam cõgregaueris in domum tuam. [19] *Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, *sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus "alieni'. Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si [20] eos aliquis tetigerit. *Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc [21] iuramento quo adiurasti nos. *Et illa respondit, Sicut locuti estis, ita fiat. dimitténsque eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. [22] *Illi verò ambulantes peruenerunt ad mõtana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti; quærentes enim per omnem viam, non repererunt eos. [23] *Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descenderũt exploratores de monte: & transmisso Iordane, venerunt ad Iosue filium Nun, narrauerúntque ei omnia quæ acciderant sibi, atque dixerunt,

Iacob. 2, 15. Heb. 11, 21.

"vada 1 MS. H. C. G.

Nu. 21, 24.

*istam 5 MS.

*non MS. q. R.

*retus sibi erit. Additur MS q. ex altera translatione. quod enim Latinus Interpres sequentibus; septuaginta his reddiderunt verbis.

"innoxij 6 MS.

dixerunt, Tradidit Dominus omnẽ terram hanc in manus noſtras, & timore proſtrati ſunt cuncti habitatores eius.

CAP. III.

IGitur Ioſue de nocte conſurgens mouit caſtra: egredientéſque de Setim, venerunt ad Iordanem ipſe, & omnes filij Iſrael, & morati ſunt ibi per tres dies.

*Quibus euolutis tranſierunt præcones per caſtrorum medium, *& clamare cœperunt, Quando videritis arcã fœderis Domini Dei veſtri, & ſacerdotes ſtirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque conſurgite, & ſequimini præcedentes: *ſitque inter vos & arcam ſpatium cubitorum duûm millium: vt procul videre poſſitis, & noſſe per quam viam ingrediamini: quia prius non ambulaſtis per eam. & cauete ne appropinquetis ad arcam. *Dixítque Ioſue ad populum, Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. *Et ait ad ſacerdotes, Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui iuſſa complentes, tulerunt, & ambulauerunt ante eos. *Dixítque Dominus ad Ioſue, Hodie incipiam exaltare te coram omni Iſrael: vt ſciant quòd ſicut cum Moyſe fui, ita & tecum ſim. *Tu autem præcipe ſacerdotibus qui portant arcã fœderis, & dic eis, Cùm ingreſſi fueritis partem aquæ Iordanis, ſtate in ea. *Dixítque Ioſue ad filios Iſrael, Accedite huc, & audite "verbum' Domini Dei veſtri. *Et rurſum, In hoc, inquit, ſcietis quòd Dñs Deus viuens in medio veſtri eſt, & diſperdet in conſpectu veſtro Chananæum & Hethæum, Heuæum & Pherezæum, Gergeſeum quoque & Iebuſæum, & Amorrhæum. *Ecce, arca fœderis Dñi omnis terræ antecedet vos per Iordanem. *Parate duodecim viros de "tribubus Iſrael, ſingulos per ſingulas tribus. *Et cùm poſuerint veſtigia pedum ſuorum ſacerdotes qui portant arcam "Domini Dei vniuerſæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores ſunt, decurrent atque deficient: quæ autem déſuper veniunt, in vna mole conſiſtent. *Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis, vt tranſiret Iordanem: & ſacerdotes qui portabant arcã fœderis pergebant ante eum.

*verba 6 MS. H. C. Textus autem conformis eſt G.

"duodecim MS q.

"fœderis MS. R. G. Ab H. autẽ & C. non legitur.

Pſ. 113, 3. Act. 7, 45.

*Ingreſſisque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis, ("Iordanis autem ripas aluei ſui tempore meſſis impleuerat) *ſteterunt aquæ deſcendentes in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur "Edom' vſq. ad "locum' Sarthan. quæ autem inferiores erant, in Mare-ſolitudinis (quod nũc vocatur mortuum) deſcenderunt, vſquequo omninò deficerent. Populus autem incedebat contra "Iordanem': *& ſacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini, ſtabant ſuper ſiccam humum in medio Iordanis accincti, omníſq. populus per arentem alueum tranſibat.

"Iordanis Erit. 4 MS. R. H. C. G.

"Adam 12 MS. H. C. G.

"locum MS. R. C. G.

"Iordanem R. H. C. G.

CAP. IIII.

QVibus tranſgreſſis dixit Dominus ad Ioſue, *Elige duodecim viros ſingulos per ſingulas tribus. *& præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi ſteterunt pedes ſacerdotum, duodecim duriſſimos lapides, quos ponetis in loco caſtrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria. *Vocauítq. Ioſue duodecim viros, quos elegerat de filiis Iſrael ſingulos de ſingulis tribubus, *& ait ad eos, Ite ante arcam Domini Dei veſtri ad Iordanis medium, & portate inde ſinguli ſingulos lapides in humeris veſtris, iuxta numerum filiorum Iſrael, *vt ſit ſignũ inter vos. & quando interrogauerint vos filij veſtri cras, dicẽtes, Quid ſibi volunt iſti lapides? *reſpondebitis eis, Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini, cùm tranſiret eum: idcirco poſiti ſunt lapides iſti in monumentum filiorum Iſrael vſque in æternum. *Fecerunt ergo filij Iſrael ſicut præcepit eis Ioſue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperarat, iuxta numerum filiorum Iſrael, vſq. ad locum in quo caſtrametati ſunt, ibíque poſuerunt eos. *Alios quoque duodecim lapides poſuit Ioſue in medio Iordanis alueo, vbi ſteterunt ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis "Domini': & ſunt ibi vſque in præſentem diem.

- 5 MS. C. A. G. tenetur

*Sacer-

*Sacerdotes autem qui portabant arcam, ſtabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Ioſue, vt loqueretur ad populum, præceperat Dominus, "&' dixerat ei Moyſes. Feſtinauítque populus, & tranſiit. *Cúmque tranſiſſent omnes, tranſiuit & arca Domini, ſacerdotes quoq. pergebant ante populum. *Filij quoq. Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe, armati præcedebãt fratres ſuos filios Iſrael ſicut eis præceperat Moyſes: *& quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos, incedebant per plana atque campeſtria vrbis Iericho. *In die illo magnificauit Dominus Ioſue coram omni Iſrael, vt timerent eum, ſicut timuerant Moyſen dum adhuc viueret. *Dixítque ad eum, *Præcipe ſacerdotibus qui portant arcam fœderis vt aſcendant de Iordane. *Qui præcepit eis, dicens: Aſcendite de Iordane. *Cúmq. aſcendiſſent portantes arcam fœderis Domini, & ſiccam humum calcare cœpiſſent, reuerſæ ſunt aquæ in alueum ſuum, & fluebant ſicut antè cõſueuerant. *Populus autem aſcendit de Iordane decimo die menſis primi, & caſtrametati ſunt in Galgalis contra Orientalẽ plagam vrbis Iericho.

"vt 1 MS. H. C. G.

Num. 32, 29.

*Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo ſumpſerant, poſuit Ioſue in Galgalis, *& dixit ad filios Iſrael, Quando interrogauerint filij veſtri cras patres ſuos, & dixerint eis, Quid ſibi volunt lapides iſti? *docebitis eos, atque dicetis, Per arentem alueum trãſiuit Iſrael Iordanem iſtum, *ſiccante Domino Deo "noſtro' aquas eius in conſpectu "noſtro', donec "tranſiretis': ſicut fecerat prius in mari-rubro, quod ſiccauit donec tranſiremus: *vt diſcant omnes terrarum populi fortiſſimam Domini manum, vt & vos timeatis Dominum Deum veſtrum omni tempore.

"veſtro 5 MS. H. C. G q.

"veſtro 4 MS. H. C. *eorum G.

"tranſiremus MS q.

CAP. V.

POſtquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad Occidentalem plagam, & cuncti reges Chanáan, qui propinqua poſſidebant magni maris loca, quòd ſiccaſſet Dominus fluenta Iordanis coram filiis Iſrael donec tranſirent, diſſolutum eſt cor eorum, & nõ remanſit in eis ſpiritus, timentium introitum filiorum Iſrael. *Eo tempore ait Dominus ad Ioſue, Fac tibi cultros lapideos, & circuncide ſecundò filios Iſrael. *"Fecit quoque' quod iuſſerat Dominus, & circuncidit filios Iſrael in colle præputiorum. *Hæc autem cauſa eſt ſecundæ circũciſionis, Omnis populus qui egreſſus eſt de Ægypto generis maſculini, vniuerſi bellatores viri, mortui ſunt in deſerto per lõgiſſimos viæ circuitus, *qui omnes circunciſi erant. Populus autem qui natus eſt in deſerto, *per quadraginta annos itineris latiſsimæ ſolitudinis incircunciſus fuit: donec conſumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus antè iurauerat "vt' oſtenderet eis terram *lacte & melle manantem. *Horum filij in locum ſucceſſerunt patrum, & circunciſi ſunt à Ioſue: quia ſicut nati fuerãt, in præputio erant, nec eos in via aliquis circunciderat. *Poſtquã autem omnes circunciſi ſunt, manſerunt in eodem caſtrorum loco, donec ſanarentur. *Dixítq. Dominus ad Ioſue, Hodie abſtuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatúmque eſt nomen loci illius Galgala, vſque in præſentem diem. *Manſerúntque filij Iſrael in Galgalis, & fecerunt Phaſe quartadecima die menſis ad veſperum in campeſtribus Iericho: *& comederunt de frugibus Terræ die altero, azymos panes, & polentam eiuſdem anni. *Defecítque manna poſtquam comederunt de frugibus Terræ, nec vſi ſunt vltrà cibo illo filij Iſrael, ſed comederunt de frugibus præſentis anni Terræ-Chanáan. *Cùm autem eſſet Ioſue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum tenentem gladium, perrexítque ad eũ, & ait, Noſter es, an aduerſariorum? *Qui reſpondit, Nequaquam, ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Cecidit Ioſue pronus in terram. Et adorans ait, Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum? *"Solue, inquit, calcia-

"vt non 1 MS. R. H. C. G. *de qua iurauerat Dominus patribus eorum, quòd daret nobis terrã H. C. G.

Exo. 4, 25.

Exo. 3, 5.

calciamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Fecítque Iosue vt sibi fuerat imperatum.

CAP. VI.

IEricho autem clausa erat atque munita, timore filiorũ Israel, & nullus egredi audebat aut ingredi. *Dixítque Dominus ad Iosue, Ecce dedi in manu tua 3 MS. H. c. manus tuas Iericho, & regem eius, omnésque fortes viros. *Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem: sic facietis sex diebus. *Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarum vsus est in iubileo, & præcedent arcam fœderis: septiésque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. *Cúmque insonuerit vox tubæ longior atque concisior, & in auribus vestris increpuerit, cõclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredientúrque singuli per locum contra quem steterint. *Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ade os, Tollite arcã fœderis: & septẽ alij sacerdotes tollant septẽ iubileorum buccinas, & incedant ante arcam Domini. *Ad populum quoque ait, Ite, & circuite ciuitatem, armati præcedentes arcam Dñi. *Cúmq. Iosue verba finisset, & septẽ sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcã fœderis Domini, *omnísque præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. *Præceperat autem Iosue populo, dicens: Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur: donec veniat dies in quo dicam vobis, Clamate & vociferamini. *Circuiuit ergo arca Domini ciuitatẽ semel per diem, & reuersa in castra, mansit ibi.

*Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini, *& septem ex eis, septem buccinas, quarum in iubileo vsus est: præcedebántque arcam Domini ambulantes atq. clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam, & buccinis personabat. *Circuierúntque ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerũt sex diebus. *Die autem septimo diluculo consurgentes, circuierunt vrbem, sicut dispositum erat septies. *Cúmque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel, Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem: *sitque ciuitas hæc anáthema: & omnia quæ in ea sunt, Domino. sola Rahab meretrix viuat cum vniuersis qui cũ ea in domo sunt: abscondit enim Sup. 2,4. Hebr. 11, nuntios quos direximus. *Vos aũt cauete ne de his quę præcepta sunt quippiam contingatis, & sitis præuaricationis rei, vobis MS. & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. *Quicquid autem auri aut argenti fuerit, & vasorum æneorum ac ferri, Domino consecretur, reAc ferri R. H. c. positum in thesauris eius. *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitúsque increpuit, muri ilicò corruerunt: & ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat: ceperúntque ciuitatem, *& interfecerunt omnia quę erant 2 Mach. 12, 35. in ea, à viro vsq. ad mulierem, ab infante vsque ad senem. Boues quoq. & oues, & asinos in ore gladij percusserũt. *Duobus autem viris, qui exploratores missi Sup. 2, 1. Hebr. 11, 31. fuerant, dixit Iosue, Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. *Ingressíque iuuenes, eduxerunt Rahab, & parentes eius, Hebr. 11, 31. fratres quoque, & cunctam supellectilem ac cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerunt. *Vrbẽ autem & omnia quæ inuenta sunt in ea, fuerunt 3 MS. H. c. succenderunt: absque auro & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini consecrarunt. *Rahab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem: eo quòd absconderit nuntios quos miserat vt explorarent Iericho. *In tempore illo, imprecatus est Iosue, dicens: Maledictus vir corã Domino, qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatẽ Iericho. In primogenito suo fundamenta 1 Reg. 16, 34. damenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. *Fuit ergo Dominus cum Iosue, & nomẽ eius vulgatum est in omni terra.

CAP. VII.

Infr. 22, 20. 1 Par. 2, 7. FIlij autẽ Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratúsque est Dominus contra filios Israel. *Cúmq. mitteret Iosue de Iericho viros contra Hai, quæ est iuxta Bethauen, ad Orientalem plagam oppidi Beth-el, dixit eis, Ascendite, & explorate Terram. Qui præcepta complentes exploratuerunt Hai. *Et reuersi dixerunt ei, Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes pauciſsimos? *Ascenderunt ergo tria millia pugnatorũ. Qui statim terga vertentes, *percusi sunt à viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis triginta & sex homines: persecutíque sunt eos aduersarij de porta vsque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuítque cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est. *Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cécidit in terram coram arca Domini vsq. ad vesperam, tam ipse quàm omnes senes Israel: miseruntque puluerẽ super capita sua, *& dixit Iosue, Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Iordanẽ fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam vt cœpimus, mansissemus trans Iordanem! *Mi Dñe Deus, quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem? *Audient Chananæi, & omnes habitatores Terræ, & pariter conglobati circundabunt nos, atque delebunt nomen nostrũ de terra: & quid facies magno nomini tuo? *Dixítque Dominus ad Iosue, Surge, cur laces pronus in terra? *Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum: tulerúntque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & abscónderunt inter vasa sua. *Nec poterit Israel stare ante

hostes suos, eósque fugiet: quia pollutus est anathemate. non ero vltra vobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. *Surge, sanctifica populum, & dic eis, Sanctificamini in crastinum: hæc enim dicit Dominus Deus Israel, Anáthema in medio tui est Israel: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere. *Accedetísq. manè singuli per tribus vestras: & quamcunque tribum sors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domúsque per viros. *Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam præuaricatus est pactum Domini, & fecit nefas in Israel. *Surgens itaque Iosue manè, applicuit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. *Quæ cùm iuxta familias suas esse oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoq. per domos offerens, reperit Zabdi: *cuius domum in singulos diuidens viros, inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda. *Et ait Iosue ad Achan, Fili mi, da gloriã Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. *Respondítque Achan Iosue, & dixit ei, Verè ego peccaui Domino Deo Israel, & sic & sic feci. *vidi enim inter spolia palliũ coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulámque auream quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli, & abscondi in terra cõtra medium tabernaculi mei, argentúmque fossa humo operui. *Misit ergo Iosue ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum simul. *Auferentésq. de tentorio tulerũt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel, proiecerúntq. ante Dominum. *Tollens itaque Iosue Achan filium Zare, argẽtúmque & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias eius, boues & asinos & oues, ipsúmque tabernaculum, & cunctam supellectilem: (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad Vallem-achor, *vbi dixit

est qui MS q.

Ioſue, Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauítque eum omnis Iſrael: & cuncta quæ illius erant, igne conſumpta ſunt. 26 *Congregauerúntque ſuper eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vſque in præſentem diem. Et auerſus eſt furor Domini ab eis. Vocatúmque eſt nomen loci illius, Vallis achor, vſque hodie.

CAP. VIII.

DIxit autem Dominus ad Ioſue, Ne 1 timeas, neq. formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & conſurgens aſcende in oppidum Hai. ecce tradidi in manum tuã regem eius, & populum, vrbémque, & terram. 2 *Faciéſque vrbi Hai, & regi eius, ſicut feciſti Iericho, & regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone inſidias vrbi poſt eam. 3 *Surrexítque Ioſue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt aſcenderent in Hai: & electa triginta millia virorũ fortium miſit nocte, 4 *præcepítque eis, dicens, Ponite inſidias poſt ciuitatem: nec longius recedatis: & eritis omnes parati. 5 *ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum eſt, *accedemus 6 MS. R. H. C. G. "aſcendemus' ex aduerſo contra vrbem. Cúmque exierint contra nos, ſicut antè fecimus, fugiemus, & terga vertemus:

6 *donec perſequentes ab vrbe longius protrahantur: putabunt enim nos fugere ſicut prius. 7 *Nobis ergo fugientibus, & illis perſequentibus, conſurgetis de inſidiis, & vaſtabitis ciuitatem: tradétq. eam Dominus Deus veſter in manus veſtras. 8 *Cúmque ceperitis*, ſuccendite eam, & ſic omnia facietis, vt iuſſi. 9 *Dimiſitque eos, & perrexerunt ad locum inſidiarum, ſederúntque inter Bethel, & Hai, ad Occidentalem plagã vrbis Hai: Ioſue autem nocte illa in medio manſit populi, 10 *ſurgénſque diluculo recenſuit ſocios, & aſcendit cũ ſenioribus in fronte exercitus, 11 *vallatus auxilio pugnatorum. Cúmque veniſſent, & aſcendiſſent ex aduerſo ciuitatis, ſteterunt ad Septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos erat vallis media. 12 *Quinque autem millia viros elegerat, & poſuerat in inſidiis inter 'Beth-auen' & Hai ex Occidentali parte eiuſdem ciuitatis: 13 *omnis verò reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouiſſimi multitudinis Occidentalem plagã vrbis attingerent. Abiit ergo Ioſue nocte illa, & ſtetit in 14 vallis medio. *Quod cùm vidiſſet rex Hai, feſtinauit manè, & egreſſus eſt cum omni exercitu ciuitatis, direxítq. aciem contra deſertum, ignorans quòd poſt 15 tergum laterent inſidiæ. *Ioſue verò, & omnis Iſrael ceſſerunt loco, ſimulantes metũ, & fugientes per ſolitudinis viam. 16 *At illi vociferantes pariter, & ſe mutuò cohortantes, perſecuti ſunt eos. Cúmq. 17 receſſiſſent à ciuitate, *& ne vnus quidem in vrbe Hai, & Bethel remanſiſſet qui non perſequeretur Iſrael (ſicut eruperant aperta oppida relinquentes,) 18 *dixit Dominus ad Ioſue, Leua clypeũ qui in manu tua eſt contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam. 19 *Cúmque eleuaſſet clypeum ex aduerſo ciuitatis, inſidiæ quæ latebant, ſurrexerunt confeſtim: & pergentes ad ciuitatẽ, ceperunt, 20 & ſuccenderunt eam. *Viri autem ciuitatis qui perſequebãtur Ioſue, reſpicientes & videntes fumum vrbis ad cælum vſque conſcendere, non potuerũt vltrà huc illúcque diffugere: præſertim cùm hi qui ſimulauerãt fugam, & tendebant ad ſolitudinem, contra perſequẽtes formidoloſiſſimè reſtitiſſent. 21 *Vidénſq. Ioſue & omnis Iſrael quòd capta eſſet ciuitas, & fumus vrbis aſcẽderet, reuerſus percuſſit viros Hai. 22 *Siquidẽ & illi qui ceperant & ſuccenderant ciuitatẽ, egreſſi ex vrbe contra ſuos, medios hoſtium ferire cœperunt. Cùm ergo ex vtraque parte aduerſarij cæderentur, ita vt nullus de tanta multitudine ſaluaretur, 23 *regem quoque vrbis Hai apprehenderunt viuentem, & obtulerunt Ioſue. 24 *Igitur omnibus interfectis qui Iſraelem ad deſerta tendentem fuerant perſecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuerſi filij Iſrael percuſſerunt ciuitatem. 25 *Erant autem qui in eodem die ciderant à viro vſque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes vrbis Hai. 26 *Ioſue verò

*vrbem 1 MS. H. C. G.

"Beth-auen' 13 MS. C. G.

verò non contraxit manum, quam in ſublime porrexerat, tenẽs clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai. 27 *Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiſerunt ſibi filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus Ioſue. 28 *Qui ſuccendit vrbem, & fecit eam tumulum ſempiternum: 29 *regem quoque eius ſuſpendit in patibulo vſque ad veſperam & ſolis occaſum. Præcepítque Ioſue, & depoſuerunt cadauer eius de cruce: proiecerúntque in ipſo introitu ciuitatis, congeſto ſuper eũ magno aceruo lapidum, qui permanet vſq. in præſentem diem.

Exo. 20, 25. Deu. 27, 5. 30 *Tunc ædificauit Ioſue altare Domino Deo Iſrael in monte Hebal. 31 *ſicut præceperat Moyſes famulus Domini filiis Iſrael, & ſcriptum eſt in volumine legis Moyſi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit: & obtulit ſuper eo holocauſta Domino, immolauítque pacificas victimas. 32 *Et ſcripſit ſuper lapides Deuteronomiũ legis Moyſi, quod ille digeſſerat coram filiis Iſrael.

*1 MS. H. C. G. 33 *Omnis autẽ populus, & 'omnes' maiores natu, ducéſque ac iudices ſtabant ex vtraque parte arcæ, in conſpectu ſacerdotum qui portabãt arcam fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim, & media iuxta montẽ Hebal, ſicut præceperat Moyſes famulus Domini. Et primùm quidem benedixit populo Iſrael.

34 *Poſt hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ ſcripta erant in legis volumine. 35 *Nihil ex his quæ Moyſes iuſſerat reliquit intactum, ſed vniuerſa replicauit corã omni multitudine Iſrael, mulieribꝰ ac paruulis & aduenis, qui inter eos morabãtur.

CAP. IX.

QVibus auditis, cuncti reges trans 1 Iordanẽ qui verſabantur in montanis & campeſtribus, in maritimis ac littore magni-maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanũ, Hetheus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebuſæus 2 *congregati ſunt pariter, vt pugnarent contra Ioſue & Iſrael vno animo, eadémque ſententia. 3 *At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cũcta quæ fecerat Ioſue, Iericho & Hai:

4 *'callidè cogitantes tulerunt ſibi cibaria, ſaccos veteres aſinis imponentes, & vtres vinarios ſciſſos atque conſutos, *& 3 MS. H. C. G.

5 *calceamentáque perantiqua quæ ad indiciũ vetuſtatis pittaciis cõſuta erant, induti veteribus veſtimentis: panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri 6 erant, & in fruſta comminuti: *perrexerúntq; ad Ioſue, qui tunc morabatur in caſtris Galgalæ, & dixerunt ei, atque ſimul omni Iſraeli, De terra longinqua venimus, pacem vobiſcum facere cupientes. Reſponderúntque viri Iſrael ad 7 *eos', atque dixerunt, *Ne fortè in terra quæ nobis ſorte debetur, habitetis, & 8 non poſſimus fœdus inire vobiſcũ. *At illi ad Ioſue, Serui, inquiunt, tui ſumus. Quibus Ioſue ait, Qui nam eſtis vos? aut 9 vnde veniſtis? *Reſponderunt, De terra longinqua valde, venerunt ſerui tui in nomine Domini Dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ 10 fecit in Ægypto, *'& duobus regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Heſebon, & Og regi 11 Baſan, qui erant in Aſtaroth: *dixerúntque nobis ſeniores, & omnes habitatores Terræ noſtræ, Tollite in manibus* cibaria ob longiſſimam viam, & occurrite eis, & dicite, Serui veſtri ſumus, fœdus 12 inite nobiſcũ. *En, panes quando egreſſi ſumus de domibus noſtris, vt veniremus ad vos, calidos ſumpſimus, nunc ſicci facti ſunt, & vetuſtate nimia com- 13 minuti. *vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti ſunt & ſoluti. veſtes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob lõgitudinem longioris viæ trita ſunt, & penè conſumpta.

Num. 21, 24.

*veſtris 7 MS. R. H. C.

14 *Suſceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt.

2 Reg. 21, 1 15 *'Fecítq. Ioſue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus eſt vt non occiderentur: principes quoque multitudinis iu- 16 rauerunt eis. *Poſt dies autem tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habi- 17 tarent, & inter eos futuri eſſent. *Mouerúntque caſtra filij Iſrael, & venerunt in ciui-

Iosue, Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauítque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt. [26] *Congregauerúntque super eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vsque in præsentem diem. Et auersus est furor Domini ab eis. Vocatúmque est nomen loci illius, Vallis achor, vsque hodie.

CAP. VIII.

DIxit autem Dominus ad Iosue, Ne [1] timeas, neq. formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum Hai. ecce tradidi in manum tuã regem eius, & populum, vrbémque, & terram. [2] *Faciésque vrbi Hai, & regi eius, sicut fecisti Iericho, & regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone insidias vrbi post eam. [3] *Surrexítque Iosue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hai: & electa triginta millia virorũ fortium misit nocte, [4] *præcepítque eis, dicens, Ponite insidias post ciuitatem: nec longius recedatis: & eritis omnes parati. [5] *ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum est, *accedemus 6 MS. R. H. C. G. 'ascendemus' ex aduerso contra vrbem. Cúmque exierint contra nos, sicut antè fecimus, fugiemus, & terga vertemus: [6] *donec persequentes ab vrbe longius protrahantur: putabunt enim nos fugere sicut prius. [7] *Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, consurgetis de insidiis, & vastabitis ciuitatem: tradétq. eam Dominus Deus vester in manus vestras. [8] *Cúmque ceperitis*, succendite eam, & sic omnia facietis, vt iussi. [9] *Dimisítque eos, & perrexerunt ad locum insidiarum, sederúntque inter Bethel, & Hai, ad Occidentalem plagã vrbis Hai: Iosue autem nocte illa in medio mansit populi, [10] *surgénsque diluculo recensuit socios, & ascendit cũ senioribus in fronte exercitus, [11] *vallatus auxilio pugnatorum. Cúmque veníssent, & ascendíssent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad Septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos erat vallis media. [12] *Quinque autem millia viros elegerat, & posuerat in insidiis inter 'Beth-auen' & Hai ex Occidentali parte eiusdem ciuitatis: [13] *omnis verò reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis Occidentalem plagã vrbis attingerent. Abiit ergo Iosue nocte illa, & stetit in [14] vallis medio. *Quod cùm vidisset rex Hai, festinauit manè, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxítq. aciem contra desertum, ignorans quòd post [15] tergum laterent insidiæ. *Iosue verò, & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metũ, & fugientes per solitudinis viam. [16] *At illi vociferantes pariter, & se mutuò cohortantes, persecuti sunt eos. Cúmq. [17] recessíssent à ciuitate, *& ne vnus quidem in vrbe Hai, & Bethel remansísset qui non persequeretur Israel (sicut eruperant aperta oppida relinquentes,) [18] *dixit Dominus ad Iosue, Leua clypeũ qui in manu tua est contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam. [19] *Cúmque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebant, surrexerunt confestim: & pergentes ad ciuitatẽ, ceperunt, [20] & succenderunt eam. *Viri autem ciuitatis qui persequebãtur Iosue, respicientes & videntes fumum vrbis ad cælum vsque conscendere, non potuerũt vltrà huc illúcque diffugere: præsertim cùm hi qui simulauerãt fugam, & tendebant ad solitudinem, contra persequẽtes fortíssimè restitissent. [21] *Vidénsq. Iosue & omnis Israel quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascẽderet, reuersus percussit viros Hai. [22] *Siquidẽ & illi qui ceperant & succenderant ciuitatẽ, egressi ex vrbe contra suos, medios hostium ferire cœperunt. Cùm ergo ex vtraque parte aduersarij cæderentur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur, [23] *regem quoque vrbis Hai apprehenderunt viuentem, & obtulerunt Iosue. [24] *Igitur omnibus interfectis qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel percusserunt ciuitatem. [25] *Erant autem qui in eodem die conciderant à viro vsque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes vrbis Hai. [26] *Iosue verò

*vrbem 1 MS. H. C. G.

'Beth 1 MS. C. G. Bethel

verò non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenẽs clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai. [27] *Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, sicut præceperat Dominus Iosue. [28] *Qui succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum: [29] *regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam & solis occasum. Præcepítque Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce: proiecerúntque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eũ magno aceruo lapidum, qui permanet vsq. in præsentem diem. [30] *Tunc ædificauit Iosue altare Domino Deo Israel in monte Hebal. [31] *sicut præceperat Moyses famulus Domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocausta Domino, immolauítque pacificas victimas. [32] *Et scripsit super lapides Deuteronomiũ legis Moysi, quod ille digessérat coram filiis Israel. [33] *Omnis autẽ populus, & 'omnes' maiores natu, ducésque ac iudices stabant ex vtraque parte arcæ, in conspectu sacerdotum qui portabãt arcam fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim, & media iuxta montẽ Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primùm quidem benedixit populo Israel. [34] *Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta erant in legis volumine. [35] *Nihil ex his quæ Moyses iusserat reliquit intactum, sed vniuersa replicauit corã omni multitudine Israel, mulieribꝰ ac paruulis & aduenis, qui inter eos morabãtur.

Exo. 20, 25. Deu. 27, 5.

'1 MS. H. C. G.

CAP. IX.

QVibus auditis, cuncti reges trans [1] Iordanẽ qui versabantur in montanis & campestribus, in maritimis ac littore magni-maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanũ, Hetheus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebusæus [2] *congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue & Israel vno animo, eadémque sententia. [3] *At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cũcta quæ fecerat Iosue, Iericho & Hai: [4] *'callidè cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos atque consutos, [5] *calceamentáque perantiqua quæ ad indiciũ vetustatis pittaciis cõsuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri [6] erant, & in frusta comminuti: *perrexerúntq; ad Iosue, qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atque simul omni Israeli, De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Respondérúntque viri Israel ad [7] *'eos', atque dixerunt, *Ne fortè in terra quæ nobis sorte debetur, habitetis, & [8] non possimus fœdus inire vobiscũ. *At illi ad Iosue, Serui, inquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait, Qui nam estis vos? aut [9] vnde venístis? *Respónderunt, De terra longinqua valde, venerunt serui tui in nomine Domini Dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ [10] fecit in Ægypto, *'& duobus regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Hesebon, & Og regi [11] Basan, qui erant in Astaroth: *dixerúntque nobis seniores, & omnes habitatores Terræ nostræ, Tollite in manibus *ci- baria ob longissimam viam, & occurrite eis, & dicite, Serui vestri sumus, fœdus [12] inite nobiscũ. *En, panes quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia com- [13] minuti. *vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti. vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob lõgitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta. [14] *Susceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt. [15] *'Fecítq. Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est vt non occiderentur: principes quoque multitudinis iu- [16] rauerunt eis. *Post dies autem tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habi- [17] tarent, & inter eos futuri essent. *Mouerúntque castra filij Israel, & venerunt

Heuæi H. C. G.

Num. 21, 24.

*vestris 7 MS. R. H. C.

2 Reg. 21, 1

in ciuitates eorum die tertio, quarũ hæc vocábula sunt, Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim. 18 *Et non percusserunt eos, eò quòd iurassent eis principes multitudinis in nomine Dñi Dei Israel. Murmurauit itaq. omne vulgus contra principes. 19 *Qui responderunt eis, Iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere. 20 *Sed hoc faciemus eis, Reseruentur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, si peieraue-
eis 7 MS. H.C.G. rimus: 21 *sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant, aquásque comportent. Quibus hæc loquentibus, 22 *vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis, Cur nos decipere fraude voluistis vt diceretis, Procul valde habitamus à vobis, cùm in medio nostri sitis? 23 *Itaq. sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquásque comportans in domum Dei mei. 24 *Qui responderunt, Nuntiatũ est nobis seruis tuis, quòd promisisset Dominus Deus tuus Moysi seruo suo vt traderet vobis omnem Terram, & disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris, vestro terrore compulsi, & hoc consilium iniuimus. 25 *nunc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis. 26 *Fecit ergo Iosue vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Israel, vt non occiderentur. 27 *Decreuítq. in illo die eos esse in ministerio cuncti populi & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, vsque in præsens tempus; in loco quem Dominus elegisset.

CAP. X.

1 QVæ cùm audisset Adoni-sedec rex Ierusalem, quòd scilicet cepisset Iosue Hai, & subuertisset eã (sicut enim fecerat Iericho & regi eius, sic fecit Hai, & regi illius) & quòd trãsfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum,
2 *timuit valde. Vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnésque bellatores eius fortissimi. 3 *Misit ergo Adoni-sedec rex Ierusalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharam regem Ierimoth, ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens, 4 *Ad me ascendite, & ferte præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue, & ad filios Israel. 5 *Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum: rex Ierusalem, rex Hebrõ, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa
6 Gabaon, oppugnantes eam. *Habitatores autẽ Gabaon vrbis obsessæ miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei, Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorũ tuorum: ascende citò, & libera nos, ferque præsidium: conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum,
7 qui habitant in montanis. *Ascendítq. Iosue de Galgalis, & omnis exercitus
8 bellatorum cum eo, "viri' fortissimi. *Dixítque Dominus ad Iosue, Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos:
9 nullus ex eis tibi resistere poterit. *Irruit itaque Iosue super eos repentè, tota nocte ascendens de Galgalis: 10 *Et conturbauit eos Dominus à facie Israel: contriuítque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Bethhoron, & percussit vsque Azéca & Ma-
11 ceda. *Cúmque fugerent filios Israel, & essent in descensu Beth-horõ, Dominus misit super eos lapides magnos de cælo vsque ad Azéca: & mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos
12 gladio percusserant filij Israel. *Tunc locutus est Iosue Domino in die qua tradidit Amorrhæũ in conspectu filiorum Israel, dixítq. coram eis: *Sol contra Ga-
13 baon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. *Steterúntque Sol & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nónne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque sol in medio cæli, & nõ festinauit occumbere spatio vnius
14 diei. *Non fuit anteà & postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel. 15 *Reuersúsque est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ.

Galgalæ. 16 *Fugerant enim quinq. reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. 17 *Nuntiatúmque est Iosue quòd inuenti essent quinque reges latentes in
*8 MS. "in H.C.G. spelunca "vrbis' Maceda. 18 *Qui præcepit sociis, & ait, Voluite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios qui clausos custodiant: 19 *vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugientium cædite: nec dimittatis eos vrbium suarum intrare præsidia, quos tradidit Dominus Deus in man' vestras. 20 *Cæsis ergo aduersariis plaga magna, & vsque ad internecionẽ penè consumptis, hi qui Israel effugere potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas.
21 *Reuersúsq. est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra, sani & integro numero: nullúsque contra filios Israel mutire ausus est. 22 *Præcepítque Iosue, dicens, Aperite os speluncæ, & producite ad me quinq. reges qui in ea latitant. 23 *Fecerúntq. ministri vt sibi
*eduxerunt 12 MS.H.G. fuerat imperatum: & "adduxerunt' ad eum quinque reges de spelunca, regem Ierusalem, regem Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon.
*educti 14 MS. H.G. 24 *Cúmque "adducti' essent ad eum, vocauit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant, Ite, & ponite pedes super colla regum istorum. Qui cùm perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent, 25 *rursum ait ad eos, Nolite timere, nec paueatis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicatis. 26 *Percussítque Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites: fuerúntque suspensi vsque ad vesperum. 27 *Cúmq. occumberet Sol, præcepit sociis vt deponerent eos de patibulis. Qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsq. in præsens.
28 *Eodẽ die Macedam quoq. cepit Iosue, & percussit in ore gladii, regémq. illius interfecit, & omnes habitatores eius: nõ dimisit in ea saltem paruas reliquias. Fecítque regi Maceda sicut fecerat regi
29 Iericho. *Transiuit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat
30 contra eam: *quam tradidit Dominus cum rege suo in manus Israel: percusserúntque vrbem in ore gladij, & omnes habitatores eius. non dimiserunt in ea vllas reliquias. Fecerúntque regi Lebna,
31 'sicut fecerant regi Iericho. *De Lebna *Sup. 6,21. transiuit in Lachis cum omni Israel: & exercitu per gyrum dispositio oppugna-
32 bat eam. *Tradidítq. Dominus Lachis in manus Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij, omnémque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat
33 Lebna. *Eo tempore ascendit Horam rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosue cum omni populo eius
34 vsque ad internecionem. *Transiuítq.
35 de Lachis in Eglon, & circundedit, *atq. expugnauit eam in eadem die: percussitque in ore gladij omnes animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat La-
36 chis. *Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnauit
37 contra eam: *cepítque, & percussit in ore gladij, regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersásque animas quæ in ea fuerant commoratæ: non reliquit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ
38 in ea reperit, consumens gladio. *Inde
39 reuersus in Dabir, *cepit eam, atque vastauit: regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij: non dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius.
40 *Percussit itaq. Iosue omnem Terram montanam & meridianam atque campestrem, & Asedoth cum regibus suis: nõ dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut
41 præceperat ei Dominus Deus Israel *à Cadesbarne vsque Gazam. Omnem
42 Terram "Gessen' vsque Gabaon, *vni- "Gosen MS. H, C.G. uersósque reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vastauit: Dominus
43 enim Deus Israel pugnauit pro eo. *reuersúsque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

CAP. XI.

QVæ cùm audiſſet Iabin rex Aſor, miſit ad Iobab regem Madon, & ad regem Semeron, atque ad regem Achſaph: [2] ad reges quoq. Aquilonis, qui habitabant in mõtanis & in planitie contra meridiem Ceneroth, in campeſtribus quoque & regionibus Dor iuxta mare: [3] Chananæum quoque ab Oriente & Occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Iebuſæum in mõtanis: Heuæum quoq. qui habitabat ad radices Hermon in Terra Maſpha. [4] Egreſſiq. ſunt omnes cum turmis ſuis, populus multus nimis ſicut arena quæ eſt in littore maris, equi quoque & currus immenſæ multitudinis. [5] Conuenerúntque omnes reges iſti in vnum ad Aquas-merom, vt pugnarent contra Iſrael. [6] Dixítque Dominus ad Ioſue, Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora ego tradam omnes iſtos vulnerandos in conſpectu Iſrael: equos eorum ſubneruabis, & currus igne combures. [7] Venítque Ioſue, & omnis exercitus cũ eo aduerſus illos ad Aquas-merom ſubitò, & [8] irruerunt ſuper eos, tradidítq. illos Dominus in manus Iſrael. Qui percuſſerunt eos, & perſecuti ſunt vſque ad Sidonem magnam & Aquas-maſerephoth, campúmque Maſphe, qui eſt ad Orientalem illius partem. Itaq. percuſſit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias: [9] fecítque ſicut præceperat ei Dominus, equos eorum ſubneruauit, currúſque combuſſit igni. [10] Reuerſúſque ſtatim cepit Aſor: & regem eius percuſſit gladio. Aſor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. [11] Percuſſitque omnes animas quæ ibidem morabantur: nõ dimiſit in ea vllas reliquias, ſed vſq. ad internecionem vniuerſa vaſtauit, ipſamque vrbem peremit incendio. [12] Et omnes per circuitum ciuitates, reges quoque earum cepit, percuſſit atque deleuit, ſicut præceperat ei Moyſes famulus Domini. [13] Abſq. vrbibus quæ erant in collibus & in tumulis ſitæ, cæteras ſuccendit Iſrael: vnam tantũ Aſor munitiſſimã flamma conſumpſit. [14] Omnémque prædam iſtarum vrbium ac iumenta diuiſerunt ſibi filij Iſrael, cunctis [15] hominibus interfectis. Sicut præceperat Dominus Moyſi ſeruo ſuo, ita præcepit Moyſes Ioſue; & ille vniuerſa compleuit: nõ præteriit de vniuerſis mandatis, nec vnum quidem verbũ quod iuſſerat Dominus Moyſi. [16] Cepit itaq. Ioſue omnem Terram montanam, & meridianam, terrámque Geſſen, & planitiem, & Occidentalẽ plagam, montémque Iſrael, & campeſtria eius: [17] & partem montis quæ aſcendit Seir vſque Baalgad per planitiem Libani ſubter montem Hermon: omnes reges eorum cepit, percuſſit, & occidit. [18] Multo tempore pugnauit Ioſue contra reges iſtos. [19] Non fuit ciuitas, quæ ſe non traderet filiis Iſrael, præter Heuæum, qui habitabat in Gabaon, omnes enim bellando [20] cepit. Domini enim ſententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Iſrael, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent, ſicut præceperat Dominus Moyſi. [21] In illo tempore venit Ioſue, & interfecit enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & [22] Iſrael, vrbéſque eorum deleuit. Non reliquit vllum de ſtirpe enacim, in Terra filiorum Iſrael: abſque ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus ſolùm relicti ſunt. [23] Cepit ergo Ioſue omnem Terram, ſicut locutus eſt Dominus ad Moyſen, & tradidit eam in poſſeſſionem filiis Iſrael ſecundũ partes & tribus ſuas. quieuítque Terra à prœliis.

Inſ. 13, 8.

CAP. XII.

HI ſunt reges quos percuſſerunt filij Iſrael, & poſſederunt Terram eorum trans Iordanem ad ſolis ortum, à torrente Arnon vſque ad montem Hermon, & omnem Orientalem plagã quæ reſpicit ſolitudinem. [2] Sehon rex Amorrhæorum, qui habitauit in Heſebõ, dominatus eſt ab Aroër quæ ſita eſt ſuper ripam torrentis-Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæq. Galaad, vſque ad torrentem-Ieboc, qui eſt terminus filiorum Ammon. [3] & à ſolitudine vſque ad Mare-Ceneroth contra Orientem, & vſque ad Mare-deſerti, quod eſt mare ſaliſſimum, ad Orientalem plagam per viam quæ ducit Beth-ſimoth: & ab auſtrali parte, quæ ſubiacet Aſedoth, Phaſga. [4] Terminus Og regis Baſan, de reliquiis Raphaim, qui habitauit in Aſtaroth, & in Edrai, & dominatus eſt in monte Hermon, & in Salecha, atque in vniuerſa Baſan, vſque ad terminos Geſſuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad: terminos Sehon regis Heſebon. [6] Moyſes famulus Domini, & filij Iſrael percuſſerunt eos, tradidítque Terram eorum Moyſes in poſſeſſionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe. [7] Hi ſunt reges Terræ, quos percuſſit Ioſue & filij Iſrael trans Iordanem ad Occidentalem plagam, à Baalgad in campo Libani, vſque ad montem cuius pars aſcendit in Seir: tradidítque eam Ioſue in poſſeſſionem tribubus Iſrael, ſingulis partes ſuas, [8] tam in montanis quàm in planis atque campeſtribus. In Aſeroth, & in ſolitudine, ac in meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus, & Iebuſæus. [9] Rex Iericho vnus: rex Hai, quę eſt ex latere Beth-el, vnus: [10] rex Ieruſalem vnus, rex Hebron vnus, [11] rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus, [12] rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, [13] rex Dabir vnus, rex Gader vnus, [14] rex Herma vnus, rex Hered vnus, [15] rex Lebna vnus, rex Adullam vnus, [16] rex Maceda vnus, rex Beth-el vnus, [17] rex Taphua vnus, rex Opher vnus, [18] rex Aphec vnus, rex Saron vnus, [19] rex Madon vnus, rex Aſor vnus, [20] Rex Semeron vnus, rex Achſaph vnus, [21] Rex Thenac vnus, rex Mageddo vnus, [22] Rex Cedes vnus, rex Iachanan Carmeli vnus, [23] rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, rex Gentiũ Galgal vnus, [24] rex Therſa vnus: omnes reges triginta vnus.

Deu. 7, 2. Nu. 33, 52.

Iudi 5, 10.

CAP. XIII.

IOſue ſenex prouectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum, Senuiſti, & longæuus es, terráque latiſſima derelicta eſt, [2] quæ necdum ſorte diuiſa eſt: omnis videlicet Galilæa, Philiſthiim, & [3] vniuerſa Geſſuri. A fluuio turbido qui irrigat Ægyptum, vſque ad terminos Accaron cõtra Aquilonem, Terra Chanáan: quæ in quinq. regulos Philiſthiim diuiditur, Gazæos, & Azotios, Aſcalonitas, Gethæos, & Accaronitas. [4] Ad meridiem verò ſunt Heuæi, omnis Terra-Chanáan, & Maara Sidoniorum vſq. Apheca & terminos Amorrhæi, [5] eiúſq. confinia. Libani quoque regio contra Orientem à Baal-gad ſub monte Hermon, donec ingrediaris Emath. [6] Omnium qui habitant in monte à Libano, vſque ad Aquas-Maſerephoth, vniuerſíque Sidonij. Ego ſum qui delebo eos à facie filiorum Iſrael. Veniat ergo in partem hæreditatis Iſrael, ſicut præcepi tibi. [7] Et nunc diuide Terram in poſſeſſionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui [8] Manaſſe, cum qua Ruben & Gad poſſederũt terram, quam tradidit eis Moyſes famulus Domini trans fluenta Iordanis, ad oriẽtalem plagam. [9] Ab Aroër quæſita eſt in ripa torrentis-Arnon, & in vallis medio, vniuerſáq. campeſtria Medaba, vſque Dibon. [10] & cunctas ciuitates Sehon, regis Amorrhæi, qui regnauit in Heſebon vſque ad terminos filiorum Ammon. [11] & Galaad, ac terminum Geſſuri & Machati, & omnem montem Hermon, & vniuerſam Baſan, vſque ad [12] Salecha, omne regnum Og in Baſan, qui regnauit in Aſtaroth & Edrai, ipſe fuit de reliquiis Raphaim: percuſſitque eos Moyſes, atque deleuit. [13] Noluerunt-que diſperdere filij Iſrael Geſſuri & Machati: & habitauerunt in medio Iſrael [14] vſque in præſentem diem. Tribui autem Leui non dedit poſſeſſionem: ſed ſacrificia & victimæ Domini Dei Iſrael, ipſa eſt eius hæreditas, ſicut locutus eſt [15] illi. Dedit ergo Moyſes poſſeſſionem tribui filiorum Rubẽ iuxta cognationes [16] ſuas. Fuitque terminus eorũ ab Aroër, quæ ſita eſt in ripa torrentis-Arnon, & in valle eiuſdem torrẽtis media: vniuerſam planitiem, quæ ducit Medaba, & [17] Heſebon, cunctóſque viculos earum qui ſunt in campeſtribus: Dibon quoq., & Bamothbaal, & oppidum Baalmeon, [18] & Iaſſa,

Nu. 32, 33. Inſr. 24, 4.

Nu. 18, 21.

18 *& Iaſſa, & Cedimoth, & Mephaáth,
19 *& Cariathaím, & Sabama, & Sara-
20 thaſar in monte conuallis. *Beth-phogor & Aſedoth, Phaſga & Beth-ieſimoth, *& omnes vrbes campeſtres,
21 vniuerſáque regna Sehon regis Amor-
Num.31,2. rhæi qui regnauit in Heſebon, 'quem percuſſit Moyſes cum principibus Madian: Heuæum,& Recẽ, & Sur, & Hur,
*Reba I Ms. H. c. *Rebec R. G q. & 'Rebe' duces Sehõ habitatores Terræ.
22 *Et Balaam filium Beor ariolum occiderunt filij Iſrael gladio cum cæteris in-
23 terfectis. *Factúſque eſt terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc eſt poſſeſſio Rubenitarum per cognationes ſuas vrbium & viculorum. *Dedítq.
24 Moyſes tribui Gad & filiis eius per cognationes ſuas poſſeſſionem, cuius hæc
25 diuiſio eſt: *Terminus Iaſer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiam partem terræ filiorum Ammon,vſque ad Aroër quæ eſt contra Rabba. *& ab Heſebon
26
*Ramath I Ms. H. c. Conformiter autem Textui, legunt R. & G q. vſque 'Ramoth', Maſphe & Betonim:& à Manáim vſque ad terminos Dabir. *in
27 valle quoq. Beth-aran, & Bethnemra,& Socoth,& Saphon reliquã partem regni Sehon regis Heſebon:huius quoq. finis, Iordanis eſt vſque ad extremam partem maris Cenéreth trans Iordanẽ ad orientalem plagam. *hæc eſt poſſeſſio filio-
28 rum Gad per familias ſuas, ciuitates, & villæ earum. *Dedit & dimidiæ tribui
29 Manaſſe, filiiſque eius iuxta cognationes ſuas poſſeſſionem, *cuius hoc prin-
30 cipium eſt: à Manáim vniuerſam Baſan, & cuncta regna Og regis Baſan,omnéſq. vicos Iair qui ſunt in Baſan:ſexaginta oppida. *& dimidiam partem Galaad, &
31 Aſtaroth, & Edrai vrbes regni Og in Baſan: filiis Machir, filij Manaſſe dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes ſuas. *Hanc poſſeſſionem diui-
32 ſit Moyſes in campeſtribus Moab, trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam. *Tribui autem Leui non
33 dedit poſſeſſionem: quoniam Dominus
Nu.18, 20. Deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eius, 'vt locutus eſt illi. CAP. XIIII.

1 HOc eſt quod poſſederunt filij Iſrael in Terra-Chanáã, quam dederunt eis Eleazar ſacerdos,& Ioſue filius Nun, & principes familiarũ per tribus Iſrael:
2 *ſorte omnia diuidentes, ſicut præceperat Dominus in manu Moyſi, nouem tribubus, & dimidiæ tribui. *Duabus
3 enim tribubus,& dimidiæ dederat Moyſes trans Iordanem poſſeſſionem: abſq. Leuitis,qui nihil terræ acceperunt inter
4 fratres ſuos: *ſed in eorum ſucceſſerunt locum filij Ioſeph in duas diuiſi tribus, Manaſſe & Ephráim: nec acceperũt Leuitæ aliam in terra partem, niſi vrbes ad habitandum, & ſuburbana earum ad
5 alenda iumenta & pecora ſua. *Sicut præceperat Dominus Moyſi, ita fecerunt filij Iſrael, & diuiſerunt Terram.
6 *Acceſſerunt itaque filij Iuda ad Ioſue in Galgala, locutúſque eſt ad eum Caleb filius Iephone Cenezæus, 'Noſti quid locutus ſit Dominus ad Moyſen hominem Dei de me & te in Cadeſ-barne.
7 *Quadraginta annorum eram quando miſit me Moyſes famulus Domini de Cadeſ-barne, vt conſiderarem Terram, nuntiauíque ei quod mihi verum videbatur. *Fratres autem mei qui aſcende-
8 rant mecum, diſſoluerunt cor populi:& nihilominus ego ſecutus ſum Dominũ
9 Deum meum. *'Iurauítque Moyſes in die illo, dicens, Terra quam calcauit pes tuus, erit poſſeſſio tua, & filiorum tuorum in æternum:quia ſecutus es Do-
10 minum Deum 'meum'. *Conceſſit ergo Dominus vitam mihi,ſicut pollicitus eſt vſque in præſentem diem. Quadraginta & quinque anni ſunt ex quo loeutus eſt Dominus verbũ iſtud ad Moyſen,quando ambulabat Iſrael per ſolitudinem: hodie octoginta quinque annorum ſum
11 *ſic valens,vt eo valebam tẽpore quando ad explorandum miſſus ſum: 'illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat, tam ad bellãdum, quàm ad gra-
12 diendum. *Da ergo mihi montẽ iſtum quem pollicitus eſt Dominus te quoq. audiente, in quo Enacim ſunt, & vrbes magnæ atque munitæ: ſi fortè ſit Dominus mecum, & potuero delere eos:ſicut
13 promiſit mihi. *Benedixítque ei Ioſue: '& tradidit ei Hebron in poſſeſſionem.
*atque

14 *atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iéphone Cenezæo vſque in præſentem diem:quia ſecutus eſt Dominum Deum
15 Iſrael. *Nomen Hebron antè vocabatur Cariath-Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt: & Terra ceſſauit à prœliis.

CAP. XV.

1 IGitur ſors filiorum Iudę per cognatio-
Nu.34,3. nes ſuas iſta fuit: A termino Edom vſque ad' deſertum Sin contra Meridiem,
*S Ms. H. c. G. & vſque ad extremam partem auſtralis
2 plagæ. *initium eius à ſummitate maris ſaliſſimi, & à lingua eius quæ reſpicit
3 Meridiem. *Egreditúrq. contra Aſcenſum-ſcorpionis, & pertranſit in Sina: aſcendítque in Cadeſ-barne, & peruenit in Eſron,aſcendẽs ad Addar,& circuiens
*Cariathaa o. 'Carcaa', *atq. inde pertranſiens in Aſemona, & perueniens ad Torrentem-
4 Ægypti: eruntq. termini eius mare magnum. hic erit finis meridianæ plagæ.
5 *Ab Oriente verò erit initium mare ſaliſſimum vſque ad extrema Iordanis: & ea quæ reſpiciunt ad Aquilonẽ à lingua
6 maris vſq.ad eundem Iordanis fluuium. *aſcendítque terminus in Beth-hagla,& trãſit ab Aquilone in Beth-araba: aſcen-
7 dens ad lapidẽ-Boen filij Ruben. *& tendens vſque ad terminos Debera de Valle-achor, contra Aquilonem reſpiciens Galgala, quę eſt ex aduerſo Aſcenſionis-adommim, ab auſtrali parte torrentis:
8 tranſitúque aquas quę vocantur Fons-ſolis: & erunt exitus eius ad Fontem-rogel. *aſcendítque per 'conuallem' filij
*vallem I Ms. Ennom ex latere Iebuſæi ad Meridiem, hæc eſt Ieruſalem: & inde ſe erigens ad verticem montis, qui eſt contra Ge-Ennom ad Occidentem in ſummitate Val-
9 lis-raphaim contra Aquilonem. *pertranſitúque à vertice montis vſq. ad fontem aquæ Nephtóa: & peruenit vſq. ad vicos montis Ephron: inclinatúrque in Baala, quæ eſt Cariath-iarim, id eſt, vrbs
10 ſyluarum. *& circuit de Baala cõtra Occidentem, vſque ad montem Seir: tranſitq. iuxta latus montis Iarim ad Aquilonem in Cheſlon: & deſcendit in Beth-
11 ſames, tranſitque in Thamna. *& per-
uenit contra Aquilonem partis Accaron ex latere: inclinatúrque Sechrona, & tranſit montem Baala: peruenítque in Iebneel, & magni maris contra Occi-
12 dentem fine concluditur. *hi ſunt termini filiorum Iuda per circuitum in co-
13 gnationibus ſuis. *Caleb verò filio Iéphone dedit partem in medio filiorum Iuda, ſicut præceperat ei Dominus: Cariath-Arbe patris Enac, ipſa eſt Hebron.
14 *Deleuítque ex ea Caleb tres filios enac, Iud.1,20. Seſai & Ahiman & Tholmai de ſtirpe
15 enac. *Atque inde conſcendens venit ad habitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cariath-ſepher, id eſt ciuitas literarum. *Dixítque Caleb, Qui percuſſerit
16 Cariath-ſepher, & ceperit eam, dabo ei
17 Axam filiam meam vxorem. *Cepítque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior: dedítque ei Axam filiam ſuam
18 vxorem. *Qui cùm pergerent ſimul, ſuaſa eſt à viro ſuo vt peteret à patre ſuo agrum,ſuſpirauítque vt ſedebat in aſino.
19 Cui Caleb, Quid habes,inquit? *At illa reſpondit, Da mihi benedictionẽ: Terram auſtralem & arentem dediſti mihi, iunge & irriguam. Dedit itaque ei Caleb
20 irriguum ſuperius & inferius. *Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Iuda per cogna-
21 tiones ſuas. *Erántq. ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Edom à Meridie: Cabſeel & Eder &
22 Iagur, *& Cina & Dimona & Adada,
23 *& Cedes & Aſor & Iethnam, *Ziph
24 & Telem & Baloth, *Aſor noua & Ca-
25 rioth, Heſron, hæc eſt Aſor. *Amam,
26 Sama,& Molada, *& Aſergadda & Haſſemon & Beth-phelet, *& Haſerſual &
28 Berſabee & Baziothia *& Baala & Im &
29 Eſem, *& Eltholad & Ceſil & Harma,
30 *& Siceleg & Medemena & Senſenna,
31 *Lebaoth & Selim & Aën & Remon.
32 omnes ciuitates vigintinouem, & villæ
33 earum. *In campeſtribus verò: Eſtaol
34 & Sárea & Aſena, *& Zanoë & Enganim & Taphua & Enaim, *& Ierimoth
35 & Adullam,Socho & Azéca, *& Saráim
36 & Aditháim & Gedera & Gederothaím: vrbes quatuordecim, & villæ earũ. *Sa-
37 nan & Hadaſſa & Magdal-gad, *Delean

& Maſepha & Iecthel, *Lachis & Baſ- 39
cath & Eglon, *Chebbon & Leheman 40
& Cethlis *& Gideroth & Bethdagon 41
& Naama & Maceda: ciuitates ſedecim,
& villæ earum. *Labana & Ether & A- 42
ſan, *Iephtha & Eſna & Neſib, *& Ceila 43
& Achzib & Mareſa: ciuitates nouem, 44
& villæ earum. *Accaron cum vicis & 45
villulis ſuis. *Ab Accaron vſque ad ma- 46
re: omnia quæ vergunt ad Azotum &
viculos eius. *Azotus cum vicis & 47
villulis ſuis. Gaza cum vicis & villulis
ſuis, vſque ad Torrentem-Ægypti, &
mare-magnum terminus eius. *Et in 48
monte: Samir & Iether & Socoth *& 49
Danna & Cariathſenna, hæc eſt Dabir:
*Anab & Iſtemo & Anim, *Goſen & 50
Olon & Gilo: ciuitates vndecim & villæ 51
earum. *Arab & Ruma & Eſaan, *& 52
Ianum & Beth-thaphua & Apheca, 53
*Athmatha & Cariath-arbe, hæc eſt He- 54
bron, & Sior: ciuitates nouem, & villæ
earum. *Maon & Charmel & Ziph & 55
Iota, *Iezrael & Iucadam & Zanoe, 56
*Accain, Gabaa & Thamna: ciuitates 57
decem & villæ earum. *Halhul, & Beth- 58
ſur, & Gedor, *Mareth, & Beth-anoth, 59
& Eltecon: ciuitates ſex & villæ earum.
*Cariath-baal, hæc eſt Cariathiarim 60
vrbs ſyluarũ, & Arebba: ciuitates duæ,
& villæ earum. *In deſerto Beth-araba, 61
Meddin, & Sachacha *& Nebſan, & ci- 62
*ſiunt ſi- uitas-ſalis, & Engaddi: ciuitates ſex, &
mul cen- villæ earum*. *Iebuſæum autem habita- 63
tũ quin- torem Ieruſalem non potuerunt filij Iu-
decim o. da delere: habitauítque Iebuſæus cum
filiis Iuda in Ieruſalem vſque in præſen-
tem diem.

CAP. XVI.

CEcidit quoque ſors filiorum Ioſeph 1
ab Iordane contra Iericho & aquas
eius, ab Oriente: ſolitudo quæ aſcendit
de Iericho ad montem Bethel: *& egre- 2
ditur de Beth-el Luzam: tranſitque ter-
minum Archi, Atharoth. *& deſcendit 3
ad Occidentẽ iuxta terminum Iephleti,
vſq. ad terminos Beth-horon inferioris,
& Gazer: finiuntúrq. regiones eius ma-
ri-magno: *poſſederúntque filij Ioſeph 4
Manaſſes & Ephráim. *Et factus eſt ter- 5
minus filiorum Ephráim per cognatio-
nes ſuas: & poſſeſſio eorũ contrà Orien-
tem Ataroth-addar vſque Beth-horon
6 ſuperiorem. *Egrediuntúrque confinia
in mare: Machmethath verò Aquilonẽ
reſpicit, & circuit terminos cõtra Orien-
tem in Thanathſelo: & pertranſit ab
7 Oriente Ianoë. *deſcendítque de Ianoë
in Ataroth & Naarátha: & peruenit in
8 Iericho, egreditúrque ad Iordanem. *De
Taphúa pertranſit contra mare in Val-
lem-arundineti, ſúntque egreſſus eius in
mare ſalſiſſimum. hæc eſt poſſeſſio tri-
bus filiorum Ephráim per familias ſuas.
9 *Vrbéſque ſeparatę ſunt filiis Ephráim
in medio poſſeſſionis filiorum Manaſſe,
10 & villæ earum. *Et non interfecerunt
filij Ephráim Chananæum qui habita-
bat in Gazer: habitauítque Chananæus
in medio Ephráim vſque in diem hanc
tributarius.

CAP. XVII.

CEcidit autem ſors tribui Manaſſe: 1
(ipſe enim eſt primogenit⁹ Ioſeph)
Machir primogenito Manaſſe patri Ga-
laad, qui fuit vir pugnator, habuítq. poſ-
2 ſeſſionem Galaad & Baſan. *'& reliquis Num.26.
filiorũ Manaſſe iuxta familias ſuas, filiis
Abiézer, & filiis Helec, & filiis Eſriel, &
filiis Sechem, & filiis Hepher, & filiis Se-
mida. iſti ſunt filij Manaſſe filij Ioſeph,
3 mares, per cognationes ſuas. *Salphaad
verò filio Hepher filij Galaad filij Ma-
chir filij Manaſſe non erant filij, ſed ſolæ
filiæ: quarum iſta ſunt nomina, Maala &
4 Noa & Hegla & Melcha & Therſa. *Ve- Num.27.
nerúntq. in conſpectu Eleazari ſacerdo- 36.
tis, & Ioſue filij Nun, & principum, di-
centes, Dominus præcepit per manum
Moyſi, vt daretur nobis poſſeſſio in me-
dio fratrum noſtrorum. Dedítque eis' .o.
iuxta imperium Domini poſſeſſionem
5 in medio fratrum patris earum. *Et
ceciderunt funiculi Manaſſe, decem,
abſque Terra-Galaad & Baſan trans Ior-
6 danem. *Filiæ enim Manaſſe poſſede-
runt hæreditatem in medio filiorũ eius.
Terra autem Galaad cecidit in ſortem fi-
7 liorum Manaſſe qui reliqui erant. *Fuit-
qué terminus Manaſſe ab Aſer, Mach-
mathath quę reſpicit Sichem: & egredi-
tur ad

tur ad dextram iuxta habitatores Fon-
tis-Taphúæ. *Etenim in ſorte Manaſſe 8
ceciderat Terra Taphúæ, quæ eſt iuxta
terminos Manaſſe filiorum Ephráim.
*Deſcendítque terminus Vallis-arun- 9
dineti in meridiem torrentis ciuitatum
Ephráim, quæ in medio ſunt vrbium
Manaſſe: terminus Manaſſe ab Aquilo-
ne torrẽtis, & exitus eius pergit ad mare:
*ita vt poſſeſſio Ephráim ſit ab Auſtro, 10
& ab Aquilone Manaſſe, & vtramque
claudat mare, & coniungantur ſibi in
tribu Aſer ab Aquilone, & in tribu Iſſa-
char ab Oriente. *Fuítque hæreditas 11
Manaſſe in Iſſachar & in Aſer, Bethſan
& viculi eius, & Ieblaã cum viculis ſuis,
& habitatores Dor cum oppidis ſuis, ha-
bitatores quoq. Endor cum viculis ſuis:
ſimilitérque habitatores Tenac cum vi-
culis ſuis, & habitatores Mageddo cum
viculis ſuis, & tertia pars vrbis Nopheth.
*Nec potuerunt filij Manaſſe has ciui- 12
tates ſubuertere, ſed cœpit Chananæus
habitare in terra 'ipſa'. *Poſtquam autem 13
'iſta 3 conualuerunt filij Iſrael, ſubiecerunt
M s. 'ſua M s q. Chananæos, & fecerunt ſibi tributarios,
nec interfecerunt eos. *Locutíque ſunt 14
filij Ioſeph ad Ioſue, & dixerunt, Quare
*Terram dediſti mihi *poſſeſſionem ſortis & funi-
in o. culi vnius, cùm ſim tantæ multitudinis,
& benedixerit mihi Dominus? *Ad 15
quos Ioſue ait, Si populus multus es,
aſcende in ſyluam, & ſuccíde tibi ſpatia
in Terra Pherezæi & Raphaim: quia an-
guſta eſt tibi poſſeſſio montis Ephráim.
*Cui reſponderunt filij Ioſeph, Non 16
poterimus ad montana conſcendere,
cùm ferreis curribus vtantur Chananæi
qui habitant in terra campeſtri, in qua
ſitæ ſunt Bethſan cum viculis ſuis, &
Iezraël mediam poſſidens vallem. *Di- 17
& o. xítque Ioſue ad domũ Ioſeph, Ephráim
& Manaſſe, Populus mult⁹ es, & magnæ
fortitudinis, non habebis ſortem vnam,
*ſed tranſibis ad montem, & ſuccídes 18
tibi, atque purgabis ad habitandũ ſpatia:
& poteris vltrà procedere cùm ſubuer-
teris Chananæum, quem dicis ferreos
habere currus, & eſſe fortiſſimum.

CAP. XVIII.

COngregatíq. ſunt omnes filij Iſrael 1
in Silo, ibíque fixerunt tabernacu-
lum teſtimonij, & fuit eis Terra ſubie-
cta. *'Remanſerunt' autem filiorum 2 'Remã-
Iſrael ſeptem tribus, quæ necdum acce- ſerant
perant poſſeſſiones ſuas. *Ad quos Ioſue 3 M s. R.
ait, Vſquequò marcetis ignauia, & non
intratis ad poſſidendam Terram, quam
Dominus Deus patrum veſtrorũ dedit
vobis? *Eligite de ſingulis tribubus ter- 4
nos viros, vt mittam eos, & pergant atq.
circumeant Terram, & deſcribant eam
iuxta 'numerum' vniuſcuiuſque multi- 'terminũ
tudinis: referantque ad me quod deſcri- 5 M s.
pſerint. *Diuidite vobis Terram in ſe- 5
ptem partes: Iudas ſit in terminis ſuis ab
auſtrali plaga, & domus Ioſeph ab Aqui-
6 lone. *mediam inter hos Terram in ſe-
ptem partes deſcribite: & huc venietis
ad me, vt coram Domino Deo veſtro
7 mittam vobis hîc ſortem: *quia non
eſt inter vos pars Leuitarum, ſed ſacer-
dotium Domini eſt eorum hæreditas.
Gad autem & Ruben, & dimidia tribus
Manaſſe iam acceperant poſſeſſiones
ſuas trans Iordanem ad Oriẽtalem pla-
gam: quas dedit eis Moyſes famulus Do-
8 mini. *Cúmque ſurrexiſſent viri, vt
pergerent ad deſcribendam Terram,
præcepit eis Ioſue, dicens, Circuite Ter-
ram, & deſcribite eam, ac reuertimini
ad me: vt hîc corã Domino, in Silo mit-
9 tam vobis ſortem. *Itaque perrexerunt:
& luſtrantes eam, in ſeptem partes diui-
ſerunt, ſcribentes in volumine. Reuerſi-
10 qúe ſunt ad Ioſue in caſtra Silo. *Qui
miſit ſortes coram Domino in Silo, diui-
ſitque Terram filiis Iſrael in ſeptem par-
11 tes. *Et aſcendit ſors prima filiorũ Ben-
iamin per familias ſuas, vt poſſiderent
Terram inter filios Iuda & filios Ioſeph.
12 *Fuítque terminus eorũ contra Aqui-
lonem à Iordane: pergens iuxta latus Ie-
richo ſeptẽtrionalis plagæ, & inde con-
tra Occidentem ad montana conſcen-
dens, & perueniẽs ad ſolitudinem Beth-
13 áuen, *atque pertranſiens iuxta Luzam
ad Meridiem, ipſa eſt Beth-el: deſcendít-
que in Ataroth-addar in mõtem qui eſt
ad Me-

ad Meridiem Beth-horon inferioris: ✱Et 14
inclinatur circuiens contra mare ad Meridiem montis qui reſpicit Beth-horon contra Africum: ſuntque exitus eius in Cariath-báal, quæ vocatur & Cariathiarim, vrbem filiorum Iuda. hæc eſt plaga contra mare, ad Occidentem. ✱A Me- 15
ridie autẽ ex parte Cariath-iarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vſque ad fontem aquarum Nephtóa.

✱& 4 MS. Interpres explicandæ ſententiæ gratia adiecit: Ad ſiue Et occidentem. - H.C.

✱Deſcendítque in partem montis qui 16
reſpicit Vallem-filiorum-Ennom: & eſt contra ſeptẽtrionalem plagam in extrema parte Vallis-raphaim. Deſcendítque in Ge-Ennom (id eſt, Vallem Ennom)
- H.C.G. iuxta latus Iebuſæi ad Auſtrum: & peruenit ad Fontem-rogel, ✱tranſiens ad 17
- H.C.G. Aquilonẽ, & egrediens ad En-ſémes, (id eſt fontem ſolis:) ✱& pertranſit vſque ad 18
tumulos qui ſunt è regione Aſcenſus-adommim: deſcendítq. Aben-boen, id eſt, lapidem Boẽ filij Ruben: & pertranſit ex latere Aquilonis ad campeſtria: deſcendítque in planitiem, ✱& præter- 19
greditur cõtra Aquilonem Beth-hagla: ſúntque exitus eius cõtra linguam maris ſalſiſſimi ab Aquilone in fine Iordanis ad auſtralem plagam: ✱qui eſt terminus 20
illius ab Oriente. hæc eſt poſſeſſio filiorum Ben-iamin per terminos ſuos in circuitu, & familias ſuas. ✱Fuerúntque ci- 21
uitates eius, Iericho & Beth-hagla & Vallis-caſis, ✱Beth-araba & Samaráim 22
& Bethel ✱& Auim & Aphara & Ophe- 23
ra, ✱Villa-hemona & Ophni & Gábee: 24
ciuitates duodecim, & villę earum. ✱Ga- 25
baon & Rama & Beroth, ✱& Meſphe, 26
& Caphara & Amoſa ✱& Recem, Ia- 27
rephel & Tharela, ✱& Sela, Eleph, & 28
Iebus, quæ eſt Ieruſalem, Gabaath & Cariath: ciuitates quatuordecim, & villæ earum. ✱Hæc eſt poſſeſſio filiorum Beniamin iuxta familias ſuas.

✱Fuerũtque omnes ciuitates viginti ſex o.

CAP. XIX.

ET egreſſa eſt ſors ſecunda filiorum 1
Simeon per cognationes ſuas: fuítq. hæreditas eorum in medio poſſeſſionis filiorum Iuda: ✱Ber-ſabee & Sabee & 2
Molada & Haſer-ſual, Bala & Aſem ✱& 3
Eltholad, Bethul & Harma ✱& Siceleg 4
& Beth-marchaboth ✱& Haſer-ſuſa & 5
✱Bethlebaoth & Sarohen: ciuitates tre- 6
decim, & villæ earũ. ✱Ain & Remmon 7
& Athar & Aſan: ciuitates quatuor, & villæ earum: ✱omnes viculi per circui- 8
tum vrbium iſtarum vſque ad Baalath, Beer, Ramath contra auſtralẽ plagam. Hæc eſt hæreditas filiorum Simeon iu- 9
xta cognationes ſuas, ✱in poſſeſſione & funiculo filiorum Iuda: quia maior erat. & idcirco filij Simeõ poſſederunt in medio hæreditatis eorum. ✱Cecidítque ſors 10
tertia filiorum Zabulon per cognationes ſuas: & factus eſt terminus poſſeſſionis eorum vſque Sarid. ✱Aſcendítque de 11
Mari & Medalaa, & peruenit in Debbáſeth: vſque ad torrentem qui eſt contra
✱Medi I. MS. c.G. Ieconam. ✱Et reuertitur de Sared con- 12
tra Orientem in finẽ Ceſeleth-Thabor: & egreditur ad Dabereth, aſcendítque contra Iaphie. ✱Et inde pertranſit vſque 13
ad orientalem plagam Geth-hepher & Tacaſin: & egreditur in Remmõ, Amthar & Noa. ✱Et circuit ad Aquilonem 14
Hanathon: ſuntque egreſſus eius Vallis- 15
iephtahel, ✱& Cateth & Naalol & Semeron & Iedala & Beth-léhem: ciuita- ✱Iedala o.
tes duodecim, & villæ earum. ✱Hæc eſt 16
hæreditas tribus filiorum Zabulon per cognationes ſuas, vrbes & viculi earum.
✱Iſſachar egreſſa eſt ſors quarta per co- 17
gnationes ſuas. ✱fuítque eius hæreditas 18
Iezraël & Caſaloth & Sunem ✱& Hapha- 19
raim & Seõ, & Anaharath ✱& Rabboth ✱Sanoa 20
& Ceſion, Abes, ✱& Rameth, & En-gan- 21
nim, & Enhadda & Bethpheſes. ✱Et per- 22
uenit terminus eius vſq. Thabor & Seheſima & Bethſemes: erúntque exitus eius Iordanis: ciuitates ſedecim, & villæ earum. ✱Hæc eſt poſſeſſio filiorum Iſſa- 23
char per cognationes ſuas, vrbes, & viculi earum. ✱Cecidítque ſors quinta tribui 24
filiorũ Aſer per cognationes ſuas: ✱fuítq. 25
terminus eorum Halcath & Chali & Betẽ & Axaph ✱& Elmélech & Amaad 26
& Meſſal: & peruenit vſque ad Carmelum maris & Sihor & Labanath. ✱Ac re- 27
uertitur contra orientem Beth-dagon: & pertranſit vſque Zabulon & Vallem-Iephthaël cõtra Aquilonem in Beth-émec &

mec & Nehiel. Egreditúrque ad læuam Cabul, ✱& Abran & Rohob & Hamon 28
& Cana, vſque ad Sidonem magnam.
✱reuertitúrque in Horma vſq. ad ciui- 29
tatem munitiſſimam Tyrum, & vſque Hoſa: erúntque exitus eius in mare de funiculo Achziba: ✱& Amma & Aphec 30
& Rohob. ciuitates vigintiduæ, & villæ earum. ✱Hæc eſt poſſeſſio filiorum Aſer 31
per cognationes ſuas, vrbéſque & viculi earum. ✱Filiorum Nephthali ſexta ſors 32
cecidit per familias ſuas: & cœpit terminus de Heleph & Elon in Saananim ✱& 33
Adami, quæ eſt Neceb, & Iebnaël vſq. Lecum: & egreſſus eorum vſque ad Iordanem; ✱reuertitúrque terminus con- 34
tra Occidentem in Azanot-Thabor, atque inde egreditur in Hucúca, & pertranſit in Zabulon contra Meridiem, & in Aſer contra Occidentem, & in Iuda ad Iordanẽ contra ortum ſolis. ✱ciuita- 35
tes munitiſſimæ, Aſſedim, Ser & Emath & Reccath & Cenéreth, ✱& Edema & 36
Arama, Aſor & Cedes & Edrai, En-haſor ✱& Ieron & Magdalel, Horem & 37
Beth-anath ✱& Beth-ſames: ciuitates de- 38
cem & nouem, & villæ earum. ✱Hæc eſt 39
poſſeſſio tribus filiorum Nephthali per cognationes ſuas, vrbes & viculi earum.
✱Tribui filiorum Dan per familias ſuas 40
egreſſa eſt ſors ſeptima: ✱& fuit terminus 41
poſſeſſionis eius Sara, & Eſthaol, & Hirſémes, id eſt ciuitas ſolis. ✱Selebin & A- 42
ialon & Iethela, ✱Elon & Themna & 43
Acrõ, ✱Elthece, Gebbethon & Balaath, 44
✱& Iud & Bane & Barac & Geth-rem- 45
✱Atque Hiercó o. ✱Aquæ Hiercon 1 MS. mon: ✱& Meaiarcon & Arecon, cum 46
termino qui reſpicit Ioppen, ✱& ipſo fi- 47
ne concluditur. Aſcenderúntque filij Dan, & pugnauerunt contra Leſem, ceperúntque eam: & percuſſerunt eam in ore gladij, & poſſederunt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Leſem-Dan, ex nomine Dan patris ſui. ✱Hæc 48
eſt poſſeſſio tribus filiorum Dan, per cognationes ſuas, vrbes & viculi earum.
✱Cúmque compleſſet ſorte diuidere 49
Terram ſingulis per tribus ſuas, dederunt filij Iſrael poſſeſſionem Ioſue filio Nun in medio ſui, ✱iuxta præceptum 50
Domini, vrbem quã poſtulauit, Thamnath-ſáraa in monte Ephráim: & ædifi- 51
cauit ciuitatem, habitauítque in ea. ✱Hæ ſunt poſſeſſiones quas ſorte diuiſerunt Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun, & principes familiarum, ac tribuum filiorum Iſrael, in Silo, coram Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij, partitíque ſunt Terram.

CAP. XX.

ET locutus eſt Dominus ad Ioſue, di- 1
cens, Loquere filiis Iſrael, & dic eis,
✱Separate vrbes fugitiuorum, de qui- 2 Nu.35.9. Deu.19,2.
bus locutus ſum ad vos per manũ Moyſi, ✱vt confugiat ad eas quicunque ani- 3
mam percuſſerit néſcius: & poſſit euadere irã proximi qui vltor eſt ſanguinis,
✱cùm ad vnam harum confugerit ciui- 4
tatum: ſtabítq. ante portam ciuitatis, & loquetur ſenioribus vrbis illius ea quę ſe comprobent innocentem: ſicque ſuſcipient eum, & dabunt ei locum ad habi- 5
tandum. Cúmq. vltor ſanguinis eum fuerit perſecutus, non tradent in manus eius: quia ignorans percuſſit proximum eius, nec ante biduum triduúmue eius 6
probatur inimicus. ✱Et habitabit in ciuitate illa, donec ſtet ante iudicium cauſam reddens facti ſui, & moriatur ſacerdos magnus qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem & domũ ſuam de qua fu- 7
gerat. ✱Decreuerúntque Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in monte Ephráim, & Cariath-Arbe, ipſa eſt Hebron in monte Iuda. ✱Et trans 8
Iordanem contra Orientalem plagam Iericho, ſtatuerunt Boſor, quæ ſita eſt in Deut. 4, 41. Ioſ. 20, 8.
campeſtri ſolitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Baſan de tribu Manaſſe. ✱Hæ 9
ciuitates conſtitutæ ſunt cunctis filiis Iſrael, & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas qui animã neſcius percuſſiſſet, & non moreretur in manu proximi, effuſum ſanguinem vindicare cupientis, donec ſtaret ante populum expoſiturus cauſam ſuam.

CAP. XXI.

ACceſſeruntq. principes familiarum 1
Leui ad Eleazarum ſacerdotem, &

Ioſue

Ioſue filium Nun, & ad duces cognationum per ſingulas tribus filiorum Iſrael:
2 *locutíque ſunt ad eos in Silo Terræ-
Nu.35,2. Chanáan, atque dixerunt, ' Dominus præcepit per manum Moyſi, vt darentur nobis vrbes ad habitãdum, & ſuburbana earum ad alenda iumenta. 3 *Dederuntq. filij Iſrael de poſſeſſionibus ſuis iuxta imperium Dñi, ciuitates & ſuburbana earum. 4 *Egreſſaque eſt ſors in familiam Caath filiorum Aaron ſacerdotis de tribu Iuda & Simeõ & Ben iamin, ciuitates tredecim: 5 *Et reliquis filiorum Caath, id eſt Leuitis qui ſuperfuerant de tribubus Ephráim, & Dan, & dimidia tribu Manaſſe, ciuitates decem. 6 *Porrò filiis Gerſon egreſſa eſt ſors, vt acciperẽt de tribubus Iſſachar & Aſer & Nephthali, dimidiaque tribu Manaſſe in Baſan ciuitates numero tredecim. 7 *Et filiis Merari per cognationes ſuas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon vrbes duodecim. 8 *Dederúntq. filij Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana earum, ſicut præcepit Dominus per manum Moyſi, ſingulis ſorte tribuentes. 9 *De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Ioſue ciuitates: 10 *quarum iſta ſunt nomina, *filiis
1 Par.6,2. Aaron per familias Caath Leuitici generis (prima enim ſors illis egreſſa eſt) 11 *Cariath-Arbe patris Enac, quę vocatur Hebron, in monte Iuda, & ſuburbana eius
Sup.14,14. per circuitum. 12 *' Agros verò, & villas eius dederat Caleb filio Iéphone ad poſſidendum. 13 *Dedit ergo filiis Aaron ſacerdotis Hebron confugij ciuitatem, ac ſuburbana eius: & Lobnam cum ſuburbanis ſuis: 14 *& Iether, & "Eſtemo', *&
"Eſthemoa MS. H.C. Holon, & Dabir, 15 *& Ain, & Ieta, & Bethſámes, cum ſuburbanis ſuis: ciuitates nouem de tribubus, vt dictum eſt, 16 duabus. 17 *De tribu autem filiorum Beniamin, Gabaon, & Gabaê, 18 *& Anathoth & Almon, cum ſuburbanis ſuis: ciuitates quatuor. 19 *Omnes ſimul ciuitates filiorum Aaron ſacerdotis tredecim, cum ſuburbanis ſuis. 20 *Reliquis verò per familias filiorum Caath Leuitici generis hæc eſt data poſſeſſio. 21 *De
"vrbs 19 MS.H.C. G.Q.R. tribu Ephráim "vrbes' confugij Sichem cum ſuburbanis ſuis in mõte Ephráim,
22 & Gazer *& Cibſáim & Beth-horon, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor.
23 *De tribu quoque Dan, Eltheco & Ga-
24 bathon, *& Aialon & Geth-remmon, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor.
25 *Porrò de dimidia tribu Manaſſe, Thanach & Geth-remmon, cum ſuburbanis
26 ſuis ciuitates duæ. *Omnes ciuitates decem, & ſuburbana earum, datæ ſunt filiis
27 Caath inferioris gradus. *Filiis quoque Gerſon Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſe confugij " ciuitates', "ciuitatem 19 MS. G.Q.
Gaulon in Baſan, & Boſram, cum ſubur-
28 banis ſuis, ciuitates duas. *Porrò de tri-
29 bu Iſſachar, Ceſion, & Dabereth, *& Iaramoth, & Engannim, cum ſuburba-
30 nis ſuis, ciuitates quatuor. *De tribu
31 autem Aſer, "Maſal' & Abdon, *& Hel- "Mdil MS. "Mahl O.
cath, & Rohob, cum ſuburbanis ſuis, ci-
32 uitates quatuor. *De tribu quoq. Nephthali ciuitates confugij, Cedes in Galilæa, & Hammoth-dor, & Carthan, cum
33 ſuburbanis ſuis, ciuitates tres. *Omnes vrbes familiarũ Gerſon, tredecim, cum
34 ſuburbanis ſuis. *Filiis autem Merari Leuitis inferioris grad' per familias ſuas data eſt de tribu Zabulon, Iecnã & Cartha
35 *& Damna & Naalol, ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. *De tribu Gad
36 "ciuitates' confugij, Ramoth in Galaad, "ciuitatem 4 MS. H.C.G. "ciuitas MS.Q. - 10 MS. Q.R.
& Manáim & Heſebon & Iazer, ciuita-
37 tes quatuor, cum ſuburbanis ſuis. *De tribu Ruben vltra Iordanem contra Ie-
38 richo ciuitates refugij, Boſor in ſolitudine, Miſor & Iaſer & Iethſon & Mephaath, ciuitates quatuor cum ſuburbanis
39 ſuis'. *Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cognationes ſuas, duodecim. *Itaque ciuitates vniuerſæ Leuita-
40 rum in medio poſſeſſionis filiorũ Iſrael fuerunt quadragintaocto *cum ſuburbanis ſuis, ſingulæ per familias diſtributæ.
41 *Dedítque Dominus Deus Iſraeli omnem Terram, quam traditurum ſe patribus eorũ iurauerat: & poſſederunt
42 illam, atque habitauerunt in ea. *Datáque eſt ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nulluſque eis hoſtium reſiſtere auſus eſt, ſed cuncti in eorum ditionem

tionem redacti ſunt. 43 *Ne vnum quidem verbum, quod illis præſtiturum ſe eſſe promiſerat, irritum fuit, ſed rebus expleta ſunt omnia.

CAP. XXII.

EOdem tempore vocauit Ioſue Ru- 1
benitas, & Gaditas, & dimidiã tribum Manaſſe, 2 *dixítque ad eos, Feciſtis omnia quæ præcepit vobis Moyſes famulus Domini: mihi quoque in omnibus obediſtis, 3 *nec reliquiſtis fratres veſtros longo tempore, vſq. in præſentem diem, cuſtodientes imperium Domini Dei veſtri. 4 *Quia igitur dedit Dominus
Nu.32,31. Sup.13,8. Deus veſter fratribus veſtris quietem & pacem, ſicut pollicitus eſt: reuertimini, & ite in tabernacula veſtra, & in terram poſſeſſionis, ' quam tradidit vobis Moyſes famulus Domini trans Iordanem;
5 *ita duntaxat, vt cuſtodiatis attentè, & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyſes famulus Domini, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis eius, & obſeruetis mandata illius, adhæreatíſque ei, ac ſeruiatis in omni corde, &
6 in omni anima veſtra. *Benedixítque eis Ioſue, & dimiſit eos. Qui reuerſi ſunt
7 in tabernacula ſua. *Dimidiæ autem tribui Manaſſe poſſeſſionem Moyſes dederat in Baſan: & idcirco mediæ quæ ſuperfuit, dedit Ioſue ſortem inter cæteros fratres ſuos trans Iordanem ad Occi-
*eius o. dentalem *plagam. Cúmque dimitteret eos in tabernacula ſua, & benedixiſſet
8 eis, *dixit ad eos, In multa ſubſtantia atque diuitiis reuertimini ad ſedes veſtras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veſte multiplici: diuidite prædam hoſtium cum fratribus veſtris. 9 *Reuerſíq. ſunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe, à filiis Iſrael de Silo, quæ ſita eſt in Chanáan, vt intrarent Galaad Terram poſſeſſionis ſuæ, quam
10 obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Moyſi. *Cúmque veniſſent ad tumulos Iordanis, in Terram-Chanáan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. 11 *Quod cùm audiſſent filij Iſrael, & ad eos certi nuntij detuliſſent ædificaſſe filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe altare in Terra-Chanáan, ſuper Iordanis tumulos,
12 contra filios Iſrael: *conuenerunt omnes in Silo, vt aſcenderent, & dimicarent
13 contra eos. *Et interim miſerunt ad illos in Terram-Galaad Phinees filium
"ſacerdotis 7 MS. R.Q. 14 Eleazari "ſacerdotem', *& decem principes cum eo, ſingulos de ſingulis tribu-
15 bus. *Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe in Ter-
16 ram-Galaad, dixerúntque ad eos, *Hæc mandat omnis populus Domini, Quæ eſt iſta tranſgreſſio? Cur reliquiſtis Dominum Deum Iſrael, ædificantes altare
17 ſacrilegum, & à cultu illius recedentes? *An parum vobis eſt quòd 'peccaſtis in
Nu.25,4. Beelphegor, & vſque in præſentem diem macula huius ſceleris in "vobis' permanet, multíque de populo corruerunt?
"nobis 6 MS.H.6. G.
18 *Et vos hodie reliquiſtis Dominum, & cras in vniuerſum Iſrael ira eius deſæuiet.
19 *Quòd ſi putatis immundã eſſe terram poſſeſſionis veſtræ, tranſite ad Terram in qua tabernaculum Domini eſt, & habitate inter nos: tantùm vt à Domino,
Sup.7,1. & à noſtro conſortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei
20 noſtri. *' Nónne Achan filius Zare prę- teriit mandatum Domini, & ſuper omnem populũ Iſrael ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam ſolus
21 periiſſet in ſcelere ſuo. *Reſponderúntque filij Ruben & Gad, & dimidia tribus Manaſſe principibus legationis Iſ-
"fortiſſimus Deus Dominus 6 MS.R. H.C.G. 22 rael, *Fortiſſimus Deus Dominus", ipſe nouit, & Iſrael ſimul intelliget: ſi præuaricationis animo hoc altare conſtruximus, non cuſtodiat nos, ſed puniat nos
23 in præſenti: *& ſi ea mente fecimus vt holocauſta, & ſacrificium, & pacificas victimas ſuper eo imponeremus, ipſe
24 quærat & iudicet: *& non ea magis cogitatione atque tractatu, vt diceremus, Cras dicẽt filij veſtri filiis noſtris, Quid
25 vobis & Domino Deo Iſrael? *terminũ poſuit Dominus inter nos & vos ô filij Ruben, & filij Gad Iordanem fluuium: & idcirco partem non habetis in Domino. Et per hanc occaſionẽ auertent filij veſtri

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

vestri filios nostros à timore Domini.
Putauimus itaque melius, & diximus,
[26] *Extruamus nobis altare, non in holo-
[27] causta, neq. ad victimas offerendas, *sed
in testimonium inter nos & vos, & so-
bolem nostram vestrámq. progeniem,
vt seruiamus Domino, & iuris nostri sit
offerre & holocausta, & victimas, & pa-
cificas hostias: & nequaquam dicāt cras
filij vestri filiis nostris, Nō est vobis pars
[28] in Domino. *Quòd si vcluerint dicere,
respondebunt eis, Ecce altare Domini
quod fecerunt patres nostri, non in ho-
locausta, neque in sacrificium, sed in te-
[29] stimonium nostrum ac vestrum. *Absit
à nobis hoc scelus vt recedamus à Do-
mino, & eius vestigia relinquamus ex-
tructo altari ad holocausta, & sacrificia,
& victimas offerēdas, præter altare Do-
mini Dei nostri quod extructum est an-
te tabernaculum eius. *Quibus auditis [30]
Phinees sacerdos, & principes legatio-
nis Israel, qui erant cum eo, placati sunt:
& verba filiorum Ruben, & Gad, & di-
midiæ tribus Manasse, libentissimè sus-
ceperunt. *Dixítq. Phinees filius Elea- [31]
zari sacerdos ad eos, Nunc scimus quòd
nobiscum sit Dominus, quoniam alieni
estis à præuaricatione hac, & liberastis
filios Israel de manu Domini. *Reuer- [32]
súsq. est cum principibus à filiis Ruben
"in terrā R.H.C.G. & Gad de Terra-Galaad, "finium' Cha-
náan ad filios Israel, & retulit eis. *Pla- [33]
cuítque sermo cunctis audientibus. Et
laudauerunt Deum filij Israel, & nequa-
quam vltrà dixerunt vt ascenderēt con-
tra eos, atque pugnarent, & delerent
Terram possessionis eorum. *Vocaue- [34]
rúntque filij Ruben, & filij Gad altare
quod extruxerant, testimonium no-
strum, quòd Dominus ipse sit Deus.

CAP. XXIII.

EVoluto autem multo tēpore, post- [1]
quàm pacem dederat Dominus Is-
raeli, subiectis in gyro nationibus vni-
uersis, & Iosue iam longæuo, & persení-
lis ætatis, *vocauit Iosue omnem Israe- [2]
"Iudices R.H.C.G. "magi-stratus 4 MS. Textui volunt H. C.G. lem, maiorésque natu, & principes ac
"duces', & "magistros', dixítque ad eos,
Ego senui, & progressioris ætatis sum:
[3] *vósque cernitis omnia quæ fecerit Do-
minus Deus vester cūctis per circuitum
nationibus, quomodo pro vobis ipse
[4] pugnauerit: *& nunc quia vobis sorte
"diuisit' omnem Terram, ab Orientali "diuisi H.C.G.
parte Iordanis vsque ad mare magnum,
multæque adhuc supersunt nationes:
[5] *Dominus Deus vester disperdet eas,
& auferet à facie vestra, & possidebitis
[6] Terram: sicut vobis pollicitus est. *tantùm confortamini, & estote soliciti, vt
custodiatis cūcta quæ scripta sunt in vo-
lumine legis Moysi: & non declinetis ab
eis neq. ad dexteram neq. ad sinistram:
[7] *ne postquam intraueritis ad Gentes,
quæ inter vos futuræ sunt, iuretis in no-
mine deorum earum, & seruiatis eis, &
[8] adoretis illos: *Sed adhæreatis Domi-
no Deo vestro, quod fecistis vsq. in diem
[9] hanc. *Et tunc auferet Dominus Deus
in conspectu vestro gētes magnas & ro-
bustissimas, & nullus vobis resistere po-
[10] terit. *Vnus è vobis persequetur hostiū
mille viros: quia Dominus Deus vester
pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus
[11] est. *Hoc tantum diligentissimè præca-
uete, vt diligatis Dominum Deum ve-
[12] strum. *Quòd si volueritis gentium
harum quæ inter vos habitant, errori-
bus adhærere, & cum eis miscere cōnu-
[13] bia, atq. amicitias copulare: *iam nunc
scitote quòd Dominus Deus vester non
eas deleat ante faciem vestram, sed "sint' "erunt MS.R.B.C.G.
vobis in foueam ac laqueum, & offendi-
culum ex latere vestro, & sudes in oculis
vestris, donec vos auferat atque disper-
dat de Terra hac optima quam tradidit
[14] vobis. *En ego hodie ingredior viam
vniuersæ terræ, & toto animo cognosce-
tis quòd de omnibus verbis quæ se Do-
minus præstiturum vobis esse pollicitus
est, vnum non præterierit incassum.
[15] *Sicut ergo impleuit opere quod pro-
misit, & prospera cuncta venerunt: sic
adducet super vos quicquid malorum
comminatus est, donec vos auferat atq.
disperdat de Terra hac optima quā tra-
[16] didit vobis, *eo quòd præterieritis pa-
ctum Domini Dei vestri, quod pepigit
vobiscum, & seruieritis diis alienis, &
adora-

adoraueritis eos: citò atq. velociter con-
surget in vos furor Domini, & auferemini ab hac Terra optima quam tradidit vobis.

CAP. XXIIII.

CONgregauítq. Iosue omnes tribus [1]
Israel in Sichem, & vocauit maio-
res natu, ac principes, & iudices, & ma-
gistros: ſteterúntq. in conspectu "Domi- "Dei 2 MS. R. H. G.
ni', *& ad populum sic locutus est, Hæc [2]
Gen. 11, 26 & 31. dicit Dominus Deus Israel, 'Trans flu-
uium habitauerunt patres vestri ab ini-
tio, Thare pater Abraham & Nachor:
seruierúntque diis alienis. *Tuli ergo [3]
patrem vestrum Abraham de Mesopo-
tamiæ finibus: & adduxi eū in Terram
Chanáan: multiplicauíque semen eius,
Gen. 21, 2. 25, 26. Gen. 36, 8. *'& dedi ei Isaac: Illíq. rursum dedi Ia- [4]
cob & Esau. 'E quibus, Esau dedi mon-
Gen. 46, 6. tem Seir ad possidēdum: 'Iacob verò, &
filij eius descenderunt in Ægyptum.
Exo. 3, 10. *'Misíque Moysen & Aaron, & percus- [5]
si Ægyptum multis signis atque porten-
Exo. 12, 37. tis. *'Eduxíque vos & patres vestros de [6]
Exo. 14, 9. Ægypto, & venistis 'ad mare: persecutí-
que sunt Ægyptij patres vestros cū cur-
ribus & equitatu, vsq. ad Mare-rubrum.
*Clamauerunt autem ad Dominum [7]
filij Israel: qui posuit tenebras inter vos
& Ægyptios: & adduxit super eos mare,
& operuit eos. Viderūt oculi vestri cun-
cta quę in Ægypto fecerim, & habitastis
in solitudine multo tempore: *& intro- [8]
duxi vos in Terram Amorrhæi, qui ha-
Nu. 21, 29. bitabat trans Iordanem. 'Cúmque pug-
narent contra vos, tradidi eos in manus
vestras, & possedistis Terram eorū, atq.
Nu. 22, 5. interfeciſtis eos. *'Surrexit autē Balac [9]
filius Sephor rex Moab, & pugnauit
contra Israelem. Misitque, & vocauit
Balaam filiū Beor, vt malediceret vobis:
*& ego nolui audire eum, sed ecōtrario [10]
per illum benedixi vobis, & liberaui vos
Iud. 3, 14. 6, 1. 11, 3. de manu eius. *'Transistísq. Iordanem, [11]
& venistis ad Iericho. Pugnauerúntque
contra vos viri ciuitatis eius, Amor-
rhæus, & Pherezæus & Chananæus, &
Hethęus & Gergesæus, & Heuęus, & Ie-
busæus: & tradidi illos in manus vestras.
Sap. 11, 20. Deu. 7, 20. *'Misíque ante vos crabrones: & eieci [12]
eos de locis suis, duos reges Amorrhæo-
rum, non in gladio & in arcu tuo. *De- [13]
díque vobis Terram in qua non labora-
stis, & vrbes quas non ædificastis, vt ha-
bitaretis in eis; vineas & oliueta quæ non
plantastis. *Nunc ergo timete Domi- [14]
num, & seruite ei perfecto corde atque
verissimo: & auferte deos quibus seruie-
runt patres vestri in Mesopotamia & in
Ægypto, ac seruite Domino. *Sin au- [15]
tem malum vobis videtur vt Domino
seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie
quod placet, cui seruire potissimùm de-
beatis, vtrum diis quibus seruierunt pa-
tres vestri in Mesopotamia, an diis A-
morrhæorum, in quorum Terra habita-
tis: ego autem & domus mea seruiemus
Domino. *Respondítque populus, & [16]
ait, Absit à nobis vt relinquamus Domi-
num, & seruiamus diis alienis. *Domi- [17]
nus Deus noster ipse eduxit nos & patres
nostros de Terra-Ægypti, de domo ser-
uitutis: fecítque videntibus nobis signa
ingentia, & custodiuit nos in omni via
per quam ambulauimus, & in cunctis
[18] populis per quos transiuimus. *Et eie-
cit vniuersas gentes, Amorrhæum ha-
bitatorē Terræ quam nos intrauimus.
Seruiemus igitur Domino, quia ipse est
[19] Deus noster. *Dixítq. Iosue ad popu-
lū, Non poteritis seruire Domino: Deus
enim sanctus, & fortis æmulator est, nec
ignoscet sceleribus vestris atque pecca-
[20] tis. *Si dimiseritis Dominum, & seruie-
ritis diis alienis, conuertet se, & affliget
vos, atque subuertet postquam vobis
[21] præstiterit bona. *Dixítque populus ad
Iosue, Nequaquam ita vt loqueris, erit,
[22] sed Domino seruiemus. *Et Iosue ad po-
pulum, Testes, inquit, vos estis, quia ipse
elegeritis vobis Dominum vt seruiatis
[23] ei. Respondérúntque, Testes. *Nunc
ergo, ait, auferte deos alienos de medio
vestri, & inclinate corda vestra ad Do-
[24] minum Deum Israel. *Dixítque popu-
lus ad Iosue, Domino Deo nostro seruie-
mus, & obedientes erimus præceptis
[25] eius. *Percussit ergo Iosue in die illo fœ-
dus, & proposuit populo præcepta atq.
[26] iudicia in Sichem. *Scripsit quoque

omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidem pergrandem, posuítque eum subter quercum quæ erat in sanctuario Domini: [27] *& dixit ad omnem populum, En lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audieritis omnia verba Domini quæ locutus est vobis: ne fortè postea negare velitis, & mentiri Domino Deo vestro. [28] *Dimisitque populum, singulos in possessionem suam.

audieris 5 MS. R. H. G.

[29] *Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus Domini, centum & decem annorum: [30] *sepelierúntque eum in finibus possessionis suæ in Thamnath-sáre, quę est sita in monte Ephráim, à Septentrionali parte montis Gaas. [31] *Seruiuítq. Israel Domino cunctis diebus Iosue & seniorum, qui longo vixerant tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera Domini quæ fecerat in Israel. [32] *Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Ægypto, sepelierũt in Sichem, in parte agri quem emerat Iacob à filiis Hemor patris Sichem, cẽtum nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph. [33] *Eleazar quoq. filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephráim.

LIBER IVDICVM, HEBRAICE, SOPHETIM.

CAPVT I.

[1] POST mortem Iosue consuluerunt filij Israel Dominum, dicentes, Quis ascendet ante nos cõtra Chananæum, & erit dux belli? [2] *Dixítque Dominus, Iudas ascendet: ecce tradidi Terram in manus eius. [3] *Et ait Iudas Simeôni fratri suo, Ascende mecum in sortem meam, & pugna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum in sortem tuam. Et abiit cum eo Simeon. [4] *Ascendítque Iudas, & tradidit Dominus Chananæũ, ac Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezec decem millia virorum. [5] *Inuenerúntque Adoni-besec in Bezec, & pugnauerunt contra eum, ac percusserunt Chananæum, & Pherezæũ. [6] *Fugit autem Adonibézec: quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum eius ac pedum. [7] *Dixítque Adoni-bézec, Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxerúntque eum in Ierusalem, & [8] ibi mortuus est. *Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctam incendio ciuitatem. [9] *Et postea descendentes pugnauerunt contra Chananæum qui habitabat in montanis, & ad [10] meridiem in campestribus. *Pergénsq. Iudas contra Chananæum qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariath-arbe) percussit Sesai, & [11] Ahiman, & Tholmai: *atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariath-sepher, id est, [12] ciuitas literarum. *Dixítque Caleb, Qui percusserit Cariath-sepher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meã vxorem. [13] *Cúmque cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axá [14] filiam suam coniugem. *Quam pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrum. Quæ cùm suspirasset sedẽs in asino, dixit ei Caleb, Quid [15] habes? *At illa respondit, Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi;

sti mihi; da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius. [16] *Filij autẽ Cinæi cognati Moysi ascenderunt de Ciuitate palmarum, cum filiis Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. [17] *Abiit autem Iudas cum Simeône fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerunt eum. Vocatúmque est nomen vrbis, Horma, id est, anáthema. [18] *Cepítque Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalônem, atque Accaron cum terminis suis. [19] *Fuitq. Dominus cũ Iuda, & mõtana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribꝰ abundabant. [20] *Dederúntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios enac. [21] *Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filij Ben-iamin: habitauítque Iebusæus cum filiis Ben-iamin in Ierusalem, vsque in præsentem diem.

Nu.14,24. Ios.14,13. & 15,14.

[22] *Domus quoq. Ioseph ascendit in Bethel, fuitq. Dominus cum eis. [23] *Nam cùm obsiderent vrbem quæ prius Luza vocabatur, [24] *viderunt hominẽ egredientem de ciuitate, dixerúntque ad eum, Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecũ misericordiam. [25] *Quicùm ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladij: hominem autẽ illum, & omnem cognationẽ eius dimiserunt. [26] *Qui dimissus, abiit in Terram-Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauítq. eam Luzam: quæ ita appellatur vsque in præsentem diem. [27] *Manasses quoque non deleuit Beth-san, & Tanach cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Mageddo cum viculis suis, cœpítque Chananæus habitare cũ eis. [28] *Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit. [29] *Ephráim etiam non interfecit Chananæum qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. [30] *Zabulon non deleuit habitatores "Cetron', & "Naalon': sed habitauit Chananæus in medio eius, factúsq. est ei tributarius. [31] *Aser quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidônis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob. [32] *habitauítque in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum. [33] *Nephthali quoque non deleuit habitatores Beth-sémes, & Beth-anath: & habitauit inter Chananæum habitatorem Terræ, fuerúntque ei Bethsemitæ & Bethanitæ tributarij. [34] *Arctauítque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis [35] locum vt ad planiora descẽderent: *habitauítque in monte Hares, quod interpretatur testatio, in Aialon & Salebim. Et aggrauata est manus domus Ioseph, [36] factúsque est ei tributarius. *Fuit autem terminus Amorrhæi ab Ascensu scorpionis, petra, & superiora loca.

"Thetron o. "Naalol R. H. C. G.

"4 MS. H. C. Pro Textuistem faciũt R. & G.

"testacco 2 MS. atq. hoc modo, Hebraam vocem Interpres exposuisse videtur

CAP. II.

[1] *ASCendítq. Angelus Domini de Galgalis ad Locũ flentium, & ait, Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in Terram pro qua iuraui patribus vestris: & pollicitus sum vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum: [2] *ita dumtaxat vt non feriretis fœdus cum habitatoribus Terræ huius, & aras eorum subuerteretis: & noluistis audire vocem meam: cur hoc feciſtis? [3] *Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. [4] *Cúmque loqueretur angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocẽ suam, & fleuerunt. [5] *Et vocatum est nomen loci illius, Locus flentium, siue lachrymarum: immolaueruntque ibi hostias Domino. [6] *Dimisit ergo Iosue populum, & abierunt filij Israel vnusquisq. in possessionẽ suam, vt obtinerent eam: [7] *seruierúntq. Domino cunctis diebus eius, & seniorũ, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini quæ fecerat cum Israel. [8] *Mortuus est autem Iosue filius Nun, famulus Domini, centum & decem annorum, [9] *& sepelierunt eũ in finibus possessionis suę in Thamnath-"sare' in monte Ephráim, à Septentrionali plaga montis Gaas. [10] *Omnísque illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerunt alij, qui non "nouerant' Dominum, & opera quæ fecerat

Ios. 24,28.

"bates H. G. Nostri autẽ codices, ad lectionem C. accedunt

"nouerunt M S. R.

fecerat cum Israel. [s]Fecerúntque filij 11
Israel malum in conspectu Domini, &
seruierunt Baalim. [s]Ac dimiserunt Do- 12
minum Deum patrũ suorum, qui edu-
xerat eos de Terra Ægypti: & secuti
sunt deos alienos, deósque populorum
qui habitabant in circuitu eorum, & ad-
orauerunt eos: & ad iracundiam conci-
tauerunt Dominum, [s]dimittẽtes eum, 13
& seruientes Baal & Astharoth. [s]Iratús- 14
que Dominus contra Israel, tradidit eos
in manus diripientiũ: qui ceperunt eos,
& vendiderunt hostibus qui habitabant
per gyrum: nec potuerunt resistere ad-
uersariis suis: [s]sed quocumque pergere 15
voluissent, man⁹ Domini super eos erat,
sicut locutus est, & iurauit eis: & vehe-
menter afflicti sunt. [s]Suscitauítque Do- 16
minus iudices qui liberarent eos de va-
stantium manibus: [s]sed nec eos audire 17
voluerunt, fornicantes cum diis alienis,
& adorantes eos. Citò deseruerunt viam
per quam ingressi fuerãt patres eorum:
& audientes mandata Domini, omnia
fecere contraria. [s]Cumque Dominus 18
iudices suscitaret, in diebus eorum fle-
ctebatur misericordia, & audiebat affli-
ctorum gemitus, & liberabat eos de cæ-
de vastantium. [s]Postquam autem mor- 19
tuus esset iudex, reuertebantur, & mul-
tò faciebant maiora quàm fecerant pa-
*peiora Ms. R. tres eorum, sequentes deos alienos, ser-
uientes eis, & adorantes illos. Non di-
miserunt adinuentiones suas, & viã du-
rissimam per quam ambulare consue-
uerant. [s]Iratusque est furor Domini in 20
Israel, & ait, Quia irritum fecit gens ista
pactum meum quod pepigeram cũ pa-
tribus eorum, & vocem meam audire
contempsit: [s]& ego non delebo gentes 21
quas dimisit Iosue, & mortuus est: [s]vt in 22
ipsis experiar Israel, vtrum custodiant
viam Domini, & ambulent in ea, sicut
custodierunt patres eorum, an non.
[s]Dimisit ergo Dominus omnes nationes 23
has, & citò subuertere noluit, nec tradi-
dit in manus Iosue.

CAP. III.

HÆ sunt gentes quas Dominus de- 1
reliquit, vt erudiret in eis Israelẽ,
& omnes qui non nouerant bella Cha-
nanæorum: [s]& postea discerent filij eo- 2
rum certare cũ hostibus, & habere con-
suetudinem prœliandi: [s]quinque sa- 3
trapas Philisthinorum, omnemq. Cha-
nanæum, & Sidonium, atque Heuæum
qui habitabat in mõte Libano, de mon- Habitabant Ms. R. & Ms. C. Hiuæum
te Baal Hermon vsque ad introitum
Emath. [s]Dimisitque eos, vt in ipsis ex- 4
periretur Israelem, vtrum audirẽt man-
data Domini quæ præceperat patribus
eorum per manum Moysi, an non. [s]Ita- 5
que filij Israel habitauerunt in medio
Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, &
Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi: [s]& du- 6
xerunt vxores filias eorum, ipsíque filias
suas filiis eorum tradiderunt, & seruie-
runt diis eorum. [s]Fecerúntque malum 7
in conspectu Domini, & obliti sunt Dei
sui, seruientes Baalim & Astaroth'. [s]Ira- 8
túsque contra Israel Dominus, tradidit Adiuit B. C.
eos in manus Chusan-rasathaim regis
Mesopotamiæ, seruierúntque ei octo
annis. [s]Et clamauerũt ad Dominum: 9
qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit
eos, Othoniel videlicet filium Cenez,
fratrem Caleb minorem: [s]fuítque in 10
eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel.
Egressúsque est ad pugnam, & tradidit
Dominus in manus eius Chusan-rasa-
thaim regem Syriæ, & oppressit eum.
[s]Quieuítque terra quadraginta annis, 11
& mortuus est Othoniel filius Cenez.
[s]Addiderunt autem filij Israel facere 12
malum in conspectu Domini: qui con-
fortauit aduersum eos Eglon regem
Moab: quia fecerunt malum in conspe-
ctu eius. [s]Et copulauit ei filios Ammon, 13
& Amalec: abiítque & percussit Israel,
atque possedit Vrbem-palmarum. [s]Ser- 14
uieruntque filij Israel Eglon regi Moab
decem & octo annis: [s]& postea clama- 15
uerunt ad Dominum: qui suscitauit eis
saluatorem vocabulo Aod, filium Gera,
filij Iemini, qui vtraque manu pro dex-
tera vtebatur. Miseruntq. filij Israel per
illum munera Eglon regi Moab. [s]Qui 16
fecit sibi gladium ancipitem, habentem
in medio capulum longitudinis palmæ
manus, & accinctus est eo subter sagum
in dextro

in dextro femore. [s]Obtulítque mune- 17
ra Eglon regi Moab. Erat autem Eglon
crassus nimis. [s]Cumque obtulisset ei 18
munera, prosecutus est socios qui cum
eo venerant. [s]Et reuersus de Galgalis, 19
vbi erant idôla, dixit ad Regẽ, Verbum
secretum habeo ad te ô Rex. Et ille im-
perauit silentium: egressíque omnibus
qui circa eum erant, [s]ingressus est Aod 20
ad eum. sedebat autem in æstiuo cœna-
culo solus, dixítque, Verbum Dei habeo
ad te. Qui statim surrexit de throno.
[s]Extendítque Aod sinistram manum, 21
& tulit sicam de dextro femore suo, in-
fixítque eam in ventrem eius [s]tam vali- 22
dè, vt capulus sequeretur ferrum in vul-
nere, ac pinguissimo adipe stringeretur.
Nec eduxit gladium, sed ita vt percussẽ-
rat, reliquit in corpore: statímque per se-
creta naturæ alui stercora proruperunt.
[s]Aod autem clausis diligentissimè ostiis 23
cœnaculi, & obfirmatis sera, [s]per posti- 24
cum egressus est. Seruíque regis ingressi
viderunt clausas fores cœnaculi, atque
dixerũt, Forsitan purgat aluum in æsti-
uo cœnaculo. [s]Expectantésq. diu donec 25
erubescerent, & videntes quòd nullus
aperiret, tulerunt clauem: & aperientes
inuenerunt dominum suum in terra ia-
centem mortuum. [s]Aod autẽ dum illi 26
turbarentur, effugit, & pertransiit Lo-
cum idolorum vnde reuersus fuerat.
Venítque in Seirath: [s]& statim insonuit 27
buccina in monte Ephraim: descende-
runtque cum eo filij Israel, ipso in fronte
gradiente. [s]Qui dixit ad eos, Sequimi- 28
ni me: tradidit enim Dominus inimicos
nostros Moabitas in manus nostras. De-
scenderuntque post eum, & occupaue-
runt vada Iordanis quæ transmittunt in
Moab: & non dimiserunt transire quen-
quam: [s]sed percusserunt Moabitas in 29
tempore illo, circiter decem millia, om-
nes robustos & fortes viros. nullus eo-
rum euadere potuit. [s]Humiliatúsque 30
est Moab in die illo sub manu Israel: &
à prœliis Ms q. R. quieuit Terra octoginta annis. [s]Post 31
hunc fuit Samgar filius Anath, qui per-
cussit de Philisthiim sexcentos viros vo-
mere: & ipse quoque defendit Israel.

CAP. IIII.

[s]Addiderúntq. filij Israel facere ma- 1
lum in cõspectu Domini post mor- 2 Reg. 13, 9.
tem Aod, [s]& tradidit illos Dominus in 2
manus Iabin regis Chanaan, qui regna-
uit in Asor: habuítque ducem exercitus
sui nomine Sisaram, ipse autẽ habitabat
in Haroseth-gentium. [s]Clamauerúnt- 3
que filij Israel ad Dominum. nongentos
enim habebat falcatos currus, & per vi-
ginti annos vehementer oppresserat eos.
[s]Erat autem Debora prophetis vxor La- 4
pidoth, quæ iudicabat populum in illo
tempore. [s]Et sedebat sub palma, quæ 5
nomine illius vocabatur, inter Rama &
Beth-el in mõte Ephraim: ascendebántque
ad eam filij Israel in omne iudicium.
[s]Quæ misit, & vocauit Barac filiũ Abi- 6
nóem de Cedes Nephthali: dixítque ad
eum, Præcepit tibi Domin⁹ Deus Israel,
vade, & duc exercitum in montẽ Tha-
bor, tolléque tecum decem millia pu-
gnatorum de filiis Nephthali, & de filiis
Zabulon: [s]ego autem adducam ad te in 7
loco Torrentis-cison, Sisarã principem
exercitus Iabin, & currus eius, atq. om-
nem multitudinem, & tradã eos in ma-
nu tua. [s]Dixítque ad eam Barac, Si venis 8
mecum, vadam: si nolueris venire me- *ô Ms. G. A. R. autem H. C. & G. q. repetitur.
cum', non pergam. [s]Quæ dixit ad eum, 9
Ibo quidẽ tecum, sed in hac vice victo-
ria non reputabitur tibi, quia in manu
mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaque
Debora, & perrexit cũ Barac in Cedes.
[s]Qui, accitis Zabulon & Nephthali, 10
ascendit cum decem millibus pugnato-
rum, habens Deboram in comitatu suo.
[s]Haber autẽ Cinæus recesserat quon- 11
dam à ceteris Cinæis fratribus suis filiis
Hobab, cognati Moysi: & tetenderat
tabernacula vsque ad vallem quæ voca-
tur Sennim, & erat iuxta Cedes. [s]Nun- 12
tiatumq. est Sisaræ quòd ascendisset Ba-
rac filius Abi-nóem, in montẽ Thabor:
[s]& congregauit nongentos falcatos cur- 13
rus, & omnem exercitum de Haroseth-
gentium ad Torrentem-cison. [s]Dixít- 14
que Debora ad Barac, Surge, hæc est
enim dies in qua tradidit Dominus Sisa-
ram in man⁹ tuas: en ipse ductor est tuus.

Deſcendit itaque Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum
Eſa. 10. eo. *Perterruítque Dominus Siſaram, 15
& omnes currus eius, vniuerſamq́. multitudinem in ore gladij ad conſpectum
Barac: in tantum, vt Siſara de curru deſiliens, pedibus fugeret, *& Barac perſe- 16
queretur fugientes currus, & exercitum vſque ad Haroſeth gentium, & omnis
hoſtium multitudo vſq. ad internecionem caderet. *Siſara autem fugiens per- 17
uenit ad tentorium Iahel vxoris Haber
Cinæi. Erat autem pax inter Iabin regem Azor, & domum Haber Cinæi.
*Egreſſæ igitur Iahel in occurſum Siſa- 18
ræ, dixit ad eum, Intra ad me domine
-o. mi, 'intra', ne timeas. Qui ingreſſus tabernaculũ eius, & opertus ab ea pallio,
*dixit ad eam, Da mihi obſecro paulu- 19
lum aquæ, quia ſitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. *Dixítque Siſara ad eam, Sta 20
ante oſtium tabernaculi: & cùm venerit aliquis interrogans te, & dicens, Nunquid hic eſt aliquis? Reſpondebis, Nullus eſt. *Tulit itaque Iahel vxor Haber, 21
clauum tabernaculi, aſſumẽs pariter & malleum: & ingreſſa abſconditè, & cum ſilentio poſuit ſupra tempus capitis eius clauum, percuſſumque malleo defixit in cerebrum vſque ad terram: qui ſoporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt. *Et ecce Barac ſequens Siſaram ve- 22
niebat: egreſſaq́. Iahel in occurſum eius, dixit ei, Veni, & oſtendam tibi virum quem quęris. Qui cùm intraſſet ad eam, vidit Siſaram iacentem mortuũ, & clauum infixum in tempore eius. *Humi- 23
liauit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanáan coram filiis Iſrael: *qui creſce- 24
bant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin regem Chanáan, donec delerent eum.

CAP. V.

CEcinerúntque Debora & Barac fi- 1
lius Abinóem in illo die, dicentes,
*Qui ſpontè obtuliſtis de Iſrael ani- 2
mas veſtras ad periculum, benedicite Domino.
*Audite reges, auribus percipite prin- 3
cipes: Ego ſum, ego ſum quæ Domino canam, pſallam Domino Deo Iſrael.
*Domine cùm exires de Seir, & trans- 4
ires per regiones Edom, terra mota eſt, cælíque ac nubes diſtillauerunt aquis.
*Montes fluxerunt à facie Domini, & 5
Sinai à facie Domini Dei Iſrael.
*In diebus Samgar filij Anath, in die- 6
bus Iahel quieuerunt ſemitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.
*Ceſſauerunt fortes in Iſrael, & quie- 7
uerunt: donec ſurgeret Debora, ſurgeret mater in Iſrael.
*Noua bella elegit 'Dominus', & por- 8 'Deus H.G.
tas hoſtium ipſe ſubuertit: clypeus & haſta ſi apparuerunt in quadraginta millibus Iſrael.
*Cor meum diligit principes Iſrael: 9
qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini, benedicite Domino.
*Qui aſcenditis ſuper nitẽtes 'aſinos', 10 'aſinas MS. H.G.
& ſedetis 'in iudicio', & ambulatis in via, 'ſubiugales G.
loquimini. *ſuperis dicium MS.
*Vbi colliſi ſunt currus, & hoſtium 11
ſuffocatus eſt exercitus, ibi narrentur iuſtitiæ Domini, & 'clementia in 'fortes' - MS. H. G. 'portis
Iſrael: tunc deſcendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum.
*Surge, ſurge Debora, ſurge, ſurge, & 12
loquere canticum: ſurge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abi-nóem.
*Saluatæ ſunt reliquiæ populi, Domi- 13
nus in fortibus dimicauit.
*Ex Ephráim deleuit eos in Amalec, 14
& poſt eũ ex Ben-iamin in populos tuos ô Amalec: de Machir principes deſcenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum.
*Duces Iſſachar fuere cum Debora, & 15
Bárac veſtigia ſunt ſecuti, qui quaſi in præceps ac barathrũ ſe diſcrimini dedit: diuiſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta eſt contentio.
*Quare habitas inter duos terminos, 16
vt audias ſibilos gregum? diuiſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta eſt contentio.
*Galaad trans Iordanem quieſcebat, 17
& Dan vacabat nauibus: Aſer habitabat in littore

in littore maris, & in portubus morabatur.
*Zabulõ verò & Nephthali obtulerũt 18
animas ſuas morti in regione Merome.
*Venerunt reges & pugnauerũt, pug- 19
'Thanæ nauerunt reges Chanáan in 'Tanach' iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulêre prædantes.
*De cælo dimicatum eſt contra eos: 20
ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt.
*Torrẽs Ciſon traxit cadauera eorum, 21
torrens Cadumim, torrens Ciſon: conculca anima mea robuſtos.
*Vngulæ equorum ceciderunt, fu- 22
gientibus impetu, & per præceps ruentibus fortiſſimis hoſtium.
*Maledicite terræ Meroz, dixit ange- 23
lus Domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortiſſimorum eius.
*Benedicta inter mulieres Iahel vxor 24
Haber Cinæi, & benedicatur in taber-
-I MS. H.G.G. naculo 'ſuo'.
*Aquam petenti lac dedit, & in phia- 25
la principum obtulit butyrum.
*Siniſtram manum miſit ad clauum, 26
& dextram ad fabrorum malleos, percuſſitque Siſaram quęrens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.
*Inter pedes eius ruit; defecit, & mor- 27
tuus eſt: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miſerabilis.
*Per feneſtram reſpiciẽs, vlulabat má- 28
ter eius: & de cœnaculo loquebatur, Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?
*Vna ſapientior cæteris vxoribus eius, 29
hæc ſocrui verba reſpondit,
*Forſitan nunc diuidit ſpolia, & pul- 30
cherrima fœminarum eligitur ei: veſtes diuerſorum colorum Siſaræ traduntur in prædam, & ſupellex varia ad ornanda colla congeritur.
*Sic pereant omnes inimici tui Domi- 31
ne: qui autem diligunt te, ſicut Sol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent.
*Quieuítque Terra per quadraginta 32
annos.

CAP. VI.

FEcerunt autem filij Iſrael malum in 1
conſpectu Domini: qui tradidit illos
in manu Madian ſeptem annis, *& op- 2
preſſi ſunt valde ab eis. Fecerúntque ſibi antra & ſpeluncas in montibus, & munitiſſima ad repugnandum loca. *Cúm- 3
que ſeuiſſet Iſrael, aſcẽdebat Madian & Amalec, cæteríque Orientalium nationum: *& apud eos figentes tentoria, ſicut 4
erant in herbis cuncta vaſtabant vſque ad introitum Gazæ: nihilque omninò ad vitam pertinens relinquebant in Iſrael,
non oues, non boues, non aſinos. *Ipſi 5
enim & vniuerſi greges eorũ veniebant cum tabernaculis ſuis, & inſtar locuſtarum vniuerſa complebant, innumera multitudo hominum, & camelorum, 6
quicquid tetigerant deuaſtantes. *Humiliatúſque eſt Iſrael valde in conſpectu
Madian. *Et clamauit ad Dominũ po- 7
ſtulans auxilium contra Madianitas.
*Qui miſit ad eos virum prophetam, 8
& locutus eſt, Hęc dicit Dominus Deus Iſrael: Ego vos feci cõſcendere de Ægypto, & eduxi vos de domo ſeruitutis, *& 9
liberaui de manu Ægyptiorum & omnium inimicorum qui affligebant vos: eiecíque eos ad introitum veſtrum, & 10
tradidi vobis Terram eorum. *Et dixi, Ego Dominus Deus veſter, ne timeatis deos Amorrhæorũ, in quorum terra habitatis. Et noluiſtis audire vocẽ meam.
*Venit autem angelus Domini, & ſe- 11
dit ſub quercu quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. Cúmque Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumenta in torculari, vt
fugeret Madian, *apparuit ei angelus 12
Domini, & ait, Dominus tecum virorum fortiſſime. *Dixítque ei Gedeon, 13
Obſecro mi Domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, cur apprehenderunt nos hæc omnia? vbi ſunt mirabilia eius quæ narrauerunt patres noſtri, atque dixerunt, De Ægypto eduxit nos Dominus? Nũc autem dereliquit nos Dominus, & tra-
didit in manus Madian. *Reſpexítque 14
ad eum Dominus, & ait, Vade in hac for- 1 Re. 12, 11
titudine tua, & liberabis Iſrael de manu

Madian: ſcito quòd miſerim te. [15] *Qui reſpondens ait, Obſecro, mi Domine, in quo liberabo Iſrael? ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei. [16] *Dixítque ei Dominus, Ego ero tecum: & percuties Madian quaſi vnum virum. [17] *Et ille, Si inueni, inquit, gratiam corã te, da mihi ſignum quòd tu ſis qui loqueris ad me: [18] *Nec recedas hinc, donec reuertar ad te, portans ſacrificium, & offerens tibi. Qui reſpondit, Ego præſtolabor aduentũ tuum. [19] *Ingreſſus eſt itaq. Gedeõ, & coxit hœdum, & de farinæ modio azymos panes: carneſq. ponens in caniſtro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia ſub quercu, & obtulit ei. [20] *Cui dixit angelus *Dei R. H. Gq. 'Domini', Tolle carnes & azymos panes, & pone ſupra petram illam, & ius déſuper funde. Cúmque feciſſet ita, [21] *extendit angelus Domini ſummitatem virgæ quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos: aſcendítq. ignis de petra, & carnes, azymóſque panes conſumpſit: angelus autem Domini euanuit ex oculis eius. [22] *Vidénſque Gedeon quòd eſſet angel' Domini, ait, Heu mi Domine Deus: quia vidi angelum Domini facie ad faciem. [23] *Dixítque ei Dominus, Pax tecum: ne timeas, non morieris. [24] *Ædificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauítque illud, Domini-pax, vſque in præſentem diem. Cumq. adhuc eſſet in Ephra quæ eſt familiæ Ezri, [25] *nocte illa dixit Dominus ad eum, Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum ſeptẽ, deſtruésque aram Baal quæ eſt patris tui: & nemus quod circa aram eſt, ſuccîde: [26] *& ædificabis altare Dño Deo tuo in ſummitate petræ huius, ſuper quam ante ſacrificium poſuiſti: tolléſque taurum ſecundum, & offeres holocauſtum ſuper ſtruem lignorum quæ de nemore ſuccideris. [27] *Aſſumptis ergo Gedeon decem viris de ſeruis ſuis, fecit ſicut præceperat ei Dominus. Timens autem domũ patris ſui, & homines illius ciuitatis, per diẽ noluit facere, ſed omnia nocte conpleuit. [28] *Cúmque ſurrexiſſent viri oppidi eius manè, viderunt deſtructam aram Baal, lucúmque ſuccîſum, & taurum alterum impoſitũ ſuper altare quod tunc ædificatum erat. [29] *Dixerúntque ad inuicem, Quis hoc fecit? Cumq. perquirerent auctorem facti, dictum eſt, Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia. [30] *Et dixerunt ad Ioas, Produc filium tuũ huc, vt moriatur: quia deſtruxit aram Baal, & ſuccîdit nemus. [31] *Quibus ille reſpondit, Nũquid vltores eſtis Baal, vt pugnetis pro eo? qui aduerſarius eſt eius, moriatur antequam lux craſtina veniat. ſi Deus eſt, vindicet ſe de eo qui ſuffodit aram eius. [32] *Ex illo die vocatus eſt Gedeon, Ierobáal: eo quòd dixiſſet Ioas, Vlciſcatur ſe de eo Baal, qui fodit aram eius. [33] *Igitur omnis Madian & Amalec, & Orientales populi congregari ſunt ſimul. & tranſeuntes Iordanem, caſtrametati ſunt in valle-Iezraël. [34] *Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina conuocauit domũ Abiézer, vt ſequeretur ſe. [35] *Miſitque nuntios in vniuerſum Manaſſen, qui & ipſe ſecutus eſt eum: & alios nuntios in Aſer & Zabulon & Nephthali, qui occurrerunt ei. [36] *Dixítq. Gedeon ad 'Dominum', *'Deus R. H. G.' Si ſaluum facis per manum meã Iſrael, [37] ſicut locutus es, *ponam hoc vellus lanæ in area: ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciã quòd per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſrael. [38] *Factúmque eſt ita. Et de nocte conſurgens expreſſo vellere, concham rore impleuit. [39] *Dixítque rurſus ad 'Dominum', *'Deus R. H. G.' Ne iraſcatur furor tuus contra me ſi adhuc ſemel tentauero, ſignum quærens in vellere, Oro vt ſolum vellus ſiccum ſit, & omnis terra rore madens. [40] *Fecítq. 'Dominus' nocte illa vt poſtulauerat: & fuit ſiccitas in ſolo vellere, & ros in omni terra. *'Deus R. H. G.'

CAP. VII.

[1] IGitur Ierobáal qui & Gedeon, de nocte conſurgẽs, & omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Harad. erant autem caſtra Madian in valle ad Septentrionalem plagam collis excelſi. [2] *Dixítque Dominus ad Gedeon, Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur contra me Iſrael, & dicat, Meis viribus liberatus ſum. [3] *Loquere ad populum, & cunctis audientibus prędica, 'Qui formidoloſus Deu. 20, 5. 1 Mac. 3, 56 & timidus eſt, reuertatur. Receſſerúntq. de monte Galaad, & reuerſi ſunt ex populo vigintiduo millia virorum, & tantum decem millia remanſerunt. [4] *Dixítque Dominus ad Gedeon, Adhuc populus multus eſt, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipſe pergat: quem ire prohibuero, *reuertatur. [5] *Cúmq. deſcendiſſet populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon, Qui *lingua 'lambuerint' aquas, ſicut ſolent canes lambere, ſeparabis eos ſeorſum: qui autẽ curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. *ipſe 1 MS. H. C. G. *manu & MS q. R. -lambe-rint MS. Similiter v. 6. & 7.

[6] *Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os proiiciente, lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. [7] *Et ait Dominus ad Gedeon, In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum. [8] *Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula ſua: & ipſe cum trecentis viris ſe certamini dedit. Caſtra autem Madian erant ſubter in valle. [9] *Eadem nocte dixit Dominus ad eum, Surge, & deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu tua. [10] *ſin autem ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus. [11] *Et cùm audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes. Deſcendit ergo ipſe & Phara puer eius in partẽ caſtrorum, vbi erant armatorum vigiliæ. [12] *Madian autem & Amalec, & omnes Orientales populi fuſi iacebãt in valle, vt locuſtarum multitudo: cameli quoque innumerabiles erant, ſicut arena quæ iacet in littore maris. [13] *Cúmque veniſſet Gedeon, narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo: & in hunc modum referebat quod viderat, Vidi ſomnium, & videbatur mihi quaſi ſubcineritius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere: cúmque perueniſſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus [14] coæquauit. *Reſpondit is cui loquebatur, Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraelitæ. tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius. [15] *Cúmque audiſſet Gedeon ſomnium, & interpretationem eius, adorauit: & reuerſus eſt ad caſtra Iſrael, & ait, Surgite, tradidit enim Dominus in manus noſtras caſtra Madian. [16] *Diuiſitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorũ, lagenáſq. vacuas ac lampades in medio [17] lagenarum. *Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem caſtrorum, & quod fecero ſectámini. [18] *Quando perſonuerit tuba in manu mea, vos quoque per caſtrorum circuitum clangite, & conclamate, Domino & Gedeoni. [19] *Ingreſſuſque eſt Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo in partem caſtrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ, & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas. [20] *Cúmque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lãpades, & dextris "ſonabãt 1 MS. ſonantes' tubas, clamauerúntque, Gladius [21] Domini & Gedeonis: *ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtilium. Omnia itaq. caſtra turbata ſunt, & vociferantes, vlulantéſque fugerunt: [22] *& nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes. 'Immiſitque Pſ. 82, 10. Dominus gladium in omnibus caſtris, [23] & mutua ſe cæde truncabant, *fugientes vſque ad "Beth-ſeca', & crepidinem "Beth-ſeta 4 MS. H. e. 6. Abelmehula in Tabbath. Conclamantes autẽ viri Iſrael de Nephthali & Aſer, & omni Manaſſe perſequebantur Madian. [24] *Miſitq. Gedeon nuntios in omnem montem Ephráim, dicens, Deſcendite in occurſum Madian, & occupate aquas vſque Beth-bera atq. Iordanem. Clamauítque omnis Ephráim, & præoccupauit aquas atque Iordanem vſque

Beth-bera. [*] Apprehensóque duos viros Madian, Oreb & Zeb, interfecit Oreb in Petra-Oreb, Zeb verò in Torculari-Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portãtes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

Isai. 10, 26. Psal. 82, 12.

CAP. VIII.

DIxeruntque ad eum viri Ephráim, Quid est hoc quod facere voluisti, vt nos non vocares, cùm ad pugnã pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferentes. [*] Quibus ille respondit, Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nónne melior est racemus Ephráim, vindemiis Abi-ézer?

[*] In manus vestras 'Dominus' tradidit principes Madiã, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cùm locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant cõtra eum. [*] Cúmque venisset Gedeon ad Iordanẽ, transiuit eum cum trecentis viris qui secum erant; & præ lassitudine, fugientes persequi non poterant. [*] Dixítque ad viros Socoth, Date, obsecro, panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt: vt possimus persequi Zebee, & Salmana reges Madian. [*] Respónderunt principes Socoth, Forsitan palmæ manuum Zébee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes. [*] Quibus ille ait, Cùm ergo tradiderit Domin⁹ Zébee & Salmana in manus meas, & cùm reuersus fuero victor in pace', conteram carnes vestras cum spinis, tribulísque deserti. [*] Et inde conscendens, venit in Phanuël: locutúsque est ad viros loci illius similia. Cui & illi respónderunt sicut respónderant viri Socoth. [*] Dixit itaque eis, Cùm reuersus fuero victor in pace, destruã turrim hanc. [*] Zébee autem & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis Orientalium populorum, cæsis centum viginti millibus bellatorũ, & [*] educentiũ gladium. [*] Ascendénsque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad Orientalem partem Nobe, & Iegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur. [*] Fugeruntque Zébee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. [*] Reuerténsque de bello ante solis ortum, [*] apprehendit puerum de viris Socoth: interrogauítq. eum nomina principum & seniorum Socoth, & descripsit septuaginta septem viros. [*] Venítque ad Socoth, & dixit eis, En Zébee, & Salmana super quibus exprobrastis mihi, dicentes, Forsitan manus Zébee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas vt dem⁹ viris qui lassi sunt & defecerunt, panes. [*] Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth. [*] Turrim quoq. Phanuël subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. [*] Dixítque ad Zébee & Salmana, Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui respónderunt, Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis. [*] Quibus ille respondit, Fratres mei fuerunt, filij matris meæ. viuit Dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem. [*] Dixítque Iether primogenito suo, Surge & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat. [*] Dixerúntque Zébee & Salmana, Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur est hominis. ' Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana: & tulit ornamẽta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent. [*] Dixerúntque omnes viri Israel ad Gedeon, Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian. [*] Quibus ille ait, Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus. [*] Dixítque ad eos, Vnam petitionem postulo à vobis, Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaëlitæ habere consueuerant. [*] Qui respónderunt, Libẽtissimè dabimus. Expandentésque super terram pallium, proiecerunt in eo inaures de præda: [*] & fuit pondus postulatarum inauriũ, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum. [*] Fecítque ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatúsque est omnis Israel in eo, & factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. [*] Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel, nec potuerunt vltrà ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos quibus Gedeon præfuit. [*] Abiit itaque Ierobáal filius Ioas, & habitauit in domo sua: [*] habuítque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius: eo quòd plures haberet vxores. [*] Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abi-mélech.

[*] Mortuúsque est Gedeon filius Ioas in senectute bonã, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. [*] Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt in Baalim. Percussérúntque cum Baal fœdus, vt esset eis in deũ: [*] nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorũ omnium per circuitum: [*] nec fecerunt misericordiã cum domo Ierobáal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

-9 MS. R. H. C. G.

-2 MS. Osé. 10, 14.

CAP. IX.

ABiit autem Abi-mélech filius Ierobáal in Sichẽ ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnẽ cognationem domus patris matris suæ, dicens: [*] Loquimini ad omnes viros Sichem, Quid vobis est melius, vt dominentur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobáal, an vt dominetur vobis vnus vir? simúlque considerate quòd os vestrum, & caro vestra sum. [*] Locutíque sunt fratres matris eius de eo, ad omnes viros Sichem, vniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorũ post Abi-mélech, dicentes, Frater noster est. [*] Dederúntque illi septuaginta pondera argenti de phano Baal-berith. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, secutíque sunt eum. [*] Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobáal septuaginta viros, super lapidem vnum: remansitq. Ioatham filius Ierobáal minimus, & absconditus est. [*] Congregati sunt autem omnes viri Sichẽ, & vniuersæ familiæ vrbis Mello: abierúntque & constituerunt regẽ Abi-mélech, iuxta quercum quæ stabat in Sichem.

[*] Quod cùm nuntiatum esset Ioatham, iuit, & stetit in vertice montis Garizim: eleuataque voce, clamauit & dixit, Audite me viri Sichẽ, ita vt audiat vos Deus. [*] Ierunt ligna, vt vngerent super se regem: dixeruntque oliuæ, Impera nobis. [*] Quæ respondit, Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur, & homines, & venire vt inter ligna promouear? [*] Dixerúntque ligna ad arborem ficum, Veni, & super nos regnum accipe. [*] Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructúsque suauissimos, & ire vt inter cętera ligna promouear? [*] Locutáq. sunt ligna ad vitẽ, Veni, & impera nobis. [*] Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri? [*] Dixeruntq. omnia ligna ad rhamnũ, Veni, & impera super nos. [*] Quæ respondit eis, Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite. si autem non vultis', egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. [*] Nunc igitur si rectè, & absque peccato constituistis super vos regem Abi-melech, & bene egistis cum Ierobáal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficiis eius [*] qui pugnauit pro vobis, & animam suam dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian, [*] qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros super vnum lapidem, & constituistis regem Abimélech filium ancillæ eius super habitatores Sichẽ, eo quòd frater vester sit: [*] si ergo rectè, & absque vitio egistis cũ Ierobáal, & domo eius, hodie lætemini in Abi-melech, & ille lætetur in vobis. [*] Sin autem peruersè: egrediatur ignis 'ex eo', & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediatúrque ignis de viris Sichem, & de oppi-

-R. H. C. G.

-ex Abimelech H. C. G.

de oppido Mello, & deuoret Abi-mélech. [21] *Quæ cùm dixisset, fugit, & abiit in Bera: habitauítq. ibi ob metum Abimélech fratris sui. [22] *Regnauit itaq. Abimelech super Israel tribus annis. [23] *Misítque 'Dominus' spiritum pessimum inter Abi-melech, & habitatores Sichē: qui cœperunt eum detestari, [24] *& scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobáal, & effusionem sanguinis eorū conferre in Abi-mélech fratrem suum, & in cæteros Sichimorum principes qui eum adiuuerant. [25] *Posuerúntque insidias aduersum eum in summitate montium: & dum illius præstolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. nuntiatúmque est Abi-mélech. [26] *Venit autem Gaal filius Obed cū fratribus suis, & transiuit in Sichimam. Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem, [27] *egressi sunt in agros vastantes vineas, vuásque calcantes: & factis cantantium choris ingressi sunt phanum dei sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abi-mélech, [28] *clamante Gaal filio Obed, Quis est Abimelech, & quæ est Sichem, vt seruiamus ei? nunquid non est filius Ierobáal, & constituit principem Zebul seruum suum super viros Emor patris Sichem? Cur ergo seruiemus ei? [29] *vtinam daret aliquis populum istum sub manu mea, vt auferrem de medio Abi-mélech. Dictúmq. est Abi-mélech, Congrega exercitus multitudinem, & veni. [30] *Zebul enim princeps ciuitatis auditis sermonibus Gaal filij Obed, iratus est valde, [31] *& misit clam ad Abi-melech nuntios, dicens, Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimā cum fratribus suis, & oppugnat aduersum te ciuitatem. [32] *Surge itaque nocte cum populo qui tecum est, & latita in agro: [33] *& primo manè oriente sole, irrue super ciuitatem. illo autem egrediente aduersum te cū populo suo, fac ei quod potueris. [34] *Surrexit itaque Abi-melech cum omni exercitu suo nocte, & tetendit insidias iuxta Sichimam in quatuor locis. [35] *Egressúsque est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portæ ciuitatis. Surrexit autem Abi-melech, & omnis exercitus cum eo de insidiarum loco. [36] *Cúmque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul, Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respōdit, Vmbras montium vides quasi capita hominū, & hoc [37] errore deciperis. *Rursúmque Gaal ait, Ecce populus de vmbilico terræ descendit, & vnus cuneus venit per viam quæ [38] respicit quercum. *Cui dixit Zebul, Vbi est nunc os tuum, quo loquebaris? Quis est Abi-melech vt seruiamus ei? Nónne hic populus est, quem despiciebas? Egredere & pugna contra eum. [39] *Abiit ergo Gaal, 'spectante' Sichimorum populo, [40] & pugnauit contra Abi-melech, *qui persecutus est eum fugientem, & in vrbem compulit: ceciderunt que ex parte eius plurimi, vsque ad portam ciuitatis. [41] *& Abi-mélech sedit in Ruma: Zebul autem, Gaal, & socios eius expulit de vrbe, nec in ea passus est commorari. [42] *Sequenti ergo die egressus est populus in campum. Quod cùm nuntiatum [43] esset Abi-melech, *tulit exercitum suum, & diuisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Vidénsque quòd egrederetur populus de ciuitate, surrexit & [44] irruit in eos, *cum cuneo suo, oppugnans & obsidens ciuitatem: duæ autem turmæ palantes per campum, aduersarios persequebantur. [45] *Porrò Abi-melech omni die illo oppugnabat vrbem: quam cepit, interfectis habitatoribus eius, ipsáque destructa, ita vt sal in ea dispergeret. [46] *Quod cùm audissent qui habitabant in turre Sichimorū, ingressi sunt phanum dei sui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerāt, & ex eo locus nomen [47] acceperat, qui erat munitus valde. *Abimélech quoque audiens viros turris Si- [48] chimorum pariter cōglobatos, *ascendit in montem Selmon cum omni populo suo: & arrepta securi, præcîdit arboris ramum, impositúmq. ferens humero, dixit ad socios, Quod me vidistis [49] facere, citò facite. *Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, sequebantur ducem. Qui circundantes præsidium, succenderunt: atque ita factum est, vt

est, vt fumo & igne mille hominum necarentur, viri pariter & mulieres, habitatorum turris Sichem. [50] *Abimélech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes, quod circundans obsidebat exercitu. [51] *Erat autem turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerant simul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clausa firmissimè ianua, & super turris tectum stantes per propugnacula. [52] *Accedénsque Abi-mélech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans ostio, ignem supponere nitebatur: [53] *' & ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimélech, & confregit cerebrum eius. 1 Re. 11, 21
[54] *Qui vocauit citò armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus sim. Qui iussa perficiens, interfecit eum. [55] *Illóque mortuo, omnes qui cum eo erāt de Israel, reuersi sunt in sedes suas: [56] *& reddidit Deus malum quod fecerat Abi-mélech contra patrem suū, interfectis septuaginta fratribus suis. [57] *Sichimitis quoq. quod operati erant, retributum est, & venit super eos maledictio Ioatham filij Ierobáal.

CAP. X.

[1] POst Abi-mélech surrexit dux in Israel Thola filius Phua patrui Abimélech, vir de Issachar, qui habitauit in Samir 'montis' Ephráim: [2] *& iudicauit Israelē viginti & tribus annis, mortuúsque est, ac sepultus in Samir. [3] *Huic successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israelem per viginti & duos annos, [4] *habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius sunt appellatæ Auoth-Iair, id est, oppida Iair, vsque in præsentem diem in Terra-Galaad.
[5] *Mortuusque est Iaïr; ac sepultus in loco cui est vocabulum Camon. [6] *Filij autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in cōspectu Domini, & seruierūt idolis, Baalim & Astaroth, & diis Syriæ ac Sidonis & Moab & filiorum Ammon & Philisthiim: dimiserúntque Dominum, & non coluerunt

'monte 3 MS. 'in monte H. C. G.

[7] eum. *Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthiim & filiorum Ammon. [8] *Afflictíque sunt, & vehementer oppressi per annos decem & octo, omnes qui habitabant trans Iordanem in Terra-Amorrhæi, quæ est in [9] Galaad: *in tantum, vt filij Ammon Iordane transmisso vastarent Iudā & Beniamin & Ephráim: afflictúsque est Israel [10] nimis. *Et clamantes ad Dominum, dixerunt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus 'Dominum' Deum nostrum, & ser- 'g MS. R. H. C. G.
[11] uiuimus Baalim. *Quibus locutus est Dominus, Nunquid non Ægyptij & Amorrhæi, filíque Ammon & Philisthiim, *Sidonij quoque & Amalec & [12] Chanáan oppresserunt vos, & clamastis [13] ad me, & erui vos de manu eorum? *Et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos: idcirco non addam vt vltrà vos [14] liberem. *ite, & inuocate deos quos elegistis: ipsi vos liberent in tempore angustiæ. [15] *Dixerúntque filij Israel ad Dominum, Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet: tantum nunc libera nos.
[16] *Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idôla proiecerunt, & seruierunt Domino Deo: qui doluit [17] super miseriis eorum. *Itaque filij Ammō conclamantes, in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filij Israel, [18] in Maspha castrametati sunt. *Dixerúntque principes Galaad singuli ad proximos suos, Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

CAP. XI.

[1] FVit itaq. illo in tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atq. pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus [2] est de Galaad. *Habuit autem Galaad vxorem, de qua suscepit filios: qui postquam creuerant, eiecerunt Iephte, dicentes, Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus [3] es. *Quos ille fugiens atque deuitans, habitauit in Terra-Tob: congregatíque sunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur. [4] *In illis diebus pugnabant filij Ammon contra Israel,

tra Israel. [5] Quibus acriter instantibus perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium sui Iephte de Terra-Tob: [6] dixerúntque ad eum, Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon. [7] Quibus ille respondit, Nónne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me necessitate compulsi? [8] Dixerúntque principes Galaad ad Iephte, Ob hãc igitur causam nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium qui habitant in Galaad. [9] Iephte quoq. dixit eis, Si verè venistis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradiderítque eos Dominus in manus meas, ego ero vester princeps? [10] Qui respondérunt ei, Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est quòd nostra promissa faciemus. [11] Abiit itaq. Iephte cum principibus Galaad, fecítque eum omnis populus principem sui. Locutúsque est Iephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha. [12] Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua dicerent, Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terram meam? [13] Quibus ille respondit, Nu. 21,13. Quia tulit Israel terram meam, quando ascẽdit de Ægypto à finibus Arnon vsq. Ieboc atque Iordanem: nunc ergo cum pace redde mihi eam. [14] Per quos rursum mandauit Iephte, & imperauit eis vt dicerent regi Ammon, [15] Hæc dicit Iephte, Non tulit Israel Terrã-Moab, nec Terram filiorum Ammon: [16] sed quando de Ægypto conscenderunt, ambulauit per solitudinem vsque ad Mare-rubrum, & venit in Cades. Nu.20,29. [17] Misitque nuntios ad regem Edõ, dicens, Dimitte me vt transeam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaque in Cades, [18] & circuiuit ex latere Terram-Edom, & Terram-Moab: venítq. contra Orientalem plagam Terræ-Moab, & castrametatus est trans Arnon: nec voluit intrare terminos Moab: Arnõ quippe confinium est Terræ-Moab. [19] Misit itaque Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei, Dimitte vt transeam per terram tuam vsque ad fluuium. [20] Qui & ipse Israel verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos: sed infinita multitudine congregata egressus est contra eum in Iasa, & fortiter resistebat. [21] Tradidítque eum Dominus in manus Israel cum omni exercitu suo, & percussit eum, & possedit omnem Terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, [22] & vniuersos fines eius de Arnon vsque Ieboc, & de solitudine vsq. ad Iordanem. [23] Dominus ergo Deus Israel subuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israel, & tu nunc vis possidere terram eius? [24] Nónne ea quæ possedit Chamos Deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem: [25] nisi fortè melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum, [26] quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroër, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanẽ, per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? [27] Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me malè agis, indicens mihi bella non iusta. Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Israel, & inter filios Ammon. [28] Noluítque acquiescere rex filiorum Ammõ verbis Iephte, quæ per nuntios mandauerat. [29] Factus est ergo super Iephte Spiritus Domini, & circuiens Galaad & Manasse, Maspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios Ammon, [30] votum vouit Domino, dicens, Si tradideris filios Ammõ in manus meas, [31] quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihíque occurrerit reuertenti cũ pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. [32] Transiuítque Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus eius. [33] Percussítque ab Aroër vsque dum venias in

niasin Mennith, viginti ciuitates, & vsq. ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis. humiliatíque sunt filij Ammon à filiis Israel. [34] Reuertente autem Iephte in Maspha domũ suam, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris. non enim habebat alios liberos. [35] Qua visa scidit vestimenta sua, & ait, Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. [36] Cui illa respondit, Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominũ, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. [37] Dixítque ad patrem, Hoc solum mihi præsta quod deprecor, Dimitte me vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. [38] Cui ille respondit, Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cúmque abiisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. [39] Expletísque duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virũ. Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est; [40] vt post anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

CAP. XII.

[1] ECce autem in Ephráim orta est seditio. nam transeuntes contra Aquilonẽ, dixerunt ad Iephte, Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domũ tuam. [2] Quibus ille respondit, Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauíque vos vt præberetis mihi auxiliũ, & facere noluistis. [3] Quod cernens, posui animam meam in manibus meis, transiuíque ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prœlium? [4] Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephráim: percusserúntque viri Galaad Ephráim, quia dixerat, Fugitiui est Galaad de Ephráim, & habitat in medio Ephráim & Manasse. [5] Occupauerúntque Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephráim reuersurus erat. Cúmque venisset ad ea de Ephráim numero fugiẽs, atque dixisset, Obsecro vt me transire permittas: dicebant ei Galaaditæ, Nunquid Ephrathæus es? [6] quo dicente, Non sum: interrogabãt eum, Dic ergo Schibbóleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat, Sibbóleth: eadem litera spicam exprimere non valens. Statímq. apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephráim quadraginta duo millia.

[7] Iudicauit itaque Iephte Galaadites Israel sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. [8] Post hunc iudicauit Israel Abesan de Beth-léhem: [9] qui habuit triginta filios, & totidem filias: quas emittens foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit vxores, introducens in domum suam. Qui [10] septem annis iudicauit Israel: mortuúsque est, ac sepultus in Beth-léhem. [11] Cui successit Ahialon Zabulonites: & iudi- Elon 1 MS. H. C. G. [12] cauit Israel decem annis: mortuúsque [13] est ac sepultus in Zabulon. [14] Post hunc iudicauit Israel Abdon, filius Elel Pharathonites: qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendẽtes super septuaginta pullos asinarum, & iudi- [15] cauit Israel octo annis: mortuúsque est ac sepultus in Pharathõ terræ Ephráim, in monte Amalec.

CAP. XIII.

[1] RVrsúmque filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis. [2] Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilem. [3] Cui apparuit angelus Domini, & dixit ad eam, Sterilis es & absq. liberis: sed concipies [4] & paries filium. caue ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quic- Nu.6,3. [5] quam comedas: quia concipies, & paries filium, cuius nõ tanget caput nouacula: erit enim nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum. [6] Quæ cùm venisset ad maritum suum, dixit

dixit ei, Vir Dei venit ad me, habẽs vultum angelicum, terribilis nimis. Quem cùm interrogaſſem quis eſſet, & vnde veniſſet, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: *ſed hoc reſpõdit, Ecce 7
cõcipies & paries filium: caue ne vinum bibas, nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immundo: erit enim puer nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex vtero matris ſuæ, vſque ad diem mortis ſuæ. *Orauit itaq. 8
Manue Dominum, & ait, Obſecro Domine, vt vir Dei quẽ miſiſti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui naſciturus eſt. *Exau- 9
[a] Deus R.H.G. diuítque [a] Dominus' deprecantem Manue, & apparuit rurſum angelus Dei vxori eius ſedẽti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quę cùm vidiſſet angelum, *feſtinauit, & cucurrit ad virum ſuum: nuntiauítque ei, di- 10
cens, Ecce apparuit mihi vir quem antè videram. *Qui ſurrexit, & ſecutus eſt 11
vxorem ſuam: veniénſq. ad virum, dixit ei, Tu es qui locutus es mulieri? Et ille reſpõdit, Ego ſum. *Cui Manue, Quan- 12
do, inquit, ſermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer? aut à quo ſe obſeruare debebit? *Dixítq. angelus Do- 13
mini ad Manue: Ab omnibus quæ locutus ſum vxori tuæ, abſtineat ſe: *& 14
quicquid ex vinea naſcitur, non comedat: vinum & ſiceram non bibat, nullo veſcatur immundo: & quod ei præcepi, impleat atque cuſtodiat. *Dixítq. Ma- 15
nue ad angelum Domini, Obſecro te vt acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. *Cui reſpondit 16
angelus, Si me cogis, non comedam panes tuos: ſi autem vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Et neſciebat Manue quòd angelus Domini eſſet.
*Dixítq. ad eum, Quod eſt tibi nomen, 17
vt ſi ſermo tuus fuerit expletus, honoremus te? *Cui ille reſpõdit, Cur quæris 18
nomẽ meum, quod eſt mirabile? *Tulit 19
itaq. Manue hœdum de capris, & libamenta, & poſuit ſuper petram, offerens Domino qui facit mirabilia: ipſe autem & vxor eius intuebantur. *Cúmque 20
aſcenderet flamma altaris in cælum, angelus Domini pariter in flamma aſcendit. Quod cùm vidiſſent Manue & vxor
21 eius, proni ceciderunt in terram, *& vltrà eis non apparuit angelus Domini. Statímq. intellexit Manue angelũ Do-
22 mini eſſe, *& dixit ad vxorem ſuam, Morte moriemur, quia vidimus [b] Domi- [b] Deum R.H.G.
23 num'. *Cui reſpondit mulier, Si Dominus nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum & libamenta nõ ſuſcepiſſet, nec oſtendiſſet nobis hæc omnia, neque ea quæ ſunt ventura, dixiſſet.
24 *Peperit itaque filium, & vocauit nomen eius Samſon. Creuítque puer, &
25 benedixit ei Dominus. *Cœpítq. Spiritus Domini eſſe cum eo in caſtris Dan inter Saraa & Eſthaol.

CAP. XIIII.

1 DEſcendit ergo Samſon in Thamnátha. vidénſq. ibi mulierem de filia-
2 bus Philiſthiim, *aſcendit, & nuntiauit patri ſuo, & matri ſuæ, dicens, Vidi mulierem in Thamnátha de filiabus Philiſthinorum: quam quæſo vt mihi acci-
3 piatis vxorem. *Cui dixerunt pater & mater ſua, Nunquid nõ eſt mulier in filiabus fratrũ tuorum, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philiſthiim, qui incircunciſi ſunt? Dixítq. Samſon ad patrem ſuum, Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis. *Parentes autẽ eius neſciebant quòd res à Do-
4 mino fieret, & quæreret occaſionẽ contra Philiſthiim. eo enim tempore Philiſthiim dominabantur Iſraeli. *Deſcen-
5 dit itaque Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnátha. Cúmque veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis
6 ſæuus, & rugiens, & occurrit ei. *Irruit autem Spiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonem, quaſi hœdũ in fruſta decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indi-
7 care. *Deſcendítque & locutus eſt mu-
8 lieri quæ placuerat oculis eius. *Et poſt aliquot dies reuertens vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat ac
9 fauus mellis. *Quem cùm ſumpſiſſet in manibus comedebat in via: veniénſque ad patrem

ad patrem ſuum & matrẽ, dedit eis partem, qui & ipſi comederunt: nec tamen
[a] ore MS. A.B. eis voluit indicare quòd mel de [a] 'corpore' leonis aſſumpſerat. *Deſcendit itaq. 10
pater eius ad mulierem, & fecit filio ſuo Samſon conuiuium. ſic enim iuuenes facere conſueuerant. *Cùm ergo ciues lo- 11
ci illius vidiſſent eum, dederunt ei ſodales triginta qui eſſent cum eo. *Quibus 12
locutus eſt Samſon, Proponã vobis problema: quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuij, dabo vobis triginta ſindones, & totidẽ tunicas. *ſin autem 13
non potueritis ſoluere, vos dabitis mihi triginta ſindones, & eiuſdem numeri tunicas. Qui reſponderunt ei, Propone problema, vt audiamus. *Dixítque eis, 14
De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. nec potuerunt per tres dies propoſitionem ſoluere. *Cúm- 15
que adeſſet dies ſeptimus, dixerunt ad vxorem Samſon, Blandire viro tuo, & ſuade ei vt indicet tibi quid ſignificet problema. quod ſi facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui. an idcirco vocaſtis nos ad nuptias vt ſpoliaretis? *Quæ fundebat apud Samſon 16
lacrymas, & querebatur dicens, Odiſti me, & non diligis: idcirco problema quod propoſuiſti filijs populi mei, non vis mihi exponere. At ille reſpondit, Patri meo & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? *Septem igitur diebus 17
conuiuij flebat ante eum: tandémque die ſeptimo cùm ei eſſet moleſta, expoſuit. Quæ ſtatim indicauit ciuibus ſuis.
*Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis 18
occubitum, Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos, Si non araſſetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meam. *Irruit itaq. in eum 19
Spiritus Domini, deſcendítque Aſcalonem, & percuſſit ibi triginta viros. quorum ablatas veſtes dedit iis qui problema ſoluerant. Iratúſque nimis aſcendit in domum patris ſui: *vxor autem eius 20
accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

CAP. XV.

1 POſt aliquantulum autem temporis, cùm dies triticeæ meſſis inſtarent, venit Samſon inuiſere volens vxorem ſuam, & attulit ei hœdum de capris. Cúmque cubiculum eius ſolito vellet intrare, prohibuit illum pater illius, di-
2 cens, *Putaui quòd odiſſes eam, & ideo tradidi illam amico tuo: ſed habet ſororem, quæ iunior & pulchrior illa eſt, ſit
3 tibi pro ea vxor. *Cui Samſon reſpondit, Ab hac die non erit culpa in me contra Philiſthæos: faciam enim vobis mala.
4 *Perrexítque & cepit trecentas vulpes, caudáſq. earum iunxit ad caudas, & fa-
5 ces ligauit in medio: *quas igne ſuccendens, dimiſit, vt huc illúcque diſcurrerent. Quæ ſtatim perrexerunt in ſegetes Philiſthinorum. Quibus ſuccenſis, & comportatæ iam fruges, & adhuc ſtantes in ſtipula, concrematæ ſunt, in tantum, vt vineas quoque & oliueta, flãma
6 conſumeret. *Dixerúntq. Philiſthiim, Quis fecit hãc rem? Quibus dictum eſt, Samſon gener Thamnathæi: quia tulit vxorem eius, & alteri tradidit, hæc operatus eſt. Aſcenderúntque Philiſthiim: & combuſſerunt tam mulierem quàm
7 patrem eius. *Quibus ait Samſon, Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quieſcam.
8 *Percuſſítque eos ingenti plaga, ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent. Et deſcendens habitauit in ſpelunca petræ
9 Etam. *Igitur aſcendentes Philiſthiim in Terrã Iuda caſtrametati ſunt in loco qui poſtea vocatus eſt Lechi, id eſt ma-
10 xilla: vbi eorũ fuſus eſt exercitus. *Dixerúntq. ad eos de tribu Iuda, Cur aſcẽdiſtis aduerſum nos? Qui reſponderunt, Vt ligemus Samſon venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus eſt. *De- 11
ſcenderunt ergo tria millia virorum de Iuda, ad ſpecum ſilicis Etam, dixerúntq. ad Samſon, Neſcis quòd Philiſthiim imperent nobis? [a] quare [a] hoc facere voluiſti? Quibus ille ait, Sicut fecerunt mihi, [a] & H. C. G. [a] ergo 2 MS.
12 ſic feci eis. *Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manus Philiſthinorũ. Quibus Samſon, Iurate, ait, & ſpondete
13 mihi quòd nõ occidatis me. *Dixerunt, Non te occidemus, ſed vinctum trademus. Ligauerúntque eum duobus nouis

funibus,& tulerunt eum de petra Etam.
14 *Qui cùm veniſſet ad locum Maxillæ,
& Philiſthiim vociferantes occurriſſent
ei, irruit Spiritus Domini in eũ: & ſicut
*ardorem IO MS. R. O. n. liina I MS. R. H. C. 6. ſolent ad odorem' ignis ligna' conſumi,
ita vincula quibus ligatus erat, diſſipata
15 ſunt & ſoluta. *Inuentámq. maxillam,
id eſt mandibulam aſini,quæ iacebat,ar-
ripiens, interfecit in ea mille viros, 16 *&
ait, In maxilla aſini, in mandibula pulli
aſinarum deleui eos, & percuſſi mille
viros. 17 *Cúmque hæc verba canens com-
pleſſet, proiecit mãdibulam de manu,&
vocauit nomẽ loci illius Ramath-lechi,
quod interpretatur eleuatio maxillæ.
18 *Sitiénſque valde, clamauit ad Domi-
num,& ait, Tu dediſti in manu ſerui tui
ſalutem hanc maximam atq. victoriam:
& en ſiti morior, incidámque in manus
*Deus R. M. C. G. 19 incircunciſorum. *Aperuit itaque Do-
minus' molarem dẽtem in maxilla aſini,
& egreſſæ ſunt ex eo aquæ: Quibus hau-
ſtis refocillauit ſpiritum,& vires recepit.
Idcirco appellatum eſt nomẽ loci illius,
Fons-inuocantis-de-maxilla, vſque in
20 præſentem diem. *Iudicauítque Iſrael
in diebus Philiſthiim viginti annis.

CAP. XVI.

1 ABiit quoque in Gazam, & vidit ibi
mulierem meretricem, ingreſſúſq.
2 eſt ad eam. *Quod cùm audiſſent Phi-
liſthiim,& percrebuiſſet apud eos intraſ-
ſe vrbem Samſon,circundederunt eum,
poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus: &
ibi tota nocte cum ſilentio præſtolantes,
vt facto manè exeuntem occiderent.
3 *Dormiuit autem Samſon vſq. ad me-
dium noctis: & inde conſurgens appre-
hendit ambas portæ fores cum poſtibus
ſuis & ſera, impoſitáſque humeris ſuis
portauit ad verticem montis qui reſpicit
4 Hebron. *Poſt hæc amauit mulierem,
quæ habitabat in Valle-ſorec,& vocaba-
5 tur Dalila. *Venerúntque ad eam prin-
cipes Philiſthinorum, atque dixerunt,
Decipe eum, & diſce ab illo, in quo ha-
beat tantam fortitudinem, & quomo-
do eum ſuperare valeamus,& vinctum
affligere. quod ſi feceris, dabimus tibi
6 ſinguli mille & centum argenteos. *Lo-
cuta eſt ergo Dalila ad Sãſon, Dic mihi,
obſecro, in quo ſit tua maxima fortitu-
do,& quid ſit quo ligatus erumpere ne-
7 queas? *Cui reſpondit Samſon,Si ſeptem
neruiceis funibus necdum ſiccis, & ad-
huc humentibus ligatus fuero, infirmus
8 ero vt cæteri homines. *Attulerúntque
ad eam ſatrapæ Philiſthinorum ſeptẽ fu-
nes, vt dixerat: quibus vinxit eum, la-
9 tentibus apud ſe inſidiis, *& in cubiculo
finem rei expectantibus, clamauítque
ad eum, Philiſthiim ſuper te Samſon.
Qui rupit vincula, quomodo ſi rumpat
quis filum de ſtupa tortum ſputamine,
*'ardorem' IO MS. R. cùm odorem' ignis acceperit: & non eſt
cognitum in quo eſſet fortitudo eius.
10 *Dixítque ad eum Dalila, Ecce illuſiſti
mihi & falſum locutus es: ſaltem nunc
11 indica mihi quo ligari debeas. *Cui ille
reſpondit, Si ligatus fuero nouis funibus
qui nunquã fuerunt in opere, infirmus
12 ero,& aliorum hominum ſimilis. *Qui-
bus rurſum Dalila vinxit eum, & cla-
mauit, Philiſthiim ſuper te Samſon, in
cubiculo inſidiis præparatis. Qui ita ru-
13 pit vincula quaſi fila telarum. *Dixítque
Dalila rurſum ad eũ, Vſquequo decipis
me,& falſum loqueris? oſtende quo vin-
ciri debeas. Cui reſpondit Samſon', Si, *Iud. H. C. G.
inquit, ſeptem crines capitis mei cum li-
cio plexueris, & clauum his circunliga-
14 tum terræ fixeris, infirmus ero. *Quod
cùm feciſſet Dalila, dixit ad eum, Phili-
ſthiim ſuper te Samſon. Qui conſurgens
de ſomno extraxit clauum cum crini-
15 bus & licio. *Dixítque ad eum Dalila,
Quomodo dicis quòd amas me, cũ ani-
mus tuus non ſit mecũ? Per tres vices
mẽtitus es mihi,& noluiſti dicere in quo
16 ſit maxima fortitudo tua. *Cúmq. mo-
leſta eſſet ei, & per multos dies iugiter
adhæreret, ſpatium ad quietem non tri-
buens, defecit anima eius,& ad mortem
17 vſque laſſata eſt. *Tunc aperiens veri-
tatem rei, dixit ad eam, Ferrũ nunquam
aſcendit ſuper caput meum, quia naza-
ræus, id eſt conſecratus Deo ſum de vte-
ro matris meæ: ſi raſum fuerit caput
meum, recedet à me fortitudo mea, &
deficiam, eróque ſicut cæteri homines.
18 *Vidénſque

18 *Vidénſque illa quòd confeſſus ei eſſet
omnem animum ſuum, miſit ad princi-
pes Philiſthinorum ac mãdauit, Aſcen-
dite adhuc ſemel, quia nũc mihi aperuit
cor ſuum. Qui aſcẽderunt aſſumpta pe-
cunia quam promiſerant. 19 *At illa dor-
mire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſi-
nu ſuo reclinare caput. Vocauítq. ton-
ſorem, & raſit ſeptem crines eius,& cœ-
pit abigere eum, & à ſe repellere: ſtatim
enim ab eo fortitudo diſceſſit: 20 *dixítq.,
Philiſtiim ſuper te Samſon. Qui de ſom-
no cõſurgens, dixit in animo ſuo, Egre-
diar ſicut antè feci,& me excutiam, ne-
ſciens quòd receſſiſſet ab eo Dominus.
21 *Quem cùm apprehendiſſent Phili-
ſtiim, ſtatim eruerũt oculos eius,& du-
xerunt Gazam vinctum catenis,& clau-
ſum in carcere molere fecerunt. 22 *Iámq.
capilli eius renaſci cœperant, 23 *& princi-
pes Philiſthinorũ conuenerũt in vnum
vt immolarent hoſtias magnificas Da-
gon deo ſuo,& epularentur, dicentes,
Tradidit Deus noſter inimicũ noſtrum
Samſon in manus noſtras. 24 *Quod etiam
populus videns, laudabat deum ſuum,
eadémque dicebat, Tradidit deus no-
ſter aduerſarium noſtrum in manus no-
ſtras, qui deleuit terram noſtram, & oc-
cidit plurimos. 25 *Lætantéſq. per conui-
uia, ſumptis iam epulis, præceperunt vt
vocaretur Samſon, & ante eos luderet.
Qui adductus de carcere ludebat ante
eos, fecerúntq. eum ſtare inter duas co-
lumnas. 26 *Qui dixit puero regenti greſ-
ſus ſuos, Dimitte me, vt tangam colum-
nas quibus omnis imminet domus, &
recliner ſuper eas, & paululum requieſ-
cam. 27 *Domus autem erat plena viro-
rum ac mulierum, & erant ibi omnes
principes Philiſthinorũ, ac de tecto &
ſolario circiter tria millia vtriuſq. ſexus
ſpectantes ludentem Samſon. 28 *At ille
inuocato Domino ait, Domine Deus,
memento mei,& redde mihi nunc for-
titudinem priſtinam Deus meus, vt vl-
ciſcar me de hoſtibus meis, & pro amiſ-
ſione duorum luminũ vnam vltionem
recipiam. 29 *Et apprehendens ambas co-
lumnas, quibus innitebatur domus, al-
terámque earum dextera,& alteram læ-
ua tenens, 30 *ait, Moriatur anima mea
cum Philiſtiim. cõcuſſiſq. fortiter colu-
mnis, cecidit domus ſuper omnes prin-
cipes, & cæteram multitudinem quæ
ibi erat: multóq. plures interfecit mo-
riens, quàm antè viuus occiderat. 31 *De-
ſcendẽtes autem fratres eius & vniuer-
ſa cognatio tulerunt corpus eius, & ſe-
pelierunt inter Saráa & Eſthaol in ſe-
pulchro patris ſui Manue: iudicauítq.
Iſrael viginti annis.

CAP. XVII.

1 FVítque eo tempore vir quidam de
monte Ephráim nomine Michas,
2 *qui dixit matri ſuæ, Mille & centum
argenteos quos ſeparaueras tibi,& ſuper
quibus me audiente iuraueras, ecce ego
habeo, & apud me ſunt. Cui illa reſpon-
dit, Benedictus filius meus Domino.
3 *Reddidit ergo eos matri ſuæ, quæ di-
xerat ei, Conſecraui,& voui hoc argen-
tum Domino, vt de manu mea ſuſcipiat
4 filius meus,& faciat ſculptile atque con-
flatile: & nunc trado illud tibi. *Red-
didit igitur eos matri ſuæ: quæ tulit du-
centos argenteos, & dedit eos argenta-
rio, vt faceret ex eis ſculptile atque con-
5 flatile, quod fuit in domo Michæ. *Qui
ædiculam quoque in ea Deo ſeparauit,
& fecit ephod, & theraphim, id eſt veſtẽ
ſacerdotalem, & idola: impleuítq. vnius
filiorum ſuorum manum, & factus eſt
6 ei ſacerdos. *In diebus illis non erat rex
in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi re-
7 ctum videbatur, hoc faciebat. *Fuit
quoque alter adoleſcens de Beth-léhem
*Iuda H. C. G. Iuda, ex cognatione eius': erátque ipſe
8 Leuites, & habitabat ibi. *Egreſſúſq. de
ciuitate Beth-léhem, peregrinari voluit
vbicunque ſibi commodum reperiſſet.
Cúmq. veniſſet in montẽ Ephráim iter
faciens, & declinaſſet parumper in do-
9 mum Michæ, *interrogatus eſt ab eo
vnde veniſſet. Qui reſpõdit, Leuita ſum
de Beth-léhem Iuda,& vado vt habitem
vbi potuero, & vtile mihi eſſe proſpexe-
10 ro. *Dixítque Michas, Mane apud me,
& eſto mihi parens ac ſacerdos: dabóq.
tibi per annos ſingulos decem argẽteos,

ac veſtem duplicem, & quæ ad victum
ſunt neceſſaria. *Acquieuit, & manſit 11
apud hominem, fuítque illi quaſi vnus
de filiis. *impleuítque Michas manum 12
eius, & habuit puerum ſacerdotem
apud ſe, *Nunc ſcio, dicens, quòd be- 13
*Dominus R. H. c. c. nefaciet mihi 'Deus' habenti Leuitici
generis ſacerdotem.

CAP. XVIII.

IN diebus illis non erat rex in Iſrael,& 1
tribus Dan quærebat poſſeſſionẽ ſibi,
vt habitaret in ea: vſque ad illum enim
diem inter cæteras tribus ſortem nõ ac-
ceperat. *Miſerunt ergo filij Dan, ſtir- 2
pis & familiæ ſuæ quinque viros fortiſ-
ſimos de Saraa & Eſthaol, vt explorarẽt
terram, & diligenter inſpicerent: dixe-
rúntque eis, Ite, & conſiderate terram.
Qui cùm pergentes veniſſent in mon-
tem Ephráim, & intraſſent domũ Mi-
chæ, requieuerunt ibi: *& agnoſcentes 3
vocem adoleſcentis Leuitæ, vtentéſque
illius diuerſorio, dixerunt ad eum, Quis
te huc adduxit? Quid hîc agis? quam ob
cauſam huc venire voluiſti? *Qui re- 4
ſpondit eis, Hæc & hæc præſtitit mihi
Michas, & me mercede conduxit vt ſim
ei ſacerdos. *Rogauerunt autem eum 5
*Deum R. H. G. Textui conformiter, legunt MS. & c. vt hoc, & ſequenti loco. vt conſuleret 'Dominum', & ſcire poſ-
ſent an proſpero itinere pergerẽt, & res
haberet effectum. *Qui reſpondit eis, 6
Ite cũ pace, Dominus reſpicit viam ve-
ſtram, & iter quo pergitis. *Euntes igi- 7
tur quinq. viri venerunt Lais: viderún-
que populum habitantem in ea abſque
vllo timore, iuxta conſuetudinem Si-
doniorum, ſecurũ & quietum, nullo ei
penitus reſiſtente, magnarúmq. opum,
& procul à Sidone atque à cunctis ho-
minibus ſeparatum. *Reuerſíque ad 8
fratres ſuos in Saraa & Eſthaol, & quid
egiſſent ſciſcitantibus *reſponderunt, 9
Surgite & aſcendamus ad eos: vidimus
enim terram valde opulentam & hube-
rem: nolite negligere, nolite ceſſare. ea-
mus, & poſſideamus eam, nullus erit la-
bor. *Intrabimus ad ſecuros, in regio- 10
*Deus R. H. G. nem latiſſimam, tradétque nobis 'Do-
minus' locum, in quo nullius rei eſt pe-
nuria, eorum quæ gignuntur in terra.

*Profecti igitur ſunt de cognatione Dã, 11
'id eſt', de Saraa & Eſthaol ſexcenti viri
accincti armis bellicis, *aſcendentéſq. 12
manſerunt in Cariath-iarim Iudæ: qui
locus ex eo tempore Caſtrorum-Dan,
nomen accepit, & eſt poſt tergum Ca-
riath-iarim. *'Inde tranſierunt in mon- 13 'R. H. G.
tem Ephráim. Cúmq. veniſſent ad do-
mum Michæ, *dixerunt quinque viri, 14
qui prius miſſi fuerant ad conſideran-
dam Terram-Lais, cęteris fratribus ſuis,
Noſtis quòd in domibus iſtis ſit ephod,
& theraphim, & ſculptile atq. conflati-
le: videte quid vobis placeat. *Et cùm 15
paululum declinaſſent, ingreſſi ſunt do-
mum adoleſcentis Leuitæ, qui erat in
domo Michæ: ſalutauerúntq. eum ver-
bis pacificis. *Sexcenti autem viri ita vt 16
erant armati, ſtabant ante oſtium. *At 17
illi qui ingreſſi fuerãt domum iuuenis,
ſculptile & ephod & theraphim, atque
conflatile tollere nitebãtur, & ſacerdos
ſtabat ante oſtium, ſexcentis viris for-
tiſſimis haud procul expectantibus.
*Tulerunt igitur qui intrauerant, ſcul- 18
ptile, ephod, & idôla, atque conflatile.
Quibus dixit ſacerdos, Quid facitis?
*Cui reſponderunt, Tace, & pone digi- 19
tum ſuper os tuum: veníque nobiſcum,
vt habeamus te patrem ac ſacerdotem.
Quid tibi melius eſt, vt ſis ſacerdos in
domo vnius viri, an in vna tribu & fa-
milia in Iſrael? *Quod cùm audiſſet, ac- 20
quieuit ſermonibus eorũ, & tulit ephod
& idôla, ac ſculptile, & profectus eſt cũ
eis. *Qui cùm pergerent, & ante ſe ire 21
feciſſent paruulos ac iumenta, & omne
quod erat pretioſum, *iámq. à domo 22
Michæ eſſent procul, viri qui habitabãt
in ædibus Michæ conclamantes ſecuti
ſunt, *& poſt tergum clamare cœpe- 23
runt. Qui cùm reſpexiſſent, dixerũt ad
Micham, Quid tibi vis? cur clamas?
*Qui reſpondit, Deos meos quos mihi 24
feci, tuliſtis, & ſacerdotẽ, & omnia quæ
habeo: & dicitis, Quid tibi eſt? *Dixe- 25
rúntq. ei filij Dan, Caue ne vltrà loqua-
ris ad nos, & veniant ad te viri animo
concitati, & ipſe cum omni domo tua
pereas. *Et ſic cœpto itinere perrexe- 26
runt.

runt. Videns autem Michas quòd for-
tiores ſe eſſent, reuerſus eſt in domum
ſuam. *Sexcenti autem viri tulerunt ſa- 27
cerdotem, & quæ ſuprà diximus: vene-
rúntque in Lais ad populum quieſcen-
tem atque ſecurum, & percuſſerunt eos
in ore gladij: vrbémque incendio tradi-
derunt, *nullo penitus ferente præſi- 28
dium, eò quòd procul habitarent à Si-
done, & cum nullo hominũ haberent
quicquam ſocietatis ac negotij. Erat au-
tẽ ciuitas ſita in regione Rohob: quam
rurſum extruentes habitauerunt in ea,
*vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta 29
vocabulum patris ſui quẽ genuerat Iſ-
rael, quæ prius Lais dicebatur. *Poſue- 30
*'Gerſam MS. *Manaſſe H. C. G. Latinis autem codicib. prater alia exemplaria quadã Græca, ſuffragantur. rúntq. ſibi ſculptile, & Ionathan filium
'Gerſom' filij 'Moyſi', ac filios eius ſa-
cerdotes in tribu Dan, vſq. ad diem ca-
ptiuitatis ſuæ. *Manſitq. apud eos idô- 31
lum Michæ omni tempore quo fuit do-
mus Dei in Silo. in diebus illis non erat
rex in Iſrael.

CAP. XIX.

FVit quidam vir Leuites, habitans in 1
latere montis Ephráim, qui accepit
vxorem de Beth-léhem Iuda: *quæ re- 2
liquit eum, & reuerſa eſt in domum pa-
tris ſui in Beth-léhem, manſitque apud
eum quatuor menſibus. *Secutúſque 3
eſt eam vir ſuus, volens reconciliari ei,
atque blandiri, & ſecum reducere, ha-
bens in comitatu puerũ & duos aſinos:
quæ ſuſcepit eum, & introduxit in do-
mum patris ſui. Quod cùm audiſſet ſo-
cer eius, eúmque vidiſſet, occurrit ei læ-
tus, *& amplexatus eſt hominem. Man- 4
ſitque gener in domo ſoceri tribus die-
bus, comedens cum eo & bibens fami-
liariter. *Die autẽ quarto de nocte con- 5
ſurgens, proficiſci voluit. Quem tenuit
ſocer, & ait ad eum, Guſta prius puſil-
lum panis, & conforta ſtomachum, &
ſic proficiſcêris. *Sederúntque ſimul, 6
ac comederunt & biberunt. Dixítque
pater puellæ ad generum ſuum, Quæſo
te vt hodie hîc maneas, paritérque lætę-
mur. *At ille conſurgens, cœpit velle 7
proficiſci. Et nihilominus obnixè eum
ſocer tenuit, & apud ſe fecit manere.

*Manè autem facto, parabat Leuites 8
iter. Cui ſocer rurſum, Obſecro, inquit,
vt paululum cibi capias, & aſſumptis
viribus, donec increſcat dies, poſtea pro-
ficiſcaris. Comederunt ergo ſimul. *Sur- 9
rexítque adoleſcens, vt pergeret cum
vxore ſua & puero. Cui rurſum locutus
eſt ſocer, Conſidera quòd dies ad occa-
ſum declinior ſit, & propinquat ad ve-
ſperum: mane apud me etiam hodie, &
duc lætum diem, & eras proficiſcêris vt
vadas in domum tuam. *Noluit gener 10
'ſtatim ſurrexit I. M S. *ſurrexit & perrexit H. c. G. acquieſcere ſermonibus eius: ſed 'ſtatim
perrexit', & venit contra Iebus, quæ al-
tero nomine vocatur Ieruſalem, ducens
ſecum duos aſinos onuſtos, & concubi-
nam. *Iámque aderant iuxta Iebus, & 11
dies mutabatur in noctem: dixítq. puer
ad dominum ſuum, Veni, obſecro, de-
clinemus ad vrbem Iebuſæorum, & ma-
neamus in ea. *Cui reſpondit dominus, 12
Non ingrediar oppidum gentis alienæ,
quæ non eſt de filiis Iſrael, ſed tranſibo
vſque Gabaa, *& cùm illuc peruenero, 13
manebimus in ea, aut certè in vrbe
Rama. *Tranſierunt ergo Iebus, & cœ- 14
ptum carpebant iter, occubuítque eis
ſol iuxta Gabaa, quæ eſt in tribu Ben-ia-
min: *diuerterúntq. ad eam, vt mane- 15
rent ibi. Quò cùm intraſſent, ſedebant
in platea ciuitatis, & nullus eos recipere
voluit hoſpitio. *Et ecce, apparuit homo 16
ſenex, reuertens de agro & de opere ſuo
veſperi, qui & ipſe de monte erat E-
phráim, & peregrinus habitabat in Ga-
baa. homines autem regionis illius erant
filij Iemini. *Eleuatíſq. oculis, vidit ſe- 17
nex ſedentẽ hominem cũ ſarcinulis ſuis
in platéa ciuitatis: & dixit ad eum, Vnde
venis? & quò vadis? *Qui reſpondit ei, 18
Profecti ſumus de Beth-léhem Iuda, &
pergimus ad locum noſtrum, qui eſt in
latere montis Ephráim, vnde ieramus in
Beth léhẽ: & nunc vadimus ad domum
'Dei', nullúſque ſub tectum ſuum nos 'Domini R. H. c.
vult recipere, *habentes paleas & fœ- 19
num in aſinorum pabulum, & panem ac
vinum in meos & ancillæ tuæ vſus, &
pueri qui mecũ eſt: nulla re indigemus,
niſi hoſpitio. *Cui reſpondit ſenex, Pax 20

tecum ſit, ego præbebo omnia quæ neceſſaria ſunt: tantùm, quæſo, ne in platea maneas. [21] *Introduxítque eum in domum ſuam, & pabulum aſinis præbuit: ac poſtquam lauerunt pedes ſuos, recepit eos in conuiuium. [22] *Illis epulantibus, & poſt laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius, filij Belial (id eſt, abſque iugo,) & circundantes domum ſenis, fores pulſare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes, Educ virum qui ingreſſus eſt domum tuam, vt abutamur eo. [23] *Egreſſúſque eſt ad eos ſenex, & ait, Nolite fratres, nolite facere malũ hoc: quia ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, & ceſſate ab hac ſtultitia: [24] *habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis: tantùm obſecro, ne ſcelus hoc contra naturam, operemini in virum.

[25] *Nolebant acquieſcere ſermonibus illius. quod cernens homo, eduxit ad eos cõcubinam ſuam, & eis tradidit illudendam: qua cùm tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eam manè. [26] *At mulier recedentibus tenebris, venit ad oſtium domus, vbi manebat dominus ſuus, & ibi corruit. [27] *Manè facto, ſurrexit homo, & aperuit oſtium, vt cœptam expleret viam: & ecce concubina eius iacebat ante oſtium ſparſis in limine manibus. [28] *Cui ille, putans eam quieſcere, loquebatur, Surge, & ambulemus. Qua nihil reſpõdente, intelligens quòd erat mortua, tulit eam, & impoſuit aſino, reuerſúſque eſt in domum ſuam. [29] *Quam cùm eſſet ingreſſus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum oſſibus ſuis in duodecim partes ac fruſta concîdens, miſit in omnes terminos Iſrael. [30] *Quod cùm vidiſſent ſinguli, conclamabant, Nunquam res talis facta eſt in Iſrael ex eo die quo aſcenderunt patres noſtri de Ægypto, vſque in præſens tempus: ferte ſententiam, & in commune decernite quid facto opus ſit.

CAP. XX.

[1] EGreſſi itaque ſunt omnes filij Iſrael, & pariter cõgregati, quaſi vir vnus, de Dan vſque Berſabee, & Terra-Galaad [2] ad Dominum in Maſpha: *Omnéſque anguli populorum, & cunctæ tribus Iſrael in eccleſiã populi Dei conuenerunt quadringẽta millia peditũ pugnatorum. [3] *(Nec latuit filios Ben-iamin quòd aſcendiſſent filij Iſrael in Maſpha) Interrogatúſque Leuita maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum ſcelus perpetratũ eſſet, *reſpondit, Veni in Gabaa Ben-iamin cum vxore mea, illúcque di- [5] uerti. *& ecce homines ciuitatis illius circundederunt nocte domum in qua manebã, volentes me occidere, & vxorem meam incredibili furore libidinis [6] vexantes, denique mortua eſt. *Quam arreptam, in fruſta concîdi, miſíque partes in omnes terminos poſſeſſionis veſtræ: quia nunquã tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael.

[7] *Adeſtis omnes filij Iſrael, decernite [8] quid facere debeatis. *Stánſque omnis populus, quaſi vnius hominis ſermone reſpondit, Non recedemus in tabernacula noſtra, nec ſuam quiſquam intra- [9] bit domum. *ſed hoc contra Gabaa in [10] commune faciemus, *Decem viri eligantur è centum ex omnibus tribubus Iſrael, & centũ de mille, & mille de decem millibus, vt comportent exercitui cibaria, & poſſimus pugnare contra Gabaa Ben-iamin, & reddere ei pro ſcelere [11] quod meretur. *Conuenítque vniuerſus Iſrael ad ciuitatem, quaſi homo vnus [12] eadem mente, vnóq. conſilio. *& miſerunt nuntios ad omnem tribum Ben-iamin, qui dicerent, Cur tantum nefas in [13] vobis repertum eſt? *Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Iſrael. Qui noluerunt fratrũ ſuorum [14] filiorum Iſrael audire mandatum: *ſed ex cunctis vrbibus quæ ſortis ſuæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxiliũ, & contra vniuerſum populum [15] Iſrael dimicarent. *Inuentíque ſunt viginti quinque millia de Ben-iamin educentium gladium, præter habitatores [16] Gabaa, *qui ſeptingenti erant viri fortiſſimi, ita ſiniſtra vt dextra prœliantes: & ſic

Vide n. Latine in mſs. codic. ſinistra.

& ſic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque poſſent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. [17] *Virorum quoque Iſrael, abſque filiis Ben-iamin, inuenta ſunt quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam. [18] *Qui ſurgentes venerunt in domum Dei, hoc eſt, in Silo: conſuluerúntq. Dominum, atq. dixerunt, Quis erit in exercitu noſtro princeps certaminis contra filios Ben-iamin? Quibus reſpõdit Dominus, Iudas ſit dux veſter. [19] *Statímque filij Iſrael ſurgentes manè, caſtrametati ſunt iuxta Gabaa: [20] *& inde procedentes ad pugnam contra Ben-iamin, vrbem oppugnare cœperunt. [21] *Egreſſíq. filij Beniamin de Gabaa, occiderunt de filiis Iſrael die illo viginti duo millia virorum. [22] *Rurſum filij Iſrael & fortitudine & numero confidentes, in eodem loco in quo prius certauerant, aciem direxerunt:

[23] *ita tamen vt prius aſcenderent & flerent coram Domino vſque ad noctem: conſuleréntq. eum, & dicerent, Debeo vltrà procedere ad dimicandum contra filios Ben-iamin fratres meos, an non? Quibus ille reſpondit, Aſcendite ad eos, & inite certamen. [24] *Cúmque filij Iſrael altera die cõtra filios Ben-iamin ad prœlium proceſſiſſent, [25] *eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa: & occurrentes eis tanta in illos cæde bacchati ſunt, vt decem & octo millia virorum educentium gladium proſternerent. [26] *Quam ob rem omnes filij Iſrael venerũt in domum Dei, & ſedentes flebant corã Domino: ieiunauerúntque die illo vſq. ad veſperam, & obtulerunt ei holocauſta, atque pacificas victimas, [27] *& ſuper ſtatu ſuo interrogauerunt. Eo tẽpore ibi erat arca fœderis Domini, [28] *& Phinees filius Eleazari filij Aaron præpoſitus domus. Conſuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt, Exire vltrà debemus ad pugnã contra filios Ben-iamin fratres noſtros, an quieſcere? Quibus ait Dominus, Aſcendite, cras enim tradam eos in manus veſtras. [29] *Poſuerúntque filij Iſrael inſidias per circuitum vrbis Gabaa: [30] *&

tertia vice, ſicut ſemel & bis, cõtra Ben- [31] iamin exercitum produxerunt. *Sed & filij Ben-iamin audacter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduerſarios longius perſecuti ſunt, ita vt vulnerarent ex eis ſicut primo die & ſecundo, & cæderent per duas ſemitas vertentes terga, quarum vna ferebatur in Beth-el, & altera in Gabaa, atque proſternerent tri- [32] ginta circiter viros: *putauerunt enim ſolito eos more cædere. Qui fugam arte ſimulantes inierunt conſilium vt abſtraherent eos de ciuitate, & quaſi fugientes ad ſupradictas ſemitas perduce- [33] rent. *Omnes itaq. filij Iſrael ſurgentes de ſedibus ſuis, tetenderunt aciem in loco qui vocatur Baalthamar. Inſidiæ quoque quæ circa vrbem erant, paula- [34] tim ſe aperire cœperunt, *& ab Occidentali vrbis parte procedere. Sed & alia decem millia virorum de vniuerſo Iſrael, habitatores vrbis ad certamina prouocabant. Ingrauatúmq. eſt bellum contra filios Ben-iamin: & non intellexerunt quòd ex omni parte illis inſtaret [35] interitus. *Percuſſitque eos Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, & interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia, & centum viros, omnes bellato- [36] res & educentes gladium. *Filij autem Ben-iamin cùm ſe inferiores eſſe vidiſſent, cœperunt fugere. Quod cernentes filij Iſrael, dederũt eis ad fugiendum locum, vt ad præparatas inſidias deuenirent, quas iuxta vrbem poſuerant.

[37] *Qui cùm repentè de latibulis ſurrexiſſent, & Ben-iamin terga cædentibus daret, ingreſſi ſunt ciuitatem, & percuſ- [38] ſerunt eam in ore gladij. *Signum autem dederant filij Iſrael his quos in inſidiis collocauerant, vt poſtquam vrbem cepiſſent, ignem accenderent: vt aſcendente in altũ fumo, captam vrbem [39] demonſtrarent. *Quod cùm cernerent filij Iſrael in ipſo certamine poſiti (putauerunt enim filij Ben-iamin eos fugere, & inſtantius perſequebantur, cæſis de exercitu eorum triginta viris.)

[40] *& 'viderunt' quaſi columnam fumi de ciuitate conſcendere. Ben-iamin

'viderent MS.

quoque reſpiciens retrò, cùm captam
cerneret ciuitatem, & flammas in ſub-
lime ferri: *qui prius ſimulauerant fu- 41
gã, verſa facie fortius reſiſtebant. Quod
cùm vidiſſent filij Ben-iamin, in fugam
verſi ſunt, *& ad viam deſerti ire cœpe- 43
runt, illuc quoque eos aduerſariis perſe-
quentibus. ſed & hi qui vrbem ſuccen-
derant, occurrerunt eis. *Atque ita fa- 43
ctum eſt, vt ex vtraque parte ab hoſtibus
cæderẽtur, nec erat vlla requies morien-
tium. Ceciderunt atq. proſtrati ſunt ad
Orientalem plagam vrbis Gabaa. *Fue- 44
runt autem qui in eodem loco interfecti
ſunt, decem & octo millia virorum, omnes robuſtiſſimi pugnatores. *Quod 45
cùm vidiſſent, qui remanſerant de Ben-
iamin, fugerunt in ſolitudinem: & per-
gebant ad petram, cuius vocabulũ eſt
Remmon. In illa quoque fuga palantes,
& in diuerſa tendẽtes, occiderunt quin-
que millia viros. Et cùm vltra tende-
rent, perſecuti ſunt eos, & interfecerunt
etiam alia duo millia. *Et ſic factum eſt, 46
vt omnes qui ceciderant de Ben-iamin
in diuerſis locis, eſſent vigintiquinque
millia, pugnatores ad bella promptiſſi-
mi. *Remanſerunt itaque de omni nu- 47
mero Ben-iamin, qui euadere potue-
runt, & fugere in ſolitudinem, ſexcenti
viri: ſederúntq. in Petra-remmon men-
ſibus quatuor. †Regreſſi autem filij Iſ- 48
rael, omnes reliquias ciuitatis à viris vſ-
que ad iumẽta gladio percuſſerunt, cun-
ctáſque vrbes & viculos Ben-iamin vo-
rax flamma conſumpſit.

CAP. XXI.

IVrauerunt quoque filij Iſrael in Maſ- 1
pha & dixerũt, Nullus noſtrûm dabit
filiis Ben-iamin de filiabus ſuis vxorem.
*Venerúntque omnes ad domum Dei 2
in Silo, & in conſpectu eius ſedentes vſq.
ad veſperam, leuauerunt vocem, & ma-
gno vlulatu cœperunt flere, *dicentes, 3
Quare Domine Deus Iſrael factum eſt
hoc malum in populo tuo, vt hodie vna
tribus auferretur ex nobis? *Altera au- 4
tem die diluculo conſurgentes, extruxe-
runt altare: obtulerúntque ibi holocau-
ſta, & pacificas victimas, *& dixerunt, 5
Quis non aſcendit in exercitu' Domini de vniuerſis tribubus Iſrael? Grãdi enim iuramento ſe cõſtrinxerant, cùm eſſent in Maſpha, interfici eos qui defuiſſent.
6 *Ductíque pœnitentia filij Iſrael ſuper fratre ſuo Ben-iamin, cœperunt dicere,
7 Ablata eſt tribus vna de Iſrael, *vnde vxores accipient? omnes enim in commune iurauimus, non daturos nos his filias noſtras. *Idcirco dixerũt, Quis eſt de
8 vniuerſis tribubus Iſrael, qui non aſcendit ad Dominum in Maſpha? Et ecce inuenti ſunt habitatores Iabes-Galaad in
9 illo exercitu non fuiſſe. (*Eo quoque tempore cùm eſſent in Silo, nullus ex
10 eis ibi repertus eſt). *Miſerunt itaque decẽ millia viros robuſtiſſimos, & præceperunt eis, Ite, & percutite habitatores Iabes-Galaad in ore gladij, tam vxo-
11 res quàm paruulos eorum. *Et hoc erit quod obſeruare debebitis, Omne generis maſculini, & mulieres quæ cognouerunt viros, interficite, virgines autem
12 reſeruate'. *Inuentæque ſunt de Iabes-Galaad quadringentæ virgines, quæ neſcierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad caſtra in Silo, in Terram-Chanáan.
13 *Miſerúntque nuntios ad filios Ben-iamin qui erant in Petra-rẽmmon, & præceperunt eis, vt eas' ſuſciperent in
14 pace. *Venerúntque filij Ben-iamin in illo tempore, & datæ ſunt eis vxores de filiabus Iabes-Galaad: alias autem non repererunt, quas ſimili modo traderent.
15 *Vniuerſúſq. Iſrael valde doluit, & egit pœnitentiam ſuper interfectione vnius
16 tribus ex Iſrael. *Dixerúntque maiores natu, Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores? omnes in Ben-iamin
17 fœminæ conciderunt, *& magna nobis cura ingentíque ſtudio prouidendum
18 eſt, ne vna tribus deleatur ex Iſrael. *Filias enim noſtras eis dare non poſſumus, conſtricti iuramento & maledictione, qua diximus, Maledictus qui dederit de
19 filiabus ſuis vxorem Ben-iamin. *Ceperúntque conſilium, atque dixerunt, Ecce ſolennitas Domini eſt in Silo anniuerſaria, quæ ſita eſt ad Septentrionem vrbis Beth-el, ad Oriẽtalem plagam viæ quæ de

quæ de Beth-el tendit ad Sichimam, &
ad meridiem oppidi Lebona. *Præce- 20
perúntque filiis Ben-iamin, atque dixe-
runt, Ite, & latitate in vineis. *Cumque 21
videritis filias Silo ad ducendos choros
ex more procedere, exite repentè de vi-
neis, & rapite ex eis ſinguli vxores ſingu-
las, & pergite in Terram-Ben-iamin.
*Cumque venerint patres earum, ac 22
fratres, & aduerſum vos queri cœperint,
atque iurgari, dicemus eis, Miſeremini
eorum: non enim rapuerunt eas iure
bellantium atq. victorum, ſed roganti-
bus vt acciperent, non dediſtis, & à ve-
ſtra parte peccatum eſt. *Feceruntque 23
filij Ben-iamin, vt ſibi fuerat imperatũ:
& iuxta numerum ſuum rapuerunt ſibi
de his quæ ducebant choros, vxores ſin-
gulas: Abieruntque in poſſeſſionẽ ſuam,
ædificantes vrbes, & habitantes in eis.
*Filij quoque Iſrael reuerſi ſunt per tri- 24
bus, & familias in tabernacula ſua. In
diebus illis nõ erat rex in Iſrael: ſed vnuſ-
quiſque quod ſibi rectum videbatur,
hoc faciebat.

LIBER RVTH.

CAPVT I.

IN diebus vnius 1
iudicis, quando
iudices præerant,
facta eſt fames in
Terra. Abiítque
homo de Beth-
lehẽ Iuda, vt pe-
regrinaretnr in
regione Moabiti-
de cum vxore ſua, ac duobus liberis.
*ipſe vocabatur Eli-mélech, & vxor eius 2
Noëmi: & duo filij, alter Mahalon, & al-
ter Chelion, Ephrathæi de Beth-léhem
Iuda. Ingreſſíq. regionem Moabitidem,
morabantur ibi. *Et mortuus eſt Eli- 3
mélech maritus Noëmi: remanſitque
ipſa cum filiis. *Qui acceperunt vxores 4
Moabitidas, quarũ vna vocabatur Or-
pha, alteráque Ruth. Manſerúntque ibi
decem annis, *& ambo mortui ſunt, 5
Mahalon videlicet & Chelion: reman-
ſitque mulier orbata duobus liberis ac
marito. *Et ſurrexit vt in patriam perge- 6
ret cum vtraque nuru ſua de regione
Moabitide: audierat enim quòd reſpe-
xiſſet Dominus populũ ſuum, & dediſ-
'ei MS q. ſet 'eis' eſcas. *Egreſſa eſt itaque de loco 7
ſua 5 MS H.C.G. peregrinationis ſuę, cum vtraque nuru:
& iam in via reuertẽdi poſita in Terram-
Iuda, *dixit ad eas, Ite in domum matris 8
veſtræ, faciat vobiſcum Dominus miſe-
ricordiam, ſicut feciſtis cum mortuis &
9 mecum. *Det vobis inuenire requiem
in domibus virorũ quos ſortituræ eſtis.
Et oſculata eſt eas. Quæ eleuata voce fle-
10 re cœperunt, *& dicere, Tecum perge-
11 mus ad populum tuum. *Quibus illa
reſpondit, Reuertimini filiæ mi, cur ve-
nitis mecum? num vltrà habebo filios in
vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſi-
12 tis? *Reuertimini filiæ mi, & abite: iam
enim ſenectute confecta ſum, nec apta
vinculo coniugali. etiam ſi poſſem hac
13 nocte concipere, & parere filios, *ſi eos
exſpectare velitis donec creſcant, & an-
nos pubertatis impleãt, antè eritis vetu-
læ quàm nubatis. Nolite quæſo filiæ mi:
quia veſtra anguſtia magis me premit,
& egreſſa eſt manus Domini contra me.
14 *Eleuata igitur voce, rurſum flere cœpe-
runt. Orpha oſculata eſt ſocrũ, ac reuerſa
15 eſt: *Ruth adhæſit ſocrui ſuæ. cui dixit
Noëmi, En reuerſa eſt cognata tua ad
populũ ſuum, & ad deos ſuos, vade cum
16 ea. *Quæ reſpondit, Ne aduerſeris mihi
vt relinquam te & abeam: quocunque
enim perrexeris, pergam: & vbi mora-
ta fueris, & ego pariter morabor. Popu-
lus tuus populus meus, & Deus tuus
17 Deus meus. *Quæ te terra morientem
ſuſceperit, in ea moriar: ibíque locum
accipiam ſepulturæ. Hæc mihi faciat
'Deus', & hæc addat, ſi non ſola mors me
'Dominus R.H. C.G.

& te ſeparauerit. ‡Videns ergo Noëmi, 18
quòd obſtinato animo Ruth decreuiſ-
ſet ſecum pergere, aduerſari noluit, nec
ad ſuos vltrà reditum perſuadere: ‡pro- 19
fectæq. ſunt ſimul,& venerunt in Beth-
léhem. Quibus vrbem ingreſſis, velox
apud cunctos fama percrebuit: dice-
bántque mulieres, Hæc eſt illa Noëmi.
‡Quibus ait, Ne vocetis me Noëmi (id 20
eſt, pulchram:) ſed vocate me Mara (id
eſt amaram) quia amaritudine valde re-
pleuit me Omnipotens. ‡Egreſſa ſum 21
plena, & vacuam reduxit me Dominus.
Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Do-
minus humiliauit, & afflixit Omnipo-
tens? ‡Venit ergo Noëmi cum Ruth 22
Moabitide nuru ſua, de terra peregrina-
tionis ſuæ: ac reuerſa eſt in Beth-léhem,
quando primùm hordea metebantur.

CAP. II.

ERat autẽ viro Eli-mélech cõſangui- 1
neus, homo potens, & magnarum
opum, nomine Booz. ‡Dixítque Ruth 2
Moabitis ad ſocrum ſuam, Si iubes, va-
dam in agrum, & colligam ſpicas quæ
fugerint manus metentium, vbicunq.
clementis in me patris familias reperero
gratiam. Cui illa reſpõdit, Vade filia mi.
‡Abiit itaque & colligebat ſpicas poſt 3
terga metentium. Accidit autem vt ager
ille haberet dominum nomine Booz,
qui erat de cognatione Eli-mélech. ‡Et 4
ecce, ipſe veniebat de Beth-léhem, di-
xítq. meſſoribus, Dominus vobiſcum.
Qui reſponderunt ei, Benedicat tibi Do-
minus. ‡Dixítque Booz iuueni qui meſ- 5
ſoribus præerat, Cuius eſt hæc puella?
‡Cui reſpondit, Hæc eſt Moabitis quæ 6
venit cum Noëmi, de regione Moabiti-
de, ‡& rogauit vt ſpicas colligeret re- 7
manentes, ſequens meſſorum veſtigia:
& de manè vſque nunc ſtat in agro, & ne
ad momentũ quidem domum reuerſa
eſt. ‡Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne 8
vadas in alterum agrum ad colligẽdum,
nec recedas ab hoc loco: ſed iungere
puellis meis, ‡& vbi meſſuerint, ſeque- 9
re. Mandaui enim pueris meis, vt nemo
moleſtus ſit tibi: ſed etiã ſi ſitieris, vade
ad ſarcinulas, & bibe aquas de quibus &
10 pueri bibunt. ‡Quæ cadens in faciem
ſuam & adorans ſuper terram, dixit ad
eum, Vnde mihi hoc, vt inuenirem gra-
tiam ante oculos tuos, & noſſe me di-
11 gnareris peregrinam mulierem? ‡Cui
ille reſpondit; Nuntiata ſunt mihi omnia
quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri
tui: & quòd reliqueris parentes tuos, &
terram in qua nata es, & veneris ad po-
12 pulum quem antea neſciebas. ‡Reddat
tibi Dominus pro opere tuo, & plenam
mercedẽ recipias à Domino Deo Iſrael,
ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti
13 alas. ‡Quæ ait, "Inueni' gratiam apud "Inuenī 1 MS.
oculos tuos, domine mi, qui conſolatus c. Inue-
es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ
non ſum ſimilis vnius puellarum
14 tuarum. ‡Dixítque ad eam Booz, Quan-
do hora veſcendi fuerit, veni huc, & co-
mede panem, & intinge buccellã tuam
in aceto. Sedit itaque ad meſſorum la-
tus, & congeſſit polentam ſibi, come-
dítque, & ſaturata eſt, & tulit reliquias.
15 ‡Atque inde ſurrexit, vt ſpicas ex more
colligeret. ‡Præcepit autem Booz pueris
ſuis, dicens: Etiamſi vobiſcum metere
16 voluerit, ne prohibeatis eam: ‡& de ve-
ſtris quoq. manipulis proiicite de indu-
ſtria, & remanere permittite, vt abſque
rubore colligat, & colligentem nemo
17 corripiat. ‡Collegit ergo in agro vſque
ad veſperam: & quæ collegerat virga cæ-
dens & excutiens, inuenit hordei quaſi
18 ephi menſurã, id eſt tres modios. ‡Quos
portãs reuerſa eſt in ciuitatem, & oſten-
dit ſocrui ſuæ: inſuper protulit, & dedit
ei de reliquiis cibi ſui quo ſaturata fue-
19 rat. ‡Dixítque ei ſocrus ſua, Vbi hodie
collegiſti, & vbi feciſti opus? ſit benedi-
ctus qui miſertus eſt tui. Indicauítque ei
apud quem eſſet operata: & nomẽ dixit
20 viri, quòd Booz vocaretur. ‡Cui reſpon-
dit Noëmi, Benedictus ſit à Domino:
quoniam eãdem gratiam quam præbue-
rat viuis, ſeruauit & mortuis. Rurſúmq.
21 ait, Propinquus noſter eſt homo. ‡Et
Ruth, Hoc quoq., inquit, præcepit mihi,
vt tamdiu meſſoribus eius iungerer, do-
22 nec omnes ſegetes meterentur. ‡Cui
dixit ſocrus, Melius eſt filia mi, vt cum
puellis

puellis eius exeas ad metendum, ne in
alieno agro quiſpiam reſiſtat tibi. ‡Iun- 23
cta eſt itaq. puellis Booz: & tamdiu cum
eis meſſuit, donec hordea & triticum in
horreis conderentur.

CAP. III.

POſtquam autẽ reuerſa eſt ad ſocrum 1
ſuã, audiuit ab ea, Filia mi, quæram
tibi requiem, & prouidebo vt bene ſit ti-
bi. ‡Booz iſte, cuius puellis in agro iun- 2
cta es, propinquus noſter eſt, & hac no-
cte aream hordei ventilat. ‡Lauare igi- 3
tur, & vngere, & induere cultioribus ve-
ſtimentis, & deſcende in aream. non te
videat homo, donec eſum potúmque fi-
nierit. ‡Quando autẽ ierit ad dormien- 4
dum, nota locum in quo dormiat: ve-
niéſque, & diſcooperies pallium quo
operitur à parte pedũ, & proiicies te, &
ibi iacebis: ipſe autẽ dicet tibi quid age-
re debeas. ‡Quæ reſpondit, Quicquid 5
præceperis, faciam. ‡Deſcendítque in 6
aream, & fecit omnia quæ ſibi impera-
uerat ſocrus. ‡Cúmq. comediſſet Booz, 7
& bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſétq.
ad dormiendum iuxta aceruum mani-
pulorum, venit abſconditè, & diſcoope-
rto pallio à pedibus eius ſe proiecit. ‡Et 8
ecce, nocte iam media expauit homo, &
conturbatus eſt: vidítque mulierem ia-
centem ad pedes ſuos, ‡& ait illi, Quæ 9
es? Illáq. reſpondit, Ego ſum Ruth an-
cilla tua: expande pallium tuum ſuper
famulam tuam, quia propinquus es.
‡Et ille, Benedicta, inquit, es à Domino 10
filia, & priorem miſericordiam poſterio-
re ſuperaſti: quia non es ſecuta iuuenes
pauperes, ſiue diuites. ‡Noli ergo me- 11
tuere, ſed quicquid dixeris mihi, faciam
tibi. Scit enim omnis populus qui habi-
tat intra portas vrbis meæ, mulierem te
eſſe virtutis. ‡Nec abnuo me propin- 12
quum, ſed eſt alius me propinquior.
‡Quieſce hac nocte: & facto manè, ſi te 13
voluerit propinquitatis iure retinere, be-
ne res acta eſt: ſin autẽ ille noluerit, ego
te abſque vlla dubitatione ſuſcipiam, vi-
uit Dominus. dormi vſque manè. ‡Dor- 14
miuit itaque ad pedes eius, vſque ad no-
ctis abſceſſum. Surrexit itaq. antequam
homines ſe cognoſcerent mutuò, & di-
xit Booz, Caue ne quis nouerit quòd
15 huc veneris. ‡Et rurſum, Expãde, inquit,
pallium tuum, quo operiris, & tene vtra-
que manu. Qua extendente, & tenen-
te, menſus eſt ſex modios hordei, & po-
ſuit ſuper eam. Quæ portans ingreſſa eſt
16 ciuitatem, ‡& venit ad ſocrum ſuam.
Quæ dixit ei, Quid egiſti filia? Narrauít-
17 que ei omnia quę ſibi feciſſet homo. ‡Et
ait, Ecce ſex modios hordei dedit mihi,
& ait, Nolo vacuam te reuerti ad ſocrum
18 tuam. ‡Dixítque Noëmi, Expecta filia
donec videamus quem res exitum ha-
beat. neque enim ceſſabit homo niſi
compleuerit quod locutus eſt.

CAP. IIII.

1 AScendit ergo Booz ad portã, & ſedit
ibi. Cúmque vidiſſet propinquum
præterire, de quo prius ſermo habitus
eſt, dixit ad eum, Declina pauliſper, &
ſede hîc: vocans eum nomine ſuo. Qui
2 diuertit, & ſedit. ‡Tollens autem Booz
decem viros de ſenioribus ciuitatis, di-
xit ad eos, Sedete hîc. Quibus reſidenti-
3 bus ‡locutus eſt ad propinquũ, Partem "vendit
agri fratris noſtri Eli-mélech "vendet' 6 MS.
Noëmi, quę reuerſa eſt de regione Moa- "vendidit H.C.G.
4 bitide. ‡quod audire te volui, & tibi di-
cere coram cunctis ſedentibus, & maio-
ribus natu de populo meo. Si vis poſſi-
dere iure propinquitatis: eme, & poſſi-
de. ſin autem diſplicet tibi hoc ipſum,
indica mihi, vt ſciam quid facere de-
beam. nullus enim eſt propinquus ex-
cepto te, qui prior es: & me, qui ſecun-
dus ſum. At ille reſpondit, Ego agrum
5 emam. ‡Cui dixit Booz, Quãdo emeris
agrum de manu mulieris, Ruth quoque
Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit,
debes accipere: vt ſuſcites nomen pro-
6 pinqui tui in hæreditate ſua. ‡Qui re-
ſpondit, Cedo iuri propinquitatis: neq.
enim poſteritatem familiæ meæ delere
debeo. tu meo vtere priuilegio, quo me
7 libenter carere profiteor. ‡‖Hic autem Deu.25,7.
erat mos antiquitus in Iſrael inter pro-
pinquos, vt ſi quando alter alteri ſuo
iuri cedebat: vt eſſet firma conceſſio,
ſoluebat homo calceamentum ſuum,
& dabat

*propinquo MS. R.

& dabat *proximo' ſuo. hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael. 8 *Dixit ergo propinquo ſuo Booz, Tolle calceamentum tuum. Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo.

9 *At ille maioribus natu, & vniuerſo populo, Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, quòd poſſederim omnia quæ fuerunt Eli-mélech, & Chelion & Mahalon, tradente Noëmi: 10 *& Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniugiũ ſumpſerim, vt ſuſcitem nomen defuncti in hæreditate ſua, ne vocabulum eius de familia ſua ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei teſtes eſtis. 11 *Reſpondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu, Nos teſtes ſumus: faciat Dominus hanc mulierẽ, quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel, & Liam, quę ædificauerunt domum Iſrael: vt ſit exemplum virtutis in Ephratha, & habeat celebre nomen in Beth-léhem:

12 *fiátque domus tua, ſicut domus Phares
Gen 38,29. *quem Thamar peperit Iudæ, de ſeminẽ quod tibi dederit Dominus ex hac puella. 13 *Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem: ingreſſúſque eſt ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & 14 páreret filium. *Dixerúntque mulieres ad Noëmi, Benedictus Domin9 qui non eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Iſrael. 15 *Et habeas qui conſoletur animã tuam, & enutriat ſenectutẽ. de nuru enim tua natus eſt, qui te diliget: & multò tibi melior eſt, quàm ſi ſeptem haberes filios. 16 *Suſceptúmque Noëmi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. 17 *Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus eſt filius Noëmi: vocauerunt nomen eius Obed: hic eſt pater Iſai, patris Dauid.

18 *Hæ ſunt generationes Phares: *Phares 19 genuit Eſron, Eſron genuit Arã, Aram' 20 genuit Aminadab, *Aminadab genuit Nahaſſon, Nahaſſon genuit Salmon. 21 * Salmon genuit Booz, Booz genuit 22 Obed: *Obed genuit Iſai, Iſai genuit Dauid.

LIBER

LIBER PRIMVS SAMVELIS, QVEM NOS PRIMVM REGVM DICIMVS.

CAPVT I.

1 VIT VIR VNVS de Ramathaímſophim, de mõte Ephráim, & nomen eius Elcana, filius Ierohã, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph, Ephratæus: 2 *& habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna. Fuerúntque Phenennę filij: Annæ autem non erant liberi. 3 *Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret & ſacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Domini.

4 *Venit ergo dies, & immolauit Elcana, dedítq. Phenennæ vxori ſuæ, & cunctis 5 filiis eius, & filiabus partes: *Annæ autem dedit partem vnam triſtis, quia Annam diligebat. Dominus autem con- 6 cluſerat vuluam eius. *Affligebat quoq. eam æmula eius, & vehementer angebat, in tãtum, vt exprobraret quòd Do- 7 minus concluſiſſet vuluam eius: *ſicq. faciebat per ſingulos annos, cũ redeunte tempore aſcenderẽt ad templum Domini: & ſic prouocabat eam. porrò illa 8 flebat, & non capiebat cibum. *Dixit ergo ei Elcana vir ſuus, Anna, cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid nõ ego me- 9 lior tibi ſum, quàm decem filij? Surrexit autem Anna poſtquàm comederat, & biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes domus 10 Domini, *cùm eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter, 11 *& votum vouit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederíſque ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius.

12 *Factum eſt autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli 13 obſeruaret os eius. *Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Æſtimauit ergo eam Heli 14 temulentam, *dixítque ei, Vſquequo ebria eris? digere pauliſper vinum quo mades.

mades. [15] Respondens Anna, Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infelix nimis ego sum, vinumq. & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in cõspectu Domini. [16] Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta sum vsque in præsens. [17] Tunc Heli ait ei, Vade in pace: & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.

[18] At illa dixit, Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam, & comedit, vultúsq. illius non sunt amplius in diuersa mutati. [19] Et surrexerunt manè, & adorauerunt coram Domino: reuersíque sunt, & venerunt in domum suam in Ramátha. Cognouit autem Elcana Annam vxorem suam: & recordatus est eius Dominus. [20] Et factum est post circulum dierũ, concepit Anna, & peperit filium, vocauítq. nomen eius Samuel: eo quòd à Domino postulasset eum. [21] Ascendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hostiam solemnem, & votũ suum, [22] & Anna non ascendit: dixit enim viro suo, Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. [23] Et ait ei Elcana vir suus: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precórq. vt impleat Dominus verbum suum. Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte. [24] Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis' farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus: [25] & immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. [26] Et ait 'Anna', Obsecro mi domine, viuit anima tua 'domine': ego sum illa mulier quæ steti coram te hîc orans Dominum. [27] Pro puero isto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulaui eum. [28] Idcirco & ego commodaui eum Domino cũctis diebus, quibus fuerit accommodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait:

vno medio 2 MS. H. C. G. Q. n.

-2 MS. H. C. A R. autem & G. legitur.
- MS. R. G. Ab H. autem & C. minimè sollitur.

CAP. II.

[1] EXultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in 'Deo meo': dilatatum est os meum super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo.

'Deo nostro R. B. Vestro & Hieron.

[2] Non est sanctus vt est Dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.

[3] Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriãtes: recedant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum, Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.

[4] Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.

[5] 'Repleti' prius, pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est.

'Sæt. 14 xi.

[6] Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

Dominus tribulat, & requiem dat. Aquila.

[7] Dominus pauperẽ facit & ditat, humiliat & subleuat.

[8] Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & solium glorię teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

[9] Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine 'sua' roborabitur vir.

-VMA Gr.

[10] Dominum formidabunt aduersarij eius, super ipsos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines Terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.

[11] Et abiit Elcana in Ramátha, in domum suam: puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.

[12] Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes [13] Dominum, neq. officium sacerdotum ad populum: sed quicunque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat [14] fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eã in lebetẽ, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod

quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo. [15] Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. [16] Dicebátque illi immolans, Incendatur primùm iuxta morẽ hodie adeps, & tolle tibi quantumcunque desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei, Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin tollam vi. [17] Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia detrahebant homines sacrificio Domini. [18] Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo. [19] Et tunicam paruã faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus; ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solemnem*. [20] Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixítque ei, Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod cõmodasti Domino. Et abierunt in locum suum. [21] Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificat' est puer Samuel apud Dominum.

*& votũ suum o.

[22] Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi: [23] & dixit eis, Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? [24] Nolite filij mei: non enim est bona fama quã ego audio, vt transgredi faciatis populum Dñi. [25] Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dñm peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui: quia voluit Dñs occidere eos. [26] Puer aũt Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Deo quàm hominibus. [27] Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Nunquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cùm essent in Ægypto in domo Pharaonis? [28] Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel.

[29] Quare calce 'abiecistis' victimã meam, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias [30] omnis sacrificij Israel populi mei? Propterea ait Dñs Deus Israel, 'Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in cõspectu meo, vsq. in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus, Absit hoc à me: sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eũ: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. [31] Ecce dies veniunt, & præcîdã brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. [32] Et videbis æmulum tuum in tẽplo, in vniuersis prosperis Israel: & non erit senex in domo tua omnibus diebus. [33] Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua, & pars magna domus tuæ morietur cùm ad virilem ætatem venerit. [34] Hoc autem erit tibi signum quod venturum est duobus filiis Ophni & Phinees, In die vno morientur ambo. [35] Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meũ, & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit corã Christo meo cunctis diebus. [36] Futurum est autem, vt quicunque remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicátque, Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

abijcitis 4 MS. & Aquilæ autem Græci, sumto Hebraï.

3 Reg. 2, 27.

CAP. III.

[1] PVer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, (& sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.) [2] Factum est ergo in die quadam, Heli iacebat in 'loco' suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat [3] videre 'lucernam Dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei. [4] Et vocauit Dominus Samuel. Qui respon-

'lecticulo MS. H. Q. n.

'Q. n.

respondens ait, Ecce ego. [5] Et cucurrit
ad Heli, & dixit, Ecce ego: vocasti enim
te MS. R. G. Quod autem præcedit à M S. q. additur, fili, nec H. nec C. nec G. legunt. me. Qui dixit, Non vocaui: reuertere,
& dormi. Et abiit, & dormiuit. [6] Et ad-
iecit Dominus rursum vocare Samue-
lem. Consurgénsque Samuel abiit ad
Heli, & dixit, Ecce ego: quia vocasti me.
Qui respondit, Non vocaui te fili mi: re-
uertere & dormi. [7] Porrò Samuel nec-
dum sciebat Dominum, neque reuela-
tus fuerat ei sermo Domini. [8] Et adie-
cit Dominus, & vocauit adhuc Samue-
lem tertiò. [9] Qui consurgens abiit ad
Heli, & ait, Ecce ego: quia vocasti me.
Intellexit ergo Heli quia Dominus vo-
caret puerum: & ait ad Samuelẽ, Vade,
& dormi: & si deinceps vocauerit te, di-
ces: Loquere Domine, quia audit seruus
tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in
loco suo. [10] Et venit Dominus, & stetit: &
8 MS. H. C. e q. vocauit sicut vocauerat secũdò, Samuel,
Samuel. Et ait Samuel, Loquere Domi-
ne', quia audit seruus tuus. [11] Et dixit
Dominus ad Samuelem, Ecce ego facio
verbum in Israel, quod quicunque au-
dierit, tinnient ambæ aures eius. [12] In die
illa suscitabo aduersum Heli, omnia quę
locutus sum super domũ eius: incipiam
& complebo. [13] Prædixi enim ei quòd iu-
dicaturus essem domũ eius in æternum,
propter iniquitatem, eo quòd nouerat
indignè agere filios suos, & non corri-
puerit eos. [14] Idcirco iuraui domui Heli,
quòd non expietur iniquitas domus eius
victimis & muneribus vsq. in æternum.
[15] Dormiuit autem Samuel vsque manè,
aperuítque ostia domus Domini. Et Sa-
muel timebat indicare visionem Heli.
[16] Vocauit ergo Heli Samuelem, & di-
xit, Samuel fili mi? Qui respondens, ait,
Præstò sum. [17] Et interrogauit eum, Quis
-o. MS. H. C. G. est sermo quem locutus est Dominus'
ad te? oro te ne celaueris me. hæc faciat
tibi Deus, & hæc addat, si absconderis à
me sermonem, ex omnibus verbis quæ
dicta sunt tibi. [18] Indicauit itaque ei Sa-
muel vniuersos sermones, & nõ absco-
dit ab eo. Et ille respondit, Dominus est:
quòd bonum est in oculis suis faciat.
[19] Creuit autem Samuel, & Dominus
erat cum eo, & non cecidit ex omnibus
[20] verbis eius in terram. [21] Et cognouit vni-
uersus Israel à Dan, vsq. Bersabee, quòd
fidelis Samuel propheta esset Domini.
[21] Et addidit Dominus vt apparêret in
Silo: quoniam reuelatus fuerat Domi-
nus Samueli in Silo, iuxta verbum Do-
mini. Et euenit sermo Samuelis vniuer-
so Israeli.

CAP. IIII.

[1] ET factum est in diebus illis, conue-
nerunt Philisthiim in pugnam'. *-1 MS. H. C. G.*
Egressus est nanque Israel obuiam Phi-
listhiim in prœlium, & castrametatus est
iuxta Lapidem adiutorij. Porrò Phili-
[2] sthiim venerunt in Aphec, & instruxe-
runt aciem contra Israel. Inito autẽ cer-
tamine, terga vertit Israel Philisthæis: &
cæsa sunt in illo certamine passim per
[3] agros, quasi quatuor millia virorum. Et
reuersus est populus ad castra: dixerúnt-
que maiores natu de Israel, Quare per-
cussit nos Dominus hodie coram Phili-
sthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam
fœderis Domini, & veniat in medium
nostri, vt saluet nos de manu inimico-
[4] rum nostrorum. Misit ergo populus in
Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Do-
mini exercituum sedentis super Cheru-
bim: erántque duo filij Heli cum arca
fœderis 'Domini', Ophni & Phinees. *'Dei MS. R. H. G.*
[5] Cúmque venisset arca fœderis Domi-
ni in castra, vociferatus est omnis Israel
[6] clamore grandi, & personuit terra. Et
audierunt Philisthiim vocem clamoris,
dixerúntque, Quænam est hæc vox cla-
moris magni in castris Hebræorum? Et
cognouerunt quòd arca Domini venis-
[7] set in castra. Timuerúntq. Philisthiim,
dicentes, Venit Deus in castra. Et inge-
[8] muerunt, dicentes, Væ nobis: nõ enim
fuit tanta exultatio heri & nudiustertius:
'Filiabus MS. R. Vibenna H. C. G. væ nobis. Quis nos 'seruabit' de manu
Deorum sublimium istorũ? hi sunt Dij
qui percusserunt Ægyptum omni pla-
[9] ga, in deserto. Confortamini, & estote
viri, Philisthiim: ne seruiatis Hebræis,
sicut & illi seruierunt nobis: conforta-
[10] mini, & bellate. Pugnauerũt ergo Phi-
listhiim, & cæsus est Israel, & fugit vnus-
quisque

quisque in tabernaculum suum: & facta
est plaga magna nimis: & ceciderunt de
Israel triginta millia peditum. [11] Et arca
Dei capta est: duo quoque filij Heli mor-
tui sunt, Ophni & Phinees. [12] Currens
autem vir de Ben-iamin ex acie, venit in
Silo in die illa, scissa veste, & conspersus
puluere caput. [13] Cúmque ille venisset,
Heli sedebat super sellam contra viam
'spectans' 9 MS. B. G. H. autem & C. dictiones, & hoc & illo modo, transferri possunt. "expectans'. Erat enim cor eius pauens
pro arca Dei. Vir autem ille postquam
ingressus est, nuntiauit vrbi: & vlulauit
omnis ciuitas. [14] Et audiuit Heli sonitum
clamoris, dixítque, Quis est hic sonitus
tumultus huius? At ille festinauit, & ve-
nit, & nuntiauit Heli. [15] Heli autem erat
nonaginta & octo annorũ, & oculi eius
caligauerant, & videre non poterat. [16] Et
dixit ad Heli, Ego sum qui veni de prœ-
lio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille
ait, Quid actum est fili mi? [17] Respon-
dens autem ille qui nuntiabat, Fugit, in-
quit, Israel coram Philisthiim, & ruina
magna facta est in populo: insuper &
duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phi-
nees: & arca Dei capta est. [18] Cúmque ille
nominasset arcam Dei, cecidit de sella
retrorsum iuxta ostium, & fractis cerui-
cibus mortuus est. Senex enim erat vir
& grandæu': & ipse iudicauit Israel qua-
draginta annis. [19] Nurus autem eius vxor
Phinees, prægnans erat, vicináque par-
tui: & audito nuntio quòd capta esset ar-
ca Dei, & mortuus esset socer suus, & vir
suus, incuruauit se & peperit: irruerant
enim in eam dolores subiti. [20] In ipso au-
tem momento mortis eius, dixerunt ei
qui o. "quæ stabant circa eam, Ne timeas, quia
filium peperisti. Quæ non respondit eis,
neque animaduertit. [21] Et vocauit pue-
rum, I-chabod, dicens, Translata est glo-
Domini MS. q. ria 'de Israel, quia capta est arca Dei, &
pro socero suo & pro viro suo. [22] *Ait,
Et 4 Ms. H. C. G. Translata est gloria ab Israel, eo quòd
capta esset arca Dei.

CAP. V.

[1] PHilisthiim autem tulerunt arcam
Dei, & asportauerunt eam à Lapide-
adiutorij in Azôtum. [2] Tulerúntq. Phi-
listhiim arcam Dei, & intulerunt eam in
templum Dagon, & statuerunt eam iu-
[3] xta Dagon. Cúmque surrexissent dilu-
culo Azotij altera die, ecce Dagon iace-
bat pronus in terra ante arcam Domini:
& tulerunt Dagon, & restituerunt eum
[4] in locum suum. Rursúmque manè die
altera consurgentes, inuenerunt Dagon
iacentem super faciem suam in terra co-
ram arca Domini: caput autem Dagon,
& duæ palmę manuũ eius abscissæ erant
[5] super limen: porrò Dagõ solus truncus
remansérat in loco suo. Propter hanc
causam non calcant sacerdotes Dagon,
& omnes qui ingrediuntur templũ eius,
super limen Dagon in Azoto vsque in
[6] hodiernũ diem. Aggrauata est autem
manus Domini super Azotios, & demo-
litus est eos: '& percussit in secretiori par- *Ps. 77. 66.*
te natium Azôtũ, & fines eius. Et ebul- *-6 MS. R. H. C. G. Q. h.*
lierunt villæ & agri, in medio regionis
illius, & nati sunt mures, & facta est con-
[7] fusio mortis magnę in ciuitate'. Viden-
tes autem viri Azotij hu iusce modi pla-
gam, dixerunt, Non maneat arca Dei
Israel apud nos: quoniam dura est ma-
nus eius super nos, & super Dagõ deum
[8] nostrum. Et mittentes congregaue-
runt omnes satrapas Philisthinorum ad
se, & dixerunt, Quid faciemus de arca
Dei Israel? Respondérúntque Gethæi,
Circunducatur arca Dei Israel. Et cir-
[9] cunduxerunt arcam Dei Israel. Illis au-
tem circunducentibus eam, fiebat ma-
nus Domini per singulas ciuitates inter-
fectionis magnæ nimis: & percutiebat
viros vniuscuiusque vrbis, à paruo vsque
ad maiorem, & computrescebant pro-
minentes extales eorum. Inierúntque *-7 MS. R. H. C. G. Sunt autem G q. exemplaria, quæ legunt: Et fecerunt sibi Gethæi sedes.*
Gethæi' consilium, & fecerunt sibi sedes
[10] pelliceas. Miserunt ergo arcam Dei in
Accaron. Cúmque venisset arca Dei in
Accaron, exclamauerunt Accaronitæ,
dicentes, Adduxerunt ad nos arcam Dei
Israel, vt interficiat nos & populum no-
[11] strum. Miserunt itaq. & congregaue-
runt omnes satrapas Philisthinorũ: qui
dixerunt, "Dimittite' arcam Dei Israel, *"Dimitte o.*
"&' reuertatur in locum suum, "&' non *"vt 2 MS. Conjunctio, quam Textus habet, ab H. C. & G. legitur.*
interficiat nos cum populo nostro. Fie-
bat enim pauor mortis in singulis vrbi-
[12] bus, & grauissima valde manus Dei. 'viri

quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium : & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cælum.

CAP. VI.

1 FVit ergo arca Dñi in regione Philisthinorum septem mensibus. 2 ‡Et *post hæc MS j. R. *vocauerũt Philisthiim sacerdotes & diuinos, dicentes, Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt, 3 ‡Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & scietis quare non recedat manus eius à vobis. Qui dixerunt, Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Respondérúntque illi, 4 ‡Iuxta numerum prouinciarum Philisthinorũ quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris. 5 ‡Facietísq. similitudines anorum vestrorũ, & similitudines murium qui demoliti sunt terram. & dabitis Deo Israel gloriã: si fortè releuet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra. 6 ‡Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor suum? Exo.12,31. ' nónne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? 7 ‡Nunc ergo arripite & facite plaustrum nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus nõ est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi. 8 ‡Tolletísque arcam Domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius: & dimittite eam vt vadat. 9 ‡Et aspicietis: & si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Beth-sames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem minimè, sciemus quia nequaquã manus eius tetigit nos, sed casu accidit. 10 ‡Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerũt ad plaustrum, vitulósque earum concluserunt domi. *Domini 1. MS. R. H. C. G. 11 ‡Et posuerunt arcam 'Dei' super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudinẽ anorum. 12 ‡Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Beth-sames, & itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dextram neq. ad siniſtram: sed & satrapæ Philisthiim sequebantur vsque ad terminos Beth-sames. 13 ‡Porrò Bethsamitæ metebant triticum in valle: & eleuantes oculos suos, viderunt arcam, & gauisi sunt cùm vidissent. 14 ‡Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustri, vaccásque imposuerunt super ea holocaustum Domino. 15 ‡Leuitæ autem deposuerunt arcam 'Dei', & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa Domino. 16 ‡Et quinq. satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. 17 ‡Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthiim pro delicto, Domino: Azôtus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnũ, Geth vnum, Accaron vnum: 18 ‡& mures aureos secundum numerum vrbium Philisthiim, quinque prouinciarum, ab vrbe murata, vsque ad villam quæ erat absq. muro, & vsque ad Abel-magnum, super quem posuerunt arcam Domini, quæ erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsamitis. 19 ‡Percussit autem *de viris Bethsamitibus, eo quòd vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxítque populus, eo quòd Dominus percussisset plebem plaga magna. 20 ‡Et dixerunt viri Bethsamitæ, Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? & ad quem ascẽdet à nobis? 21 ‡Miserúntq. nũtios ad habitatores Cariathiarim, dicentes, Reduxerũt Philisthiim arcam Domini, descendite, & 'reducite' eam ad vos.

*Dominus MS. R.

'ducite MS. R. 'ascendat facite eam

CAP. VII.

1 VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & reduxerũt arcam Domini, & intulerunt eam in domum 'Abinadab' in Gabaa : Eleazarum autem filium eius sanctifi-

'Aminadab MS. A. C. sed fabilum Vatic. sed filium Bibl. H. C. G.

sanctificauerũt, vt custodiret arcam Domini. 2 ‡Et factum est, ex qua die mansit arca 'Domini' in Cariath-iarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus vicesimus : & requieuit omnis domus Israel post Dominum. 3 ‡Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens, Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, 'Baalim' & Astaroth : & præparate corda vestra Domino, '& seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim. 4 ‡Abstulerunt ergo filij Israel Baalim & Astaroth, & seruierũt Domino soli. 5 ‡Dixit autem Samuel, Congregate vniuersum Israel in Maspha, vt orem pro vobis Dominum. 6 ‡Et conuenerunt in Maspha: hauserúntq. aquã, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccauimus Domino. Iudicauítque Samuel filios Israel in Maspha. 7 ‡Et audierunt Philisthiim quòd congregati essent filij Israel in Maspha, & ascenderũt satrapæ Philistinorũ ad Israel. Quod cùm audissent filij Israel, timuerunt à facie Philisthinorum. 8 ‡Dixerúntque ad Samuelem, Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, vt saluet nos de manu Philisthinorum. 9 ‡Tulit autem Samuel agnum lactẽtem vnum, & obtulit illũ holocaustum integrum Domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Israel, & exaudiuit eum Dominus. 10 ‡Factum est autem, cùm Samuel offerret holocaustũ, Philisthiim inière prœlium contra Israel : intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à filiis Israel. 11 ‡' Egressíque 'viri' Israel de Maspha persecuti sunt Philisthæos, & percusserũt eos vsq. ad locum qui erat subter Bethchar. 12 ‡Tulit autem Samuel lapidem vnum, & posuit eum inter Maspha & inter Sen: & vocauit nomen 'loci illius', Lapis-adiutorij. Dixítque, Hucusque auxiliatus est nobis Dñs. 13 ‡Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt vltrà vt venirent in terminos Israel. Facta est itaq. manus Domini super Philisthæos, cũctis diebus Samuelis. 14 ‡Et redditæ sunt vrbes quas tulerant Philisthiim ab Israel, Israeli, ab Accaron vsque Geth, & terminos suos: liberauítque Israel de manu Philisthinorũ, eratq. pax inter Israel & Amorrhæum. 15 ‡'Iudicabat' quoque Samuel Israelem cunctis 16 diebus vitæ suæ: ‡& ibat per singulos annos circuiens Beth-el & Galgala & Maspha, & iudicabat Israelem in supradictis locis. 17 ‡Reuertebatúrq. in Ramátha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem: ædificauit etiam ibi altare Domino.

-2 MS. B. H. C. G.

-3 MS. H. C. G.

Deut.6,13. Mat.4,18.

'Iudicauit MS. H. C.

CAP. VIII.

1 FActum est autem cùm senuisset Samuël, posuit filios suos iudices *' Israel. 2 ‡Fuítque nomen filij eius primogeniti Ioël: & nomen secundi Abia, iudicum in Bersabee. 3 ‡Et non ambulauerunt filij illius in viis eius: sed declinauerunt post auaritiam, acceperúntq. munera, & peruerterunt iudicium. Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramátha. 5 ‡Dixerúntque ei, Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulãt in viis tuis: ' constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut 6 & vniuersæ habent nationes. ‡Displicuítq. sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixissent, Da nobis regẽ, vt iudicet nos. 7 Et orauit Samuel ad Dominum. ‡Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. non enim te abiecerunt, sed me, 8 ne regnem super eos. ‡Iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Ægypto vsque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, & seruierũt diis alienis, sic faciunt etiam tibi. 9 ‡Nunc ergo vocem eorum audi: veruntamen contestare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus est super eos. 10 ‡Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum qui petierat à se regem, 11 ‡& ait, Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis, Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, faciétque sibi equites & præcursores quadrigarum suarum, 12 ‡& constituet sibi tribunos & centuriones, & aratores

*in MS. R. 'nõ Iosiæ.

'filij MS q. R.

Ecc.46,21

*eius 3 MS. B. H. C. G.

Osee 9,14. 13,10. Act.13,21.

agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruũ ſuorum.
13 *Filias quoque veſtras faciet ſibi vn- 13
14 guentarias & focarias, & panificas. *A- 14
gros quoq. veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. *Sed 15
& ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis ſuis. *Seruos etiam veſtros, & ancillas, 16
& iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. *Greges quoque 17
veſtros addecimabit, vóſque eritis ei ſeruui. *Et clamabitis in die illa à facie regis 18
veſtri quem elegiſtis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis regem'. *Noluit autem populus audire vocem Samuelis, ſed dixerũt, 19
Nequaquam, rex enim erit ſuper nos,
*& erimus nos quoq. ſicut omnes gen- 20
tes: & iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis. *Et audiuit Samuel omnia 21
verba populi, & locutus eſt ea in auribus Domini. *Dixit autem Dominus ad Sa- 22
muelem, Audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos regem. Et ait Samuel ad viros Iſrael, Vadat vnuſquiſque in ciuitatem ſuam.

-4 MS. H. G. AG. aſſentem experiuntur.

-9 MS. R. B. H. C. G. Verius à Gq. legitur.

CAP. IX.

*Seror H.C.G. *filij Sareth o.

ET erat vir de Ben-iamin nomine 2
Cis, filius Abi-el, filij 'Seor', filij Bechorath, *filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore. *Et erat ei filius vocabulo 2
Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis Iſrael melior illo. ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.
*Perierant autem aſinæ Cis patris Saul: 3
& dixit Cis ad Saul filium ſuum, Tolle tecum vnũ de pueris, & conſurgens vade & quære aſinas. Qui cùm tranſiſſent per montem Ephráim, *& per terram 4
Saliſa, & non inueniſſent, tranſierunt etiam per Terram-Salim, & non erant: ſed & per Terram Iemini, & minimè repererunt. *Cùm autem veniſſent in Ter- 5
*& non inueniſſent o. *ſuum 6 MS. B. H. C. G. ram-Suph*, dixit Saul ad puerum* qui erat cum eo: Veni & reuertamur, ne fortè dimiſerit pater meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis. *Qui ait ei, Ecce vir 6
Dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, ſine ambiguitate venit. nunc ergo eamus illuc, ſi fortè indicet nobis de via noſtra propter quam venimus. *Dixítque Saul ad puerum ſuum, 7
Ecce ibimus: quid feremus ad virũ Dei? panis defecit in ciſtartiis noſtris: & ſportulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quicquam aliud. *Rurſum puer 8
reſpondit Sauli, & ait, Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtatêris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam noſtrã. *(Olim in Iſrael ſic loque- 9
batur vnuſquiſque vadens conſulere Deum: Venite, & eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.) *Et dixit Saul ad 10
puerum ſuum, Optimus ſermo tuus, veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem in qua erat vir Dei. *Cúmque aſcenderent cli- 11
uum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis, Num hîc eſt Videns? *Quæ re- 12
ſpondentes, dixerunt illis, Hic eſt: ecce ante te, feſtina nunc: hodie enim venit in ciuitatem, quia ſacrificium eſt hodie 13
'populi' in excelſo. *Ingrediẽtes vrbem, ſtatim inuenietis eum antequam aſcendat excelſum ad veſcendum. neq. enim comeſturus eſt populus donec ille veniat: quia ipſe 'benedicet' hoſtiæ, & deinceps 'comedent' qui vocati ſunt. Nunc 14
ergo conſcendite, quia hodie reperietis eum. *Et aſcenderunt in ciuitatem. Cúmque illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam 15
eis, vt aſcenderet in excelſum. *('Dominus autem reuelauerat auriculã Samuelis ante vnam diem quàm veniret Saul, 16
dicens: *Hac ipſa hora, quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te de Terra-Beniamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael: & ſaluabit populum meum de manu Philiſthinorũ: quia reſpexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me.) *Cúmque aſpexiſſet 17
Samuel Saulem, Dominus dixit ei, Ecce, vir quem dixeram tibi, iſte dominabitur populo meo. *Acceſſit autẽ Saul 18
ad Samuelem in medio portæ, & ait, Indica, oro, mihi, vbi eſt domus Videntis. *Et re-

-7 MS. Hier. Aeth. legit.

'populi' MS. B. H. C. G.

'benedicit MS. B. C. G. comedunt MS. B. C. G. Veruntamen aiunt G.

Act. 13, 21.

CAP. X.

Samuel. CAP. IX. REGVM I. CAP. X. *Samuel.*

*Et reſpondit Samuel Sauli dicens, Ego 19
ſum Videns. aſcende ante me in excelſum, vt 'comedatis' mecum hodie, & dimittam te manè: & omnia quæ ſunt in corde tuo, indicabo tibi. *Et de aſinis 20
quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inuentæ ſunt. Et cuius erunt optima quæq. Iſrael? nónne tibi & omni domui patris tui? *Reſpondens autem 21
Saul, ait, Nunquid non filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Ben-iamin? quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum? *Aſſumens ita- 22
que Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. erant enim quaſi triginta viri. *Di- 23
xítque Samuel coco, Da partem quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres ſeorſum apud te. *Leuauit autem cocus ar- 24
mum, & poſuit ante Saul. Dixítque Samuel, Ecce quod remanſit, pone ante te, & comede: quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. *Et deſcenderunt de excelſo in oppi- 25
dum, & locutus eſt cũ Saule in ſolario: 'ſtrauítque Saul in ſolario, & dormiuit'.
*Cúmque manè ſurrexiſſent, & iam 26
'eluceſceret', vocauit Samuel Saulem in ſolario, dicens, Surge, 'vt' dimittam te. Et ſurrexit Saul: egreſſíque ſunt ambo, ipſe videlicet & Samuel. *Cúmque de- 27
ſcenderẽt in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero vt antecedat nos, & tranſeat: tu autem ſubſiſte pauliſper, vt indicem tibi verbum 'Domini'.

*comedas MS. B. G. Pro Textu antè facium R. H. & C.

'dies luceſceret MS. R. *mane aſcenderet H. C. G. '& R. H. e. G.

'Dei i MS. R. H. G.

Aſſ. 13, 21. Oſe. 9, 15.

-8 MS. R. H. C. G. Atin G q. legunnur.

Et dabo tibi duos viros in Meridie, dicéntq. tibi, Inuentæ ſunt aſinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermiſſis pater tuus aſinis, ſolicitus eſt pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo? *Cúmque abieris inde, & vltrà tranſieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi' tres viri aſcendentes ad Deum in Beth-el, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. *Cúmque te ſalutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. *Poſt hæc veniens in collem Dei, vbi eſt ſtatio Philiſthinorum: & cùm ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium & tympanum, & tibiam, & citharam: ipſóſque prophetantes. *Et inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. *Quando ergo euenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quæcumq. inuenerit manus tua, quia 'Dominus' tecum eſt. *Et deſcendes ante me in Galgala: (ego quippe deſcendam ad te) vt offeras oblationem & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus expectabis, donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid facias. *Itaque cùm auertiſſet humerum ſuum, vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerũt omnia ſigna hæc in die illa. *Venerúntque ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obuius ei: & inſiluit ſuper eum Spiritus 'Domini', & prophetauit in medio eorum. *Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiuſtertius, quòd eſſet cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem, Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas? *Reſpondítq. alius ad alterum, dicens, Et 'quis' pater 'eius'? propterea verſum eſt in prouerbiũ, Num & Saul inter prophetas? *Ceſſauit autem prophetare, & venit ad excelſum. *Dixítque patruus Saul ad eum, & ad puerũ eius, Quò abiſtis? Qui reſponderũt, Quærere aſinas: quas cùm non reperiſſemus, venimus ad Samuelem. *Et dixit ei patruus ſuus, Indica mihi, quid dixerit tibi Samuel. *Et

*ſalientes magnas foueas MS. G. Q. H.

*MS q. R.

*Deus t MS. R. H. G.

'Dei i MS. R. H. G.

'Cis ó. 'eorum 7 MS. R. Hier. H. C. Textui autem ſuffra gantur G.

Iuſt. 19, 24.

ait Saul ad patruum ſuum, Indicauit nobis quia inuentæ eſſent aſinæ. De ſermone autem regni non indicauit ei quē locutus fuerat ei Samuel. 17 ‡Et conuocauit Samuel populum ad Dominum in Maſpha: 18 ‡& ait ad filios Iſrael, Hæc dicit Dñs Deus Iſrael, Ego eduxi Iſrael de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebāt vos. 19 ‡Vos autē hodie proieciſtis Deum veſtrum, qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis & tribulationibus veſtris: & dixiſtis, Nequaquam, ſed regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Domino per tribus veſtras, & per familias. 20 ‡Et applicuit Samuel omnes tribus Iſrael, & cecidit ſors tribus ‡Ben-iamin. 21 ‡Et applicuit tribū Ben-iamin & cognationes eius, & cecidit cognatio Metri, & peruenit vſque ad Saul filium Cis. Quæſierunt ergo eum, & non eſt inuentus*.

*illic o. 22 ‡Et conſuluerunt poſt hæc Dominum vtrumnam vēturus eſſet illuc. Reſpondítque Dominus, Ecce abſconditus eſt domi. 23 ‡Cucurrerunt itaque & tulerunt eum inde: ſtetítque in medio populi, & altior fuit vniuerſo populo ab humero & ſurſum. 24 ‡Et ait Samuel ad omnem populum, Certè videtis quē elegit Dominus, quoniā non ſit ſimilis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait, 'Viuat rex. 25 ‡Locutus eſt autem Samuel ad populum legem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino: & dimiſit Samuel omnē populum, ſingulos in domum ſuam. 26 ‡Sed & Saul abiit in domū ſuam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quorū tetigerat Deus corda. 27 ‡Filij verò belial dixerunt, Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille verò diſſimulabat ſe audire.

Sup.8,11.

Inſr.11,12.

CAP. XI.

*6 MS. R. B.H.C.G. Legunt autem in G 9.

1 ‡ET factum eſt quaſi poſt menſem', aſcendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduerſum Iabes Galaad. Dixerúntque omnes viri Iabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & ſeruiem⁹ tibi. 2 ‡Et reſpondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriā vobiſcum fœdus, vt eruam omnium veſtrum oculos dextros, ponámque vos opprobrium in vniuerſo Iſrael. 3 ‡Et dixerūt ad eum ſeniores Iabes, Concede nobis ſeptem dies, vt mittamus nuntios ad vniuerſos terminos Iſrael: & ſi non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. 4 ‡Venerunt ergo nuntij in Gabaa Saulis: & locuti ſunt verba 'hæc' audiente populo: & leuauit omnis populus vocem ſuam, & fleuit. 5 ‡Et ecce Saul veniebat, ſequens boues de agro, & ait, Quid habet populus quòd plorat? Et narrauerunt ei verba virorum Iabes. 6 ‡Et inſiliuit Spiritus 'Domini' in Saul, cùm audiſſet verba hæc, & iratus eſt furor eius nimis. 7 ‡Et aſſumens vtrumque bouem, concîdit in fruſta, miſitque in omnes terminos Iſrael per manum nuntiorum, dicens, Quicumque non exierit, & ſecutus fuerit Saul & Samuel, ſic fiet bobus eius. Inuaſit ergo timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir vnus. 8 ‡Et recenſuit eos in Bezec: fuerúntque filiorum Iſrael trecenta millia; virorum autem Iuda triginta millia. 9 ‡Et dixerunt nuntiis qui venerant, Sic dicetis viris qui ſunt in Iabes-Galaad, Cras erit vobis ſalus, cùm incaluerit ſol. Venerunt ergo nuntij, & annuntiauerunt viris Iabes: qui lætati ſunt. 10 ‡Et dixerunt, Manè exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis. 11 ‡Et factum eſt, cùm dies craſtinus veniſſet, conſtituit Saul populum in tres partes: & ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina, & percuſſit Ammon vſque dum incaleſceret dies: reliqui autem diſperſi ſunt, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter. 12 ‡'Et ait populus ad Samuelem, Sup.10. Quis eſt iſte qui dixit, Saul num regnabit ſuper nos? Date viros, & interficiemus eos. 13 ‡Et ait Saul, Non occidetur quiſquam in die hac, quia hodie fecit Dominus ſalutē in Iſrael. 14 ‡Dixit autem Samuel ad populum, Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. 15 ‡Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus

*6 MS. Aga. pro filius.

*Dñi MS. R. Tertium cū ſequ. G.

lætatus eſt ibi Saul, & cuncti viri Iſrael nimis.

CAP. XII.

1 DIxit autem Samuel ad vniuerſum Iſrael, Ecce audiui vocem veſtram iuxta omnia quæ locuti eſtis ad me, & conſtitui ſuper vos regem. 2 ‡Et nunc rex graditur ante vos: ego autem ſenui, & incanui: porrò filij mei vobiſcum ſunt: itaque conuerſatus coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad hanc diem, ecce præſto ſum. 3 ‡Loquimini de me coram Domino, & coram chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim aut aſinum: ſi quempiā calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi: & contemnam illud hodie, reſtituámque vobis. 4 ‡Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neq. tuliſti de manu alicuius quippiam. 5 ‡Dixítque ad eos, Teſtis eſt Domin⁹ aduerſum vos, & teſtis chriſtus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt, Teſtis. 6 ‡Et ait Samuel ad populum, Dominus qui fecit Moyſen & Aaron, & eduxit patres noſtros de Terra Ægypti, 'adeſt'. 7 ‡Nunc ergo ſtate, vt iudicio contendam aduerſum vos corā Domino de omnibus miſericordiis Domini, quas fecit vobiſcum, & cum patribus veſtris: 8 ‡'quomodo Iacob ingreſſus eſt in Ægyptū, & clamauerunt patres veſtri ad Dominum: & miſit Dominus Moyſen & Aarō, & eduxit patres veſtros de Ægypto: & collocauit eos in loco hoc. 9 ‡'Qui obliti ſunt Domini Dei ſui, & tradidit eos in manu Siſaræ magiſtri militiæ *Haſor, & in manu Philiſtinorū, & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduerſum eos. 10 ‡Poſteà autem clamauerunt ad Dominum, & dixerunt, Peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & ſeruiuimus Baalim & Aſtaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum noſtrorū, & ſeruiemus tibi. 11 ‡Et miſit Dominus Ierobáal & Badan '& Samſon', & Barac, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtrorum per circuitum, & habitaſtis confidenter. 12 ‡Videntes aūt quòd Naas rex filiorum Ammon veniſſet aduerſum vos, dixiſtis mihi, Nequaquam, ſed rex imperabit nobis: cùm Dominus Deus veſter regnaret in vobis. 13 ‡Nunc ergo præſto eſt rex veſter, quem elegiſtis & petiſtis: ecce dedit vobis Dominus regem. 14 ‡Si timueritis Dominum, & ſeruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exaſperaueritis os Domini: eritis & vos, & rex qui imperat vobis, ſequentes Dominum Deum veſtrum. 15 ‡Si autem non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaueritis ſermones eius, erit manus Dñi ſuper vos, & ſuper patres veſtros. 16 ‡Sed & nunc ſtate, & videte rem iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro. 17 ‡Nunquid nō meſſis tritici eſt hodie? inuocabo Dominū, & dabit voces & pluuias: & ſcietis, & videbitis quia grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos regem. 18 ‡Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluuias in illa die. 19 ‡Et timuit omnis populus nimis Dominum, & Samuelem. & dixit vniuerſus populus ad Samuelem, Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuū, vt non moriamur. addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris malum, vt peteremus nobis regem. 20 ‡Dixit autem Samuel ad populum, Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum malum hoc: verumtamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſeruite Domino in omni corde veſtro. 21 ‡Et nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, neq. eruent vos, quia vana ſunt. 22 ‡Et non derelinquet Dominus populum ſuum, propter nomen ſuum magnum: quia iurauit Dominus facere vos ſibi populum. 23 ‡Abſit autem à me hoc peccatum in Domino, vt ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. 24 ‡Igitur timete Dominum, & ſeruite ei in veritate, '& ex toto corde veſtro. vidiſtis enim magnifica, quæ in vobis geſſerit*. 25 ‡Quòd ſi perſeueraueritis in malitia: & vos & rex veſter pariter peribitis.

Eccl.46,22

Gen.46,5.

Iud.4,2.

*regis MS. G. At à R. H. & C. non agnoſcitur.

*9 MS. H. C. teſtis a.

*13 MS. R. Hier. H. G. Paraphraſtes autem C. reſecat quidem ſub hoc nomine Samſone: verūm, quis hoc loco Badan dicatur, exponēs.

*2 MS. H. C. legitur autem R. & G. *Dominus MS. R. G. A. C. autē & H. non exprimitur.

Tres ſcihi Latini libri, qui Barac non annumerant: His Hier. H. & C. ſuffragantur, nam G. pro Bādan, Barāc nominant.

CAP. XIII.

1 FIlius vnius anni erat Saul cū regnare cœpiſſet, duobus aūt annis regnauit

Inſr.13,19.

super Israel. [2] Et elegit sibi Saul tria millia de Israel: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Beth-el: mille autẽ cum Ionatha in Gabaa Beniamin. porrò cæterum populum remisit vnumquemque in tabernacula sua. [3] Et percussit Ionathas stationem Philistinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cùm audissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens, Audiant Hebræi. [4] Et vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famam, Percussit Saul stationẽ Philisthinorum: & erexit se Israel aduersus Philisthiim. "Clamauit" ergo' popul⁹ post Saul in Galgala. [5] Et Philisthiim congregati sunt ad prœliandum contra Israel, triginta millia curruũ, & sex millia equitum, & reliquũ vulgus, sicut arena quæ est in littore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad Orientem Beth-auen. [6] Quod cùm vidissent viri Israel se in arcto positos, (afflictus enim erat populus) absconderunt se in spelũcis, & in abditis, in petris quoque & in antris, & in cisternis. [7] Hebræi autẽ transierunt Iordanem in' Terram-Gad & Galaad. Cúmq. adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. [8] Et expectauit septem diebus iuxta "placitum' Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus ab eo. [9] Ait ergo Saul, Afferte mihi holocaustum, & pacifica. Et obtulit holocaustum. [10] Cúmque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obuiam ei, vt salutaret eum. [11] Locutúsque est ad eũ Samuel, Quid fecisti? Respondit Saul, Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies, porrò Philisthiim congregati fuerant in Machmas: [12] dixi, Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui. Necessitate conpulsus, obtuli holocaustum. [13] Dixítque Samuel ad Saul, Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, [14] sed nequaquam regnũ tuum vltrà consurget. Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum: & præcepit ei Dominus vt esset dux super populum suum, eò quòd non seruaueris quæ præcepit Dominus. [15] Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Ben-iamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiã populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Ben-iamin'. Et recensuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo, quasi sexcentos viros. [16] Et Saul & Ionathas filius eius, populúsque qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Ben-iamin: porrò Philisthiim [17] considerant in Machmas: Et egressi sunt ad "prœliandũ' de castris Philisthinorum tres cunei. Vnus cuneus pergebat cõtra viam "Ephra' ad Terram-"Sual', [18] porrò alius ingrediebatur per viam Beth-horon. tertius autem verterat se ad iter termini "in Terra-Sabaa' immi-nentis valli Seboim contra desertum. [19] Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni Terra-Israel. cauerãt enim Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam. [20] Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, vt exacueret vnusquisque vomerẽ suum, & ligonem, [21] & securim * & sarculum. [22] Retusæ itaq. erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & securium, vsq. ad stimulum corrigendum. [23] Cúmque venissent dies prœlij, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi qui erat cum Saule & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. Egressa est autem statio Philisthiim, vt transcenderet in Machmas.

*Et H.C.E. *autem 1 MS.

-13 MS. B.H. Exprimitur autem à R. & G.

*pactum MS.

"prœliandum 5 MS.R. B.H.C. contra pudorem H.C.E. *Ephra. 6. *Saul.

-6 MS. B.H.C.G.

*Stimulorum.

CAP. XIIII.

[1] ET accidit in quadam die vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescẽtem armigerum suum, Veni, & transeamus ad stationem Philisthinorũ, quę est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum [2] non indicauit. Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malogranato, quę erat in "agro Gabaa': & erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum. [3] Et Achias filius Achitob fratris I-chabod filij Phinees, 'qui ortus fuerat ex Heli

*Magro. 3 MS.B. H.C.G.

Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed & populus ignorabat quò isset Ionathas. [4] Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philisthinorum, eminẽtes petræ ex vtraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc inde prærupti, nomen vni Boses, & nomen alteri Sene: [5] *vnus scopulus prominens ad Aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad Meridiem contra Gabaa. [6] Dixit autem Ionathas ad adolescentem armigerum suũ, Veni, transeamus ad stationem incircuncisorum horum, si fortè faciat Dominus pro nobis: quia non est Domino difficile saluare vel in multis, vel in paucis. [7] Dixítque ei armiger suus, Fac omnia quæ placent animo tuo: perge quò cupis, & 'ero tecum vbicumque volueris. [8] Et ait Ionathas, Ecce nos transimus ad viros istos. Cúmque apparuerimus eis, [9] si taliter locuti fuerint ad nos, Manete, donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. [10] Si autem dixerint, Ascendite ad nos: ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris, *hoc erit nobis signum. [11] Apparuit igitur vterq. stationi Philisthinorum: dixerúntque Philisthiim, En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerant. [12] Et locuti sunt viri de statione ad Ionatham, & ad armigerũ eius, dixerúntque, Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rẽ. Et ait Ionathas ad armigerum suum, Ascendamus, sequere me: tradidit enim Dominus eos in manus Israel. [13] Ascendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius post eum. Itaque * alij cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat sequens eum. [14] Et facta est plaga prima, qua percussit Ionathas & armiger eius, quasi viginti virorum in media parte iugeris, quam par boum in die arare consueuit. [15] Et factum est miraculum in castris, "&' per agros: sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit, & conturbata "sunt castra': & accidit quasi miraculum à Deo. [16] Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Ben-iamin, & ecce multitudo prostrata, & huc illúcque diffugiens. [17] Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Cúmque requisissent, repertum est non adesse Ionatham, & armigerum [18] eius. Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam "Domini'. (Erat enim ibi arca Dei [19] in die illa cum filiis Israel.) Cúmque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum: crescebátque paulatim, & clarius "resonabat'. Et ait Saul ad sacer-[20] dotem, Contrahe manum tuam. Conclamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, & venerunt vsque ad locum certaminis: & ecce versus fuerat gladius vniuscuiusque ad proximum [21] suũ, & cædes magna nimis. Sed & Hebræi qui fuerant cum Philisthiim heri & nudiustertius, ascenderántque cum eis in castris, reuersi sunt, vt essent cum Israel, "qui" erant' cum Saul & Ionatha. [22] Omnes quoq. Israelitæ qui se absconderant in monte Ephráim, audientes quòd fugissent Philisthæi, sociauerunt se cum suis in prœlio. "Et erant cum Saul, [23] quasi decem millia virorum'. Et salua uit Dominus in die illa Israel. pugna autem peruenit vsque ad Beth-auen. [24] Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens, Maledictus vir qui comederit panem vsq. ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus populus panem: [25] omnéque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. [26] Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullúsq. applicuit manum ad os suum. timebat enim populus iuramentum. [27] Porrò Ionathas nõ audierat cùm adiuraret pater eius populum: extendítq. summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & cõuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. [28] Respondénsq. vnus de populo, ait, Iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens, Maledictus vir qui

*Et 1 MS. H.C. Conformiter autem Textui legunt G.

*cùm vidissent faciem Ionathæ MS.G. Verùm à R. H. & C. non legitur: attamen à Parap. C. additur: Et ceciderunt transfixi.

-10 MS. B.H.C. At à R. & G. additur. "est terra MS. B.H. C.G.

"Dei 1 MS. R. B.H.

"reboabat 5 MS.

*& iis 6. "erat MS. G q.

-5 MS. R. B.H.C. Legitur autem post sequentem versum, à G.

comederit panem hodie (defecerat autem populus.) *Dixítque Ionathas, 29
Turbauit pater meus terram: vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei: eò quòd gustauerim paululum de melle isto: *quantò magis si comedisset po- 30
pulus de præda inimicorum suorum, quam reperit? nónne maior plaga facta fuisset in Philisthiim? *Percusserũt ergo 31
in die illa Philisthæos à Machmis vsque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis: *& versus ad prædã tulit oues, 32
& boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comedítq. populus cum sanguine.
*Nuntiauerunt autem Sauli dicentes 33
quòd populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait, Præuaricati estis: voluite ad me iam nunc saxum grande. *Et dixit Saul, Dispergimini in 34
vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnusquisq. bouem suum & arietem, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. *Adduxit itaq. omnis populus 35
vnusquisque bouem in manu sua vsque ad noctẽ: & occiderunt ibi. Ædificauit autem Saul altare Domino; tuncq. primùm cœpit ædificare altare Dño. *Et 36
dixit Saul, Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos vsquedum illucescat manè, nec relinquamus ex eis virum. Dixítq. populus, Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos, Accedamus huc ad Deum. *Et 37
*Deum 1 MS.R.H.G. consuluit Saul *Dominum', Num persequar Philisthiim? si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa. Dixítque Saul, *Applicate huc vniuersos 38
angulos populi: & scitote, & videte per quem acciderit peccatum hoc hodie.
*Viuit Dominus saluator Israel, quia si 39
hoc 4 MS.H.C. per Ionatham filium meũ factum est, absq. retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo.
*Et ait ad vniuersum Israel, Separami- 40
ni vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Respondítque populus ad Saul, Quod bonum videtur in oculis tuis, fac. *Et di- 41
*3 MS. Q.M. xit Saul ad Dominũ Deum Israel, *Domine Deus Israel da indicium, quid est quòd non responderis seruo tuo hodie, Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem. aut si hæc iniquitas est in populo tuo' da sanctitatem. Et deprehẽsus est Ionathas & Saul, 42
populus autem exiuit. *Et ait Saul, Mittite sortem inter me, & inter Ionatham filium meum. Et captus est Ionathas. 43
*Dixit autem Saul ad Ionatham, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait, Gustans gustaui in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paulu- 44
lum mellis, & ecce ego morior? *Et ait Saul, Hæc faciat mihi Deus, & hæc ad- 45
dat, quia morte morieris Ionatha. *Dixítq. populus ad Saul, Ergóne Ionathas morietur, qui fecit salutẽ hanc magnam in Israel? hoc nefas est: viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionatham, vt 46
non moreretur. *Recessitque Saul, nec persecutus est Philisthiim: porrò Philisthiim abierũt in loca sua. *Et Saul con- 47
firmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos: & 48
quocunq. se verterat, superabat. *Congregatóque exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorum eius. 49
*Fuerunt autem filij Saul, Ionathas & Iessui, & Melchi-sua: & nomina duarũ filiarum eius, nomen primogenitæ Me- 50
rob, & nomen minoris Michol. *Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas: & nomen principis militiæ eius 51
Abner, filius Ner, patruelis Saul. *Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, 52
filius Abiel. *Erat autẽ bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prœlium, sociabat eum sibi.

CAP. XV.

ET dixit Samuel ad Saul, Me misit 1
Dominus, vt vngerem te in regem super populum eius Israel: nunc ergo au- 2
*2 di vocem Domini: *Hæc dicit Dominus exerci-

exercituum, Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli: *quomodo restitit ei in Exo. 17, 8.
via cùm ascenderet de Ægypto. *Nunc 3
ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, *& non
*8 MS. R. Hier. B. H. c. Veriùs, Græci codices: Et deceſtaberis, legit, eum & vniuersa eius. concupiscas ex rebus ipsius aliquid': sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum. *Præcepit 4
itaq. Saul populo, & recensuit eos quasi agnos: ducẽta millia peditum, & decem millia virorum Iuda. *Cúmq. venisset 5
Saul vsque ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. *Dixítque Saul 6
Cinæo, Abite, recedite, atque discedite ab Amalec: ne fortè inuoluam te cum eo. tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cùm ascẽderent de Ægypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec. *Percussítque Saul Amalec ab 7
Heuila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Ægypti. *Et apprehẽdit Agag 8
regem Amalec viuum: omne autẽ vulgus interfecit in ore gladij. *Et pepercit 9
Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea: quicquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. *Factum est autem verbum 10
Domini ad Samuel, dicens, *Pœnitet 11
me quòd constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatúsq. est Samuel, & clamauit ad Dñm tota nocte. *Cúmq. 12
de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul manè, nuntiatum est Samueli, eo quòd venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornicem triumphalem, & reuersus transisset: descendissétq. in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul
*8 MS. R. H. C. G. Sunt tamen exemplaria Græca, à quibus non essodiuntur. offerebat holocaustum Domino de initiis prædarum quę attulerat ex Amalec.
*Et cùm venisset Samuel ad Saul', dixit 13
ei Saul, Benedictus tu Domino, impleui verbum Domini. *Dixítq. Samuel, Et 14
quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio? *Et ait Saul, De Amalec adduxe- 15
runt ea: pepercit enim populus meliori-
bus ouibus & armẽtis vt immolarentur Domino Deo tuo, reliqua verò occidimus. *Ait autem Samuel ad Saul, Sine 16
me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte. Dixítque ei, Loque- 17
re. *Et ait Samuel, *Nónne cùm paruu- Sup. 13, 11.
lus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? vnxítque te Dominus in 18
regem super Israel, *& misit te Dominus in viam, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos
vsque ad internecionẽ eorum. *Quare 19
ergo nõ audisti vocem Domini: sed versus ad prædam es, & fecisti malũ in oculis Domini? *Et ait Saul ad Samuẽlem, 20
Imò audiui vocem Domini, & ambulaui in via per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec
interfeci. *Tulit autem de præda popu- 21
lus oues & boues primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet Domino Deo *suo' *tuõ 4 MS. R. H. C.
in Galgalis. *Et ait Samuel, Nunquid 22
vult Dominus holocausta & victimas, & *nostro 0.
non potius vt obediatur voci Domini? Eccl. 4, 17. Ose. 6, 7. Mat. 9, 13. & 12, 1.
Melior est enim obedientia quàm victimæ: & auscultare magis quàm offerre
adipem arietum. *quoniam quasi pec- 23
catum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abiecisti sermonẽ Domi- *5 MS. H. Repetitur autem à R. B. C. & G.
ni, abiecit te Dominus' ne sis rex. *Di- 24
xítque Saul ad Samuelem, Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obe- 25
diens voci eorum. *Sed nũc porta quæso peccatũ meum, & reuertere mecum,
vt adorem Dominum. *Et ait Samuel 26
ad Saul, Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te
Dominus ne sis rex super Israel. *Et con- 27 Infr. 28, 17.
uersus est Samuel vt abiret: ille autem apprehẽdit summitatem pallij eius, quæ
& scissa est. *Et ait ad eum Samuel, Sci- 28
dit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.
*Porrò Triumphator in Israel non par- 29
cet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo est vt agat pœnitentiam.
*At ille ait, Peccaui: sed nunc honora 30
me coram senioribus populi mei, & coram

ram Iſrael, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum. [31] *Reuerſus ergo Samuel ſecutus eſt Saulem: & adorauit Saul Dominum. [32] *Dixítq. Samuel, Adducite ad me Agag regẽ Amalec. Et oblatus eſt ei Agag *pinguiſſimus 'tremens'. Et dixit Agag, Siccine ſeparat amara mors? [33] *Et ait Samuel, Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in fruſta concîdit eum Samuel coram Domino in Galgalis. [34] *Abiit autem Samuel in Ramátha: Saul verò aſcendit in domum ſuam in Gabaa*. [35] *Et non vidit Samuel vltrà Saul vſq. ad diem mortis ſuæ: verũtamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat, quòd conſtituiſſet regem Saul ſuper Iſrael.

-ó MS. B. N. C.

*tremens G.

*Saulis 1 MS. H. C. Verum à R. & G. non additur.

CAP. XVI.

[1] DIxítque Dominus ad Samuelem, Vſquequo tu luges Saul, cùm ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael? imple cornu tuũ oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem. [2] *Et ait Samuel, Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandum Domino veni. [3] *Et vocabis Iſai ad victimam, & ego oſtendam tibi quid facias, & vnges quẽcumque monſtrauero tibi. [4] *Fecit ergo Samuel ſicut locutus eſt ei Dominus. Venítque in Beth-léhem, & admirati ſunt ſeniores ciuitatis, occurrentes ei, dixerúntque, Pacificúſne eſt ingreſſus tuus? [5] *Et ait, Pacificus: ad immolãdum Domino veni, ſanctificamini, & venite mecum vt immolem. Sanctificauit ergo Iſai & filios eius, & vocauit eos ad ſacrificiũ. [6] *Cúmque ingreſſi eſſent, vidit Eliab, & ait, Num coram Domino eſt chriſtus eius? [7] *Et dixit Dominus ad Samuelem, Ne reſpicias vultum eius, neq. altitudinem ſtaturæ eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. [8] *Et vocauit Iſai Abinadab. & adduxit eum corã Samuelé. Quí dixit, Nec hunc elegit Dominus.

Deut. 17, 12.

Pſal. 7, 10.

[9] *Adduxit autem Iſai Samma. de quo ait, Etiam hunc non elegit Dominus. [10] *Adduxit itaque Iſai ſeptem filios ſuos coram Samuele: & ait Samuel ad Iſai, [11] Non elegit Dominus ex iſtis. *Dixítq. Samuel ad Iſai, Nunquid iam completi ſunt filij? Qui reſpõdit, Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues. Et ait Samuel ad Iſai, Mitte, & adduc eum: nec enim diſcũbemus prius quàm huc ille veniat. [12] *Miſit ergo, & adduxit eũ. Erat autem rufus, & pulcher aſpectu, decoráque facie: & ait Dominus, Surge, & vnge eum: [13] ipſe eſt enim. *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrũ eius: & 'directus eſt Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps: ſurgénſq. Samuel [14] abiit in Ramátha. *Spiritus autem Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum [15] ſpiritus nequam, à Domino. *Dixerúntque ſerui Saul ad eum, Ecce ſpiritus Dei malus exagitat te. [16] *Iubeat dominus noſter*, & ſerui tui qui coram te ſunt, quærent hominem ſcientem pſallere citharam; vt quando arripuerit te ſpiritus 'Domini' malus, pſallat manu ſua, & leuiùs [17] feras. *Et ait Saul ad ſeruos ſuos, Prouidete ergo mihi aliquẽ bene pſallentem, [18] & adducite eum ad me. *Et reſpondens vnus de pueris, ait, Ecce vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum, & prudentem in verbis, & virum [19] pulchrũ: & Dominus eſt cum eo. *Miſit ergo Saul nuntios ad Iſai dicens, Mitte ad me Dauid filium tuum, qui eſt in paſcuis. [20] *Tulit itaque Iſai aſinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris vnum, & miſit per manum Dauid [21] filij ſui Sauli. *Et venit Dauid ad Saul, & ſtetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus eſt eius armiger. [22] *Miſitq. Saul ad Iſai, dicens, Stet Dauid in conſpectu meo: inuenit enim gratiam in [23] oculis meis. *Igitur quandocumque ſpiritus "Domini" malus' arripiebat' Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuiùs habebat. recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

1 Reg. 3, 4. Pſal. 17, 4. 88, 21. Act. 7, 46. 13, 22.

*Dei MS. R. H. G. Verum R. C. G. additur.

CAP.

CAP. XVII.

[1] COngregantes autẽ Philiſthiim agmina ſua in prœlium, conuenerunt in 'Socho' Iudæ: & caſtrametati ſunt inter 'Socho' & Azeca in finibus Dõmim. [2] *Porrò Saul & filij Iſrael congregati venerunt in Vallem-terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philiſthiim. [3] *Et Philiſthiim ſtabant ſuper montem ex parte hac, & Iſrael ſtabat ſupra montem ex altera parte: vallíſque erat inter eos. [4] *Et egreſſus eſt vir ſpurius de caſtris Philiſthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis ſex cubitorum & palmi: [5] *Et caſſis ærea ſuper caput eius, & lorica hamata induebatur. porrò pondus loricæ eius, quinq. millia ſiclorum æris erat: [6] *& ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius. [7] *haſtile autem haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentium. ipſum autem ferrum haſtæ eius ſexcẽtos ſiclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum. [8] *Stanſq. clamabat aduerſum phalangas Iſrael, & dicebat eis, Quare veniſtis parati ad prœliũ? Nunquid ego non ſum Philiſthæus, & vos ſerui Saul? Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen. [9] *ſi quiuerit pugnare mecũ, & percuſſerit me, erimus vobis ſerui: ſi autem ego præualuero, & percuſſero eum, vos ſerui eritis, & ſeruietis nobis. [10] *Et aiebat Philiſthæus, Ego exprobraui agminibus Iſrael hodie, Date mihi virum, & ineat mecum ſingulare certamen. [11] *Audiens autem Saul, & omnes Iſraelitæ ſermones Philiſtæi huiuſcemodi, ſtupebant, & metuebant nimis. [12] *Dauid autẽ erat filius viri Ephrathæi, de quo 'ſuprà dictum eſt, de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Iſai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul ſenex, & grandæuus inter viros.

'Sochot MS. R. G q. Quæ autem in textu eſt lectio, B. H. C. & G. conformis eſt.

Sup. 16, 18.

[13] *Abierunt autem tres filij eius maiores poſt Saul in prœlium: & nomina trium filiorũ eius, qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & ſecundus Abinadab, tertius quoque Samma: [14] *Dauid autem erat minimus. Tribus ergo maioribus ſecutis Saulem, [15] *abiit Dauid, & reuerſus eſt à Saul, vt paſceret gregem patris ſui in Beth-léhem. [16] *Procedebat verò Philiſthæus manè & veſperè, & ſtabat quadraginta diebus. [17] *Dixit autem Iſai ad Dauid filium ſuum, Accipe fratribus tuis ephi polentæ, [18] *& decẽ panes iſtos, & curre in caſtra ad fratres tuos, & decem formellas caſei has deferes ad tribunum: & fratres tuos viſitabis, ſi rectè agant: & cum quibus ordinati ſunt, diſce. [19] *Saul autem, & illi, & omnes filij Iſrael, in Valle-terebinthi pugnabãt aduerſum Philiſthiim. [20] *Surrexit itaq. Dauid manè, & commendauit gregem cuſtodi: & onuſtus abiit, ſicut præceperat ei Iſai. Et venit ad locum Magala, & ad exercitum, qui egreſſus ad pugnam vociferatus erat in certamine. [21] *Direxerat enim aciem Iſrael, ſed & Philiſthiim ex aduerſo fuerant præparati. [22] *Derelinquẽs ergo Dauid vaſa quæ attulerat, ſub manu cuſtodis ad ſarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat ſi omnia rectè agerentur erga fratres ſuos. [23] *Cúmq. adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille ſpurius aſcendens, Goliath nomine, Philiſthæus, de Geth, de caſtris Philiſthinorum: & loquente eo hæc eadem verba audiuit Dauid. [24] *Omnes autem Iſraelitæ, cùm vidiſſent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valdè. [25] *Et dixit vnus quiſpiam de Iſrael, Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit? ad exprobrandum enim Iſraeli, aſcendit. Virum ergo qui percuſſerit eũ, ditabit rex diuitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei, & domum patris eius faciet abſque tributo in Iſrael. [26] *Et ait Dauid ad viros qui ſtabant ſecum, dicens, Quid dabitur viro qui percuſſerit Philiſthæum hunc, & tulerit opprobriũ de Iſrael? quis enim eſt hic Philiſthæus incircunciſus qui exprobrauit 'acies' Dei viuentis? [27] *Referebat aũt ei populus eundem ſermonem, dicens, Hæc dabuntur viro qui percuſſerit eum. [28] *Quod cùm audiſſet Eliab frater eius maior, loquente eo cum aliis iratus eſt contra Dauid, & ait, Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas oues illas in deſerto? ego noui ſuperbiam tuam,

'aciem MS. R. G. Textus autẽ H. & C. conformiter legit.

tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prœlium, descendisti. *Et dixit 29
Dauid, Quid feci? nunquid nõ verbum
est? *Et declinauit paululum ab eo ad 30
alium: dixítque eundem sermonem. Et
respõdit ei populus verbum sicut prius.
*Audita sunt autem verba quæ locutus 31
est Dauid, & annuntiata in conspectu
Saul. * Ad quem cùm fuisset adductus, 32
locutus est ei, Non concidat cor cuiusquam in eo: ego seruus tuus vadam, &
pugnabo aduersus Philisthæum. *Et ait 33
Saul ad Dauid, Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum:
quia puer es, hic autem vir bellator est
Eccl.47,3. ab adolescentia sua. *'Dixítq. Dauid ad 34
Saul, Pascebat seruus tuus patris sui gregem,& * veniebat leo 'vel' vrsus,& tollebat arietem de medio gregis: * & perse- 35
*quando c. '& B.H. *& etiam c.
quebar eos, & percutiebam, eruebámq.
de ore eorum: & illi cõsurgebant aduersum me, & apprehendebam mentũ eorum, & suffocabam, interficiebámque
eos. *Nam & leonem & vrsum interfe- 36
feci ego seruus tuus: erit igitur & Philisthæus hic incircuncisus, quasi vnus ex
-10 MS.R. B.H.C.G. Verùm à G. q.agnoscunt. Sup.6,26. 'quia 5 MS.H.C. Similiter autem Textui, legunt R. B.& G.
eis. Nũc vadam, & auferã opprobrium
populi: 'quoniã quis est iste Philisthæus
incircuncisus'? 'qui'ausus est maledicere
exercitui Dei viuentis. *Et ait Dauid, 37
Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit
de manu Philisthæi huius. Dixít autem
Saul ad Dauid, Vade, & Dominus tecũ
sit. *Et induit Saul Dauid vestimentis 38
suis, & imposuit galeã æream super caput eius, & vestiuit eum lorica. * Ac- 39
cinctus ergo Dauid gladio eius super
vestem suam, cœpit tentare si armatus
posset incedere: non enim habebat consuetudinem. Dixítque Dauid ad Saul,
Non possum sic incedere, quia nõ vsum
habeo. Et deposuit ea, *& tulit baculum 40
suum quẽ semper habebat in manibus:
& elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram
pastoralem quam habebat secũ, & fundam manu tulit: & processit aduersum
Philisthæum. *ibat autem Philisthæus 41
incedens, & appropinquans aduersum
42 Dauid, & armiger eius ante eum. *Cúmque inspexisset Philisthæus, & vidisset
Dauid, despexit eum. Erat autem ado-
43 lescens rufus, & pulcher aspectu. *Et
dixit Philisthæus ad Dauid, Nunquid
ego canis sum, quòd tu venis ad me cum
baculo? Et maledixit Philisthæus Dauid
44 in diis suis: *dixítque ad Dauid, Veni ad
me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli
45 & bestiis terræ. *Dixit autem Dauid ad
Philisthæum, Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio
ad te in nomine Domini exercituũ, Dei
46 agminũ Israel, quibus exprobrasti *'ho- 'Hodie dabit M.S. Tem. in pr. R.M.
die, & dabit' te Dominus in manu mea,
& percutiam te, & auferam caput tuum
à te: & dabo cadauera castrorum Philisthiim hodie volatilibus cæli, & bestiis
terræ: vt sciat omnis terra quia est Deus
47 in Israel. *Et nouerit vniuersa ecclesia
hęc quia nõ in gladio, nec in hasta saluat
Dñs: ipsius enim est bellum, & tradet
48 vos in manus nostras. *Cùm ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret contra Dauid, festinauit Da-
uid, & 'cucurrit' ad pugnam ex aduerso 'occurrit M.S.
49 Philisthæi. *Et misit manum suam in
peram, tulítque vnum lapidem, & funda iecit, & 'circunducens' percussit Phi- 'Inducens M.S.
listhæum in fronte: & infixus est lapis in
fronte eius, & cecidit in faciem suam su-
50 per terram. *'Prævaluítque Dauid ad- 'Mais.
uersum Philisthæum in funda & lapide,
percussúmque Philisthæum interfecit.
Cúmque gladium non haberet in manu
51 Dauid, *cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & eduxit
eum de vagina sua: & interfecit eũ, præcidítque caput eius. Vidẽtes autem Philisthiim, quòd mortuus esset fortissimus
52 eorum, fugerunt. *Et consurgentes viri
Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos vsque dum venirent
in vallem, & vsque ad portas Accaron,
ceciderúntq. vulnerati de Philisthiim in
via Saráim, * vsque ad Geth, & vsque ad *& M.S. R.B.C. G.
53 Accaron. *Et reuertentes filij Israel post-
quàm persecuti fuerant Philisthæos, in-
54 uaserunt castra eorum. *Assumens autem Dauid caput Philisthæi, attulit illud
in Ieru-

in Ierusalem: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. *Eo autem tempore quo 55
viderat Saul Dauid egredientem contra
Philisthæum, ait ad Abner principem
militiæ, De qua stirpe descendit hic adolescens'? Dixítque Abner, Viuit anima
*Abner 10 MS.B. H.C.G. tua, rex, si noui. *Et ait rex, Interroga tu, 56
cuius filius sit iste puer. *Cúmq. regres- 57
sus esset Dauid, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit corã Saule,
sua MS. R.H.C. caput Philisthæi habentem in manu.
*Et ait ad eum Saul, De qua progenie 58
es ô adolescens? Dixítque Dauid, Filius
serui tui Isai Beth-lehemitæ ego sum.

CAP. XVIII.

ET factum est cùm complesset loqui 1
ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. *Tulítq. eum 2
Saul in die illa, & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui. *Inie- 3
runt autem Dauid & Ionathas fœdus:
diligebat enim eũ quasi animam suam.
*Nam expoliauit se Ionathas tunica qua 4
erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsq. ad gladium &
arcum suum, & vsq. ad balteum. *Egre- 5
diebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque miserat eum Saul, & prudenter
se agebat: posuítq. eum Saul super viros
belli, & acceptus erat in oculis vniuersi
populi, maximéque in conspectu famulorum Saul. *Porrò cùm reuerteretur 6
-6 MS.R. B.H.C. G. percusso Philistæo Dauid, '& ferret caput eius in Ierusalem', egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorósq. ducentes in occursum Saul
regis, in tympanis lætitiæ & in sistris. *Et 7
præcinebant mulieres ludentes, atque
dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid
decem millia. *Iratus est autem Saul 8
nimis, & displicuit in oculis eius sermo
iste: dixítque, Dederunt Dauid decem
millia, & mihi mille dederũt: quid ei superest, nisi solum regnum? *Non rectis 9
ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die
illa, & deinceps. *Post diem autem al- 10
teram, inuasit spiritus Dei malus Saul, &
prophetabat in medio dom' suæ: Dauid
autem psallebat manu sua, sicut per sin-
11 gulos dies. tenebátq. Saul lanceam, *&
misit eam, putans quòd configere posset
Dauid cum pariete: & declinauit Dauid
12 à facie eius secundò. *Et timuit Saul Dauid, eo quòd Dominus esset cum eo, &
13 à se recessisset. *Amouit ergo eum Saul
à se, & fecit eum tribunum super mille
viros: & egrediebatur, & intrabat in
14 conspectu populi. *In omnibus quoq.
viis suis Dauid prudenter agebat, & Do-
15 minus erat cum eo. *Vidit itaque Saul
quòd prudens esset nimis, & cœpit ca-
16 uere eum. *Omnis autem Israel & Iuda
diligebat Dauid: ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos. *Dixítque 17
Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem: tantummodo esto vir fortis, & prœliare bella
Domini. Saul autem reputabat, dicens,
Non sit manus mea 'in eo', sed sit super *sit eum 2 MS.
18 eum manus Philisthinorũ. *Ait autem
Dauid ad Saul, Quis ego sum, aut quę est
vita mea, aut cognatio patris mei in Is-
19 rael, vt fiam gener regis? *Factum est
autem tempus cùm deberet dari Merob
filia Saul Dauid, data est Hadrieli Mola-
20 thitæ vxor. * 'Dilexit autem Dauid Mi- *Dilexit autẽ Michol filia Saul altera Dauid. 7 MS.B. H.C.G.
chol filiam Saul alteram'. Et nuntiatum
21 est Saul, & placuit ei. *Dixítque Saul,
Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum, &
sit super eum manus Philisthinorum.
Dixítq. Saul ad Dauid, In duabus rebus
22 gener meus eris hodie. *Et mandauit
Saul seruis suis, Loquimini ad Dauid
clam me, dicentes, Ecce places regi, &
omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo
23 esto gener regis. *Et locuti sunt serui
Saul in auribus Dauid omnia verba hæc:
& ait Dauid, Num parum videtur vobis
generum esse regis? Ego autem sum vir
24 pauper & tenuis. *Et renuntiauerunt
serui Saul, dicentes, Huiuscemodi verba
25 locutus est Dauid. *Dixit autem Saul,
'Sic loquimini ad Dauid, Non habet rex
sponsalia necesse, nisi tantùm centum
præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de
inimicis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum.
26 *Cúmq. renuntiassent serui eius Dauid
verba quæ dixerat Saul, placuit sermo
in oculis

in oculis Dauid, vt fieret gener regis. *Et 27
post paucos dies surgens Dauid, abiit*
*in Accaron o. cum viris qui sub eo erant. Et percussit
ex Philisthiim ducentos viros, & attulit
eorum præputia, & annumerauit ea re-
gi, vt esset gener eius. Dedit itaque Saul
ei Michol filiam suã vxorem. *Et vidit 28
Saul, & intellexit quòd Dominus esset
cum Dauid. Michol autem filia Saul di-
ligebat eum. *Et Saul magis cœpit ti- 29
mere Dauid: factúsq. est Saul inimicus
Dauid cunctis diebus. *Et egressi prin- 30
cipes Philisthinorum: à principio autem
egressionis eorum, prudentiùs se gere-
*viri MS. q. R. bat Dauid, quàm omnes "serui" Saul, &
celebre factum est nomen eius nimis.

CAP. XIX.

LOcutus est autem Saul ad Ionathan 1
filium suũ, & ad omnes seruos suos,
vt occiderent Dauid. Porrò Ionathas fi-
lius Saul diligebat Dauid valde. *Et in- 2
dicauit Ionathas Dauid, dicens, Quærit
Saul pater meus occidere te: quapro-
pter obserua te quęso manè, & manebis
clam, & abscondêris. *Ego autem egre- 3
diens stabo iuxta patrem meum in agro,
*fueris 3 MS. H. C.G. vbicunque "fuerit": & ego loquar de te
ad patrem meum: & quodcunq. videro,
nuntiabo tibi. *Locutus est ergo Iona- 4
thas de Dauid bona ad Saul patrẽ suum:
*peccet rex in seruum suũ 1 MS. H. C.G. dixítque ad eum, Ne "pecces rex in ser-
uum tuum' Dauid, quia non peccauit ti-
bi, & opera eius bona sunt tibi valde.
*tua o. *Et posuit animam suam in manu "sua', 5
& percussit Philisthæum, & fecit Domi-
nus salutem magnam vniuerso Israeli.
vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas
in sanguine innoxio, interficiens Dauid,
qui est absque culpa? *Quod cùm au- 6
disset Saul, placatus voce Ionathæ, iura-
uit, Viuit Dominus, quia nõ occidetur.
*Vocauit itaq. Ionathas Dauid, & indi- 7
cauit ei omnia verba hæc: & introduxit
Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eũ,
sicut fuerat heri & nudiustertius. *Mo- 8
tum est autẽ rursum bellum: & egressus
Dauid, pugnauit aduersum Philisthiim:
percussitque eos plaga magna, & fuge-
runt à facie eius. *Et factus est spiritus 9
Domini malus in Saul. sedebat autẽ in
domo sua, & tenebat lãceam: porrò Da-
uid psallebat manu sua. *Nisúsque est 10
Saul configere Dauid lancea in pariete,
& declinauit Dauid à facie Saul: lancea
autem cassо vulnere perlata est in pa-
riete, & Dauid fugit, & saluatus est no-
cte illa. *Misit ergo Saul satellites suos 11
*noctu MS.q.R. in domum Dauid, vt custodirent eum,
& interficeretur manè. Quod cùm an-
nuntiasset Dauid Michol vxor sua, di-
cens, Nisi saluaueris te nocte hac, cras
12 moriêris: *deposuit eum per fenestram.
porrò ille abiit & aufugit, atque saluatus
13 est. *Tulit autẽ Michol statuam, & po-
suit eam super lectũ, & pellem pilosam
caprarũ posuit ad caput eius, & operuit
14 eam vestimentis. *Misit autẽ Saul appa-
ritores qui raperent Dauid: & respõsum
15 est quòd ægrotaret. *Rursúmque misit
Saul nuntios vt viderent Dauid, dicens,
Afferte eũ ad me in lecto, vt occidatur.
16 *Cúmq. venissent nuntij, inuentum est
simulacrũ super lectum, & pelles capra-
17 rum ad caput eius. *Dixítque Saul ad
Michol, Quare sic illusisti mihi, & dimi-
sisti inimicum meum vt fugeret? Et re-
spondit Michol ad Saul, Quia ipse locu-
*dicens MS.q.R. tus est mihi, "Dimitte me, alioquin inter-
18 ficiam te. *Dauid autẽ fugiens, saluatus
est, & venit ad Samuel in Ramátha, &
nuntiauit ei omnia quæ fecerat sibi Saul:
& abierunt ipse & Samuel, & morati
19 sunt in Naioth. *Nuntiatum est autem
Sauli à dicẽtibus, Ecce Dauid in Naioth
20 in Ramátha. *Misit ergo Saul lictores,
vt raperent Dauid: qui cùm vidissent
cuneum prophetarum vaticinantium,
& Samuelem stantem super eos, factus
*super nuntios Saul 3 MS. H.C.G. est etiã Spiritus Domini "in illis', & pro-
21 phetare cœperunt etiam ipsi. *Quod
cùm nũtiatum esset Sauli, misit & alios
nuntios: prophetauerunt autẽ & illi. Et
*3 MS. 1 H.C. dupl. rursum misit Saul tertios nuntios: qui &
ipsi prophetauerunt. "Et iratus iracũdia
22 Saul', *abiit etiam ipse in Ramátha, &
venit vsque ad cisternam magnam quæ
est in Socho, & interrogauit, & dixit, In
quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictũ-
que est ei, Ecce in Naioth sunt in Ramá-
23 tha. *Et abiit in Naioth in Ramátha, &
factus

*Dei 1 MS. R. H. G. factus est etiam super eum Spiritus "Do-
mini', & ambulabat ingrediens, & pro-
phetabat vsquedum veniret in Naioth
in Ramátha. *Et expoliauit etiam ipse 24
se vestimentis suis, & prophetauit cum
"cecidit R.B.H. C.G. cæteris coram Samuele, & "cecinit' nu-
dus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit
Sup. 10, 12. prouerbium, "Num & Saul inter pro-
phetas?

CAP. XX.

FVgit autem Dauid de Naioth quæ 1
est in Ramátha, veniénsque locutus
est corã Ionatha, Quid feci? quæ est ini-
quitas mea, & quod peccatum meum in
patrem tuum, quia quęrit animã meam?
*Qui dixit ei, Absit, non moriêris: neq. 2
enim faciet pater meus quicquam gran-
de vel paruũ, nisi prius indicauerit mihi:
hunc ergo celauit me pater meus sermo-
nem tantum modo? nequaquã erit istud.
*Et iurauit rursum Dauidi: & ille ait, 3
Scit profectò pater tuus quia inueni gra-
tiam in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc
Ionathas, ne fortè tristetur. Quinimo
viuit Dominus, & viuit anima tua, quia
vno tantùm (vt ita dicam) gradu, ego
mórsque diuidimur. *Et ait Ionathas 4
ad Dauid, Quodcunq. dixerit mihi ani-
ma tua, faciam tibi. *Dixit autem Da- 5
uid ad Ionathan, Ecce calendæ sunt cra-
stino, & ego ex more sedere soleo iuxta
regem ad vescendum: dimitte ergo me
vt abscondar in agro vsque ad vesperam
*3 MS. R. *requirens H.C.G. diei tertiæ. *Si "respiciens' requisierit 6
me pater tuus, respondebis ei, Rogauit
me Dauid, vt iret celeriter in Beth-lé-
hem ciuitatem suam: quia victimæ so-
lennes ibi sunt vniuersis contribulibus
suis. *Si dixerit, Bene: pax erit seruo tuo. 7
si autem fuerit iratus, scito quia comple-
ta est malitia eius. *Fac ergo misericor- 8
diam in seruũ tuum: quia fœdus Domi-
ni me famulum tuum tecum inire feci-
sti. si autem est iniquitas aliqua in me, tu
me interfice, & ad patrem tuum ne in-
troducas me. *Et ait Ionathas, Absit hoc 9
*à te 6 MS. R. H. C.G. "à me": neque enim fieri potest, vt si cer-
tè cognouero cõpletam esse patris mei
malitiam contra te, nõ annuntiem tibi.
*Respondítq. Dauid ad Ionathan, Quis 10
renuntiabit mihi, siquid fortè responde-
11 rit tibi pater tuus durè de me? *Et ait 7 MS. H.C.G.
Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur
"foras' in agrum. Cúmq. exissent ambo 6 MS. R. H.C.G.
12 in agrum, *ait Ionathas ad Dauid, Do-
mine Deus Israel, si inuestigauero sen-
tẽtiam patris mei crastino vel perendie,
& aliquid boni fuerit super Dauid, & nõ
statim misero ad te, & notum tibi fece-
13 ro, *hæc faciat Dominus Ionathæ, &
hæc "addat'. Si autem perseuerauerit pa- "augeãt MS.R.
tris mei malitia aduersum te, reuelabo
aurem tuam, & dimittam te, vt vadas
in pace, & sit Dñs tecum, sicut fuit
14 cum patre meo. *Et si vixero, facies mihi
misericordiã Domini: si verò mortuus
15 fuero, *nõ auferes misericordiam tuam
à domo mea vsq. in sempiternum, quan-
do eradicauerit Dominus inimicos Da- 16 MS.
R.C. Summa est autẽ pars ista, ex translatione Interpretum 70. qui fere ad hũc interpretati sunt modũ, quod Latinus Interpres, vt sequens habet versus, transtulit.
uid, vnumquemq. de terra: *auferat Io-
nathan de domo sua, & requirat Domi-
16 nus de manu inimicorum Dauid'. *Pe-
pigit ergo Ionathas fœdus cum domo
Dauid: & requisiuit Dominus de manu
17 inimicorũ Dauid. *Et addidit Ionathas
deierare Dauid, eo quòd diligeret illum:
sicut enim animam suam, ita diligebat
18 eum. *Dixítq. ad eum Ionathas, Cras ca-
lẽdæ sunt, & requirêris: requiretur enim
19 sessio tua *vsque perendie. Descendes
ergo festinus, & venies in locum vbi ce-
landus es in die quando operari licet, &
sedebis iuxta lapidem cui nomen est E-
20 zel. *Et ego tres sagittas mittam iuxta
eum, & iaciam quasi exercens me ad si-
21 gnum. *Mittam quoque & puerum, di-
22 cens ei, Vade, & affer mihi sagittas. *Si
dixero puero, Ecce sagittæ intra te sunt,
tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est,
& nihil est mali, viuit Dominus. Si autẽ
sic locutus fuero puero, Ecce sagittæ vl-
tra te sunt: vade in pace, quia dimisit te
23 Dominus. *De verbo autẽ quod locuti
sumus ego & tu, sit Dñs inter me & te,
24 vsque in sempiternum. *Absconditus
est ergo Dauid in agro, & venerunt ca-
lendæ, & sedit rex ad comedendum pa-
25 nem. *Cúmque sedisset rex super cathe-
dram suam (secundum consuetudinem)
quæ erat iuxta parietem, surrexit Iona-
thas, & sedit Abner ex latere Saul, va-

cuúsque apparuit locus Dauid. ‡Et non
est locutus Saul quicquam in die illa: co-
gitabat enim quòd fortè euenisset ei, vt
non esset mundus, nec purificatus.
‡Cúmq. illuxisset dies secunda post ca- 27
lendas, rursus apparuit vacuus locus Da-
uid. Dixítque Saul ad Ionathan filium
suum, Cur non venit filius Isai nec heri,
nec hodie ad vescendum? ‡Respondítq. 28
Ionathas Sauli, Rogauit me obnixè, vt
iret in Beth-léhem, ‡& ait, Dimitte me, 29
quoniam sacrificium solemne est in ci-
mea Ms q.R. uitate, vnus de fratribus meis accersiuit
me: nunc ergo si inueni gratiam in ocu-
lis tuis, vadam citò, & videbo fratres
meos. Ob hanc causam nō venit ad men
sam regis. ‡Iratus autem Saul aduersum 30
Ionathan, dixit ei, Fili mulieris virum
vltrò rapientis, nunquid ignoro quia di-
ligis filium Isai in confusionem tuam, &
in confusionē ignominiosæ matris tuæ?
‡Omnibus enim diebus quibus filius 31
Isai vixerit super terram, non stabilieris
tu, neque regnum tuū. Itaque iam nunc
mitte & adduc eum ad me: quia filius
mortis est. ‡Respondēs autem Ionathas 32
Sauli patri suo, ait, Quare morietur?
quid fecit? ‡Et arripuit Saul lanceam vt 33
percuteret eum. Et intellexit Ionathas
quòd definitum esset à patre suo, vt in-
terficeret Dauid. ‡Surrexit ergo Iona- 34
thas à mensa in ira furoris, & non come-
dit in die calendarum secunda panem.
Contristatus est enim super Dauid, eo
quòd cōfudisset eum pater suus. ‡Cúm- 35
que illuxisset manè, venit Ionathas in
agrum iuxta placitum Dauid, & puer
paruulus cum eo, ‡& ait ad puerū suum, 36
Vade, & affer mihi sagittas quas ego ia-
cio. Cúmq. puer cucurrisset, iecit aliam
sagittam trans puerum. ‡Venit itaque 37
puer ad locum iaculi quod miserat Io-
nathas: & clamauit Ionathas post tergū
pueri, & ait, Ecce ibi est sagitta porro vl-
tra te. ‡Clamauítque iterum Ionathas 38
post tergum pueri, dicens: Festina velo-
citer, ne steteris. Collegit autem puer
Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum
suum: ‡& quid ageretur, penitus igno- 39
rabat: tantummodò enim Ionathas &
40 Dauid rem nouerant. ‡Dedit ergo Io-
nathas arma sua puero, & dixit ei, Vade,
41 & defer in ciuitatem. ‡Cúmque abiisset
puer, surrexit Dauid de loco qui verge-
bat ad Austrum, & cadens pronus in ter-
ram, adorauit tertiò: & osculantes se al-
terutrū, fleuerunt pariter, Dauid autem
42 amplius. ‡Dixit ergo Ionathas ad Dauid,
Vade in pace: quæcunq. iurauimus am-
bo in nomine Dñi, dicentes: Dñs sit in-
ter me & te, & inter semen tuum, & se-
43 men meum vsq. in sempiternum. ‡Et
surrexit Dauid, & abiit: sed & Ionathas
ingressus est ciuitatem.

CAP. XXI.

1 VEnit autē Dauid in Nobe ad Achi-
mélech sacerdotem: & obstupuit
Achi-mélech, eò quòd venisset Dauid.
Et dixit ei, Quare tu solus, & nullus est
2 tecum? ‡Et ait Dauid ad Achi-mélech
sacerdotem, Rex præcepit mihi sermo-
nem, & dixit, Nemo sciat rem, propter
quam missus es à me, & cuiusmodi præ-
cepta tibi dederim: nam & pueris condi-
3 xi in illum & illum locum. ‡Nunc er-
go siquid habes ad manum, vel quinq.
panes, da mihi, aut quicquid inueneris.
4 ‡Et respondens sacerdos ad Dauid, ait
illi, Non habeo laicos panes ad manum,
sed tantùm panem sanctum: si mundi
5 sunt pueri, maximè ‡à mulieribus? ‡Et
respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei,
Et quidem si de mulieribus agitur, con-
tinuimus nos ab heri & nudiustertius,
quando egrediebamur, & fuerunt vasa
puerorum sancta. porrò via hæc polluta
est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in va-
6 sis. ‡Dedit ergo ei sacerdos sanctifica-
tum panem. neque enim erat ibi panis,
nisi tantùm panes propositionis, qui
sublati fuerant à facie Domini, vt pone-
7 rentur panes calidi. ‡Erat autem ibi vir
quidam de seruis Saul, in die illa, intus in
tabernaculo Domini: & nomen eius
Doēg Idumæus, potentissim⁹ pastorum
8 Saul: ‡Dixit autem Dauid ad Achi-mé-
lech, Si habes hic ad manum hastam aut
gladium? quia gladium meum, & arma
mea non tuli mecum. sermo enim regis
9 vrgebat. ‡Et dixit sacerdos, Ecce hic
gladius Goliath Philisthæi, quem per-
cussisti

cussisti in Valle-terebinthi, est inuolu-
tus pallio post ephod: si istum vis tollere,
tolle. neque enim hîc est alius absq. eo.
Et ait Dauid, Non est huic alter similis,
da mihi eum. ‡Surrexit itaque Dauid, & 10
fugit in die illa à facie Saul; & venit ad
Achis regem Geth, ‡dixerúntque ser- 11
-9 MS.B. H.C.G. ui Achis ad eum cùm vidissent Dauid',
Nunquid non iste est Dauid rex terræ?
nónne huic cātabant per choros, dicen-
tes: Percussit Saul mille, & Dauid de-
cem millia? ‡Posuit autem Dauid ser- 12
mones istos in corde suo, & extimuit val-
de à facie Achis regis Geth. ‡Et immuta- 13
uit os suum coram eis, & collabebatur
*pingebat in ostiis Sic alij ex Hebræo transtulerūt. inter manus eorum: & *impingebat in
ostia' portæ, defluebántque saliuæ eius
in barbam. ‡Et ait Achis ad seruos suos, 14
Vidistis hominem insanum: quare ad-
duxistis eum ad me? ‡An desunt nōbis 15
*dimitte illum hinc, ne ingrediatur o. furiosi, quòd introduxistis istum, vt fu-
reret me præsente? *híccine ingredietur'
domum meam?

CAP. XXII.

1 ABiit ergo Dauid inde, & fugit in
speluncam Odollam. Quod cùm
audissent fratres eius, & omnis domus
patris eius, descenderunt ad eum illuc.
2 ‡Et conuenerunt ad eum omnes qui
erant in angustia constituti, & oppressi
ære alieno, & amaro animo: & factus est
eorum princeps, fuerúntque cū eo qua-
si quadringenti viri. ‡Et profectus est 3
Dauid inde in Maspha, quæ est Moab: &
dixit ad regem Moab, Maneat oro pater
meus & mater mea vobiscum, donec
sciam quid faciat mihi Deus. ‡Et reliquit 4
eos ante faciem regis Moab: manserúnt-
que apud eum cunctis diebus, quibus
Dauid fuit in præsidio. ‡Dixítque Gad 5
propheta ad Dauid, Noli manere in præ-
sidio, proficiscere, & vade in Terram-
Iuda. Et profectus est Dauid, & venit in
Saltum-hareth. ‡Et audiuit Saul quòd 6
apparuisset Dauid, & viri qui erant cum
eo. Saul autem cùm maneret in Gabaa,
& esset in nemore quod est in Rama,
hastam manu tenens, cunctíq. serui eius
circumstarent eum, ‡ait ad seruos suos 7
-6 MS. B. H.C.G. qui assistebant ei, Audite me' nunc filij
Iemini: nunquid omnibus vobis dabit
fili⁹ Isai agros & vineas, & vniuersos vos
8 faciet tribunos, & centuriones: ‡quo-
niam coniurastis omnes aduersum me,
& non est qui mihi renuntiet, maximè
cùm & filius meus fœdus inierit cum fi-
lio Isai? Non est qui vicem meam doleat
ex vobis, nec qui annuntiet mihi: eo
quòd susciterit filius meus seruum
meum aduersum me, insidiantem mihi
9 vsque hodie. ‡Respondens autem Doēg
Idumæus qui assistebat, & erat primus
inter seruos Saul, Vidi, inquit, filiū Isai
in Nobe apud Achi-mélech filiū Achi-
10 tob sacerdotem'. ‡Qui consuluit pro eo -8 MS. B. H.C. Additur autem à G.
Dominum, & cibaria dedit ei: sed & gla-
11 dium Goliath Philisthæi dedit illi. ‡Mi-
sit ergo rex ad accersendum Achi-mé-
lech sacerdotem filium Achitob, & om-
nem domum patris eius, sacerdotum,
qui erant in Nobe; qui vniuersi venerūt
-4 MS.H. C.G. 12 ad regem. ‡Et ait Saul ad Achi-mélech',
Audi fili Achitob. Qui respondit, Præ-
13 sto sum Domine. ‡Dixítq. ad eum Saul,
Quare coniurastis aduersum me, tu &
filius Isai, & dedisti ei panes & gladium,
& consuluisti pro eo 'Dominū', vt con- 'Deum R.H.G.
surgeret aduersum me, insidiator vsque
14 hodie permanens? ‡Respondénsque
Achi-mélech regi, ait, Et quis in omni-
bus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & ge-
ner regis, & pergens ad imperiū tuum,
15 & glorioſus in domo tua? ‡Num hodie
cœpi pro eo consulere 'Dominū'? absit 'Deum R.H.G.
hoc à me: ne suspicetur rex aduersus ser-
uum suum rem huiusce modi, in vniuer-
sa domo patris mei: non enim sciuit ser-
uus tuus quicquam super hoc negotio,
16 vel modicum vel grande. ‡Dixítq. rex,
Morte morieris Achi-mélech, tu, & o-
17 mnis domus patris tui. ‡Et ait rex emis-
sariis qui circunstabant eum, Conuerti-
mini, & interficite sacerdotes Domini:
nam manus eorū cum Dauid est: scien-
tes quòd fugisset, '&' non indicauerunt -2 MS.B.
mihi. Noluerunt autem serui regis ex-
tēdere manus suas in sacerdotes Domi-
18 ni. ‡Et ait rex ad Doēg, Conuertere tu,
& irrue in sacerdotes*. Conuersúsque *Domini MS q.R.
Doēg Idumæus, irruit in sacerdotes, &

trucidauit in die illa octogintaquinque viros vestitos ephod lineo. [19] Nobe autẽ ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouémq. & asinum, & ouem in ore gladij. [20] Euadens autẽ vnus filius Achi-mélech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, [21] & annuntiauit ei quòd occidissẽt Saul sacerdotes Domini. [22] Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam *in die illa, quòd cùm ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annũtiaret Sauli: ego sum reus omnium animarum *patris tui. [23] Mane mecum, ne timeas: si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecúmque seruaberis.

*enim MS q. R.

*domus I MS. H. C. G.

CAP. XXIII.

[1] ET annuntiauerunt Dauid, dicentes: Ecce Philisthiim oppugnãt Ceilam, & diripiunt areas. [2] Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens: Num vadam, & percutiam Philisthæos istos? Et ait Dominus ad Dauid, Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilam saluabis. [3] Et dixerunt viri qui erant cum Dauid, ad eum, Ecce nos hîc in Iudæa consistentes timemus: quanto magis si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philisthinorũ? [4] Rursum ergo Dauid consuluit Dñm. Qui respondens, ait ei, Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradã Philisthęos in manu tua. [5] Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philisthæos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. [6] Porrò eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achi-mélech ad Dauid in Ceilam, ephod secum habens descenderat. [7] Nuntiatum est autẽ Sauli quòd venissẽt Dauid in Ceilam: & ait Saul, Tradidit eum Dominus in manus meas, conclusúsque est introgressus vrbem in qua portæ & seræ sunt. [8] Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnam descenderet in Ceilam, & obsideret Dauid & viros eius. [9] Quod cùm Dauid rescissẽt quia præpararet ei Saul clàm malum, dixit ad Abiathar sacerdotem, Applica ephod. [10] Et ait Dauid, Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus, quòd disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me: [11] Si tradẽt me viri Ceilæ in manus eius? & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Dominus, Descendet. [12] Dixítque Dauid, Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecũ, in manus Saul? Et dixit Dominus, Tradent. [13] Surrexit ergo Dauid & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atq. illuc vagabantur incerti: nuntiatúmq. est Sauli quòd fugissẽt Dauid de Ceila, & saluatus esset: [14] quam ob rem dissimulauit exire. Morabatur autem Dauid in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph in monte opaco', quærebat eum tamen Saul cunctis diebus: & non tradidit eum Dominus in manus eius. [15] Et vidit Dauid quòd egressus esset Saul vt quæreret animam eius. Porrò Dauid erat in deserto-Ziph in sylua. [16] Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in Deo: [17] dixítq. ei, Ne timeas: neque enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus, sed & Saul pater meus scit hoc. [18] Percussit ergo vterque fœdus coram Domino: mansitq. Dauid in sylua, Ionathas autem reuersus est in domum suam. [19] Ascenderũt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Nónne 'ecce' Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ, in Colle-Hachila, quæ est ad dexteram deserti? [20] Nunc ergo sicut desiderauit anima tua vt descenderes, descẽde: nostrum autẽ erit vt tradamus eum in manus regis. [21] Dixítq. Saul, Benedicti vos à Dño, quia doluistis vicem meam. [22] Abite ergo oro, & diligentius præparate, & curiosius agite, & considerate locum vbi sit pes eius*, vel quis viderit eum ibi*, recogitat enim de me, quòd callidè insidiet ei. [23] Considerate, & videte omnia latibula eius, in quibus abscõditur: & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiscũ. quòd si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in

*velociter MS. I. Ab. H. & C. Repete. *vbi eius fuit MS. R. C. H. & C. addunt.

eum in cunctis millibus Iuda. [24] At illi surgentes abierũt in Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius erãt in deserto Maon, in campestribus ad dexteram Iesimon. [25] Iuit ergo Saul & socij eius ad quærendum eum: & nuntiatum est Dauid, statímque descendit ad petram, & versabatur in deserto-Maon. quod cùm audissẽt Saul, persecutus est Dauid in deserto-Maon. [26] Et ibat Saul *ad latus montis ex parte vna, Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera: porrò Dauid desperabat se posse euadere à facie Saul: itaque Saul, & viri eius in modũ coronæ cingebant Dauid, & viros eius, vt caperent eos. [27] Et nuntius venit ad Saul, dicens: Festina, & veni, quoniam infuderunt se Philisthiim super terram. [28] Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philisthinorum. propter hoc vocauerunt locum illum Petram diuidentem.

*& viri eius MS. R. G. At à B. & H. atque C. libris, non legitur.

CAP. XXIIII.

[1] ASCendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutissimis En-gaddi. [2] Cúmq. reuersus esset Saul, postquam persecutus est Philisthęos, nuntiauerunt ei, dicentes: Ecce, Dauid in deserto est Engaddi. [3] Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum Dauid & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. [4] Et venit ad caulas ouium, quę se offerebant vianti. erátq. ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte speluncæ latebant. [5] Et dixerunt serui Dauid ad eum, Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te, Ego tradã tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcîdit oram chlamydis Saul silenter. [6] Post hæc percussit cor suum Dauid, eo quòd abscidissẽt oram chlamydis Saul. [7] Dixítque ad viros suos, Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo christo Domini, vt mittã manum meam in eum, quia christus Domini est. Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut descẽdens in prœlium perierit: propitius mihi sit Dominus, vt non mittam manum meam in [8] christum Domini'. Et confregit Dauid viros suos sermonibus*, & non permisit eos vt consurgerent in Saul: porrò Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto [9] itinere. Surrexit autẽ Dauid post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se: & inclinans se [10] Dauid pronus in terram, adorauit, dixítque ad Saul, Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te? [11] Ecce hodie viderunt oculi tui quòd tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: & cogitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. dixi enim, Non extendam manum meam in dominum meum, quia christus Domini est. [12] Quin potius pater mi, vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniã cùm præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. animaduerte, & vide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autẽ insidiaris [13] animæ meæ vt auferas eam. Iudicet Dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non [14] sit in te. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur, AB IMPIIS egredietur impietas: [15] manus ergo mea non sit in te. Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pu- [16] licem vnum. Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet causam meã, & eruat me de manu tua. [17] Cùm autẽ complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul, Nũquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & fle- [18] uit: dixítq. ad Dauid, Iustior tu es quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona: ego au- [19] tem reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in manũ tuam, [20] & non occideris me. Quis enim cùm inuenerit

*9 MS. R. B. H. C. G. Verùm, agnoscitur versus iste constanter ab omnibus, infrà 26. vs. 10. & 11.

*istis MS. R.

inuenerit inimicũ ſuum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc pro eo quòd hodie operatus es in me. [21] Et nunc quia ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum Iſrael: [22] iura mihi in Dño, ne deleas ſemen meum poſt me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. [23] Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domum ſuam: & Dauid, & viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.

CAP. XXV.

Eccl. 46, 2. [1] MOrtuus eſt autem Samuel, & congregatus eſt vniuerſus Iſrael, & planxerunt eum, & ſepelierunt eum in domo ſua in Ramátha. Conſurgénſque Dauid deſcendit in deſertum Pharan.

[2] Erat autem vir quiſpiam in Solitudine-Maon, & poſſeſſio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erántq. ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. [3] Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius Abigáil. erátq. mulier illa prudentiſſima & ſpecioſa: porrò vir eius durus, & peſſimus, & malitioſus: erat autẽ de genere Caleb. [4] Cùm ergo audiſſet Dauid in deſerto quòd tõderet Nabal gregem ſuum, miſit decem iuuenes, [5] & dixit eis, Aſcendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & ſalutabitis eum ex nomine meo pacificè. [6] Et dicetis, Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcunq. habes, ſit pax. [7] Ex multis annis ſaluos faciens tuos, & omnia tua'. [8] Audiui quòd tonderent paſtores tui qui erant nobiſcum in deſerto: nũquam eis moleſti fuimus, nec aliquãdo defuit quicquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiſcum in Carmelo. [9] Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inueniãt pueri tui gratiã in oculis tuis: in die enim bona venimus. quodcunq. inuenerit manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo Dauid. [10] Cúmq. veniſſent pueri Dauid, locuti ſunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid: & ſiluerunt. [11] Reſpondens autem Nabal pueris Dauid, ait, Quis eſt Dauid? & quis eſt filius Iſai? hodie increuerũt ſerui qui fugiunt dominos ſuos. [12] Tollã ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris quos neſcio vnde ſint? [13] Regreſſi ſunt itaq. pueri Dauid per viam ſuam, & reuerſi venerunt, & annuntiauerunt ei omnia verba quæ dixerat. [14] Tunc ait Dauid 'pueris' ſuis, Accingatur vnuſquiſq. gladio ſuo. Et accincti ſunt ſinguli gladiis ſuis, accinctúſque eſt & Dauid enſe ſuo: & ſecuti ſunt Dauid quaſi quadringenti viri: porrò ducenti remãſerunt ad ſarcinas. [15] Abigaïl autem vxori Nabal nuntiauit vnus de pueris ſuis, dicens: Ecce Dauid miſit nuntios de deſerto, vt benedicerent domino noſtro: & auerſatus eſt eos. [16] homines iſti, boni ſatis fuerunt nobis, & non moleſti: nec quicquã aliquando periit omni tempore quo fuimus conuerſati cum eis in deſerto: [17] pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. [18] Quam ob rem conſidera, & recogita quid facias: quoniam completa eſt malitia aduerſum virum tuum, & aduerſum domum tuam, & ipſe eſt filius Belial, ita vt nemo poſſit ei loqui. [19] Feſtinauit igitur Abigaïl, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque ſata polentæ, & centum ligaturas vuæ paſſæ, & ducentas maſſas caricarum, & poſuit ſuper aſinos: [20] dixítque pueris ſuis, Præcedite me, ecce, ego poſt tergum ſequar vos: viro autẽ ſuo Nabal non indicauit. [21] Cùm ergo aſcendiſſet aſinum, & deſcẽderet ad radicem montis, Dauid & viri eius deſcendebant in occurſum eius: quibus & illa occurrit. [22] Et ait Dauid, Verè fruſtra ſeruaui omnia quæ huius erant in deſerto, & non periit quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebãt: & reddidit mihi malum pro bono. [23] Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, ſi reliquero de omnibus quæ ad ipſum pertinent vſq. manè, mingentem ad parietem. Cùm autem vidiſſet Abigáil Dauid, feſtinauit, & deſcendit

-6 MS. R. H. C. G. *greges tuos MS q. R.

-7 MS. R. B. H. C. Le *ſiquitur autem in* G. *libris.*

ſcendit de aſino, & procidit corã Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram, [24] & cecidit ad pedes eius, & dixit, In me ſit domine mi hæc iniquitas: loquatur obſecro ancilla tua in auribꝰ tuis: & audi verba famulæ tuæ. [25] Ne ponat oro dominus meus rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Nabal: quoniam ſecundùm nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo: ego autẽ ancilla tua non vidi pueros tuos domine mi, quos miſiſti. [26] Nunc ergo domine mi, viuit Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in ſanguinem, & ſaluauit manum tuam tibi: & nunc fiant ſicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. [27] Quapropter ſuſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui ſequuntur te dominũ meum. [28] Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciẽs enim faciet Dominus tibi domino meo domũ fidelem, quia prœlia Domini domine mi tu prœliaris: malitia ergo nõ inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. [29] Si enim ſurrexerit aliquando homo perſequens te, & quærens animam tuam, erit anima dñi mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium, apud Dñm Deum tuũ: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu & circulo fundæ. [30] Cùm ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus eſt bona de te, & conſtituerit te ducem ſuper Iſrael, [31] non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulum cordis domino meo, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris: & cùm benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. [32] Et ait Dauid ad Abigáil, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui miſit hodie te in occurſum meum, [33] & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinem, & vlciſcerer me manu mea. [34] Alioquin viuit Dominus Deus Iſrael qui prohibuit me ne malum facerẽ tibi: niſi citò veniſſes in occurſum mihi, non remanſiſſet Nabal vſq. ad lucem matutinam, mingens ad parietem. [35] Suſcepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixítque ei, Vade pacificè in domum tuam, ecce, audiui vocẽ tuam, & honoraui faciem tuam. [36] Venit autem Abigáil ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in domo eius, quaſi conuiuium regis, & cor Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum puſillum aut grande vſque manè. [37] Diluculo autem cùm digeſſiſſet vinum Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc, & emortuum eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. [38] Cúmque pertranſiſſent decem dies, percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt. [39] Quod cùm audiſſet Dauid mortuum Nabal, ait, Benedictus Dominus qui iudicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruũ ſuum cuſtodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput eius. Miſit ergo Dauid, & locutus eſt ad Abigáil, [40] vt ſumeret eam ſibi in vxorem. Et venerunt pueri Dauid ad Abigáil in Carmelum, & locuti ſunt ad eam, dicentes, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi [41] in vxorem. Quæ conſurgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum [42] domini mei. Et feſtinauit, & ſurrexit Abigáil, & aſcendit ſuper aſinum, & quinque puellæ ierunt cum ea, pediſſequæ eius, & ſecuta eſt nuntios Dauid: & facta eſt illi vxor. [43] Sed & Achi-nóam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraque [44] vxor eius. Saul autem dedit Michol filiam ſuam vxorem Dauid Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

*& tu benefacies ei MS. G. Verùm à R. B. H. & C. manifigitur.

CAP. XXVI.

[1] ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Ecce, Dauid abſconditus eſt in Colle-hachila, quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis. [2] Et ſurrexit Saul, & deſcendit in deſertum-Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Iſrael, vt quæreret Dauid in deſerto Ziph. [3] Et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa-hachila, quæ erat ex aduerſo ſolitudinis in via: Dauid autem habitabat in deſerto. Videns autem quòd veniſſet Saul poſt ſe [4] in deſertum, miſit exploratores, & di-

-7 MS. H. C. -3 MS. R. B. H. C. At à G. & hoc, & illud, additur.

dicit quòd illuc' veniſſet certiſſimè. *Et ſurrexit Dauid clam', & venit ad locum vbi erat Saul: cúmque vidiſſet locum in quo dormiebat Saul, & Abner fili⁹ Ner, princeps militiæ eius, & Saulẽ dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius, *ait Dauid ad Achi-mélech Hethæum, & Abiſai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicens, Quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra? Dixítque Abiſai, Ego deſcendam tecum. *Venerunt ergo Dauid & Abiſai ad populũ nocte, & inuenerunt Saul iacentẽ & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum dormientes in circuitu eius. *Dixítque Abiſai ad Dauid, Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lãcea in terra, ſemel, & ſecundò opus non erit. *Et dixit Dauid ad Abiſai, Ne interficias eum: quis enim extendet manũ ſuam in chriſtum Domini, & innocens erit?

*Et dixit Dauid, Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prœlium deſcendens perierit: *propitius ſit mihi Dominus ne extendam manum meam in chriſtum Domini. nunc igitur tolle haſtã quæ eſt ad caput eius, & ſcyphum aquæ, & abeamus. *Tulit igitur Dauid haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat ad caput Saul. & abierunt: & non erat quiſquam qui videret, & intelligeret, & euigilaret, ſed omnes dormiebant, quia ſopor Domini irruerat ſuper eos. *Cúmque tranſiſſet Dauid ex aduerſo, & ſtetiſſet in vertice montis de longè, & eſſet grande interuallum inter eos, *clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens, Nónne reſpondebis Abner? Et reſpondens Abner, ait, Quis es tu qui clamas & inquietas regem? *Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo nõ cuſtodiſti dñm tuum regem? ingreſſus eſt enim vnus de turba vt interficeret regem dominũ tuum. *Non eſt bonum hoc quod feciſti: viuit Dominus, quoniam filij mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum chriſtum Domini. nunc ergo vide vbi ſit haſta regis, & vbi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput eius. *Cognouit autẽ Saul vocem Dauid, & dixit, Nunquid vox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea domine mi rex. *Et ait, Quam ob cauſam dominus meus perſequitur ſeruum ſuum? Quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? *Nunc ergo audi oro domine mi rex verba ſerui tui, Si Dominus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium. ſi autem filij hominum: maledicti ſunt in conſpectu Domini: 'qui' eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes, Vade, ſerui diis alienis. *Et nunc non effundatur ſanguis meus in terram coram Domino: quia egreſſus eſt rex Iſrael vt quærat pulicem vnum, ſicut perſequitur perdix in montibus. *Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltrà tibi malefaciam, eò quòd pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quòd ſtultè egerim, & ignorauerim multa nimis. *Et reſpondens Dauid, ait, Ecce haſta regis: tranſeat vnus de pueris regis, & tollat eam. *Dominus autem retribuet vnicuique ſecundum iuſtitiam ſuam & fidem: tradidit enim te Domin⁹ hodie in manum meam, & nolui extendere manũ meam in chriſtum Domini. *Et ſicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis, ſic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni anguſtia. *Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem faciens facies, & potens poteris. *Abiit autem Dauid in viam ſuam, & Saul reuerſus eſt in locum ſuum.

CAP. XXVII.

ET ait Dauid in corde ſuo, Aliquando incidam vna die in manus Saul: nónne melius eſt vt fugiam, & ſaluer in Terra-Philiſthinorũ, "vt' deſperet Saul, ceſſétque me quærere in cunctis finibus Iſrael? fugiam ergo manus eius. *Et ſurrexit Dauid, & abiit ipſe, & ſexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth.

Geth. *Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipſe & viri eius, *& domus eius, Dauid, & duæ vxores eius, Achi-nóam Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli. *Et nuntiatum eſt Sauli quòd fugiſſet Dauid in Geth, & non addidit vltrà quærere eum. *Dixit autem Dauid ad Achis, Si inueni gratiã in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt habitem ibi: cur enim manet ſeruus tuus in ciuitate regis tecum? *Dedit itaq. ei Achis in die illa Siceleg: propter quam cauſam facta eſt Siceleg regum Iuda, vſque in diem hanc. *Fuit autem numerus dierum quibus habitauit Dauid in regione Philiſtinorum, quatuor menſium. *Et aſcendit Dauid, & viri eius, & agebant prædas de Geſſuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim 'pagi habitabantur' in terra antiquitus, euntibus Sur vſque ad Terram-Ægypti. *Et percutiebat Dauid omnem terram, nec relinquebat viuẽtem virum & mulierem: tollénſque oues, & boues, & aſinos, & camelos, & veſtes, reuertebatur, & veniebat ad Achis. *Dicebat autem ei Achis, In quem irruiſti hodie? Reſpondebat Dauid, Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ierameel, & cõtra meridiem Ceni. *Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens, Ne fortè loquantur aduerſum nos, Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philiſthinorum.

Credidit ergo Achis Dauid, dicẽs, Multa mala operatus eſt contra populum ſuum Iſrael: erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

CAP. XXVIII.

FActum eſt autem in diebus illis, congregauerũt Philiſthiim agmina ſua, vt præpararentur ad bellũ contra Iſrael: dixítque Achis ad Dauid, Sciens nunc ſcito, quoniam mecum egredieris in caſtris tu & viri tui. *Dixítque Dauid ad Achis, Nunc ſcies quæ facturus eſt ſeruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego cuſtodem capitis mei ponam te cunctis diebus. *'Samuel autem mortuus eſt, planxítque eum omnis Iſrael, & ſepelierunt eum in Ramátha vrbe ſua. Et Saul abſtulit magos, & hariolos de terra: & interfecit eos, qui pythones habebant in ventre. *Congregatíque ſunt Philiſthiim, & venerunt, & caſtrametati ſunt in Sunam: congregauit autem & Saul vniuerſum Iſrael, & venit in Gelbóe. *Et vidit Saul caſtra Philiſthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. *Conſuluítque Dominum, & non reſpondit ei neque per ſomnia, neque per ſacerdotes, neque per prophetas. *Dixítq. Saul ſeruis ſuis, Quærite mihi mulierem habẽtem pythonem, & vadam ad eam, & ſciſcitabor per illam. Et dixerũt ſerui eius ad eum, Eſt mulier pythonem habens in Endor. *Mutauit ergo habitum ſuum, veſtitúſque eſt alijs veſtimentis, & abiit ipſe, & duo viri cum eo, venerúntque ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & ſuſcita mihi quẽ dixero tibi. *Et ait mulier ad eum, Ecce, tu noſti quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit magos & hariolos de terra: quare ergo inſidiaris animæ meæ, vt occidar? *Et iurauit ei Saul in Domino, dicens, Viuit Dominus, quia nõ euenier tibi quicquam mali propter hanc rem. *Dixítq. ei mulier, Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait, Samuelem mihi ſuſcita. *Cùm autẽ vidiſſet mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare impoſuiſti mihi? Tu es enim Saul. *Dixítq. ei rex, Noli timere: quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul, Deos vidi aſcendentes de terra. *Dixítq. ei, Qualis eſt forma eius? Quæ ait, Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuã in terra, & adorauit. *'Dixit autem Samuel ad Saul, Quare inquietaſti me vt ſuſcitarer? Et ait Saul, Coarctor nimis: ſiquidem Philiſthiim pugnant aduerſum me, & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit neque in manu prophetarum, neque per ſomnia: vocaui ergo te, vt oſtenderes mihi quid faciam. *Et ait Samuel, Quid interrogas me, cùm Dominus receſſerit à te, & tranſierit ad æmulum tuum?

* vir 1 MS. R. H. C. G.

n pagi habitabant 8 MS. "vagi habitabant, 6 MS. habitabant H. C. Conſimiliter Teſtimoni, legit Hier. illorum MS. R.

-9 MS. R. H. C. G.

Leu. 20, 27. Deu. 18, 11.

Sup. 25, 1.

Eccl. 46, 23

*Faciet enim tibi Dominus ſicut locu- 17
Sup. 15,28. tus eſt in manu mea, & 'ſcindet regnum
tuum de manu tua, & dabit illud proxi-
mo tuo Dauid: *quia non obediſti voci 18
Domini, neque feciſti iram furoris eius
in Amalec. idcirco quod pateris, fecit ti-
bi Dominus hodie. *Et dabit Dominus 19
etiam Iſrael tecũ in manus Philiſthiim:
cras autem tu & filij tui mecum eritis:
ſed & caſtra Iſrael tradet Dñs in manus
Philiſthiim. *Statímq. Saul cecidit por- 20
*valde 1 MS. H. C. G. rectus in terram: extimuerat enim *verba Samuelis, & robur nõ erat in eo, quia
non comederat panem tota die illa. *In- 21
greſſa eſt itaq. mulier illa ad Saul, (conturbatus enim erat valde) dixítque ad
eum, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ,
& poſui animam meam in manu mea:
& audiui ſermones tuos quos locutus es
ad me. *Nunc igitur audi & tu vocem 22
ancillæ tuæ, & ponam coram te buccel-
lam panis, vt comedens conualeſcas, &
poſſis iter agere. *Qui renuit, & ait, 23
Non comedam. Coëgerunt autem eum
ſerui ſui & mulier, & tandem audita vo-
ce eorum ſurrexit de terra, & ſedit ſuper
lectum. *Mulier autem illa habebat vi- 24
tulum paſcualẽ in domo, & feſtinauit,
& occidit eum: tollénſq. farinam, miſ-
cuit eam, & coxit azyma, & poſuit ante
Saul, & ante ſeruos eius. Qui cùm com-
ediſſent, ſurrexerunt, & ambulauerunt
per totam noctem illam.

CAP. XXIX.

COngregata ſunt ergo Philiſthiim 1
vniuerſa agmina in Aphec: ſed &
Iſrael caſtrametatus eſt ſuper fontẽ qui
erat in Iezrahel. *Et ſatrapæ quidẽ Phili- 2
ſthiim incedebant in centuriis & millibus: Dauid autẽ & viri eius erant in no-
uiſſimo agmine cum Achis. *Dixerúnt- 3
*5 MS. B. M. C. G. que principes Philiſthiim 'ad Achis', Quid ſibi volũt Hebræi iſti? Et ait Achis
ad principes Philiſthiim, Nũquid igno-
ratis Dauid qui fuit ſeruus Saul regis Iſ-
rael, & eſt apud me multis diebus vel
*mali MS. C. annis, & non inueni in eo quicquam *ex
die qua transfugit ad me, vſque ad diem
hanc? *Irati ſunt autem aduerſus eum 4
principes Philiſthiim, & dixerunt ei,
'Reuertatur vir, & ſedeat in loco ſuo, in
quo conſtituiſti eum: & non deſcendat
nobiſcum in prœlium, ne fiat nobis ad-
uerſarius, cũ prœliari cœperimus: quo-
modo enim aliter poterit placare domi-
num ſuum, niſi in capitibus noſtris?
*Nónne iſte eſt Dauid cui cantabant in 5
choris, dicentes, Percuſſit Saul in mille-
bus ſuis, & Dauid in decem millib⁹ ſuis?
*Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, 6
Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bo-
nus in conſpectu meo: & exitus tuus, &
introitus tuus mecum eſt in caſtris: &
non inueni in te quicquam mali ex die
qua veniſti ad me, vſque in diem hanc:
ſed ſatrapis non places. *Reuertere er- 7
go, & vade in pace, & nõ offendas ocu-
los ſatraparum Philiſthiim. *Dixítque 8
Dauid ad Achis, Quid enim feci, &
quid inueniſti in me ſeruo tuo à die qua
fui in conſpectu tuo vſq. in diem hanc,
vt non veniam, & pugnem contra ini-
micos domini mei regis? *Reſpondens 9
autem Achis, locutus eſt ad Dauid, Scio
quia bonus es tu in oculis meis, ſicut an-
gelus Dei: ſed principes Philiſthinorum
dixerunt, Non aſcendet nobiſcum in
prœlium. *Igitur conſurge manè, tu 10
& ſerui domini tui, qui venerũt tecum:
& cùm de nocte ſurrexeritis, & cœperit
diluceſcere, pergite. *Surrexit itaq. de 11
nocte Dauid ipſe & viri eius, vt proficiſ-
cerentur manè, & reuerterẽtur ad Ter-
ram-Philiſthiim: Philiſthiim autẽ aſcen-
derunt in Iezrahel.

CAP. XXX.

CVmque veniſſent Dauid & viri eius 1
in Siceleg die tertia, Amalecitæ im-
petum fecerant ex parte auſtrali in Sice-
leg, & percuſſerant Siceleg, & ſuccen-
derant eam igni: *Et captiuas duxerant 2
mulieres ex ea, à minimo vſque ad ma-
gnũ: & non interfecerant quemquam,
ſed ſecum duxerant, & pergebant itine-
re ſuo. *Cùm ergo veniſſet Dauid, & 3
viri eius ad ciuitatẽ, & inueniſſent eam
ſuccenſam igni, & vxores ſuas, & filios
ſuos, & filias ductas eſſe captiuas, *leua- 4
uerunt Dauid & populus qui erat cum
eo voces ſuas, & planxerunt donec defi-
cerent

cerent in eis lachrymæ. *Siquidẽ & duę 5
vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant,
Achinoam Iezrahelitis, & Abigáil vxor
Nabal Carmeli. *Et contriſtatus eſt Da- 6
uid valde: volebat enim eum populus la-
pidare, quia amara erat anima vniuſcu-
iuſq. viri ſuper filiis ſuis, & filiabus: con-
fortatus eſt autem Dauid in Dño Deo
ſuo. *Et ait ad Abiathar ſacerdotem fi- 7
liũ Achi-mélech, Applica ad me ephod.
Et applicauit Abiathar ephod ad Da-
uid, & conſuluit Dauid Dominum, di-
cens, *Perſequar latrúculos hos, & com- 8
-6 MS. B. H. C. Additur autem à G. prehendam eos, an non? Dixítq. ei Do-
minus', Perſequere: abſque dubio enim
comprehendes eos, & excuties prędam.
*Abiit ergo Dauid ipſe & ſexcenti vi- 9
ri qui erant cum eo, & venerunt vſque
ad Torrentem-Beſor: & laſſi quidã ſub-
ſtiterunt. *Perſecutus eſt autem Dauid 10
cum eo MS q. R. ipſe, & quadringenti viri: ſubſtiterant
enim ducenti, qui laſſi tranſire non po-
terant Torrentem-Beſor. *Et inuene- 11
runt virum Ægyptium in agro, & ad-
duxerunt eum ad Dauid: dederúntque
ei panẽ vt comederet, & biberet aquam,
*ſed & fragmen maſſæ caricarum, & 12
duas ligaturas vuę paſſæ. Qui cùm com-
ediſſet, reuerſus eſt ſpiritus eius, & refo-
cillatus eſt: nõ enim comederat panem,
neque biberat aquam, tribus diebus &
tribus noctibus. *Dixit itaque ei Dauid, 13
*2 MS. R. H. C. G. Cui⁹ es tu? vel vnde? & quò pergis? Qui
ait, Puer Ægyptius ego ſum, ſeruus viri
Amalecitæ: dereliquit autem me do-
minus meus, quia ægrotare cœpi nu-
diuſtertius. *Siquidem nos erupimus 14
ad auſtralem plagam Cerethi, & contra
Iudam, & ad Meridiem Caleb, & Sice-
leg ſuccendimus igni. *Dixítque ei Da- 15
uid, Potes me ducere ad cuneum iſtum?
Qui ait, Iura mihi per Deum, quòd non
occidas me, & non tradas me in manus
domini mei, & ego ducã te ad cuneum
*3 MS. R. H. C. G q. iſtum. Et iurauit ei Dauid'. *Qui cùm 16
duxiſſet eum, ecce illi diſcumbebant ſu-
per faciem vniuerſæ terræ comedentes
& bibentes, & quaſi feſtum celebrantes
diem, pro cuncta præda & ſpoliis quæ
ceperãt de Terra-Philiſthiim, & de Ter-
ra-Iuda. *Et percuſſit eos Dauid à ve- 17
ſpere vſque ad veſperam alterius diei, &
non euaſit ex eis quiſquã, niſi quadrin-
genti viri adoleſcentes, qui aſcenderant
camelos, & fugerant. *Eruit ergo Dauid 18
omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas
vxores ſuas eruit. *Nec defuit "quiſquã' 19
" quicquã 1 MS. à paruo vſque ad magnum, tam de filiis
quàm de filiabus, & de ſpoliis, & quæ-
cunque rapuerant: omnia reduxit Da-
uid. *Et tulit vniuerſos greges & armen- 20
ta, & minauit ante faciem ſuam: dixe-
rúntque, Hæc eſt præda Dauid. *Venit 21
autem Dauid ad ducentos viros, qui laſ-
ſi ſubſtiterant, nec ſequi potuerant Da-
uid, & reſidere eos iuſſerat in Torrente-
béſor: qui egreſſi ſunt obuiam Dauid, &
populo qui erat cum eo. Accedens au-
tem Dauid ad populum, ſalutauit eos
pacificè. *Reſpondénſq. omnis vir peſ- 22
ſimus, & iniquus de viris qui ierant cum
Dauid, dixit, Quia non venerunt nobiſ-
cum, non dabimus eis quicquã de præ-
da quam eruimus: ſed ſufficiat vnicuiq.
vxor ſua & filij; quos cùm acceperint,
recedant. *Dixit autem Dauid, Non ſic 23
facietis fratres mei de his quæ tradidit
nobis Dominus, & cuſtodiuit nos, & de-
dit latrunculos qui eruperant aduerſum
nos, in manus noſtras: *nec audiet vos 24
quiſquã ſuper ſermone hoc. æqua enim
pars erit deſcendentis ad prœlium, & re-
manentis ad ſarcinas, & ſimiliter diui-
dent. *Et factum eſt hoc ex die illa, & 25
deinceps conſtitutum & præfinitum, &
quaſi lex in Iſrael vſque in diem hanc.
*Venit ergo Dauid in Siceleg, & mi- 26
ſit dona de præda ſenioribus Iuda pro-
ximis ſuis, dicens, Accipite benedi-
ctionem de præda hoſtium Domini:
*His qui erant in Bethel, & qui in Ra- 27
moth ad Meridiem, & qui in Gether,
*& qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & 28
qui in Eſthamo, *& qui in Rachal, & 29
qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbi-
bus Ceni, *& qui in Harama, & qui in 30
lacu Aſan, & qui in Athach, *& qui in 31
Hebrõ, & reliquis qui erant in his locis,
in quibus commoratus fuerat Dauid &
viri eius.

CAP.

CAP. XXXI.

1 PHilisthiim autem pugnabant aduersum Israel: & fugerũt viri Israel ante faciem Philisthiim, & ceciderunt interfecti, in monte Gelbóe. *Irruerúntque Philisthiim in Saul & in filios eius,& percusserũt Ionathan & Abinadab & Melchisua filios Saul, *totúmq. põdus prœlij versum est in Saul: & consecuti sunt eum viri sagittarij, & vulneratus est vehementer à sagittariis. *Dixítque Saul ad armigerum suum, Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè veniant incircuncisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. arripuit itaq. Saul gladium ~suum', & irruit super eum. *Quod cùm vidisset armiger eius, videlicet quòd mortuus esset Saul, irruit etiã ipse super gladiũ suum, & mortuus est cum eo. *Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter. *Videntes autem ~filij' Israel qui erant trans vallem & trans Iordanem, quòd fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul, & filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt: venerúntq. Philisthiim, & habitauerunt ibi.

8 *Facta autem die altera, venerunt Philisthiim, vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelbóe. *Et præciderunt caput Saul,& expoliauerunt eum armis: & miserunt in Terram Philisthinorum per circuitum, vt annuntiaretur in templo idolorum*,& in populis: *Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus verò eius suspenderũt in muro Bethsan. *'Quod cùm audissent habitatores Iabes-Galaad, quæcunque fecerant Philisthiim Saul, *surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul,& cadauera filiorum eius de muro Bethsan: venerúntque* Iabes Galaad, & combusserunt ea ibi ~igni': *& tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes,& ieiunauerunt septem diebus.

1 Pa. 10, 1.

~2 MS.B. H.C. *Adijcitur autem* G.

~viri 5 MS.R.B. H.C.G.

*Ioseph. 1 Mac. c.

LIBER SECVNDVS SAMVELIS, QVEM NOS SECVNDVM REGVM DICIMVS.

CAPVT I.

1 ACTVM est autẽ postquàm mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. *In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul veste conscissa, & puluere conspersus caput. & vt venit ad Dauid, cecidit super faciẽ suam, & adorauit. *Dixítque ad eum Dauid, Vnde venis? Qui ait ad eum, De castris 4 Israel fugi. *Et dixit ad eum Dauid, Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait, Fugit populus ex prœlio, & multi corruentes è populo mortui sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius 5 interierunt. *Dixítque Dauid ad adolescentem qui nuntiabat ei, Vnde scis quia mortuus est Saul & Ionathas filius 6 eius? *Et ait adolescens qui nuntiabat ei, Casu veni in montem Gelbóe, & Saul incumbebat super hastam suam: porrò currus & equites appropinquabant ei, 7 *& conuersus post tergum suum, vidénsque

dénsque me vocauit. Cui cùm respondissem, Adsum: 8 *dixit mihi, Quisnam es tu? Et aio ad eũ, Amalecites ego sum. 9 *Et locutus est mihi, Sta super me, & interfice me: quoniam tenẽt me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est. 10 *Stánsque super eum, occidi illum: sciebam enim quòd viuere non poterat post ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc.

11 *Apprehendens autẽ Dauid vestimenta sua scidit, omnésq. viri qui erant cum eo, 12 *& planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsq. ad vesperam super Saul, & super Ionathan filium eius, & super populum Domini, & super domum Israel, eo quòd corruissent gladio. 13 *Dixítq. Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat ei, Vnde es tu? Qui respondit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum. Ps.104, 15. 14 *Et ait ad eum Dauid, 'Quare non timuisti mittere manum tuam vt occideres christum Domini? 15 *Vocánsq. Dauid vnum de pueris suis, ait, Accedens irrue in eum. Qui percussit illum,& mortuus est. 16 *Et ait ad eum Dauid, Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est aduersum te, dicens, Ego interfeci christum Domini. 17 *Planxit autem Dauid planctũ huiusce modi super Saul, & super Ionathan filium eius, (18 *& præcepit vt docerẽt filios Iuda arcum, sicut scriptum est in Libro iustorum.)

~13 MS. R.H.C. *Legitur in codicibus Græcis, sed pro eo, quod sequitur.* -G.

'Et ait, Cõsidera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati', 19 *~Inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt': quomodò ceciderunt fortes? 20 *Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalõnis: ne fortè lætentur filiæ Philisthiim, ne exultent filiæ incircuncisorum.

21 *Montes Gelbóe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neq. sint agri primitiarũ: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo. 22 *A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. 23 *Saul & Ionathas amabiles, & decori in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi: aquilis velociores, leonibus fortiores.

24 *Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.

25 *Quomodo ceciderunt fortes in prœlio? Ionathas in excelsis tuis occisus est?

26 *Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum.

~Sicut mater vnicũ amat filium suum, ita ego te diligebam'. ~1 MS.R. H.C.G.

27 *Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

CAP. II.

1 IGitur post hæc consuluit Dauid Dominum, dicens, Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait Dominus ad eum, Ascende. Dixítque Dauid, Quò ascendam? Et respondit ei, In Hebron. 2 *Ascẽdit ergo Dauid, & duæ vxores eius, Achi-noam Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli: 3 *sed & viros qui erant cum eo, duxit Dauid singulos cum domo sua: & manserunt in oppidis 4 Hebron. *'Venerúntq. viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda. Et nuntiatũ est Dauid, quòd 5 viri Iabes-Galaad sepeliissent Saul. *Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes-Galaad, dixítque ad eos, Benedicti vos Domino, qui feciſtis misericordiã hanc cum dño vestro Saul, & sepelistis eum.

1 Mat. 2, 57 1 Re. 31, 11

6 *Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eo quòd feciſtis verbum istud. 7 *Confortentur manus vestræ, & estote filij fortitudinis: licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regem sibi. 8 *Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Is-boseth filiũ Saul, 9 & circũduxit eum per castra, *regémq. constituit super Galaad,& super 'Gessuri', & super Iezrahel, & super Ephraim, & super Beniamin, & super Israel vniuersum. 10 *Quadraginta annorum erat Is-boseth filius Saul cùm regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnauit: sola

*Assuri H.C.G.

uit: ſola autem domus Iuda ſequebatur Dauid. [11] Et fuit numerus dierum quos cõmoratus eſt Dauid, imperans in Hebron ſuper domum Iuda, ſeptem annorum, & ſex menſium. [12] Egreſſúſq. eſt Abner filius Ner, & pueri Iſ-boſeth filij Saul de caſtris in Gabaon. [13] Porrò Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egreſſi ſunt, & occurrerũt eis iuxta piſcinã Gabaon. Et cùm in vnum conueniſſent, eregione ſederunt: hi in vna parte piſcinæ, & illi ex altera. [14] Dixítq. Abner ad Ioab, Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et reſpondit Ioab, Surgant. [15] Surrexerunt ergo, & tranſierunt numero duodecim de Ben-iamin, ex parte Iſ-boſeth filij Saul, & duodecim de pueris Dauid.

[16] Apprehenſóq. vnuſquiſq. capite comparis ſui, defixit gladiũ in latus contrarij, & ceciderunt ſimul: vocatúmque eſt nomen loci illius, Ager robuſtorum, in Gabaon. [17] Et ortum eſt bellum durum ſatis in die illa: fugatúſque eſt Abner, & viri Iſrael, à pueris Dauid. [18] Erant autem ibi tres filij Saruiæ, Ioab & Abiſai, & Aſaël: porrò Aſaël curſor velociſſimus fuit, quaſi vnus de capreis quæ morantur in ſyluis. [19] Perſequebatur autem Aſaël Abner, & non declinauit ad dextram neque ad ſiniſtram omittens perſequi Abner. [20] Reſpexit itaq. Abner poſt tergum ſuum, & ait, Túne es Aſaël? Qui reſpondit, Ego ſum. [21] Dixítque ei Abner, Vade ad dextram, ſiue ad ſiniſtram, & apprehende vnum de adoleſcentibus, & tolle tibi ſpolia eius. Noluit autẽ Aſaël omittere quin vrgeret eum.

[22] Rurſúmque locutus eſt Abner ad Aſaël, recede, & noli me ſequi, ne cõpellar cõfodere te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. [23] Qui audire contempſit, & noluit declinare: percuſſit ergo eum Abner auerſa haſta in inguine, & transfodit, & mortuus eſt in eodem loco: omnéſque qui tranſibant per locum illum in quo ceciderat Aſaël, & mortuus erat, ſubſiſtebãt. [24] Perſequentibus autẽ Ioab & Abiſai fugientẽ Abner, ſol occubuit: & venerunt vſque ad Collem-aquæ ductus, qui eſt ex aduerſo vallis, & itineris deſerti in Gabaon. [25] Congregatíque ſunt filij Ben-iamin ad Abner: & conglobati in vnum cuneum, ſteterunt in ſummitate tumuli vnius. [26] Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait, Num vſque ad internecionem tuus mucro deſęuiet? an ignoras quòd periculoſa ſit deſperatio? vſquequo non dicis populo vt omittat perſequi fratres ſuos? [27] & ait Ioab, Viuit Dominus, ſi locutus fuiſſes, manè receſſiſſet populus perſequẽs fratrẽ ſuum. [28] Inſonuit ergo Ioab buccina, & ſtetit omnis exercitus, nec perſecuti ſunt vltrà Iſrael, neque iniere certamen. [29] Abner autem & viri eius abierunt per campeſtria, tota nocte illa: & tranſierũt Iordanẽ, & luſtrata omni Beth-horon, venerunt ad Caſtra. [30] Porrò Ioab reuerſus, omiſſo Abner, congregauit omnem populum: & defuerunt de pueris Dauid decem & nouem viri, excepto Aſaele. [31] Serui autẽ Dauid percuſſerunt de Beniamin, & de viris qui erant cum Abner, trecentos ſexaginta*, qui & mortui ſunt. [32] Tulerúntq. Aſael, & ſepelierunt eum in ſepulchro patris ſui in Beth-léhem: & ambulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo; & in ipſo crepuſculo peruenerunt in Hebron.

* 318 MS. G.

CAP. III.

[1] FActa eſt ergo longa concertatio inter domum Dauid, & inter domum Saulis: Dauid proficiſcens & ſemper ſe ipſo robuſtior, domus autẽ Saul decreſcens quotidie. [2] Natíq. ſunt filij Dauid in Hebron: fuítque primogenitus eius Amnõ de Achinóam Iezrahelitide. [3] Et poſt eum Cheleab de Abigáil vxore Nabal Carmeli: porrò tertius Abſalõ filius Maacha filiæ Tholmai regis Geſſur. [4] Quartus autem Adonias, filij Haggith: & quintus Saphathia, filius Abital. [5] Sextus quoque Ieth-raam de Egla vxore Dauid. hi nati ſunt Dauid in Hebron.

[6] Cùm ergo eſſet prœlium inter domum Saul & domũ Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul. [7] Fuerat autem Sauli concubina nomine Reſpha, filia Aia. Dixítq. Iſ-bóſeth ad Abner, Quare in-

* Ingreſſus, & ad eã per mutationem literæ H. & C. in Hebraico.

re ingreſſus es ad cõcubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Iſ-bóſeth, ait, Nunquid caput canis ego ſum aduerſum Iudam hodie, qui fecerim miſericordiam ſuper domum Saul patris tui, & ſuper fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus Dauid, & tu requiſiſti in me quod argueres pro muliere hodie? [9] Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, niſi quomodò iurauit Dominus Dauid, ſic faciam cum eo, [10] vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid ſuper Iſrael, & ſuper Iudam, à Dan vſque Ber-ſabee. [11] Et non potuit reſpõdere ei quicquam: quia metuebat illum. [12] Miſit ergo Abner nuntios ad Dauid* pro ſe dicentes, Cuius eſt terra? Et vt loquerentur, Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuerſum Iſrael. [13] Qui ait, Optimè: ego faciam tecũ amicitias: ſed vnam rem peto à te, dicens, Non videbis faciem meam antequam adduxeris Michol filiam Saul: & ſic venies, & videbis me. [14] Miſit autem Dauid nuntios ad Iſ-bóſeth filium Saul, dicẽs, Redde vxorem meam Michol quã deſponsi mihi centum præputiis Philiſthiim. [15] Miſit ergo Iſ-bóſeth, & tulit eam à viro ſuo Phaltiel, filio Lais. [16] Sequebatúrque eam vir ſuus, plorans vſque Bahurim: & dixit ad eum Abner, Vade, & reuertere. Qui reuerſus eſt. [17] Sermonem quoque intulit Abner ad ſeniores Iſrael, dicens, Tam heri quàm nudiuſtertius quærebatis Dauid vt regnaret ſuper vos. [18] Nunc ergo facite: quoniam Dominus locutus eſt ad Dauid, dicens, In manu ſerui mei Dauid ſaluabo populum meum Iſrael de manu Philiſthiim, & omnium inimicorum eius. [19] Locutus eſt autem Abner etiam ad Ben-iamin. Et abiit vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quę placuerant Iſraeli & vniuerſo Ben-iamin. [20] Venítque ad Dauid in Hebron cum viginti viris: & fecit Dauid Abner & viris eius qui venerant cum eo, cõuiuium. [21] Et dixit Abner ad Dauid, Surgam, vt congregem ad te dominum meum regem omnem Iſrael, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, ſicut deſiderat anima tua. [22] Cùm ergo deduxiſſet Dauid Abner, & ille iſſet in pace, ſtatim pueri Dauid & Ioab venerũt cæſis latronibus, cũ pręda magna nimis: Abner aũt non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiſerat eum, & profectus fuerat [23] in pace. Et Ioab & omnis exercitus qui erant cum eo, poſteà venerant: nunciatum eſt itaque Ioab à narrantibus, Venit Abner filius Ner ad regem, & dimiſit eum, & abiit in pace. [24] Et ingreſſus eſt Ioab ad regẽ, & ait, Quid feciſti? Ecce venit Abner ad te: quare dimiſiſti eum, & abiit & receſſit? [25] ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te vt deciperet te, & ſciret exitum tuum, & introitum tuum, & noſſet omnia quæ agis? [26] Egreſſus itaque Ioab à Dauid, miſit nũtios poſt Abner, & reduxit eum à Ciſterna-ſira, ignorante Dauid. [27] Cúmque rediiſſet Abner in Hebrõ, ſeorſum adduxit eum Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei, in dolo: & percuſſit illum ibi in inguine, & mortuus eſt in vltionẽ ſanguinis Aſaël fratris eius. [28] Quod cùm audiſſet Dauid rem iam geſtã, ait, Mundus ego ſum, & regnum meum apud Deum vſque in ſempiternum à ſanguine Abner filij Ner, [29] & veniat ſuper caput Ioab, & ſuper omnẽ domum patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & tenens fuſum, & cadens gladio, & indigẽs pane. [30] Igitur Ioab & Abiſai frater eius interfecerũt Abner, eo quòd occidiſſet Aſaël fratrem eorum in Gabaon in prœlio.

[31] Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo, Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plangite ante exequias Abner. porrò rex Dauid ſequebatur feretrum. [32] Cúmq. ſepeliſſent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner: fleuit autem & [33] omnis populus. Plangénſque rex & lugens Abner, ait, Nequaquam vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner. [34] Manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati: ſed ſicut ſolent

* in Hebron MS. G. Aſ. & R. H. & C. non addunt.

1 Re. 18, 27.

3 Reg. 2, 5.

5 MS. H. C. G.

4 MS. Hier. H. C.

solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congeminánsque omnis populus fleuit super eum. [35] Cúmque venisset vniuersa multitudo cibũ capere cum Dauid, clara adhuc die iurauit Dauid, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panem vel aliud quicquam. [36] Omníq. populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi. [37] & cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa quoniam non actũ fuisset à rege vt occideretur Abner filius Ner. [38] Dixit quoque rex ad seruos suos, Num ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Israel? [39] Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex: porrò viri isti filij Saruiæ duri sunt mihi: retribuat Dominus facienti malũ iuxta malitiam suam.

CAP. IIII.

-7 MS. R. H.C. Addit autem A G.

AVdiuit autem Is-bóseth' filius Saul [1] quòd cecidisset Abner in Hebron: & dissolutæ sunt manus eius, omnísque Israel perturbatus est. [2] Duo autem viri principes latronum erant filio Saul, nomen vni Baana, & nomẽ alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ de filiis Ben-iamin: siquidem & Beroth reputata est in Ben-iamin. [3] & fugerunt Berothitæ in Gethaim, fuerúntq. ibi aduenæ vsque ad tempus illud. [4] Erat autem Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquẽnis enim fuit, quando venit nuntius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. tollens itaq. eum nutrix sua, fugit: cúmque festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est: habuítque vocabulum Miphibóseth. [5] Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die domum Is bóseth: qui dormiebat super stratum suum meridie. -1 MS. R. H.C. Q.n. Et ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit'. [6] Ingressi sunt autem domum -3 MS. latenter' assumentes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine, Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. [7] Cùm autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclaui, & percutientes interfecerunt eum: subla-

latóque capite eius, abierunt per viam deserti tota nocte; [8] & attulerunt caput Is-bóseth ad Dauid in Hebrõ: dixerúntque ad regem, Ecce caput Is-bóseth filij Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam: & dedit Dominus domino meo regi vltionem hodie de Saul, & de semine eius. [9] Respondens autem Dauid Rechab, & Baana fratri eius filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus qui eruit animam meam de omni angustia, [10] quoniam eum qui annuntiauerat mihi, & dixerat, Mortuus est Saul; qui putabat se prospera nuntiare; tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio: [11] Quanto magis nunc cùm homines impij interfecerunt virũ innoxium in domo sua, super lectum suum, nõ quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra? [12] Præcepit itaque Dauid pueris suis, & interfecerunt eos: præcidentésq. manus & pedes eorũ, suspenderunt eos super piscinam in Hebrõ: caput autem Is-bóseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

CAP. V.

ET venerunt vniuersæ tribus Israel [1] ad Dauid in Hebron, dicentes, Ecce nos os tuum, & caro tua sumus. [2] Sed & heri & nudiustertius cùm esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: dixit autem Dominus ad te, Tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. [3] Venerunt quoque & seniores Israel ad regem in Hebron, & percussit cũ eis rex Dauid fœdus in Hebron coram Domino: vnxerúntq. Dauid in regem super Israel. [4] Filius triginta annorum erat Dauid, cũ regnare cœpisset, & 'quadraginta annis regnauit. [5] In Hebron regnauit super Iudã septem annis & sex mensibus: in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. [6] Et abiit rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ierusalem, ad Iebusæum habitatorem terræ: dictúmque est Dauid ab eis, Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicentes, Non ingredietur Dauid huc.

huc. [7] Cœpit autem Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid. [8] Proposuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset' cæcos & claudos odientes animam Dauid. idcirco dicitur in prouerbio, Cæcus & claudus non intrabunt in templum. [9] Habitauit autem Dauid in arce*, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus. [10] Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & Dominus Deus exercituũ erat cum eo. [11] Misit quoq. Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificésque lapidum ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid. [12] Et cognouit Dauid quoniam confirmasset eum Dominus regem super Israel, & quoniam exaltasset regnũ eius super populum suum Israel. [13] Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron: natíque sunt Dauid & alij filij & filiæ: [14] & hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalem, Samua, & Sobab & Nathan & Salomon, [15] & Iebahar & Elisúa & Nepheg. [16] & Iaphía & Elisama & Elioda & Eliphálet. [17] Audierunt ergo Philisthiim quòd vnxissent Dauid in regem super Israel: & ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid: quod cùm audisset Dauid, descendit in præsidium. [18] Philisthiim autẽ venientes diffusi sunt in Valle-raphaim. [19] & consuluit Dauid Dominum, dicens, Si ascendam ad Philisthiim? & si dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad Dauid, Ascende, quia tradens dabo Philisthiim in manu tua. [20] Venit ergo Dauid in Baal-Pharasim, & percussit eos ibi, & dixit, Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius Baal-Pharasim. [21] Et reliquerunt ibi sculptilia sua: quæ tulit Dauid, & viri eius. [22] Et addiderunt adhuc Philisthiim vt ascenderent, & diffusi sunt in Valle-raphaim. [23] Consuluit autem Dauid Dominum, Si ascendã contra Philisthæos, & tradas eos in manus

* Sion MS q.

meas'? Qui respondit, Non ascendas contra eos', sed gyra post tergũ eorum, -7 MS. Hier. H. C. & venies ad eos ex aduerso pyrorum. [24] Et cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prœlium: quia tunc egredietur Dominus ante faciẽ tuam, vt percutiat castra Philisthiim. [25] Fecit itaque Dauid sicut præceperat ei Domin⁹, & percussit Philisthiim de Gabaa, vsque dum venias Gezer.

CAP. VI.

CONgregauit autem rursum Dauid [1] omnes electos ex Israel, triginta millia. [2] Surrexítque Dauid, & abiit, & vniuersus populus qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei, super quam inuocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in cherubim super eam. [3] Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum: tulerúntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem, & Ahio filij Abinadab, [4] minabant plaustrum nouum. Cúmq. tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiens arcã Dei Ahio [5] præcedebat arcam. [6] Dauid autem, & omnis Israel ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis & lyris & tympanis & sistris & cymbalis. [7] Postquàm autẽ venerunt ad Aream 'Nachor', extendit Oza manum ad Arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam'. [8] Iratúsque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortu⁹ est ibi iuxta arcam Dei. [9] Contristatus est autem Dauid, eo quòd percussisset Dominus Ozam, & vocatum est nomẽ loci illius, Percussio-Ozæ: vsque in diem hanc. [10] Et extimuit Dauid Dominũ in die illa, dicens, Quomodò ingredietur ad me arca Domini? [11] Et noluit diuertere ad se arcam Domini in ciuitatẽ Dauid: sed diuertit eam in domum Obed-edom Gethæi. [12] Et habitauit arca Dñi in domo Obed-edom Gethæi tribus mensibus: & benedixit Dominus Obed-edom, & omnem domum eius. [13] Nuntiatúmq. est regi Dauid quòd benedixisset Dominus Obed-

-7 MS. Hier. H. C. G. Agnoscitur autem à Gq.

-7 MS. R. H. C. Q. n.

-2 MS. H. G.

Isai. 28, 21.

1 Par. 14, 2.

2 Par. 3, 5.

1 Par. 14, 8. 14, 16.

1 Par. 15, 13

* Nacho 11 MS. H. C. G. Textus autem, G q. consentit.

-2 MS. R. Q. n.

1 Par. 15, 25.

f edom,

edom,& omnia eius propter arcam Dei.
-10 MS. R.H.C.G. Q.n. Dixítque Dauid, Ibo, & reducam arcam cũ benedictione in domũ meam.'
Abiit ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obed-edom in ciuitatem Dauid cum gaudio: & erant cum Dauid septem chori, & victima vituli'. 13 *Cúmq.
-10 MS. R.H.C. Q.n. transcendissent, qui portabant arcã Domini sex passus, immolabat bouem & ouem', & arietem, & Dauid percutiebat in organis armigatis, 14 *& saltabat totis viribus ante Dominum: porrò Dauid
-9 MS. R.H.C. erat accinctus ephod lineo. 15 *Et Dauid,
-9 MS. R.H.C. & omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini, in iubilo, & in clangore buccinæ. 16 *Cúmque intrasset arca Domini in ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid subsilientem, atq. saltantem coram Domino: & despexit eum
1 Par.16,1. in corde suo. 17 *Et introduxerunt arcam Domini, & imposuerũt eam in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta, & pacifica coram Domino. 18 *Cúmque
*holocaustum 3 MS.H.C. *Conformiter autem Texani, legit, cum* G.R. complesset offerens *holocausta' & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum. 19 *Et partitus est vniuersæ multitudini Israel tam viro quàm mulieri singulis collyridã panis vnam, & assaturam bubalæ carnis vnam, & similam frixam oleo: & abiit omnis populus, vnusquisque in domum suam.
20 *Reuersúsque est Dauid vt benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait, Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorũ suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris.
-7 MS. R.H.C. *Nec contradicunt his codices Græci: solummodo enim τὸ ludam, non auferunt.* 21 *Dixítq. Dauid ad Michol, Viuit Dominus, quia ludam', ante Dominũ qui elegit me potius, quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem dux super populum Domini in Israel, & ludam, 22 *& vilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. 23 *Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.

CAP. VII.

1 FActum est autem cùm sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem vndiq. ab vniuersis inimicis suis,
2 *dixit ad Nathan prophetam, Vidésne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium?
3 *Dixítque Nathan ad regem, Omne quod est in corde tuo, vade fac: quia Dominus tecum est. 4 *Factum est autem in illa nocte: & ecce sermo Domini ad Nathan, dicens: 5 *Vade, & loquere ad seruum meum Dauid, Hæc dicit Dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? 6 *Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de Terra-Ægypti, vsque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio. 7 *Per cuncta loca quæ transiui cum omnibus filiis Israel, nunquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret populum meum Israel, dicẽs, Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?
8 *Et nunc hæc dices seruo meo Dauid, Hæc dicit Dñs exercituum, 'Ego tuli te de pascuis sequentem greges, vt esses
1 Reg.16, Psal.77, 9 dux super populum meum Israel: *& fui tecum in omnibus vbicunque ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua: fecíq. tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in
10 terra. *Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & *habitabit sub eo, & non turbabitur amplius: nec addent filij iniquitatis vt affligãt eum sicut
2 Par.33, 4.7. *habitabo cum* 11 prius, *ex die qua constitui iudices super populum meum Israel: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. prædicítque tibi Dominus, quòd domum
12 faciat tibi Dominus. *'Cúmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. 13 *'ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliã thronum
3 Reg.5,5. 1 Par.22,10 Hebr.1,5. Psal.88,30. 14 regni eius vsque in sempiternum. *'Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filiũ: qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum

rum hominum. 15 *Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli
*tua 5 MS.R.H.C.G. à Saul, quem amoui à facie 'mea'. 16 *Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. 17 *Secundum omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. 18 *Ingressus est autem rex Dauid, & sedit coram Domino, & dixit, Quis ego sum Dñe Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? 19 *Sed & hoc parum visum est in cõspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum: ista est enim lex Adam Domine Deus. 20 *Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim scis seruum tuum Dñe Deus. 21 *Propter verbum tuum, & secũdùm cor tuum fecisti omnia magnalia hæc, ita vt notum faceres seruo tuo. 22 *Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non est similis tui, neq. est Deus extra te, in omnibus quæ audiuimus auribus nostris. 23 *Quæ est autem, vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, facerétque eis magnalia, & horribilia super terram, à facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto, *gentem, & *gentibus & diis 2 MS. *gente & deo 3 MS. Q.n. deum' eius. 24 *Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: Et tu Domine Deus factus es eis in Deum. 25 *Nunc ergo Domine Deus verbum quod locutus es super seruũ tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum: & fac sicut locutus es, 26 *vt magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atque dicatur, Dominus exercituum, Deus super Israel. Et domus serui tui Dauid erit stabilita coram Domino, 27 *quia tu Domine exercituum Deus Israel reuelasti aurem serui tui, dicens, Domum ædificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus cor suũ vt oraret te oratione hac. 28 *Nunc ergo Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad seruum tuũ bona hæc.
29 *Incipe ergo, & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu Domine Deus locutus es, *benedi- *6 MS. H.C.G. ctione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

CAP. VIII.

1 FActum est autem post hæc percussit Dauid Philisthiim, & humiliauit eos, '& tulit Dauid Frenum-tributi de 1 Par.18,1. 2 manu Philisthiim. *Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo, coæquans terræ: mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum: factúsque est Moab Dauid seruiẽs sub tributo. 3 *Et percussit Dauid Adar-ézer filium Rohob regem Soba, quando profectus est vt dominaretur
4 super flumen Euphráten. *Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum, subneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus. 5 *Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adar-ézer regi Soba: & percussit Dauid de Syria viginti duo millia virorum. 6 *Et posuit Dauid præsidium in Syria Damasci: factáque est Syria Dauid seruiens sub tributo: seruauítque Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque
7 profectus est. *Et tulit Dauid arma aurea, quæ habebant serui Adar-ézer, & 8 detulit ea in Ierusalem. *Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adar-ézer tulit rex Dauid æs multum nimis, de quo fe- *10 MS. R H.C.G. *At in G q. legimus:* Exeò fecit Salomon mare æneũ, & columnas, & labra, & omnia vasa. *Verùm, videtur hic versus ex l. 2. Par. c. 18. huc translatus.*
cit Salomon omnia vasa ærea in templo: & mare æneum, & columnas, & altare'.
9 *Audiuit autẽ Thou rex Emath, quòd percussisset Dauid omne robur Adar-é-
10 zer, *& misit Thou Ioram filium suum ad regem Dauid, vt salutaret eum congratulans, & gratias ageret: eo quòd expugnasset Adar-ézer, & percussisset eũ. Hostis quippe erat Thou Adar-ézer, & in manu eius erant vasa aurea, & vasa argentea, & vasa ærea: 11 *quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid Domino cũ argento & auro, quæ sanctificauerat de vniuer-
12 sis gentibus quas subegerat *de Syria, & Moab, & filiis Ammon, & Philisthiim, & Amalec, & de manubiis Adar-ézer
13 filij Rohob regis Soba. *Fecit quoque

sibi Dauid nomen cùm reuerteretur capta Syria in Valle-salinarum, cæsis *duodecim o Q.n. decem & octo' millibus: & in Gebelem ad viginti tria millia': *& posuit in Idumæa custodes, statuítque præsidium: & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. & seruauit Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus est. *Et regnauit Dauid super omnem Israel: faciebat quoq. Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo. *Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum: porrò Iosaphat filius Ahilud erat à commentariis: *& Sadoc filius Achitob, & Achimélech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias, scriba: Banaias autem filius Ioiadæ super cerethi & phelethi: filij autem Dauid, sacerdotes erant.

*duodecim o Q.n. *6 MS. R. H.C.G.

CAP. IX.

ET dixit Dauid, Putásne est aliquis qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam propter Ionathan? *Erat autem de domo Saul, seruus, nomine Siba: quem cùm vocasset rex ad se, dixit ei, Túne es Siba? Et ille respondit, Ego sum seruus tuus. *Et ait rex, Nunquid supereſt aliquis de domo Saul, vt faciã cum eo misericordiam Dei? Dixítque Siba regi, Supereſt filius Ionathæ, debilis pedibus. *Vbi, inquit, est? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo est Machir filij Ammiel in Lo-dabar.

*Misit ergo rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filij Ammiel de Lo-dabar. *Cùm autem veniſſet Miphi-bóseth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in faciem suam, & adorauit. Dixítq. Dauid, Miphi-bóseth? qui respondit, Adsum seruus tuus. *Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restituã tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper. *Qui adorans eum, dixit, Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuũ similem mei? *Vocauit itaq. rex Sibam puerum Saul, & dixit ei, Omnia quæcunq. fuerunt Saul, & vniuersam domũ eius, dedi filio domini tui. *Operare igitur ei terram tu, & filij tui, & serui tui: & inferes filio domini tui cibos, vt alatur: Miphi-bóseth autẽ filius domini tui comedet semper panẽ super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filij, & viginti serui. *Dixítq. Siba ad regem, Sicut iussisti domine mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus: & Miphi-bóseth cõedet super mensam 'meam', quasi vnus de filiis regis. *Habebat autem Miphi-bóseth filium paruulũ nomine Micha: omnis verò cognatio domus Sibæ seruiebat Miphi-bóseth. *Porrò Miphi-bóseth habitabat in Ierusalẽ: quia de mensa regis iugiter vescebatur: & erat claudus vtroque pede.

*'meam' MS. H. G.

CAP. X.

FActum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo. *Dixítque Dauid, Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo Dauid, consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cùm autẽ veniſſent serui Dauid, in terram filiorum Ammon, *dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum, Putas quòd propter honorem patris tui miserit Dauid ad te cõsolatores, & non ideò vt inueſtigaret, & exploraret ciuitatem, & euerteret eam, misit Dauid seruos suos ad te? *Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasítq. dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates, & dimisit eos. *Quod cùm nuntiatũ esset Dauid, misit in occursum eorum: erant enim viri confusi turpiter valde, & mandauit eis Dauid, Manete in Iericho, donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini. *Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam feciſſent Dauid, miserunt, & cõduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba, viginti millia peditũ, & à rege Maacha mille viros, & ab Is-tob 'duodecim' millia virorum. *Quod cùm audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum bellatorum. *Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum

'decem' MS. H.

introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Is-tob, & Maacha seorsum erant in campo. *Videns igitur Ioab quòd præparatũ esset aduersum se prœlium, & ex aduerso & post tergum, elegit *ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem contra Syrum: *reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem aduersus filios Ammon. *Et ait Ioab, Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutoriũ: si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. *Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri: Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. *Iniit itaque Ioab & populus qui erat cum eo, certamen contra Syros: qui statim fugerunt à facie eius. *Filij autem Ammon videtes quia fugiſſent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem: reuersúsque est Ioab à filiis Ammon, & venit Ierusalem. *'Videntes igitur filij Ammon quoniam Syrus expauit, & quoniam corruiſſent' coram Israel, congregati sunt pariter. *Misítque Adar-ézer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adduxit eorum exercitum: Sobach autem magister militiæ Adar-ézer, erat princeps eorum. *Quod cùm nuntiatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiuit Iordanem, venítq. in Helam: & direxerunt aciẽ Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra eum. *Fugerúntque Syri à facie Israel, & occîdit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percussit; qui statim mortuus est. *Videntes autem vniuersi reges qui erãt in præsidio Adar-ézer, se victos esse ab Israel, expauerunt & fugerũt quinquaginta & octo millia coram Israel. Et fecerunt pacem cum Israel: & seruierunt eis, timuerúntque Syri auxilium præbere *filiis Ammon.

*fibi MS q.R. *'Videtes igitur Syri quoniã corruiſſent 7 MS. R.H.C.G. *6 MS.R. H.C.G. *vltrà 1 MS. H. C.G.

CAP. XI.

FActum est autẽ, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba: Dauid autem remansit in Ierusalem. *Dum hæc agerentur, accidit *vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ: vidítque mulierem se lauantem, ex aduerso, super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde. *Misit ergo rex, & requisiuit quæ esset mulier. Nuntiatúmq. est ei quòd ipsa esset Bethsabee filia Eliam, vxor Vriæ Hethæi. *Missis itaque Dauid nuntiis tulit eam, quæ cùm ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea: *'statímque sanctificata est ab immũditia sua: *& reuersa est in domum suam concepto fœtu. Mitténsque nuntiauit Dauid, & ait, Concepi. *Misit autẽ Dauid ad Ioab, dicens, Mitte ad me Vriam Hethæum. *Misítque Ioab Vriam ad Dauid. Et venit Vrias ad Dauid. Quæsiuítque Dauid quàm rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo administraretur bellũ. *& dixit Dauid ad Vriam, Vade in domũ tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo regis, secutúsque est eum cibus regius. *Dormiuit autem Vrias ante portam domus regiæ, cum aliis seruis domini sui, & non descendit ad domum suam. *Nuntiatúmque est Dauid à dicentibus, Nõ iuit Vrias in domum suam. Et ait Dauid ad Vriam, Nunquid nõ de via veniſti? quare non descendisti in domum tuam? *Et ait Vrias ad Dauid, Arca 'Dei' & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc. *Ait ergo Dauid ad Vriam, Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit *Vrias in Ierusalem in die illa & altera; *& vocauit eum Dauid vt comederet coram se & biberet, & inebriauit eum: qui egressus vespere, dormiuit in stratu suo cum seruis domini sui, & in domum suam non descendit. *Factum est ergo manè, & scripsit Da-

*quadam die MS qq. R. *'statímque MS. H. G. *autem MS. H. G. *6 Ms. H. G. 'Domini'.

uid epistolam ad Ioab: [15] misitq. per manum Vriæ, scribens in epistola, Ponite Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimum est prœliũ: & derelinquite eum, vt percussus intereat. [16] Igitur cùm Ioab obsideret vrbem, posuit Vriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos. [17] Egressíque viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiam Vrias Hethæus. [18] Misit itaque Ioab, & nuntiauit Dauid omnia verba prœlij: [19] præcepitq. nuntio, dicens, Cùm compleueris vniuersos sermones belli ad regem, [20] si eum videris indignari, & dixerit, Quare accessistis ad murum, vt prœliaremini? an ignorabatis quòd multa désuper ex muro tela mittantur? [21] Quis percussit Abimélech filium Ierobaal? nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dices, Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit.

Iud.9,53. *Ierobeseth 5 MS. H. C. Textus antè, R. & G. con formis est.

[22] Abiit ergo nuntius, & venit, & narrauit Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab. [23] Et dixit nuntius ad Dauid, Prævaluerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum: nos autem facto impetu persecuti eos sumus vsq. ad portam ciuitatis. [24] Et direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro désuper: mortuíq. sunt de seruis regis, quinetiam seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. [25] Et dixit Dauid ad nuntium, Hæc dices Ioab, Non te frangat ista res: varius enim euentus est belli, & nunc hunc, & nunc illum consumit gladius: conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos. [26] Audiuit autem vxor Vriæ, quòd mortuus esset Vrias vir suus, & planxit eum. [27] Transactóque luctu misit Dauid, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei vxor, peperítque ei filium: & displicuit verbũ hoc quod fecerat Dauid, coram Domino.

CAP. XII.

*Respondemihi iudicium MS. G. At R. H. C. & G q. verba ista non leguntur.

[1] MIsit ergo Dñs Nathan ad Dauid: qui cùm venisset ad eum, dixit ei, Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. [2] Diues habebat

[3] oues, & boues plurimos valde. [4] Pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam quam emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eũ cum filiis eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens: erátque illi sicut filia. [5] Cùm autem peregrinus quidã venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouẽ viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad se. [6] Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan, Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc. [7] Ouẽ reddet in quadruplum, eo quòd fecerit verbum istud, & nõ pepercerit. [8] Dixit autem Nathan ad Dauid, Tu es ille vir. Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego vnxi te in regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, [9] & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo, dedíque tibi domum

Exo.22,4. *qui óccidit hunc rem MS. G. At R. H. C. non addunt.

mum Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adiiciam tibi multò maiora. [10] Quare ergo contempsisti verbum Domini vt faceres malum in cõspectu meo? Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon.

[10] Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vsq. in sempiternum, eo quòd despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt esset vxor tua. [11] Itaque hæc dicit Dominus, Ecce, ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius. [12] Tu enim fecisti absconditè: ego autem faciam verbũ istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis. [13] Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Dixítque Nathan ad Dauid, Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. [14] Veruntamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc: filius qui natus est tibi, morte morietur.

Inf.26,22. *huius MS. G. Eccl.47,13. *nomen M s q.

[15] Et reuersus est Nathan in domũ suam. Percussit quoque Dominus paruulum quem pepererat vxor Vrię Dauid, & desperatus est. [16] Deprecatúsque est Dauid Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum, iacuit super terram. [17] Venerunt autem seniores domus eius, cogentes eum vt surgeret de terra: qui noluit, nec comẽdit cum eis cibum. [18] Accidit autem die septima vt moreretur infans: timuerúntque serui Dauid nuntiare ei quòd mortuus esset paruulus. dixerunt enim, Ecce cùm paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram: quãtò magis si dixerimus, Mortuus est puer, se affliget? [19] Cùm ergo Dauid audisset seruos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus: dixítque ad seruos suos, Num mortuus est puer? Qui respónderunt ei, Mortuus est. [20] Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vnctúsque est: cúmq. mutasset vestem, ingressus est domum Domini: & adorauit, & venit in domum

*vidisset 9 MS. H. C. G. *vestes 1 MS. H. 6 q.

suam, petiuítque vt ponerent ei panem, [21] & comedit. Dixerunt autem ei serui sui, Quis est sermo quẽ fecisti? propter infantem cùm adhuc viueret, ieiunasti & flebas: mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem. [22] Qui ait, Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui: dicebam enim, Quis scit si fortè donet eum mihi Dñs, & viuat infans? [23] Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare eum amplius? ego vadam magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me. [24] Et cõsolatus est Dauid Beth-sabee vxorem suam, ingressúsq. ad eam, dormiuit cum ea: quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum. [25] Misítque in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius Amabilis-Domino, eò quòd diligeret eum Dominus.

Mat.1,6. *eum o.

[26] Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. [27] Misítque Ioab nuntios ad Dauid, dicens, Dimicaui aduersum Rabbath, & capiẽda est Vrbs-aquarum. [28] Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam: ne cùm à me vastata fuerit vrbs, nomini meo ascribatur victoria. [29] Congregauit itaq. Dauid omnem populum, & profectus est aduersum Rabbath: cúmque dimicasset, cepit eam. [30] Et tulit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis [31] asportauit multam valdè: populum quoque eius adducens serrauit; & circumegit super eos ferrata carpenta: diuisítque cultris, & traduxit in typo laterum: sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon: & reuersus est Dauid, & omnis exercitus in Ierusalem.

1 Pa.20,1.

CAP. XIII.

[1] FActum est autem post hæc, vt Absalom filij Dauid sororem speciosissimam vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid, [2] & deperiret in eam valde, ita vt propter amorẽ eius ægrotaret: quia cùm esset virgo, difficile ei videbatur

2 MS.

debatur vt quippiam inhoneſtè ageret
cum ea. ‡Erat autem Amnon amicus, 3
nomine Ionadab filius Semmaa fratris
Dauid, vir prudens valde. ‡Qui dixit ad 4
eum, Quare ſic attenuaris macie fili re-
gis, per ſingulos dies? cur non indicas
mihi? Dixítque ei Amnon, Thamar ſo-
rorem fratris mei Abſalom amo. ‡Cui 5
reſpondit Ionadab, Cuba ſuper lectum
tuum, & languorem ſimula: cúmq. ve-
nerit pater tuus vt viſitet te, dic ei, Ve-
niat, oro, Thamar ſoror mea, vt det mihi
cibum, & faciat pulmentum, vt come-
dam de manu eius. ‡Accubuit itaque 6
Amnon, & quaſi ægrotare cœpit: cúmq.
veniſſet rex ad viſitandum eum, ait Am-
nõ ad regem, Veniat, obſecro, Thamar
ſoror mea, vt faciat in oculis meis duas
*paratum o. ſorbitiunculas, & cibum capiam de ma-
nu eius. ‡Miſit ergo Dauid ad Thamar 7
domum, dicens, Veni in domum Am-
non fratris tui, & fac ei pulmentum.

‡Venítq. Thamar in domum Amnon 8
fratris ſui; ille autem iacebat: quę tollens
farinam commiſcuit: & liquefaciens, in
oculis eius coxit ſorbitiunculas. ‡Tol- 9
lénſque quod coxerat, effudit, & poſuit
coram eo, & noluit comedere: dixítque
Amnon, Eiicite vniuerſos à me. Cúmq.
eieciſſent omnes, ‡dixit Amnon ad Tha- 10
mar, Infer cibum in conclaui, vt veſcar
de manu tua. Tulit ergo Thamar ſorbi-
tiunculas quas fecerat, & intulit ad Am-
non fratrem ſuum in conclaui. ‡Cúmq. 11
obtuliſſet ei cibum, apprehendit eam,
& ait, Veni, cuba mecum ſoror mea.

‡Quæ reſpondit ei, Noli frater mi, noli 12
opprimere me: neque enim hoc fas eſt
in Iſrael: noli facere ſtultitiam hãc. ‡Ego 13
enim ferre non potero opprobrium
meum, & tu eris quaſi vnus de inſipien-
tibus in Iſrael: quin potius loquere ad re-
gem, & non negabit me tibi. ‡Noluit 14
* Amnon MS. R. G. Ab H. autẽ & C. non addunt. autẽ ‡acquieſcere precibus eius, ſed præ-
ualens viribus oppreſſit eam, & cubauit
cum ea. ‡Et exoſam eam habuit Am- 15
non odio magno nimis: ita vt maius eſ-
ſet odium quo oderat eam, amore quo
antè dilexerat. Dixítq. ei Amnon, Sur-
ge & vade. ‡Quæ reſpondit ei, Maius 16
eſt hoc malum quod nunc agis aduer-
ſum me, quàm quod antè feciſti, expel-
17 lens me. Et noluit audire eam: ‡ſed vo-
cato puero, qui miniſtrabat ei, dixit, Eii-
ce hanc à me foras: & claude oſtiũ poſt
18 eam. ‡Quæ induta erat talari tunica:
huiuſcemodi enim filiæ regis virgines
veſtibus vtebantur. Eiecit itaque eam
miniſter illius foras: clauſitq. fores poſt
19 eam. ‡Quæ aſpergens cinerem capiti
ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitíſque ma-
nibus ſuper caput ſuum, ibat ingrediẽs,
20 & clamans. ‡Dixit autem ei Abſalom
frater ſuus, Nunquid Amnõ frater tuus
concubuit tecum? ſed nunc ſoror tace,
frater tuus eſt: neque affligas cor tuum
pro hac re. Manſit itaque Thamar con-
tabeſcens in domo Abſalom fratris ſui.
21 ‡Cùm autem audiſſet rex Dauid verba
hæc, cõtriſtatus eſt valdè, & noluit con- H. C. E. Aguſtin. triſtare ſpiritum Amnon filij ſui, quo-
niam diligebat eum, quia primogenitus
22 erat ei. ‡Porrò non eſt locutus Abſa-
lom ad Amnon nec malũ, nec bonum:
oderat enim Abſalom Amnon, eo quòd
23 violaſſet Thamar ſororem ſuam. ‡Fa-
ctum eſt autem poſt tempus biennij, vt
tonderentur oues Abſalom in Baal-ha-
ſor, quæ eſt iuxta Ephraim: & vocauit
24 Abſalom omnes filios regis, ‡venitque
ad regem, & ait ad eum, Ecce tonden-
tur oues ſerui tui: veniat oro rex cum ſer-
25 uis ſuis ad ſeruum ſuum. ‡Dixítque rex
ad Abſalom, Noli fili mi, noli rogare vt
veniamus omnes, & grauemus te. Cùm
autem cogeret eum, & noluiſſet ire, be-
*ad Dauid MS. q. R. *alter G. q. H. S. aut, C. D. nonne interpres. 26 nedixit ei. ‡Et ait Abſalom*, Si non vis
venire, veniat obſecro nobiſcum ſaltem
Amnon frater meus. Dixítque ad eum
rex, Non eſt neceſſe vt vadat tecum.

27 ‡Coëgit itaque Abſalom eum, & dimi-
ſit cum eo Amnon & vniuerſos filios re-
gis. Fecerátq. Abſalom conuiuiũ quaſi -ei MSS. H. C. E. Hieron. & ſex alij. 28 conuiuium regis. ‡Præceperat autem
Abſalom pueris ſuis, dicens, Obſeruate
cùm temulentus fuerit Amnon vino, &
dixero vobis, Percutite eum, & interfi-
cite: nolite timere: ego enim ſum qui
præcipio vobis: roboramini, & eſtote viri
29 fortes. ‡Fecerunt ergo pueri Abſalom
aduerſum

aduerſum Amnon, ſicut præceperat eis
Abſalom. Surgentéſque omnes filij regis
aſcenderunt ſinguli mulas ſuas, & fuge-
runt. ‡Cúmque adhuc pergerent in iti- 30
nere, fama peruenit ad Dauid, dicens,
Percuſſit Abſalom omnes filios regis, &
non remanſit ex eis ſaltem vnus. ‡Sur- 31
Dauid MS q. R. rexit itaq. rex, & ſcidit veſtimenta ſua:
& cecidit ſuper terram, & omnes ſerui
illius qui aſſiſtebant ei, ſciderunt veſti-
menta ſua. ‡Reſpondens autem Iona- 32
dab filius Semmaa fratris Dauid, dixit,
Ne æſtimet dominus meus rex, quòd
omnes pueri filij regis occiſi ſint: Amnõ
ſolus mortuus eſt, quoniam in ore Abſa-
lõ erat poſitus ex die qua oppreſſit Tha-
mar ſororem eius. ‡Nunc ergo ne po- 33
nat dominus meus rex ſuper cor ſuum
verbum iſtud, dicens, Omnes filij regis
occiſi ſunt: quoniam Amnon ſolus mor-
tuus eſt. ‡Fugit autem Abſalom: & ele- 34
uauit puer ſpeculator oculos ſuos, &
aſpexit: & ecce populus multus veniebat
per iter deuium ex latere montis. ‡Dixit 35
autem Ionadab ad regem, Ecce filij regis
adſunt: iuxta verbũ ſerui tui ſic factum
eſt. ‡Cúmque ceſſaſſet loqui, apparue- 36
runt & filij regis: & intrantes leuauerunt
vocem ſuam, & fleuerunt: ſed & rex &
omnes ſerui eius fleuerunt ploratu ma-
gno nimis. ‡Porrò Abſalom fugiens, 37
abiit ad Tholomai filium Ammiud re-
gem Geſſur. Luxit ergo Dauid filium
* Amnon MS q. R. *cunctis 4 MS. H. G. Eo autem modo, quo Textus legit, expoſuit Par. c. ſuum** multis' diebus. ‡Abſalom au- 38
tem cùm fugiſſet, & veniſſet in Geſſur,
fuit ibi tribus annis. ‡Ceſſauítque rex 39
Dauid perſequi Abſalom, eò quòd con-
ſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.

CAP. XIIII.

INtelligens autem Ioab filius Saruiæ, 1
quòd cor regis verſum eſſet ad Abſa-
lom, ‡miſit Thecuam, & tulit inde mu- 2
lierem ſapientem: dixítque ad eam, Lu-
gere te ſimula, & induere veſte lugubri,
& ne vngaris oleo, vt ſis quaſi mulier
iam plurimo tẽpore lugens mortuum:
‡& ingredieris ad regem, & loquêris ad 3
eum ſermones huiuſcemodi. Poſuit au-
tem Ioab verba in ore eius. ‡Itáque cùm 4
ingreſſa fuiſſet mulier Thecuitis ad re-
gem, cecidit coram eo ſuper terram, &
adorauit, & dixit, Serua me rex. ‡Et ait 5
ad eam rex, Quid cauſæ habes? Quæ re-
ſpondit, Heu, mulier vidua ego ſum:
6 mortuus eſt enim vir meus. ‡Et ancil-
læ tuæ erant duo filij: qui rixati ſunt ad-
uerſum ſe in agro, nullúſque erat qui eos
prohibere poſſet: & percuſſit alter alte-
7 rum, & interfecit eum. ‡Et ecce conſur-
gens vniuerſa cognatio aduerſum ancil-
lam tuam, dicit, Trade eum qui percuſ-
ſit fratrẽ ſuum, vt occidamus eum pro
anima fratris ſui quem interfecit, & de-
leamus hæredem: & quærunt extingue-
re ſcintillã meam quæ relicta eſt, vt non
ſuperſit viro meo nomen, & reliquię ſu-
8 per terram. ‡Et ait rex ad mulierem, Va-
de in domum tuam, & ego iubebo pro
9 te. ‡Dixítq. mulier Thecuitis ad regem,
In me domine mi rex ſit iniquitas, & in
domum patris mei: rex autem & thro-
10 nus eius ſit innocens. ‡Et ait rex, Qui
contradixerit tibi, adduc eum ad me, &
11 vltrà non addet vt tangat te. ‡Quæ ait,
Recordetur rex Domini Dei ſui, vt non
multiplicentur proximi ſanguinis ad vl-
ciſcendum, & nequaquam interficiant
filium meum. Qui ait, Viuit Dominus,
quia non cadet de capillis filij tui ſuper
12 terram. ‡Dixit ergo mulier, Loquatur
ancilla tua ad dominum meum regem
13 verbum. Et ait, Loquere. ‡Dixítq. mu-
lier, Quare cogitaſti huiuſcemodi rem
contra populum Dei, & locutus eſt rex
verbum iſtud vt peccet, & non reducat
14 eiectum ſuum? ‡Omnes morimur, &
quaſi aquæ dilabimur in terrã, quæ non
reuertuntur: ‡nec vult Deus perire ani- Exo. 18, 32. & 33, 11.
mam, ſed retractat, cogitans ne penitus
15 pereat qui abiectus eſt. ‡Nunc igitur ve-
ni vt loquar ad dominum meum regem
verbum hoc præſente populo. Et dixit
ancilla tua, Loquar ad regẽ, ſi quo mo-
16 do faciat rex verbum ancillæ ſuæ. ‡Et
audiuit rex*, vt liberaret ancillam ſuam *verba o.
de manu omnium qui volebant de hæ-
reditate Dñi delere me, & filium meum
17 ſimul. ‡Dicat ergo ancilla tua, vt fiat
verbum domini mei regis ſicut ſacrifi-
cium. Sicut enim angelus Domini, ſic

est domin⁹ meus rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vnde & Dominus Deus tuus est tecum. 18 ‡Et respondens rex, dixit ad mulierẽ, Ne abscondas à me verbum quod te interrogo. Dixítque ei mulier, Loquere domine mi rex. 19 ‡Et ait rex, Nũquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait, Per salutem animæ tuæ domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est ex omnibus his quæ locut⁹ est dominus meus rex: seruus enim tuus Ioab, ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc. 20 ‡Vt verterem figuram sermonis huius, seruus tuus Ioab præcepit istud: tu autem domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei, vt intelligas omnia super terram. 21 ‡Et ait rex ad Ioab, Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerum Absalom. 22 ‡Cadénsque Ioab super faciem suam in terram, adorauit, & benedixit regi: & dixit Ioab, Hodie intellexit seruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis domine mi rex: *fecisti' enim sermonem *rex serui tui. 23 ‡Surrexit ergo Ioab, & abiit in Gessur, & adduxit Absalom in Ierusalem.

*fecit H.C.G. *Domine mi MS.R. & q. Ab H. autem, C. & G. non repetitur.

24 ‡Dixit autẽ rex, Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat. Reuersus est itaq. Absalom in domũ suam, & faciem regis non vidit. 25 ‡Porrò sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: à vestigio pedis vsque ad verticem nõ erat in eo vlla macula. 26 ‡Et quando tondebat capillum (semel autẽ in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico. 27 ‡Nati sunt autem Absalõ filij tres: & filia vna, nomine Thamar, elegantis formæ. 28 ‡Mansitque Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit. 29 ‡Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regẽ: qui noluit venire ad eum. Cúmque secundò misisset, & ille noluisset venire ad eum, 30 ‡dixit seruis suis, Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum, habentẽ messem hordei: ite igitur, & succendite eum igni. Succenderunt ergo

serui Absalom segetem igni. Et venientes serui Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt, Succenderunt serui Absalõ partem agri igni'. 31 ‡Surrexítque Ioab, & venit ad Absalom in domum eius, & dixit, Quare succenderunt serui tui segetem meã igni? 32 ‡Et respondit Absalom ad Ioab, Misi ad te obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regem, & dicerés ei, Quare veni de Gessur? meli⁹ mihi erat ibi esse: obsecro ergo vt videam faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. 33 ‡Ingressus itaq. Ioab ad regem, nuntiauit ei omnia': vocatúsque est Absalom, & intrauit ad regem, & adorauit super faciem terræ coram eo: osculatúsque est rex Absalom.

CAP. XV.

1 IGitur post hæc fecit sibi Absalom currus & equites, & quinquaginta viros
2 qui præcederent eum. ‡Et manè consurgens Absalom, stabat *iuxta introitum portæ *in via', & omnem virum qui habebat negotium vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se, & dicebat, De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat, Ex vna tribu Israel ego sum
3 seruus tuus. ‡Respondebátque ei Absalom, Videntur mihi sermones tui boni & iusti. sed non est qui te audiat constitutus à rege. Dicebátque Absalom,
4 ‡Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniãt omnes qui habent
5 negotiũ, & iustè iudicem? ‡Sed & cùm accederet ad eum homo vt salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum. 6 ‡Faciebátque hoc omni Israel venienti ad iudicium vt audiretur à rege, & solicitabat
7 corda virorum Israel. ‡Post *quadraginta' autem annos, dixit Absalõ ad regem *Dauid', Vadam, & reddã vota mea quæ
8 voui Domino, in Hebrõ. ‡Vouens enim vouit seruus tuus, cùm esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus
9 in Ierusalem, sacrificabo Domino. ‡Dixítq. ei rex Dauid, Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron. 10 ‡Misit autem Absalõ exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens: Statim vt audieritis clangorem

*iuxta H.C.G. *in via' MS. R. Vtpote cum via ponat, in via ponat.

*quater MS. Q.

gorem buccinæ, dicite, Regnabit Absalom in Hebron. 11 ‡Porrò cum Absalom issent ducenti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. 12 ‡Accersiuit quoque Absalom Achi-tóphel Gilonitem consiliarium Dauid, de ciuitate sua Gilo. *Cúmque immolaret victimas, facta' est coniuratio valida, populúsque concurrens augebatur cum Absalom. 13 ‡Venit igitur nuntius ad Dauid, dicens: Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. 14 ‡Et ait Dauid seruis suis qui erant cum eo in Ierusalem, Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & *impleat' super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. 15 ‡Dixerúntque serui regis ad eum, Omnia quæcunq. præceperit dominus noster rex, libenter exequemur serui tui.

*Cùm immolaret victimas, & facta 5 MS. H. C. G.

*impellat 7 MS. R. H. G. *insidietur G.

16 ‡Egressus est ergo rex, & vniuersa domus eius pedibus suis: & reliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. 17 ‡Egressúsq. rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo:
18 ‡& vniuersi serui eius ambulabãt iuxta eum, & legiones cerethi & phelethi, & omnes Gethæi *pugnatores validi' sexcenti viri qui secuti eum fuerãt de Geth pedites, præcedebant regem. 19 ‡Dixit aũt rex ad Ethai Gethæũ, Cur venis nobiscum? reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo.
20 ‡Heri venisti, & hodie compellêris nobiscum egredi? ego autem vadam quò iturus sum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, *& Dominus faciet tecum misericordiã & veritatem', *quia ostendisti gratiã & fidem'. 21 ‡Et respondit Ethai regi, dicens: Viuit Dominus, & viuit dominus meus rex: quoniam in quocunq. loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. 22 ‡Et ait Dauid Ethai, Veni, & trãsi. Et transiuit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo.
23 ‡Omnésque flebant voce magna, & vniuersus populus transibat: rex quoque transgrediebatur Torrentem-cedron, &

*3 MS. H. C. G.

*6 MS.

*R. Q. H.

cunctus populus incedebat contra viam
24 *oliuæ' quæ respicit ad desertum. ‡Venit autem & Sadoc *sacerdos', & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & deposuerunt arcam fœderis Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis popul⁹ qui egressus fuerat de ciuitate. 25 ‡Et dixit rex ad Sadoc, Reporta arcam Dei in vrbem: si inuenero gratiã in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam & tabernaculum
26 suum. ‡Si autem dixerit mihi, Nõ places: præstò sum, faciat *quod bonum est
27 coram se. ‡Et dixit rex ad Sadoc sacerdotẽ, O Videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathã filius Abiathar duo filij vestri, sint
28 vobiscum. ‡Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à
29 vobis, indicans mihi. ‡Reportauerunt ergo Sadoc, & Abiathar arcam Dei in Ie-
30 rusalem: & manserunt ibi. ‡Porrò Dauid ascendebat Cliuum-oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedẽs, & operto capite, sed & omnis populus qui erat cum eo, operto capite ascendebat plo-
31 rans. ‡Nuntiatũ est autem Dauid quòd & Achi-tóphel esset in cõiuratione cum Absalom, dixítque Dauid, Infatua quæso Domine consilium Achi-tóphel.
32 ‡Cúmque ascenderet Dauid summitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite.
33 ‡Et dixit ei Dauid, Si veneris mecum,
34 eris mihi oneri: ‡si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom, Seruus tuus sum rex, *patere me viuere': sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus:
35 dissipabis consilium Achi-tóphel. ‡Habes autem tecum Sadoc & Abiathar sacerdotes: & omne verbum quodcunq. audieris de domo regis, indicabis Sadoc
36 & Abiathar sacerdotibus. ‡Sunt enim cum eis duo filij eorum Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne verbum
37 quod audieritis. ‡Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem, Absalõ quoque ingressus est Ierusalem.

*10 MS. R. H. C. G. *6 MS. H. C. G.

*9 MS. R. H. C. Legitur autem in Græcis codicibus.

CAP.

CAP. XVI.

CVmque Dauid transisset paululum mõtis verticem, apparuit Siba puer Miphi-bóseth, in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ passæ, & centum massis palatharum, & duobus vtribus vini. 1 Et dixit rex Sibę, Quid sibi volunt hæc? Respondítque Siba, asini, domesticis regis, vt sedeant, & panes & palathæ ad vescendum pueris tuis, vinum autem vt bibat siquis defecerit in deserto. 2 Et ait rex, Vbi est 3 filius domini tui? Respondítque Siba regi, Remansit in Ierusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. 3 Et ait rex Sibæ, Tua sint 4 omnia quæ fuerunt Miphi-bóseth. Dixítq. Siba, Oro, vt inueniam gratiam coram te domine mi rex. 4 Venit ergo rex 5 Dauid vsque Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebátque egrediens, & maledicebat.

Mittebátque lapides contra Dauid, 6 & contra vniuersos seruos regis Dauid: omnis autem populus, & vniuersi bellatores à dextro & à sinistro latere regis incedebant. Ita autem loquebatur Semei 7 cùm malediceret regi, Egredere, egredere vir sanguinum, & vir belial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul: quoniam inuasisti regnũ pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filij tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es. 8 Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi, Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? vadam, & amputabo caput eius. 9 Et ait rex, Quid 10 mihi & vobis est filij Saruiæ? dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? 11 Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis, Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quanto magis hic filius Iemini? dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac, die hodierna. 12 13 Ambulabat itaque Dauid & socij eius per viam cum eo. Semei autem per iugum montis ex latere, cõtra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersum eum, terrámque spargens. 14 Venit itaque rex & vniuersus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi. 15 Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalẽ, sed & Achitóphel cum eo. 16 Cùm autem venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum, Salue rex, salue rex. 17 Ad quem Absalom, Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non iuisti cum amico tuo? 18 Respondítque Chusai ad Absalom, Nequaquam: quia illius ero quem elegit Dominus, & omnis hic populus & vniuersus Israel, & cum eo manebo. 19 Sed vt & hoc inferam, cui ego seruiturus sum? nónne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. 20 Dixit autem Absalom ad Achitóphel, Inite consilium, quid agere debeamus. 21 Et ait Achi-tóphel ad Absalom, Ingredere ad cõcubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendum domum: vt cùm audierit omnis Israel quòd fœdaueris patrem tuum, roborẽtur tecum manus eorum. 22 Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressúsq. est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel. 23 Consilium autẽ Achitóphel, quod dabat in diebus illis, quasi siquis consuleret Deum: sic erat omne consiliũ Achi-tóphel, & cùm esset cum Dauid, & cùm esset cum Absalom.

CAP. XVII.

DIxit ergo Achi-tóphel ad Absalõ, 1 Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar Dauid 2 hac nocte. Et irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum: cúmque fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem 3 desolatum. Et reducam vniuersum populum, quomodo vnus homo reuerti solet: vnum enim virum tu quæris: & 4 omnis populus erit in pace. Placuítq. sermo eius Absalom, & cunctis maioribus natu Israel. 5 Ait autem Absalom, Vocate Chusai Arachitẽ, & audiamus quid etiam ipse dicat. 6 Cúmque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum, Huiusce modi sermonem locutus est Achi-tóphel: facere debemus an nõ? quod das consilium? 7 Et dixit Chusai ad Absalom, Non est bonum consilium quod dedit Achi-tóphel hac vice. 8 Et rursum intulit Chusai, Tu nosti patrem tuum, & viros qui cum eo sunt, esse fortissimos & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat: sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo. 9 Forsitã nunc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco: & cùm ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quicunque audierit, & dicet, Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom. 10 Et fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur: scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt. 11 Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium, Congregetur ad te vniuersus Israel, à Dan vsque Bersabee, quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum. 12 Et irruemus super eum in quocunque loco inuentus fuerit: & operiemus eũ, sicut cadere solet ros super terram: & nõ relinquemus de viris qui cum eo sunt, ne vnum quidem. 13 Quòd si vrbem aliquam fuerit ingressus, circundabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt non reperiatur ne calculus quidem ex ea. 14 Dixítque Absalom, & omnes viri Israel, Melius est consilium Chusai Arachitæ, consilio Achi-tóphel: Domini autem nutu dissipatum est consilium Achi-tóphel vtile, vt induceret Dominus super Absalom malum. 15 Et ait Chusai Sadoc & Abiathar sacerdotibus, Hoc & hoc modo consilium dedit Achi-tóphel Absalom, & senioribus Israel: & ego tale & tale dedi consilium.

Nunc ergo mittite citò, & nuntiate 16 Dauid, dicentes: Ne morẽris nocte hac in campestribus deserti, sed absque dilatione transgredere: ne fortè absorbeatur rex, & omnis populus qui cũ eo est. 17 Ionathan autem & Achimaas stabant iuxta Fontem-rogel: abiit ancilla & nuntiauit eis: & illi profecti sunt, vt referrent ad regem Dauid nuntium: non enim poterant videri, aut introire ciuitatem. 18 Vidit autem eos quidam puer, & indicauit Absalom: illi verò concito gradu ingressi sunt domum cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descenderunt in eum. 19 Tulit autẽ mulier, & expandit velamen super os putei, quasi siccãs ptisanas: & sic 20 latuit res. Cúmque venissent serui Absalom in domum ad mulierem, dixerũt, Vbi est Achimaas & Ionathã? Et respondit eis mulier, Transierunt festinanter, gustata paululum aqua. At hi qui quærebant, cùm non reperissent, reuersi sunt 21 in Ierusalem. Cúmque abiissent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nuntiauerunt regi Dauid, & dixerunt, Surgite, & transite citò fluuium: quoniam huiusce modi dedit cõsilium contra vos 22 Achi-tóphel. Surrexit ergo Dauid, & omnis populus qui cum eo erat; & transierunt Iordanem, donec diluceseceret; & ne vnus quidẽ resíduus fuit, qui non 23 transisset fluuium. Porrò Achi-tóphel videns quòd non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, surrexítque, & abiit in domum suam & in ciuitatem suam: & dispósita domo sua, suspendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui. 24 Dauid autem venit in Castra, & Absalom trãsiit Iordanem, 25 ipse & omnes viri Israel cum eo. Amasam verò constituit Absalom pro Ioab super exercitum: Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Ietra de Iesraeli, qui ingressus est ad Abigail filiã Naas, sororem Saruiæ quæ fuit mater Ioab.

26 Et castrametatus est Israel cum Absa- 27 lom in Terra-Galaad. Cúmque venisset Dauid in Castra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, & Machir filius Amihel de Lo-dabar, & Berzellai 28 Galaadites de Rogelim, obtulerunt ei stratoria & tapetia, & vasa fictilia, frumentum

mentum & hordeum & farinam & polentam & fabam & lentem, & frixum
*oleo MS.R. *cicer, [29] & mel & butyrum, oues & pingues vitulos. dederúntque Dauid, & populo qui cum eo erat, ad vescendum: suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

CAP. XVIII.

1 IGitur considerato Dauid populo suo constituit super eos tribunos & centuriones, [2] & dedit populi tertiam partem sub manu Ioab, & tertiam partem sub manu Abisai filij Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth: dixítque rex ad populum, Egrediar & ego vobiscum. [3] Et respondit populus, Non exibis: siue enim fugerimus, non magnoperè ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt: quia tu vnus
*solus o. *pro decem millibus cõputaris: melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio.

4 [4] Ad quos rex ait, Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam: egrediebatúrq. populus per turmas suas centeni & milleni. 5 [5] Et præcepit rex Ioab & Abisai & Ethai, dicens: Seruate mihi puerum Absalom. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom.

6 [6] Itaque egressus est populus in cãpum contra Israel, & factum est prœlium in saltu Ephráim. 7 [7] Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factáq. est plaga magna in die illa, viginti milliũ. 8 [8] Fuit autem ibi prœlium dispersum super faciem omnis terræ, & multò plures erant quos saltus consumpserat de populo, quàm hi quos vorauerat gladius in die illa. 9 [9] Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo: cúmq. ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnã, adhæsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cęlum & terram, mulus cui insederat, pertransiuit. 10 [10] Vidit autem hoc quispiam, & nuntiauit Ioab, dicens: Vidi Absalom pendêre de quercu. 11 [11] Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei, Si vidisti, quare non confodisti eum cũ terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & vnum balteum?

12 [12] Qui dixit ad Ioab, Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meã in filium regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai, dicens: Custodite mihi puerum Absalom. 13 [13] Sed & si fecissem contra animam meam audacter, nequaquam hoc regem latêre potuisset, & tu stares ex aduerso. 14 [14] Et ait Ioab, Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo
*tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom: cúmq. adhuc palpitaret hærens in quercu, 15 [15] cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. 16 [16] Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit populum, ne persequeretur fugientẽ Israel, volens parcere multitudini. 17 [17] Et tulerunt Absalom, & proiecerunt eum in saltu, in foueam grandem, & comportauerũt super eum aceruum lapidum magnum nimis: omnis autem Israel fugit in tabernacula sua.

18 [18] Porrò Absalom erexerat sibi, cùm adhuc viueret, titulum qui est in Valle-regis: dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauítque titulum nomine suo, & appellatur, Manus-Absalom: vsq. ad hanc diem. 19 [19] Achimaas autem filius Sadoc, ait, Curram, & nuntiabo regi, quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum eius. 20 [20] Ad quem Ioab dixit, Non eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia: hodie nolo te nuntiare, filius enim regis est mortuus. 21 [21] Et ait Ioab Chusi, Vade, & nuntia regi quæ vidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. 22 [22] Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab, Quid impedit si etiam ego curram post Chusi? Dixítque ei Ioab, Quid vis currere fili mi? veni huc, non eris
H.C. boni nuntij baiulus. 23 [23] Qui respondit, Quid enim si cucurrero? Et ait ei, Curre. Currens ergo Achimaas per viam compendij, transiuit Chusi. 24 [24] Dauid autem sedebat inter duas portas: speculator verò qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos, vidit hominem currentem solum. 25 [25] Et exclamans indicauit regi: dixítque rex, Si solus est, bonus est nuntius in ore eius. Properante autem illo, & accedente propiùs, 26 [26] vidit speculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait, Apparet mihi alter homo currens solus. Dixítque rex, Et iste bonus est nuntius.

27 [27] Speculator autem, Contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex, Vir bonus est: & nuntium portans bonum, venit. 28 [28] Clamans autem Achimaas, dixit ad regem, Salue rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait, Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines qui leuauerũt manus suas contra dominum meum regem. 29 [29] Et ait rex, Estne pax puero Absalom? Dixítq. Achimaas,
*tumultum o. Vidi tumultum' magnum, cùm mitteret Ioab seruus tuus, ô rex, me seruum tuum: nescio aliud. 30 [30] Ad quem rex, Transi, ait, & sta hîc. Cúmque ille transisset, & staret, 31 [31] apparuit Chusi: & veniens ait, Bonum apporto nuntium domine mi rex: iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te. 32 [32] Dixit autem rex ad Chusi, Estne pax puero Absalom? Cui respondẽs Chusi, Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum. 33 [33] Contristatus itaq. rex, ascendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur, vadens, Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalom fili mi, fili mi Absalom?

CAP. XIX.

1 NVntiatum est autẽ Ioab quòd rex fleret, & lugeret filium suum: 2 [2] & versa est victoria in luctum in die illa omni populo: audiuit enim populus in die illa dici, Dolet rex super filio suo. 3 [3] Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus versus, & fugiens de prœlio. 4 [4] Porrò rex operuit caput suum, & clamabat voce magna, Fili mi Absalom, Absalom
*fili mi 2 MS. H. C. C. fili mi. 5 [5] Ingressus ergo Ioab ad regem in domum, dixit, Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum qui saluam fecerũt animam tuam, & animam filiorum tuorum & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam
6 concubinarum tuarum. [6] Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & ostendisti hodie quia non curas de ducibus tuis, & de seruis tuis: & verè cognoui modò, quia si Absalõ viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret
7 tibi. [7] Nunc igitur surge, & procede: & alloquens satisfac seruis tuis: iuro enim tibi per Dominum, quòd si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt super te ab
8 adolescentia tua vsque in præsens. [8] Surrexit ergo rex, & sedit in porta: & omni populo nuntiatum est quòd rex sederet in porta: venítque vniuersa multitudo coram rege, Israel autem fugit in tabernacula sua. 9 [9] Omnis quoque populus certabat in cũctis tribubus Israel, dicens, Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu Philisthinorum: & nunc fugit de terra
10 propter Absalom. [10] Absalom autem quem vnximus super nos, mortuus est in bello: vsquequo siletis, & non reducitis regem? Et consilium totius Israel venit -16 MS. R.H.C.
11 ad regem'. [11] Rex verò Dauid misit ad Sadoc & Abiathar sacerdotes, dicẽs, Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes, *Legitur autem à G. tam hoc, quàm proximo versu.* Cur venitis nouissimi ad reducendum regem in domum suam? (Sermo autem omnis Israel peruenerat ad regem in domo eius) quia dixerat rex, Hæc dicetis -9 MS. H.C.G.
12 ad populum Iuda', [12] Fratres mei vos, os meum, & caro mea vos: quare nouissimi
13 reducitis regem? [13] Et Amasæ dicite, Nónne os meum, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni
14 tempore pro Ioab. [14] Et inclinauit cor omnium virorum Iuda, quasi viri vnius: miserúntque ad regem, dicentes, Reuertere tu, & omnes serui tui. 15 [15] Et reuer- -3 Reg. 2, 8.
sus est rex: & venit vsque ad Iordanem, & omnis Iuda venit vsque in Galgala, vt -6 MS. H.C.G.
occurreret regi, & traduceret eum Iordanem.

danem. [s]Festinauit autem Semei filius 16
Gera filij Iemini de Bahurim, [s]& 17
descẽdit cum viris Iuda in occursum regis Dauid cum mille viris de Ben-iamin,
& Siba puer de domo Saul: & quindecim filij eius, ac viginti serui erant cum
eo: & irrumpentes Iordanẽ, ante regem
[s]transierunt vada, vt traducerent do- 18
mum regis, & facerent iuxta iussionem
eius: Semei autem filius Gera prostratus
coram rege, cùm iam transisset Iorda-
Sup.16,5. nem, [s]dixit ad eum, 'Ne reputes mihi 19
domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarũ serui tui in die qua egressus es domine mi rex de Ierusalem, neq.
ponas rex in corde tuo. [s]Agnosco enim 20
seruus tuus peccatum meum: & idcirco
hodie primus veni de omni domo Ioseph, descendíque in occursum domini
mei regis. [s]Respondẽs verò Abisai filius 21
Saruiæ, dixit, Nunquid pro his verbis
non occidetur Semei, quia maledixit
christo Domini? [s]Et ait Dauid, Quid 22
mihi & vobis filij Saruiæ? cur efficimini
mihi hodie in satan? ergóne hodie interficietur vir in Israel? an ignoro hodie me
factum regem super Israel? [s]Et ait rex 23
Semei, Non morieris. Iurauítque ei.
[s]Miphi bóseth quoq. filius Saul descen- 24
dit in occursum regis illotis pedibus, &
intonsa barba: vestésque suas non lauerat à die qua egressus fuerat rex, vsque ad
diem reuersionis eius in pace. [s]Cúmq. 25
Ierusalem occurrisset regi, dixit ei rex,
Quare non venisti mecum Miphi-bóseth? [s]Et respõdens ait, Domine mi rex, 26
seruus meus contempsit me: dixíque ei
ego famulus tuus vt sterneret mihi asinum, & ascendens abirem cum rege:
Sup.16,3. Esth.15,16. [s]claudus enim sum seruus tuus. [s]In- 27
super & accusauit me seruum tuum ad
te dominum meum regem: tu autem
domine mi rex, sicut angelus Dei es, fac
quod placitum est tibi. [s]Neq.enim fuit 28
domus patris mei, nisi morti obnoxia
domino meo regi: tu autem posuisti me
seruum tuum inter cõuiuas mensæ tuæ:
quid ergo habeo iustæ querelę? aut quid
possum vltrà vociferari ad regem? Ait 29
ergo ei rex, Quid vltrà loqueris? fixum
est'quod locutus sum: tu & Siba diuidi-
30 te possessiones. [s]Respondítque Miphi-
bóseth regi, Etiam cuncta accipiat, post-
quàm reuersus est dominus meus rex
31 pacificè in domum suam. [s]'Berzellai
quoque Galaadites', descendens de Ro-
gelim, traduxit regem Iordanem, paratus etiam vltra fluuium prosequi eum.
32 [s]Erat autem Berzellai Galaadites senex
valde, id est octogenarius, & ipse præbuit alimenta regi, cùm moraretur in
Castris: fuit quippe vir dives nimis.
33 [s]Dixit itaque rex ad Berzellai, Veni
mecum, vt requiescas securus mecum
34 in Ierusalem. [s]Et ait Berzellai ad regem,
Quot sunt dies annorum vitæ meæ, vt
35 ascendam cum rege in Ierusalẽ? [s]Octogenarius sum hodie: nũquid vigent sensus mei ad discernendũ suaue, aut amarum? aut delectare potest seruum tuum
cibus aut potus? vel audire possum vltrà
vocem cantorum atque cantatricum?
quare seruus tuus sit oneri domino meo
36 regi? [s]Paululum 'procedam' famulus
tuus ab Iordane tecum: non indigeo hac
37 vicissitudine, [s]sed obsecro vt reuertar
seruus tuus, & moriar in ciuitate mea,
'& sepeliar' iuxta sepulchrum patris mei
& matris meæ. Est autem seruus tuus
Chamaam, ipse vadat tecũ domine mi
rex, & fac ei quicquid tibi bonum vide-
38 tur. [s]Dixit itaque ei rex, Mecum transeat Chamaam, & ego faciã ei quicquid
tibi placuerit; & omne quod petieris à
39 me, impetrabis. [s]Cúmq. transisset vniuersus populus & rex Iordanem, [s]osculatus est rex Berzellai, & benedixit ei: &
40 ille reuersus est in locum suum. [s]Transiuit ergo rex in Galgalam, & Chamaam
cum eo. omnis autem populus Iuda traduxerat regem, & media tantùm pars
41 affuerat de populo Israel. [s]Itaque omnes
viri Israel concurrentes ad regem dixerunt ei, Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem &
domum eius Iordanem, omnésq. viros
42 Dauid cum eo? [s]Et respondit omnis vir
Iuda ad viros Israel, Quia mihi propior
est rex: cur irasceris super hac re? núquid
comedimus aliquid ex rege, aut munera
nobis

nobis data sunt? [s]Et respondit vir Israel 43
ad viros Iuda, & ait, Decem partibus
maior ego sum apud regem, [s]magísque
ad me pertinet Dauid, quàm ad te: cur
fecisti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum est priori, vt reducerem regem
meum? Duriùs autem responderunt viri Iuda viris Israel.

CAP. XX.

ACcidit quoq. vt ibi esset vir belial, 1
nomine Seba, filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait, Non
est nobis pars in Dauid, neque hæreditas
in filio Isai: "reuertere' in tabernacula
"tua' Israel. [s]Et separatus est omnis Is- 2
rael à Dauid, secutúsque est Seba filium
Bochri: viri autem Iuda adhæserunt regi suo à Iordane vsq. Ierusalem. [s]Cúmq. 3
venisset rex in domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas,
quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens: & non est ingressus
ad eas, sed erant clausæ vsque in diem
mortis suæ in viduitate viuentes. [s]Dixit 4
autem rex Amasæ, Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. [s]Abiit ergo Amasa vt con- 5
uocaret Iudam, & moratus est extra placitum quod ei constituerat 'rex'. [s]Ait 6
autem Dauid ad Abisai, Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quã
Absalom: tolle igitur seruos domini tui,
& persequere eum, ne fortè inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. [s]Egressi 7
sunt ergo cum eo viri Ioab, cerethi quoque & phelethi: & omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendũ Seba
filium Bochri. [s]Cúmque illi essent iu- 8
xta lapidem grãdem qui est in Gabaon,
Amasa veniens occurrit eis. Porrò Ioab
vestitus erat tunica stricta ad mensuram
habitus sui, & désuper accinctus gladio
dependente vsque ad ilia, in vagina, qui
fabricatus leui motu egredi poterat, &
percutere. [s]Dixit itaq. Ioab ad Amasam, 9
3 Re.2,5. Salue mi frater. 'Et tenuit manu dexteramentũ Amasæ, quasi osculans eum.
[s]Porrò Amasa nõ obseruauit gladium, 10
quem habebat Ioab: qui percussit eum
in latere, & effudit intestina eus in terram, [s]nec secundum vulnus apposuit'. [s]& mortuus est.
Ioab autem, & Abisai frater eius perse- MS. R. [s]& mortuus est H.C.G.
11 cuti sunt Seba filium Bochri. [s]Interea
quidam viri, cùm stetissent iuxta cadauer Amasæ, de sociis Ioab, dixerũt, Ecce
qui esse voluit pro Ioab comes Dauid.
12 [s]Amasa autem conspersus sanguine, iacebat in media via. Vidit hoc quidã vir
quòd subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de
via in agrum: operuítq. eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter
13 eum. [s]Amoto ergo illo de via, transibat
omnis vir sequens Ioab ad persequen-
14 dum Seba filium Bochri. [s]Porrò ille
transierat per omnes tribus Israel vsq. in
Abelam, & Beth-maacha: omnésq. viri
15 electi congregati fuerant ad eum. [s]Venerunt itaque & oppugnabant eum in
Abela, & in Beth-maacha, & circunderunt munitionibus ciuitatem, & obsessa est vrbs: omnis autem turba quæ
erat cũ Ioab, moliebatur destruere mu-
16 ros. [s]Et exclamauit mulier sapiens de
ciuitate, Audite, audite, dicite Ioab, Ap-
17 propinqua huc, & loquar tecum. [s]Qui
cùm accessisset ad eã, ait illi, Tu es Ioab?
Et ille respõdit, Ego. Ad quem sic locuta est, Audi sermones ancillæ tuæ. Qui
18 respondit, Audio. [s]Rursúmq. illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio, 'Qui interrogant, interrogent in Deu.20,11.
19 Abela: & sic proficiebant. [s]Nónne ego
sum quæ respondeo veritatem in Israel,
& tu quæris subuertere ciuitatem, &
euertere matrem in Israel? Quare præ-
20 cipitas hæreditatem Domini? [s]Respondénsque Ioab, ait, Absit, absit hoc à me:
21 non præcipito, neque demolior. [s]Non
sic se habet res, sed homo de monte Ephráim Seba, filius Bochri cognomine,
leuauit manum suam contra regem Dauid: tradite illum solum, & recedemus à
ciuitate. Et ait mulier ad Ioab, Ecce ca-
22 put eius mittetur ad te per murum. [s]Ingressa est ergo ad omnem populum, &
locuta est eis sapiẽter: qui abscissum caput Sebę filij Bochri proiecerũt ad Ioab.
Et ille cecinit tuba, & recesserunt ab

t vrbe,

* & primogenitus ego sum 4 MS. G q. Verùm à R. Hier. H.C.& G. non agnoscitur.

-1 MS. H. C.G.q. 'eamus e. "sua 1 MS. H. C. G.

-1 MS. H.C.G.q.

vrbe, vnuſquiſque in tabernacula ſua: Ioab autem reuerſus eſt Ieruſalem ad regem. 23 Fuit ergo Ioab ſuper omnem exercitum Iſrael: Banaias autem filius Ioiadæ ſuper cerethæos & phelethæos. 24 Aduram verò ſuper tributa: porrò Iosaphat filius Ahilud, à commentariis. 25 Siua autem, ſcriba: Sadoc verò & Abiathar, ſacerdotes. 26 Ira autem Iairites erat ſacerdos Dauid.

Sup. 8, 16.

CAP. XXI.

1 FActa eſt quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter: & conſuluit Dauid oraculum Domini. Dixítque Dominus, Propter Saul, & domũ eius' ſanguinum, quia occidit Gabaonitas.

- 1 MS. Mar. H. C. LXX. verterunt: Super Saul & do. eius (ſanguines, hoc eſt) iniquitas.

2 Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos. (Porrò Gabaonitæ non erant de filiis Iſrael, ſed reliquiæ Amorrhæorum: filij quippe Iſrael iurauerant eis, & voluit Saul percutere eos zelo, quaſi pro filiis Iſrael & Iuda.) 3 Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas, Quid faciam vobis? & quod erit veſtri piaculum, vt benedicatis hæreditati Domini? 4 Dixerúntque ei Gabaonitæ, Non eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio, ſed' contra Saul, & contra domum eius: neque volumus vt interficiatur homo de Iſrael. Ad quos rex' ait, Quid ergo vultis vt faciam vobis? 5 Qui dixerunt regi, Virum qui attriuit nos & oppreſſit iniquè, ita delere debemus, vt ne vnus quidẽ reſiduus ſit de ſtirpe eius in cunctis finibus Iſrael. 6 Dentur nobis ſeptem viri de filiis eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa-Saul quondam electi Domini. Et ait rex, Ego dabo.

Ioſ. 9, 16.

- 1 MS. H. C. G.
- 2 MS. H. C. G.

7 Pepercítque rex Miphi bóſeth filio Ionathæ filij Saul, propter iuſiurandum Domini, quod fuerat inter Dauid, & inter Ionathan filium Saul. 8 Tulit itaque rex duos filios Reſpha filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphi-bóſeth: & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi, 9 & dedit eos in manus Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: & ceciderunt hi ſeptem ſimul occiſi in diebus meſſis primis, incipiente meſſione hordei.

1 Re. 18, 3.

10 Tollens autẽ Reſpha filia Aia, cilicium ſubſtrauit ſibi ſupra petram ab initio meſſis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cælo: & non dimiſit aues lacerare eos per diem, neque beſtias per noctem. 11 Et nũtiata ſunt Dauid quæ fecerat Reſpha, filia Aia, concubina Saul. 12 Et abiit Dauid, & tulit oſſa Saul, & oſſa Ionathæ filij eius à viris Iabes-Galaad, qui furati fuerãt ea de platéa Beth-ſan, in qua ſuſpenderant eos Philiſthiim cùm interfeciſſent Saul in Gelbóe: 13 & aſportauit inde oſſa Saul, & oſſa Ionathę filij eius: & colligentes oſſa eorum, qui affixi fuerant, 14 ſepelierunt ea cum oſſibus Saul & Ionathæ filij eius in Terra-Ben-iamin, in latere, in ſepulchro Cis patris eius: feceruntque omnia quæ præceperat rex, & repropitiatus eſt Deus terræ poſt hæc.

15 Factum eſt autem rurſum prœlium Philiſthinorum aduerſum Iſrael, & deſcẽdit Dauid & ſerui eius cum eo, & pugnabant contra Philiſthiim. Deficiente 16 autem Dauid, Iesbi-benob, qui fuit de genere arapha, cuius ferrũ haſtæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat enſe nouo, niſus eſt percutere Dauid. 17 Præſidióque ei fuit Abiſai filius Saruiæ, & percuſſum Philiſthæum interfecit. Tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes, Iam non egredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernam Iſrael.

18 Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philiſthæos: tunc percuſſit Sobochai de Huſathi, Saph de ſtirpe arapha de genere gigantum'. 19 Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philiſthæos, in quo percuſſit Adeodatus filius Saltus polymitarius Beth-lehemites Goliath Gethæum, cuius haſtile haſtæ erat quaſi liciatorium texentiũ. 20 Quartum bellum fuit in Geth: in quo vir fuit excelſus qui ſenos in manibus pedibúſque habebat digitos, id eſt vigintiquatuor, & erat de origine arapha. 21 Et blaſphemauit Iſrael: percuſſit autem eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid.

22 Hi quatuor nati ſunt de arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & ſeruorum eius.

CAP.

CAP. XXII.

1 LOcutus eſt autem Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eũ Dominus de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul.

2 Et ait:

Dominus petra mea, & robur meum, & ſaluator meus.

3 Deus fortis meus ſperabo in eum: ſcutum meum & cornu ſalutis meæ: eleuator meus, & refugium meum: ſaluator meus, de iniquitate liberabis me.

Pſ. 17, 5.

4 Laudabilem inuocabo Dominum: & ab inimicis meis ſaluus ero:

5 Quia circundederũt me contritiones mortis: torrentes belial terruerunt me.

6 Funes inferni circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis.

7 In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo ſancto' ſuo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.

- 1 MS. K. C.C.

8 Commota eſt & contremuit terra, fundamenta montium concuſſa ſunt & conquaſſata, quoniam iratus eſt eis'.

- 1 MS. K. C. Pro ideam faciſſe & nec admiſcuit H.

9 Aſcendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

10 Et inclinauit cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.

11 Et aſcendit ſuper cherubim, & volauit: & lapſus eſt ſuper pennas venti.

12 Poſuit tenebras in circuitu ſuo latibulũ: cribrans aquas de nubibus cælorũ.

- nubes o.

13 Præ fulgore in conſpectu eius, ſuccenſi ſunt carbones ignis.

14 Tonabit de cælo Dominus, & excelſus dabit vocem ſuam.

- ſuas MS q.

15 Miſit ſagittas & diſſipauit eos: fulgur, & conſumpſit eos.

16 Et apparuerunt effuſiones maris, & reuelata ſunt fundamenta orbis ab increpatione Domini, ab inſpiratione ſpiritus furoris eius.

17 Miſit de cælo, & aſſumpſit me, & extraxit me de aquis multis.

18 Liberauit me ab inimico meo potentiſſimo, & ab his qui oderant me: quoniam robuſtiores me erant.

19 Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus eſt Dominus firmamentum meum.

20 Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei.

21 Retribuet mihi Dñs ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundũ munditiam manuum mearum rẽddet mihi.

22 Quia cuſtodiui vias Domini, & non egi impiè, à Deo meo.

23 Omnia enim iudicia eius in cõſpectu meo, & præcepta eius non amoui à me.

24 Et ero perfectus cũ eo, & cuſtodiam me ab iniquitate mea.

25 Et reſtituet mihi Dominus ſecũdum iuſtitiam meam: & ſecundum munditiam manuum mearum, in conſpectu oculorum ſuorum.

26 Cum ſancto ſanctus eris, & cum robuſto perfectus.

27 Cum electo electus eris, & cum peruerſo peruertêris.

28 Et populum pauperem ſaluũ facies, oculíſque tuis excelſos humiliabis.

29 Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.

30 In te enim curram accinctus, in Deo meo tranſiliam murum.

31 Deus, immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: ſcutum eſt omnium ſperantium in ſe.

32 Quis eſt Deus præter Dominum: & quis fortis, præter Deum noſtrum?

33 Deus qui accinxit me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam:

34 Coæquans pedes meos ceruis, & ſuper excelſa mea ſtatuens me.

35 Docens manus meas ad prœlium, & componens quaſi arcum æreum brachia mea.

36 Dediſti mihi clypeum ſalutis tuæ, & manſuetudo mea multiplicauit me.

- tua 2 MS. H. C. G.

37 Dilatabis greſſus meos ſubtus me, & non deficient tali mei.

38 Perſequar inimicos meos, & conteram, & non conuertar donec cõſumam eos.

39 Conſumam eos & confringã, vt non conſurgant: cadent ſub pedibus meis.

40 Accinxiſti me fortitudine ad prœliũ,

incuruasti resistentes mihi subtus me.
[41] Inimicos meos dedisti mihi dorsum: odientes me, & disperdam eos:
[42] Clamabunt, & non erit qui saluet; ad Dominum, & non exaudiet eos.
[43] Delebo eos vt puluerem terræ: quasi lutum platearum comminuam eos atq. confringam.
[44] Saluabis me à contradictionibus populi mei: custodies me in caput Gētium: populus quem ignoro, seruiet mihi.
[45] Filij alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi.
[46] Filij alieni defluxerunt, & contrahentur in angustiis suis.
[47] Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus fortis salutis meæ.
[48] Deus qui das vindictas mihi, & deicis populos sub me.
[49] Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.
Rom. 15, 9. [50] Propterea confitebor tibi Domine in gentibus, & nomini tuo cantabo.
[51] Magnificās salutes regis sui, & faciens misericordiam christo suo Dauid, & semini eius in sempiternum.

CAP. XXIII.

HÆc autem sunt verba nouissima [1] quę dixit Dauid filius Isai: Dixit vir cui cōstitutum est de christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel, [2] Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguā meam. [3] Dixit Deus Israel mihi, locutus est Fortis Israel, Dominator hominū, iustus dominator in timore Dei.
*Et 1 MS. H.G. [4] Sicut lux auroræ oriente sole, manè absque nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra. [5] Nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicquam ex ea quod non germinet. [6] Præuaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ non tolluntur manibus. [7] Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato, ignéq. succensæ comburentur, vsque ad nihilum. [8] Hæc nomina fortium Dauid. Dauid sedens in cathedra sapiētissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. [9] Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philisthiim, & congregati sunt illuc in prœlium. [10] Cúmque ascendissent viri Israel, ipse stetit & percussit Philisthæos donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio: fecítq. Dominus salutem magnam in die illa: & populus qui fugerat, reuersus est ad cæsorum spolia detrahenda. [11] Et post hunc, Semma filius Age de Arari. & congregati sunt Philisthiim in statione: erat quippe ibi ager lente plenus. Cúmque fugisset populus à facie Philisthiim, [12] stetit ille in medio agri, & tutus est eum, percussitque Philisthæos: & fecit Dominus salutem magnam. [13] Necnon & antè descenderant tres, qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad Dauid in spelūcam Odollam: castra autem Philisthinorum erant posita in Valle-gigantum. [14] Et Dauid erat in præsidio: porrò statio Philisthinorum [15] tunc erat in Beth-léhem. [16] Desiderauit ergo Dauid aquam de lacu, & ait, O si-
10 Mss. H.G.6. quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Beth-léhem iuxta portam! [16] Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Beth-léhem, quæ erat iuxta portam, & attulerūt ad Dauid: at ille noluit [17] bibere, sed libauit eam Domino, dicens, Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. [18] hæc fecerunt tres robustissimi. [18] Abisai quoq. frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus: ipse est qui leuauit hastā suam contra trecentos, quos interfecit, [19] nominatus in *tribus, [19] & inter tres nobilior, erátque eorum princeps, sed vsq. [20] ad tres primos non peruenerat. [20] Et Banaias filius Ioiadę viri fortissimi, magnorum operum, de Cabseel: ipse percussit
*illis 2 MS. Hier.
*illis 1 MS. Hier.

duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus niuis. [21] Ipse quoque interfecit virum Ægyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam: itáque cùm descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Ægyptij, & interfecit eum hasta sua. [22] hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. [23] Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vsque ad tres non peruenerat: fecítq. eum sibi Dauid auricularium, à secreto. [24] Asaël frater Ioab inter triginta, Elehanan filius patrui eius de Beth-lehem, [25] Semma de Harodi, Elica de Harodi, [26] Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua,
[27] Abiézer de Anathoth, Mobonnai de Húsati, [28] Selmon Ahohites, Maharái Netophathites, [29] Heleb filius Baana, & ipse Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Ben-iamin, [30] Banáia Pharathonites, Heddai de Torrente-Gaas, [31] Abi-albon Arbathites, Azmáueth de Beromi, [32] Eliaba de Salaboni.
*Ororı 1 MS. H.C.G. [33] Filij Iassen, Ionathan, Semma de *Orodi, Ahiam filius Sarar Ararites, [34] Eliphélet filius Aasbai filij Machati, Eliam filius Achi-tóphel Gelonites, [35] Hesrái de Carmelo, Pharái de Arbi, [36] Igaal filius Nathan de Soba, *Bani 1 MS. H.C.G. Bonni de Gadi,
[37] Selec de Ammoni, Naharái Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, [38] Ira Iethrites, Gareb & ipse Iethrites, [39] Vrias Hethæus. Omnes triginta septem.

CAP. XXIIII.

ET addidit furor Domini irasci con- [1] tra Israel, commouítque Dauid in eis dicentem*, Vade, numera Israel & Iudam. [2] Dixítque rex ad Ioab principem exercitus sui, Perambula omnes tribus Israel à Dan vsque Bersabee, & numerate populum, vt sciam numerum eius.
1 Par. 21, 1. *ad Ioab MS q.R. [3] Dixítque Ioab regi, Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc est, iterúmque centuplicet in cōspectu domini mei regis: sed quid sibi dominus meus rex vult in re huiuscemodi? [4] Obtinuit autē sermo regis verba Ioab, & principum exercitus: egressúsque est Ioab, & principes militum à facie regis, vt numerarent populum Israel. [5] Cúmque pertransissent Iordanē, venerunt in Aroër ad dexteram vrbis, quæ est in Valle-Gad: [6] & per Iazer transierunt in Galaad, & in terram inferiorem Hadsi, & venerūt in Dan siluestria. Circumeuntésque iuxta Sidonem, [7] transierunt prope mœnia Tyri, & omnem terram Heuæi & Chananæi, venerúntque ad meridiem Iuda in Ber-sabee: [8] & lustrata vniuersa terra affuerūt post nouem menses & viginti dies, in Ierusalem. [9] Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia virorū fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quingenta millia pugnatorum. [10] Percussit autem cor Dauid eum, postquam numeratus est populus: & dixit Dauid ad Dominum, Peccaui valde in hoc facto: sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis.
[11] Surrexit itaque Dauid manè, & sermo Domini factus est ad Gad prophetam & [12] Videntem Dauid, dicens, Vade, & loquere ad Dauid, Hæc dicit Dominus, Trium tibi datur optio, elige vnū quod [13] volueris ex his, vt faciam tibi. Cúmque venisset Gad ad Dauid, nuntiauit ei, dicens, Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos; & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei, qui me misit, ser- [14] monem. Dixit autem Dauid ad Gad, Coarctor nimis: sed melius est vt incidā in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quàm in manus homi- [15] num. Immisitque Dominus pestilentiam in Israel, de manè vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsq. ad Ber-sabee septuaginta mil- [16] lia virorum. Cúmque extendisset manum suam angelus Domini super Ierusalem vt disperderet eā, misertus est Dominus super afflictionem, & ait angelo percutiēti populum, Sufficit: nunc contine manum tuam. erat autem angelus

Domini iuxta aream Areuna Iebuſæi.
17 ‡Dixítque Dauid ad Dominum cùm vidiſſet angelum cædentem populum, Ego ſum qui peccaui, & ego iniquè egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? vertatur obſecro manus tua cõtra me, & contra domum patris mei. 18 ‡Venit autem Gad *prophetam MS q. R. ad Dauid in die illa, & dixit ei, Aſcende, & conſtitue altare Domino in area Areuna Iebuſæi. 19 ‡Et aſcendit Dauid, iuxta ſermonem Gad, quem præceperat ei Dominus. 20 ‡Conſpiciénſque Areuna, animaduertit regẽ & ſeruos eius tranſire ad ſe: ‡& egreſſus adorauit regem prono vultu in terram, & ait, Quid cauſæeſt vt veniat dominus meus rex ad ſeruum ſuum? Cui Dauid ait, Vt emam à te aream, & ædificem altare Domino, & ceſſet interfectio quæ graſſatur in po-
22 pulo. ‡Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat dominus meus rex, ſicut placet ei: habes boues in holocauſtum, & plauſtrum, & iuga boum in vſum li-
23 gnorum. ‡Omnia dedit Areuna regi: dixítque Areuna ad regem, Dominus
24 Deus tuus ſuſcipiat votum tuum. ‡Cui reſpondens rex, ait, Nequaquam vt vis, ſed emam pretio à te, & non offerã Domino Deo meo holocauſta gratuita. Emit ergo Dauid areã, & boues, argenti
25 ſiclis quinquaginta: ‡& ædificauit ibi aram Dauid altare Domino, & obtulit holocauſta & pacifica: & propitiatus eſt Dominꝰ terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael.

LIBER REGVM TERTIVS: SECVNDVM HEBRÆOS, PRIMVS MALACHIM.

CAPVT I.

1 ET rex Dauid ſenuerat, habebátque ætatis plurimos dies: cúmq. operiretur veſtibus, non calefiebat. 2 ‡Dixerunt ergo ei ſerui ſui, Quæramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram rege, & foueat eum, *tuo 3 MS. H. C. dormiátque in ſinu "ſuo", & calefaciat dominum noſtrum regem. 3 ‡Quæſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & inuenerunt Abiſag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. 4 ‡Erat autem puella pulchra nimis, dormiebátque cum rege, & miniſtrabat ei, rex verò non cognouit eam. 5 ‡Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens, Ego regnabo. Fecítque ſibi currus & equites, & quinqua-
1 ginta viros qui currerent ante eum.
6 ‡Nec corripuit eum pater ſuus aliquando, dicẽs, Quare hoc feciſti? Erat autem & ipſe pulcher valde, ſecundus natu poſt
7 Abſalom. ‡& ſermo ei cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar ſacerdote, qui
8 adiuuabãt partes Adoniæ. ‡Sadoc verò ſacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei, & "cerethi & phelethi", & "robur exercitus Dauid, non
9 erat cũ Adonia. ‡Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis, & vniuerſis pinguibus iuxta Lapidẽ-zoheleth, qui erat vicinus Fonti-rogel, vocauit vniuerſos fratres ſuos filios regis, & omnes viros
10 Iuda ſeruos regis. ‡Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robuſtos quoſque, & Salomonem fratrem ſuum non
11 vocauit. ‡Dixit itaque Nathan ad Bethſabee matrem Salomonis, Num audiſti quòd regnauerit Adonias filiꝰ Haggith, & domi-

& dominus noſter Dauid hoc ignorat?
12 ‡Nunc ergo veni, accipe conſilium à me, & ſalua animam tuam, filiíque tui
13 Salomonis. ‡Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei, Nónne tu domine mi rex iuraſti mihi ancillæ tuæ, dicens, Quòd Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo? quare
14 ergo regnat Adonias? ‡Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam poſt te, & complebo ſermones tuos. 15 ‡Ingreſſa eſt itaque Beth-ſabee ad regem in cubiculo: rex autem ſenuerat nimis, & Abiſag Sunamitis miniſtrabat ei. 16 ‡inclinauit ſe Beth-ſabee, & adorauit regem. Ad
17 quam rex, Quid tibi, inquit, vis? ‡Quæ reſpondẽs ait, Domine mi *tu iuraſti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo. 18 ‡Et ecce nunc Adonias regnat, te dñe mi rex ignoran-
19 te. ‡Mactauit boues & pinguia quæq., & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque ſacerdotem, & Ioab principem militiæ: Salomonem autem ſeruum tuum non vocauit. 20 ‡Verumtamen domine mi rex, in te oculi reſpiciũt totius Iſrael, vt indices eis, quis ſedere debeat in ſolio tuo domine mi rex
21 poſt te. ‡Erítque, cùm dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores.
22 ‡Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta venit. 23 ‡Et nũtiauerunt regi, dicentes, Adeſt Nathan propheta. Cúmque introiſſet in conſpectu regis, & adoraſſet eum pronus in terram, 24 ‡dixit Nathan, Domine mi rex, tu dixiſti, Adonias regnet poſt me, & ipſe ſedeat ſuper thronum meum? 25 ‡Quia deſcendit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes plurimos, & vocauit vniuerſos filios regis, & principes exercitus, Abiathar quoque ſacerdotem: illíſq. veſcentibus, & bibentibus coram eo, & dicentibus, Viuat rex Adonias, 26 ‡Me ſeruum tuum & Sadoc ſacerdotem, & Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonen famulum tuum non vocauit. 27 ‡Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum, & mihi
nõ indicaſti ſeruo tuo quis ſeſſurus eſſet ſuper thronum domini mei regis poſt
28 eum? ‡Et reſpondit rex Dauid, dicens, Vocate ad me Beth-ſabee. Quæ cùm fuiſſet ingreſſa coram rege, & ſtetiſſet
29 ante eum, ‡iurauit rex, & ait, Viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni
30 anguſtia, ‡quia ſicut iuraui tibi per Dominum Deum Iſrael, dicens, Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper ſolium meũ pro me: ſic faciam
31 hodie. ‡Summiſſóque Beth-ſabee in terram vultu, adorauit regẽ, dicens, Viuat dñs meus Dauid in æternũ. ‡Dixit quoq.
32 rex Dauid, Vocate mihi Sadoc ſacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filiũ Ioiadæ. Qui cùm ingreſſi fuiſſent
33 coram rege, ‡dixit ad eos, Tollite vobiſcum ſeruos dñi veſtri, & imponite Salomonẽ filium meum ſuper mulã meam:
34 & ducite eum in Gihon. ‡& vngat eum ibi Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta in regẽ ſuper Iſrael *: & canetis buccina, 35 atque dicetis, Viuat rex Salomon. ‡Et aſcendetis poſt eum, & "venietis", & ſedebit ſuper ſolium meũ, & ipſe regnabit pro me: illíq. præcipiam vt ſit dux ſuper
36 Iſrael & ſuper Iudam. ‡Et reſpondit Banaias filius Ioiadæ, regi, dicens, Amen: ſic loquatur Dominus Deꝰ domini mei
37 regis. ‡Quomodò fuit Dominus cum domino meo rege, ſic ſit cum Salomone, & ſublimius faciat ſolium eius à ſolio
38 domini mei regis Dauid. ‡Deſcẽdit ergo Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & cerethi, & phelethi: & impoſuerunt Salomonem ſuper mulam regis Dauid, & adduxerũt eum
39 in Gihon. ‡Sumpſitque Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus, Viuat rex Salomon.
40 ‡Et aſcendit vniuerſa multitudo poſt eum, & populus canentium tibiis, & lætantium gaudio magno, & inſonuit terra à clamore eorum. 41 ‡Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo, iámque conuiuium finitum erat: ſed & Ioab, audita voce tubæ, ait, Quid ſibi vult clamor ciuitatis tumultuantis?

42 *Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abiathar ſacerdotis venit: cui dixit Adonias, Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntians. 43 *Reſpondítque Ionathan Adoniæ, Nequaquam: Dominus enim noſter rex Dauid regem conſtituit Salomonem: 44 *miſitque cum eo Sadoc ſacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, & cerethi, & phelethi, & impoſuerunt eum ſuper mulam regis. 45 *Vnxerúntque eum Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta regẽ in Gihon: & aſcenderunt inde lætantes, & inſonuit ciuitas. hæc eſt vox quam audiſtis. 46 *Sed & Salomon ſedet ſuper ſolium regni.

47 *Et ingreſſi ſerui regis benedixerunt domino noſtro regi Dauid, dicẽtes, Amplificet Deus nomen Salomonis ſuper nomen tuum, & magnificet thronum eius ſuper thronum tuum. Et adorauit rex in lectulo ſuo: 48 *inſuper & hæc locutus eſt, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus oculis meis. 49 *Territi ſunt ergo, & ſurrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnuſquiſque in viam ſuam. 50 *Adonias autem timens Salomonen, ſurrexit, & abiit -3 MS. H. C. G. in tabernaculum Domini, tenuítq. cornu altaris. 51 *Et nuntiauerunt Salomoni, dicentes, Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens, Iuret mihi rex Salomõ hodie quòd non interficiat ſeruũ ſuum gladio. 52 *Dixítq. Salomon, Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: ſin autem malum inuẽtum fuerit in eo, morietur. 53 *Miſit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingreſſus adorauit regem Salomonem: dixítque ei Salomon, Vade in domum tuam.

CAP. II.

1 APpropinquauerunt autẽ dies Dauid vt moreretur, præcepítque Salomoni filio ſuo, dicens, 2 *Ego ingredior viam vniuerſæ terræ: confortare, & eſto vir*. 3 *Et obſerua -vt- cuſtodias' mandata' Domini Dei tui, vt ambules in viis eius, & cuſtodias ceremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & teſtimonia, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi: vt intelligas vniuerſa quæ facis, & quocunque te verteris: 4 *Vt confirmet Dominus ſermones ſuos quos locutus eſt de me, dicens, Si cuſtodierint filij tui 'vias meas', & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde ſuo, & in omni anima ſua, non auferetur tibi vir de ſolio Iſrael. 5 *Tu quoque noſti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Iſrael, 'Abner filio Ner, & Amaſæ filio Iether: quos occidit, & effudit ſanguinem belli in pace, & poſuit cruorem prœlij in balteo ſuo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamento ſuo quod erat in pedibus eius. 6 *Facies ergo iuxta ſapientiam tuam, & non deduces canitiẽ eius pacificè ad inferos. 7 *Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, erúntque comedentes in menſa tua: 'occurrerunt enim mihi quãdo fugiebam à facie Abſalom fratris tui. 8 *Habes quoq. apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim, 'qui maledixit mihi maledictione peſſima, quãdo ibam ad Caſtra: ſed quia deſcendit mihi in occurſum cùm tranſirem Iordanem, & iuraui ei per Dominum, dicens, 9 Non te interficiam gladio: *tu noli pati eum eſſe innoxium. Vir autem ſapiens es, "vt ſcias' quæ facies ei, deducéſque canos eius cũ ſanguine ad inferos. 10 *Dormiuit igitur Dauid cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid. 11 *Dies autem quibus regnauit Dauid ſuper Iſrael, quadraginta anni ſunt: in Hebrõ regnauit 'ſeptem annis: in Ieruſalem*, triginta tribus. 12 *'Salomon aũt ſedit ſuper thronum Dauid patris ſui, & firmatũ eſt regnum eius nimis. 13 *Et ingreſſus eſt Adonias filius Haggith ad Beth-ſabee matrẽ Salomonis. Quæ dixit ei, Pacificúſne eſt ingreſſus tuus? Qui reſpondit, Pacificus. 14 *Addidítque, Sermo mihi eſt ad te. 15 Cui ait, Loquere. Et ille, *Tu, inquit, noſti, quia meũ erat regnum, & me præpoſuerat omnis Iſrael ſibi in regem: ſed tranſlatum eſt regnum, & factũ eſt fratris mei: à Domino enim conſtitutũ eſt 16 ei. *Nunc ergo petitionem vnam precor à te, ne

* Ecce MS q. R. * fortis MS q. R. Q. R. -14 MS. H. C. G. τὴν φυλακὴν -14 MS. H. G.

42 Deut. 18,3.
43 Vide 3 Reg. 1,32. & 33.
44 3 Reg. 1,38.
45 3 Reg. 1,39.
46 3 Reg. 2,12.
47 3 Reg. 1,47.
48 3 Reg. 1,48.
49 3 Reg. 1,49.
50 3 Reg. 1,50.
51 3 Reg. 1,51.
52 3 Reg. 1,52.
53 3 Reg. 1,53.
1 Deut. 31,14. 3 Reg. 2,1.
2 Deut. 31,7. Ioſue 1,6. 7. 9. 18. & 23,6.
3 Deut. 10,12. & 11,22. & 19,9. & 30,16. Ioſue 22,5. & 23,11. Pſal. 118,1. Matth. 19,17. Luc. 10,28. Ioan. 14,15. 21. & 15,10. 1 Ioan. 2,3. & 3,22. & 5,2. 3. Apoc. 12,17. & 14,12. & 22,14.
4 2 Reg. 7,25. 3 Reg. 6,12. & 8,25. & 9,5.
5 2 Reg. 3,27. & 20,10.
6 Prouerb. 16,31.
7 2 Reg. 19,31.
8 2 Reg. 16,5.
9 Exod. 22,28. Act. 23,5.
10 2 Reg. 7,12. 3 Reg. 1,21.
11 1 Par. 29,26. vers. 3 MS. H. C. G. 2 Reg. 5,4.
12 2 Reg. 5,4.
13 2 Reg. 3,20.
14 Iudic. 19,20.
15 2 Reg. 15,10.
16 3 Reg. 1,20.

-3 MS. H. C. G. -& ſic 6 MS. H. C. G. Alb. 3. Ald. 3. Hac. 3.

à te, ne confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum, Loquere. 17 *Et ille ait, Precor vt dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quicquã poteſt) vt det mihi Abiſag Sunamitidem vxorem. 18 *Et ait Beth-ſabee: Bene, ego loquar pro te regi.

19 *Venit ergo Bethſabee ad regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia: & ſurrexit rex in occurſum eius, adorauítque eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: poſitúſque eſt thronus matri regis, quæ ſedit ad dexteram eius. 20 *Dixítque ei, Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex, Pete mater mea: neque enim fas eſt vt auertam faciem tuam. 21 *Quæ ait, Detur Abiſag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. 22 *Reſpondítque rex Salomon, & dixit matri ſuæ, Quare poſtulas Abiſag Sunamitidem Adoniæ? poſtula ei & regnum: ipſe eſt enim frater meus maior me, & habet Abiathar ſacerdotem & Ioab filium Saruiæ. 23 *Iurauit itaque rex Salomon per Dominum, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam ſuam locutus eſt Adonias verbum hoc. 24 *Et nunc viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit me ſuper ſolium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum, ſicut locutus eſt, quia hodie occidetur Adonias. 25 *Miſitque rex Salomon per manũ Banaiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus eſt. 26 *Abiathar quoque ſacerdoti dixit rex, Vade in Anathoth ad agrum tuum, & quidem vir mortis es: ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei coram Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus in quibus laborauit pater meus.

27 *Eiecit ergo Salomõ Abiathar, vt non eſſet ſacerdos Domini, 'vt impleretur ſermo Domini, quem locutus eſt ſuper domum Heli in Silo. 28 *Venit autẽ nuntius ad Salomonem 'quòd Ioab declinaſſet poſt Adoniam, & poſt Salomonem non declinaſſet: fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris. 29 *Nuntiatúmque eſt regi Salomoni, quòd fugiſſet Ioab in tabernaculum Domini, & eſſet iuxtà altare: miſitque Salomon Banaiam filium Ioiadæ, dicens, Vade, interfice eum. 30 *Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei, Hæc dicit rex, Egredere. Qui ait, Non egrediar, ſed hîc moriar. Renuntiauit Banaias regi ſermonẽ, dicens, Hæc locutus eſt Ioab, & hæc reſpondit mihi. 31 *Dixítque ei rex, Fac ſicut locutus eſt: & interfice eum, & ſepeli, & amouebis ſanguinem innocentem, qui effuſus eſt, à Ioab, à me, & à domo patris mei. 32 *Et reddet Dominus ſanguinem eius ſuper caput eius, quia interfecit duos viros iuſtos, melioréſque ſe: & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante: 'Abner filium Ner principem militiæ Iſrael, '& Amaſam filium Iether principem exercitus Iuda: 33 *& reuertetur ſanguis illorum in caput Ioab, & in caput ſeminis eius in ſempiternũ. Dauid autem & ſemini eius, & domui, & throno illius ſit pax vſq. in æternum à Domino. 34 *Aſcendit itaque Banaias filius Ioiadæ, & aggreſſus eum interfecit, ſepultúſque eſt in domo ſua in deſerto. 35 *Et conſtituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo ſuper exercitum, & Sadoc ſacerdotem poſuit pro Abiathar. 36 *Miſit quoq. rex, & vocauit Semei, dixítq. ei, Ædifica tibi domum in Ieruſalem, & habita ibi: & non egredieris inde huc atque illuc. 37 *Quacunque autem die egreſſus fueris, & tranſieris Torrentem-cedron, ſcito te interficiendum: ſanguis tuus erit ſuper caput tuum. 38 *Dixítque Semei regi, Bonus ſermo: ſicut locutus eſt dominus meus rex, ſic faciet ſeruus tuus. Habitauit itaq. Semei in Ieruſalem diebus multis. 39 *Factum eſt autem poſt annos tres vt fugerent ſerui Semei ad Achis filium Maacha regem Geth: nuntiatúmq. eſt Semei quòd ſerui eius 'iſſent' in Geth. 40 *Et ſurrexit Semei, & ſtrauit aſinum ſuum: iuítq. ad Achis in Geth ad requirendum ſeruos ſuos, & adduxit eos de Geth. 41 *Nuntiatum eſt autem *Salomoni quòd iſſet Semei in Geth de Ieruſalẽ, & rediiſſet. 42 *Et mittens vocauit eum, dixítque illi, Nonne teſtificatus ſum tibi per

17 Genes. 24,4.
18 Genes. 24,51.
19 Ruth 2,14.
20 3 Reg. 1,16.
21 Genes. 16,3. & 30,4. & 41,45.
22 2 Reg. 3,7. & 16,21.
23 Ruth 1,17. 1 Reg. 3,14. & 20,42. 2 Reg. 3,35. 1 Par. 26,28.
24 2 Reg. 7,12. 3 Reg. 1,48.
25 3 Reg. 1,46.
26 1 Reg. 22,20. 2 Reg. 15,24.
27 1 Reg. 2,31.
28 Ioab 1 MS. Hier. Q. R.
29 Exod. 21,14.
30 Exod. 21,14.
31 Genes. 9,6.
32 2 Reg. 3,27. & 20,10.
33 2 Reg. 3,29.
34 3 Reg. 1,46.
35 3 Reg. 1,32.
36 Ioſue 15,61.
37 Leuit. 20,9. Deut. 19,10. Ioſue 2,19. Ezech. 18,13. & 33,4.
38 Ioſue 2,20.
39 Ioſue 15,16.
40 Ioſue 15,16.
41 Ioſue 15,16.
42 Ioſue 2,20.

1 Reg. 2,31. -Ioab 1 MS. Hier. Q. R. -eſſent 4 MS. -regi MS q. R.

bi per Dominum & prædixi tibi, Quacunque die egreſſus fueris huc & illuc, ſcito te eſſe moriturum? Et reſpondiſti mihi, Bonus ſermo quem audiui. [43] *Quare ergo non cuſtodiſti iuſiurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi? [44] *Dixítque rex ad Semei, Tu noſti omne malum, cuius tibi conſciũ eſt cor tuum, quod feciſti Dauid patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum. [45] *Et rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit ſtabilis coram Domino vſque in ſempiternum. [46] *Iuſſit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui aggreſſus, percuſſit eum, & mortuus eſt.

*ſteris 4 MS. H. C. G.

*egreſſus 2 MS. H. C. G.

CAP. III.

[1] COnfirmatum eſt igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate coniunctus eſt Pharaoni regi Ægypti: accepit namque filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum ſuam, & domum Domini, & murum Ieruſalem per circuitum.

2 Par. 1, 7.

[2] *Attamen populus immolabat in excelſis: non enim ædificatũ erat templum nomini Domini vſque in diem illum.

[3] *Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quòd in excelſis immolabat, & accendebat thymiama. [4] *Abiit itaque *in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelſum maximũ: mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomon ſuper altare illud in Gabaon. [5] *Apparuit autẽ Dominus Salomoni per ſomniũ nocte, dicens, Poſtula quod vis vt dem tibi. [6] *Et ait Salomon, Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam, ſicut ambulauit in conſpectu tuo in veritate & iuſtitia, & recto corde tecum: cuſtodiſti ei miſericordiam tuam grandem, & dediſti ei filium ſedentem ſuper thronum eius, ſicut eſt hodie. [7] *Et nunc Domine Deus, tu regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo: ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum & introitum meum. [8] *Et ſeruus tuus in medio eſt populi, quem elegiſti, populi infiniti, qui numerari & ſupputari non poteſt præ multitudine.

*Salomõ MS. R. G. *rex H. C.

*In Gabaon apparuit Dominus 5 MS. H. C. ſuffraganter autem Textui R. & G.

[9] *Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonũ & malum. quis enim poterit iudicare populum iſtum, populum tuum hunc multum? [10] *Placuit ergo ſermo coram Domino, quòd Salomon [11] poſtulaſſet huiuſcemodi rem. *Et dixit Dñs Salomoni, Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorũ tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapiẽtiam ad diſcernendum iudicium: [12] *ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantũ vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit. [13] *Sed & hæc quæ non poſtulaſti, dedi tibi, diuitias ſcilicet, & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retrò diebus. [14] *Si autem ambulaueris in viis meis, & cuſtodieris præcepta mea, & mandata mea, ſicut ambulauit *pater tuus, longos faciam dies tuos. [15] *Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quòd eſſet ſomnium: cúmq. veniſſet Ieruſalem, ſtetit coram arca fœderis Domini, & obtulit holocauſta, & fecit victimas pacificas & grande conuiuium vniuerſis famulis ſuis. [16] *Tũc venerunt duę mulieres meretrices ad regem, [17] ſteterúntq. coram eo, [18] *quarum vna ait, Obſecro, mi dñe, ego & mulier hæc habitabam in domo vna: & peperi apud eam in cubiculo. [19] *Tertia autem die poſtquam ego peperi, peperit & hæc: & eramus ſimul, nullúſque alius nobiſcum in domo, exceptis nobis duabus. [20] *Mortuus eſt autẽ filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppreſſit eum. [21] *Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormiẽtis, & collocauit in ſinu ſuo: ſuum autem filium, qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo. [22] *Cúmque ſurrexiſſem manè vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentiùs intuens clara luce, deprehendi non eſſe meum quem genueram. [23] *Reſpondítque altera mulier, Non eſt ita vt dicis, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. Econtrario illa dicebat, Mentiris: filius quippe

Deut. 17, 14. Deut. 28, 1. *Dnũ MS. R. G.

1 MS. G.

quippe meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. Atq. in hunc modum contendebant coram rege. [24] *Tunc rex ait, Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt: Et iſta reſpondit, Non, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. [25] *Dixit ergo rex, Afferte mihi gladium. Cúmq. attuliſſent gladium coram rege, [26] *Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partẽ vni, & dimidiam partẽ alteri. [27] *Dixit autem mulier cuius filius erat viuus, ad regem (commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo,) Obſecro domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat, Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur. [28] *Reſpondit rex, & ait, Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc eſt enim mater eius. *Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet rex, & timuerũt regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.

CAP. IIII.

[1] ERat autem rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael: [2] *& hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc ſacerdotis: *Elihóreph & Ahia filij Siſa, ſcribæ: Ioſaphat filius Ahilud, à commẽtariis: [4] *Banaias filius Ioiadæ, ſuper exercitum: Sadoc autem & Abiathar, ſacerdotes. [5] *Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſſiſtebant regi: Zabud filius Nathan, ſacerdos amicus regis: [6] *& Ahiſar præpoſitus domus: & Adoniram filius Abda ſuper tributa. [7] *Habebat autem Salomõ duodecim præfectos ſuper omnem Iſrael qui præbebant annonam regi, & domui eius: per ſingulos enim menſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabant. [8] *Et hæc nomina eorum: Benhur, in monte Ephráim. [9] *Ben-décar, in Macces, & in Salebim, & in Beth-ſames, [10] & in Elon, & in Beth-hánan. *Beth-héſed in Aruboth: ipſius erat Socho, & [11] omnis terra-Epher. *Ben-abinadab, cuius omnis Nephath-dor, Tapheth filiam Salomonis habebat vxorem. [12] *Bana filius Ahilud regebat Thanac & Mageddo, & vniuerſam Beth-ſan, quæ eſt iuxta Sárthana ſubter Iezrahel, à Beth-ſan vſq. [13] Abelmehula è regione Iecmaan. *Bengáber in Ramoth-galaad: habebat Auoth-iair filij Manaſſe in Galaad, ipſe præerat in omni regione Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta ciuitatibus magnis atq. muratis, quæ habebant ſeras æreas. [14] *Ahinadad filius Addo præerat in Manáim. [15] *Achi-máas in Nephthali: ſed & ipſe habebat Báſemath filiam Salomonis in coniugio. [16] *Baána filius Huſi, in [17] Aſer, & in Baloth. *Ioſaphat filius Pharue, in Iſſachar. [18] *Semei filius Ela, in [19] Ben-iamin. *Gaber filius Vri, in terra-Galaad, in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Baſan, ſuper omnia quæ erãt [20] in illa terra. *Iuda & Iſrael innumerabiles, ſicut arena maris in multitudine: comedentes, & bibentes, atque lætantes. [21] *Salomon autem erat in ditione ſua, habens omnia regna ſecum à flumine terræ Philiſthiim vſque ad terminum Ægypti: offerẽtium ſibi munera, & ſeruientium ei cunctis diebus vitæ eius. [22] *Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinæ, [23] *decem boues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubalorum & auium altilium. [24] *Ipſe enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen, quaſi à Thaphſa vſque ad Gazan, & cunctos reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu. [25] *Habitabátque Iuda & Iſrael abſque timore vllo, vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à Dan vſque Berſabée cunctis diebus Salomonis. [26] *Et habebat Salomon quadraginta millia præſepia equorum curriliũ, & duodecim millia equeſtriũ. [27] *Nutriebántque eos ſupradicti regis præfecti: ſed & neceſſaria menſæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant [28] in tempore ſuo. *Hordeum quoque & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum vbi erat rex, iuxta cõſtitutum ſibi. [29] *Dedit quoq. Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinẽ cordis, quaſi arenam quæ eſt

*Ben MS. R. H. C. 6. *enim o.

1 MS. R. H. C. G.

2 Par. 9, 25.

Eccl. 47, 16

2 MS. R. H. C. G.

Eccl. 47, 16

quæ est in littore maris. [30] Et præcedebat sapientia Salomonis sapiẽtiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, [31] & erat sapientior cunctis hominibus: sapientior Ethan Ezrahitæ, & Heman, & Chalcol, & Dorda filiis Mahol: & erat nominatus in vniuersis gentibus per circuitum. [32] Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque millia. [33] Et disputauit super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus, & reptilibus & piscibus. [34] Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapiẽtiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius.

CAP. V.

[1] MIsit quoq. Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem: audiuit enim quòd ipsum vnxissent regem *pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. [2] Misit autem Salomon ad Hiram, dicens, [3] Tu scis voluntatem Dauid patris mei, & quia non potuerit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum eius. [4] Nunc autẽ requiem dedit *Deus meus mihi per circuitum: & non est satan, neque occursus malus. [5] Quamobrẽ cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, sicut locutus est Dominus Dauid patri meo, dicens, Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo. [6] Præcipe igitur vt præcîdant mihi seruitui cedros de Libano, & serui mei sint cum seruis tuis: mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quancunq. petieris: scis enim quomodo non est in populo meo vir qui nouerit ligna cædere sicut Sidonij. [7] Cũ ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, & ait, Benedictus Dominꝰ Deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum super populum hunc plurimum. [8] Et misit Hiram ad Salomonẽ, dicens, Audiui quæcunque mandasti mihi: ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis. [9] Serui mei deponent ea de Libano ad mare: & ego cõponam ea in ratibus, in mari, vsque ad locum quem significaueris mihi; & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: præbebísq; necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ. [10] Itaq; Hirã dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius. [11] Salomon autẽ præbebat Hiram viginti millia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros purissimi olei: hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos. [12] Dedit quoque Dominus sapientiã Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percussérunt ambo fœdus. [13] Elegítque rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia virorum. [14] Mittebátque eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita vt duobus mensibus essent in domibus suis: & Adonirã erat super huiusce modi indictionem. [15] Fuerúntq. Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte: [16] absque præpositis, qui præerant singulis operibus, numero trium millium, & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus. [17] Præcepítq. rex, vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos: quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæmentarij Hiram: porrò Giblij præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

CAP. VI.

[1] FActum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de Terra Ægypti, in anno quarto (mẽse Zio, ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum Domino. [2] Domus autem quã ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. [3] Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi. [4] Fecítque in templo fenestras obliquas.

[5] Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. [6] Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, vt non hærerent muris templi. [7] Domus autem cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atq. perfectis ædificata est: & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cũ ædificaretur. [8] Ostium lateris medij in pariete erat domus dextræ: & per cochleã ascendebant in medium cœnaculũ, & à medio in tertium.

[9] Et ædificauit domum, & consummauit eam: texit quoque domum laquearibus cedrinis. [10] Et ædificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domũ lignis cedrinis. [11] Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens, [12] Domus hæc quam ædificas, si ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea: firmabo sermonem meum tibi, quem locutus sum ad Dauid patrem tuum. [13] Et habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populum meũ Israel. [14] Igitur ædificauit Salomon domum, & consummauit eam. [15] Et ædificauit parietes domus intrinsecus, tabulatis cedrinis: à pauimento domus vsque ad summitatem parietum, & vsque ad laquearia, *operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit pauimentum domus tabulis abiegnis. [16] Ædificauítq. viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, à pauimento vsque ad superiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum. [17] Porrò quadraginta cubitorũ erat ipsum templum pro foribus oraculi. [18] Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, & iuncturas suas fabrefactas & cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis vestiebantur: nec omnino [19] lapis apparere poterat in pariete. [20] Oraculum autem in medio domus, in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis Domini. [20] Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. sed & altare vestiuit cedro. [21] Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis. [22] Nihílque erat in templo quod non auro tegeretur: sed & totum altare oraculi texit auro. [23] Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. [24] Quinque cubitorum ala cherub vna, & quinque cubitorum ala cherub altera: id est, decem cubitos habentes, à summitate alæ vnius vsq. ad alæ alterius [25] summitatem. Decem quoque cubitorum erat cherub secundus: in mensura pari, & opus vnũ erat in duobus cherubim, [26] id est, altitudinẽ habebat vnus cherub decem cubitorum, & similiter [27] cherub secundus. [27] posuítque cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala cherub secundi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte tẽpli, seinuicem contingebant. [28] Texit quoque cherubim auro. [29] Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis & torno: & fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete, & egredientes. [30] Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus & extrinsecus. [31] Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum, postésque angulorum quinque. [32] Et duo ostia de lignis oliuarum: & sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro: & operuit tam cherubim, quàm palmas, & cætera, auro. [33] Fecítq. in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos: [34] & duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: & vtrumque ostium

*super Israel o. — 1 Par. 2, 3.

*Dominus 1 MS. H. C. G. — 2 Re. 7, 13. 2 Pa. 22, 10

*8 MS. H. C. G.

*parte 5 MS. B. Ex Hebræo, tum septuaginta, tum alij vertunt: Ad humerum domus dexterum.

2 Reg. 7, 16. 1 Par. 22, 9.

*& MS. R. G. Ab H. autem C. & Gq. non legitur.

*duo o.

*R. eorum H. C. G.

ostium duplex erat,& se inuicem tenens aperiebatur. [35] Et sculpsit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuítque omnia laminis aureis opere quadro ad regulã. [36] Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri.

[37] Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio: [38] & in anno vndecimo, mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis: ædificauítque eam annis septem.

CAP. VII.

[1] DOmum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vsq. perduxit. *Infr. 9, 10.* [2] Ædificauit quoq. domum saltus Libani centũ cubitorum longitudinis,& quinquaginta cubitorũ latitudinis,& triginta cubitorum altitudinis: & quatuor deambulacra inter colũnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas. [3] Et tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram,quę quadragintaquinque columnis sustentabatur. Vnus autem ordo habebat columnas quindecim [4] contra se inuicem positas, [5] & eregione se respicientes,æquali spatio inter columnas,& super columnas quadrãgulata ligna in cunctis æqualia. [6] Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in facie maioris porticus: & columnas, & epistylia super columnas. [7] Porticum quoque solij,in qua tribunal est,fecit:& texit lignis cedrinis à pauimento vsque ad summitatem.

[8] Et domuncula in qua sedebatur ad iudicandum, erat in media porticu simili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quam vxorẽ duxerat Salomon) *3 Reg. 3, 3.* tali opere, quali & hanc porticum. [9] Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant: à fundamento vsque ad summitatem parietum, & intrinsecus vsque ad atrium maius. [10] Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem [11] siue octo cubitorum. Et desuper lapides pretiosi æqualis mensurę secti erant, [12] similitérque de cedro. Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis, & vnius ordinis de dolata cedro: necnon & in atrio domus Domini [13] interiori, & in porticu domus. Misit quoq. rex Salomon,& tulit Hirã de Tyro, [14] filiũ mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium,& plenum sapientia, & intelligentia,& doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cùm venisset ad regẽ Salomonem, [15] fecit omne opus eius. Et finxit duas columnas æreas, decẽ & octo cubitorum altitudinis columnam vnam: & linea *lin. qui* [16] duodecim cubitorum ambiebat columnam vtramque. Duo quoq. capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum: [17] & quasi in modum retis, & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrumq. capitellum columnarum fusile erat: septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero. [18] Et perfecit columnas, & duos ordines, per circuitum retiaculorum singulorum, vt tegerent capitella quæ erant super summitatem, malogranatorum: eodem modo [19] fecit & capitello secundo. Capitella autem quæ erant super capita columnarum,quasi opere lilij fabricata erant, in [20] porticu, quatuor cubitorum. Et rursum alia capitella in summitate columnarum désuper iuxta mensuram columnæ contra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu [21] capitelli secundi. Et statuit duas columnas in porticu templi: cúmque statuisset columnam dexterã,vocauit eam nomine Iachin: similiter erexit columnam secundam, & vocauit nomen eius [22] Booz. Et super capita columnarum opus in modum lilij posuit:perfectúmq. [23] est opus columnarum. Fecit quoque *1 Par. 4, 2.* mare fusile decem cubitorum à labio vsque ad labium, rotundum in circuitu: quinque

*fecit MS 9. R.

*extrinsecus R. H. C. G.

MONTIS DOMINI TOTIVSQ. SACRI TEMPLI EXEMPLVM EX ANTIQVIS DESCRIPTIONIBVS A BENED. ARIA MONTANO OBSERVATIS, AD APPARATVS SACRI INSTRVCTIONEM *





TEMPLI Ieroſolymitani antiqui cum atriis cellis, et porticibus aliiſque locis ad uſum vel ornamentum conſtitutis icnographia. Ben. Aria Montano Hiſpalenſi deſcriptore.

P·H·

quinque cubitorum altitudo eius, & re-
sticula triginta cubitorum cingebat il-
lud per circuitum. *Et sculptura subter 24
labium circuibat illud decẽ cubitis am-
biens mare: duo ordines sculpturarum
"histriatarũ' erant fusiles. *Et "stabant' 25
super duodecim boues, è quibus tres re-
spiciebant ad Aquilonem, & tres ad Oc-
cidentem, & tres ad Meridiem, & tres
ad Orientem: & mare super eos désuper
erat: quorum posteriora vniuersa intrin-
secus latitabant. *Grossitudo autem 26
lutêris, trium vnciarum erat: labiúmq.
eius, quasi labium calicis, & folium re-
pandi lilij: duo millia batos capiebat, & 27
tria millia metretas'. *Et fecit decem
bases æneas, quatuor cubitorum longi-
tudinis bases singulas, & quatuor cubi-
torum latitudinis, & trium cubitorum
altitudinis. *Et ipsum opus basium, in- 28
terrasile erat: & sculpturæ inter iunctu-
ras. *Et inter coronulas & plectas, leo- 29
nes & boues & cherubim: & in iunctu-
ris similiter désuper: & subter leones &
boues quasi lora ex ære dependentia.
*Et quatuor rotæ per bases singulas, & 30
axes ęrei: & per quatuor partes quasi hu-
meruli subter lutêrem fusiles, contra se
inuicem respectantes. *Os quoque lu- 31
têris intrinsecus erat in capitis summita-
te: & quod forinsecus apparebat, vnius
cubiti erat, totum rotundum, paritérq.
habebat vnum cubitum & dimidium:
in angulis autem columnarum variæ
cælaturæ erãt: & media intercolumnia,
quadrata non rotunda. *Quatuor quo- 32
que rotæ, quæ per quatuor angulos basis
erant, cohærebant sibi subter basim:
vna rota habebat altitudinis cubitum
& semis. *Tales autem rotæ erant 33
quales solent in curru fieri: & axes ea-
rum, & radij, & canthi, & modioli, om-
nia fusilia. *Nam & humeruli illi qua- 34
tuor per singulos angulos basis vnius,
ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant.
*In summitate autem basis erat quæ- 35
dam rotunditas vnius & dimidij cubiti,
ita fabrefacta, vt luter désuper posset
imponi, habens cælaturas suas, varias-
que sculpturas ex semetipsa. *Sculpsit 36

quoque in tabulatis illis quæ erant ex
ære, & in angulis, cherubim, & leones,
& palmas, quasi in similitudinem ho-
minis stantis, vt non cælata, sed apposi-
37 ta per circuitum viderentur: *In hunc
modum fecit decem bases, fusura vna,
38 & mensura, sculpturáq consimili. *Fe-
cit quoq. decem lutêres æneos: quadra-
ginta batos capiebat luter vnus, erátque
quatuor cubitorum: singulos quoq. lu-
têres per singulas, id est, decem bases,
39 posuit. *Et cõstituit decem bases, quin-
que ad dexterã partem templi, & quinq.
ad sinistram: mare autem posuit ad dex-
teram partem templi contra Orientem
40 ad Meridiem. *Fecit "ergo' Hiram lebê-
tes, & scutras, & amulas, & perfecit om-
ne opus regis Salomonis in templo Do-
41 mini. *Columnas duas, & funiculos
capitellorum super capitella columna-
rum duos: & retiacula duo, vt operirent
duos funiculos, qui erant super capita
42 columnarum. *Et malogranata qua-
dringẽta in duobus retiaculis: duos ver-
sus malogranatorũ in retiaculis singu-
lis, ad operiendos funiculos capitellorũ
43 qui erant super capita columnarum. *Et
bases decem, & lutêres decem super ba-
44 ses. *Et mare vnũ, & boues duodecim
45 subter mare. *Et lebêtes, & scutras, &
amulas. omnia vasa quæ fecit Hiram re-
gi Salomoni in domo Domini, de auri-
46 chalco erant. *In campestri regione Ior-
danis fudit ea rex in argillosa terra, inter
47 Sochoth & Sarthan. *Et posuit Salo-
mõ omnia vasa*: propter multitudinem
autem nimiam non erat pondus æris.
48 *Fecítque Salomon omnia vasa in do-
mo Domini: altare aureum, & mensam
super quam ponerentur panes proposi-
49 tionis, auream: *& candelabra "aurea',
quinque ad dexteram, & quinq. ad sini-
stram contra oraculum ex auro puro: &
quasi lilij flores, & lucernas désuper au-
50 reas: & forcipes aureos, *& hydrias, &
fuscinulas, & phialas, & mortariola, &
thuribula, de auro purissimo: & cardi-
nes ostiorũ domus interioris Sancti san-
ctorum, & ostiorũ domus templi, ex au-
51 ro erant. *Et perfecit omne opus quod
faciebat*

* striatarum Q. n. "stabat 1 MS. H. C. G.

-4 MS. R. H. C. G.

"quoque 2 MS. Ab H. C. & G. legitur: Et fecit Hiram

*in domo Domini MS q. R.

-1 MS. H. C. G.

2 Par. 5, 1.

faciebat Salomon in domo Domini, & intulit quæ ſanctificauerat Dauid pater ſuus, argentum & aurum, & vaſa, repoſuítque in theſauris domus Domini.

*rex 1 MS. H. C. Omittitur autem à R. & G.

CAP. VIII.

1 Par.5,2. TVnc congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Iſrael ad regem Salomonem in Ieruſalem: vt deferrent arcam fœderis Domini, de ciuitate Dauid, id eſt de Sion. 2 Conuenítque ad regem Salomonem vniuerſus Iſrael in menſe Bethanim, in ſolẽni die, ipſe eſt menſis ſeptimus. 3 Venerúntq. cuncti ſenes de Iſrael, & tulerunt arcam ſacerdotes, 4 & portauerunt arcam Domini, & tabernaculũ fœderis, & omnia vaſa ſanctuarij quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea ſacerdotes & Leuitæ. 5 Rex autem Salomon, & omnis multitudo Iſrael quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oues & boues abſq. æſtimatione & numero. 6 Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum, in oraculum templi, in Sanctum ſanctorum ſubter alas cherubim. 7 Siquidem cherubim expandebant alas ſuper locũ arcæ, & protegebant arcam, & vectes eius déſuper. 8 Cúmque eminerent vectes, & apparerent ſummitates eorum foris ſanctuarium ante oraculum, non apparebant vltrà extrinſecus, qui & fuerunt ibi vſque in præſentem diem. 9 In arca autẽ non erat aliud niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Iſrael, cùm egrederentur de Terra-Ægypti. 10 Factum eſt autem, cùm exiſſent ſacerdotes de ſanctuario, nebula impleuit domum Domini, 11 & non poterant ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter nebulã: impleuerat enim gloria Domini domum Domini. 12 Tunc ait Salomon, Dominus dixit vt habitaret in nebula. 13 Ædificans ædificaui domum in habitaculũ tuum, firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum. 14 Conuertítque rex faciem ſuam, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael: omnis enim eccleſia Iſrael ſtabat. 15 Et ait Salomon, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui locutus eſt ore ſuo ad Dauid patrẽ meum, & in manibus eius perfecit, dicens: 16 A die qua eduxi populum meum Iſrael de Ægypto, non elegi ciuitatem de vniuerſis tribubus Iſrael, vt ædificaretur domus, & eſſet nomen meum ibi: ſed elegi Dauid vt eſſet ſuper populum meum Iſrael. 17 Voluítque Dauid pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Iſrael: 18 & ait Dominus ad Dauid patrẽ meum, Quod cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene feciſti hoc ipſum mente tractans. 19 Verumtamen tu non ædificabis mihi domum, ſed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipſe ædificabit domũ nomini meo. 20 Confirmauit Dominus ſermonem ſuum, quem locutus eſt: ſtetíque pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſrael, ſicut locutus eſt Dominus: & ædificaui domũ nomini Domini Dei Iſrael. 21 Et conſtitui ibi locum arcæ, in qua fœdus Domini eſt, quod percuſſit cum patribus noſtris quando egreſſi ſunt de Terra-Ægypti. 22 Stetit autẽ Salomon ante altare Domini in conſpectu ecclеſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in cælum, 23 & ait, Domine Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui Deus in cælo déſuper, & ſuper terram deorſum: qui cuſtodis pactum & miſericordiã ſeruis tuis qui ambulant coram te in toto corde ſuo. 24 Qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei: ore locutus es, & manibus perfeciſti, vt hæc dies probat. 25 Nunc igitur Domine Deus Iſrael, conſerua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicens: Non auferetur de te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita tamen ſi cuſtodierint filij tui viam ſuam, vt ambulent coram me ſicut tu ambulaſti in conſpectu meo. 26 Et nunc Domine Deus Iſrael firmentur verba tua quæ locutus es ſeruo tuo Dauid patri meo. 27 Ergóne putandum eſt quòd verè Deus habitet ſuper terram? ſi enim cælum, & cæli cælorum te capere nõ poſſunt, quantò magis domus hæc quam

Exo.34,27. Heb.9,4. Exo.40,27. 1 Par.6,1.

* Ethanim 2 MS. H. G. * quem veteres vocabant Menſem primũ, & nunc ipſe eſt Menſis ſeptimus, &c.

quam ædificaui? 28 Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius Domine Deus meus: audi hymnũ & orationem quam ſeruus tuus orat coram te hodie, 29 Vt ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc nocte ac die: ſuper domum de qua dixiſti, Erit nomen meum ibi: vt exaudias orationem, quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus, 30 Vt exaudias deprecationẽ ſerui tui & populi tui Iſrael, quodcumque orauerint in loco iſto, & exaudies in loco habitaculi tui in cælo: & cùm exaudieris, propitius eris. 31 Si peccauerit homo in proximum ſuum, & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur aſtrictus: & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, 32 tu exaudies in cælo: & facies, & iudicabis ſeruos tuos, condemnans impium, & reddens viam ſuam ſuper caput eius, iuſtificánſq. iuſtum, & retribuens ei ſecundùm iuſtitiam ſuam. 33 Si fugerit populus tuus Iſrael inimicos ſuos (quia peccaturus eſt tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac: 34 exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi tui Iſrael, & reduces eos in terram quam dediſti patribus eorũ. 35 Si clauſum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco iſto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis ſuis conuerſi fuerint propter afflictionem ſuam: 36 exaudi eos in cælo, & dimitte peccata ſeruorum tuorum, & populi tui Iſrael: & oſtende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiam ſuper terrã tuam quam dediſti populo tuo in poſſeſſionẽ. 37 Fames ſi oborta fuerit in terra, aut peſtilentia, aut corruptus aër, aut ærugo aut locuſta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obſidẽs, omnis plaga, vniuerſa infirmitas, 38 cũcta deuotatio, & imprecatio quę acciderit omni homini de populo tuo Iſrael: ſi quis cognouerit plagam cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuiq. ſecundum omnes vias ſuas, ſicut videris cor eius (quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum) 40 vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt ſuper faciem 41 terræ quam dediſti patribus noſtris. Inſuper & alienigena, qui non eſt de populo tuo Iſrael, cùm venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus 42 tua fortis, & brachium tuum, extentum vbique) cùm venerit ergo, & orauerit in hoc loco, 43 tu exaudies in cælo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt diſcant vniuerſi populi terrarum nomen tuum timere, ſicut populus tuus Iſrael, & probent quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc quam 44 ædificaui. Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos ſuos, per viam, quocumque miſeris eos, orabunt te contra viam ciuitatis quam elegiſti, & contra domum quam ædificaui nomini 45 tuo, & exaudies in cælo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium 46 eorum. Quòd ſi peccauerint tibi (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorũ longè 47 vel propè, & egerint pœnitentiam in corde ſuo in loco captiuitatis, & conuerſi deprecati te fuerint in captiuitate ſua, dicentes: Peccauimus, iniquè egimus, impiè geſſimus: 48 & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorum ſuorum, ad quam captiui ducti fuerint: & orauerint te contra viam terræ ſuæ quam dediſti patribus eorum, & ciuitatis quam elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo: 49 exaudies in cælo, in firmamento ſolij tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum: 50 & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati ſunt in te: & dabis miſericordiam coram eis qui eos captiuos 51 habuerint, vt miſereantur eis. Populus enim tuus eſt, & hæreditas tua, quos eduxiſti de Terra-Ægypti, de medio fornacis

2 Par.6,36. 1 Ioh.1,8. Eccl.7,21.

fornacis ferreæ. [52] Vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui, & populi tui Israel, & exaudias eos in vniuersis pro quibus inuocauerint te. [53] Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de vniuersis populis terræ, sicut locutus es per Moysen seruum tuum, quando eduxisti patres nostros de Ægypto Domine Deus.

[54] Factum est autem, cùm complesset Salomon orans Dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini: vtrumque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum. [55] Stetit ergo, & benedixit omni ecclesiæ Israel voce magna, dicens: [56] Benedictus Dominus qui dedit requiẽ populo suo Israel, iuxta omnia quæ locutus est: non cecidit ne vnus quidem sermo ex omnibus bonis quę locutus est per Moysen seruũ suum.

[57] Sit Dominus Deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neque proiiciens. [58] Sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis viis eius, & custodiamus mandata eius, & ceremonias eius, & iudicia quæcunque mandauit patribus nostris. [59] Et sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram Domino, appropinquantes Dño Deo nostro die ac nocte, vt faciat iudicium seruo suo & populo suo Israel per singulos dies: [60] vt 1 MS. R.H.C.G. & sciant omnes populi terræ, quia Dominus ipse est Deus, & non est vltrà absque eo. [61] Sit quoque cor nostrũ perfectum cum Domino Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodie. [62] Igitur rex & omnis Israel cum eo, immolabant victimas coram Domino. [63] 2 Par.7,5. Mactauítque Salomon hostias pacificas, quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia: & dedicauerunt templum Domini rex & [64] * omnes 1 MS. H. C. G. filij Israel. In die illa sanctificauit rex medium atrij, quod erat ante domum Domini: fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorũ: quoniam altare ęreum quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem [65] pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vsque ad Riuum Ægypti, coram Domino Deo nostro, septem diebus, & septem diebus, id est, [66] quatuordecim diebus. Et in die octaua dimisit populos: qui benedicẽtes regi profecti sunt in tabernacula sua lætãtes, & alacri corde super omnibus bonis quę fecerat Dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

CAP. IX.

[1] Factum est autem cùm perfecisset Salomon ædificium domus Domini, & ædificium regis, & omne quod [2] optauerat & voluerat facere, apparuit ei Dominus secundò sicut apparuerat ei 2 Paral. in Gabaon. [3] Dixítq. Dominus ad eum, Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam, quã deprecatus es coram me: sanctificaui domum hanc quã ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor [4] meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit * pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea [5] seruaueris, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: Nõ auferetur vir de genere tuo de solio Israel. * Dauid MS. B. C.G. 1 Reg. 2. 1 Paral.

[6] Si autem auersione auersi fueritis vos & filij vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, & ceremonias meas quas proposui vobis, sed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos: [7] auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis, & templum quod sanctificaui nomini meo proijciam à conspectu meo, erítq. Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis. [8] Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui transierit per eam, stupebit & sibilabit, & dicet, Quare fecit Dominus sic terræ huic & domui huic? [9] Et respondebunt, Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de Terra- Deut. 29. Ier. 22.

de Terra-Ægypti, & secuti sunt deos alienos, & adorauerũt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc. [10] 2 Par. 8, 1. Expletis autẽ annis viginti postquàm ædificauerat Salomon duas domos, id est domum Domini & domum regis, [11] (Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna, cedrina & abiegna, & aurũ iuxta omne quod opus habuerat:) tunc dedit * Salomon Hiram viginti oppida in Terra Galilææ. [12] Et egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei. [13] & ait, Hæcine sunt ciuitates quas dedisti mihi, frater? Et appellauit eas Terram-chabul, vsque in diem hanc. [14] Misit quoq. Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. [15] Hæc est summa expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini & domum suam, & Mello, & murum Ierusalem, & Heser, & Mageddo, & Gazer. [16] Pharao rex Ægypti ascẽdit, & cepit Gazer, succendítque eam igni: & Chananęum qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis.

[17] Ædificauit ergo Salomon Gazer, & Beth-horon inferiorem, [18] & Baalath & Palmiram in Terra solitudinis. [19] Et omnes vicos qui ad se pertinebant, & erant absque muro, muniuit, & ciuitates curruum & ciuitates equitũ, & quodcunque ei placuit vt ędificaret in Ierusalem, & in Libano, & in omni terra potestatis suæ. [20] Vniuersum populum qui remanserat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non sunt de filiis Israel: [21] horum filios, qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerant filij Israel exterminare: fecit Salomon tributarios, vsque in diem hanc.

[22] De filiis autem Israel non constituit Salomon seruire quenquam, sed erant viri bellatores, & ministri eius, & principes, & duces, & præfecti curruum & equorum. [23] Erant autem principes super omnia opera Salomonis prępositi, quingenti quinquaginta, qui habebãt subiectum populum, & statutis operibus impera-

* rex 1 MS. H. C. G.

* Salomonem 3 MS. H. C.

[24] bant. Filia autem Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suã quam ædificauerat ei Salomon': tunc ædificauit Mello. [25] Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta, & pacificas victimas super altare quod ædificauerat Domino, & adolebat thymiama coram Domino: perfectúmque est templum. [26] Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongáber, quæ est iuxta Ailath in littore Maris-rubri, in [27] Terra-Idumææ. Misitque Hirã in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris, cum seruis Salomonis. [28] Qui cùm venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regẽ Salomonem.

2 Par. 8, 11. 1 MS. H. C. G.

CAP. X.

[1] Sed & regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus. [2] Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitũ nimis, & gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, & locuta est ei vniuersa quæ habebat in [3] corde suo. Et docuit eam Salomõ omnia verba quę proposuit: non fuit sermo qui regem posset latêre, & non responderet ei. [4] Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quã ædificauerat, [5] & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestésq. eorum, & pincernas, & holocausta quæ offerebat in domo Domini: non habebat vltrà spiritum. [6] dixítque ad regem, Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua: & [7] non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nuntiata nõ fuerit: maior est sapientia, & opera tua, quã [8] rumor quem audiui. Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. [9] Sit Dñs Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel, eò quòd dilexerit Dominꝰ Israel in sempiternum, & constituit te regem, vt faceres iudi-

1 Par. 9, 1. Mat. 12, 42 Luc. 11, 31.

-5 MS. H. C. Additur autem à R. & G.

res iudicium & iustitiam. [10] *Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas: non sunt allata vltrà aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. [11] *(Sed & classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas. [12] *Fecítque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini, & domus regiæ, & citharas lyrásq. cantoribus: non sunt allata huiuscemodi ligna thyina, neque visa vsque in præsentem diem.) [13] *Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his, quæ vltrò obtulerat ei munere regio. Quæ reuersa est, & abiit in terram suam cum seruis suis. [14] *Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri: [15] *excepto eo quod afferebant viri, qui super vectigalia erant, & negotiatores, vniuersiq. scruta vendentes, & omnes reges Arabiæ, ducésque terræ. [16] *Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnius. [17] *Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæq. minæ auri vnam peltam vestiebant: posuítque eas rex in domo saltus Libani. [18] *Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis, [19] *qui habebat sex gradus: & summitas throni rotunda erat in parte posteriori: & duæ manus hinc atq. inde tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas. [20] *Et duodecim leunculi stãtes super sex gradus hinc atque inde: non est factum tale opus in vniuersis regnis. [21] *Sed & omnia vasa, de quibus potabat rex Salomon, erant aurea: & vniuersa supellex domꝰ saltus Libani de auro purissimo: non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, [22] *quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos. [23] *Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges

2 Par. 9, 10

[24] terræ diuitiis & sapientia. [25] *Et vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius. [25] *Et singuli deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoque & equos & mulos, per annos singulos. [26] *Congregauítque Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & dispositi eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ierusalem. [27] *Fecítq. vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum: & cedrorum præbuit multitudinem quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus. [28] *Et educebantur equi Salomoni de Ægypto & de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, & statuto pretio [29] perducebant. *Egrediebatur autẽ quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equus centum quinguaginta. Atq. in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant.

2 Par. 1, 14

CAP. XI.

[1] REx autem Salomon 'adamauit mulieres alienigenas multas, filiã quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Cethæas: [2] *de gentibus super quibus dixit Dominus filiis Israel, 'Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore. [3] *Fuerúntque ei vxores quasi' reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ: & auerterunt mulieres cor eius. [4] *Cúmque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. [5] *Sed colebat Salomõ Astarthem deam Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum', & Moloch idolum Ammonitarum. [6] *Fecítque Salomon quod non placuerat coram Domino, & non adimpleuit vt sequeretur Dominum, sicut Dauid pater eius. [7] *Tunc ædificauit Salomon phanum Chamos idô-

Exod. 34, 16. Deut. 7, 3.

3 Reg. 11, 1. H. c. 4.

3 Reg. 11, 5. H. c. 4.

lo Moab,

lo Moab, in monte qui est contra Ierusalem, & Moloch idólo filiorum Ammon. [8] *Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebãt thura, & immolabant diis suis. [9] *Igitur iratus est Dominus Salomoni, quòd auersa esset mens eius à Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundò, [10] *& præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, & non custodiuit quę mandauit ei Dominus. [11] *Dixit itaque Dominus Salomoni, Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactũ meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. [12] *Verumtamẽ in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui scindam illud, [13] *nec totum regnum auferam, sed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & Ierusalem quam elegi. [14] *Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idumæũ de semine regio, qui erat in Edom. [15] *Cùm enim esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinũ in Idumæa [16] *(sex enim mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa) [17] *fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Ægyptum: erat autem Adad puer paruulus. [18] *Cúmque surrexissent de Madiã, venerunt in Pharan, tulerúntq. secum viros de Pharan, & introierunt Ægyptũ ad Pharaonem regem Ægypti: qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegauit. [19] *Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum vt daret ei vxorem, sororem vxoris suæ germanam Taphnes reginæ. [20] *Genuítque ei soror Taphnes Genubath filium, & nutriuit eum Taphnes in domo Pharaonis: erátque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis eius. [21] *Cúmq. audisset Adad in Ægypto, dormisse Dauid cum patribus suis, & mortuum esse Ioab principem militiæ, dixit Pharaoni, Dimitte

Sup. 6, 12. 9, 3.

Inf. 12, 15.

[22] me, vt vadam in terram meam. [23] *Dixítque ei Pharao, Quæ enim re apud me indiges, vt quęras ire ad terram tuam? At ille respondit, Nulla: sed obsecro te vt dimittas me. [23] *Suscitauit quoq. ei Deus aduersarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adar-ézer regẽ Soba dominum [24] suum: [25] *& congregauit contra eum viros, & factus est princeps latronum cùm interficeret eos Dauid: abierúntq. Damascum, & habitauerunt ibi, & constituerunt eum regem in Damasco, [25] *erátque aduersarius Israeli cunctis diebus Salomonis: & hoc est malum Adad, & odium contra Israel, regnauítque in [26] Syria. [26] *Ieroboam quoque filius Nabat, Ephrathæus, de Sareda, seruus Salomonis, cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua: leuauit manum contra [27] regem. [27] *Et hæc est causa rebellionis aduersus eum, quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui. [28] *Erat autem Ieroboam vir fortis & potens: vidénsque Salomon adolescentem bonæ indolis & industrium, constituerat eum præfectum super tributa vniuersæ domus Ioseph. [29] *Factum est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio nouo: erãt [30] autem duo tantũ in agro. [30] *Apprehendénsque Ahias pallium suum nouum, quo coopertus erat, scidit in duodecim [31] partes. [31] *Et ait ad Ieroboam, Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dñs Deus Israel, Ecce ego scindã regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tri- [32] bus. [32] *Porrò vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tri- [33] bubus Israel: [33] *eo quòd dereliquerit me, & adorauerit Astarthen deam Sidoniorum, & Chamos deũ Moab, & Moloch deum filiorum Ammon: & non ambulauerit in viis meis, vt faceret iustitiam coram me, & præcepta meꝛ, & iudicia [34] sicut Dauid pater eius. [34] *Nec auferã omne regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, pro-

2 Par. 10, 15

pter Dauid ſeruum meum quem elegi,
qui cuſtodiuit mãdata mea & præcepta
mea. [35] Auferam autem regnum de ma- 35
nu filij eius, & dabo tibi decem tribus:
[36] filio autem eius dabo tribum vnam, vt 36
remaneat lucerna Dauid ſeruo meo cũ-
ctis diebus coram me in Ieruſalem ciui-
tate quam elegi vt eſſet nomen meum
ibi. [37] Te autem aſſumam, & regnabis ſu- 37
per omnia quæ deſiderat anima tua, eríſ-
que rex ſuper Iſrael. [38] Si igitur audieris 38
omnia quæ præcepero tibi, & ambula-
ueris in viis meis, & feceris quod rectum
eſt corã me, cuſtodiens mandata mea &
præcepta mea, ſicut fecit Dauid ſeruus
meus: ero tecum, & ædificabo tibi do-
mum fidelem, quomodo ædificaui Da-
uid domum, & tradam tibi Iſrael: [39] & 39
affligam ſemen Dauid ſuper hoc, verun-
tamen non cunctis diebus. [40] Voluit er- 40
go Salomon interficere Ieroboam: qui
ſurrexit, & aufugit in Ægyptum ad Se-
ſac regem Ægypti, & fuit in Ægypto
vſque ad mortẽ Salomonis. [41] Reliquum 41
autem verborum Salomonis, & omnia
quæ fecit, & ſapientia eus: ecce vniuer-
ſa ſcripta ſunt in Libro verborum die-
rum Salomonis. [43] Dies autem quos re- 43
gnauit Salomon in Ieruſalem ſuper om-
nem Iſrael, quadraginta anni ſunt. [43] Dor- 43
miuítq. Salomon cum patribus ſuis, &
ſepultus eſt in Ciuitate Dauid patris ſui,
regnauítque Roboam filius eius pro eo.

9 MS. R. H. C. Gq.

CAP. XII.

VEnit autem Roboam in Sichem: 1
illuc enim congregatus erat omnis
* populus MSq.R. [1] Iſrael, ad conſtituendum eum regem.
2 Par. 10, 1. [2] At verò Ieroboam filius Nabat, cùm 2
adhuc eſſet in Ægypto profugus à facie
regis Salomonis, audita morte eius, re-
uerſus eſt de Ægypto. [3] Miſerúntque 3
& vocauerunt eũ: venit ergo Ieroboam,
& omnis multitudo Iſrael, & locuti ſunt
ad Roboam, dicentes, [4] Pater tuus du- 4
riſſimum iugum impoſuit nobis: tu ita-
que nunc imminue paululum de impe-
rio patris tui duriſſimo, & de iugo gra-
uiſſimo quod impoſuit nobis, & ſeruie-
mus tibi. [5] Qui ait eis, Ite vſque ad ter- 5
tium diem, & reuertimini ad me. Cúm-
[6] que abiiſſet populus, [6] iniit conſilium 6
rex Roboam cum ſenioribus, qui aſſiſte-
bant coram Salomone patre eius, cùm
adhuc viueret, & ait, Quod datis mihi
conſilium, vt reſpondeam populo huic?
[7] Qui dixerunt ei, Si hodie obedieris 7
populo huic, & ſeruieris, & petitioni eo-
rum ceſſeris, locutúſque fueris ad eos
verba lenia, erunt tibi ſerui cunctis die-
[8] bus. [8] Qui dereliquit conſilium ſenum 8
quod dederãt ei, & adhibuit adoleſcen-
tes qui nutriti fuerant cum eo, & aſſiſte-
[9] bant illi, [9] dixítque ad eos, Quod mihi 9
datis conſilium, vt reſpondeam populo
huic, qui dixerunt mihi, Leuius fac iugũ
[10] quod impoſuit pater tuus ſuper nos? [10] Et 10
dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant
cum eo, Sic loquere populo huic, qui lo-
cuti ſunt ad te, dicentes, Pater tuus ag-
grauauit iugum noſtrum, tu releua nos:
Sic loquêris ad eos, Minimus digitus Exod. 4. 10.
[11] meus groſſior eſt dorſo patris mei. [11] Et 11
nũc pater meus poſuit ſuper vos iugum
graue, ego autem addam ſuper iugum
veſtrum: pater meus cecîdit vos flagel-
lis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.
[12] Venit ergo Ieroboam, & omnis po- 12
pulus ad Roboã die tertia, ſicut locutus
fuerat rex, dicẽs, Reuertimini ad me die
[13] tertia. [13] Reſpondítque rex populo dura, 13
derelicto conſilio ſeniorum quod ei de-
[14] derant, [14] & locutus eſt eis, ſecundum 14
conſilium iuuenum, dicens, Pater meus
aggrauauit iugum veſtrum, ego autem
addam iugo veſtro: pater meus cecîdit
vos flagellis, ego autem cædam vos ſcor-
[15] pionibus. [15] Et non acquieuit rex popu- 15
lo: quoniam auerſatus fuerat eum Do-
minus, vt ſuſcitaret verbum ſuum quod Sup. 11, 31.
locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ,
[16] ad Ieroboam filium Nabat. [16] Videns ita- 16
que populus quòd noluiſſet eos audire
rex, reſpondit ei dicens, Quæ nobis pars
in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Iſai?
7 MS. R. C. Adiitque autem &c.
Vade in tabernacula tua Iſrael, nunc
vide domum tuam Dauid. Et abiit Iſrael
[17] in tabernacula ſua. [17] Super filios autem 17
Iſrael, quicumque habitabant in ciuita-
[18] tibus Iuda, regnauit Roboam. [18] Miſit 18
ergo rex Roboam Aduram qui erat ſu-
per tributa:

per tributa: & lapidauit eum omnis If-
rael, & mortuus eſt. Porrò rex Roboam
feſtinus aſcendit currum, & fugit in Ie-
ruſalem; [19] receſſitque Iſrael à domo Da- 19
uid, vſque in præſentem diem. [20] Factum 20
eſt autẽ cùm audiſſet omnis Iſrael quòd
reuerſus eſſet Ieroboam, miſerunt, &
vocauerunt eum congregato cœtu, &
conſtituerũt eum regem ſuper omnem
Iſrael, nec ſecutus eſt quiſpiam domum
Dauid præter tribum Iuda ſolam. [21] Ve- 21
nit autem Roboam Ieruſalem, & con-
gregauit vniuerſam domum Iuda, & tri-
bum Beniamin, centum octoginta mil-
lia electorum virorum, & bellatorum,
vt pugnarent contra domum Iſrael, &
reducerent regnum Roboam filio Salo-
monis. [22] Factus eſt autem ſermo Domi- 22
2 Par. 11, 2. ni ad Semeiam virum Dei, dicens, [23] Lo- 23
quere ad Roboam filium Salomonis re-
gem Iuda, & ad omnem domum Iuda,
& Ben-iamin, & reliquos de populo di-
cens, [24] Hæc dicit Dominus, Non aſcen- 24
detis, neque bellabitis contra fratres ve-
ſtros filios Iſrael: reuertatur vir in domũ
ſuam, à me enim factũ eſt verbum hoc.
Audierunt ſermonem Domini, & re-
uerſi ſunt de itinere ſicut eis præceperat
Dominus. [25] Ædificauit autẽ Ieroboam 25
Sichem in monte Ephráim, & habitauit
ibi: & egreſſus inde ædificauit Phanuël.
Sup. 11, 33. [26] Dixítq. Ieroboam in corde ſuo, Nunc 26
reuertetur regnum ad domum Dauid,
[27] ſi aſcenderit populus iſte vt faciat ſa- 27
crificia in domo Domini in Ieruſalem:
& conuertetur cor populi huius ad do-
minum ſuum Roboam regem Iuda, in-
terficiéntq. me, & reuertentur ad eum.
Tob. 1, 5. [28] Et excogitato conſilio, fecit duos vi- 28
Exo. 32, 8. tulos aureos, & dixit eis, Nolite vltrà
aſcendere in Ieruſalem, Ecce dij tui Iſ-
rael, qui te eduxerunt de Terra Ægypti.
[29] Poſuítque vnũ in Beth-el, & alterum 29
in Dan: [30] & factum eſt verbum hoc in 30
peccatum: ibat enim populus ad ado-
randum vitulum, vſque in Dan. [31] Et fe- 31
2 Par. 11, 15. cit phana in excelſis, & ſacerdotes de
extremis populi, qui non erant de filiis
Leui. [32] Conſtituítque diem ſolennem 32
in mẽſe octauo, quintadecima die men-
ſis, in ſimilitudinem ſolennitatis quæ ce-
lebrabatur in Iuda. Et aſcendens, altare
ſimiliter fecit in Beth-el, vt immolaret
vitulis quos fabricatus fuerat: cõſtituít-
que in Beth-el ſacerdotes excelſorum
33 quæ fecerat. [33] Et aſcendit ſuper altare
quod extruxerat in Beth-el, quintadeci-
ma die menſis octaui, quem finxerat de
corde ſuo: & fecit ſolennitatem filiis If-
rael, & aſcendit ſuper altare, vt adoleret
incenſum.

CAP. XIII.

1 ET ecce vir Dei venit de Iuda in ſer-
mone Domini in Bethel, Ieroboam
2 ſtante ſuper altare, & thus iaciente. [2] Et
exclamauit cõtra altare in ſermone Do-
mini, & ait, Altare, altare, hæc dicit Do-
minus, Ecce filius naſcetur domui Da- 4 Re. 23, 17.
uid, Ioſias nomine, & immolabit ſuper
te ſacerdotes excelſorum, qui nunc in te
thura ſuccendunt, & oſſa hominum ſu-
3 per te incendet. [3] Dedítque in illa die ſi-
gnum, dicens, Hoc erit ſignum quod lo-
cutus eſt Dominus, Ecce altare ſcinde-
tur, & effundetur cinis qui in eo eſt.
4 [4] Cúmque audiſſet rex ſermonem ho-
minis Dei quem inclamauerat contra
altare in Beth-el, extendit manum ſuam
de altari, dicens, Apprehendite eum. Et
exaruit manus eius quã extenderat con-
tra eum: nec valuit retrahere eam ad ſe.
5 [5] Altare quoque ſciſſum eſt, & effuſus
eſt cinis de altari, iuxta ſignum quod
prædixerat vir Dei in ſermone Domi-
6 ni. [6] Et ait rex ad virum Dei, Depreca-
re faciẽ Domini Dei tui, & ora pro me,
vt reſtituatur manus mea mihi. Orauít-
que vir Dei faciem Domini, & reuerſa
eſt manus regis ad eum, & facta eſt ſicut
7 prius fuerat. [7] Locutus eſt autem rex
ad virum Dei, Veni mecum domum vt
8 prandeas, & dabo tibi munera. [8] Re-
ſpondítque vir Dei ad regem, Si dederis
mihi mediam partem domus tuæ, non
veniam tecum, nec comedam panem,
9 neque bibam aquam in loco iſto: [9] ſic
enim mandatũ eſt mihi in ſermone Do-
mini præcipiẽtis, Non comedes panem,
neque bibes aquam, nec reuertêris per
10 viam qua veniſti. [10] Abiit ergo per aliam
viam, & non eſt reuerſus per iter quo ve-

nerat in Beth-el. *Prophetes autem qui- 11
dã ſenex habitabat in Beth-el, ad quem
venerunt filij ſui, & narrauerunt ei omnia opera quæ fecerat vir Dei illa die in Beth-el, & verba quæ locutus fuerat ad regem, & narrauerunt patri ſuo. *Et 12
dixit eis pater eorum, Per quam viam abiit? Oſtenderunt ei filij ſui viam per quã abierat vir Dei qui venerat de Iuda.
*Et ait filiis ſuis, Sternite mihi aſinũ. Qui 13
cum ſtrauiſſent, aſcendit, *& abiit poſt 14
virum Dei, & inuenit eum ſedentẽ ſubtus terebinthum: & ait illi, Túne es vir Dei qui veniſti de Iuda? Reſpondit ille, Ego ſum. *Dixítq. ad eum, Veni me- 15
cum domum, vt comedas panem. *Qui 16
ait, Non poſſum reuerti, neque venire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto: *quia locutus 17
eſt Dominus ad me in ſermone Domini, dicens, Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuertêris per viam qua ieris. *Qui ait illi, Et ego prophe- 18
ta ſum ſimilis tui: & angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini, dicens, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquã. Fefellit eum,
*& reduxit ſecum: comedit ergo pa- 19
nem in domo eius, & bibit aquam.
*Cúmque ſederent ad menſam, factus 20
eſt ſermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum. *Et exclamauit ad virum 21
Dei, qui venerat de Iuda, dicens, Hæc dicit Dominus, Quia non obediens fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti mãdatum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus:
*& reuerſus es, & comediſti panem, & 22
bibiſti aquã in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum. *Cúmq. 23
comediſſet & bibiſſet, ſtrauit aſinum ſuum propheta quẽ reduxerat. *Qui 24
cùm abiiſſet, inuenit eum leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: aſinus autẽ ſtabat iuxta illum, & leo ſtabat iuxta cadauer. *Et ecce, viri 25
tranſeuntes viderũt cadauer proiectum in via, & leonem ſtantem iuxta cadauer. Et venerunt & diuulgauerunt in ciuitatem in qua prophetes ille ſenex habitabat. *Quod cùm audiſſet propheta ille 26
qui reduxerat eum de via, ait, Vir Dei eſt, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni, & confregit eum, & occidit iuxta verbum Domini quod locutus eſt ei. *Dixítque ad fi- 27
lios ſuos, Sternite mihi aſinũ. Qui cùm ſtrauiſſent, *& ille abiiſſet, inuenit ca- 28
dauer eius proiectum in via, & aſinum & leonem ſtantes iuxta cadauer: non comedit leo de cadauere, nec læſit aſinũ.
*Tulit ergo prophetes cadauer viri 29
Dei, & poſuit illud ſuper aſinum, & reuerſus intulit in ciuitatem prophetæ ſenis vt plangerent eum. *Et poſuit cada- 30
uer eius in ſepulchro ſuo: & planxerunt
eum: Heu heu mi frater. *Cúmque 31
planxiſſent eũ, dixit ad filios ſuos, Cùm mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro in quo vir Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius
ponite oſſa mea. *Profecto enim veniet 32
ſermo quem prædixit in ſermone Domini contra altare quod eſt in Beth-el, & contra omnia phana excelſorum quæ
ſunt in vrbibus Samariæ. *Poſt verba 33
hæc non eſt reuerſus Ieroboam de via ſua peſſima, ſed econtrariò fecit de nouiſſimis populi ſacerdotes excelſorum: quicunque volebat, implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum.
*Et propter hanc cauſam peccauit do- 34
mus Ieroboam, & euerſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ.

CAP. XIIII.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius 1
Ieroboam. *Dixítque Ieroboam vxo- 2
ri ſuæ, Surge, & commuta habitum, ne cognoſcaris quòd ſis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi eſt Ahias propheta qui locutus eſt mihi quòd regnaturus eſſem
ſuper populum hunc. *Tolle quoque 3
in manu tua decem panes, & cruſtulam, & vas mellis, & vade ad illum: ipſe enim indicabit tibi quid euenturum ſit puero
huic. *Fecit vt dixerat, vxor Ieroboam: 4
& cõſurgens abiit in Silo, & venit in domum Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ ſenectute. *Dixit autẽ Dominus ad Ahiam, 5
Ecce

* venit filius ſuus, & narrauit 10 MS. H. C. Conſonanter autem Textui, legunt R. & G.
- H. C.
- 6 MS. R.
* Et 1 MS. H. C. G.
* Dixit MS 4.
- 1 MS. H. C. G.
" prophetæ (τῷ προφήτῃ) 2 MS. H. C. G.
* ad Dominum Deum 9 MS.
* ante D. Deum c.
* de D. Deo c.

Ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt conſulat te ſuper filio ſuo qui ægrotat. hæc & hæc loquêris ei. Cùm ergo illa intraret, & diſſimularet ſe eſſe quæ erat, *audiuit Ahias ſonitum pedum eius introeuntis per oſtium, & ait, Ingredere vxor Ieroboam: quare aliam te eſſe ſimulas? ego autem miſſus ſum ad te durus nuntius. *Vade, & dic Ieroboam: Hæc dicit 7
Dominus Deus Iſrael, Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meũ Iſrael: *& ſcidi regnum 8
domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciẽs quod placitum eſſet in conſpectu meo: *ſed operatus es 9
malè ſuper omnes qui fuerunt ante te, & feciſti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracũdiam prouocares, me autem proieciſti poſt corpus tuum: *Idcir- 10
co ecce ego inducã mala ſuper domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſſimum in Iſrael: & mundabo reliquias domus Ieroboam, ſicut mundari ſolet fimus vſq. ad purum. *Qui mortui 11
fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: qui autẽ mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cęli: quia Dominus locutus eſt. *Tu igitur ſurge, & 12
vade in domum tuam: & in ipſo introitu pedum tuorũ in vrbem, morietur puer,
*& planget eũ omnis Iſrael, & ſepeliet: 13
iſte enim ſolus inferetur de Ieroboam in ſepulchrum, quia inuentus eſt ſuper eo ſermo bonus à Domino Deo Iſrael, in
domo Ieroboam. *Conſtituet autẽ ſibi 14
Dñs regem ſuper Iſrael, qui percutiet domum Ieroboam in hac die, & in hoc tempore: *Et percutiet Dñs Deus Iſ- 15
rael, ſicut moueri ſolet arundo in aqua: & euellet Iſrael de terra bona hac, quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans Flumen: quia fecerunt ſibi lucos, vt irritarent Dominum. *Et tradet Do- 16
minus Iſrael propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Iſrael.
*Surrexit itaq. vxor Ieroboam, & abiit, 17
& venit in Therſa: cúmque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus eſt, *& 18
ſepelierunt eum. Et planxit eum omnis Iſrael iuxta ſermonem Dñi, quem locutus eſt in manu ſerui ſui Ahiæ prophetæ.
*Reliqua autem verborum Ieroboam, 19
quomodò pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael. *Dies au- 20
tem quibus regnauit Ieroboam, viginti duo anni ſunt: & dormiuit cũ patribus ſuis: regnauítq. Nadab filius eius pro eo.
*Porrò Roboã filius Salomonis regna- 21 2 Pa. 12, 13
uit in Iuda: Quadraginta & vnius anni erat Roboam, cùm regnare cœpiſſet: decem & ſeptem annos regnauit in Ieruſalem ciuitate, quam elegit Dñs vt poneret nomen ſuũ ibi, ex omnibus tribubus Iſrael. Nomen autẽ matris eius Naama
Ammanitis. *Et fecit Iudas malum co- 22
ram Dño, & irritauerunt eum ſuper omnibus quæ fecerãt patres eorum in peccatis ſuis quæ peccauerũt. *Ædificaue- 23 Deut. 12, 2.
runt enim & ipſi ſibi aras, & ſtatuas, & lucos ſuper omnẽ collem excelſum, &
ſubter omnẽ arborem frondoſam: *Sed 24
& effœminati fuerũt in terra, fecerúntque omnes abominationes gentiũ, quas attriuit Dominus ante faciem filiorum
Iſrael. *In quinto autem anno regni Ro- 25 2 Pa. 12, 2.
boam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Ieruſalẽ, *& tulit theſauros domus Domi- 26
ni, & theſauros regios, & vniuerſa diripuit: ſcuta quoq. aurea quæ fecerat Sa- Sup. 10, 16.
lomon: *pro quibus fecit rex Roboam 27
ſcuta ærea, & tradidit ea in manum ducum ſcutariorum, & eorum qui excubabãt ante oſtium domus regis. *Cúm- 28
que ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea qui præeundi habebant officium: & poſtea reportabant ad armamentarium ſcutariornm. *Reliqua 29
autem ſermonum Roboam, & omnia quæ fecit, ecce ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda. *Fuítque 30
bellũ inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. *Dormiuítq. Roboam cum 31
patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid: nomẽ autem matris eius Naama Ammanitis: & regnauit Abiam filius eius pro eo.

CAP. XV.

1 IN octauo decimo anno regni Ieroboã filij Nabat, regnauit Abiam
2 Par.11,12 ſuper Iudam. [2]Tribus annis regnauit in
2 Par.13,2. Ieruſalem: nomen matris eius Maacha
3 filia Abeſſalom. [3]Ambulauítq. in omnibus peccatis patris ſui, quæ fecerat ante eum: nec erat cor eius perfectũ cum
4 Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. [4]Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in Ieruſalem, vt ſuſcitaret filiũ eius poſt eum, & ſtatueret Ieruſalem:
5 [5]eò quòd feciſſet Dauid rectum in oculis Domini, & non declinaſſet ab omnibus quæ præceperat ei,
2 Reg.11,4 17,12.9. cunctis diebus vitę ſuæ, excepto ſermone Vriæ Hethæi. [6]Attamen bellum fuit
6 inter Roboam & Ieroboam omni tempore vitæ eius. [7]Reliqua autem ſermonum Abiam, & omnia quæ fecit, nónne
7 par. 14,1 hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iuda? Fuítque prœlium inter Abiam & inter Ieroboã. [8]Et dormiuit Abiam cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate-Dauid: regnauítque Aſa filius eius pro eo. [9]In anno ergo
9 viceſimo Ieroboam regis Iſrael regnauit Aſa rex Iuda: [10]& quadraginta & vno
10 anno regnauit in Ieruſalem. Nomẽ matris eius Maacha, filia Abeſſalom. [11]Et
11 fecit Aſa rectum ante conſpectum Domini, ſicut Dauid pater eius: [12]& abſtulit
12 effœminatos de terra, purgauítque vniuerſas ſordes idolorum, quæ fecerant patres eius. [13]Inſuper & Maacham matrem
13 ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius quem conſecrauerat: ſubuertítque ſpecum eius, & confregit ſimulachrum turpiſſimum, & conbuſſit in Torrente-Cedron: excelſa autem non abſtulit. [14]Veruntamẽ cor Aſa
14 perfectũ erat cum Domino cunctis diebus ſuis: [15]& intulit ea quæ ſanctificauerat pater ſuus, & vouerat, in domũ Domini, argentum & aurum, & vaſa.
15 [16]Bellum autem erat inter Aſa & Baaſa
16 regẽ Iſrael cunctis diebus eorũ. [17]Aſcen-
17 dit quoque Baaſa rex Iſrael in Iudam, & ædificauit Rama, vt nõ poſſet quiſpiam
2 Par.16,2 egredi vel ingredi de parte Aſa regis Iu-
18 dæ. [18]Tollens itaq. Aſa omne argentum & aurum, quod remanſerat in theſauris domus Domini, & in theſauris domus regiæ, dedit illud in manus ſeruorũ ſuorum: & miſit ad Ben-adad filium Tabremon filij Hezion, regem Syriæ, qui ha-
19 bitabat in Damaſco, dicens, [19]Fœdus eſt inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuum: ideo miſi tibi munera, argentum & aurum: & peto vt venias, & irritum facias fœdus quod habes cum
20 Baaſa rege Iſrael, & recedat à me. [20]Acquieſcens Ben-adad regi Aſa, miſit principes exercitus ſui in ciuitates Iſrael, & percuſſerunt Ahiõ, & Dan & Abel-domum-Maacha, & vniuerſam Cenneroth, omnẽ ſcilicet Terram-Nephthali.
21 [21]Quod cùm audiſſet Baaſa, intermiſit ædificare Rama, & reuerſus eſt in Ther-
22 ſa. [22]Rex autẽ Aſa nuntium miſit in omnem Iudam dicens, Nemo ſit excuſatus. & tulerũt lapides de Rama, & ligna eius quibus ędificauerat Baaſa, & extruxit de eis rex Aſa, Gabaa-Ben-iamin, & Maſ-
23 pha. [23]Reliqua autem omniũ ſermonum Aſa, & vniuerſæ fortitudines eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iuda? Veruntamen in tempore ſenectutis ſuæ doluit
24 pedes. [24]Et dormiuit cum patribus ſuis, & ſepult' eſt cum eis in Ciuitate-Dauid patris ſui. Regnauítq. Ioſaphat filius eius pro eo. [25]Nadab verò filius Ieroboam regnauit ſuper Iſrael anno ſecundo Aſa regis Iuda: regnauítq. ſuper Iſrael duobus
26 annis. [26]Et fecit quod malum eſt in conſpectu Domini, & ambulauit in viis patris ſui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael. [27]Inſidiatus eſt autẽ ei Baaſa filius Ahiæ de domo Iſſachar, & percuſſit eum in Gebbethon, quæ eſt vrbs
28 Philiſthinorum: ſiquidẽ Nadab & omnis Iſrael obſidebant Gebbethon. [28]Interfecit ergo illum Baaſa in anno tertio Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo.
29 [29]Cúmque regnaſſet, percuſſit omnem domum Ieroboam: nõ dimiſit ne vnam quidem animam de ſemine eius, donec deleret eum iuxta verbũ Domini quod locutus

30 locutus fuerat in manu ſerui ſui Ahiæ Silonitis, [30]propter peccata Ieroboam quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Iſrael: & propter delictum quo irritauerat Dominum Deum Iſrael. [31]Reli-
31 qua autem ſermonum Nadab, & omnia quæ operatus eſt, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regũ Iſrael?
32 [32]Fuítque bellum inter Aſa & Baaſa re-
33 gem Iſrael cunctis diebus eorum. [33]Anno tertio Aſa regis Iuda regnauit Baaſa filius Ahiæ, ſuper omnem Iſrael in Therſa viginti quatuor annis. Et fecit malum coram Domino, ambulauítque in viis Ieroboam, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael.

CAP. XVI.

1 FActus eſt autem ſermo Domini ad Iehu filium Hanani contra Baaſa, di-
2 cens, [2]Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & poſui te ducem ſuper populum meum Iſrael, tu autem ambulaſti in via Ieroboam, & peccare feciſti populum meum Iſrael, vt me irritares in peccatis
3 eorum: [3]ecce, ego demetam poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius: & faciã
Sup.15,29. domum tuam ſicut domum Ieroboam filij Nabat. [4]Qui mortuus fuerit de
4 Baaſa in ciuitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cæli. [5]Reliqua
5 autem ſermonum Baaſa, & quæcunque fecit, & prœlia eius: nónne hæc ſcripta
2 Par.16,2 ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael? [6]Dormiuit ergo Baaſa cum patribus ſuis, ſepultúſque eſt in Therſa: & regnauit Ela filius eius pro eo. [7]Cùm au-
7 tem in manu Iehu filij Hanani prophetæ verbum Domini factum eſſet contra Baaſa, & contra domum eius, & contra omne malum quod fecerat coram Domino, ad irritandum eum in operibus manuum ſuarum, vt fieret ſicut domus Ieroboam: ob hanc cauſam occidit eum,
3 MS. H.C.G. hoc eſt, Iehu filiũ Hanani, prophetam.
8 [8]Anno viceſimo ſexto Aſa regis Iuda, regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſrael in
9 Therſa duobus annis. [9]Et rebellauit contra eum ſeruus ſuus Zãbri, dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in
10 Therſa bibens, & temulentus in domo Arſa præfecti Therſa. [10]Irruens ergo 4 Re.9,31.
Zambri, percuſſit, & occidit eum anno viceſimo ſeptimo Aſa regis Iuda, & re-
11 gnauit pro eo. [11]Cúmque regnaſſet, & ſediſſet ſuper ſolium eius, percuſſit omnem domum Baaſa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propin-
12 quos & amicos eius. [12]Deleuítque Zambri omnem domũ Baaſa, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat ad Baaſa in
13 manu Iehu prophetæ, [13]propter vniuerſa peccata Baaſa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Iſrael, prouocantes Dominum Deum Iſ-
14 rael in vanitatibus ſuis. [14]Reliqua autem ſermonũ Ela, & omnia quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum die-
15 rum regum Iſrael? [15]Anno viceſimo ſeptimo Aſa regis Iuda, regnauit Zambri ſeptem diebus in Therſa: porrò exercitus obſidebat Gebbethon vrbem Phili-
16 ſthinorum. [16]Cúmque audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſrael Amri, qui erat prin-
17 ceps militiæ ſuper Iſrael in die illa, in caſtris. [17]Aſcendit ergo Amri, & omnis Iſrael cũ eo de Gebbethon, & obſidebant
18 Therſa. [18]Videns autem Zambri quòd expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cum domo re-
19 gia: & mortuus eſt [19]in peccatis ſuis, quæ peccauerat faciens malũ coram Domino, & ambulans in via Ieroboam, & in
20 peccato eius quo fecit peccare Iſrael. [20]Reliqua autem ſermonum Zambri, & inſidiarũ eius, & tyrannidis, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum
21 regum Iſrael? [21]Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes: media pars populi ſequebatur Thebni filium Gineth, vt conſtitueret eum regem: & media pars
22 Amri. [22]Præualuit autem populus qui erat cum Amri, populo qui ſequebatur Thebni filium Gineth: mortuúſque eſt
23 Thebni, & regnauit Amri. [23]Anno triceſimo primo Aſa regis Iuda regnauit Amri ſuper Iſrael, duodecim annis: in
24 Therſa regnauit ſex annis. [24]Emítque montem Samariæ à Somer duobus talentis

lentis argenti: & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis quam extruxerat, nomine Semer Domini montis Samariæ. [25] Fecit autem Amri malum in conspectu Domini, & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eũ. [26] Ambulauítque in omni via Ieroboam filij Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Israel: vt irritaret Dominum Deum Israel in vanitatibus suis. [27] Reliqua autem sermonum Amri, & prœlia eius quæ gessit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierũ regum Israel?

[28] Dormiuítq. Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria: regnauítque Achab filius eius pro eo. [29] Achab verò filius Amri regnauit super Israel anno tricesimo octauo Asa regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria viginti & duobus annis. [30] Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu Domini super omnes qui fuerunt ante eum. [31] Nec suffecit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filij Nabat: insuper duxit vxorẽ Iezabel filiam Eth-Baal regis Sidoniorum. Et abiit, & seruiuit Baal, & adorauit eum. [32] Et posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, [33] & plantauit lucum: & addidit Achab in opere suo, irritans Dominum Deum Israel super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eum. [34] In diebus eius ædificauit Hiel de Beth-el Iericho: in Abiram primitiuo suo fundauit eam, *Ios. 6, 26.* & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun.

CAP. XVII.

[1] ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab, Viuit Dominus Deus Israel, in cuius cõspectu sto: si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. *Eccl. 48, 3. Iac. 5, 16.* [2] Et factum est verbum Domini ad eum, dicens, [3] Recede hinc, & vade contra Orientem, & abscondere in Torrente carith, qui est contra Iordanẽ, [4] & ibi de torrente bibes: coruísq. præcepi vt pascant te ibi. [5] Abiit ergo, & fecit iuxta verbum Domini: cúmque abiisset, sedit in Torrente-carith, qui est [6] contra Iordanem. Corui quoque deferebant ei panem & carnes manè, similiter panem & carnes vesperi, & bibebat [7] de torrente. Post dies autem siccatus est torrens: non enim pluerat super terram. [8] Factus est ergo sermo Domini ad [9] eum, dicens, Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te. [10] Surrexit, & abiit in Sarephta. Cúmq. veniisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixítque ei, Da mihi paululũ aquæ [11] in vase, vt bibam. Cúmque illa pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius, dicens, Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua. [12] Quæ respondit, Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululũ olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio [13] meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait, Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti: verumtamen mihi primùm fac de ipsa farinula subcineritium panem paruulum, & affer ad me: tibi [14] autem & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit Dominus Deus Israel, Hydria farinæ nõ deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque ad diem in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem [15] terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbũ Eliæ: & comedit ipse, & illa, & domus [16] eius: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ. [17] Factum est autem post hæc, ægrotauit filius mulieris matris familias, & erat languor fortissimus ita vt non remaneret in eo halitus. [18] Dixit ergo ad Eliam, Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? [19] Et ait ad eam Elias, Da mihi filium tuum. Tulítque eum de sinu eius, & portauit in cænaculum vbi ipse manebat, & posuit super lectulum suum. [20] Et clamauit ad Dominum, & dixit, Dñe Deus meus, etiamne viduam

viduam apud quam ego vtcunque sustentor, afflixisti, vt interficeres filium eius? [21] Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominum, & ait, Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. [22] Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. [23] Tulítque Elias puerum, & deposuit eum de cænaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ, & ait illi, En viuit filius tuus. [24] Dixítque mulier ad Eliam, Nunc in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

CAP. XVIII.

[1] POst dies multos factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio dicens, Vade, & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ. [2] Iuit ergo Elias, vt ostenderet se Achab: erat autem fames vehemens in Samaria. [3] Vocaúitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ: Abdias autem timebat Dominum valde. [4] Nam cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in spelũcis, & pauit eos pane & aqua. [5] Dixit ergo Achab ab Abdiam, Vade in terram ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles: si fortè possimus inuenire herbã, & saluare equos & mulos, & non penitus iumenta intereant. [6] Diuiserúntq. sibi regiones, vt circuirent eas: Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram seorsum. [7] Cúmq. esset Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cùm cognouisset eum, cecidit super faciem suam, & ait, Non tu es, domine mi, Elias? [8] Cui ille respondit, Ego. Vade, & dic domino tuo, Adest Elias. [9] Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniam tradis me seruum tuum in manu Achab, vt interficiat me? [10] Viuit Dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnum, quò nõ miserit dñs meus te requirens: & respondentibus cunctis, Non est hic: adiurauit regna singula & gentes, eo quòd minimè reperireris. [11] Et nunc tu dicis mihi, Vade, & [12] dic domino tuo, Adest Elias. Cúmque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro: & ingressus nuntiabo Achab, & non inueniens te, interficiet me: seruus autem tuus timet Dominum ab infantia sua. [13] Nunquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, quòd absconderim de prophetis Dñi centum viros, quinquagenos & quinquagenos in spelũcis, & pauerim eos pane & aqua? [14] Et nunc tu dicis, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias: vt interficiat me. [15] Et dixit Elias, Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum sto, quia hodie [16] apparebo ei. Abiit ergo Abdias in occursum Achab, & indicauit ei: venítque [17] Achab in occursum Eliæ. Et cùm vidisset eum, ait, Túne es ille qui conturbas [18] Israel? Et ille ait, Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti [19] estis Baalim. Veruntamen nunc mitte, & congrega ad me vniuersum Israel in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetásq. lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel. [20] Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregauit prophetas in monte Carmeli. [21] Accedens autem Elias ad omnem populũ, ait, Vsquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Et [22] non respondit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populum, Ego remansi propheta Domini solus: prophetæ autem Baal, quadringenti & quinquaginta [23] viri sunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligant sibi bouem vnum, & in frusta cædentes ponant super ligna, ignem autem non supponant: & ego faciã bouem alterum, & imponam super ligna, ignem [24] autem non supponam. Inuocate nomina deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Domini mei: & Deus qui exaudierit per ignẽ, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait, Optima propo- [25] sitio. Dixit ergo Elias prophetis Baal,

Eligite

Eligite vobis bouem vnum, & facite primi, quia vos plures eſtis: & inuocate nomina deorum veſtrorum, ignémq. non ſupponatis. [26] *Qui cùm tuliſſent bouem quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de manè vſque ad meridiem, dicẽtes, Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui reſponderet: tranſiliebántque altare quod fecerant. [27] *Cúmq. eſſet iam meridies, illudebat illis Elias, dicẽs, Clamate voce maiore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. [28] *Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine. [29] *Poſtquam autẽ tranſiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebatur vox, nec aliquis reſpõdebat, nec attendebat orantes: [30] *dixit Elias omni populo, Venite ad me. Et accedente ad ſe populo, curauit altare Domini quod deſtructum fuerat. [31] *Et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus eſt ſermo Domini, dicens, Iſrael erit nomen tuum. [32] *Et ædificauit de lapidibus altare in nomine Domini: fecítque aquæductum, quaſi per duas aratiunculas in circuitu altaris, [33] *& cõpoſuit ligna: diuiſitque per membra bouem, & poſuit ſuper ligna, [34] *& ait, Implete quatuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna. Rurſúmque dixit, Etiam ſecundò hoc facite. Qui cùm feciſſent ſecundò, ait, Etiã tertiò idipſum facite. Fecerúntque tertiò: [35] *& currebant aquæ circum altare, & foſſa aquæductus repleta eſt. [36] *Cúmque iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtum, accedens Elias propheta, ait, Domine Deus Abraham, & Iſaac & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. [37] *Exaudi me Domine, exaudi me: vt diſcat populus iſte quia tu es Dominus Deus, & tu cõuerti-
Gen 32,28. 2 Re. 17,34
ſti cor eorum iterum. [38] *Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna & lapides, puluerem quoque & aquã quæ erat in aquæ-ductu lambens. [39] *Quod cùm vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. [40] *Dixítq. Elias ad eos, Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Elias ad Torrentem-ciſon, & [41] interfecit eos ibi. *Et ait Elias ad Achab, Aſcende, comede, & bibe: quia ſonus [42] multæ pluuiæ eſt. *Aſcendit Achab, vt comederet & biberet: Elias autẽ aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua [42] ſua, *& dixit ad puerum ſuum, Aſcende, & proſpice contra mare. Qui cùm aſcendiſſet, & contemplatus eſſet, ait, Non eſt quicquam. Et rurſum ait illi, [44] Reuertere ſeptem vicibus. *In ſeptima autem vice, Ecce nubecula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. Qui ait, Aſcende, & dic Achab, Iunge currum tuum', & deſcende, ne occupet [45] te pluuia. *Cúmque ſe verteret huc atq. illuc, ecce cæli contenebrati ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluuia grandis. Aſcendens itaq. Achab abiit in Iezrahel, [46] *& manus Domini facta eſt ſuper Eliã, accinctíſq. lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

CAP. XIX.

[1] NVntiauit autẽ Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos prophetas gladio. [2] *Miſitque Iezabel nuntium ad Eliam, dicens, Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam [3] tuam ſicut animam vnius ex illis. *Timuit ergo Elias, & ſurgens abiit quocunque eum ferebat voluntas: venítque in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum [4] ſuum, *& perrexit in deſertum viã vnius diei. Cúmque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neq. enim me- [5] lior ſum quàm patres mei. *Proiecítque ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce angelus Domini tetigit eum, & dixit illi,

*Et 2 MS. H.C.G. xit illi, Surge, & comede. [6] **Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit. [7] *Reuerſúſque eſt angelus Domini ſecũdò, & tetigit eum, dixítq. illi, Surge, comede: grandis enim tibi reſtat via. [8] *Qui cùm ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſq. ad montem Dei Horeb. [9] *Cúmq. veniſſet illuc, mãſit in ſpelunca: & ecce ſermo Domini ad eum, dixítque illi, Quid hic agis Elia?
Rom. 11,3. [10] *At ille reſpondit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſrael: *tuum 4 MS. H.C. altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animã meam vt auferant eam. [11] *Et ait ei, Egredere, & ſta in monte corã Domino: & ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis, & fortis ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum: non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio: non in commotione Dñs, [12] *& poſt commotionem ignis: non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis. [13] *Quod cùm audiſſet Elias, operuit vultũ ſuum pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ, & ecce vox ad eum, dicens, [14] *Quid hic agis Elia? Et ille reſpondit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam vt auferant eam. [15] *Et ait Dominus ad eum, Vade, & reuertere in viam tuam per deſertum in Damaſcum: cúmque perueneris illuc, vnges Hazael regem ſuper Syriam, [16] *& Iehu filiũ Namſi vnges regem ſuper Iſrael: Eliſeum autem filium Saphat, qui eſt de Abel-meula, vnges prophetam pro te. [17] *' Et erit, quicunque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu: & quicunque fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliſeus.
4 Reg. 9,1. Eccl. 48,8.
Rom. 11,4. *vniuerſorum 2 MS. Q. N. [18] *' Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum', quorum genua nõ ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum oſculans manum.
[19] *Profectus ergo inde Elias, reperit Eliſeum filium Saphat, arantem in duodecim iugis boum. & ipſe in duodecim iu- *3 MS. Q. N. gis boum' arantibus vnus erat: cúmque veniſſet Elias ad eum, miſit palliũ ſuum [20] ſuper illum. *Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam, & ait, Oſculer, oró, patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te. Dixítque ei, Vade, & reuertere: quod enim meum erat, feci tibi.
[21] *Reuerſus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: conſurgénſque abiit, & ſecutus eſt Eliam, & miniſtrabat ei.

CAP. XX.

[1] PORrò Ben adad rex Syriæ, congregauit omnem exercitũ ſuum, & triginta duos reges ſecum, & equos, & currus: & aſcendens pugnabat contra Sa- [2] mariam, & obſidebat eam. *Mitténſque nuntios ad Achab regem Iſrael in ciuita- [3] tem, *ait, Hæc dicit Ben-adad, Argentum tuum & aurum tuum meum eſt: & vxores tuę, & filij tui optimi, mei ſunt. [4] *Reſpondítq. rex Iſrael, Iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus ſum ego, & [5] omnia mea. *Reuertentéſque nuntij, dixerunt, Hæc dicit Ben-adad, qui miſit nos ad te, Argentum tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis [6] mihi. *Cras igitur hac eadẽ hora mittam ſeruos meos ad te, & ſcrutabuntur domum tuam, & domum ſeruorũ tuorũ: & omne quod eis placuerit, ponent [7] in manibus ſuis, & auferent. *Vocauit autem rex Iſrael omnes ſeniores terræ, & ait, Animaduertite & videte quoniam inſidietur nobis. miſit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argento & [8] auro: & non abnui. *Dixerúntque omnes maiores natu, & vniuerſus populus ad eum, Non audias, neque acquieſcas [9] illi. *Reſpondit itaque nuntiis Ben-adad, Dicite domino meo regi, Omnia propter quæ miſiſti ad me ſeruum tuum in initio, faciam: hanc autem rem facere non poſſum. Reuerſíque nuntij retulerunt ei.

runt ei. *Qui remisit, & ait, Hæc faciant 10
mihi dij, & hæc addant, si suffecerit pul-
uis Samariæ pugillis omnis populi qui
sequitur me. *Et respondens rex Israel, 11
ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus
-4 MS. H. C. E. æquè vt discinctus. *Factum est autem 12
cùm audisset Ben-adad verbum istud,
bibebat ipse & reges in vmbraculis, &
ait seruis suis, Circundate ciuitatem. Et
circundederunt eam. *Et ecce prophe- 13
tà vnus accedens ad Achab regem Israel,
ait ei, Hæc dicit Dominus, Certè vidisti
omnem multitudinem hanc nimiam?
ecce, ego tradam eam in manum tuam
hodie: vt scias quia ego sum Dominus.
*Et ait Achab, Per quem? Dixítque ei, 14
Hæc dicit Dominus, Per pedissequos
principum prouinciarum. Et ait, Quis
incipiet prœliari? Et ille dixit, Tu. *Re- 15
censuit ergo pueros principum prouin-
ciarum, & reperit numerum ducento-
rum triginta duorum: & recensuit post
eos populum, omnes filios Israel, septem
millia. *& egressi sunt meridie. Ben- 16
adad autem bibebat temulentus in vm-
braculo suo, & reges triginta duo cum
eo, qui ad auxiliũ eius venerant. *Egres- 17
si sunt autem pueri pincipum prouincia-
rum in prima fronte. Misit itaque Ben-
adad. Qui nuntiauerunt ei, dicentes, Vi-
ri egressi sunt de Samaria. *Et ille ait, 18
Siue pro pace veniũt, apprehendite eos
viuos; siue vt prœlientur, viuos eos capi-
te. *Egressi sunt ergo pueri principum 19
prouinciarum, ac reliquus exercitus se-
eos 3 MS. H. C. G. quebatur: *& percussit vnusquisque 20
virum qui contra se veniebat: fugerúnt-
que Syri, & persecutus est eos Israel. Fu-
git quoque Ben-adad rex Syriæ in equo
cum equitibus suis. *Necnon egressus 21
rex Israel percussit equos & currus, &
percussit Syriam plaga magna. *(Acce- 22
dens autem propheta ad regem Israel,
dixit ei, Vade, & confortare, & scito, &
vide quid facias: sequenti enim anno rex
Syriæ ascendet contra te.) *Serui verò 23
regis Syriæ dixerunt ei, Dij montiũ sunt
dij eorum, ideò superauerunt nos: sed
melius est vt pugnemus contra eos in cã-
pestribus, & obtinebimus eos. *Tu er- 24
go verbum hoc fac, Amoue reges singu-
los ab exercitu tuo, & pone principes
pro eis: *& instaura numerum militum 25
qui ceciderunt de tuis, & equos secun-
dũ equos pristinos, & currus secundum
currus quos antè habuisti: & pugnabi-
mus contra eos in campestribus, & vi-
debis quòd obtinebimus eos. Credidit
consilio eorum: & fecit ita. *Igi- 26
tur postquàm annus transierat, recen-
suit Ben-adad Syros, & ascẽdit in Aphec
vt pugnaret contra Israel. *Porrò filij Is- 27
rael recẽsiti sunt, & acceptis cibariis pro-
fecti ex aduerso, castráque metati sunt
contra eos, quasi duo parui greges ca-
prarum: Syri autẽ repleuerunt terram.
*(Et accedens vnus vir Dei, dixit ad 28 3 Reg. 20.
regem Israel, Hæc dicit Dominus, Quia
dixerunt Syri, Deus montium est Do-
minus, & non est Deus vallium: dabo
omnem multitudinem hanc grandem
in manu tua, & scietis quia ego sum Do-
minus.) *Dirigebántque septem diebus 29
ex aduerso hi, atque illi acies, septima au-
tem die commissum est bellum: percus-
serúntque filij Israel de Syris centũ mil-
lia peditum, in die vna. *Fugerunt au- 30
tem qui remanserant in Aphec, in ciui-
tatem: & cecidit murus super viginti se-
ptem millia hominum qui remanserant.
Porrò Ben-adad fugiens ingressus est ci-
uitatem, in cubiculum quod erat intra
cubiculum. *dixerúntque ei serui sui, 31
Ecce, audiuimus quòd reges domus Is-
rael clementes sint: ponamus itaque sac-
cos in lumbis nostris, & funiculos in ca-
pitibus nostris, & egrediamur ad regem
Israel: forsitan saluabit animas nostras.
*Accinxerunt saccis lumbos suos, & po- 32
suerunt funiculos in capitibus suis, ve-
nerúntque ad regem Israel, & dixerunt
ei, Seruꝰ tuus Ben-adad dicit, Viuat, oro
te, anima mea. Et ille ait, Si adhuc viuit,
frater meus est. *Quod acceperunt viri 33
pro omine: & festinãtes rapuerunt ver-
bum ex ore eius, atque dixerunt, Frater
tuus Ben-adad*. Et dixit eis, Ite, & addu- *vide MS. 4
cite eum ad me. Egressus est ergo ad
eum Ben-adad, & leuauit eũ in currum
suum. *Qui dixit ei, Ciuitates quas tu- 34
lit pater

lit pater meus à patre tuo, reddam: &
plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit
pater meus in Samaria, & ego fœdera-
tus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, &
dimisit eum. *Tunc vir quidam de filiis 35
prophetarum dixit ad socium suum in
sermone Domini, Percute me. At ille
noluit percutere. *Cui ait, Quia noluisti 36
audire vocem Domini, ecce, recedes à
me, & percutiet te leo. Cúmque paulu-
lum recessisset ab eo, inuenit eum leo,
atque percussit. *Sed & alterum inue- 37
niens virum, dixit ad eum, Percute me.
Qui percussit eum, & vulnerauit. *Abiit 38
ergo propheta, & occurrit regi in via, &
-2 MS. H. C. G. mutauit aspersione pulueris os &* ocu-
los suos. *Cúmque rex transisset, cla- 39
mauit ad regẽ, & ait, Seruus tuus egres-
sus est ad prœliandum cominus: cúmq.
fugisset vir vnus, adduxit eum quidam
ad me, & ait, Custodi virum istum: qui
si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima
eius, aut talentum argenti appendes.
*Dum autem ego turbatus huc illúc- 40
que me verterem, subitò nõ comparuit.
Et ait rex Israel ad eum, Hoc est iudi-
cium tuum, quod ipse decreuisti. *At 41
ille statim absterfit puluerẽ de facie sua,
& cognouit eum rex Israel quòd esset de
prophetis. *Qui ait ad eum, Hæc dicit 42
Inf. 22, 38. Dñs, Quia dimisisti virũ dignũ morte
de manu tua, erit anima tua pro anima
eius, & populus tuus pro populo eius.
*Reuersus est igitur rex Israel in domũ 43
suam, audire contemnens, & furibun-
dus venit in Samariam. CAP. XXI.
-5 MS. R. H. C. G. POst verba autem hæc, tempore illo' 1
vinea erat Naboth Iezrahelitæ, quæ
erat in Iezrahel, iuxta palatium Achab
regis Samariæ. *Locutus est ergo Achab 2
ad Naboth, dicens, Da mihi vineam
tuam, vt faciam mihi hortum olerum,
quia vicina est, & prope domũ meam,
dabóque tibi pro ea vineam meliorem:
aut si commodius tibi putas, argẽti pre-
tium quantum digna est. *Cui respon- 3
dit Naboth, Propitius sit mihi Domi-
nus, ne dem hæreditatem patrum meo-
rũ tibi. *Venit ergo Achab in domum 4
suam indignans, & frendens super ver-
bo quod locutus fuerat ad eum Naboth
Iezrahelites, dicens, Non dabo tibi hæ-
reditatem patrum meorũ. Et proiiciens
se in lectulum suum, auertit faciẽ suam
ad parietem, & non comedit panem.
*Ingressa est autẽ ad eum Iezabel vxor 5
sua, dixítque ei, Quid est hoc, vnde ani-
ma tua contristata est? & quare non
comedis panem? *Qui respondit ei, Lo- 6
cutus sum Naboth Iezrahelitæ, & dixi
ei, Da mihi vineam tuam, accepta pecu-
nia: aut si tibi placet, dabo tibi vineam
meliorem pro ea. Et ille ait, Non dabo -4 MS. H. C. G.
tibi vineã meam. *Dixit ergo ad eum 7
Iezabel vxor eius, Grandis authoritatis
es, & bene regis regnum Israel: surge, &
comede panẽ, & æquo animo esto, ego
dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ.
*Scripsit itaq. literas ex nomine Achab, 8
& signauit eas annulo eius, & misit ad
maiores natu, & optimates qui erant in
ciuitate eius, & habitabant cũ Naboth.
*Literarum autem hæc erat sententia, 9
Prædicate ieiunium, & sedere facite Na-
both inter primos populi, *& submitti- 10
te duos viros filios Belial contra eum, &
falsum testimonium dicant, Benedixit
Deum & regem: & educite eum, & lapi-
date, sicque moriatur. *Fecerunt ergo 11
ciues eius maiores natu & optimates qui
habitabant cum eo in vrbe, sicut præce-
perat eis Iezabel, & sicut scriptum erat
in literis quas miserat ad eos: *prædica- 12
uerunt ieiunium, & sedere fecerunt Na-
both inter primos populi. *Et adductis 13
duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos
sedere contra eum: at illi, scilicet vt viri
diabolici, dixerunt contra eum testimo-
nium corã multitudine, Benedixit Na-
both Deum & regẽ: quam ob rem edu-
xerunt eum extra ciuitatem, & lapidi-
bus interfecerunt. *Miserúntque ad Ie- 14
zabel, dicẽtes, Lapidatus est Naboth, &
mortuus est. *Factum est autem, cùm 15
audisset Iezabel lapidatum Naboth, &
mortuum, locuta est ad Achab, Surge, &
posside vineam Naboth Iezrahelitę, qui
noluit tibi acquiescere, & dare eam ac-
cepta pecunia: non enim viuit Naboth,
sed mortuus est. *Quod cùm audisset 16

Achab, mortuũ videlicet Naboth, surrexit,& descendebat in vineam Naboth Iezrahelitæ, vt possideret eam. 17 ‡Factus est igitur sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, 18 ‡Surge, & descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad vineã Naboth descendit, vt possideat eam: 19 ‡& loquêris ad eum, dicens, Hæc dicit Dominus, Occidisti insuper & possedisti. Et post hęc addes, Hæc dicit Dominus, In loco hoc in quo linxerũt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. 20 ‡Et ait Achab ad Eliam, Num inuenisti me 'inimicũ tibi'? Qui dixit, Inueni, eo quòd venundatus sis, vt faceres malũ in conspectu Domini. 21 ‡‡'Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingẽtem ad parietem, & clausum & vltimum in Israel. 22 ‡Et dabo domum tuam 'sicut domum Ieroboam filij Nabat, '& sicut domum Baasa filij Ahia: quia egisti, vt me ad iracundiam prouocares, & peccare fecisti Israel. 23 ‡'Sed & de Iezabel locutus est Dominus, dicens, Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. 24 ‡Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli.

25 ‡Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est vt faceret malũ in conspectu Domini: cõcitauit enim eum Iezabel vxor sua, 26 ‡& abominabilis factus est, in tantum vt sequeretur idôla quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israel. 27 ‡Itaque cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauítque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite.

28 ‡Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, 29 ‡Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed 'in diebus filij sui inferam malum domui eius.

Deut. 22,38. 'inimicus mi? 4 MS. H.C.G. 4 Reg. 9,8. Sup. 15,29. Sup. 16,3. 4 Reg. 9,33. 4 Reg. 9,26.

* Hæc dicit Dominus MS. G. Verum à R.H. & C. tollitur.

CAP. XXII.

1 TRansierunt igitur tres anni absque bello inter Syriã & Israel. 2 ‡In anno autem tertio, descẽdit Iosaphat rex Iuda 3 ad regem Israel. (‡Dixítque rex Israel ad seruos suos, Ignoratis quòd nostra sit Ramoth-Galaad, & negligimus tollere 4 eam de manu regis Syriæ?) ‡Et ait ad Iosaphat, Veniésne mecũ ad prœliandum 5 in Ramoth-Galaad? ‡Dixítq. Iosaphat ad regem Israel, Sicut ego sum, ita & tu: 'populus meus, & populus tuus vnum sunt: & equites mei, equites tui'. Dixít- 6 que Iosaphat ad regem Israel, Quære, oro te, hodie sermonẽ Domini. ‡Con- 7 gregauit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos, Ire debeo in Ramoth-Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt, Ascende, & dabit eã Dominus in manu regis. ‡Dixit autem Iosaphat, Non est 8 hic propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum? ‡Et ait rex Israel ad Iosaphat, Remansit vir vnus, per quẽ possumus interrogare Dominum: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. Cui Iosaphat ait, Ne loquaris ita 9 rex. ‡Vocauit ergo rex Israel eunuchum quendam,& dixit ei, Festina adducere 10 Michæam filium Iemla. ‡Rex autem Israel, & Iosaphat rex Iuda sedebãt vnusquisque in solio suo vestiti cultu regio, in area iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ prophetabant in con- 11 spectu eorum. ‡Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis 12 Syriam, donec deleas eam. ‡Omnésq. prophetæ similiter prophetabant, dicentes, Ascende in Ramoth-Galaad, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus 13 regis. ‡Nuntius verò qui ierat vt vocaret Michæam, locutus est ad eũ, dicens, Ecce sermones prophetarũ ore vno regi bona prædicant: sit ergo * sermo tuus similis eorum, & loquere bona. 14 ‡Cui Michæas ait, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. 15 ‡Venit itaque ad regem, & ait illi rex, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad prœliandum, an cessare? Cui ille respondit, Ascende, & vade prosperè, &

Iud. Iosaphat.

* G. Tres R. H. C. mss.

rè, & tradet Dominus in manus regis. 16 ‡Dixit autem rex ad eum, Iterum atq. iterum adiûro te, vt non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini. 17 ‡Et ille ait, Vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oues non habentes pastorem: & ait Dominus, Non habent isti dominũ: reuertatur vnusquisq. in domum suam in pace. 18 (‡Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat, Nũquid non dixi tibi quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?) 19 ‡Ille verò addens, ait, Propterea audi sermonem Domini, Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitũ cæli assistentem ei à dextris & à sinistris: 20 ‡& ait Dominus, Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat, & cadat in Ramoth-Galaad? Et dixit vnus verba huiusce modi, & alius aliter. 21 ‡Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus, In quo? 22 ‡Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus, Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. 23 ‡Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hîc sunt, & Dominus locutus est contra te malum.

24 ‡Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit, Méne ergo dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi? 25 ‡Et ait Michęas, Visurus es in die illa quando ingrediêris in cubiculum intra cubiculum, vt abscondaris. 26 ‡Et ait rex Israel, Tollite Michæam, & maneat apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium 'Amélech', 27 ‡& dicite eis, Hæc dicit rex, Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. 28 ‡Dixítque Michæas, Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Et ait, Audite populi omnes. 29 ‡Ascendit itaque rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth-Galaad. 30 ‡Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat, Sume arma, & ingredere prœlium, & induere vestibus tuis. porrò rex Israel mutauit habitum suum, & in- 31 gressus est bellum. ‡Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens, Non pugnabitis contra minorem, & maiorẽ quempiam, nisi 32 contra regem Israel, solum. ‡Cùm ergo vidissent principes curruum Iosaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israel, & impetu facto pugnabant contra eum: & 33 exclamauit Iosaphat. ‡Intellexerúntq. principes curruum quòd non esset rex 34 Israel, & cessauerũt ab eo. ‡'Vir' autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel inter pulmonem & stomachum. At ille dixit aurigæ suo, Verte manum tuam, & eiice me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum. 35 ‡Commissum est ergo prœlium in die illa, & rex Israel' stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere: fluebat autem sanguis 36 plagæ in sinum currus, ‡& præco insonuit in vniuerso exercitu antequã sol occumberet, dicens, Vnusquisque reuertatur in ciuitatem*, & in terrã suam. 37 ‡Mortuus est autem rex, & perlatus est in Samariam: sepelierúntque regem 38 in Samaria, ‡& lauerunt currum eius in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lauerunt, 'iuxta verbum Domini quod locutus 39 fuerat. ‡Reliqua autẽ sermonũ Achab, & vniuersa quæ fecit, & domus 'éburnea' quam ædificauit, 'cunctarúmque vrbium' quas extruxit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regũ Israel? 40 ‡Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius 41 eius pro eo. ‡Iosaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iudã anno quarto 42 Achab regis Israel. ‡Triginta quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & vigintiquinque annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Azuba filia Sa- 43 lai. ‡Et ambulauit in omni via Asa patris sui, & non declinauit ex ea: fecítque quod rectum erat in conspectu Domi- 44 ni. ‡Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. 45 ‡Pacémque

Regis a.c.

'Vnus 12 MS.

* suam 1 MS. H.C. G.

'eburneæ MS. 'cunctæque vrbes 1 MS.

habuit Ioſaphat cum rege Iſrael. [46] *Reliqua autem verborum Ioſaphat, & opera eius quæ geſſit, & prœlia, nónne hęc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iuda? [47] *Sed & reliquias effœminatorum, qui remanſerant in diebus Aſa patris eius, abſtulit de terra. [48] *Nec erat tunc rex conſtitutus in Edom. [49] *Rex verò Ioſaphat fecerat claſſes in mari, quę nauigarent in Ophir propter aurum: & ire non poterant, quia confractæ ſunt in Aſion-gáber. [50] *Tunc ait Ochozias filius Achab ad Ioſaphat, Vadant ſerui mei cum ſeruis tuis in nauibus. Et noluit Ioſaphat. [51] *Dormiuítque Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate-Dauid patris ſui: regnauítque [52] Ioram filius eius pro eo. *Ochozias autem filius Achab regnare cœperat ſuper Iſrael in Samaria, anno ſeptimodecimo Ioſaphat regis Iuda, regnauítque ſuper [53] Iſrael duobus annis. *Et fecit malum in conſpectu Domini, & ambulauit in via patris ſui & matris ſuæ, & in via Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. [54] *Seruiuit quoq. Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominũ Deum Iſrael, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

LIBER REGVM QVARTVS: SECVNDVM HEBRÆOS, SECVNDVS MALACHIM.

CAPVT I.

PRÆVARICATVS [1] eſt autẽ Moab in Iſrael, poſtquam mortuꝰ eſt Achab.

[2] *Cecidítque Ochozias per cancellos cœnaculi ſui quod habebat in Samaria, & ægrotauit: miſitq. nuntios, dicens ad eos, Ite, conſulite Beel-zebub deũ Accaron, vtrum viuere queã de infirmitate mea hac. [3] *Angelus autem Domini locutus eſt ad Eliam Thesbiten, dicens, Surge, & aſcende in occurſum nuntiorum regis Samariæ, & dices ad eos, Nunquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum Beel-zebub deum Accaron? [4] *Quam ob rem hæc dicit Dominus, De lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Et abiit Elias. [5] *Reuerſíque ſunt nuntij ad Ochoziam. Qui dixit eis, Quare reuerſi eſtis? [6] *At illi reſponderunt ei, Vir occurrit nobis, & dixit ad nos, Ite, & reuertimini ad regem qui miſit vos, & dicetis ei, Hęc dicit Dominus, Nunquid quia non erat Deus in Iſrael, mittis vt conſulatur Beel-zebub deus Accaron? Idcirco de lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, [7] ſed morte morieris. *Qui dixit eis, Cuius figuræ & habit⁹ eſt vir ille qui occurrit [8] vobis, & locutus eſt verba hæc? *At illi dixerunt, Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Elias Theſbites eſt. [9] *Miſitque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant ſub eo. Qui aſcẽdit ad eum: ſedentíque in vertice montis, ait, Homo Dei, [10] rex præcepit vt deſcendas. *Reſpondénſque Elias, dixit quinquagenario, Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcendit itaque ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta qui erant cum [11] eo. *Rurſúmque miſit ad eum principem quinquagenarium alterũ, & quinquaginta cum eo. Qui locutus eſt illi, Homo Dei, hæc dicit rex, Feſtina, de- [12] ſcende. *Reſpondens Elias ait, Si homo Dei ego ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret

deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcendit ergo ignis *de cælo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius. [13] *Iterum miſit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cùm veniſſet, curuauit genua contra Eliam, & precatus eſt eum, & ait, Homo Dei, noli deſpicere animam meam, & animas ſeruorum tuorum qui mecum ſunt. [14] *Ecce deſcendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant: ſed nunc obſecro vt miſereariſ animę meæ. [15] *Locutus eſt autem angelus Domini ad Eliam, dicens, Deſcende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & deſcendit cum eo ad regem, [16] *& locutus eſt ei, Hæc dicit Dominus, Quia miſiſti nuntios ad conſulendum Beel-zebub deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſrael, à quo poſſes interrogare ſermonem, ideò de lectulo ſuper quẽ aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. [17] *Mortuus eſt autem iuxta ſermonem Domini quem locutus eſt Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno ſecundo Ioram filij Ioſaphat regis Iudæ: non enim habebat filium. [18] *Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus eſt, nõne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael?

*Dei 4 MS. H. C. Omittitur autem à G.

CAP. II.

FActum eſt autem: cùm leuare vellet [1] Dominus Eliam per turbinẽ in cælum, ibant Elias & Eliſeus de Galgalis.

[2] *Dixítque Elias ad Eliſeum, Sede hîc, quia Dominus miſit me vſque in Bethel. Cui ait Eliſeus, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia nõ derelinquam te. Cúmque deſcendiſſent Beth-el, [3] *egreſſi ſunt filij prophetarũ, qui erant in Bethel, ad Eliſeum, & dixerunt ei, Nunquid noſti quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? Qui reſpondit, Et ego noui: ſilete. [4] *Dixit autem Elias ad Eliſeum, Sede hîc, quia Dominus miſit me in Iericho. Et ille ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cúmque veniſſent Iericho, [5] *acceſſerunt filij prophetarum qui erant in Iericho, ad Eliſeum, & dixerunt ei, Nunquid noſti quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te? Et ait, Et ego noui: ſilete. [6] *Dixit autẽ ei Elias, Sede hîc, quia Dominus miſit me vſque ad Iordanem. Qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter, [7] * & quinquaginta viri de filiis prophetarum ſecuti ſunt eos, qui & ſteterunt è contra, longè: illi autem ambo ſtabant ſuper Iordanem. [8] *Tulítque Elias pallium ſuum, & inuoluit illud, & percuſſit aquas, quæ diuiſæ ſunt in vtramque partẽ, & tranſierunt ambo per ſiccum. [9] *Cúmq. tranſiſſent, Elias dixit ad Eliſeũ, Poſtula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixítque Eliſeus, Obſecro vt fiat in me [10] duplex Spiritus tuus. *Qui reſpondit, Rem difficilẽ poſtulaſti: attamen ſi videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petiſti: ſi autem non videris, non erit. [11] *Cúmque pergerent, & incedentes ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerũt vtrumq.: *& aſcendit Elias per turbinem in cælum, [12] *Eliſeus autem videbat, & clamabat, Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius. Et non vidit eum amplius: apprehendítque veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas [13] partes. *Et leuauit pallium Eliæ, quod ciderat ei: reuerſúſque ſtetit ſuper ri- [14] pam Iordanis, *& pallio Eliæ quod ciderat ei, percuſſit aquas, *& non ſunt diuiſæ: & dixit, Vbi eſt Deus Eliæ? etiam nunc. Percuſſitque aquas, & diuiſæ ſunt [15] huc atque illuc, & tranſiit Eliſeus. *Videntes autem *filij prophetarũ qui erant in Iericho e contra, dixerunt, Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum. Et venientes in occurſum eius, adorauerunt eum pro- [16] ni in terram, *dixerúntq. illi, Ecce, cum ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire, & quærere dominum tuum, ne fortè tulerit eum Spiritus Domini, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium. Qui ait, No- [17] lite mittere. *Coëgerúntque eum, donec acquieſceret, & diceret, Mittite. Et

*1 Mat. 2, 58 Eccl. 48, 13

*1 MS. R. H. C. G. q.

*cum 1 MS. H. C. G. q. *reuerentem eum ea

miſerunt quinquaginta viros: qui cùm
quæſiſſent tribus diebus, non inuene-
runt. [18] Et reuerſi ſunt ad eum: at ille ha-
bitabat in Iericho, & dixit eis, Nunquid
*ire 4 MS. H.C.G. non dixi vobis, Nolite mittere? [19] Dixe-
runt quoque viri ciuitatis ad Eliſeum,
Ecce habitatio ciuitatis huius optima
eſt, ſicut tu ipſe domine perſpicis: ſed
aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis. [20] At
ille ait, Afferte mihi vas nouum, & mit-
tite in illud ſal. [21] Quod cùm attuliſſent,
egreſſus ad fontem aquarum, miſit in
illum ſal, & ait, Hæc dicit Dominus, Sa-
naui aquas has, & non erit vltrà in eis
mors, neque ſterilitas. [22] Sanatæ ſunt er-
go aquæ vſque in diem hanc, iuxta ver-
bum Eliſei quod locutus eſt. [23] Aſcendit
autem inde in Beth-el: cúmq. aſcende-
ret per viam, pueri parui egreſſi ſunt de
ciuitate, & illudebant ei, dicẽtes, Aſcen-
de calue, aſcende calue. [24] Qui cùm re-
ſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in
nomine Domini: egreſſíque ſunt duo
vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis qua-
draginta duos pueros. [25] Abiit autem in-
de in montem Carmeli, & inde reuer-
ſus eſt in Samariam.

CAP. III.

IOram verò filius Achab regnauit ſu- 1
per Iſrael in Samaria anno decimo-
octauo Ioſaphat regis Iudæ. Regnauít-
que duodecim annis. [2] Et fecit ma- 2
lum coram Domino, ſed non ſicut pater
ſuus & mater: tulit enim ſtatuas Baal
quas fecerat pater eius. [3] Veruntamen 3
in peccatis Ieroboã filij Nabat, qui pec-
care fecit Iſrael, adhæſit, nec receſſit ab
eis. [4] Porrò Meſa rex Moab, nutriebat 4
pecora multa, & ſoluebat regi Iſrael cen-
tum millia agnorum, & centum millia
arietum cum velleribus ſuis. [5] Cúmque 5
mortuus fuiſſet Achab, pręuaricatus eſt
fœdus quod habebat cum rege Iſrael.

[6] Egreſſus eſt igitur rex Ioram in die illa 6
de Samaria, & recenſuit vniuerſum Iſ-
rael. [7] Miſitque ad Ioſaphat regem Iuda, 7
dicẽs, Rex Moab receſſit à me, veni me-
cum contra eum ad prœlium. Qui re-
ſpondit, Aſcendam: qui meus eſt, tuus
eſt: populus meus, populus tuus: & equi
[8] mei, equi tui. [8] Dixítque, Per quã viam 8
aſcendemus? At ille reſpondit, Per de-
[9] ſertum Idumææ. [9] Perrexerunt igitur 9
rex Iſrael, & rex Iuda, & rex Edom, &
circuierunt per viam ſeptem dierum,
nec erat aqua exercitui & iumentis quæ
[10] ſequebantur eos. [10] Dixítque rex Iſrael, 10
Heu heu heu', congregauit nos Domi-
nus tres reges, vt traderet in manu
[11] Moab. [11] Et ait Ioſaphat, Eſtne hic pro- 11
pheta Domini, vt deprecemur Dominũ
per eum? Et reſpondit vnus de ſeruis re-
gis Iſrael, Eſt hic Eliſeus filius Saphat, qui
[12] fundebat aquam ſuper manus Eliæ. [12] Et 12
ait Ioſaphat, Eſt apud eum ſermo Do-
mini. Deſcendítque ad eum rex Iſrael,
[13] & Ioſaphat rex Iuda', & rex Edom. [13] Di- 13
xit autem Eliſeus ad regem Iſrael, Quid
mihi & tibi eſt? vade ad prophetas patris
tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Iſrael,
Quare congregauit Dominus tres reges
hos, vt traderet eos in manus Moab?
[14] Dixítque ad eum Eliſeus, Viuit Domi- 14
nus exercituum, in cuius conſpectu ſto,
quòd ſi non vultum Ioſaphat regis Iudæ
erubeſcerem, non attendiſſem quidem
[15] te, nec reſpexiſſem. [15] Nunc autem ad- 15
ducite mihi pſaltem. Cúmque caneret
pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Do-
[16] mini, [16] & ait, Hæc dicit Dominus, Fa- 16
cite alueum torrentis huius foſſas & foſ-
[17] ſas. [17] Hæcenim dicit Dominus, Non vi- 17
debitis ventum, neque pluuiam: & al-
ueus iſte replebitur aquis, & bibetis vos,
& familiæ veſtræ, & iumenta veſtra.
[18] Parúmque eſt hoc in conſpectu Do- 18
mini: inſuper tradet etiam Moab in ma-
[19] nus veſtras. [19] Et percutietis omnem ciui- 19
tatem munitam, & omnem vrbem elec-
tam, & vniuerſum lignũ fructiferum
ſuccidetis, cunctóſque fontes aquarum
obthurabitis, & omnem agrũ egregium
[20] operietis lapidibus. [20] Factum eſt igitur 20
manè, quando ſacrificium offerri ſolet,
& ecce, aquæ veniebãt per viam Edom,
[21] & repleta eſt terra aquis. [21] Vniuerſi au- 21
tem Moabitæ audientes quòd aſcendiſ-
ſent reges vt pugnarent aduerſum eos,
conuocauerũt omnes qui accincti erant
balteo déſuper, & ſteterunt in terminis.

[22] Primóq. 22

[22] Primóq. manè ſurgentes, & orto iam 22
ſole ex aduerſo aquarum, viderunt Moa-
bitæ e contra aquas rubras, quaſi ſangui-
nem, [23] dixerúntque, Sanguis gladij eſt: 23
pugnauerunt reges contra ſe, & cęſi ſunt
mutuò: nunc perge ad prædam Moab.
[24] Perrexerúntque in caſtra Iſrael: porrò 24
conſurgens Iſrael, percuſſit Moab: at illi
fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui
vicerant, & percuſſerunt Moab, [25] & ci- 25
uitates deſtruxerunt: & omnem agrum
optimum, mittentes ſinguli lapides,
repleuerunt: & vniuerſos fontes aqua-
rum obthurauerũt: & omnia ligna fru-
ctifera ſucciderunt, ita vt muri tantùm
fictiles remanerent: & circundata eſt ci-
uitas à fundibulariis, & magna ex parte
percuſſa. [26] Quod cùm vidiſſet rex Moab, 26
prævaluiſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecum
ſeptingentos viros educentes gladios, vt
irrumperent ad regem Edom: & nõ po-
tuerunt. [27] Arripiénsque filium ſuum pri- 27
mogenitum, qui regnaturus erat pro eo,
obtulit holocauſtum ſuper murum: &
facta eſt indignatio magna in Iſrael, ſta-
tímq. receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt
in terram ſuam.

CAP. IIII.

MVlier autem quædam de vxoribus 1
prophetarũ clamabat ad Eliſeum,
dicens, Seruus tuus vir meus mortuus
eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus fuit ti-
mens Deum: & ecce creditor venit vt
tollat duos filios meos ad ſeruiendum
ſibi. [2] Cui dixit Eliſeus, Quid vis vt faciã 2
tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua?
At illa reſpondit, Non habeo ancilla tua
quicquam in domo mea, niſi parum olei
quo vngar. [3] Cui ait, Vade, pete mutuò 3
ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non
pauca. [4] Et ingredere, & claude oſtium 4
tuum, cùm intrinſecus fueris tu & filij
tui: & mitte inde in omnia vaſa hæc: &
cùm plena fuerint, tolles. [5] Iuit itaque 5
mulier, & clauſit oſtiũ ſuper ſe & ſuper
filios ſuos: illi offerebant vaſa, & illa in-
fundebat. [6] Cúmq. plena fuiſſent vaſa, 6
dixit ad filium ſuum, Affer mihi adhuc
vas. Et ille reſpondit, Non habeo. Stetít-
que oleum. [7] Venit autem illa, & indi- 7
cauit homini Dei. Et ille, Vade, inquit,
vende oleum, & redde creditori tuo: tu
[8] autem & filij tui viuite de reliquo. [8] Facta 8
eſt autem quædam dies, & tranſibat Eli-
ſeus per Sunam*: erat autem ibi mulier *ciuitatẽ MS q. R.
magna quę tenuit eum vt comederet pa-
nem: cúmque frequenter inde tranſiret,
diuertebat ad eam vt comederet panem.
[9] Quæ dixit ad virum ſuum, Animad- 9
uerto quòd vir Dei ſanctus eſt iſte, qui
[10] tranſit per nos frequenter. [10] Faciamus 10
ergo ei cœnaculũ paruum, & ponamus
ei in eo lectulum, & menſam, & ſellam,
& candelabrum, vt cùm venerit ad nos,
[11] maneat ibi. [11] Facta eſt ergo dies quædã, 11
& veniens diuertit in cœnaculum, & re-
[12] quieuit ibi. [12] Dixítque ad Giezi puerum 12
ſuum, Voca Sunamitidem iſtam. Qui
cùm vocaſſet eam, & illa ſtetiſſet coram
[13] eo, [13] dixit ad puerum ſuum, Loquere 13
ad eam, Ecce, ſedulè in omnibus mini-
ſtraſti nobis, quid vis vt faciã tibi? nun-
quid habes negotium, & vis vt loquar
regi, ſiue principi militiæ? Quæ reſpon-
[14] dit, In medio populi mei habito. [14] Et ait, 14
Quid ergo vult vt faciam ei? Dixítque
Giezi, Ne quæras: filium enim non ha-
[15] bet, & vir eius ſenex eſt. [15] Præcepit itaq. 15
vt vocaret eam: quæ cùm vocata fuiſſet,
[16] & ſtetiſſet ante oſtium, [16] dixit ad eam, 16
In tempore iſto, in hac eadem hora, ſi
vita comes fuerit, habebis in vtero filiũ.
At illa reſpondit, Noli quæſo dñe mi vir
[17] Dei, noli mentiri ancillæ tuæ. [17] Et con- 17
cepit mulier, & peperit filium in tempo-
re, & in hora eadem qua dixerat* Eliſeus. *ei 1 MS. H.C.G.
[18] Creuit autem puer. Et cùm eſſet quæ- 18
dam dies, & egreſſus ĩſſet ad patrem
[19] ſuum, ad meſſores, [19] ait patri ſuo, Caput 19
meum doleo', caput meum doleo'. At *3 MS. H.C.G.
ille dixit puero, Tolle, duc eum ad ma-
[20] trem ſuam. [20] Qui cùm tuliſſet, & duxiſ- 20
ſet eum ad matrem ſuam, poſuit eum il-
la ſuper genua ſua vſq. ad meridiem, &
[21] mortuus eſt. [21] Aſcendit autem, & collo- 21
cauit eum ſuper lectulum hominis Dei,
[22] & clauſit oſtium: [22] & egreſſa, vocauit vi- 22
rum ſuum, & ait, Mitte mecũ, obſecro,
vnum de pueris, & aſinam, vt excurram
vſq. ad hominem Dei, & reuertar. Qui

ait illi, *Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Calendæ, neque Sabbathum. Quæ respondit, 'Vadam'. *Strauítque asinam,& præcepit puero,Mina, & propera,ne mihi morã facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi. *Profecta est igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli:cumque vidisset eam vir Dei ecõtrà, ait ad Giezi puerũ suum, Ecce Sunamitis illa. *Vade ergo in occursum eius, & dic ei, Recténe agitur circa te, & circa virum tuum,& circa filium tuum? Quæ respondit, Rectè.

*Cumq. venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius: & accessit Giezi vt amoueret eã. Et ait homo Dei, Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est,& Dominus celauit à me,& nõ indicauit mihi. *Quæ dixit illi,Nunquid petiui filium à domino meo? nunquid non dixi tibi, Ne illudas me? *Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiã, non respondeas illi:& pones baculum meum super faciem pueri. *Porrò mater pueri ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam. *Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus: reuersúsque est in occursum eius, & nũtiauit ei,dicens: Non surrexit puer.

*Ingressus est ergo Eliseus domum,& ecce, puer mortuus iacebat in lectulo eius: *ingressúsq. clausit ostium super se,& super puerum: & orauit ad Dominum. *Et ascendit, & incubuit super puerum: posuítq. os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. *At ille reuersus,deambulabat in domo, semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies,aperuítque oculos. *Et ille vocauit Giezi, & dixit ei, Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait, Tolle filium tuum. *Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram:tulítq. filium suum,& egressa est, *& Eliseus reuersus est in Galgala. Erat aũt fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo, dixítq. vni de pueris suis, Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum. *Et egressus est vnus in agrum vt colligeret herbas agrestes: inuenítque quasi vitem siluestrem,& collegit ex ea colocynthidas agri,& impleuit palliũ suum, & reuersus conscidit in ollam pulmenti: neſciebat enim quid esset. *Infuderunt ergo sociis, vt comederent: cúmque gustassent de coctione, clamauerũt, dicentes: Mors in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere. *At ille, Afferte, inquit, farinam. 'Cúmque tulissent,misit' in ollam,& ait, Infunde turbæ,vt comedant. Et non fuit amplius quicquã amaritudinis in olla. *Vir autem quidam venit de Baal-salisa deferens viro Dei panes primitiarum, '&' viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera sua. At ille dixit, Da populo, vt comedat. *Respondítque ei minister eius, Quantum est hoc, vt apponam coram cẽtum viris? Rursum ille ait, Da populo, vt comedat: hæc enim dicit Dominus, Comedent, & supererit. *Posuit itaq. coram eis: qui comederunt, & superfuit iuxta verbum Domini.

*Vale 14 MS. *par m.c.c.

'Vadam' MS.

'misit' MS. H. C. G.

'&' MS. H. C. G.

CAP. V.

*NAaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus: per illũ enim dedit Dominus salutem Syriæ: erat autem vir fortis & dives, sed leprosus.

*Porrò de Syria egressi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de Terra-Israel puellam paruulam, quæ erat in obsequio vxoris Naaman, *quæ ait ad dominam suam, Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria: profectò curasset eum à lepra quam habet. *Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nuntiauit ei, dicens: Sic & sic locuta est puella de Terra-Israel. *Dixítque ei rex Syriæ, Vade, & mittam literas ad regem Israel. Qui cùm profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum, *detulit literas ad regem Israel, in hæc verba, Cùm acceperis epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum à lepra sua. *Cúmque legisset rex Israel literas, scidit vestimenta sua, & ait, Nunquid Deus ego sum, vt occidere possim, & viuificare, quia iste misit ad me, vt curẽ hominem à lepra sua? animaduertite, & videte quòd occasiones quærat aduersum me.

*Quod cùm audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel. *Venit ergo Naaman cum equis & curribus & stetit ad ostium domus Elisei: *misítque ad eum Eliseus nuntium, dicens: Vade, & lauare septies in Iordane', & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.

*Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. *Nunquid non meliores sunt Abana & Pharphar fluuij Damasci omnib' aquis Israel, vt lauer in eis, & munder? Cùm ergo vertisset se, & abiret indignans, *accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei, Pater, '&' si rem grandem dixisset tibi propheta, certè facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis? *Descendit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonẽ viri Dei, & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundat' est.

*Reuersúsque ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo,venit,& stetit coram eo, & ait, Verè scio quòd non sit 'alius' Deus in vniuersa terra, nisi tantùm in Israel. Obsecro itaque vt accipias benedictionem à seruo tuo. *At ille respondit, Viuit Dominus ante quem sto, quia non accipiam. Cúmque vim faceret, penitùs non acquieuit. *Dixítque Naaman, Vt vis: sed, obsecro, concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet vltrà seruus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino. *Hoc autem solum est de quo depreceris Dominum pro seruo tuo, Quando ingredietur dominus meus templũ Remmon, vt adoret: & illo innitente super manũ meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Dominus seruo tuo pro hac re. *Qui dixit ei, Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tempore. *Dixítque Giezi puer viri Dei, Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dominus, quia curram post eum,& accipiam ab eo aliquid. *Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cùm vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum eius, & ait, Recténe sunt omnia? *Et ille ait, Recté. dominus meus misit me ad te, dicens: Modò venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis prophetarum: da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. *Dixítque Naaman, Melius est vt accipias duo talenta. Et coëgit eum, ligauítque duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portauerunt coram eo. *Cúmque venisset iam vesperi, tulit de manu eorum, & reposuit in domo, dimisitque viros, & abierunt. *Ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus, Vnde venis Giezi? Qui respondit, Non iuit seruus tuus quôquam. *At ille ait, Nónne cor meum in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas & oues & boues & seruos & ancillas. *Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo, vsque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

-4 MS. H. C. G.

Luc. 4. 27.

-4 MS. H. C. G. 'vinens e.

CAP. VI.

*DIxerunt autem filij prophetarũ ad Eliseum, Ecce, locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis. *Eamus vsque ad Iordanem, & 'tollant' singuli de

'tollamus 1 MS. H. C. G.

guli de ſylua materias ſingulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit, Ite. 3 *Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cũ ſeruis tuis. Reſpondit, Ego veniam, 4 *Et abiit cum eis. Cúmque veniſſent ad Iordanem, cædebant ligna.

5 *Accidit autem, vt cùm vnus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam: exclamauítque ille, & ait, Heu heu heu domine mi, & hoc ipſum mutuò acceperam. 6 *Dixit autẽ homo Dei, Vbi cecidit? At ille mõſtrauit ei locum. præcidit ergo lignum, & miſit illuc: natauítque ferrum. 7 *& ait, Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud. 8 *Rex autem Syrię pugnabat contra Iſrael, conſiliúmque iniit cum ſeruis ſuis, dicens: In loco illo & illo ponamus inſidias. 9 *Miſit itaque vir Dei ad regem Iſrael, dicens: Caue ne tranſeas in locum illum: quia ibi Syri in inſidiis ſunt. 10 *Miſit itaque rex Iſrael ad locum quem dixerat ei vir Dei, & præoccupauit eum, & obſeruauit ſe ibi non ſemel neq. bis. 11 *Conturbatúmque eſt cor regis Syriæ pro hac re: & conuocatis ſeruis ſuis, ait, Quare non indicatis mihi quis proditor mei ſit apud regem Iſrael? 12 *Dixítque vnus ſeruorum eius, Nequaquam domine mi rex, ſed Eliſeus propheta qui eſt in Iſrael, indicat regi Iſrael omnia verba quæcunque locutus fueris in conclaui tuo. 13 *Dixítq. eis, Ite, & videte vbi ſit: vt mittam, & capiam eum. Annuntiauerúntque ei, dicentes: 14 *Ecce in Dothain. Miſit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cùm veniſſent nocte, circundederunt ciuitatem. 15 *Conſurgens autem diluculò miniſter viri Dei, egreſſus eſt, vidítque exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nuntiauítque ei, dicens: Heu heu heu domine mi, quid faciemus? 16 *At ille reſpondit, Noli timere: plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis. 17 *Cúmque oraſſet Eliſeus, ait, Domine, aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorũ, & curruum igneorũ, in circuitu Eliſei. 18 *Hoſtes verò deſcenderunt ad eum: porrò Eliſeus orauit ad Dominum, dicens: Percute, obſecro, gentem hanc cæcitate. Percuſſitq. eos Dominus, ne viderent, 19 iuxta verbum Eliſei. *Dixit autem ad eos Eliſeus, Non eſt hæc via, neque iſta eſt ciuitas: ſequimini me, & oſtendã vobis virum quem quæritis. Duxit ergo 20 eos in Samariam: *cúmq. ingreſſi fuiſſent in Samariam, dixit Eliſeus, Domine aperi oculos iſtorũ, vt videant. Aperuítque Dominus oculos eorum, & vi- 21 derunt ſe eſſe in medio Samariæ. *Dixítque rex Iſrael ad Eliſeum, cùm vidiſſet eos, Nunquid percutiam eos pater mi? 22 Et ille ait, *Non percuties: neque enim cepiſti eos gladio, & arcu tuo, vt percũtias: ſed pone panem, & aquam corã eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad 23 dominum ſuum. *Appoſitáque eſt eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimiſit eos, abierúntque ad dominũ ſuum, & vltrà non venerunt latrones Syriæ in Terram-Iſ- 24 rael. *Factum eſt autem poſt hæc, congregauit Ben-adad rex Syriæ, vniuerſum exercitum ſuum, & aſcendit, & ob- 25 ſidebat Samariam. *Factáque eſt fames magna in Samaria: & tandiu obſeſſa eſt, donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum, quinque argenteis.

26 *Cúmq. rex Iſrael tranſiret per murum, mulier quędam exclamauit ad eum, di- 27 cens: Salua me domine mi rex. *Qui ait, Non: te ſaluet Dñs: vnde te poſſum ſaluare? de area, vel de torculari? Dixítq. ad eam rex, Quid tibi vis? Quæ reſpon- 28 dit, *Mulier iſta dixit mihi, Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & fi- 29 lium meum comedemus cras. *Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixítque ei die altera, Da filium tuum, vt comedamus eum. Quæ abſcondit fi- 30 lium ſuum. *Quod cùm audiſſet rex, ſcidit veſtimẽta ſua, & tranſibat per murum. Vidítque omnis populus cilicium, quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus.

31 *Et ait rex', Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi ſteterit caput Eliſei filij Saphat ſuper ipſum hodie. *3 Mſs. B. C. G.

32 *Eliſeus autem ſedebat

ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebant cum eo. Præmiſit itaque virum: & antequam veniret nuntius ille, dixit ad ſenes, Nunquid ſcitis quòd miſerit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meũ? videte ergo, cùm venerit nuntius, claudite oſtium, & non ſinatis eum introire: ecce enim ſonitus pedum domini eius poſt eum eſt. 33 *Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius, qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce, tantum malum à Domino eſt: quid amplius expectabo à Domino?

CAP. VII.

DIxit autem Eliſeus, Audite verbum Domini, Hæc dicit Dominus, In tempore hoc cras modius ſimilę vno ſtatêre erit, & duo modij hordei ſtatêre vno, in porta Samariæ. 2 *Reſpondens vnus de ducibus, ſuper cuius manum rex incumbebat, homini Dei, ait, Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, nunquid poterit eſſe quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. 3 *Quatuor ergo viri erant leproſi iuxta introitum portæ: qui dixerũt ad inuicem, Quid hîc eſſe volumus donec moriamur? 4 *Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur: ſiue manſerimus hîc, moriendum nobis eſt: venite ergo, & transfugiamus ad caſtra Syriæ. ſi pepercerint nobis, viuemus: ſi autem occidere voluerint, nihilominus moriemur. 5 *Surrexerunt ergo veſperi, vt venirent ad caſtra Syriæ. Cúmq. veniſſent ad principium caſtrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt. 6 *Siquidem Dominus ſonitum audire fecerat in caſtris Syriæ, curruum, & equorum, & exercitus plurimi: dixerúntque adinuicem, Ecce mercede conduxit aduerſum nos rex Iſrael reges Hethæorum & Ægyptiorum, & venerũt ſuper nos. 7 *Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria ſua, & equos & aſinos in caſtris, fugeruntque animas tantùm ſuas ſaluare cupientes. 8 *Igitur cùm veniſſent leproſi illi ad principium caſtrorum, ingreſſi ſunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tuleruntque inde argentum, & aurum, & veſtes, & abierunt, & abſconderunt: & rurſum reuerſi ſunt ad aliud tabernaculum, & inde ſimiliter auferentes abſcõderunt. 9 *Dixeruntque ad inuicem, Non rectè facimus: hęc enim dies boni nuntij eſt. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vſque manè, ſceleris arguemur: venite, eamus, & nuntiemus in aula regis.

10 *Cumq. veniſſent ad portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes: Iuimus ad caſtra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, niſi equos & aſinos alligatos, 11 & fixa tentoria. *Ierunt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio regis intrinſecus. 12 *Qui ſurrexit nocte, & ait ad ſeruos ſuos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, Sciunt quia fame laboramus: & idcirco egreſſi ſunt de caſtris, & latitant in agris, dicentes: Cùm egreſſi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & 13 tunc ciuitatem ingredi poterimus. *Reſpondit autem vnus ſeruorum eius, Tollamus quinque equos, qui remanſerunt in vrbe (quia ipſi tantùm ſunt in vniuerſa multitudine Iſrael, alij enim conſumpti ſunt) & mittentes, explorare poteri- 14 mus. *Adduxerunt ergo duos equos, miſitque rex in caſtra Syrorum, dicens: 15 Ite, & videte. *Qui abierunt poſt eos vſque ad Iordanem: ecce autem omnis via plena erat veſtibus, & vaſis, quæ proiecerant Syri cùm turbarentur: reuerſique nuntij indicauerũt regi. 16 *Et egreſſus populus diripuit caſtra Syriæ: factúſque eſt modius ſimilę ſtatêre vno, & duo modij hordei ſtatêre vno, iuxtà verbum 17 Domini. *Porrò rex ducem illum, in cuius manu incubuerat, conſtituit ad portam: quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus eſt, iuxta quod locutus fuerat vir Dei, quando deſcenderat rex ad eum. 18 *Factúmque eſt ſecundum ſermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait, Duo modij hordei ſtatêre vno erunt, & modius ſimilæ ſtatêre vno, hoc eodem tempore cras in 19 porta Samariæ: *quando reſponderat dux ille viro Dei, & dixerat, Etiamſi Dominus fecerit cataractas in cælo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Vi-

-2 MS. H. C. Additur autem à R. & G.

"incumbebat 5 MS. G.

*verbum 1 MS.

ei, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. [20] *Euenit ergo ei sicut prædictum erat,& conculcauit eum populus in porta,& mortuus est.

CAP. VIII.

[1] ELiseus autem locutus est ad mulierem 'cuius viuere fecerat filium, dicens: Surge,vade,tu & domus tua,& peregrinare vbicumque repereris: vocauit enim Dominus famem, & veniet super terram septem annis. [2] *Quæ surrexit, & fecit iuxta verbum hominis Dei: & vadens cum domo sua, peregrinata est in Terra Philisthiim 'diebus multis'.

[3] *Cúmque finiti essent anni septem,reuersa est mulier de Terra Philisthiim: & egressa est vt interpellaret regem pro domo sua,& pro agris suis. [4] *Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens: Narra mihi omnia magnalia quę fecit Eliseus. [5] *Cúmq. ille narraret regi quomodo mortuũ suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat filium, clamans ad regem pro domo sua, & pro agris suis: dixítque Giezi, Domine mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius quem suscitauit Eliseus. [6] *Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei. Dedítque ei rex eunuchum vnum, dicens: Restitue ei omnia quæ sua sunt, & vniuersos reditus agrorũ à die qua reliquit terram, vsque ad præsens. [7] *Venit quoq. Eliseus Damascum, & Ben-adad rex Syriæ ægrotabat: nuntiauerúntque ei, dicentes, Venit vir Dei huc. [8] *Et ait rex ad Hazael,Tolle tecum munera,& vade in occursum viri Dei,& consule Dñm per eum,dicens:Si euadere potero de infirmitate mea hac? [9] *Iuit igitur Hazael in occursum eius,habẽs secum munera,& omnia bona Damasci,onera quadraginta camelorũ. Cúmq. stetisset coram eo, ait, Filius tuus Ben-adad rex Syriæ misit me ad te,dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac? [10] *Dixítque ei Eliseus, Vade, dic ei, Sanaberis: porrò ostendit mihi Dominus quia morte morietur.

[11] *Stetítque cum eo, & conturbatus est vsque ad suffusionem vultus: fleuítque [12] vir Dei. *Cui Hazael ait, Quare domi-

Sup.4,35. 'annis septem 1 MS.H. c.G.

nus meus flet? At ille dixit: Quia scio quę facturus sis filiis Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio,& paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. [13] *Dixítque Hazael, Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus, Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore. [14] *Qui cùm recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit, Dixit mihi, Recipies sanitatem. [15] *Cúmque venisset dies altera, tulit stragulum, & infudit aquam, & expandit super faciem eius: quo mortuo regnauit Hazael pro eo. [16] *'Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel,& Iosaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda. [17] *Triginta duorum annorum erat cùm regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. [18] *Ambulauítq. in viis regum Israel,sicut ambulauerat domus Achab:filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod malum est in cõspectu Dñi. [19] *Noluit autem Dñs disperdere Iudam, propter Dauid seruum suum,'sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam,& filiis eius cunctis diebus. [20] *In diebus eius recessit Edom,ne esset sub Iuda,& constituit sibi regem. [21] *Venítque Ioram Seira, & omnes currus cum eo: & surrexit nocte, percussitque Idumæos qui eum circundederant, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula sua. [22] *Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda, vsque ad diem hanc. Tunc recessit & Lobna in tempore illo. [23] *Reliqua autem sermonum Ioram, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? [24] *Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultúsque est cum eis in Ciuitate-Dauid,' & regnauit "Ochozias' filius eius pro eo. [25] *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israel regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. [26] *Viginti duorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Athalia filia Amri regis Israel. [27] *Et ambulauit in viis

in viis domus Achab: & fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit. [28] *Abiit quoque cum Ioram filio Achab, ad prœliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth-Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram: [29] *qui reuersus est vt curaretur,in Iezrahel: quia vulnerauerant eum Syri in "Ramoth' prœliantem contra Hazael regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram filium Achab, in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

"Rama 8 MS. H. "Ramatha c.

CAP. IX.

[1] ELiseus autem prophetes vocauit vnum de filiis prophetarum, & ait illi,'Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth-Galaad. [2] *Cúmque veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filij Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum. [3] *Tenénsq. lenticulam olei, fundes super caput eius,& dices, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem super Israel. Aperiésque ostium,& fugies, & non ibi subsistes. [4] *Abiit ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth-Galaad, [5] *& ingressus est illuc: ecce autem principes exercitus sedebant,& ait, Verbum mihi ad te ô princeps. Dixítq. Iehu, Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit, Ad te ô princeps. [6] *Et surrexit & ingressus est cubiculum: at ille fudit oleum super caput eius, & ait, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vnxi te regem super populum Domini Israel, [7] *& percuties domum Achab domini tui,& vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruorum Domini 'de manu Iezabel.

3 Re.21,30.

[8] *Perdámque omnem domum Achab: & interficiam de Achab mingentem ad parietem,& clausum,& nouissimum in Israel. [9] *Et dabo domum Achab, 'sicut domum Ieroboam filij Nabat,& 'sicut domum Baasa filij Ahia. [10] *Iezabel quoq. comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuítq. ostium, & fugit. [11] *Iehu autem egressus est ad seruos domini sui: qui dixerunt ei, Recténe sunt omnia? quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis, Nostis hominem, & quid locutus sit. [12] *At illi responderunt, Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis, Hæc & hæc locutus est mihi,& ait, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem super Israel. [13] *Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atq. dixerunt, Regnauit Iehu. [14] *'Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namsi cõtra Ioram: porrò Ioram obsederat Ramoth-Galaad, ipse, & omnis Israel contra Hazael regẽ Syrię: [15] *& reuersus fuerat vt curaretur, in Iezrahel, propter vulnera, quia percusserant eum Syri, prœliantem cõtra Hazael regem Syriæ. Dixítque Iehu, Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat,& nuntiet in Iezrahel. [16] *Et ascendit, & profectus est in Iezrahel: Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram. [17] *Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrahel,vidit globum Iehu venientis,& ait, Video ego globum. Dixítque Ioram, Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens, Recténe sunt omnia? [18] *Abiit ergo qui ascenderat currum, in occursum eius, & ait, Hæc dicit rex, Pacatáne sunt omnia? Dixítq. Iehu, Quid tibi & paci? transi,& sequere me. Nuntiauit quoque speculator, dicens, Venit nuntius ad eos,& non reuertitur. [19] *Misit etiam currum equorum secundum: venítque ad eos, & ait, Hæc dicit rex, Nunquid pax est? & ait Iehu, Quid tibi & paci? transi,& sequere me. [20] *Nuntiauit autem speculator,dicens, Venit vsque ad eos, & non reuertitur: est autem incessus quasi incessus Iehu filij Namsi, præceps enim graditur. [21] *Et ait Ioram, Iunge currum. "Iunxerúntque' currum eius, & egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda, singuli in curribus suis, egressíque sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Iezrahelitæ. [22] *Cúmque vidisset Ioram

"Iunxítq. 'MS. H. c.G q.

ſet Ioram Iehu, dixit, Pax eſt Iehu? At
ille reſpondit, Quæ pax? adhuc fornica-
tiones Iezabel matris tuæ, & veneficia
eius multa vigent. *Conuertit autem 23
Ioram manum ſuam, & fugiens ait ad
Ochoziam, Inſidiæ Ochozia. *Porrò 24
Iehu tetendit arcum manu, & percuſſit
Ioram inter ſcapulas: & egreſſa eſt ſagit-
ta per cor eius, ſtatímq. corruit in curru
ſuo: *Dixítque Iehu ad Badacer ducem, 25
Tolle, proiice eum in agro Naboth Iez-
rahelitæ: memini enim quando ego &
tu ſedẽtes in curru ſequebamur Achab
patrem huius, quòd Dominus onus hoc
2 Reg. 21. leuauerit ſuper eum, dicens, *'Si non 26
pro ſanguine Naboth, & pro ſanguine
filiorum eius, quem vidi heri, ait Domi-
nus, reddam tibi in agro iſto, dicit Do-
minus. Nunc ergo tolle, & proiice eum
in agrum iuxta verbum Dñi. *Ocho- 27
zias autem rex Iuda vidẽs hoc, fugit per
viam domus horti: perſecutúſq. eſt eum
Iehu, & ait, Etiam hunc percutite in
curru ſuo. Et percuſſerũt eum' in aſcen-
-10 MS. H.C.G. *Gur H.C.G. ſu 'Gaber' qui eſt iuxta Ieblaam: qui fugit
in Mageddo, & mortuus eſt ibi. *Et im- 28
poſuerunt eum ſerui eius ſuper currum
ſuum, & tulerunt in Ieruſalem: ſepelie-
rúntque eum in ſepulchro cum patri-
buſ ſuis in Ciuitate Dauid. *Anno vn- 29
decimo Ioram filij Achab*, regnauit O-
*regis Iſrael MS. R.C.G. Ab H. autem non additur. Q. n. chozias ſuper Iudam, *venítque Iehu 30
in Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius
audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, &
ornauit caput ſuum, & reſpexit per fe-
neſtram ingrediẽtem Iehu per portam,
& ait, *Nunquid pax poteſt eſſe Zam- 31
3 Re. 16, 10. bri, ' qui interfecit dominum ſuum?
*Leuauítque Iehu faciem ſuam ad fe- 32
neſtram, & ait, Quæ eſt iſta? & inclina-
& dixerunt, Hæc eſt illa Iezabel o. uerunt ſe ad eum duo vel tres eunuchi.
*At ille dixit eis, Prȩcipitate eam deor- 33
ſum. & præcipitauerunt eam, aſperſúſ-
que eſt ſanguine paries, & equorum vn-
gulæ conculcauerunt eam. *Cúmque 34
introgreſſus eſſet, vt comederet, bibe-
rétque, ait, Ite, & videte maledictã illam,
& ſepelite eam: quia filia regis eſt. *Cúm- 35
que iſſent vt ſepelirent eam, non inue-
nerunt niſi caluariam, & pedes, & ſum-
36 mas manus. *Reuerſíque nuntiauerunt
ei. Et ait Iehu, Sermo Domini eſt, ' quem
locutus eſt per ſeruũ ſuum Eliam The-
ſbiten, dicens, In agro Iezrahel comedent
37 canes carnes Iezabel, *& erunt carnes
Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciem terræ
in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes di-
cant, Hæccine eſt illa Iezabel?

CAP. X.

1 ERant autem Achab ſeptuaginta filij
in Samaria: ſcripſit ergo Iehu lite-
ras, & miſit in Samariam, ad optimates
ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutri-
2 tios Achab, *dicẽs: Statim vt acceperitis
literas has, qui habetis filios domini ve-
ſtri, & currus, & equos, & ciuitates fir-
3 mas, & arma, *eligite meliorem, & eum
qui vobis placuerit de filiis domini ve-
ſtri, & eum ponite ſuper ſolium patris
ſui, & pugnate pro domo domini veſtri.
4 *Timuerunt illi vehementer, & di-
xerunt, Ecce duo reges non potuerunt
ſtare coram eo, & quomodo nos valebi-
5 mus reſiſtere? *Miſerunt ergo præpo-
ſiti domus, & præfecti ciuitatis, & maio-
res natu, & nutritij, ad Iehu, dicẽtes, Ser-
ui tui ſumus, quæcunque iuſſeris facie-
mus, nec conſtituemus nobis regem:
6 quæcunq. tibi placent, fac. *Reſcripſit
autem eis literas ſecundò, dicens, Si mei
eſtis, & obeditis mihi, tollite capita filio-
rum domini veſtri, & venite ad me hac
eadem hora cras, in Iezrahel. Porrò filij
regis, ſeptuaginta viri apud optimates
7 ciuitatis nutriebantur. *Cúmq. veniſ-
ſent literæ ad eos, tulerunt filios regis, &
occiderunt ſeptuaginta viros, & poſue-
runt capita eorum in cophinis, & miſe-
8 runt ad eum in Iezrahel. *Venit autem
nuntius & indicauit ei, dicens, Attule-
runt capita filiorum regis. Qui reſpon-
dit, Ponite ea ad duos aceruos iuxta in-
troitum portæ vſque manè. *Cúmque
9 diluxiſſet, egreſſus eſt, & ſtans dixit ad
omnem populum, Iuſti eſtis: ſi ego con-
iuraui contra dominũ meum, & inter-
10 feci eum, quis percuſſit omnes hos? *Vi-
dete ergo nunc quoniam non cecidit
de ſermonibus Domini in terram, ' quos 1 Reg.
locutus eſt Dñs ſuper domum Achab, 21, 19.
& Domi-

& Dominus fecit quod locutus eſt in
manu ſerui ſui Eliæ. *Percuſſit igitur 11
Iehu omnes qui reliqui erant de domo
Achab in Iezrahel, & vniuerſos opti-
mates eius, & notos, & ſacerdotes, do-
nec non remanerent ex eo reliquiæ. *Et 12
ſurrexit, & venit in Samariam: cúmque
veniſſet ad Cameram-paſtorum, in via,
*inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, di- 13
xítque ad eos, Quinam eſtis vos? Qui
reſponderunt, Fratres Ochoziæ ſumus,
& deſcendimus ad ſalutandos filios re-
gis, & filios reginæ. *Qui ait, Compre- 14
hendite eos viuos. Quos cùm compre-
hendiſſent viuos, iugulauerunt eos in ci-
ſterna iuxta Camerã, quadraginta duos
viros, & non reliquit ex eis quenquam.
*Cúmq. abiiſſet inde, inuenit Ionadab 15
filium Rechab in occurſum ſibi, & be-
nedixit ei. Et ait ad eum, Nunquid eſt
cũ corde meo, MS. R.G. Verùm ab H. & cæteris. cor tuum rectum, ſicut cor meũ cum
corde tuo? Et ait Ionadab, Eſt. Si eſt, in-
quit: da manum tuam. Qui dedit ei ma-
num ſuam. At ille leuauit eum ad ſe in
currum: *dixítque ad eum, Veni me- 16
cum, & vide zelum meũ pro Domino.
Et impoſitum in curru ſuo *duxit in Sa- 17
mariam. Et percuſſit omnes qui reliqui
fuerant de Achab in Samaria, vſque ad
vnum, iuxta verbum Domini quod lo-
3 Re. 16, 32. cutus eſt per Eliam. *'Congregauit er- 18
go Iehu omnem populũ, & dixit ad eos,
Achab coluit Baal parum, ego autẽ co-
lam eum amplius. *Nunc igitur omnes 19
prophetas Baal, & vniuerſos ſeruos eius,
& cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad
me: null' ſit qui non veniat, ſacrificium
enim grande eſt mihi Baal: quicunque
defuerit, non viuet. Porrò Iehu faciebat
hoc inſidiosè, vt diſperderet cultores
Baal. *Et dixit, Sanctificate diem ſolen- 20
nem Baal. Vocauítque, *& miſit in vni- 21
uerſos terminos Iſrael, & venerunt cun-
cti ſerui Baal: non fuit reſiduus ne vnus
quidẽ qui non veniret. Et ingreſſi ſunt
templũ Baal: & repleta eſt domus Baal,
à ſummo vſque ad ſummum. *Dixítq. 22
his qui erant ſuper veſtes, Proferte veſti-
menta vniuerſis ſeruis Baal. Et protule-
runt eis veſtes. *Ingreſſúſque Iehu, & 23
Ionadab filius Rechab templum Baal,
ait cultoribus Baal, Perquirite, & vide-
te, ne quis fortè vobiſcum ſit de ſeruis
24 Domini, ſed vt ſint ſerui Baal ſoli. *In-
greſſi ſunt igitur vt facerent victimas &
holocauſta: Iehu autẽ præparauerat ſibi
foris octoginta viros, & dixerat eis, Qui-
cunque fugerit de hominibus his, quos
ego adduxero in manus veſtras, anima
25 eius erit pro anima illius. *Factum eſt au-
tem, cùm completũ eſſet holocauſtum,
præcepit Iehu militibus & ducibus ſuis,
Ingredimini, & percutite eos, nullus
euadat. Percuſſerúntque eos in ore gla-
dij, & proiecerunt, milites & duces: &
26 ierunt in ciuitatem templi Baal, *& pro-
tulerũt ſtatuam de phano Baal, & com-
27 buſſerunt, *& comminuerunt eam. De-
ſtruxerunt quoque ædem Baal, & fece-
runt pro ea latrinas vſque in diem hanc.
28 *Deleuit itaque Iehu Baal de Iſrael:
29 *veruntamen à peccatis Ieroboam filij
Nabat, qui peccare fecit Iſrael, non re-
ceſſit, nec dereliquit vitulos aureos qui
30 erant in Beth-el & in Dan. *Dixit autem
Dominus ad Iehu, Quia ſtudiosè egiſti
quod rectum erat, & placebat in oculis
meis, & omnia quæ erant in corde meo
feciſti contra domũ Achab: ' filij tui vſq. Infr. 13, 12.
ad quartam generationem ſedebunt ſu-
31 per thronum Iſrael. *Porrò Iehu non
cuſtodiuit vt ambularet in lege Domini
Dei Iſrael in toto corde ſuo: non enim
receſſit à peccatis Ieroboam, qui pecca-
32 re fecerat Iſrael. *In diebus illis cœpit
Dominus tædere ſuper Iſrael: percuſſit-
que eos Hazaël in vniuerſis finibus Iſ-
33 rael, *à Iordane contra Orientalem pla-
gam, omnem Terram-Galaad & Gad &
Ruben & Manaſſe, ab Aroer quæ eſt ſu-
per Torrentem-Arnon, & Galaad, &
34 Baſan. *Reliqua autem verborum Ie-
hu, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo
eius, nõne hæc ſcripta ſunt in Libro ver-
35 borum dierum regum Iſrael? *Et dormi-
uit Iehu cum patribus ſuis, ſepelierúnt-
que eũ in Samaria: & regnauit Ioachaz
36 filius eius pro eo. *Dies autem quos re-
gnauit Iehu ſuper Iſrael, viginti & octo
anni ſunt, in Samaria.

CAP.

CAP. XI.

2 Pa.22,10 ¶ ATHALIA verò mater Ochozię, videns
1 mortuum filium ſuum, ſurrexit, &
interfecit omne ſemen regium. ¶Tol-
2 lens autem Ioſaba filia regis Ioram, ſoror
Ochoziæ, Ioas filium Ochoziæ, furata
eſt eum de medio filiorum regis qui in-
terficiebantur, & nutricem eius, de tri-
clinio: & abſcondit eum à facie Athaliæ,
3 vt non interficeretur. ¶Erátque cum ea
ſex annis clam in domo Domini: porrò
*ſeptem annis o. 2 Par.23,1. *Athalia regnauit ſuper terram*. ¶ 4 Anno
autem ſeptimo miſit Ioiada, & aſſumẽs
centuriones, & milites introduxit ad ſe
in templum Domini, pepigítque cum
eis fœdus: & adiurans eos in domo Do-
mini, oſtendit eis filium regis: ¶& præ-
5 cepit illis, dicens, Iſte eſt ſermo quem fa-
cere debetis, ¶Tertia pars veſtrûm in-
6 troeat ſabbatho; & obſeruet excubias
domus regis. Tertia autẽ pars ſit ad por-
*Sur 1 MS. H. tam *Seir': & tertia pars ſit ad portam quę
eſt poſt habitaculum ſcutariorum: & cu-
ſtodietis excubias domus Meſſa. ¶Duæ
7 verò partes è vobis, omnes egredientes
ſabbatho, cuſtodiant excubias domus
Domini circa regem. ¶Et vallabitis
8 eum, habentes arma in manibus veſtris:
ſi quis autem ingreſſus fuerit ſeptum
templi, interficiatur: eritíſque cum rege
introeunte & egrediente. ¶Et fecerunt
9 centuriones iuxta omnia quæ præcepe-
rat eis Ioiada ſacerdos: & aſſumentes ſin-
*ſabba-thũ 9 MS. R. G. guli viros ſuos, qui ingrediebantur *ſab-
batho', cum his qui egrediebantur è ſab-
batho, venerũt ad Ioiadam ſacerdotem.
10 ¶Qui dedit eis haſtas, & arma regis
11 Dauid, quæ erant in domo Domini. ¶Et
ſteterunt ſinguli habẽtes arma in manu
ſua à parte templi dextera, vſque ad par-
tem ſiniſtram altaris, & ædis, circum re-
12 gem. ¶Produxítque filium regis, & po-
ſuit ſuper eũ diadema & teſtimonium:
fecerúntque eum regem, & vnxerunt:
& plaudẽtes manu, dixerunt, Viuat rex.
13 ¶Audiuit autem Athalia vocem popu-
li currentis: & ingreſſa ad turbas in tem-
plum Domini, 14 *vidit regem ſtantem
ſuper tribunal iuxta morem, & cantores
*turbas o & *tubas' prope eum, omnémque popu-

lum terræ lætantem, & canentem tubis:
& ſcidit veſtimenta ſua, clamauítque
15 Coniuratio, coniuratio. ¶Præcepit au-
tem Ioiada *centurionibus qui erãt ſuper *1 Par. exercitum, & ait eis, Educite eam extra c.
ſepta templi, & quicunque eam ſecutus
fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim ſa-
cerdos, Non occidatur in templo Domi-
16 ni. ¶Impoſuerúntque ei manus, & im-
pegerunt eam per viam introitus equo-
rum, iuxta palatium*, & interfecta eſt *regis M.S. ibi. 17 ¶Pepigit ergo Ioiada fœdus inter c.
Dominum & regem, & inter populum,
vt eſſet populus Domini, & inter regem
18 & populum. ¶Ingreſſúſq. eſt omnis po-
pulus terræ templum Baal, & deſtruxe-
runt aras eius, & imagines contriuerunt
validè: Mathan quoq. ſacerdotem Baal
occiderunt coram altari. Et poſuit ſacer-
19 dos cuſtodias in domo Domini. ¶Tu-
lítq. centuriones, & cerethi & phelethi
legiones, & omnem populum terræ, de-
duxerúntque regem de domo Domini:
& venerunt per viam portę ſcutariorum
in palatium, & ſedit ſuper thronum re-
20 gum. ¶Lætatúſque eſt omnis populus
terræ, & ciuitas conquieuit: Athalia au-
21 tem occiſa eſt gladio in domo regis. ¶Se-
ptémque annorum erat Ioas, cùm re-
gnare cœpiſſet.

CAP. XII.

1 ANno ſeptimo Iehu regnauit Ioas:
quadraginta annis regnauit in Ieru-
ſalem. nomen matris eius Sebia, de Ber-
2 ſabee. ¶Fecítq. Ioas rectum coram Do-
mino cunctis diebus quibus docuit eum
3 Ioiada ſacerdos. ¶Veruntamen excelſa
nõ abſtulit: adhuc enim populus immo-
labat, & adolebat in excelſis incenſum.
4 ¶Dixítque Ioas ad ſacerdotes, Omnem
pecuniam ſanctorum quę illata fuerit in
templum Domini à prætereũtibus, quæ
offertur pro pretio animę, & quam ſpon-
te & arbitrio cordis ſui inferunt in tem-
plum Domini: accipiant illam ſacerdo-
5 tes iuxta ordinem ſuum, *& inſtaurent
ſartatecta domus, ſiquid neceſſarium vi-
6 derint inſtauratione. ¶Igitur vſque ad
viceſimum tertium annum regis Ioas,
non inſtauraverunt ſacerdotes ſartate-
cta tem-

cta templi. ¶Vocauítque rex Ioas Ioia-
7 dam pontificem & ſacerdotes, dicẽs eis,
Quare ſartatecta non inſtauratis templi?
nolite ergo amplius accipere pecuniam
iuxta ordinem veſtrum, ſed ad inſtaura-
tionem templi reddite eam. ¶Prohibití-
8 que ſunt ſacerdotes vltrà accipere pecu-
niam à populo, & inſtaurare ſartatecta
*templi MS 9. *domus'. ¶Et tulit Ioiada pontifex gazo-
9 phylacium vnum, aperuítque foramen
déſuper, & poſuit illud iuxta altare ad
dexteram ingredientium domum Do-
mini, mittebántque in eo ſacerdotes qui
cuſtodiebant oſtia, omnem pecuniam
quæ deferebatur ad templum Domini.
10 ¶Cúmque viderent nimiam pecuniam
eſſe in gazophylacio, aſcendebat ſcriba
regis, & pontifex, effundebántq., & nu-
merabant pecuniam quæ inueniebatur
11 in domo Domini: ¶& dabant eam iuxta
numerum atque menſuram in manu
eorum qui præerant cęmentariis domus
Domini: qui impendebãt eam in fabris
lignorum, & in cæmentariis iis qui ope-
rabantur in domo Domini, & ſartatecta
12 faciebant: ¶& in iis qui cædebant ſaxa,
& vt emerent ligna & lapides qui exci-
debantur: ita vt impleretur inſtauratio
domus Domini in vniuerſis quæ indige-
bant expenſa ad muniendam domum.
13 ¶Veruntamen non fiebant ex eadem
pecunia hydriæ templi Domini, & fu-
ſcinulæ & thuribula & tubæ, & omne
vas aureum & argenteum, de pecunia
quæ inferebatur in templum Domini.
14 ¶Iis enim qui faciebant opus, dabatur,
*ex ea 1 MS. H. C. G. vt inſtauraretur *templum Domini: ¶&
15 non fiebat ratio iis hominibus qui acci-
piebant pecuniam vt diſtribuerent eam
artificibus, ſed in fide tractabant eam.
16 ¶Pecuniam verò pro delicto, & pecu-
niam pro peccatis non inferebãt in tem-
plum Domini, quia ſacerdotum erat.
17 ¶Tunc aſcendit Hazael rex Syriæ, &
pugnabat contra Geth, cepítque eam: &
direxit faciem ſuam vt aſcenderet in Ie-
ruſalem. 18 *Quam ob rem tulit Ioas rex
Iuda omnia ſanctificata, quæ conſecra-
uerant Ioſaphat, & Ioram, & Ochozias
patres eius reges Iuda, & quæ ipſe obtu-

lerat: & vniuerſum *argentum' quod in- *aurum R. H. C. G.
ueniri potuit in theſauris templi Domi-
ni, & in palatio regis: miſitque Hazaeli
regi Syriæ, & receſſit ab Ieruſalem.
19 ¶Reliqua autem ſermonum Ioas, &
vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta
ſunt in libro verborum dierum regum
20 Iuda? ¶Surrexerunt autem ſerui eius, &
coniurauerunt inter ſe, percuſſerúntq.
Ioas in Domo-Mello in deſcenſu Sella.
21 ¶Ioſachar namq. filius Semaath, & Io-
zabad filius Somer ſerui eius, percuſſe-
runt eum, & mortuus eſt: & ſepelierunt
eum cũ patribus ſuis in Ciuitate Dauid,
regnauítq. Amaſias filius eius pro eo.

CAP. XIII.

1 ANno viceſimo tertio Ioas filij O-
choziæ regis Iudæ, regnauit Ioa-
chaz filius Iehu ſuper Iſrael in Samaria,
2 decem & ſeptẽ annis. ¶Et fecit malum
coram Domino, ſecutúſque eſt peccata
Ieroboam filij Nabat, qui peccare feciꝫ
3 Iſrael, & non declinauit ab eis. ¶Iratúſq.
eſt furor Domini contra Iſrael, & tradi-
dit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in
manu Ben-adad filij Hazael, cũctis die-
4 bus. ¶Deprecatus eſt autem Ioachaz
faciem Domini, & audiuit eum Domi-
nus: vidit enim anguſtiã Iſrael, quia at-
5 triuerat eos rex Syriæ: ¶& dedit Domi-
nus ſaluatorem Iſraeli, & liberatus eſt de
manu *regis' Syriæ: habitauerúntq. filij *4 Ms. H. C. G.
Iſrael in tabernaculis ſuis ſicut heri &
6 nudiuſtertius. ¶Veruntamen non re-
ceſſerũt à peccatis domus Ieroboam qui
peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambula-
uerunt: ſiquidem & lucus permanſit in
7 Samaria. ¶Et non ſunt derelicti Ioachaz
de populo, niſi quinquaginta equites, &
decem currus, & decẽ millia peditum:
interfecerat enim eos rex Syriæ, & rede-
8 gerat quaſi puluerẽ in tritura areæ. ¶Re-
liqua autem ſermonum Ioachaz, & vni-
uerſa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne
hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonũ die-
9 rum regum Iſrael? ¶Dormiuítq. Ioa-
chaz cum patribus ſuis, & ſepelierunt
eum in Samaria: regnauítque Ioas filius
10 eius pro eo. ¶Anno triceſimo ſeptimo
Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioa-

chaz ſuper Iſrael in Samaria ſedecim annis, [11] & fecit quod malum eſt in conſpectu Domini: non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauit. [12] Reliqua autem ſermonum Ioas, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amaſiam regem Iuda, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? [13] Et dormiuit Ioas cum patribus ſuis: Ieroboam autẽ ſedit ſuper ſolium eius. Porrò Ioas ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael. [14] Eliſeus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt: deſcendítq. ad eum Ioas rex Iſrael, & flebat coram eo, dicebátque Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius. [15] Et ait illi Eliſeus, Affer arcum & ſagittas. Cúmque attuliſſet ad eum arcum & ſagittas, [16] dixit ad regem Iſrael, Pone manum tuam ſuper arcum. Et cùm poſuiſſet ille manum ſuam, ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas manibus regis, [17] & ait, Aperi feneſtram Orientalem. Cúmque aperuiſſet, dixit Eliſeus, Iace ſagittã. Et iecit. Et ait Eliſeus, Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam: percutiéſque Syriam in Aphec, donec conſumas eam. [18] Et ait, Tolle ſagittas. Qui cùm tuliſſet, rurſum dixit ei, Percute iaculo terram. Et cùm percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet, [19] iratus eſt vir Dei contra eum, & ait, Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſſiſſes Syriam vſque ad conſummationẽ: nunc autem tribus vicibus percuties eam.

[20] Mortuus eſt ergo Eliſeus, & ſepelierũt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipſo anno. [21] Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in ſepulchro Eliſei. 'Quod cùm tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos. [22] Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Iſrael cunctis diebus Ioachaz: [23] & miſertus eſt Dñs eorũ, & reuerſus eſt ad eos propter pactum ſuũ quod habebat cum Abrahã & Iſaac & Iacob: & noluit diſperdere eos, neque proijcere penitus, [24] vſq. in præſens tẽpus. [25] Mortuus eſt aũt Hazael rex Syriæ, & regnauit Ben-adad filius eius pro eo. [25] Porrò Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Ben-adad filii Hazaël, quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure prœlij: tribus vicibus percuſſit eũ Ioas, & reddidit ciuitates Iſrael.

CAP. XIIII.

[1] IN anno ſecũdo Ioas filij Ioachaz regis Iſrael regnauit Amaſias filius Ioas regis Iuda. [2] Viginti quinq. annorũ erat cũ regnare cœpiſſet: viginti aũt & nouem annis regnauit in Ieruſalem, nomẽ matris eius Ioadan, de Ieruſalẽ. [3] Et fecit rectum coram Dño, veruntamen non vt Dauid pater eius. Iuxta omnia quæ fecit Ioas pater ſuus fecit: [4] niſi hoc tãtùm quòd excelſa non abſtulit: adhuc enim populus immolabat & adolebat incenſum in excelſis. [5] Cúmq. obtinuiſſet regnũ, percuſſit ſeruos ſuos qui interfecerant regem patrem ſuum: [6] filios autem eorum qui occiderant, non occidit, iuxta quod ſcriptũ eſt in libro legis Moyſi, ſicut præcepit Dñs, dicens, 'Nõ morientur patres pro filiis, neq. filij morientur pro patribus: ſed vnuſquiſq. in peccato ſuo morietur. [7] Ipſe percuſſit Edom in Valle-Salinarum, decẽ millia, & apprehendit petram in prœlio, vocauítq. nomen eius Iectehel, vſque in præſentem diem. [8] Tunc miſit Amaſias nuntios ad Ioas filium Ioachaz, filij Iehu regis Iſrael, dicens, Veni, & videamus nos. [9] Remiſitq. Ioas rex Iſrael ad Amaſiã regem Iuda, dicens, Carduus Libani miſit ad cedrum, quæ eſt in Libano, dicens, Da filiã tuam filio meo vxorem. Tranſierúntq. beſtiæ ſaltus, quæ ſunt in Libano, & cõculcauerunt carduum. [10] Percutiẽs inuaſiſti ſuper Edom, & ſubleuauit te cor tuum: contentus eſto gloria, & ſede in domo tua: quare prouocas malum, vt cadas tu & Iudas tecum? [11] Et non acquieuit Amaſias: Aſcendítque Ioas rex Iſrael, & viderunt ſe, ipſe & Amaſias rex Iuda in Beth-ſámes oppido Iudæ. [12] Percuſſúſque eſt Iuda coram Iſrael, & fugerunt vnuſquiſque in tabernacula ſua. [13] Amaſiam verò regem Iuda filium Ioas filij

Ecclꝰ.48,14

filij Ochoziæ cepit Ioas rex Iſrael in Beth-ſámes, & adduxit eum in Ieruſalem: & interrupit murum Ieruſalem, à porta Ephráim vſque ad portam anguli, quadringentis cubitis. [14] Tulítque omne aurum & argẽtum, & vniuerſa vaſa quæ inuenta ſunt in domo Domini, & in theſauris regis, & obſides, & reuerſus eſt in Samariam. [15] Reliqua autem verborum Ioas quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit contra Amaſiam regem Iuda, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? [16] Dormiuítque Ioas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael: & regnauit Ieroboam filius eius pro eo.

[17] Vixit autem Amaſias, filius Ioas, rex Iuda, poſtquàm mortuus eſt Ioas filius Ioachaz regis Iſrael vigintiquinq. annis. [18] Reliqua autem ſermonum Amaſiæ, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? [19] Factáque eſt contra eum coniuratio in Ieruſalem: at ille fugit in Lachis. Miſerúntque poſt eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi. [20] Et aſportauerunt in equis, ſepultúſq. eſt in Ieruſalem cum patribus ſuis in Ciuitate-Dauid. [21] Tulit autem vniuerſus populus Iudæ Azariã annos natum ſedecim, & conſtituerunt eum regem pro patre eius Amaſia. [22] Ipſe ædificauit Ailam, & reſtituit eam Iudæ, poſtquàm dormiuit rex cum patribus ſuis. [23] Anno quintodecimo Amaſię filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Iſrael in Samaria, quadraginta & vno anno: [24] & fecit quod malum eſt coram Domino. Non receſſit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. [25] Ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath, vſque ad Mare-ſolitudinis, iuxta ſermonem Domini Dei Iſrael, quem locutus eſt per ſeruũ ſuum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de Geth quæ eſt in Opher. [26] Vidit enim Dominus afflictionem Iſrael amaram nimis, & quòd conſumpti eſſent vſque ad clauſos carcere & extremos, & non eſſet qui auxiliaretur Iſraeli. [27] Nec locutus eſt Dominus vt deleret nomen Iſrael dẽ ſub cælo, ſed ſaluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. [28] Reliqua autem ſermonum Ieroboam, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius qua prœliatus eſt, & quomodò reſtituit Damaſcum, & Emath Iudæ in Iſrael: nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? [29] Dormiuítque Ieroboam cum patribus ſuis regibus Iſrael, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

CAP. XV.

[1] ANno viceſimoſeptimo Ieroboam regis Iſrael regnauit Azarias filius Amaſiæ regis Iuda. [2] Sedecim annorum erat, cùm regnare cœpiſſet, & quinquaginta duob annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Iechelia, de Ieruſalem. [3] Fecítque quod erat placitum coram Dño, iuxta omnia quæ fecit Amaſias pater eius. [4] Veruntamen excelſa non eſt demolitus: adhuc populus ſacrificabat, & adolebat incenſum in excelſis. [5] Percuſſit autem Dominus regem, & fuit leproſus vſq. in diem mortis ſuæ, & habitabat in domo libera, ſeorſum: Ioathan verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ. [6] Reliqua autem ſermonum Azariæ, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iuda? [7] Et dormiuit Azarias cum patribus ſuis: ſepelierúntque eum cum maioribus ſuis in Ciuitate-Dauid, & regnauit Ioathan filius eius pro eo. [8] Anno triceſimooctauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias filius Ieroboam ſuper Iſrael in Samaria ſex menſibus: [9] & fecit quod malum eſt coram Domino, ſicut fecerant patres eius: non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. [10] Coniurauit autem contra eum Sellum filius Iabes: percuſſitque eum palàm, & interfecit, regnauítque pro eo. [11] Reliqua autem verborum Zachariæ, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? [12] Iſte eſt ſermo Domini quem locutus eſt ad Iehu, dicens, Filij tui vſque ad quartam generationem ſedebunt de te ſuper thronum Iſrael. Factúmque eſt ita. [13] Sel-

Ion.1,1.

1 Par.26,1.

2 Pa.26,21

Sup.10,30.

quindecim 1 MS. B. C. G.

prophetæ 1 MS. Atque hoc etiam modo ex H. & G. verti poteſt.

Elath 1 MS. H. C. G.

liberè 5 MS. Textui lectio H. conformis eſt.

quarti H. C. G. 3 MS. ubi H. C. G.

lum filius Iabes regnauit triceſimonono anno Azariæ regis Iudæ: regnauit autem vno menſe in Samaria. 14 Et aſcendit Manahem filius Cadi de Therſa: venítq. in Samariam, & percuſſit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauítque pro eo. 15 Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius per quam tetendit inſidias, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? 16 Tunc percuſſit Manahem, Thapſam, & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Therſa; noluerãt enim aperire ei: & interfecit omnes prægnantes eius, & ſcidit eas. 17 Anno triceſimonono Azariæ regis Iudę regnauit Manahem filius Gadi ſuper Iſrael decem annis in Samaria. 18 Fecítque quod erat malum coram Domino: non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael cunctis diebus eius. 19 Veniebat Phul 'rex Aſſyriorum in "Therſam', & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, vt eſſet ei in auxilium, & firmaret regnum eius. 20 Indixítq. Manahem argentum ſuper Iſrael cunctis potentibus & diuitibus, vt daret regi Aſſyriorum, quinquaginta ſiclos argẽti per ſingulos: reuerſúſque eſt rex Aſſyriorum, & non eſt moratus in "Therſa'. 21 Reliqua autem ſermonum Manahem, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? 22 Et dormiuit Manahem cum patribus ſuis: regnauítque Phaceia filius eius pro eo. 23 Anno quinquageſimo Azariæ regis Iudæ regnauit Phaceia filius Manahem ſuper Iſrael in Samaria, biennio: 24 & fecit quod erat malum coram Domino: non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. 25 Cõiurauit autem aduerſus eum Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percuſſit eum in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta Arie, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum, regnauítq. pro eo. 26 Reliqua autem ſermonum Phaceia, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? 27 Anno quinquageſimoſecundo Azariæ regis Iudę regnauit Phacee filius Romeliæ ſuper Iſrael in Samaria, viginti 28 annis. Et fecit quod erat malũ coram Dño: non receſſit à peccatis Ieroboam 29 filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. In diebus Phacee regis Iſrael venit Theglath-phaláſar rex Aſſur, & cepit Aion, & Abel-domum-Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Aſor, & Galaad, & Galilæam, & vniuerſam Terrã Nephthali: & transtulit eos in Aſſyrios. 30 Coniurauit autem, & tetendit inſidias Oſee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percuſsit eum, & interfecit: regnauítq. pro eo viceſimo anno Ioatham filij Oziæ. 31 Reliqua autem ſermonum Phacee, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum 32 Iſrael? Anno ſecundo Phacee filij Romeliæ regis Iſrael, regnauit Ioatham filius Oziæ regis Iuda. 33 Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius, Ieruſa filia Sadoc. 34 Fecítque quod erat placitum coram Domino: iuxta omnia quæ fecerat Ozias 35 pater ſuus, operatus eſt. Veruntamen excelſa non abſtulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incenſum in excelſis: ipſe ædificauit portam domus Domini ſublimiſsimam. 36 Reliqua autem ſermonum Ioatham, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iuda? 37 In diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudã Raſin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. 38 Et dormiuit Ioatham cum patribus ſuis, ſepultúſq. eſt cum eis in Ciuitate-Dauid patris ſui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

"Cunctis dieb⁹ eius veniebat Phul 5 MS.G. "terram 1 MS.R.H. C.G.

"terra 1 MS.R.H. C.6.

CAP. XVI.

1 ANno decimoſeptimo Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filiꝰ Ioatham regis Iuda. 2 Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: non fecit quod erat placitum in conſpectu Domini Dei ſui, ſicut Dauid pater eius. 3 ſed ambulauit in via regum Iſrael: inſuper & filium

filium ſuum conſecrauit, transferens per ignem ſecundum idôla gentium: quæ diſsipauit Dominus coram filiis Iſrael. 4 Immolabat quoque victimas, & adolebat incenſum in excelſis, & in collibus & ſub omni ligno frondoſo. 5 Tunc aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romelię rex Iſrael in Ieruſalem ad prœliandum: cúmq. obſiderent Achaz, non valuerunt ſuperare eum. 6 In tempore illo reſtituit Raſin rex Syriæ, Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila: & Idumæi *venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vſque in diem hanc. 7 Miſit autẽ Achaz nuntios ad Theglath-phaláſar regẽ Aſſyriorum, dicens, Seruus tuus, & filius tuus ego ſum: aſcende, & ſaluum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrael, qui cõſurrexerunt aduerſum me. 8 Et cùm collegiſſet *argentum & aurum quod inueniri potuit in domo Domini, & in theſauris regis, miſit regi Aſſyriorũ munera. 9 Qui & acquieuit voluntati eius: aſcendit enim rex Aſſyriorum in Damaſcum, & vaſtauit eam: & tranſtulit habitatores eius Cyrenen, Raſin autem interfecit. 10 Perrexítque rex Achaz in occurſum Theglath-phaláſar regi Aſſyriorum in Damaſcum. cúmq. vidiſſet altare Damaſci, miſit rex Achaz ad Vriam ſacerdotem exemplar eius, & ſimilitudinem iuxta omne opus eius. 11 Extruxítque Vrias ſacerdos altare: iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz, de Damaſco, ita fecit ſacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damaſco. 12 Cúmque veniſſet rex de Damaſco, vidit altare, & veneratus eſt illud: aſcendítque & immolauit holocauſta, & ſacrificium ſuum, 13 & libauit libamina, & fudit ſanguinem pacificorum quæ obtulerat ſuper altare. 14 Porrò altare æreum, quod erat coram Domino, tranſtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini: poſuítque illud ex latere altaris ad Aquilonem. 15 Præcepit quoque rex Achaz Vriæ ſacerdoti, dicens, Super altare maius offer holocauſtum matutinum, & ſacrificium veſpertinum, & holocauſtum regis, & ſacrificium eius, & holocauſtum vniuerſi populi terræ, & ſacrificia eorum, & libamina eorum: & omnem ſanguinem holocauſti, & vniuerſum ſanguinem victimę ſuper illud effundes: altare verò æreum erit paratum ad voluntatem meam. 16 Fecit igitur Vrias ſacerdos iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz. 17 Tulit autem rex Achaz cælatas baſes, & lutêrem, qui erat déſuper: & mare depoſuit de bobus æreis, qui ſuſtentabant illud, & poſuit ſuper pauimentum ſtratum lapide. 18 Muſach quoque ſabbathi, quod ædificauerat in templo: & ingreſſum regis exterius, conuertit in templum Domini propter regem Aſſyriorum. 19 Reliqua autem verborum Achaz *quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iuda? 20 Dormiuítque Achaz cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate-Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

Isaiæ 7, 1.

*& Syri Q.N.

*Achaz 4 MS.H. C.G.

*& omnia MS.R. His c. accedit. Textui autem H. conſentit.

CAP. XVII.

1 ANno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Oſee filius Ela in Samaria 2 ſuper Iſrael nouem annis. Fecítq. malum coram Domino: ſed non ſicut reges 3 Iſrael qui ante eum fuerant. Contra hunc aſcendit Salmanáſar rex Aſſyriorum, & factus eſt ei Oſee ſeruus, reddebátque illi tributa. 4 Cúmque deprehẽdiſſet rex Aſſyriorum Oſee, quòd rebellare nitens miſiſſet nuntios ad Sua regem Ægypti, ne præſtaret tributa regi Aſſyriorum ſicut ſingulis annis ſolitus erat, obſedit eum, & vinctũ miſit in carcerem. 5 Peruagatúſq. eſt omnẽ terram: & aſcendens Samariam, obſedit eam tribus annis. 6 Anno autem nono Oſee, cepit rex Aſſyriorum Samariam & tranſtulit Iſrael in Aſſyrios: poſuítque eos in Hala, & in Habor iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus Medorum. 7 Factum eſt enim, cùm peccaſſent filij Iſrael Domino Deo ſuo, qui eduxerat eos de Terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos. 8 Et ambulauerunt iuxta ritum gẽtium, quas conſumpſerat Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, & regum Iſrael: quia ſimili-

Infr. 18, 9. Tob. 1, 2.

Infr. 8, 10.

ter fecerant. *Et offenderunt filij Iſrael verbis non rectis Dominum Deũ ſuum: & ædificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbibus ſuis à Turre-cuſtodum vſque ad Ciuitatem-munitam. *Fecerúntque ſibi ſtatuas & lucos in omni colle ſublimi, & ſubter omne lignũ nemoroſum: *& adolebãt ibi incenſum ſuper aras in morem gentium quas tranſtulerat Dominus à facie eorum: fecerúntque verba peſſima irritantes Dominum. *& coluerunt immunditias de quibus præcepit eis Dominus ne facerẽt verbum hoc.

*Et teſtificatus eſt Dominus in Iſrael & in Iuda per manum omnium prophetarum & Videntium, dicens, 'Reuertimini à viis veſtris peſſimis, & cuſtodite præcepta mea, & ceremonias iuxta omnem legem quam præcepi patribus veſtris: & ſicut miſi ad vos in manu ſeruorum meorum prophetarum. *Qui non audierunt, ſed indurauerunt ceruicem ſuam iuxta ceruicem patrum ſuorum, qui noluerũt obedire Domino Deo ſuo.

*Et abiecerunt legitima eius, & pactum quod pepigit cũ patribus eorum, & teſtificationes quibus conteſtatus eſt eos: ſecutíque ſunt vanitates, & vanè egerunt: & ſecuti ſunt Gentes quæ erant per circuitum eorum, ſuper quibus præceperat Dñs eis vt non facerent ſicut & illæ faciebant. *Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei ſui: fecerúntque ſibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuerſam militiam cæli: ſeruierúntque Baal, *& conſecrauerunt filios ſuos, & filias ſuas per ignem: & diuinationibus inſeruiebant & auguriis: & tradiderunt ſe vt facerẽt malum coram Domino, vt irritarent eum. *Iratúſque eſt Dominus vehementer Iſraeli, & abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non remanſit niſi tribus Iuda tantummodò. *Sed nec ipſe Iuda cuſtodiuit mandata Domini Dei ſui: "verum tamen' ambulauit in erroribus Iſrael, quos operatus fuerat.

*Proiecítque Dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripiẽtium, donec proiiceret eos à facie ſua: *'ex eo iam tempore, quo ſciſſus eſt Iſrael à domo Dauid, & conſtituerunt ſibi regẽ Ieroboam filium Nabat: ſeparauit enim Ieroboam Iſrael à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. *Et ambulauerunt filij Iſrael in vniuerſis peccatis Ieroboam quæ fecerat: & non receſſerunt ab eis, *vſque quo Dominus auferret Iſrael à facie ſua, ſicut locutus fuerat in manu omnium ſeruorum ſuorum prophetarum: tranſlatúſq. eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios, vſque in diem hanc. *Adduxit autem rex Aſſyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Auah, & de Emath, & de Sepharuáim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Iſrael: qui poſſederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius. *Cúmq. ibi habitare cœpiſſent, non timebant Dominum: & immiſit in eos Dominus leones qui interficiebant eos. *Nuntiatúmq. eſt regi Aſſyriorum, & dictum, Gentes quas tranſtuliſti, & habitare feciſti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ, & immiſit in eos Dominus leones, & ecce, interficiunt eos, eo quòd ignorẽt ritum Dei terræ. *Præcepit autem rex Aſſyriorum, dicens, Ducite illuc vnum de ſacerdotibus, quos inde captiuos adduxiſtis, & vadat, & habitet cum eis: & doceat eos legitima Dei terræ. *Igitur cùm veniſſet vnus de ſacerdotibus his qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Beth-el, & docebat eos quomodò colerent Dominum. *Et vnaquæq. gens fabricata eſt deũ ſuum: poſuerúntque eos in phanis excelſis quæ fecerant Samaritæ, gens & gens in vrbibus ſuis in quibus habitabat. *Viri enim Babylonij fecerũt Sochoth-benoth: viri autem Cuthęi fecerũt Nergel: & viri de Emath fecerunt Aſima. *Porrò Heuæi fecerunt: Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharuáim, comburebant filios ſuos igni, Adramélech & Anamélech diis Sepharuáim, & nihilominus colebant Dominum. *Fecerunt autem ſibi de nouiſſimis ſacerdotes excelſorũ, & ponebant eos in phanis ſublimibus. *Et cùm Dominum colerent, diis quoq. ſuis

*operuerunt 10 MS. H. G.
'irritauerunt 4 MS. R. His vult Chaldæa paraphraſis: Et diuerunt f. l. verba nõr. ante Dominum d. f.
"verùm 2 MS.
*& H. c. c.
3 Reg. 12, 16
Ier. 25, 5.
2 Par. 32, 1. Iſai. 36, 1. Eccl. 48, 9.

ſuis ſeruiebant iuxta conſuetudinẽ gentium, de quibus tranſlati fuerant Samariam. *vſq. in præſentem diem morem ſequuntur antiquũ: non timent Dominum, neq. cuſtodiunt ceremonias eius, atque iudicia & legem & mandatum quod præceperat Dominus filiis Iacob, quem cognominauit Iſrael: *& percuſſerat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens, Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neq. colatis eos, & non immoletis eis: *Sed Dominum Deum veſtrum qui eduxit vos de Terra-Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extẽto: ipſum timete, & illum adorate, & ipſi immolate. *Ceremonias quoque & iudicia & legem & mandatum quod ſcripſit vobis, cuſtodite, vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos.

*Et pactum quod percuſſit vobiſcum, nolite obliuiſci: nec colatis deos alienos, *ſed Dominum Deum veſtrum timete, & ipſe eruet vos de manu omnium inimicorum veſtrorum. *Illi verò non audierunt, ſed iuxta conſuetudinẽ ſuam priſtinam perpetrabant. *Fuerunt igitur gentes iſtæ timentes quidem Dominum, ſed nihilominus & idôlis ſuis ſeruientes: nam & filij eorum, & nepotes, ſicut fecerunt patres ſui, ita faciunt vſq. in præſentem diem.

CAP. XVIII.

ANno tertio Oſee filij Ela regis Iſrael regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. *Vigintiquinque annorum erat cùm regnare cœpiſſet: & vigintiquinque annis regnauit in Ieruſalẽ: nomen matris eius Abi filia Zachariæ. *Fecítq. quod erat bonũ coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.

*Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccîdit lucos, confregítque ſerpentem ęneum, 'quem fecerat Moyſes: ſiquidem vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum: vocauítq. nomen eius "Noheſtan'. *In Domino Deo Iſrael ſperauit: itaque poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis regibus Iuda, ſed neque in his qui ante eum fuerunt: *& adhæſit Domino, & non receſſit à veſtigiis eius, fecítq. mandata eius quæ præceperat Dominus Moyſi. *Vnde & erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, ſapienter ſe agebat. Rebellauit quoq. contra regem Aſſyriorum, & non ſeruiuit ei. *Ipſe percuſſit Philiſthæos vſque ad Gazam & omnes terminos eorum, à Turre-cuſtodum vſque ad Ciuitatem-munitam. *Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus ſeptimus Oſee filij Ela regis Iſrael, aſcendit Salmanáſar rex Aſſyriorum in Samariam, & oppugnauit eam, *& cepit. Nam poſt annos tres, anno ſexto Ezechię, id eſt nono anno Oſee regis Iſrael, capta eſt Samaria: *& tranſtulit rex Aſſyriorum Iſrael in Aſſyrios, collocauítq. eos in Hala, & in Habor fluuiis Gozan in ciuitatibus Medorum: *quia non audierunt vocem Domini Dei ſui, ſed prætergreſſi ſunt pactum eius: omnia quæ præceperat Moyſes ſeruus Domini, non audierunt, neque fecerunt. *'Anno quarto decimo regis Ezechiæ, aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorum ad vniuerſas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. *Tũc miſit Ezechias rex Iuda nuntios ad regem Aſſyriorum in Lachis, dicens, Peccaui, recede à me: & omne quod impoſueris mihi, feram. Indixit itaque rex Aſſyriorum Ezechiæ regi Iudę, trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. *Dedítque Ezechias omne argentum quod repertũ fuerat in domo Domini, & in theſauris regis. *In tempore illo confregit Ezechias valuas templi Domini, & laminas auri quas ipſe affixerat, & dedit eas regi Aſſyriorum. *Miſit autem rex Aſſyriorum Tharthan, & Rabſaris, & Rabſacen de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida Ieruſalem: qui cùm aſcendiſſent, venerunt Ieruſalem, & ſteterunt iuxta aquæductum piſcinæ ſuperioris, quæ eſt in via Agri-fullonis. *Vocauerúntq. regem: egreſſus eſt autem ad eos Eliacim filius Helciæ prępoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph, à commentariis. *Dixítque ad eos Rabſaces, Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus,

2 Par. 28, 1. & 29. 1
Gen. 32, 28.
Num. 21, 9.
'Nehuſtan 1 MS. H. c.
Sup. 17, 3. Tob. 1, 1. Sup. 17, 6.

gnus, rex Assyriorum, Quæ est ista fiducia qua niteris? 20 Forsitan inisti consilium, vt præpares te ad prœlium. In quo confidis, vt audeas rebellare? 21 an speras in baculo arundineo atq. confracto Ægypto, super quem si incubuerit homo, cõminutus ingredietur manũ eius, & perforabit eam? sic est Pharao rex Ægypti, omnibus qui confidunt in se.

22 Quòd si dixeritis mihi, In Domino Deo nostro habemus fiduciam: nónne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria: & præcepit Iudæ & Ierusalem, Ante altare hoc adorabitis in Ierusalem?

23 Nunc igitur transite ad dominum meum regem Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorum, & videte an habere valeatis ascẽsores eorum. 24 Et quomodò potestis resistere ante vnum satrapam de seruis domini mei minimis? An fiduciam habes in Ægypto propter currus & equites? 25 Nunquid sine Domini volũtate ascendi ad locum istum, vt demolirer eũ? Dominus dixit mihi, Ascende ad terram hanc, & demolire eam.

26 Dixerunt autem Eliacim filius Helciæ, & Sobna, & Ioahe Rabsaci, Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè: siquidem intelligimus hãc linguam: & non loquaris nobis Iudaicè audiente populo qui est super murum. 27 Respondítque eis Rabsaces, dicens, Nunquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus meus, vt loquerer sermones hos, & non potius ad viros qui sedent super murum, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam suam vobiscum? 28 Stetit itaq. Rabsaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait, Audite verba regis magni regis Assyriorum. 29 Hæc dicit rex, Non vos seducat Ezechias: nõ enim poterit eruere vos de manu mea. 30 Neq. fiduciã vobis tribuat super Dominum, dicens, Eruens liberabit nos Dominus, & non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum. 31 Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum quod vobis est vtile, & egredimini ad me: & comedet vnusquisq. de vinea sua, & de ficu sua: & bibe-

32 tis aquas de cisternis vestris, 1 donec veniam, & transferam vos in terram quæ similis est terræ vestræ, in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis & vinearum, terram oliuarum, & olei ac mellis: & viuetis, & nõ moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicẽs, Dominus liberabit nos. 33 Nunquid liberauerunt dij gentium terram suam 34 de manu regis Assyriorum? 2 Vbi est Deus Emath & Arphad? vbi est Deus Sepharuáim, Ana & Aua? nunquid liberauerunt Samariam de manu mea?

35 Quinam illi sunt in vniuersis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea vt possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea? 36 Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam: siquidem præceptum regis acceperant 37 vt non responderent ei. 3 Venítq. Eliacim filius Helciæ, præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph, à cõmentariis, ad Ezechiam sciſſis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

CAP. XIX.

1 QVæ cùm audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco, ingressúsque est domum Domini. 2 Et misit Eliacim præpositum domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis, ad Isaiam prophetam filium Amos. 3 Qui dixerunt, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis & increpationis, & blasphemiæ dies iste: venerunt filij vsque ad partum, & vires non habet parturiens. 4 Si fortè audiat Dominꝰ Deus tuus vniuersa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, vt exprobraret Deum viuentem, & argueret verbis quæ audiuit Dominus Deus tuus: & fac orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt. 5 Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Isaiam. 6 Dixítque eis Isaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit Dominus, Noli timere à facie sermonum quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. 7 Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram suam, & deiiciam eum gladio in terra

in terra sua. 8 Reuersus est ergo Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam: audierat enim quòd recessisset de Lachis. 9 Cúmque audisset de Tharáca rege Æthiopiæ, dicentes, Ecce, egressus est vt pugnet aduersum te: & iret contra eum, misit nuntios ad Ezechiã, dicens, 10 Hæc dicite Ezechiæ, regi Iuda, Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas, Non tradetur Ierusalem in manus regis Assyriorum. 11 Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum vniuersis terris, quomodò vastauerunt eas: num' ergo solus poteris liberari? 12 Nunquid liberauerunt dij gentium singulos, quos vastauerunt patres mei, Gozan videlicet, & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar? 13 Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuáim, Ana & Aua? 14 Itaque cùm accepisset Ezechias literas de manu nuntiorũ, & legisset eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, 15 & orauit in conspectu eius, dicens, Dñe Deus Israel, qui sedes super cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cælum & terram. 16 Inclina aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt exprobraret nobis Deum viuentem. 17 Verè Domine dissipauerũt reges Assyriorum gentes, & terras omnium. 18 Et miserunt deos eorum in ignem: non enim erant dij, sed opera manuum hominum ex ligno & lapide, & perdiderunt eos.

19 Nunc igitur Domine Deus noster, salua nos fac de manu eius, vt sciant omnia regna terræ, quia tu es Dominꝰ Deus solus. 20 Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hęc dicit Dominus Deus Israel, Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audiui. 21 Iste est sermo quem locutus est Dominus de eo: Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post tergum tuum caput mouit, filia Ierusalẽ. 22 Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? cõtra sanctum 23 Israel. 4 Per manum seruorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti, In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium, in summitate Libani, & succîdi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ingressus sum vsque ad terminos eius, & saltum carmeli eius 24 ego succîdi. Et bibi aquas alienas, & siccaui vestigiis pedum meorum omnes 25 aquas clausas. 5 Nunquid non audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmaui illud, & nunc adduxi: erúntque in ruinam colliũ conpugnantium ciuitates munitæ. 26 Et qui sedent in eis, humiles manu, contremuerunt & confusi sunt, facti sunt velut fœnum agri, & virens herba tectorũ, quæ arefacta est antequã veniret ad maturitatem. 27 Habitaculũ tuum, & egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego præsciui, & furorem tuum contra me. 28 Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas: ponam itaq. circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam venisti.

29 Tibi autem Ezechia hoc erit signum, Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autem anno, quæ sponte nascuntur: porrò in tertio anno seminate & metite: plãtate vineas, & comedite fructum earum. 30 Et quodcunq. reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicẽ deorsum, & faciet fructum sursum. 31 De Ierusalem quippe egredientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet hoc. 32 Quam ob rem hęc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio. 33 Per viam qua venit, reuertetur: & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit 34 Dominus. 6 Protegámque vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter 35 Dauid seruum meum. 7 Factum est igitur in nocte illa, vênit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorũ centum octogintaquinque millia. Cúmque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora

mortuo-

1 Ms. Hi. G. & aperti. tiis Gq.

"fructus t MS. R. C. Conformiter autem H. & G. legũt Textus.

Tob. 1, 21. Eccl. 48, 24 Isaiæ 37, 35. 1 Mac. 7, 41 2 Mac. 8, 19

R. H. G. "populo (Deiv.)e,

"I MS. "earum H. C. G.

"eu 8 MS. H. C. G.

mortuorum: ‡& recedens abiit, & re- 36
uersus est Sennacherib rex Assyriorum,
& mansit in Niniue. ‡Cúmque adora- 37
ret in templo Nesroch deũ suum, Adra-
mélech & Sarasar filij eius percusserunt
eum gladio, fugerúntque in terram Ar-
meniorum,& regnauit Asar-haddon fi-
lius eius pro eo.

CAP. XX.

2 Pa.32,24 Isaiæ 38,1. Eccl.48,46 IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsq. 1
ad mortem: & venit ad eum Isaias fi-
lius Amos, propheta, dixítque ei, Hæc
-1 MS. H. C. G. dicit Dominus Deus', Præcipe domui
tuę: morieris enim tu,& non viues. ‡Qui 2
conuertit faciem suam ad parietem, &
orauit Dominum,dicens, ‡Obsecro Do- 3
mine, memento quæso quomodo am-
bulauerim corã te in veritate, & in cor-
de perfecto,& quod placitum est coram
te, fecerim. Fleuit itaque Ezechias fletu
magno. ‡Et antequã egrederetur Isaias 4
mediam partem atrij, factus est sermo
Domini ad eum, dicens, ‡Reuertere,& 5
dic Ezechiæ duci populi mei, Hæc dicit
Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui
orationem tuam, & vidi lachrymam
-1 MS. H. C. G. tuam: &' ecce sanaui te, die tertio ascen-
des templum Domini. ‡Et addam die- 6
bus tuis quindecim annos: sed & de ma-
nu regis Assyriorum liberabo te, & ci-
uitatem hanc,& protegam vrbem istam
propter me, & propter Dauid seruum
meum. ‡Dixítq. Isaias, Afferte massam 7
ficorum. Quam cùm attulissent, & po-
suissent super hulcus eius, curatus est.

‡ Dixerat autem Ezechias ad Isaiam, 8
Quod erit signum quia Dominus me sa-
nabit, & quia ascensurus sum die tertia
templum Domini? ‡Cui ait Isaias, Hoc 9
erit signũ à Domino, quòd facturus sit
Dñs sermonẽ quem locutus est: Vis vt
ascendat vmbra decem lineis, an vt re-
uertatur totidem gradibus? ‡Et ait Eze- 10
chias, Facile est vmbrã crescere decem
lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuerta-
tur retrorsum decẽ gradibus. ‡Inuoca- 11
uit itaque Isaias propheta Dominum, &
reduxit vmbram per lineas, quibus iam
descenderat in horologio Achaz, retror-
Isaiæ 39,1. sum decem gradibus. ‡'In tempore illo 12
misit Berodach Baladan filius Baladan
rex Babyloniorum, literas & munera ad
Ezechiam: audierat enim quòd ægrotas-
13 set Ezechias. ‡Lætatus est autem in ad-
uentu eorum Ezechias, & ostendit eis
domum aromatum,& aurum,& argen-
tum, & pigmenta varia, vnguenta quo-
que, & domum vasorum suorum, &
omnia quæ habere poterat in thesauris
suis. Non fuit quod non monstraret eis
Ezechias in domo sua, & in omni pote-
14 state sua. ‡Venit autem Isaias propheta
ad regem Ezechiam, dixítque ei, Quid
dixerunt viri isti? aut vnde venerunt ad
te? Cui ait Ezechias, De terra longinqua
15 venerunt ad me', de Babylone. ‡At ille
respondit, Quid viderunt in domo tua?
Ait Ezechias, Omnia quæcunq. sunt in
domo mea, viderunt: nihil est quod non
monstrauerim eis in thesauris meis.

16 ‡Dixit itaque Isaias Ezechiæ, Audi ser-
17 monem Domini, ‡Ecce dies venient,&
auferẽtur omnia quæ sunt in domo tua;
& quæ condiderunt patres tui vsque in
diem hanc,in Babylonem: non remane-
18 bit quicquam, ait Dominus. ‡Sed & de
filiis tuis qui egredientur ex te, quos ge-
nerabis ' tollentur', & erunt eunuchi in
19 palatio regis Babylonis. ‡'Dixit' Eze-
chias ad Isaiam, Bonus sermo Domini,
quem locutus es: ' sit ' pax & veritas in
20 diebus meis. ‡Reliqua autẽ sermonum
Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, &
quomodò fecerit piscinam, & aquæ duc-
tũ, & introduxerit aquas in ciuitatem,
21 nónne hæc scripta sunt in Libro sermo-
num dierum regum Iuda? ‡Dormiuítq.
Ezechias cum patribus suis, & regnauit
Manasses filius eius pro eo.

CAP. XXI.

1 DVodecim annorum erat Manasses
cùm regnare cœpisset, & quinqua-
ginta quinque annis regnauit in Ieruſa-
2 lem: nomen matris eius Haphsiba. ‡Fe-
cítque malum in conspectu Domini,
iuxta idôla gentium, quas deleuit Domi-
3 nus à facie filiorum Israel. ‡Conuersúsq.
est,& ædificauit excelsa quę dissipauerat
Ezechias pater eius: & erexit aras Baal,
& fecit lucos sicut fecerat Achab rex Is-
rael: &

rael: & adorauit omnem militiam cæli,
& coluit eam. ‡Extruxítque aras in do- 4
2 Reg.7.10. Ier.32,34. mo Domini, de qua dixit Dominus, ' In
Ierusalem ponam nomen meum. ‡Et 5
extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli in
duobus atriis templi Domini. ‡Et tra- 6
duxit filium suum per ignem: & ariola-
tus est, & obseruauit auguria, & fecit
pythones, & aruspices multiplicauit, vt
faceret malum coram Domino,& irrita-
ret eum. ‡Posuit quoque idôlum luci 7
2 Reg.7,10 3 Reg.8,16 & 9,3. quem fecerat, in templo Domini, super
quo locutus est Dominus ad Dauid, &
ad Salomonem filium eius, In templo
hoc, & in Ierusalem quam elegi de cun-
ctis tribubus Israel, ponã nomen meum
in sempiternum. ‡Et vltrà non faciam 8
commoueri pedem Israel de terra quam
dedi patribus eorum: si tamen custodie-
rint opere omnia quæ præcepi eis,& vni-
uersam legem quam mãdauit eis seruus
meus Moyses. ‡Illi verò non audierunt: 9
sed seducti sunt à Manasse, vt facerent
malum super Gentes quas contriuit Dñs
à facie filiorum Israel. ‡Locutúsque est 10
Dominus in manu seruorũ suorum pro-
Ier.15,4. phetarum, dicens, ‡'Quia fecit Ma- 11
nasses rex Iuda abominationes istas pes-
simas,super omnia quæ fecerunt Amor-
rhæi ante eum,& peccare fecit etiam Iu-
dam in immũditiis suis: ‡propterea hæc 21
dicit Dominus Deus Israel, Ecce ego in-
ducam mala super Ierusalem & Iudam:
vt quicunque audierit, tinniant ambæ
aures eius. ‡Et extendam super Ieruſa- 13
lem funiculum Samariæ & pondus do-
mus Achab: & delebo Ieruſalem, sicut
deleri solent tabulę: delẽs vertam,& du-
cam crebrius stylum super faciem eius.
‡Dimittam verò reliquias hæreditatis 14
meæ, & tradã eas in manus inimicorum
eius: erúntque in vastitatem, & in rapi-
nam cunctis aduersarijs suis: ‡eò quòd 15
fecerint malum coram me, & perseue-
rauerint irritantes me, ex die qua egressi
sunt patres eorum ex Ægypto, vsque ad
hanc diem. ‡Insuper & sanguinẽ inno- 16
xium fudit Manasses multum nimis, do-
nec impleret Ieruſalẽ vsque ad os: absq.
peccatis suis quibus peccare fecit Iu-
dam, vt faceret malum coram Domino.
17 ‡Reliqua autem sermonum Manasse,
& vniuersa quæ fecit, & peccatum eius
quod peccauit,nõne hæc scripta sunt in
18 Libro sermonum dierum regum Iuda?
‡Dormiuítq. Manasses cũ patribus suis,
& sepultus est in horto domus suæ, in
horto Oza: & regnauit Amon filius eius
19 pro eo. ‡Viginti duorum annorum erat
Amon cùm regnare cœpisset: duobus
quoque annis regnauit in Ierusalem. no-
men matris eius Messalemeth filia Ha-
20 rus de Ieteba. ‡Fecítq. malum in con-
spectu Domini, sicut fecerat Manasses
21 pater eius. ‡Et ambulauit in omni via
per quam ambulauerat pater eius: seruí-
uítque immunditiis, quibus seruierat
22 pater eius, & adorauit eas, ‡& dereli-
quit Dominum Deum patrum suorum,
23 & non ambulauit in via Domini. ‡Te-
tenderúntque ei insidias serui sui, & in-
24 terfecerunt regem in domo sua. ‡Per-
cussit autem populus terræ omnes qui
coniurauerant contra regem Amon: &
constituerunt sibi regem Iosiam filium
25 eius pro eo. ‡Reliqua autem sermonum
Amon quæ fecit,nónne hæc scripta sunt
in Libro sermonum dierum regũ Iuda?
26 ‡Sepelierúntque eum in sepulchro
suo, in horto Oza: & regnauit Iosias fi-
lius eius pro eo.

CAP. XXII.

1 OCto annorũ erat Iosias cùm regna- 2 Pa. 34, 1.
re cœpisset, & triginta vno anno re-
gnauit in Ierusalem: nomen matris eius
2 Idida, filia Hadaia de Besecath. ‡Fecít-
que quod placitum erat coram Domi-
no, & ambulauit per omnes vias Dauid
patris sui: non declinauit ad dexteram,
3 siue ad sinistram. ‡Anno autem octauo
decimo regis Iosiæ, misit rex, Saphan fi-
lium Assia, filij Messulam scribam tem-
4 pli Domini, dicens ei, ‡Vade ad Hel-
ciam sacerdotem magnum, vt confletur
pecunia quæ illata est in templum Do-
mini, quam collegerunt ianitores tem-
5 pli à populo, ‡detúrque fabris per præ-
positos " domus' Domini: qui & distri-
buant eam his qui operantur in templo
Domini, ad instauranda sartatecta tem-
pli:

" in domo 4 MS. H. C. G.

pli: tignariis videlicet & cæmentariis, & iis qui interrupta componunt: & vt emantur ligna, & lapides de lapicidinis, ad instaurandum templum Domini. 7 Veruntamen nõ supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant, & in fide. 8 Dixit autem Helcias pontifex ad Saphã scribam, Librum Legis reperi in domo Domini: dedítque Helcias volumen Saphan, qui & legit illud. 9 Venit quoque Saphan scriba ad regem, & renuntiauit ei quod præceperat, & ait, Conflauerunt serui tui pecuniam, quæ reperta est in domo Domini: & dederunt vt distribueretur fabris à præfectis operum tẽpli Domini. 10 Narrauit quoque Saphan scriba regi, dicens, Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cùm legisset Saphan coram rege, 11 & audisset rex verba Libri Legis Domini, scidit vestimenta sua. 12 Et præcepit Helciæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphã, & Achobor filio Micha, & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicens, 13 Ite, & consulite Dominum super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius quod inuentum est: magna enim ira Domini succẽsa est contra nos: quia non audierunt patres nostri verba Libri huius, vt facerent omne quod scriptum est nobis. 14 Ierunt itaq. Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia ad Holdam prophetidem vxorem Sellum filij Thecuæ, filij Araas custodis vestium, quæ habitabat in Ierusalem in Secunda: locutíque sunt ad eam. 15 Et illa respondit eis, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Dicite viro qui misit vos ad me: 16 Hæc dicit Dominus, Ecce, ego adducam mala super locum istum, & super habitatores eius, omnia verba Legis quæ legit rex Iuda: 17 quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum: & succendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur. 18 Regi autem Iuda qui misit vos vt consuleretis Dominum, sic dicetis, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Pro eo quòd audisti verba voluminis, 19 & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locũ istum, & habitatores eius, quòd videlicet fierent in stuporem & in maledictum: & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait Dominus: 20 idcirco colligam te ad patres tuos, & colligêris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus sum super locum istum.

-7 MS. H.C.G.

Michaia 3 MS. H.C.G.

CAP. XXIII.

1 ET renuntiauerũt regi quod dixerat. Qui misit: & cõgregati sunt ad eum omnes senes Iuda & Ierusalem. 2 Ascendítque rex templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuersíque qui habitabant in Ierusalem cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vsque ad magnum: legítque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo Domini. 3 Stetítque rex super gradum: & fœdus percussit coram Domino, vt ambularẽt post Dominum, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota anima, & suscitarent verba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo: acquieuítque populus pacto. 4 Et præcepit rex Helciæ pontifici & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus, vt proiicerent de templo Domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal, & in luco, & vniuersæ militiæ cæli: & combussit ea foris Ierusalem in Conualle cedrõ, & tulit puluerem eorum in Beth-el. 5 Et deleuit aruspices quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem: & eos qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli. 6 Et efferri fecit lucũ de domo Domini foras Ierusalẽ in Conualle cedron: & combussit eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra vulgi. 7 Destruxit quoque ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. 8 Congregauítq. omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda: & contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsque Ber-sabee: & destruxit aras portarũ in introitu ostij Iosue principis ciuitatis, quod erat ad sinistrã portæ ciuitatis. 9 Veruntamẽ non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Ierusalem: sed tantùm comedebant azyma in medio fratrum suorum. 10 Contaminauit quoq. Thopheth, quod est in Cõualle filij Ennom: vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem, Moloch. 11 Abstulit quoque equos quos dederant reges Iudæ, Soli, in introitu templi Domini, iuxta exedram Nathan-mélech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autẽ Solis combussit igni. 12 Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex: & cucurrit inde. & dispersit cinerem eorum in Torrẽtem cedron. 13 Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dexteram partem Montis offensionis, quæ ædificauerat Salomon rex Israel Astaroth idólo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex. 14 Et contriuit statuas, & succidit lucos: repleuítque loca eorũ ossibus mortuorum. 15 Insuper & altare quod erat in Beth-el & excelsum quod fecerat Ieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel: & altare illud excelsum destruxit, atque combussit, & comminuit in puluerem, succendítque etiam lucum. 16 Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra quæ erant in monte: misitque, & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud iuxta verbum Domini quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc. 17 Et ait, Quis est titulus ille quem video? Respondérúntque ei ciues vrbis illius, Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc quæ fecisti super altare Beth-el. 18 Et ait, Dimittite eum, nemo commoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria. 19 Insuper & omnia phana excelsorũ, quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Iosias: & fecit eis secundum omnia opera quæ fecerat 20 in Beth-el. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum qui erant ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea: 21 reuersúsque est Ierusalem. Et præcepit omni populo dicens, Facite Phase Domino Deo vestro, secundum quod scriptũ est in libro fœderis huius. 22 Nec enim factum est Phase tale à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierum regum Israel, & regum Iuda, 23 sicut in octauo decimo anno regis Iosiæ factum est Phase istud Domino in Ierusalem. 24 Sed & pythones & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes quæ fuerant in terra Iuda & Ierusalẽ, abstulit Iosias: vt statueret verba legis, quæ scripta sunt in libro quem inuenit Helcias sacerdos in templo Domini. 25 Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis 26 illi. Veruntamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam: propter irritationes quibus prouocauerat eum 27 Manasses. Dixit itaque Dñs, Etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel: & proiiciam ciuitatem hanc quam elegi Ierusalem, & domũ de qua 28 dixi, Erit nomen meum ibi. Reliqua autem sermonum Iosiæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro 29 verborum dierum regum Iuda? In diebus eius ascendit Pharao Nechao rex Ægypti, contra regem Assyriorum ad flumen Euphratem: & abiit Iosias rex in occursum eius: & occisus est in Mageddo, cùm vidisset eum. 30 Et portauerunt eum serui sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulítque populus terræ Ioachaz filium Iosiæ: & vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. 31 Viginti trium annorum

erat

3 Re. 11, 7.

3 Re. 12, 28

1 MS. H.C.G.

Bal.

Infr. 24, 2.

2 Par. 35, 20 3 Esd. 1, 23. Necho (& in sequentibus) 1 MS. H. Verum, Textui consentiunt G. Claudius c.

3 Re. 13, 2.

2 Par. 39, 1.

erat Ioachaz cùm regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomẽ matris eius Amital, filia Ieremiæ, de Lobna. [32] Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. [33] Vinxítque eum Pharao Nechao in Reblatha', quæ eſt in terra Emath, ne regnaret in Ieruſalem: & impoſuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri. [34] Regémque conſtituit Pharao Nechao Eliacim filiũ Ioſiæ, pro Ioſia patre eius: vertítq. nomen eius Ioacim. porrò Ioachaz tulit, & duxit in Ægyptum. [35] Argentum autem, & aurum dedit Ioacim Pharaoni cùm indixiſſet terræ per ſingulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis: & vnumquenq. iuxta vires ſuas exegit, tam argentum quàm aurum de populo terræ: vt daret Pharaoni Nechao. [36] Vigintiquinque annorum erat Ioacim cùm regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Zebida' filia Phadaia de Ruma. [37] Et fecit malum coram Domino iuxta omnia quę fecerant patres eius.

Reblaa c.
Zebuda c.

CAP. XXIIII.

[1] IN diebus eius aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & factus eſt ei Ioacim ſeruus tribus annis: & rurſum rebellauit contra eum. [2] Immiſitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immiſit eos in Iudam, vt diſperderẽt eum, iuxta verbũ Domini quod locutus fuerat per ſeruos ſuos prophetas. [3] Factum eſt autem hoc per verbum Domini contra Iudam, vt auferret eum corã ſe propter peccata Manaſſe vniuerſa quæ fecit: [4] & propter ſanguinem innoxium quem effudit, & impleuit Ieruſalem cruore innocentium: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. [5] Reliqua autem ſermonum Ioacim, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? [6] Et dormiuit Ioacim cum patribus ſuis: & regnauit Ioachin filius eius pro eo. [7] Et vltrà non addidit rex Ægypti, vt egrederetur de terra ſua: tulerat enim rex Babylonis à riuo Ægypti, vſq. ad fluuium Euphráten, omnia quæ fuerant regis Ægypti. [8] Decem & octo annorum erat Ioachin cùm regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Nohesta' filia Elnathan de Ieruſalem. [9] Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. [10] In tempore illo aſcenderunt ſerui Nabuchodonoſor regis Babylonis in Ieruſalem, & circundata eſt vrbs munitionibus. [11] Venítque Nabuchodonoſor rex Babylonis ad ciuitatem cum ſeruis ſuis vt oppugnarent eam. [12] Egreſſúſque eſt Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipſe & mater eius, & ſerui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & ſuſcepit eum rex Babylonis anno octauo regni ſui. [13] Et protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ: & cõcîdit vniuerſa vaſa aurea quæ fecerat Salomon rex Iſrael in templo Domini iuxta verbum Domini. [14] Et tranſtulit omnem Ieruſalem, & vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatem: & omnem artificem & incluſorem: nihílque relictum eſt, exceptis pauperibus populi terræ. [15] Tranſtulit quoque Ioachin in Babylonem: & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos eius: & iudices terræ duxit in captiuitatẽ de Ieruſalem in Babylonem. [16] Et omnes viros robuſtos, ſeptem millia, & artifices, & incluſores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxítque eos rex Babylonis captiuos in Babylonem. [17] Et conſtituit Matthaniam patruum eius pro eo: impoſuítque nomen ei Sedeciam. [18] Viceſimum & primum annum ætatis habebat Sedecias cùm regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna. [19] Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. [20] Iraſcebatur enim Dominus contra Ieruſalem & contra Iudã, donec proiiceret eos à facie ſua: receſſitque Sedecias à rege Babylonis.

Reblatha' MS. H. C.
Sap. 23, 27.

CAP.

CAP. XXV.

Ier. 39, 4. & 52, 4.

[1] FActum eſt autem anno nono regni eius, mẽſe decimo, decima die menſis, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius in Ieruſalem, & circundederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones. [2] Et clauſa eſt ciuitas atque vallata, vſq. ad vndecimum annum regis Sedeciæ, [3] nona die menſis, præualuítque fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. [4] Et interrupta eſt ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ eſt inter duplicem murũ ad hortum regis (porrò Chaldæi obſidebãt in circuitu ciuitatem) fugit itaque Sedecias per viam quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis. [5] Et perſecutus eſt exercitus Chaldæorum, regem, comprehendítque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erãt cum eo, diſperſi ſunt, & reliquerunt eum. [6] Apprehenſum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblátha: qui locutus eſt cum eo iudicium. [7] Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxítque eum catenis, & adduxit in Babylonem. [8] Menſe quinto, ſeptima die menſis, ipſe eſt annus nonus decimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, ſeruus regis Babylonis, in Ieruſalem. [9] Et ſuccendit domum Domini, & domum regis: & domos Ieruſalem, omnémque domum combuſſit igni. [10] Et muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldæorũ, qui erat cum principe militum. [11] Reliquam autem populi partẽ, quæ remanſerat in ciuitate, & perfugas qui transfugerãt ad regem Babylonis, & reliquum vulgus tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ. [12] Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. [13] Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & baſes, & mare æreum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tranſtulerunt æs omne in Babylonem. [14] Ollas quoque æreas & trullas, & tridentes, & ſcyphos, & mortariola, & omnia vaſa ærea, in quibus miniſtrabant, tulerunt. [15] Nec non & thuribula, & phialas: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea: tulit princeps militiæ, [16] id eſt columnas duas, mare vnũ, & baſes quas fecerat Salomõ in templo Dñi; non erat pondus æris omniũ vaſorum. [17] Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna: & capitellum æreum ſuper ſe altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata ſuper capitellum columnæ, omnia ærea: ſimilem & columna ſecunda habebat ornatum. [18] Tulit quoque princeps militię Saraiam ſacerdotem primum, & Sophoniam ſacerdotem ſecundum, & tres ianitores. [19] Et de ciuitate eunuchum vnum qui erat præfectus ſuper bellatores viros: & quinque viros de his qui ſteterant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & ſex' viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. [20] Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblátha. [21] Percuſſítq. eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblátha in Terra-Emath: & tranſlatus eſt Iuda de terra ſua. [22] Populo autem qui relictus erat in Terra-Iuda, quẽ dimiſerat Nabuchodonoſor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filij Saphan. [23] Quod cùm audiſſent omnes duces militum, ipſi & viri qui erãt cum eis, videlicet quòd conſtituiſſet rex Babylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in Maſpha, Iſmahel filius Nathaniæ, & Iohanan filius Carée, & Saraia filius Thanehumeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & ſocij eorum. [24] Iurauítque Godolias ipſis & ſociis eorum, dicens: Nolite timere ſeruire Chaldæis: manete in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis. [25] Factum eſt autem in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Nathaniæ filij Eliſama de ſemine regio, & decem viri cum eo: percuſſerúntque Godoliam, qui & mortuus eſt: ſed & Iudæos & Chaldæos [26] qui erant cum eo in Maſpha. Conſurgénſque omnis populus à paruo vſque ad ma-

Ier. 40, 5. &c.
3 Reg. 7, 15. Ier. 52, 20. 2 Par. 3, 15.
Pſal. 37.
Ier. 27, 18.
sexagintà IMS. R. H. C. G.
omnes 1 MS. H. C. G.
magnam 2 MS. H. C. G.

ad magnum,& principes militum venerunt in Ægyptum timentes Chaldæos.
27 ‡Factum est verò in anno tricesimo-septimo transmigrationis Ioachin regis Iudæ,mense duodecimo, vicesimaseptima die mẽsis:subleuauit Euil-merodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.
28 ‡Et locutus est ei benignè: & posuit thronum eius super thronum regum qui
29 erant cum eo in Babylone. ‡Et mutauit vestes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu
30 eius cunctis diebus vitæ suæ. ‡Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quę & dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

LIBER PRIMVS
PARALIPOMENON:
HEBRAICE,
DIBRE HAIAMIM.

CAPVT I.

Gen.2,15. 4,23. & 5, 10.

ADAM, Seth, Enos, 1
Cainan, Malaleel,
Iared, ‡Henoch, 2
Mathusále, ‡La- 3
mech, Noë, Sem,
Chã, & Iapheth.
Gen.10,2. ‡Filij Iapheth: 4
Gomer, & Ma-
gog, ‡& Madai 5
& Iauan, Thubal, Mosoch, Thiras. ‡Por- 6
rò filij Gomer: Ascenez & Riphath &
Thogorma. ‡Filij autem Iauan: Elisa & 7
Tharsis, Cethim & Dodanim. ‡Filij 8
Chã: Chus & Mesráim & Phut & Cha-
náan. ‡Filij autem Chus: Saba & Heui- 9
la, Sabatha & Regma & Sabathacha.
Gen.10,8. Porrò filij Regma: Saba & Dadan. ‡Chus 10
autem genuit Nemrod: iste cœpit esse
potens in terra. ‡Mesráim verò genuit 11
Ludim & Anamim & Laabim & Neph-
tuim, ‡Phetrusim quoque & Casluim: 12
de quibus egressi sunt Philisthiim &
Caphtorim. ‡Chanáan verò genuit Si- 13
donem primogenitum suum: Hethęum
quoque ‡& Iebusæum & Amorrhæum 14
& Gergesæum, ‡Heuæúmque & Ara- 15
cæum, & Sinæum, ‡Aradium quoque 16
Gen.10,22. & Samaræum & Hamathæum. ‡'Filij 17
11,10. Sem: Aelã & Assur & Arphaxad & Lud
& Aram: Hus & Hul & Gether & Mo-
18 soch. ‡Arphaxad autem genuit Sale, qui
19 & ipse genuit Heber. ‡Porrò Heber nati sunt duo filij, nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra: & nomẽ fra-
20 tris eius Iectan. ‡Iectan autem genuit Elmodad & Saleph & Asarmoth & Iare,
21 ‡Adoram quoq. & Vzal & Decla, ‡He-
22 bal etiam & Abimáel & Saba, necnon
23 ‡& Ophir & Heuila & Iobab. omnes isti
24 filij Iectan: ‡Sem, Arphaxad, Sale, ‡He-
25 ber, Phalec, Ragau, ‡Serug, Nachor,
26 Thare, Abram, iste est Abraham. ‡'Filij
27 autem Abraham, Isaac & Ismahel. ‡Et
28 hæ generationes eorum. ‡'Primogeni-
29 tus Ismahelis, ‡Nabaioth & Cedar &
30 Adbeel & Mabsan, ‡& Masma & Du-
31 ma, Massa, Hadad, & Thema, ‡'Iachur,
Naphis, Cedma. hi sunt filij Ismahelis.
32 ‡Filij autem Ceturæ concubinæ Abra-
ham, quos genuit Zamran, Iecsan, Ma-
dan, Madian, Iesboc, & Sue. Porrò filij
Iecsan: Saba & Dadan. Filij autem Da-
dan: Assurim & Latussim & Laomim.
33 ‡'Filij autem Madian: Epha & Epher
& Henoch & Abida & Eldaa. omnes hi,
34 filij Ceturæ. ‡'Genuit autem Abraham
Isaac: cuius fuerunt filij Esau & Israel.
35 ‡'Filij Esau: Eliphaz, Rahuel, Iehus, Ihe-
36 lom & Core. ‡Filij Eliphaz: Theman,
Omar,

Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna,
Amalec. ‡Filij Rahuel: Nahath, Zara, 37
Samma, Meza. ‡Filij Seir: Lotan, Sobal, 38
Sebeon, Aua, Dison, Eser, Disan. ‡Filij 39
Lotan: Hori, Homam. Soror autem
Lotan fuit Thamna. ‡Filij Sobal: Alian, 40
& Manáhath, & Ebal, Sephi & Onã. Fi-
lij Sebeon: Aia & Ana. Filij Ana: Dison.
‡ Filij Dison: Hamran, & Eseban & 41
Iethran & Charan. ‡Filij Eser: Balaan & 42
Zauan & Iacan. Filij Disan: Hus & Aran. 43
‡Isti sun reges qui imperauerũt in Terra-
Edom antequàm esset rex super filios Is-
rael: Bale filius Beor: & nomen ciuitatis
eius, Denaba. ‡Mortuus est autẽ Bale, & 44
regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bo-
sra. ‡Cúmq. & Iobab fuisset mortuus, re- 45
gnauit pro eo Husam de Terra-Themanorum. ‡Obiit quoque & Husam, & re- 46
gnauit pro eo Adad fili⁹ Badad, qui per-
cussit Madiã in Terra-Moab: & nomen
ciuitatis eius Auith. ‡Cúmque & Adad 47
fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla
de Masreca. ‡Sed & Semla mortuus est, 48
& regnauit pro eo Saul de Rohoboth,
quæ iuxta amnẽ sita est. ‡Mortuo quoq. 49
Saul, regnauit pro eo Balanã filius Acho-
bor. ‡Sed & hic mortuus est, & regna- 50
uit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit
Phau, & appellata est vxor eius Meeta-
bel filia Matred filiæ Mezaab. ‡Adad au- 51
tẽ mortuo, duces pro regibus in Edom
esse cœperunt: dux Thamna, dux Alua,
dux Ietheth, ‡dux Oolibama, dux Ela, 52
dux Phinon, ‡dux Cenez, dux Theman, 53
dux Mabsar, ‡dux Magdiel, dux Hiram. 54
hi duces Edom.

CAP. II.

Gen.29,32. & 30,5. & 35.

FIlij autem Israel: 'Rubẽ, Simeon, Le- 1
ui, Iuda, Issachar, & Zabûlon, ‡Dan, 2
Ioseph, Ben-iamin, Nephthali, Gad &
Aser. ‡'Filij Iuda: Her, Onan, & Sela. 3
Gen.38,3. hi tres nati sunt ei de filia Suæ Chananitidis. Fuit autẽ Her primogenitus Iuda,
malus coram Domino, & occîdit eum.
‡Thamar autem nurus eius peperit ei 4
Phares & Zara. omnes ergo filij Iuda,
Infr.4,1. Matt.1. quinque. ‡Filii autem Phares: Hesron 5
& Hamul. ‡Filij quoque Zaræ: Zamri 6
& Ethan & Eman, Chalchal quoque, &
7 'Darda', simul quinque. ‡Filij Charmi: 'Dara Ms.R.H. 'Darade G.
8 Achar, ' qui turbauit Israel, & peccauit
9 in furto anathematis. ‡Filij Ethan: A- Ios.7. Ruth.4,19.
zarias. ‡Filij autem Hesron qui nati
sunt ei: Ierameel & Ram & Calubi.
10 ‡'Porrò Ram genuit Aminadab. Ami-
nadab autem genuit Nahasson princi-
11 pem filiorum Iuda. ‡Nahasson quoque
genuit Salma, de quo ortus est Booz.
12 ‡Booz verò genuit Obed, qui & ipse
13 genuit Isai. ‡'Isai autem genuit primo- 2 Reg.16, 10.er 17,12
genitum Eliab, secundum 'Aminadab', 'Abinadab 1 M.S. H.G.
14 tertium Simmaa, ‡quartum Nathanael,
15 quintum Raddai, ‡sextum Asom, septi-
16 mum Dauid. ‡quorum sorores fuerunt
Saruia & Abigáil. Filij Saruiæ: Abisai,
17 Ioab & Asael, tres. ‡Abigáil autem ge-
nuit Amasa, cuius pater fuit Iether Is-
18 mahelites. ‡Caleb verò filius Hesron
accepit vxorem nomine Azuba, de qua
genuit Ierioth: fuerúntq. filij eius Iaser
19 & Sobab & Ardon. ‡Cúmque mortua
fuisset Azuba, accepit vxorem Caleb,
20 Ephratha: quæ peperit ei Hur. ‡Porrò
Hur genuit Vri: & Vri genuit Beseleel.
21 ‡Posthæc ingressus est Hesron ad filiam
Machir patris Galaad, & accepit eã cùm
esset annorum sexaginta: quæ peperit ei
22 Segub. ‡sed & Segub genuit Iair, & pos-
sedit viginti tres ciuitates in Terra-Ga-
23 laad. ‡Cepítque Gessur & Aram oppi-
da Iair, & Canath & viculos eius sexagin-
ta ciuitatum. omnes isti, filij Machir pa-
24 tris Galaad. ‡Cùm autem mortuus esset
Hesrõ, ingressus est Caleb ad Ephrátha.
Habuit quoque Hesron vxorem Abia,
quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ.
25 ‡Nati sunt autem filij Ierameel primo-
geniti Hesron, Ram primogenitus eius,
& Buna & Aram, & Asom & Achia.
26 ‡Duxit quoque vxorem alteram Iera-
meel, nomine Atara, quæ fuit mater O-
27 nam. ‡Sed & filij Ram primogeniti Ie-
rameel, fuerunt Moos, Iamin & Acar.
28 ‡Onam autem habuit filios Semei &
Iada. Filij autem Semei: Nadab & Abi-
29 sur. ‡Nomen verò vxoris Abisur, Abi-
háil quæ peperit ei Ahobban, & Molid.
30 ‡Filij autem Nadab fuerunt Saled, &
Apphaim. Mortuus est autem Saled abs-

que liberis. ‡Filius verò Apphaim, Ieſi: qui Ieſi genuit Seſan. Porrò Seſan genuit Oholai. ‡Filij autem Iada fratris Semei: Iether & Ionathã. Sed & Iether mortuus eſt abſque liberis. ‡Porrò Ionathan genuit Phaleth & Ziza. Iſti fuerunt filij Ierameel. ‡Seſan autem non habuit filios, ſed filias: & ſeruum Ægyptium, nomine Ieraa. ‡Dedítq. ei filiam ſuam vxorem: quæ peperit ei Ethei. Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad.

‡Zabad quoque genuit Ophlal, ‡& Ophlal genuit Obed, ‡Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam, Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elaſa, ‡Elaſa genuit Siſamoi, Siſamoi genuit Sellum, ‡Sellum genuit Icamiam, Icamia autem genuit Eliſama. ‡Filij autem Caleb fratris Ierameel: Meſa primogenitus eius, ipſe eſt pater Ziph: & filij Mareſa patris Hebron. ‡Porrò filij Hebron, Core & Taphua, & Recem & Samma.

‡Samma autem genuit Raham patrem Iercaam, & Recem genuit Sammái.

* autem I MS. H.G. ‡Filius *Sammái, Maon: & Maon pater Beth-ſur. ‡Epha autem concubina Caleb peperit Haran & Moſa & Gezez. Porrò Haran genuit Gezez. ‡Filij autem Iahaddái: Regom & Ioathan & Geſan & Phalet & Epha & Saaph. ‡Concubina Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana. ‡Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, & patrẽ Gabaa. Filia verò Caleb, fuit Achſa. ‡Hi erant filij Caleb, filij Hur primogeniti Ephrátha, Sobal pater Cariath-iarim.

‡Salma pater Beth-léhem, Hariph pater Beth-gader. ‡Fuerunt autem filij Sobal patris Cariath-iarim, Qui-videbat-dimidium-requietionum. ‡Et de cognatione Cariath-iarim, Iethrei & Aphuthei & Semathei & Maſerei. Ex his egreſſi ſunt Saraitæ & Eſthaolitæ. ‡Filij Salma: Beth-léhem, & Netophathi, Coronæ-domus-Ioab, & Dimidium-requietionis-ſarai. ‡Cognationes quoque ſcribarum habitantium in Iabes, Canentes atq. Reſonãtes, & In-tabernaculis-commorantes. Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

CAP III.

DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati ſunt in Hebron: primogenitum Amnon ex Achinoam Iezrahelitide: ſecundum Daniel de Abigáil Carmelitide, ‡tertium Abſalom filiũ Maacha filiæ Tholmai regis Geſſur, quartum Adoniam filium Aggith, ‡quintũ Saphatiam ex Abital, ſextum Iethraham de Egla vxore ſua. ‡Sex ergo nati ſunt ei in Hebron, vbi regnauit ſeptem annis & ſex menſibus. Triginta autem & tribus annis regnauit in Ieruſalem. ‡Porrò in Ieruſalem nati ſunt ei filij Simmaa & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor de 'Bethſabee' filia Ammiel, ‡Iebaar quoq. & Eliſama & Eliphalet ‡& Noge & Nepheg & Iaphia, ‡necnon Eliſama & Eliada & Eliphélet, nouem: ‡omnes hi, filij Dauid, abſque filiis concubinarum: habuerúntque ſororem Thamar.

‡Filius autem Salomonis, Roboam: cuius Abia filius, genuit Aſa. De hoc quoque natus eſt Ioſaphat ‡pater Ioram: qui Ioram genuit Ochoziam, ex quo ortus eſt Ioas: ‡& huius Amaſias filius, genuit Azariam. ‡Porrò Azariæ filius Ioatham, procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus eſt Manaſſes. ‡Sed & Manaſſes genuit Amon patrem Ioſiæ. ‡Filij autem Ioſiæ fuerunt, primogenitus Iohanam, ſecundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum. ‡ 'De Ioacim natus eſt Iechonias & Sedecias. ‡Filij Iechoniæ fuerunt, Aſir, Salathiel, ‡ Melchiram, Phadaia, Senneſer & Iecemia, 'Sama' & Nadabia. ‡De Phadaia orti ſunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Moſollam, Hananiam, & Salomith ſororem eorum: ‡Haſaban quoque & Ohol, & Barachian, & Haſadian, Ioſabhéſed, quinque. ‡Filius autem Hananiæ Phaltias pater Ieſeiæ, cuius filius Raphaia. huius quoque filius, Arnan, de quo natus eſt Obdia, cuius filius fuit Sechenias.

‡Filius Secheniæ, Semeia: cui⁹ filij Hattus & Iegaal & Baria & Naaria & Saphat, '& Seſa', 'ſex numero'. ‡Filius Naariæ, Elioenái & Ezechias & Ezricam, tres.

‡Filius Elioenái, Oduia & Eliáſub & Pheleia

Pheleia & Accub & Iohanan & Dalaia & Anani, ſeptem.

CAP. IIII.

Sup. 2, 4. Gen. 28, 29. & 46, 12. FIlij Iuda: 'Phares, Heſron & Charmi & Hur & Sobal. ‡Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati ſunt Ahumai & Láad. hæ cognationes Sarathi. ‡Iſta quoque ſtirps Etam: Iezrahel & Ieſema & Iedebos. Nomen quoque ſororis eorum, Aſalélphuni. ‡Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hoſa, iſti ſunt filij Hur primogeniti Ephratha patris Beth-léhem. ‡Aſſur verò patri Thecuæ erant duæ vxores, Halaa & Naara.

‡Peperit autem ei Naara, Oozam & Hepher & Themani & Ahaſthari, iſti ſunt filij Naara. ‡Porrò filij Halaa: Séreth, & Sahar & Ethnan. ‡Cos autẽ genuit Anob & Soboba, & cognationem Aharehel filij Arum. ‡Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus ſuis, & mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens, Quia peperi eum in dolore. ‡Inuocauit verò Iabes Deum Iſrael, dicẽs: Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Et præſtitit Deus quæ precatus eſt. ‡Caleb autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Eſthon. ‡Porrò Eſthõ genuit Bethrapha & Pheſſe & Tehinna patrem vrbis Naas: hi ſunt viri Recha. ‡ Filij autem Cenez: Othoniel & Saraia. Porrò filij Othoniel, Hathath & Maonathi.

‡Maonathi genuit Ophra, Saraia autem genuit Ioab patrem Vallis-artificum: ibi quippe artifices erant. ‡Filij verò Caleb filij Iephone: Hir & Ela & Naham. Filij quoque Ela: Cenez. ‡Filij quoque Ialeleel: Ziph & Zipha, Thiria & Aſrael.

‡Et filij Ezra: Iether & Mered & Epher & Ialon, genuítque Mariam & Sammái & Iesba patrem Eſthamo. ‡Vxor quoq. eius Iudaia, peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrem Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. hi autem filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered. ‡Et filij vxoris Odaiæ ſororis Naham patris Ceila, Garmi, & Eſthamo qui fuit de Machathi. ‡Filij quoque Simon: 'Am-

* Amnon 4 MS. R. Hier. H.G.

mon' & Rinna filius Hanan, & Thilon.

Gen. 38, 5. ‡Et filij Ieſi: Zoheth & Benzoheth. ‡Filij Sela, filij Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Mareſa, & cognationes domus operantiũ byſſum in Domo-iuramenti.

‡Et Qui ſtare fecit Solem, viriq. Mendacij, & Securus & Incendens, qui principes fuerunt in Moab, & 'Qui reuerſi' ſunt in 'Lahem'. hæc autem verba vetera. ‡Hi ſunt figuli habitantes in Plantationibus & in Sepibus, apud regem in operibus eius, commoratíque ſunt ibi.

" Quæ reuerſæ MS. R. Hier. Q. H. " Léhem MS. R. G. Gen. 46, 10.

‡Filij Simeon: Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul. ‡Sellum filius eius, Mapſam filius eius, Maſma filius eius. ‡Filij Maſma: Hamuel filius eius, Zachur filiꝰ eius, Semei filius eius. ‡Filij Semei ſedecim, & filiæ ſex: fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuerſa cognatio non potuit adæquare ſummam filiorum Iuda. ‡Habitauerunt autem in Ber-ſabee & Molada & Haſar-ſuhal, ‡& in Bala, & in Aſom, & in Tholad, ‡& in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, ‡& in Beth-marchaboth, & in Haſar-ſuſim, & in Beth-berai, & in Saarim. hæ ciuitates eorum vſque ad regem Dauid. ‡Villæ quoque eorum: Etan & Aẽn, Remmon, & Thochẽ & Aſan, ciuitates quinque. ‡Et vniuerſi viculi eorum per circuitum ciuitatum iſtarum vſq. ad Baal. hæc eſt habitatio eorum, & ſedium diſtributio. ‡Moſobab quoque & Iemlech, & Ioſa filius Amaſiæ, ‡& Ioel, & Iehu filius Ioſabiæ filij Saraiæ filij Aſiel, ‡& Elioënái & Iacoba & Iſuhaia & Aſaia & Adiel & Iſmiel & Banaia, ‡Ziza quoque filius Sephei filij Allon filij Idaia filij Semri filij Samaia. ‡Iſti ſunt nominati principes in cognationibus ſuis, & in domo affinitatum ſuarũ multiplicati ſunt vehementer. ‡Et profecti ſunt vt ingrederentur in Gador vſque ad Orientem vallis, & vt quærerent paſcua gregibus ſuis. ‡Inuenerúntque paſcuas huberes & valde bonas, & terram latiſſimam & quietam & fertilem, in qua antè habitauerant de ſtirpe Cham. ‡Hi ergo venerunt quos ſuprà deſcripſimus nominatim, in diebus Ezechię regis Iuda: & percuſſerunt

cusserunt tabernacula eorum,& habitatores qui inuenti fuerant ibi,& deleuerunt eos vsque in præsentem diem: habitauerúntque pro eis, quoniam huberrimas pascuas ibidem repererunt. 42 *De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phaltiam & Naariã & Raphaiam & Oziel filios Iesi: 43 *& percusserunt reliquias,quæ euadere potuerant, Amalecitarum,& habitauerunt ibi pro eis vsque ad diem hanc.

CAP. V.

1 FIlij quoque Ruben primogeniti Israel (*Ipse quippe fuit primogenitus Gen.35,24. 49,4. eius: sed cùm violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filij Israel,& non est ille reputatus in primogenitum. 2 *Porrò Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Ioseph.) 3 *'filij ergo Gen.46,9. Exo.6,14. Nu.26,5. Ruben primogeniti Israel: Enoch & Phallu, Esron & Charmi. 4 *Filij Ioel: Samia filius eius,Gog filius eius,Semei filius eius, 5 *Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius, 6 *Beera filius eius, quem captiuum duxit Thelgath-phalnásar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben. 7 *Fratres autem eius,& vniuersa cognatio eius quando numerabantur per familias suas, habuerũt principes Iehiel, & Zachariam. 8 *Porrò Bala filius Azaz,filij Samma,filij Ioel,ipse habitauit in Aroervsque ad Nebo & Beelmeon. 9 *Contra orientalem quoque plagam habitauit vsq. ad introitum eremi & flumen Euphráten. Multum quippe iumentorum numerum possidebant in Terra-Galaad. 10 *In diebus autem Saul prœliati sunt contra Agarenos, & interfecerunt illos, habitauerúntque pro eis in tabernaculis eorũ, in omni plaga quæ respicit ad Orientem Galaad. 11 *Filij verò Gad eregione eorum habitauerunt in Terra-Basan vsque Selcha: 12 *Ioel in capite,& Saphan secundus: Ianai autem & Saphat in Basan. 13 *Fratres verò eorum secũdum domos cognationum suarum, Michael & Mosollam & Sebe & Iorai & Iachan & Zie & Heber, septem. 14 *Hi filij Abiháil, 'filij' Huri, filij Iara, filij Galaad, filij Michael, filij Ieseſi, filij Ieddo, 15 filij Buz. *Fratres quoque filij Abdiel, filij Guni, 'princeps' domus in familiis 16 suis. *Et habitauerunt in Galaad & in Basan & in viculis eius,& in cunctis suburbanis Saron, vsq. ad terminos. 17 *Omnes hi, numerati sunt in diebus Ioatham regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis 18 Israel. *Filij Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse viri bellatores, scuta portantes, & gladios, & tendentes arcum,eruditíque ad prœlia,quadraginta quatuor millia, & septingenti sexaginta 19 procedentes ad pugnam. *Dimicauerunt contra Agarenos: Ituræi verò,& 20 Naphis,& Nodab *præbuerunt eis auxilium. Traditíq. sunt in manus eorum Agareni, & vniuersi qui fuerant cum eis,quia Deum inuocauerunt cùm prœliarentur:& exaudiuit eos, eo quòd credidissent in eum. 21 *Ceperúntque omnia quæ possederant, camelorum quinquaginta millia, & ouium ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia,& 22 animas hominum centum millia. *Vulnerati autẽ multi corruerunt, fuit enim bellum Domini. Habitauerúntque pro 23 eis vsque ad transmigrationem. *Filij quoque dimidiæ tribus Manasse possederunt terram à finibus Basan vsq. Baal, Hermon, & Sanir, & mõtem Hermon, 24 ingens quippe numerus erat. *Et hi fuerunt principes domus cognationis eorũ, Epher,& Iesi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia,& Odoia, & Iediel viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familiis 25 suis. *Reliquerunt autẽ Deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit Deus co- 26 ram eis. *& suscitauit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritum Thelgath-phalnásar regis Assur: & transtulit Rubẽ & Gad & dimidiam tribum Manasse, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Gozan, vsq. ad diem hanc.

CAP. VI.

1 FIlij Leui: 'Gerson, Caath, & Merari. 2 *Filij Caath: Amram, Isaar, Hebron, & Oziel.

3 & Oziel. *Filij Amram: Aaron, Moyses & Maria. Filij Aarõ: Nadab & Abin, 4 Eleazar & Ithamar. *Eleazar genuit Phinees,& Phinees genuit Abisue, 5 *Abisue verò genuit Bocci, & Bocci genuit 6 Ozi. *Ozi genuit Zaraiam, & Zaraias 7 genuit Meraioth. *Porrò Meraioth genuit Amariã, & Amarias genuit Achi- 8 tob. *Achitob genuit Sadoc, & Sadoc 9 genuit Achimaas, *Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Iohanan, 10 *Iohanan genuit Azariam: ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem. 11 *Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias 12 genuit Achitob, *Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum; 13 *Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam, 14 *Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Iosedec. 15 *Porrò Iosedec egressus est,quando transtulit Dominus Iudam & Ierusalem per manus Na- Exo.1,17. buchodonosor. 16 *Filij ergo Leui: Gersom,Caath,& Merari. 17 * Et hæc nomina filiorum Gersom: Lobni,& Semei. 18 *Filij Caath: Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel. 19 *Filij Merari: Moholi & Musi. Hæ autem cognationes Leui secundũ familias eorum. 20 *Gersom,Lobni filius eius, Iahath filiꝰ eius,Zãma filius eius, 21 *Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius,Iethrai filius eius. 22 *Filij Caath, Aminadab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius, 23 *Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius. 24 *Thahath filius eius, Vriel filiꝰ eius,Ozias filius eius, Saul filius eius. 25 * Filij Elcana: Amasai, & Achimoth, 26 *& Elcana. Filij Elcana: Sophai filius eius , Nahath filius eius, 27 *Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius. 28 *Filij Samuel: primogenitus Vasseni, & Ahia. 29 *Filij autem Merari,Moholi: Lobni filius eius,Semei filius eius , Oza filius eius, 30 *Sammaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius. 31 *Isti sunt quos constituit Dauid super cantores domus Domini, ex quo collocata est arca: 32 *& ministrabant coram tabernaculo testimonij,canẽtes donec ædificaret Salomon domum Domini in Ierusalem: stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio. 33 * Hi verò sunt qui assistebant cum filiis suis, de filiis Caath, Hemã cantor filius Ioël, 'filij' 1.Par.6.33. 34 Samuel, *filij Elcana, filij Ieroham, filij 35 Eliel, filij Thohu, *filij Suph, filij Elca- 36 na, filij Mahath, filij Amasai, *filij Elcana, filij Iohel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, 37 *filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph, 38 filij Core, *filij Isaar, filij Caath, filij Le- 39 ui, filij Israel. *Et frater eius Asaph, qui stabat à dextris eius, Asaph filius Bara- 40 chiæ, filij Samaa, *filij Michael, filij Ba- 41 saiæ, filij Melchiæ, *filij Athanai, filij Za- 42 ra, filij Adaia, *filij Ethan, filij Zamma, 43 filij Semei, *filij Ieth, filij Gersom, filij Le- 44 ui. *Filij autem Merari fratres eorum, ad sinistram, Ethan filius Cusi, filij Abdi, 45 filij Maloch, *filij Hasabiæ, filij Amasiæ, 46 filij Helciæ, *filij Amasai, filij Boni, filij 47 Somer, *filij Moholi, filij Musi, filij Me- 48 rari, filij Leui. *Fratres quoque eorum Leuitæ, qui ordinati sunt in cũctum ministerium tabernaculi domus Domini. 49 *Aaron verò & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis, in omne opus Sancti sanctorum: & vt precarentur pro Israel iuxta omnia quæ præceperat Moy- 50 ses seruus Dei. *Hi sunt autẽ filij Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, 51 Abisue filius eius, *Bocci filius eius, 52 Ozi filius eius, Zarahia filius eius, *Meraioth filius eius, Amarias filius eius, 53 Achitob filius eius, *Sadoc filius eius, 54 Achimaas filius eius. *Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarum: ipsis enim sorte contige- 55 rant. *Dederunt igitur eis Hebron in Ioſue 21,10. terra Iuda,& suburbana eius per circui- 56 tum: *agros autem ciuitatis, & villas, 57 Caleb filio Iephone. *Porrò filiis Aaron dederunt ciuitates ad confugiendũ He- 58 bron & Lobna, & suburbana eius; *Iether quoque & Esthemo cũ suburbanis 59 suis, sed & Helon, & Dabir cum suburbanis suis, *Asan quoq. & Beth-semes 60 & suburbana earum. *De tribu autem Beniamin, Gabee & suburbana eius, &

Almath cum ſuburbanis ſuis, Anathoth quoque cum ſuburbanis ſuis. omnes ciuitates, tredecim, per cognationes ſuas.

61 ‡Filiis autem Caath reſiduis de cognatione ſua dederunt ex dimidia tribu Manaſſe in poſſeſſionem vrbes decem.

62 ‡Porrò filiis Gerſom per cognationes ſuas de tribu Iſſachar, & de tribu Aſer, & de tribu Nephthali, & de tribu Manaſſe in Baſan, vrbes "tredecim'. ‡Filiis

63 autem Merari per cognationes ſuas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt ſorte ciuitates duodecim. ‡Dederunt quoque filij If-

64 rael Leuitis ciuitates, & ſuburbana earũ:

65 ‡dederúntque per ſortem, ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorũ Simeon, & ex tribu filiorum Ben-iamin, vrbes has quas vocauerunt nominibus ſuis,

66 ‡& his qui erant de cognatione filiorum Caath, fuerúntque ciuitates in ter-

67 minis eorum de tribu Ephráim. ‡'Dederunt ergo eis vrbes ad confugiẽdum, Sichem cum ſuburbanis ſuis in monte Ephráim: & Gazer cum ſuburbanis ſuis,

68 ‡Iecmaam quoque cum ſuburbanis

69 ſuis, & Beth horon ſimiliter, ‡nec non & Helon cum ſuburbanis ſuis, & Gethremmon in eundem modum. ‡Porrò

70 ex dimidia tribu Manaſſe, Aner & ſuburbana eius, Balaam & ſuburbana eius: his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. ‡Filiis autem Ger-

71 ſom de cognatione dimidiæ tribus Manaſſe, Gaulon in Baſan, & ſuburbana eius, & Aſtaroth cum ſuburbanis ſuis.

72 ‡De tribu Iſſachar, Cedes & ſuburbana eius, & Dabereth cũ ſuburbanis ſuis,

73 ‡Ramoth quoque & ſuburbana eius,

74 & Anem cum ſuburbanis ſuis. ‡De tribu verò Aſer: Maſal cũ ſuburbanis ſuis,

75 & Abdon ſimiliter, ‡"Aſach' quoque & ſuburbana eius, & Rohob cum ſuburbanis ſuis. ‡Porrò de tribu Nephthali,

76 Cedes in Galilæa & ſuburbana eius, Hamon cum ſuburbanis ſuis, & Cariatháim, & ſuburbana eius. ‡Filiis au-

77 tem Merari reſiduis: de tribu Zabulon, Remmono & ſuburbana eius, & Thabor cum ſuburbanis ſuis. ‡trans Ior-

78 danem quoque ex aduerſo Iericho contra Orientem Iordanis, de tribu Ruben, Boſor in ſolitudine cum ſuburbanis ſuis,

79 & Iaſſa cum ſuburbanis ſuis, ‡Cademoth quoque & ſuburbana eius, & Me-

80 phàath cum ſuburbanis ſuis. ‡Nec non & de tribu Gad, Ramoth in Galaad

81 & ſuburbana eius, ‡& Manáim cum ſuburbanis ſuis, ſed & Heſebon cum ſuburbanis ſuis', & Iezer cum ſuburbanis ſuis.

CAP. VII.

1 PORrò filij Iſſachar: Thola, & Phua, Iaſub & Simeron, quatuor. ‡Filij

2 Thola: Ozi & Raphaia, & Ieriel, & Iemai, & Iebſem, & Samuel, principes per domos cognationum ſuarum. De ſtirpe Thola viri fortiſſimi numerati ſunt in diebus Dauid, viginti duo millia ſexcenti. ‡Filij Ozi: Izrahia, de quo nati ſunt

3 Michael, & Obadia, & Ioel, & Ieſia, quinque omnes principes. ‡Cúmque

4 eis per familias, & populos ſuos, accincti ad prœlium, viri fortiſſimi, triginta ſex millia: multas enim habuerunt vxores,

5 & filios. ‡Fratres quoque eorum per omnem cognationem Iſſachar, robuſtiſſimi ad pugnandum, octoginta ſeptem millia numerati ſunt. ‡'Filij' Beniamin:

6 7 Bela, & Bechor, & Iadiel tres. ‡Filij Bela: Esbon & Ozi & Oziel, & Ierimoth & Vrai, quinque principes familiarum, & ad pugnãdum robuſtiſſimi: numerus autem eorum, viginti duo millia & tri-

8 ginta quatuor. ‡Porrò filij Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliézer, & Elioënai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth, & Almath. omnes hi, filij Bechor.

9 ‡Numerati ſunt autem per familias ſuas principes cognationum ſuarum ad bella fortiſſimi, viginti millia & ducen-

10 ti. ‡Porrò filij Iadihel: Balan. Filij autem Balan: Iehus, & Ben-iamin, & Aod, & Chanaana, & Zethan, & Tharſis, Ahi-

11 ſahar. ‡omnes hi filij Iadihel, principes cognationum ſuarũ, viri fortiſſimi, decem & ſeptem millia, & ducenti ad prœlium procedentes. ‡Sepham quoque &

12 Hapham filij Hir: & Haſim filij Aher.

13 ‡Filij autem Nephthali: Iaſiel, & Guni, & Ieſer, & Sellum, filij Bala. ‡Porrò

14 "filius' Manaſſe, Eſriel: concubináque eius Syra peperit Machir patrẽ Galaad.

15 ‡Machir autem accepit vxorem filiis ſuis Happhim & Saphan: & habuit ſororem nomine Maacha: nomen autem ſecundi, Salphaad, natæque ſunt Salphaad

16 filiæ. ‡& peperit Maacha vxor Machir filium. vocauítque nomen eius Phares: porrò nomen fratris eius, Sares: & filij

17 eius, Vlam, & Recem: ‡Filius autem Vlam, Badan. hi ſunt filij Galaad, filij

18 Machir, filij Manaſſe. ‡Soror autem eius Regina peperit Virum-decôrum, & Abiézer, & Mohola. ‡Erant autem filij

19 Semida: Ahin & Sechem, & Leci, & Aniam. ‡Filij autem Ephráim: Suthála,

20 Bared filius eius, Thához filius eius, Elada filius eius, Thához filius eius, & huius filius Zabad, ‡& huius filius Suthá-

21 la, & huius filius Ezer & Elad: occiderũt autem eos viri Geth indigenæ, quia deſcenderant vt inuaderent poſſeſſiones eorum. ‡Luxit igitur Ephráim pater

22 eorum multis diebus, & venerunt fratres eius vt conſolarentur eum. ‡In-

23 greſſúſque eſt ad vxorẽ ſuam: quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Beria, eo quòd in malis domus eius ortus eſſet: ‡filia autẽ eius fuit Sara,

24 quæ ædificauit Beth-horon inferiorem & ſuperiorem, & Ozen-ſara. ‡Porrò fi-

25 lius eius Rapha, & Reſeph, & Thale, de quo natus eſt Thaan, ‡qui genuit Laa-

26 dan: huius quoque filius Ammiud, qui genuit Eliſama, ‡de quo ortus eſt Nun,

27 qui habuit filiũ Ioſue. ‡Poſſeſſio autem

28 eorum & habitatio, Beth-el cũ filiabus ſuis, & contra orientẽ Norã, ac occidentalem plagam Gazer & filię eius, Sichem quoq. cum filiabus ſuis, vſq. ad Aſa cum filiabus eius. ‡ Iuxta filios quoque Ma-

29 naſſe Beth-ſan & filias eius, Thanach & filias eius, Mageddo & filias eius: Dor & filias eius: in his habitauerũt filij Ioſeph,

30 filij Iſrael. ‡'Filii Aſer: Iemna, & Ieſua, & Ieſſui, & Baria, & Sara ſoror eorum.

31 ‡Filij autem Baria: Heber, & Melchiel:

32 ipſe eſt pater Barſaith. ‡Heber autem genuit Iephlat, & Somer, & Hotham, &

33 Suaa ſororem eorum. ‡Filij Iephlat: Phoſech, & Chamaal, & Aſoth: hi filij

34 Iephlat. ‡Porrò filij Somer: Ahi, &

35 Roaga, & Haba, & Aram. ‡Filij autem Helem fratris eius: Supha, & Iemna, &

36 Selles, & Amal. ‡Filij Supha: Sue, Har-

37 napher, & Sual, & Beri, & Iamra, ‡Boſor, & Hod, & Sãma, & Saluſa, & Iethran

38 & Bera. ‡Filij Iether: Iephóne, & Phaſ-

39 pha, & Ara. ‡Filij autem Olla: Aree, &

40 Haniel, & Reſia. ‡Omnes hi filij Aſer, principes cognationum, electi atq. fortiſſimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis quæ apta eſſet ad bellum, viginti ſex millia.

CAP. VIII.

1 BEn-iamin autẽ genuit "Bale' primogenitum ſuum, Asbel ſecundum,

2 Ahara tertium, ‡Nohaa quartum, &

3 Rapha quintum. ‡Fuerúntque filij Bale:

4 Addar, & Gera, & Abiud, ‡Abiſue quo-

5 que & Náamã, & Ahóe, ‡ſed & Gera, &

6 Sephuphan, & Huram. ‡ Hi ſunt filij Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaa, qui tranſlati ſunt in Manáhath. ‡Naaman autem & Achia, &

7 Gera ipſe tranſtulit eos, & genuit Oza &

8 Ahiud. ‡Porrò Saharáim genuit in regione Moab, poſtquàm dimiſit Huſim & Bara vxores ſuas. ‡Genuit autem de

9 Hodes vxore ſua Iobab, & Sebia, & Moſa, & Molchom, ‡Iehus quoque & Se-

10 chia, & Marma. hi ſunt filij eius principes in familiis ſuis. ‡Mehuſim verò ge-

11 12 nuit Abitob, & Elpháal. ‡Porrò filij Elpháal: Heber, & Miſaam, & Samad: hic

13 ædificauit Ono, & Lod, & filias eius. ‡Baria autem & Sama principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugaue-

14 runt habitatores Geth. ‡Et Ahio, & Se-

15 ſac, & Ierimoth, ‡& Zabadia, & Arod,

16 & Heder, ‡Michaël quoque & Ieſpha,

17 & Ioha filij Baria. ‡Et Zabadia, & Moſollam, & Hezeci, & Heber, ‡& Ieſa-

18 19 mari, & Iezlia, & Iobab filij Elpháal, ‡&

20 Iacim, & Zechri, & Zabdi, ‡& Elioënai,

21 & Seleth ái, & Eliel, ‡& Adaia, & Ba-

22 raia, & Samarath filij Semei. ‡Et Ieſ-

23 pham, & Heber, & Eliel, ‡& Abdon, &

24 Zechri, & Hanan, ‡& Hanania, & Aelam, &

‡ quatuordecim.

" Hacoc 1 MS. " Hucac Hier. ‡ Hucoc H.e.

Ioſue 21,10.

" filij 1 MS: Hier. H.G.

Gen. 46,17.

Gen. 46, 21 Sup. 7, 6.

‡ Bela H. Similiter verò codicibus Græcis, legit Textus, qui ſuperioris cap. v. 6. & 7. conſentit Hebræis.

lam, & Anathothia, [25]*& Iephdaia, & Phanuel filij Seſac. [26]*& Samſari, & Soho-
ria, & Otholia, [27]*& Ierſia, & Elia, & Zechri, filij Ieroham. [28]*hi patriarchæ, &
cognationum principes, qui habitauerunt in Ieruſalem. [29]*In Gabaon autem
Inſ.9,35. habitauerũt Abigabaon, & nomen vxoris eius Maacha: [30]*filiúſque eius primo-
genitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab. [31]*Gedor quoque & Ahio, & Za-
cher, & Macelloth: [32]*& Macelloth genuit Samaa: habitauerúntque ex adverſo fratrum ſuorum in Ieruſalẽ cum
1 Re.24,51 fratribus ſuis. [33]*Ner autem genuit Cis,
Inſ.9,39. & Cis genuit Saul. Porrò Saul genuit Ionathan, & Melchi-ſua, & Abinadab, &
Esbaal. [34]*Filius autem Ionathan, Merib-báal: & Merib-báal genuit Micha.

[35]*Filij Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz. [36]*& Ahaz genuit Ioada: & Ioada genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri: porrò Zamri genuit
Moſa, [37]*& Moſa genuit Banaa, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus eſt Elaſa,
qui genuit Aſel. [38]*Porrò Aſel ſex filii fuerunt, his nominibus, Ezricam, Bochru, Iſmahel, Saria, Obdia, & Hanan:
omnes hi, filii Aſel. [39]*Filii autem Eſec fratris eius, Vlam primogenitus, & Iehus ſecundus, & Eliphálet tertius. [40]*Fuerúntque filii Vlam viri robuſtiſſimi, &
magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes, vſque
3 MS. R. Hier. H.G. ad cẽtum quinquaginta millia'. Omnes hi, filii Ben-iamin.

CAP. IX.

VNiuerſus ergo Iſrael dinumeratus [1]
eſt: & ſumma eorum ſcripta eſt in Libro regum Iſrael, & Iuda: tranſlatíq. ſunt in Babylonem propter delictum ſuum. [2]*Qui autem habitauerunt primi
in poſſeſſionibus, & in vrbibus ſuis: Iſrael, & ſacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi. [3]*Commorati ſunt in Ieruſalem de
filiis Iuda, & de filiis Ben-iamin, de filiis quoque Ephráim, & Manaſſe. [4]*Othei
" filius' MS.G.Pro Textu faciũt R & G q. filius Ammiud, " filii' Amri, filii Omrai, filii Bonni, de filiis Phares filii Iuda. [5]*Et
de Siloni: Aſaia primogenitus, & filii eius. [6]*De filiis autem Zara: Iehuël, &
fratres eorum, ſexcenti nonaginta.

[7]*Porrò de filiis Ben-iamin: Salo filius
[8] Moſollam, filij Oduia, filij Aſana: [9]*& Iobania filius Ieroham: & Ela filius Ozi, filij Mochori: & Moſollam filius Saphatiæ, filij Rahuel, filij Iebaniæ. [9]*& fratres
eorum per familias ſuas, nongenti quinquaginta ſex. Omnes hi, principes co-
[10] gnationũ per domos patrũ ſuorum. [11]*De ſacerdotibus autẽ: Iedaia, Ioiarib, & Iachin: [11]*Azarias quoq. filius Helciæ, filij
Moſollam, filij Sadoc, filij Maraioth, filij Achitob, põtifex domus Dei. [12]*Porrò
[12] Adaias filius Ieroham, filij Phaſſur, filij Melchiæ: & Maáſai filius Adiel, filij Iezra, filij Moſollam, filij Moſollamith,
[13] filii Emmer. [14]*fratres quoq. eorum principes per familias ſuas; mille ſeptingenti ſexaginta, fortiſſimi robore ad faciendum opus miniſterii in domo Dei. [15]*De
Leuitis autem: Semeia filius Haſſub filii Ezricam, filii Haſebia de filiis Merari.

[15]*Bacbacar quoque carpentarius, &
Galal, & Mathania filius Micha, filii Zechri, filii Aſaph: [16]*& Obdia filius Semeiæ, filii Galal, filii Idithun: & Barachia filius Aſa, filii Elcana, qui habitauit
[17] in atriis Netophati. [17]*Ianitores autem: Sellum, & Accub, & Telmon, & Ahimam: [18]*& frater eorũ Sellum princeps,
vſque ad illud tempus, in porta regis ad orientem, obſeruabant per vices ſuas de
[19] filiis Leui. [19]*Sellum verò filius "Core' Sup filii Abiaſaph, filii "Core', cum fratribus Sup ſuis, & domo patris ſui, hi ſunt Coritæ ſuper opera miniſterij, cuſtodes veſtibulorum tabernaculi: & familiæ eorũ per
vices caſtrorum Domini cuſtodientes
[20] introitum. [20]*Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorum coram Domino.

[21]*Porrò Zacharias filius Moſollamia, ianitor portæ tabernaculi teſtimonii.

[22]*Omnes hi electi in oſtiarios per portas, ducenti duodecim: & deſcripti in villis propriis: quos conſtituerunt Da-
[23] uid, & Samuel Videns, in fide ſua [24]*tam ipſos, quàm filios eorum in oſtiis domus Domini, & in tabernaculo vicibus ſuis.
[24] [24]*Per quatuor ventos erant oſtiarii: id eſt ad Orientem, & ad Occidentem, & ad Aquilonem, & ad Auſtrum. [25]*Fratres

autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in ſabbathis ſuis de tempore
vſque ad tempus. [26]*His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorũ, & erant ſuper exedras, & theſauros domus Domini. [27]*Per gyrum quoque tem-
pli Domini morabãtur in cuſtodiis ſuis: vt cùm tempus fuiſſet, ipſi manè aperi-
Ex bis H. G. "genere 10 MS. rent fores. [28]" De horum "grege" erant & ſuper vaſa miniſterij: ad numerũ enim & inferebantur vaſa, & efferebantur.

[29]*De ipſis & qui credita habebant vtenſilia ſanctuarii, præerant ſimilæ & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. [30]*Filij
autem ſacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. [31]*Et Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus erat eorum quæ in ſartagine frigebantur. [32]*Porrò de filiis Caath fratri-
bus eorum, ſuper panes erant propoſitionis, vt ſemper nouos per ſingula ſabbatha præpararent. [33]*Hi ſunt principes
cantorum per familias Leuitarum, qui in exedris morabantur, vt die ac nocte
Sup.8,29. iugiter ſuo miniſterio deſeruirent. [34]*Capita Leuitarum, per familias ſuas principes, manſerunt in Ieruſalem. [35]*In Ga-
baon autem commorati ſunt pater Gabaon Iehiel, & nomen vxoris eius Maacha. [36]*Filius primogenitus eius Abdon,
& Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab,

[37]*Gedor quoque & Ahio, & Zacharias, & Macelloth. [38]*Porrò Macelloth genuit Samaan: iſti habitauerunt eregione fratrum ſuorum in Ieruſalẽ, cum fra-
Sup.8,5. tribus ſuis. [39]*Ner autem genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, & Melchiſúa, & Abinadab, & Esbaal.

[40]*Filius autem Ionathan, Meribbáal: & Meribbáal genuit Micha. [41]*Porrò filij
Micha, Phithon & Melech & Tharaa, & Ahaz. [42]*Ahaz autem genuit Iara: & Iara genuit Alámath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Moſa. [43]*Moſa verò
genuit Banaa: cuius filio Raphaia, genuit Elaſa: de quo ortus eſt Aſel. [44]*Porrò Aſel
ſex filios habuit his nominibꝰ, Ezricam, Bochru, Iſmahel, Saria, Obdia, Hanan. hi ſunt filij Aſel.

CAP. X.

PHiliſthiim autem pugnabant con- 1 Reg.31,1.
[1] tra Iſrael, fugerúntque viri Iſrael, Palæſthinos, & ceciderunt vulnerati in
[2] monte Gelbóe. [2]*Cúmque appropinquaſſent Philiſthæi perſequentes Saul & filios eius, percuſſerunt Ionathan, &
[3] Abinadab, & Melchiſúa filios Saul. [3]*Et aggrauatum eſt prœlium contra Saul, inuenerúntque eum ſagittarij, & vulnerauerunt iaculis. [4]*Et dixit Saul ad armi-
gerum ſuum, Euagina gladium tuum, & interfice me: ne fortè veniant incircũciſi iſti, & illudant mihi. Noluit autẽ armiger eius hoc facere, timore perterritus:
arripuit ergo Saul enſem, & irruit in eũ.
[5] [5]*Quod cùm vidiſſet armiger eius, videlicet mortuum eſſe Saul, irruit etiam ipſe in gladium ſuum, & mortuus eſt.
[6] [6]*Interiit ergo Saul, & tres filii eius, & omnis domus illius pariter concidit.
[7] [7]*Quod cùm vidiſſent viri Iſrael qui habitabant in campeſtribus, fugerunt: & Saul ac filiis eius mortuis, dereliquerunt vrbes ſuas, & huc illúcque diſperſi ſunt: venerúntque Philiſthiim, & ha-
[8] bitauerunt in eis. [8]*Die igitur altero detrahentes Philiſthiim ſpolia cæſorum, inuenerunt Saul, & filios eius iacentes
[9] in monte Gelbóe. [9]*Cúmque ſpoliaſſent eum, & amputaſſent caput, armíſque nudaſſent, miſerunt in terram ſuam, vt circunferretur, & oſtenderetur idolorum templis & populis: ar-
[10] ma autem eius [10]*conſecrauerunt in phano dei ſui, & caput affixerunt in templo
[11] Dagon. [11]*Hoc cùm audiſſent viri Iabes Galaad, omnia ſcilicet quæ Philiſthiim
[12] fecerant ſuper Saul, [12]*conſurrexerunt ſinguli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorum eius: attulerúntq. ea in Iabes, & ſepelierunt oſſa eorum ſubter quercum quæ erat in Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.
[13] [13]*Mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas, eò quòd prœuaricatus ſit 'man- 1 Re.15,23
datum Domini quod præceperat, & non cuſtodierit illud: ſed inſuper etiam 'py- 1 Re.28,8.
[14] thoniſſam conſuluerit, [14]*nec ſperauerit in Domino, propter quod interfecit

eum,& tranſtulit regnum eius ad Dauid filium Iſai.

CAP. XI.

CONgregatus eſt igitur omnis Iſrael ad Dauid in Hebron, dicens, Os tuum ſumus & caro tua. 2 Reg.5,1.
[1] *Heri quoque & nudiuſtertius cùm adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas & introducebas Iſrael: tibi enim dixit Dominus Deus tuus, Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris princeps ſuper eum. [2] *Venerunt ergo omnes maiores natu Iſrael ad regem in Hebron, & iniit Dauid cum eis fœdus coram Domino: vnxerúntque eum regẽ ſuper Iſrael, iuxta ſermonem Domini quem locutus eſt in manu Samuel. [3] *Abiit quoque Dauid, & omnis Iſrael in Ieruſalẽ. hæc eſt Iebus, vbi erant Iebuſæi habitatores terræ. [4] *Dixerúntq. qui habitabant in Iebus ad Dauid, Non ingredieris huc. Porrò Dauid cepit arcem Sion, quæ eſt Ciuitas-Dauid, [5] *dixítque, Omnis qui percuſſerit Iebuſeum in primis, erit princeps & dux. Aſcendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus eſt princeps. [6] *Habitauit autem Dauid in arce, & idcirco appellata eſt Ciuitas-Dauid. [7] *Ædificauítque vrbem in circuitu à Mello, vſque ad gyrum: Ioab autem reliqua vrbis extruxit. [8] *Proficiebátque Dauid vadens & creſcens, & Dominus exercituum erat cum eo. [9] *2 Reg.23,8. Hi principes virorum fortium Dauid, qui adiuuerunt eum vt rex fieret ſuper omnem Iſrael iuxta verbum Domini quod locutus eſt ad Iſrael. [10] *Et iſte numerus robuſtorum Dauid: Iesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iſte leuauit haſtam ſuam ſuper trecentos vulneratos vna vice. [11] *Et poſt eum Eleazar filius Patrui-eius Ahohites, qui erat inter tres potentes. [12] *Iſte fuit cum Dauid in Phes-domim, quando Philiſthiim cõgregati ſunt ad locum illum in prœlium: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugerátq. populus à facie Philiſtinorum. [13] *[a] Hi ſteterunt [b] in medio agri, & [c] defenderunt eum: cúmque [d] percuſſiſſent Philiſthæos, dedit Dominus ſalutem magnam populo ſuo. [14] *Deſcenderunt autem tres de [15] triginta principibus ad petram, in qua erat Dauid, ad ſpeluncã Odollam, quando Philiſthiim fuerant caſtrametati in Valle-raphaim. [16] *Porrò Dauid erat in præſidio, & ſtatio Philiſthinorũ in Beth-léhẽ. [17] *Deſiderauit igitur Dauid, & dixit, O ſi quis daret mihi aquã de ciſterna Beth-léhem, quæ eſt in porta. [18] *Tres ergo iſti per media caſtra Philiſthinorum perrexerunt, & hauſerunt aquam de ciſterna Beth-léhem, quę erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet: qui noluit, ſed magis libauit illam Domino, [19] *dicens, Abſit vt in conſpectu Dei mei hoc faciam, & ſanguinem iſtorum virorum bibam: quia in periculo animarum ſuarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc cauſam noluit bibere. hęc fecerunt tres robuſtiſſimi. [20] *Abiſai quoque frater Ioab ipſe erat princeps trium, & ipſe leuauit haſtã ſuam contra trecentos vulneratos, & ipſe erat inter tres nominatiſſimus, [21] *& inter tres ſecundus inclytus, & princeps eorum: veruntamen vſque ad tres primos non peruenerat. [22] *Banaias filius Ioiadæ [e] viri robuſtiſſimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabſeel: ipſe percuſſit duos ariel Moab: & ipſe deſcẽdit, & interfecit leonem in media ciſterna tempore niuis. [23] *Et ipſe percuſſit virum Ægyptium, cuius ſtatura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam vt liciatorium texentium: deſcendit igitur ad eum cum virga, & rapuit haſtam quam tenebat manu, & interfecit eum haſta ſua. [24] *Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robuſtos nominatiſſimus, [25] *inter triginta primus, veruntamen ad tres vſque non peruenerat: poſuit autem eum Dauid ad auriculam ſuam. [26] *Porrò fortiſsimi viri in exercitu, Aſahel frater Ioab, & Elchanan filius Patrui-eius de Beth-léhem, Sammoth Arorites, [27] *Helles Phalonites, [28] *Ira filius Acces Thecuites, Abiézer Anathothites, [29] *Sobbochai Huſathites, Ilai Ahohites, [30] *Maharai Netophatites, Heled filius Baana Netophathites, [31] *Ethai filij Ribai de Gabaath filiorum Ben-iamin, Banaia Pharatonites, [32] *Hurai de Torrente-Gaas, Abiel Arba-

[a] Hic ſtetit 12 MS. G.
[b] defendit 12 MS. G.
[c] percuſſiſſet 12 MS. G. Q.n.

Arbathites, [33] *Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites. [34] *Filij Aſſem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararites, [35] *Ahiam filius Sachar Ararites, Eliphal filius Vr, [36] *Hepher Mecherathites, Ahia Pheloni-tes, [37] *Heſro Carmelites, Naárai filius Asbai, [38] *Ioel frater Nathan, Mibahar filius Agarai. [39] *Selec Ammonites, Nahárai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ. [40] *Ira Iethræus, Gareb Iethræus, [41] *Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi, [42] *Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta: [43] *Hanan filius Maacha, & Ioſaphat Mathanites, [44] *Ozia Aſtarothites, Samma & Iehiel filij Hotham Arorites, [45] *Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thoſaites, [46] *Eliel Mahumites, & Ieribai & Ioſaia filij Elnáem, & Iethma Moabites, Eliel & Obed, & Iaſiel de Maſobia.

CAP. XII.

HI quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cùm adhuc fugeret Saul filium Cis, qui erant fortiſſimi & egregij pugnatores, [1] *tendentes arcum, & vtraque manu fundis ſaxa iacientes, & dirigentes ſagittas: de fratribus Saul ex Beniamin. [2] *Princeps Ahiezer, & Ioas filij Samaa Gabaathites: & Iaziel & Phallet filij Azmoth, & Baracha & Iehu Anathorites. [3] *Samaias quoque Gabaonites fortiſſimus inter triginta & ſuper triginta. Ieremias & Ieheziel & Iohanan & Iezabad Gaderothites. [4] *& Eluzai & Ierimuth, & Baalia & Samaria & Saphatia Haruphites. [5] *Elcana & Ieſia & Azareel & Ioezer & Iesbaam de Carehim: [6] *Ioela quoque & Zabadia filij Ieroham de Gedor. [7] *Sed & de Gaddi transfugerunt ad Dauid, cùm latêret in deſerto, viri robuſtiſſimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum & haſtam: facies eorum quaſi facies leonis, & veloces quaſi capreæ in montibus: [8] *Ezer princeps, Obdias ſecundus, Eliab tertius, [9] *Maſmana quartus, Ieremias quintus, [10] *Ethi ſextus, Eliel ſeptimus, [11] *Iohanan octauus, Elzebad nonus, Ieremias decimus, [12] *Machbanai vndecimus. [13] *hi de filiis Gad principes exercitus: nouiſſimus, centum militibus præerat, & maximus, mille. [14] *Iſti [15] ſunt qui tranſierunt Iordanẽ menſe primo, quando inundare conſueuit ſuper ripas ſuas: & omnes fugauerunt qui morabantur in vallibus ad orientalem plagam & occidentalem. [16] *Venerunt autem & de Ben-iamin & de Iuda ad præſidium in quo morabatur Dauid. [17] *Egreſſúſque eſt Dauid obuiam eis, & ait, Si pacificè veniſtis ad me vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: ſi autem inſidiamini mihi pro aduerſariis meis, cùm ego iniquitatem in manibus nõ habeam, videat Deus patrum noſtrorũ, & iudicet. [18] *Spiritus verò induit Amaſai principem inter triginta, & ait, Tui ſumus ô Dauid, & tecum fili Iſai pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis. te enim adiuuat Deus tuus. Suſcepit ergo eos Dauid, & conſtituit principes turmæ. [19] *Porrò de Manaſſe transfugerunt ad Dauid, quando vẽiebat cum Philiſthiim aduerſus Saul, vt pugnaret: & non dimicauit cũ eis. [a] quia 1 Reg.29,4 inito conſilio remiſerunt eum principes Philiſthinorum, dicentes, Periculo capitis noſtri reuertetur ad dominum ſuum [20] Saul. *Quando igitur reuerſus eſt in Siceleg, transfugerũt ad eum de Manaſſe, Ednas, & Iozabad, & Iedihel, & Michael & Ednas' & Iozabad, & Eliu, & Salathi, [b] principes [c] militum' in Manaſſe. [21] *hi præbuerunt auxiliũ Dauid aduerſus latrunculos: omnes enim erant viri fortiſſimi, & facti ſunt principes in exercitu. [22] *Sed & per ſingulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei, vſq. dum fieret grandis numerus, quaſi exercitus Dei. [23] *Iſte quoque eſt numerus principum exercitus, qui venerunt ad Dauid, cùm eſſet in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbum Domini. [24] *Filii Iuda portantes clypeum, & haſtam, ſex millia octingenti expediti ad prœlium. [25] *De filiis Simeon virorum fortiſſimorum ad pugnandum, ſeptem millia centum. [26] *De filiis Leui, quatuor millia ſexcenti. [27] *Ioiada quoque princeps de ſtirpe Aaron, & cum eo tria millia ſeptingenti. [28] *Sadoc etiã puer egregiæ indolis, & domus patris eius, principes viginti duo. [29] *De filiis autem Ben-iamin fratribus Saul,

[a] 6 MS. H. G.
[b] millium 6 MS. H. G.

Saul, tria millia. magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul. 30 *Porrò de filiis Ephraim viginti millia octingẽti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis. 31 *Et ex dimidia tribu Manasse, decem & octo millia, singuli per nomina sua venerunt vt constituerent regem Dauid. 32 *De filiis quoque Issachar viri eruditi qui nouerant singula tempora, ad præcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus, eorũ consilium sequebatur. 33 *Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prœlium, & stabãt in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici. 34 *Et de Nephthali, principes mille: & cum eis instructi clypeo & hasta, triginta & septem millia.

35 *De Dan etiam præparati ad prœlium, viginti octo millia sexcenti. 36 *Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie prouocantes, quadraginta millia. 37 *Trans Iordanem autem de filijs Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse instructi armis bellicis, centum viginti millia. 38 *Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebrõ, vt constituerent regem Dauid super vniuersum Israel: sed & omnes reliqui ex Israel, vno corde erant, vt rex fieret Dauid. 39 *Fuerúntque ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes. præparauerant enim eis fratres sui. 40 *Sed & qui iuxta eos erant, vsque ad Issachar & Zabulon & Nephthali, afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad vescendum: farinam, palathas, vuam passam, vinum, oleum, boues, arietes ad omnẽ copiam. gaudium quippe erat in Israel.

CAP. XIII.

1 INiit autem consilium Dauid cum tribunis & centurionibus & vniuersis principibus, 2 *& ait ad omnem cœtum Israel, Si placet vobis, & à Domino Deo nostro egreditur sermo quem loquor: mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes & Leuitas qui habitant in suburbanis vrbium, vt congregentur ad nos, 3 *& reducamus arcam Dei nostri ad nos: non enim requisiuimus eam in diebus Saul.

4 *Et respondit vniuersa multitudo vt ita fieret: placuerat enim sermo omni populo. 5 *Cõgregauit ergo Dauid cunctum Israel à Sihor Ægypti, vsque dum ingrediaris Emath, 'vt adduceret arcam Dei de Cariath-iarim. 6 *Et ascendit Dauid & "omnis" vir' Israel ad collẽ Cariathiarim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcã Domini Dei sedentis super cherubim, vbi inuocatũ est nomen eius. 7 *Imposuerúntque arcam Dei super plaustrum nouum, de domo Abinadab: Oza autem, & frater eius minabant plaustrum. 8 *Porrò Dauid & vniuersus Israel ludebant coram Deo omni virtute, in canticis & in citharis, & psalterijs, & tympanis, & cymbalis, & tubis. 9 *Cùm autem peruenissent ad Aream-chidon, tetendit Oza manum suam, vt sustentaret arcam: bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam. 10 *Iratus est itaque Dominus contra Ozam, & percussit eum, 'eò quòd tetigisset arcam: & mortuus est ibi coram Domino. 11 *Contristatúsque est Dauid, eò quòd diuisisset Dominus Ozam: vocauítque locum illum, Diuisio Ozæ, vsque in præsentem diem.

12 *Et timuit Deũ tunc temporis, dicens, Quomodò possum ad me introducere 13 arcam Dei? * Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in Ciuitatem Dauid, sed auertit in domũ Obed-edom 14 Gethæi. *Mansit ergo arca Dei in domo Obed-edom tribus mensibus: & benedixit Dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.

CAP. XIIII.

1 MIsit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum lignorúmque: vt ædificarent ei domum. 2 *Cognouítque Dauid, eò quòd cõfirmasset eum Dominus in regem super Israel, & subleuatum est regnum suum super populũ eius Israel.

3 *Accepit quoque Dauid alias vxores in 4 Ierusalem: genuítque filios & filias. *Et hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalem: Samua & Sobad, Nathan & 5 Salomon, *Iebahar, & Elisua, * & Eli- *& Elio. phalet, 6 *Noga quoq., & Napheg, & Iaphia, 7 *Elisama, & Baal-iada, & Eliphalet. 8 *'Audientes autem Philisthiim eò 2 Reg. 5, 17. quòd vnctus esset Dauid in regem super vniuersum Israel, ascenderunt omnes vt quærerent eum: quod cùm audisset Dauid, egressus est obuiam eis. 9 *Porrò Philisthiim venientes, diffusi sunt in Valle-Raphaim. 10 *Consuluítque Dauid Dominum, dicens, Si ascendam ad Philisthæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei Dominus, Ascende, & tradam eos in manu tua. 11 *Cúmq. illi ascendissent in Baal-pharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit, Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ: & idcircò vocatũ est nomen illius loci Baal-pharasim. 12 *Dereliquerúntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. 13 *Alia etiam vice Philisthiim irruerunt, & diffusi sunt in valle. 14 *Consuluítque rursum Dauid Deum: & dixit ei Deus, Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pyrorum. 15 * Cúmq. audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthiim. 16 *Fecit ergo Dauid sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philisthinorum, de Gabaon vsque Gazera.

17 *Diuulgatúmque est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.

CAP. XV.

Num. 4, 5. 1 FEcit quoque sibi domos in Ciuitate Dauid: & ædificauit locũ arcæ Dei, tetendítq. ei tabernaculum. 2 *Tunc dixit Dauid, Illicitum est vt à quocunque portetur arca Dei, nisi à Leuitis: quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrãdum sibi, vsque in æternum.

3 *Congregauítque vniuersum Israel in Ierusalem, vt afferretur arca Dei in locum suum quem præparauerat ei. 4 *Nec non & filios Aaron & Leuitas. 5 *de filiis Caath, Vriel princeps fuit: & fratres eius 'ducenti o. 'centum' viginti. 6 * De filiis Merari, Asaia princeps: & fratres eius ducenti 7 'viginti'. *De filiis Gersom, Ioël princeps: & fratres eius centum 'triginta'. 'triginta o. "viginti o

8 *De filiis Elisaphan, Semeias princeps; 9 & fratres eius ducenti. *De filiis Hebron, Eliel princeps: & fratres eius octo- 10 ginta. *De filiis Oziel, Aminadab princeps: & fratres eius centum duodecim.

11 *Vocauítque Dauid Sadoc & Abiathar sacerdotes, & Leuitas, Vriel, Asaiã, 12 Ioël, Semeiam, Eliel, & Aminadab: *& dixit ad eos, Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam Domini Dei Israel ad locum qui ei præ- 13 paratus est: *ne 'vt à principio, quia Sup. 13, 11. non eratis præsentes, percussit nos Dominus: sic & nunc fiat, illicitũ quid nobis agentibus. 14 *Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitæ, vt portarẽt arcam 15 Dñi Dei Israel. *Et tulerunt filij Leui arcam Dei, sicut præceperat 'Moyses iu- Num. 4, 15. xta verbũ Domini, humeris suis, in vectibus. 16 *Dixítq. Dauid principibus Leuitarum, vt constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis videlicet & lyris & cymbalis, vt re- 17 sonaret in excelsis sonitus lætitiæ. *Constituerúntq. Leuitas: Hemã filium Ioël, & de fratrib' eius Asaph filiũ Barachiæ. de filiis verò Merari, fratribus eorum: 18 Ethan filium Casaiæ. *Et cum eis fratres eorum: in secundo ordine, Zachariam & Ben & Iaziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, Eliab, & Banaiam & Maasiam & Mathatiam & Eliphalu & Maceniam & Obed-edom & Iethiel, ianitores. 19 *Porrò cantores, Heman, Asaph & Ethan: in cymbalis æneis concrepantes. 20 *Zacharias autem & Oziel, & Semiramoth & Iahiel & Ani & Eliab & Maasias & Banaias in nablis arcana cantabant. 21 *Porrò Mathathias & Eliphalu & Macenias & Obed-edom & Iehiel & Ozaziu: in citharis pro octaua canebant epinicion. 22 *Chonenias autẽ princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, ad præcinendã melodiam: erat quippe val- 23 de sapiens. *Et Barachias & Elcana: ianitores arcæ. 24 *Porrò Sebenias & Iosaphat &

phat & Nathanael & Amasai & Zacharias & Banaias & Eliezer sacerdotes, clãgebant tubis coram arca Dei: & Obed-edom & Iehias erant ianitores arcæ.

*Achimaas o. 2 Reg. 6, 12 -2 MS. H. G.

1 *Igitur Dauid & omnes maiores natu Israel, & tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obed-edom cum lætitia. *Cúmque adiuuisset Deus Leuitas qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri & septem arietes. *Porrò Dauid erat indútus stola byssina, & vniuersi Leuitæ qui portabant arcam, cantoresq. & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: Dauid autem etiam indutus erat ephod lineo. *Vniuersúsque Israel deducebant arcam fœderis Domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis & citharis concrepantes. *Cúmq. peruenisset arca fœderis Domini vsq. ad Ciuitatem-Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid saltantem atque ludentem, & despexit eum in corde suo.

CAP. XVI.

2 Reg. 6, 17 ATtulerũt igitur arcam Dei, & constituerũt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocausta & pacifica corã Deo. *Cúmque complesset Dauid offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. *Et diuisit vniuersis per singulos, à viro vsque ad mulierem tortam panis, & partem assæ carnis bubalæ, & frixam oleo similam. *Constituítque coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent: & recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Israel: *Asaph principem, & secundum eius Zachariam: Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiam & Eliab & Banaiam & Obed-edom, & Iehiel super organa psalterij & lyras: Asaph autem, vt cymbalis personaret. *Banaiam verò & Iaziel sacerdotes, canere tuba iugiter corã arca fœderis Domini. *In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Asaph & fratres eius. *Confitemini

Ps. 104, 1. Isaiæ 12, 4.

Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius.

9 *Cantate ei, & psallite ei: & narrate omnia mirabilia eius.

10 *Laudate nomen sanctum eius: lætetur cor quærentium Dominum.

11 *Quærite Dominum, & virtutẽ eius: quærite faciem eius semper.

12 *Recordamini mirabilium eius quæ fecit: signorum illius, & iudiciorum oris eius.

13 *Semen Israel serui eius: filii Iacob electi eius.

14 *Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.

15 *Recordamini in sempiternum pacti eius: sermonis quem præcepit, in mille generationes,

16 *Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum Isaac.

17 *Et constituit illud Iacob in præceptũ, & Israel in pactum sempiternum,

18 *Dicẽs, Tibi dabo Terram-Chanáan, funiculum hæreditatis vestræ.

19 *Cùm essent pauci numero, parui & coloni eius.

20 *Et transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

21 *Non dimisit quemquam calumniari eos: sed increpauit pro eis reges.

22 *[1] Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.

23 *Cantate Domino omnis terra, annuntiate ex die in diem salutare eius.

24 *Narrate in gentibus gloriam eius: in cunctis populis mirabilia eius.

25 *Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribilis super omnes deos.

26 *Omnes enim dii populorum, idôla: Dominus autem cælos fecit.

27 *Confessio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudium in loco eius.

28 *Afferte Domino familiæ populorũ: afferte Domino gloriam & imperium.

29 *Date Domino gloriam nomini eius, leuate sacrificium, & venite in conspectu eius: & adorate Dominum in decore sancto.

30 *Cõmoueatur à facie eius omnis terra: ipse enim fundauit orbem immobilem,

*Lætentur

*Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit.

31

*Tonet mare, & plenitudo eius: exultent agri, & omnia quæ in eis sunt.

32

*Tunc laudabunt ligna saltus coram Domino: quia venit iudicare terram.

33

*Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius.

34

*Et dicite, Salua nos Deus saluator noster: & congrega nos, & erue de gentibus, vt cõfiteamur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis.

35

*Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno, vsq. in æternum: & dicat omnis populus, Amen, & hymnum Deo.

36

*Dereliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini Asaph & fratres eius: vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter per singulos dies, & vices suas. *Porrò Obed-edom, & fratres eius sexaginta octo: & Obed-edom filium Idithun, & Hosa constituit ianitores. *Sadoc autem sacerdotem, & fratres eius sacerdotes, coram tabernaculo Domini in excelso quod erat in Gabaon: *vt offerrent holocausta Domino super altare holocautomatis iugiter, manè & vesperi, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israeli. *Et post eum Heman & Idithun, & reliquos electos, vnum quemque vocabulo suo, ad confitendum Domino, Quoniam in æternum misericordia eius. *Heman quoque & Idithun canentes tuba, & quatientes cymbala: & omnia musicorum organa ad canendum Domino: filios autem Idithũ fecit esse portarios. *Reuersúsque est omnis populus in domum suam: & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ.

37

38

39

40

41

42

43

CAP. XVII.

2 Reg. 7, 1. CVm autem habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan prophetam, Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Domini sub pellibus est. *Et ait Nathã ad Dauid, Omnia quę in corde tuo sunt fac: Deus enim tecum est. *Igitur nocte illa factus est sermo Domini ad Nathan, dicens, *Vade & loquere Dauid seruo meo: Hæc dicit Dominus, Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum. *Neque enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi Israel, *vsque ad diem hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cum omni Israel. *Nunquid locutus sum saltem vni iudicũ Israel, quibus præceperã, vt pascerẽt populum meum, & dixi, Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? *Nunc itaq. sic loquêris ad seruum meum Dauid, Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te, cùm in pascuis sequereris gregẽ, vt esses dux populi mei Israel. *Et fui tecũ quocunque perrexisti: & interfeci omnes inimicos tuos coram te, fecíque tibi nomen quasi vnius magnorum qui celebrantur in terra. *Et dedi locum populo meo Israel: plantabitur, & habitabit in eo, & vltrà non commouebitur: nec filij iniquitatis atterent eos, sicut à principio, *ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel, & humiliaui vniuersos inimicos tuos. Annuntio ergo tibi, quòd ædificaturus sit tibi Dominus domum. *Cúmque impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis: & stabiliã regnum eius. *Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius vsque in æternum.

*de Terra Ægypti MS q. R.

*Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. *Et statuam eum in domo mea, & in regno meo vsque in sempiternum: & thronus eius erit firmissimus in perpetuum. *Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. *Cúmque venisset rex Dauid, & sedisset coram Domino, dixit, Quis ego sum Dñe Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? *Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo, ideóq. locutus es super domum serui tui etiam in futurum: & fecisti me spectabilem super omnes homines Domine Deus. *Quid vltrà addere potest Dauid, cùm ita glorificaueris seruum tuũ, & cognoueris eum? *Domine propter

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

pter

pter famulum tuum iuxta cor tuum feciſti omnem magnificentiam hanc, & nota eſſe voluiſti vniuerſa magnalia.

[20] ‡Domine non eſt ſimilis tui: & non eſt alius Deus abſque te, ex omnibus quos audiuim⁹ auribus noſtris. [21] ‡* Quis enim' eſt alius, vt populus tuus Iſrael, gens vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populum ſibi, & magnitudine ſua atque terroribus eiiceret nationes à facie eius, quem de Ægypto liberarat? [22] ‡Et poſuiſti populum tuum Iſrael tibi in populum vſque in æternum, & tu Domine fact⁹ es Deus eius. [23] ‡Nunc igitur Domine, ſermo quem locutus es famulo tuo, & ſuper domum eius, confirmetur in perpetuũ, & fac ſicut locutus es. [24] ‡Permaneátque & magnificetur nomen tuum vſque in ſempiternum: & dicatur, Dominus exercituum Deus Iſrael, & domus Dauid ſerui eius permanens corã eo. [25] ‡Tu enim Domine Deus meus reuelaſti auriculã ſerui tui, vt ædificares ei domum: & idcirco inuenit ſeruus tuus fiduciam, vt oret coram te.

[26] ‡Nunc ergo Domine tu es Deus: & locutus es ad ſeruũ tuum tanta beneficia.

[27] ‡Et cœpiſti benedicere domui ſerui tui, vt ſit ſemper coram te: te enim Dñe benedicẽte, benedicta erit in perpetuum.

* Et n. g. * autem 4 MS.

CAP. XVIII.

[1] FActum eſt autem poſt hæc, vt percuteret Dauid Philiſthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth, & filias eius de manu Philiſthiim: [2] ‡percuterétque Moab, & fierent Moabitæ ſerui Dauid, offerentes ei munera. [3] ‡Eo tempore percuſſit Dauid etiam Adar-ézer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperium ſuum vſq. ad flumen Euphráten. [4] ‡Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & ſeptem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum: ſubneruauítque omnes equos curruum, exceptis centũ quadrigis quas reſeruauit ſibi. [5] ‡Superuenit autem & Syrus Darmaſcenus, vt auxilium præberet Adar-ézer regi Soba: ſed & hui⁹ percuſſit Dauid viginti duo millia virorum. [6] ‡Et poſuit milites in Darmaſco, vt Syria quoque ſeruiret ſibi, & offerret munera. Adiuuítq. eum Dominus in cunctis ad quæ perrexerat. [7] ‡Tulit quoque Dauid pharetras aureas, quas habuerant ſerui Adar-ézer: & attulit eas in Ieruſalem. [8] ‡Necnon de Tebath & Chun vrbibus Adar-ézer æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vaſa ænea. [9] ‡Quod cùm audiſſet Thou rex Hemath, percuſſiſſe videlicet Dauid omnem exercitum Adar-ézer regis Soba, [10] ‡miſit Adoram filium ſuum ad regem Dauid, vt poſtularet ab eo pacem, & congratularetur ei quòd percuſſiſſet, & expugnaſſet Adar-ézer: aduerſarius quippe erat Thou Adar-ézer. [11] ‡Sed & omnia vaſa aurea, & argentea, & ænea conſecrauit Dauid rex Domino, cum argento & auro quod tulerat ex vniuerſis gentibus, tam de Idumæa & Moab, & filiis Ammon, quàm de Philiſthiim & Amalec. [12] ‡Abiſai verò filius Saruiæ percuſſit Edom in Valle-ſalinarum, decem & octo millia: [13] ‡& conſtituit in Edom præſidium, vt ſeruiret Idumæa Dauid: ſaluauítque Dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. [14] ‡Regnauit ergo Dauid ſuper vniuerſum Iſrael, & faciebat iudicium atque iuſtitiam cuncto populo ſuo. [15] ‡Porrò Ioab filius Saruiæ erat ſuper exercitum, & Ioſaphat filius Ahilud à commentariis. [16] ‡Sadoc aũt filius Achitob, & Ahimélech', filius Abiathar, ſacerdotes: & Suſa, ſcriba. [17] ‡Banaias quoque filius Ioiadæ ſuper legiones cerethi & phelethi: porrò filij Dauid, primi ad manum regis.

2 Reg. 8, 1.

CAP. XIX.

[1] ACcidit autem vt moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret filius eius pro eo. [2] ‡Dixítque Dauid, Faciam miſericordiam cum Hanon filio Naas: præſtitit enim mihi pater eius gratiam. Miſitque Dauid nuntios ad conſolandum eum ſuper morte patris ſui. Qui cùm peruenìſſent in terrã filiorum Ammon, vt conſolarentur Hanon, [3] ‡dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon, Tu forſitan putas, quòd Dauid honoris cauſa in patrem tuum, miſerit qui rit qui conſolarentur te: nec animaduertis, quòd vt explorent, & inueſtigent, & ſcrutentur terram tuam venerint ad te ſerui eius. [4] ‡Igitur Hanõ pueros Dauid decaluauit & raſit, & præcídit tunicas eorum à natibus vſque ad pedes, & dimiſit eos. [5] ‡Qui cùm abiiſſent, & hoc mandaſſent Dauid, miſit in occurſum eorum (grãdem enim contumeliam ſuſtinuerant) & præcepit vt manerent in Iericho, donec creſceret barba eorum, & tunc reuerterentur. [6] ‡Videntes autem filii Ammon, quòd iniuriam feciſſent Dauid, tam Hanon quàm reliquus populus, miſerunt mille talenta argenti, vt conducerent ſibi de Meſopotamia, & de Syria-Maacha, & de Soba curr⁹ & equites. [7] ‡Conduxerúntque triginta duo millia curruum, & regem Maacha cum populo eius. Qui cùm veniſſent, caſtrametati ſunt è regione Medaba. Filii quoque Ammõ congregati de vrbibus ſuis, venerunt ad bellum. [8] ‡Quod cùm audiſſet Dauid, miſit Ioab, & omnem exercitum virorum fortium: egreſſíque filij Ammon, direxerunt aciẽ iuxta portam ciuitatis: reges autem qui ad auxilium eius venerãt, ſeparatim in agro ſteterũt. [9] ‡Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerſo, & poſt tergum contra ſe fieri, elegit viros fortiſſimos de vniuerſo Iſrael, & perrexit contra Syrum. [10] ‡Reliquam autem partem populi dedit ſub manu Abiſai fratris ſui: & perrexerunt contra filios Ammon. [11] ‡Dixítque, Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: ſi autem ſuperauerint te filij Ammon, ero tibi in præſidium. [12] ‡Confortare, & agamus viriliter pro populo noſtro, & pro vrbibus Dei noſtri: Dominus autẽ quod in conſpectu ſuo bonum eſt, faciet. [13] ‡Perrexit ergo Ioab, & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prœlium: & fugauit eos. [14] ‡Porrò filij Ammon videntes quòd fugiſſet Syrus, ipſi quoq. fugerunt Abiſai fratrem eius, & ingreſſi ſunt ciuitatem: reuerſúſque eſt etiam Ioab in Ieruſalem. [15] ‡Videns autem Syrus quòd cecidiſſet coram Iſrael, miſit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trans Fluuium:

[16] ‡Sophach autem princeps militiæ Adarézer, erat dux eorum. [17] ‡Quod cùm annuntiatum eſſet Dauid, cõgregauit vniuerſum Iſrael, & tranſiuit Iordanem, irruítq. in eos, & direxit ex aduerſo aciem, illis contrà pugnantibus. [18] ‡Fugit autem Syrus Iſrael: & interfecit Dauid de Syris ſeptem millia curruum, & quadraginta millia peditũ, & Sophach exercit⁹ principem. [19] ‡Videntes autem ſerui Adarézer ſe ab Iſrael eſſe ſuperatos, transfugerunt ad Dauid, & ſeruierunt ei: noluítque vltrà Syria auxilium præbere filiis Ammon.

CAP. XX.

[1] FActum eſt autẽ poſt anni circulum, eo tempore quo ſolẽt reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum & robur militiæ, & vaſtauit terram filiorum Ammon; perrexítque, & obſedit Rabba: porrò Dauid manebat in Ieruſalem, quando Ioab percuſſit Rabba, & [2] deſtruxit eam. ‡Tulit autem Dauid coronam Melchum de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & precioſiſſimas gemmas, fecítque ſibi inde diadema: manubias quoque vrbis plurimas tulit. [3] ‡populum autẽ qui erat in ea, eduxit: & fecit ſuper eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta trãſire, ita vt diſſecarẽtur, & contererentur: ſic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon: & reuerſus eſt cum omni populo ſuo in [4] Ieruſalẽ. ‡'Poſt hæc initum eſt bellum in Gazer aduerſum Philiſthæos: in quo percuſſit Sobochai Huſathites, Saphai de genere Raphaim, & humiliauit eos. [5] ‡Aliud quoque bellum geſtum eſt aduerſus Philiſthæos, in quo percuſſit Adeodatus filius Saltus "Beth-lehemites' fratrem Goliath Gethæi, cuius haſtæ lignum erat quaſi liciatorium texẽtium. [6] ‡Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longiſſimus, ſenos habens digitos, id eſt, ſimul viginti quatuor: qui & ipſe de Rapha fuerat ſtirpe generatus. Hic blaſphemauit Iſrael: & percuſſit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi ſunt filij Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid & ſeruorum eius.

2 Reg. 10, 7. & 11, 1.

2 Re. 21, 18

" Lehemiten 3 Ms. G. Q. H.

CAP. XXI.

2 Reg.24,1 Infr.27,24. CONsurrexit autem ſatan contra Iſrael: & incitauit Dauid vt numeraret Iſrael. [2]Dixítque Dauid ad Ioab, & ad principes populi, Ite, & numerate Iſrael à Berſabee, vſq; Dan: & afferte mihi numerum, vt ſciam. [3]Reſpondítque Ioab, Augeat Dominus populum ſuum centuplum, quàm ſunt: nónne domine mi rex, omnes ſerui tui ſunt? quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Iſraeli? [4]Sed ſermo regis magis præualuit: egreſſúſque eſt Ioab, & circuiuit vniuerſum Iſrael: & reuerſus eſt Ieruſalem. [5]Dedítque Dauidi numerum eorum, quos circuierat: & inuentus eſt omnis numerus Iſrael, mille millia, & centum millia virorum educentium gladium: de Iuda autem "quadringenta' ſeptuaginta millia bellatorum. [6]Nam Leui & Ben-iamin, non numerauit: eò quòd Ioab inuitus exequeretur regis imperium. [7]Diſplicuit autem Deo quod iuſſum erat: & percuſſit Iſrael. [8]Dixítque Dauid ad Deum, Peccaui nimis vt hoc facerem: obſecro aufer iniquitatẽ ſerui tui, quia inſipienter egi. [9]Et locutus eſt Dominus ad Gad Videntem Dauidis, dicens, [10]Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei', Hæc dicit Dominus, Trium tibi optionem do: vnum quod volueris elige, & faciã tibi.

-1 MS. H. G.

[11]Cúmque veniſſet Gad ad Dauid, dixit ei, Hæc dicit Dominus, Elige quod volueris: [12]aut tribus annis "peſtilentiam": aut tribus mẽſibus te fugere hoſtes tuos, & gladium eorum non poſſe euadere: aut tribus diebus gladium Domini, & mortem verſari in terra, & angelum Dñi interficere in vniuerſis finibus Iſrael: nunc igitur vide quid reſpondeam ei qui miſit me. [13]Et dixit Dauid ad Gad, Ex omni parte me anguſtiæ premunt: ſed melius mihi eſt, vt incidam in manus Domini, quia multæ ſunt miſerationes eius: quàm in manus hominum. [14]Miſit ergo Dominus peſtilentiam in Iſrael: & ceciderunt de Iſrael ſeptuaginta millia virorum. [15]Miſit quoque angelum in Ieruſalem, vt percuteret eam: cúmque percuteretur, vidit Dominus, & miſertus eſt ſuper magnitudine mali: & imperauit angelo qui percutiebat, Sufficit, iam ceſſet manus tua. Porrò angelus Domini ſtabat iuxta aream Ornan Iebuſæi. [16]Leuánſque Dauid oculos ſuos, vidit angelum Domini ſtantem inter cælum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & verſum contra Ieruſalem: & ceciderunt tam ipſe, quàm maiores natu veſtiti ciliciis, proni in terram. [17]Dixítque Dauid ad Deum, Nónne ego ſum qui iuſſi vt numeraretur populus? Ego qui peccaui, ego qui malũ feci: iſte grex quid cõmeruit? Domine Deus meus vertatur obſecro manus tua in me, & in domum patris mei: populus autem tuus non percutiatur. [18]Angelus autem Domini præcepit Gad vt diceret Dauidi, vt aſcenderet, extruerétque altare Domino Deo in area Ornan Iebuſæi. [19]Aſcendit ergo Dauid iuxta ſermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini. [20]Porrò Ornan cùm ſuſpexiſſet, & vidiſſet angelum, quatuórq. filij eius cum eo, abſconderunt ſe: nam eo tempore terebat in area triticum. [21]Igitur cùm veniret Dauid ad Ornan, conſpexit eum Ornan, & proceſſit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram. [22]Dixítq. ei Dauid, Da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino: ita vt quantum valet argenti accipias, & ceſſet plaga à populo. [23]Dixit autem Ornan ad Dauid, Tolle, & faciat dominus meus rex quodcunque ei placet: ſed & boues do in holocauſtum, & tribulas in ligna, & triticũ in ſacrificium, Omnia libens præbebo. [24]Dixítque ei rex Dauid, Nequaquam ita fiet, ſed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita. [25]Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos. [26]Et ædificauit ibi altare Domino: obtulítque holocauſta, & pacifica: & inuocauit Dominum, & exaudiuit eum in igne de cælo ſuper altare holocauſti. [27]Præcepítq. Dominus angelo: & conuertit gladium ſuum in vaginam. [28]Protinus ergo Dauid, videns quòd exaudiſſet eum Dominus in area Ornan Iebuſæi, immolauit ibi victimas. [29]Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyſes in deſerto, & altare holocauſtorum, ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon. [30]Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obſecraret Deum: nimio enim fuerat in timore perterritus, videns gladium angeli Domini.

"trecenta o.

*famem H. G. * famis 3 MS. R.

Exo.36,2.

CAP. XXII.

[1]DIxítq. Dauid, Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtum Iſrael. [2]Et præcepit vt congregarentur omnes proſelyti de Terra Iſrael, & conſtituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus Dei. [3]Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & ad commiſſuras atque iuncturas præparauit Dauid: & æris pondus innumerabile. [4]Ligna quoque cedrina nõ poterant æſtimari, quæ Sidonij & Tyrij deportauerant ad Dauid. [5]Et dixit Dauid, Salomõ filius meus puer paruulus eſt & delicatus: domus autem quam ædificare volo Domino, talis eſſe debet vt in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei neceſſaria. Et ob hanc cauſam, ante mortem ſuam omnes præparauit impenſas. [6]Vocauítq. Salomonem filium ſuum: & præcepit ei vt ædificaret domum Domino Deo Iſrael.

Inſr.28,5.

[7]Dixítque Dauid ad Salomonem, Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem domum nomini Domini Dei mei. [8]Sed factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti: non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me. [9]filius qui naſcetur tibi, erit vir quietiſſimus: faciam enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitũ: & ob hanc cauſam Pacificus vocabitur: & pacem & otium dabo in Iſrael cunctis diebus eius. [10]Ipſe ædificabit domum nomini meo: & ipſe erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmabóque ſolium regni eius ſuper Iſrael in æternum. [11]Nunc ergo fili mi, ſit Dominus tecum, & proſperare, & ædifica domũ Domino Deo tuo, ſicut locutus eſt de te. [12]Det quoque tibi Dominus prudentiam & ſenſum, vt regere poſſis Iſrael, & cuſtodire legem Domini Dei tui. [13]Tunc enim proficere poteris, ſi cuſtodieris mandata, & iudicia quæ præcepit Dominus Moyſi vt doceret Iſrael: confortare & viriliter age, ne timeas, neque paueas. [14]Ecce ego in paupertate mea præparaui impenſas dom' Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorũ: æris verò, & ferri non eſt pondus, vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad [15]vniuerſa impẽdia. Habes quoq. plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificéſque lignorum, & omniũ artium [16]ad faciendum opus prudentiſſimos in auro & argento & ære & ferro, cui' non eſt numerus. Surge igitur, & fac, & erit [17]Dominus tecum. Præcepit quoq. Dauid cunctis principibus Iſrael, vt adiuuarent Salomonem filium ſuum: [18]Cernitis, inquiẽs, quòd Dominus Deus veſter vobiſcum ſit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit "omnes inimicos veſtros' in manus veſtras, & ſubiecta ſit terra coram Domino, & coram [19]populo eius. Præbere igitur corda veſtra & animas veſtras, vt quęratis Dominum Deum veſtrum: & conſurgite & ædificate ſanctuarium Domino Deo: vt introducatur arca fœderis Domini, & vaſa Domino conſecrata, in domũ quæ ædificatur nomini Domini.

"habitatores terræ H.G. -4 MS. -10 MS.

CAP. XXIII.

[1]IGitur Dauid ſenex & plenus dierum, regem conſtituit Salomonem filium ſuum ſuper Iſrael. [2]Et congregauit omnes principes Iſrael, & ſacerdotes atque [3]Leuitas. Numeratíque ſunt Leuitæ à "viginti' annis, & ſuprà: & inuenta ſunt [4]triginta octo millia virorum. Ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſterium domus Domini viginti quatuor millia: præpoſitorum autem & iudicum, ſex [5]millia. Porrò quatuor millia ianitores: & totidem pſaltes canentes Domino in [6]organis quæ fecerat ad canendum. [7]Et

"trigirita 4 MS. H. G.

Exo 6, 15. Sup. 6, 1.

2 Reg.7,13 Heb.1,5. 3 Reg.5,5.

distribuit eos Dauid per vices filiorum
Leui, Gerſon videlicet, & Caath, & Merari.
7 ‡Filij Gerſon: Leedan, & Semei.
8 ‡Filij Leedan: princeps Iahiel & Zethan,
9 & Ioel, tres. ‡Filij Semei: Salomith & Hoſiel & Aran, tres: iſti principes familiarum Leedan.
10 ‡Porrò filij Semei: "Leheth', & Ziza, & Iaus, & Baria: iſti filij Semei quatuor.
11 ‡Erat aũt Leheth prior, Ziza ſecundus: porrò Iaus & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna familia vnáq. domo computati ſunt.
12 ‡Filii Caath: Amram & Iſaar, Hebron
13 & Oziel, quatuor. ‡' Filij Amrã, Aaron & Moyſes.' Separatúſque eſt Aaron vt miniſtraret in Sancto ſanctorum, ipſe & filii eius in ſempiternum, & adoleret incenſum Domino ſecundũ ritum ſuum, ac benediceret nomini eius in perpetuũ.
14 ‡Moyſi quoq. hominis Dei filii annumerati ſunt in tribu Leui.
15 ‡Filii Moyſi: Gerſom & Eliézer.
16 ‡Filii Gerſom: Subuel primus.
17 ‡' Fuerunt autem filii Eliézer: Rohobia primus: & non erant Eliézer filii alii. Porrò filii Rohobia multiplicati ſunt nimis.
18 ‡Filii Iſaar: Salomith primus.
19 ‡Filii Hebron: Ieriau primus, Amarias ſecundus, Iahaziel tertius, Iecmaã quartus.
20 ‡Filii Oziel: Micha primus, Ieſia ſecundus.
21 ‡Filii Merari: Moholi & Muſi.
22 Filii Moholi: Eleázar & Cis. ‡Mortuus eſt autem Eleázar, & non habuit filios, ſed filias: acceperúntque eas filii Cis fratres earum.
23 ‡Filii Muſi: Moholi & Eder & Ierimoth, tres.
24 ‡Hi filii Leui in cognationib⁹ & familiis ſuis, principes per vices, & numerum capitum ſingulorum qui faciebant opera miniſterii dom⁹ Domini à viginti annis, & ſuprà.
25 ‡Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus Deus Iſrael populo ſuo, & habitationem Ieruſalem vſque in æternum.
26 ‡Nec erit officii Leuitarum vt vltrà portent tabernaculũ, & omnia vaſa eius ad miniſtrandum.
27 ‡Iuxta præcepta quoque Dauid nouiſſima ſupputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & ſuprà.
28 ‡ Et erunt ſub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in veſtibulis & in exedris, & in loco purificationis, & in ſanctuario, & in vniuerſis operibus miniſterii templi Domini.
29 ‡Sacerdotes autem, ſuper panes propoſitionis, & ad ſimilæ ſacrificium, & ad lagana & azyma & ſartaginem, & ad "torrendum', & ſuper omne pondus atque menſuram.
30 ‡Leuitæ verò vt ſtent manè ad confitendum, & canendum Domino: ſimilitérque ad veſperam,
31 ‡tam in oblatione holocauſtorum Domini, quàm in ſabbathis & Calendis & ſolennitatib⁹ reliquis iuxta numerum & ceremonias vniuſcuiuſque rei, iugiter coram Domino.
32 ‡Et cuſtodiant obſeruationes tabernaculi fœderis, & ritum ſanctuarii, & obſeruationem filiorum Aarõ fratrum ſuorum, vt miniſtrent in domo Domini.

"Leheth H. G.

Exo. 2, 2. & 6, 20. Heb. 5, 5.

Exo. 2, 22. & 18, 3.

CAP. XXIIII.

1 PORRÒ filiis Aarõ hę partitiones erant: Filij Aaron: Nadab & Abiu & Eleázar & Ithamar.
2 ‡Mortui ſunt autem Nadab & Abiu ante patrem ſuum abſque liberis: ſacerdotióque functus eſt Eleazar & Ithamar.
3 ‡Et diuiſit eos Dauid, "id eſt' Sadoc de filiis Eleazari, & Ahimélech de filiis Ithamar, ſecũdùm vices ſuas & miniſterium.
4 ‡Inuentíque ſunt multò plures filij Eleazar in principibus viris, quàm filij Ithamar. Diuiſit autem eis, hoc eſt filiis Eleázar principes per familias ſedecim: & filiis Ithamar per familias & domos ſuas octo.
5 ‡Porrò diuiſit vtraſque inter ſe familias ſortibus: erant enim principes ſanctuarij, & principes Dei, tam de filiis Eleázar, quàm de
6 filiis Ithamar. ‡Deſcripſitque eos Semeias filius Nathanael ſcriba Leuites, coram rege & principibus, & Sadoc ſacerdote, & Ahimélech filio Abiathar, principibus quoque familiarum ſacerdotalium & Leuiticarum: vnã domum quæ cæteris præerat, Eleázar: & alteram domum, quæ ſub ſe habebat cæteros,
7 Ithamar. ‡Exiuit autẽ ſors prima Ioiarib, ſecunda Iedei, ‡tertia Harim, quarta Seorim, ‡quinta Melchia, ſexta Maiman, ‡ſeptima Accos, octaua Abia,
10 ‡nona Ieſua, decima Sechenia, ‡vndecima Eliaſib, duodecima Iacim, ‡tertiadecima Hoppha, ‡decimaquarta Iſbaab,

"id eſt' Sadoc H. G.

15 ‡decimaquinta Belga, decimaſexta Emmer, ‡decimaſeptima Hezir,
16 decimaoctaua Aphſes, ‡decimanona
17 Pheteia, viceſima Hezechiel, ‡viceſimaprima Iachin, viceſimaſecunda Gamul, ‡viceſimatertia Dalaiau, viceſimaquarta Maaziáu. Hæ vices eorum ſecundum miniſteria ſua, vt ingrediantur domum Domini & iuxta ritum ſuũ ſub manu Aaron patris eorum: ſicut præceperat Dominus Deus Iſrael.
20 ‡Porrò filiorum Leui, qui reliqui fuerant, de filiis Amram erat Subael: & de filiis Subael, Iehedeia.
21 ‡De filiis quoque Rohobiæ princeps Ieſias.
22 ‡Iſaari verò filius Salemoth: filiuſque Salemoth Iahath:
23 ‡filiuſque eius Ieriáu "primus', Amarias ſecundus, Iahaziel tertius, Iecmáan quartus.
24 ‡Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir.
25 ‡Frater Micha, Ieſia: filiuſq. Ieſiæ, Zacharias.
26 ‡Filij Merari: Moholi & Muſi. filius Oziáu: Benno.
27 ‡Filius quoque Merari: Oziáu & Soam & Zachur & Hebri.
28 ‡Porrò Moholi filius: Eleázar, qui non habebat liberos.
29 ‡Filius verò Cis, Ierameel.
30 ‡Filij Muſi: Moholi, Eder & Ierimoth. Iſti filij Leui ſecundùm domos familiarum ſuarum.
31 ‡Miſerúntque & ipſi ſortes contra fratres ſuos filios Aaron coram Dauid rege, & Sadoc, & Ahi-mélech, & principibus familiarum ſacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quàm minores. omnes ſors æqualiter diuidebat.

-9 MS. H. G.

CAP. XXV.

1 IGitur Dauid & magiſtratus exercitus ſegregauerunt in miniſterium filios Aſaph & Heman & Idithun: qui prophetarẽt in citharis, & pſalteriis, & cymbalis ſecundum numerum ſuum dedicato ſibi officio ſeruientes.
2 ‡De filiis Aſaph: Zacchur & Ioſeph & Nathania & Aſarela, filij Aſaph: ſub manu Aſaph "prophetantes' iuxta regem.
3 ‡Porrò Idithun: filij Idithun, Godolias, Sori, Ieſeias, & Haſabias, & Mathathias, ſex, ſub manu patris ſui Idithun, qui in cithara prophetabat ſuper confitentes & laudãtes Dominum.
4 ‡Heman quoque: filij Heman, Bocciáu, Mathaniáu, Oziel,

‡ prophetantis R. H. G.

5 Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romemthi ézer, & Iesbacaſſa, Mellóthi, Othir, Mahazioth: ‡omnes iſti filij Heman "Videntes' regis in ſermonibus Dei, vt exaltaret cornu: dedítq. Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres.
6 ‡Vniuerſi ſub manu patris ſui ad cantãdum in templo Domini diſtributi erant, in cymbalis, & pſalteriis, & citharis, in miniſteria domus Domini iuxta regem: Aſaph videlicet & Idithun & Heman.
7 ‡Fuit autem numerus eorum cum fratribus ſuis, qui erudiebant canticũ Domini, cuncti doctores, ducenti octogintaocto.
8 ‡Miſerúntque ſortes per vices ſuas, ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus.
9 ‡Egreſſáque eſt ſors prima Ioſeph, qui erat de Aſaph. Secunda Godoliæ, ipſi & filijs eius, & fratribus eius
10 duodecim. ‡Tertia Zachur, filijs & fratribus eius duodecim.
11 ‡Quarta Iſari, filijs & fratribus eius duodecim.
12 Quinta Nathaniæ, filiis & fratribus eius duodecim.
13 ‡Sexta Bocciáu, filijs & fratribus ei⁹ duodecim.
14 ‡Septima Iſreela, filijs & fratribus eius duodecim.
15 ‡Octaua Ieſaiæ, filijs & fratribus eius duodecim.
16 ‡Nona Mathaniæ, filijs & fratribus eius
17 duodecim. ‡Decima Semeiæ, filijs &
18 fratribus eius duodecim. ‡Vndecima Azareel, filijs & fratribus eius duodecim.
19 ‡Duodecima Haſabiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
20 ‡Tertiadecima Subael, filijs & fratribus eius duodecim.
21 ‡Quartadecima Mathathiæ, filijs &
22 fratribus eius duodecim. ‡Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribus eius
23 duodecim. ‡Sextadecima Hananiæ, fi-
24 lijs & fratribus eius duodecim. ‡Septimadecima Iesbacaſſæ, filijs & fratribus
25 eius duodecim. ‡Octauadecima Hanani, filijs & fratribus eius duodecim.
26 ‡Nonadecima Mellóthi, filijs & fratri-
27 bus eius duodecim. ‡Viceſima Eliátha,
28 filijs & fratribus eius duodecim. ‡Viceſimaprima Othir, filiis & fratribus eius
29 duodecim. ‡Viceſimaſecunda Geddelthi, filiis & fratribus eius duodecim.
30 ‡Viceſimatertia Mahazioth, filiis &

"Videntis, MS. R. H. G.

fratribus eius duodecim. [31] Vicesima-
quarta Romemthi-ézer filiis & fratri-
bus eius duodecim.

CAP. XXVI.

DIuisiones autem ianitorum: de Co-
ritis Meselemia, filius Core, de fi- 1
liis Asaph. [2] Filij Meselemiæ: Zacharias 2
primogenitus, Iadihel secundus, Zaba-
dias tertius, Iathanael quartus, [3] Aelam 3
quintus, Iohanan sextus, Elioenai sep-
timus. [4] Filii autem Obed-edom: Semeias 4
primogenitus, Iozabad secundus, Ioa-
ha tertius, Sachar quartus, Nathanael
quintus, [5] Ammiel sextus, Issachar se- 5
ptimus, Phollathi octauus: quia benedi-
xit illi Dominus. [6] Semei autem filio eius 6
nati sunt filij, præfecti familiarum suа-
rum: erant enim viri fortissimi. [7] filij er- 7
go Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed,
Elzabad, & fratres eius viri fortissimi:
Eliu quoque, & Samachias. [8] Omnes hi, 8
de filiis Obed-edom: ipsi & filii, & fra-
tres eorum fortissimi ad ministrandum,
sexaginta duo de Obed-edom. [9] Porrò 9
Meselemiæ filii, & fratres eorum robu-
stissimi, decẽ & octo. [10] De Hosa autem, 10
id est de filiis Merari: Semri princeps (nõ
enim habuerat primogenitum, & idcir-
co posuerat eũ pater eius in principem:)
[11] Helcias secundus, Tabelias tertius, Za- 11
charias quartus. omnes hi filii, & fratres
Hosa, tredecim. [12] Hi diuisi sunt in iani- 12
tores, vt semper principes custodiarum,
sicut & fratres eorũ ministrarent in do-
mo Domini. [13] *Missæ sunt ergo sortes ex 13
æquo, & paruis & magnis, per familias
suas, in vnamquamque portarum. [14] Ce- 14
cidit ergo sors Orientalis, Selemiæ. Por-
rò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo,
& erudito, sortitò obtigit plaga Se-
ptentrionalis. [15] Obed-edom verò & filiis 15
eius ad Austrum: in qua parte domus,
erat seniorum concilium. [16] Sephim & 16
Hosa ad Occidentem, iuxta portam quę
ducit ad viam ascensionis: custodia con-
tra custodiam. [17] Ad Orientem verò, Le- 17
uitæ sex: & ad Aquilonem, quatuor per
diem: atque ad Meridiẽ similiter in die,
quatuor: & vbi erat concilium, bini &
bini. [18] In cellulis quoque ianitorum ad 18
Occidentem quatuor in via: biníque per
cellulas. [19] Hæ sunt diuisiones ianitorum
filiorum Core, & Merari. [20] Porrò Achias
erat super thesauros domus Dei, & vasa
sanctorum. [21] Filii quoque Ledan, filii
Gersonni: de Ledan principes familia-
rum, Ledan & Gersonni, Iehieli. [22] Filii
Iehieli: Zathã & Ioel 'fratres' eius, super
thesauros domus Domini, [23] Amrami-
tis, & Isaaritis, & Hebronitis & Oziheli-
tis. [24] Subael autem filius Gersom, filii
Moysi, præpositus thesauris. [25] 'Frater'
quoq. eius Eliezer, cuius filius Rahabia,
& huius filius Isaias, & huius fili' Ioram,
huius quoque filius Zechri, & huius fi-
lius Selemith. [26] Ipse Selemith, & fratres
eius super thesauros sanctorũ, quæ san-
ctificauit Dauid rex, & principes fami-
liarum, & tribuni, & centuriones, & du-
ces exercit', [27] de bellis, & manubiis præ-
liorum, quę consecrauerant ad instaura-
tionem & supellectilem templi Domi-
ni. [28] Hæc autem vniuersa sanctificauit
Samuel Videns, & Saul filius Cis, & Ab-
ner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ: 'om-
néque' sanctificauerant ea per manum
Selemith, & fratrum eius. [29] Isaaritis verò
præerat Chonenias, & filiis eius ad ope-
ra forinsecus super Israel ad docendum
& iudicandum eos. [30] Porrò de Hebroni-
tis Hasabias, & fratres eius viri fortissi-
mi, mille septingenti præerant Israeli
trans Iordanem contra Occidentem, in
cunctis operibus Domini, & in minister-
rium regis. [31] Hebronitarum autẽ prin-
ceps fuit Ieria secundus familias & co-
gnationes eorum. Quadragesimo anno
regni Dauid recensiti sunt: & inuẽti sunt
viri fortissimi in Iazer Galaad, [32] 'fratrésq.
eius robustioris ætatis, duo millia septin-
genti principes familiarum. Præposuit
autem eos Dauid rex Rubenitis & Gad-
ditis, & dimidiæ tribui Manasse, in om-
ne ministerium Dei & regis.

CAP. XXVII.

FIlii autem Israel secundum nume- 1
rum suum, principes familiarum,
tribuni & centuriones & præfecti, qui
ministrabant regi iuxta turmas suas, in-
gredientes & egredientes per singulos
menses

*Et n. c. *autem 2 MS.

'fratres' MS. R. 2.

'frater' MS. H. fortasse ante Term. tam. præcedit, quia hoc loco, & vnus ille frater sequentes.

'omnes qui' 13 MS. H. G.

menses in anno: vigintiquatuor millibus
singuli præerãt. [2] Primæ turmæ in primo 2
mense Iesboam præerat filius Zabdiel:
& sub eo viginti quatuor millia. [3] De fi- 3
liis Phares, princeps cunctorum princi-
pum in exercitu mẽse primo. [4] Secun- 4
di mensis habebat turmam Dudia Aho-
hites, & post se alter nomine Macelloth,
qui regebat partẽ exercitus viginti qua-
tuor 'millium'. [5] Dux quoque turmæ 5
tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius
Ioiadæ 'sacerdos': & in diuisione sua vi-
gintiquatuor millia. [6] Ipse est Banaias 6
fortissimus inter triginta, & super trigin-
ta. præerat autem turmæ ipsius Amiza-
bad filius eius. [7] Quartus mense quar- 7
to, Asahel frater Ioab, & Zabadias filius
eius post eum: & in turma eius viginti
quatuor millia. [8] Quintus, mẽse quinto, 8
princeps Samaoth Iezerites: & in tur-
ma eius vigintiquatuor millia. [9] Sextus 9
mense sexto, Hira filius Acces Thecui-
tes: & in turma eius vigintiquatuor mil-
lia. [10] Septimus, mense septimo, Helles 10
Phallonites de filiis Ephraim: & in tur-
ma eius vigintiquatuor millia. [11] Octa- 11
uus, mense octauo, Sobochai Husathi-
tes de stirpe Zarahi: & in turma eius vi-
gintiquatuor millia. [12] Nonus, mense 12
nono, Abiézer Anathothites de filijs Ie-
mini: & in turma eius vigintiquatuor
millia. [13] Decimus, mense decimo, Ma- 13
rai, & ipse Netophathites de stirpe Zara-
hi: & in turma eius viginti quatuor mil-
lia. [14] Vndecimus, mense vndecimo, Ba- 14
naias Pharathonites de filijs Ephraim: &
in turma eius vigintiquatuor millia.
[15] Duodecimus, mense duodecimo, 15
Holdai Netophathites, de stirpe Gotho-
niel: & in turma eius vigintiquatuor
millia. [16] Porrò tribubus præerant in Is- 16
rael, Rubenitis, dux Elié-zer filius Ze-
chri: Simeonitis, dux Saphatias filius
Maacha: [17] Leuitis, Hasabias filius Ca- 17
muel: Aaronitis, Sadoc: [18] Iuda, Eliu 18
frater Dauid: Issachar, Amri filius Mi-
chaël. [19] Zabulonitis, Ieismaias filius Ab- 19
diæ: Nephthalitibus, Ierimoth filius Oz-
riel: [20] filijs Ephraim, Osee filius Ozaziu: 20
dimidiæ tribui Manasse, Ioel filius Pha-
[21] daiæ: & dimidiæ tribui Manasse in Ga-
laad, Iaddo filius Zachariæ: Ben-iamin
[22] autem, Iasiel filius Abner. [23] Dan verò,
Ezrihel filius Ieroham. hi principes filio-
rum Israel. [24] Noluit autem Dauid nu-
merare eos à viginti annis inferius: quia
dixerat Dominus vt multiplicaret Israel
quasi stellas cæli. [25] Ioab filius Saruiæ
cœperat numerare, nec compleuit: quia
super hoc ira irruerat in Israel: & idcirco
numerus eorum qui fuerant recensiti,
non est relatus in fastos regis Dauid.
[25] Super thesauros autem regis fuit Az-
moth filius Adiel. his autẽ thesauris qui
erant in vrbibus, & in vicis, & in turri-
bus, præsidebat Ionathan filius Oziæ.
[26] Operi autem rustico, & agricolis qui
exercebant terram, præerat Ezri filius
[27] Chelub: [27] vinearúmque cultoribus, Se-
meias 'Romathites': cellis autẽ vinariis,
[28] Zabdias 'Aphonites'. [28] Nam super oli-
ueta & ficeta, quę erant in campestribus,
Balanã Gederites: super apothecas au-
tem olei, Ioas. [29] Porrò armentis quæ pa-
scebantur in Saron, præpositus fuit Se-
trai Saronites: & super boues in vallibus,
[30] Saphat filius Adli: [30] super camelos verò,
Vbil Ismaelites: & super asinos, Iadias
[31] Meronathites. [31] super oues quoq. Iaziz
Agarenus. omnes hi, principes substan-
tiæ regis Dauid. [32] Ionathan autem pa-
truus Dauid, consiliarius, vir prudens &
literatus: Ipse & Iahiel filius Hachamo-
[33] ni, erant cum filijs regis. [33] Achi-tóphel
etiam consiliarius regis, & Chusai Ara-
[34] chites amicus regis. [34] Post Achi-tóphel
fuit Ioiada filius Banaiæ, & Abiathar.
Princeps autẽ exercitus regis erat Ioab.

CAP. XXVIII.

COnuocauit igitur Dauid omnes 1
principes Israel, duces tribuum, &
præpositos turmarum, qui ministrabant
regi: tribunos quoque & centuriones, &
qui præerant substantiæ & possessioni-
bus regis, filiósque suos cum eunuchis,
& potentes, & robustissimos quosque in
exercitu Ierusalem. [2] Cúmq. surrexis- 2
set rex, & stetisset, ait, Audite me fratres
mei, & populus meus: Cogitaui vt ædifi-
carem domum in qua requiesceret arca

'Ramathites' 4 MS. H. G. 'Saphamitès' H. G.

fœderis Domini, & ſcabellum pedum
Dei noſtri: & ad ædificandum, omnia
2 Reg.7,13. præparaui. ‡Deus autẽ dixit mihi, Non 3
ædificabis domũ nomini meo: eo quòd
ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis.
‡Sed elegit Dominus Deus Iſrael me de 4
vniuerſa domo patris mei, vt eſſem rex
ſuper Iſrael in ſempiternũ: de Iuda enim
elegit principes: porrò de domo Iuda,
domum patris mei: & de filijs patris mei,
placuit ei vt me eligeret regem ſuper
Sap.9,7. cunctum Iſrael. ‡Sed & de filijs meis 5
(filios enim mihi multos dedit Domi-
nus) elegit Salomonem filium meum, vt
ſederet in throno regni Domini ſuper Iſ-
rael, ‡dixítque mihi, Salomon filius 6
*altaria o. tuus ædificabit domum meam, & 'atria'
mea: ipſum enim elegi mihi in filium, &
ego ero ei in patrem. ‡Et firmabo re- 7
gnum eius vſque in æternum, ſi perſeue-
rauerit facere præcepta mea, & iudicia,
ſicut & hodie. ‡Nunc ergo coram vni- 8
uerſo cœtu Iſrael audiente Deo noſtro,
cuſtodite & perquirite cuncta mandata
*veſtri R. H. Texus autem M S. & G. conſen. Domini Dei 'noſtri': vt poſſideatis Ter-
ram bonam, & relinquatis eam filiis ve-
ſtris poſt vos vſque in ſempiternum. ‡Tu 9
autem Salomon fili mi, ſcito Deum pa-
tris tui, & ſerui ei corde perfecto, & ani-
Pſal.7,10. mo volũtario: 'Omnia enim corda ſcru-
tatur Dominus, & vniuerſas mentium
cogitationes intelligit. Si quæſieris eum,
inuenies: ſi autem dereliqueris eũ, pro-
iiciet te in æternum. ‡Nunc ergo quia 10
elegit te Dominus vt ędificares domum
ſanctuarij, confortare & perfice. ‡De- 11
dit autem Dauid Salomoni filio ſuo de-
ſcriptionem porticus, & templi, & cella-
riorum, & cœnaculi, & cubiculorum in
adytis, & domus propitiationis, ‡nec 12
non & omnium quæ cogitauerat atrio-
rum & exedrarum per circuitum in the-
ſauros domus Domini, & in theſauros
ſanctorum, ‡diuiſionúmque ſacerdo- 13
talium & Leuiticarum, in omnia opera
domus Domini, & in vniuerſa vaſa mi-
niſterij templi Domini. ‡Aurum in pon- 14
dere per ſingula vaſa miniſterii. Argen-
*ad opera 3 MS. ti quoque pondus pro vaſorum '& ope-
rum' diuerſitate. ‡Sed & in candela- 15
bra aurea & ad lucernas eorum, aurum
pro menſura vniuſcuiuſque candelabri
& lucernarum. Similiter & in candela-
bra argentea, & in lucernas eorum, pro
diuerſitate menſurę, pondus argenti tra-
16 didit. ‡Aurum quoq. dedit in 'menſas' *menſa o. *menſibꝰ o.
propoſitionis pro diuerſitate 'mẽſarum':
ſimiliter & argentum in alias menſas ar-
17 gẽteas. ‡Ad fuſcinulas quoq. & phialas,
& thuribula ex auro puriſſimo, & leun-
culos aureos pro qualitate mẽſuræ pon-
dus diſtribuit, in leunculum & leuncu-
lum. Similiter & in leones argenteos di-
18 uerſum argenti pondus ſeparauit. ‡Al-
tari autem in quo adoletur incẽſum, au-
rum puriſſimum dedit: vt ex ipſo fieret
ſimilitudo quadrigæ cherubim exten-
dentium alas, & velantium arcam fœde-
19 ris Domini. ‡Omnia, inquit, venerunt
ſcripta manu Domini ad me, vt intelli-
20 gerem vniuerſa opera exẽplaris. ‡Dixit
quoque Dauid Salomoni filio ſuo, Viri-
liter age, & confortare, & fac: ne timeas,
& ne paueas: Domin' enim Deus meus
tecum erit, & non dimittet te, nec dere-
linquet, donec perficias omne opus mi-
21 niſterij domus Domini. ‡Ecce diuiſio-
nes ſacerdotum & Leuitarum, in omne
'miniſterium' domus Domini, aſſiſtunt *opus miniſt. M S q.
tibi, & parati ſunt, & nouerũt tam prin-
cipes, quàm populus, facere omnia
præcepta tua.

CAP. XXIX.

1 LOcutúſq. eſt Dauid rex ad omnem
eccleſiam. Salomonem filiũ meum
vnum elegit Deus, adhuc puerum & te-
nellum: opus enim grande eſt, neque
enim homini præparatur habitatio, ſed
2 *Deo. ‡Ego autem totis viribus meis *Deo no. 3 MS. H. G. *Dei M S q.
præparaui impenſas domus *Dei mei.
Aurum ad vaſa aurea, & argentum in ar-
gentea, æs in ęnea, ferrum in ferrea, ligna
ad lignea: & lapides onychinos, & quaſi
ſtibinos, & diuerſorum colorum, om-
némque pretioſum lapidẽ, & marmor
3 Parium abundantiſſimè. ‡& ſuper hæc
quæ obtuli in domum Dei mei, de pecu-
lio meo aurum & argentum do in tem-
plum Dei mei, exceptis his quæ præpa-
4 raui in ædem ſanctam. ‡Tria millia ta-
lenta auri de auro Ophir: & ſeptem mil-
lia ta-

lia talentorum argenti probatiſſimi: ad
*Vt 3. MS. deaurandos parietes templi. ‡'Et', vbi- 5
cumque opus eſt aurum, de auro, & vbi-
cumque opus eſt argentum, de argento
opera fiant per manus artificũ: & ſiquis
ſponte offert, impleat manum ſuam ho-
die, & offerat quod voluerit Domino.
‡Polliciti ſunt itaque principes fami- 6
liarum, & proceres tribuum Iſrael, tri-
buni quoque & centuriones, & princi-
*9 MS R. H. G. pes 'principum' poſſeſſionum regis.
‡Dederúntque in opera domus Do- 7
mini auri talenta quinque millia, & ſoli-
dos decem millia: argenti talenta decem
millia, & æris talenta decẽ & octo millia:
ferri quoque centũ millia talentorum.
‡Et apud quemcumque inuenti ſunt 8
*theſau- rũ 9 MS. H. Texus autem, R. & G. ſimi- liter legit. *ſua 4 MS. lapides, dederunt in 'theſauros' domus
Domini, per manum Iahiel Gerſonitis.
‡Lætatuſq. eſt populus, cùm vota *ſponte 9
promitterent: quia corde toto offere-
bant ea Domino: ſed & Dauid rex læta-
tus eſt gaudio magno. ‡Et benedixit 10
Domino coram vniuerſa multitudine:
& ait, Benedictus es Domine Deus Iſ-
rael patris noſtri ab æterno in æternum.
‡Tua eſt Domine magnificentia, & 11
potentia, & gloria, atque victoria, & tibi
laus: cuncta enim quæ in cælo ſunt, & in
terra, tua ſunt: tuum Domine regnum,
& tu es ſuper omnes principes. ‡Tuæ 12
diuitiæ, & tua eſt gloria: tu dominaris
omnium: in manu tua virtus & potẽtia,
in manu tua magnitudo & imperium
omnium. ‡Nunc igitur Deus noſter 13
confitemur tibi, & laudamus nomen
tuum inclytum. ‡Quis ego, & quis po- 14
pulus meus, vt poſſimus hæc tibi vni-
uerſa promittere? tua ſunt omnia: & quę
de manu tua accepimus, dedimus tibi.
‡Peregrini enim ſumus coram te, & ad- 15
Sap.2,5. uenæ, ſicut omnes patres noſtri. 'Dies
noſtri quaſi vmbra ſuper terrã, & nulla
eſt mora. ‡Domine Deus noſter, omnis 16
hæc copia quam parauimus vt ædifica-
retur domus nomini ſancto tuo, de ma-
nu tua eſt, & tua ſunt omnia. ‡Scio Deus 17
meus quòd probes corda, & ſimplicita-
tem diligas, vnde & ego in ſimplicitate
cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc: &
populum tuum, qui hîc repertus eſt, vidi
cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.
18 ‡Domine Deus Abraham, & Iſaac, &
Iſrael patrum noſtrorũ, cuſtodi in æter-
num hanc voluntatem cordis eorum, &
ſemper in venerationem tui mens iſta
19 permaneat. ‡Salomoni quoq. filio meo
da cor perfectum, vt cuſtodiat mandata
tua, teſtimonia tua, & ceremonias tuas,
& faciat vniuerſa: & ædificet ædem, cu-
20 ius impenſas paraui. ‡Præcepit autem
Dauid vniuerſę eccleſię, Benedicite Do-
mino Deo 'noſtro'. Et benedixit omnis *veſtro R.H. pro Tecum autẽ faciunt M S. & q.
eccleſia Domino Deo patrum ſuorum:
& inclinauerunt ſe, & adoraueruht
21 Deum, & deinde regem. ‡Immolaue-
rúntque victimas Domino: & obtule-
runt holocauſta die ſequenti, taũros
mille, arietes mille, agnos mille cum li-
baminibus ſuis, & vniuerſo ritu abun-
22 dantiſſimè in omnem Iſrael. ‡Et com-
ederunt, & biberunt coram Domino, in
die illo cum grandi lætitia. 'Et vnxerunt 3 Re. 1,34.
ſecundò Salomonem filium Dauid. Vn-
xerunt autem eum Domino in princi-
23 pem, & Sadoc in pontificem. ‡Sedítq.
Salomõ ſuper ſolium Domini in regem
pro Dauid patre ſuo, & cunctis placuit:
24 & paruit illi omnis Iſrael. ‡Sed & vni-
uerſi principes & potentes, & cuncti filij
regis Dauid dederunt manum, & ſubie-
25 cti fuerunt Salomoni regi. ‡Magnifica-
uit ergo Dominus Salomonem ſuper
omnem Iſrael: & dedit illi gloriã regni,
qualem nullus habuit ante eum rex Iſ-
26 rael. ‡Igitur Dauid filius Iſai regnauit
27 ſuper vniuerſum Iſrael. ‡Et dies quibus
regnauit ſuper Iſrael, fuerunt quadra-
ginta anni: in Hebron regnauit ſeptem
annis, & in Ieruſalẽ annis triginta tribus.
28 ‡Et mortuus eſt in ſenectute bona, ple-
nus dierum, & diuitiis, & gloria. Et re-
29 gnauit Salomõ filius eius pro eo. ‡Geſta 3 Re. 2,11.
autem Dauid regis priora & nouiſſima
ſcripta ſunt in Libro Samuelis Videntis,
& in Libro Nathan propheræ, atque in
30 volumine Gad Videntis. ‡vniuerſíque
regni eius & fortitudinis, & temporum
quæ tranſierunt ſub eo, ſiue in Iſrael, ſiue
in cunctis regnis terrarum.

LIBER SECVNDVS PARALIPOMENON: HEBRAICE, DIBRE HAIAMIM.

CAPVT I.

3 Re. 3, 1.

ONFORTATVS est ergo Salomon filius Dauid in regno suo,& Dominus *erat cum eo, & magnificauit eum in excelsum.

* Deus eius R. H. G.

*Præcepítque Salomon vniuerso Israeli, tribunis,& centurionibus,& ducibus & iudicibus omnis Israel, & principibus familiarum: *& abiit cum vniuersa multitudine in Excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis Domini, quod fecit Moyses famulus Dei, in solitudine. *Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariath-iarim in locum quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum,hoc est,in Ierusalem. *Altare

Exo. 38, 2. quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filij Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requisiuit Salomon, & omnis ecclesia.

*Ascendítq. Salomon ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias. *Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus , dicens, Postula quod vis, vt dem tibi. *Dixítq. Salomon Deo, Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnã: & constituisti me regem pro eo. *Nunc ergo Dñe Deus impleatur sermo tuus, quem pollicit' es Dauid patri meo: tu enim me fecisti regẽ super populũ tuum multũ, qui tam innumerabilis est, quàm puluis

Sap. 9, 10. terræ. *Da mihi sapientiã & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo: quis enim potest hunc populum tuum dignè, qui tam grandis est,iudicare? *Dixit autem Deus ad Salomonem, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & nõ postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam, neque animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam & scientiam, vt iudicare possis populum meum, super quem constitui te regem, *Sapientia & scientia data sunt tibi: diuitias autem & substantiam & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in regibus nec ante te nec post te fuerit similis tui. *Venit ergo Salomon 3 Reg. 3. ab excelso Gabaon in Ierusalem coram tabernaculo fœderis, & regnauit super Israel. *Congregauítque sibi currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cum rege in Ierusalem. *Præbuítque rex argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides,& cedros quasi sycomoros , quæ nascuntur in campestribus multitudine magna. *'Adducebantur autem ei equi de Ægypto, & de Coa à negotiatoribus regis, qui ibant,& emebant pretio, *quadrigam equorum sexcentis argenteis , & equum centum quinquaginta: similiter de vniuersis regnis *Cethæorum', & à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

* Hebraismus. *Cæterum H. G.

CAP. II.

DEcreuit autem Salomon ædificare domum nomini Domini , & palatium sibi. *Et numerauit septuaginta millia virorum portantium humeris,& octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpositósq. eorum tria millia sexcentos. *Misit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens, 'Sicut egisti cũ Dauid patre meo , & misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum , in qua & habitauit: *sic fac mecum vt ædificem domum

3 Reg. 5.

domũ nomini Domini Dei mei,vt consecrem eam ad adolendum incensum coram illo,& fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam,& ad holocautomata manè & vespere,sabbathis quoque,& neomeniis,& solennitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli. *Domus enim quam ædificare cupio,magna est: magnus est enim Deus noster super omnes deos. *Quis ergo poterit præualere , vt ædificet ei dignam domum? si cælum,& cæli cælorum capere eum nequeunt:quantus ego sum,vt possim ædificare ei domum? sed ad hoc tantum , vt adoleatur incensum coram illo. *Mitte ergo mihi virum eruditum , qui nouerit operari in auro & argento,ære & ferro, purpura , coccino , & hyacintho,& qui sciat sculpere cælaturas cum his artificibus quos mecum habeo in Iudæa & Ierusalem , quos præparauit Dauid pater meus. *Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina, & pinea de Libano : scio enim quòd serui tui nouerint cædere ligna de Libano , & erunt serui mei cum seruis tuis, *vt parentur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio ædificare, magna est nimis & inclyta. *Præterea operariis qui cæsuri sunt ligna , seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidẽ, *olei quoque sata viginti millia. *Dixit autẽ Hiram rex Tyri per literas,quas miserat Salomoni, Quia dilexit Domin' populum suũ, idcirco te regnare fecit super eum.

* & vini viginti millia metretas H. G.

*Et addidit, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel , qui fecit cælum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem & eruditum & sensatum atque prudentem,vt ædificaret domum Domino, & palatium sibi. *Misi ergo tibi virum prudentem & scientissimum Hiram patrem meum, *filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacintho & byssо & coccino: & qui sciat cælare omnem sculpturam,& adinuenire prudenter quodcunque in opere necessarium est cum artificibus tuis, & cũ artificibus domini mei Dauid patristui. *Triticum ergo,& hordeum, & oleum, & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte seruis tuis. *Nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppe: tuum autem erit transferre ea in Ierusalem. *Numerauit igitur Salomon omnes viros proselytos qui erant in terra Israel, post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius, & inuenti sunt centum quinquagintatria millia & sexcenti. *Fecítq. ex eis septuaginta millia , qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderent: tria autem millia, & sexcentos præpositos operum populi.

CAP. III.

ETcœpit Salomon ędificare domum Domini in Ierusalẽ, in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius , in loco quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi. *Cœpit autẽ ædificare mense secundo, anno quarto regni sui. *Et hæc sunt fundamenta quę iecit Salomõ, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mẽsura prima sexaginta , latitudinis cubitos viginti. *Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum iuxta mensuram latitudinis domus, cubitorum viginti: porrò altitudo centum viginti cubitorũ erat: & deaurauit eã intrinsecus auro mundissimo. *Domum quoq. maiorem texit tabulis ligneis abiegnis , & laminas auri obrizi affixit per totum : sculpsítq. in ea palmas, & quasi catenulas se inuicem cõplectentes. *Strauit quoq. pauimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo. *Porrò aurum erat probatissimũ , de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia: & cælauit cherubim in parietibus.

2 Re. 24, 25. 1 Pa. 21, 26. 3 Reg. 6, 1.

*Fecit quoque domum Sancti sanctorum: longitudinem iuxta latitudinẽ domus, cubitorum viginti: & latitudinem similiter viginti cubitorum : & laminis aureis texit eam,quasi talentis sexcentis.

*Sed &

[9] Sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli clauí siclos quinquagenos appenderent: cœnacula quoque texit auro.
[10] Fecit etiam in domo Sancti sanctorum cherubim duos, opere statuario: & texit eos auro. [11] Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque & tangeret parietem domus: & altera quinq. cubitos habens, alam tangeret alterius cherub. [12] Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala eius altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat. [13] Igitur alæ vtriusque cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. [14] Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & byssо: & intexuit ei cherubim. [15] Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porrò capita earum, quinq. cubitorum.
Mat.27,51.
Ier.52,20.
[16] Nec non & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit. [17] Ipsas quoq. columnas posuit in vestibulo tẽpli, vnam à dextris, & alteram à sinistris: eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin; & quæ ad læuam, Booz.

CAP. IIII.

[1] FEcit quoq. altare æneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitos altitudinis. [2] Mare etiam fusile decem cubitis à labio vsque ad labium, rotundum per circuitum: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius.
3 Reg.7,23.
[3] Similitudo quoque boum erat subter illud, & decem cubitis quædam extrinsecus cælaturæ, quasi duobus versibus aluum maris circuibant. [4] Boues autem erant fusiles: & ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant ad Aquilonem, & alij tres ad Occidentem: porrò tres alij Meridiem; & tres qui reliqui erant, Orientem, habentes mare superpositum: posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari. [5] Porrò vastitas eius habebat mensuram palmi, & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij: capiebátque tria millia metretas. [6] Fecit quoque conchas decem: & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant: porrò in mari sacerdotes lauabantur. [7] Fecit autem & candelabra aurea decem, secundum speciem qua 'iussérat' fieri: & posuit ea in tẽplo, quinque à dextris, & quinq. à sinistris. [8] Nec non & mensas decem: & posuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris: phialas quoque aureas centum. [9] Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem: & ostia in basilica, quæ texit ære. [10] Porrò mare posuit in latere dextro contra Orientem ad Meridiem.
'iussi erant' MS.
[11] Fecit autẽ Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & compleuit omne opus regis in domo Dei: [12] hoc est, columnas duas: & epistylia, & capita, & quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia. [13] Malogranata quoque 'quadringenta', & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerentur, quæ protegerent epistylia, & capita columnarum. [14] Bases etiam fecit & conchas, quas superposuit basibus: [15] mare vnum, boues quoque duodecim sub mari. [16] Et lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo Domini ex ære mundissimo. [17] In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Socoth, & Saredátha. [18] Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris. [19] Fecítque Salomon omnia vasa domus Dei, & altare aureum: & mensas, & super eas panes propositionis. [20] Candelabra quoque cum lucernis suis vt lucerent ante oraculum iuxta ritum, ex auro purissimo: [21] & florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos. omnia de auro mundissimo facta sunt. [22] Thymiateria quoque & thuribula, & phialas, & mortariola, ex auro purissimo.
'quadringenta' MS.

purissimo. Et ostia cælauit templi interioris, id est in Sancto sanctorum: & ostia templi forinsecus aurea. Sícq. completum est omne opus quod fecit Salomon in 'domo' Domini.
'domum' MS.

CAP. V.

[1] INtulit igitur Salomon omnia quæ vouerat Dauid pater suus, argentum & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris domus Dei. [2] Post quæ congregauit maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filiis Israel, in Ierusalem, vt adducerẽt arcam fœderis Domini de Ciuitate-Dauid, quę est Sion. [3] Venerunt itaque ad regem omnes viri Israel in die solenni mensis septimi. [4] Cúmque venissent cuncti seniorũ Israel, portauerunt Leuitæ arcam, [5] & intulerunt eam, & omnem paraturam tabernaculi. Porrò vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis. [6] Rex autem Salomon & vniuersus cœtus Israel, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes & boues absq. vllo numero: tanta enim erat multitudo victimarum. [7] Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, id est, ad oraculum templi, in Sancta sanctorum subter alas cherubim: [8] ita vt cherubim expanderent alas suas super locum in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerẽt cum vectibus suis. [9] Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebãt ante oraculum: si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi vsque in præsentem diem. [10] Nihílq. erat aliud in arca, nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legem dedit Dominus filijs Israel egredientibus ex Ægypto. [11] Egressis autem sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt: nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorũ ordo inter eos diuisus erat) [12] tam Leuitæ quàm cantores, id est, & qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithun, filij, & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis & psalteriis, & citharis concrepabant, stantes ad Orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centum viginti canentes tubis. [13] Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollẽtibus; longè sonitus audiebatur: ita vt cùm Dominũ laudare cœpissent & dicere, Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius: impleretur domus [14] Dei nube, [14] ne possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria Dñi domum Dei.

CAP. VI.

[1] TVnc Salomon ait; Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine: [2] ego autem ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. [3] Et conuertit rex faciẽ suam, & benedixit vniuersę multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta,) & ait, [4] Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens, [5] A die qua eduxi populum meum de Terra-Ægypti, non elegi ciuitatem de cũctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neq. elegi quenquam alium virum, vt esset [6] dux in populo meo Israel: [6] sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea, & elegi Dauid, vt constituerem eum super [7] populum meum Israel. [7] Cúmque fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domũ nomini Domini Dei Israel, [8] [8] dixit Dominus ad eum, Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, bene quidem fecisti huiuscemodi habere voluntatem: [9] sed non tu ædificabis domum, veruntamen filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipse [10] ædificabit domum nomini meo. [10] Compleuit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel. [11] Et posui in ea arcam, in qua est pactum Domini quod pepigit cum filiis Israel.
3 Reg.8,12.

Israel. *Stetit ergo coram altari Domi- 12
ni ex aduerso vniuersæ multitudinis Is-
rael, & extendit manus suas. *Siquidem 13
fecerat Salomon basim æneam, & posue-
rat eam in medio basilicæ, habentem
quinque cubitos longitudinis, & quin-
que cubitos latitudinis, & tres cubitos
altitudinis: stetítque super eam: & dein-
ceps flexis genibus contra vniuersam
multitudinem Israel, & palmis in cælum
2 Mac.2,19 leuatis, *ait, Domine Deus Israel, non 14
est similis tui Deus in cælo & in terra: qui
custodis pactum & misericordiam cum
seruis tuis qui ambulant coram te in
toto corde suo. *Qui præstitisti seruo 15
tuo Dauid patri meo quæcunque locu-
tus fueras ei: & quæ ore promiseras, ope-
re complesti, sicut & præsens tẽpus pro-
bat. *Nunc ergo Domine Deus Israel, 16
imple seruo tuo patri meo Dauid quæ-
cunque locutus es, dicens, Non deficiet
ex te vir corã me, qui sedeat super thro-
num Israel: ita tamen si custodierint filij
tui 'vias meas', & ambulauerint in lege
mea, sicut & tu ambulasti coram me.

'viam suam 4 MS. R. H.G. 'vias suas MS.

*Et nunc Domine Deus Israel, firme- 17
tur sermo tuus quẽ locutus es seruo tuo
Dauid. *Ergóne credibile est vt habitet 18
Deus cum hominibus super terram? Si
cælum & cæli cælorum non te capiunt:
quantò magis domus ista quam ædifica-
ui? *Sed ad hoc tantum facta est, vt re- 19
spicias orationem serui tui, & obsecra-
tionem eius Domine Deus meus: & au-
'fundit 5 MS. R.H.G. dias preces quas 'fudit' famulus tuus co-
ram te: *vt aperias oculos tuos super 20
domum istam diebus ac noctibus, super
locum in quo pollicitus es vt inuocare-
tur nomen tuum: *& exaudires oratio- 21
nem quam seruus tuus orat in eo, & ex-
audias preces famuli tui, & populi tui Is-
rael. Quicunque orauerit in loco isto,
exaudi de habitaculo tuo, id est, de cælis,
& propitiare. *Si peccauerit quispiam 22
in proximũ suum, & iurare contra eum
paratus venerit, séque maledicto con-
strinxerit coram altari in domo ista: *tu 23
audies de cælo, & facies iudicium seruo-
rum tuorum, ita vt reddas iniquo viam
suam in caput proprium, & vlciscaris iu-
stum, retribuens ei secundum iustitiam
suam. *Si superatus fuerit populus tuus 24
Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi)
& conuersi egerint pœnitentiam, & ob-
secrauerint nomen tuum, & fuerint de-
precati in loco isto, *tu exaudies de cælo, 25 *3 R. 8. HEBR. H.G.
& propitiare peccato populi tui Israel,
& reduc eos in terram quam dedisti eis,
& patribus eorũ. *Si clauso cælo pluuia 26
non fluxerit propter peccata populi, &
deprecati te fuerint in loco isto, & con-
fessi nomini tuo & conuersi à peccatis
suis, cùm eos afflixeris, *exaudi de cælo 27
Domine, & dimitte peccata seruis tuis
& populi tui Israel, & doce eos viam bo-
nam per quam ingrediantur, & da plu-
uiam terræ quam dedisti populo tuo ad
possidendum. *Fames si orta fuerit in 28 Infra 26.
terra, & pestilentia, ærugo & aurugo, &
locusta, & bruchus: & hostes vastatis re-
gionibus „portas obsederint ciuitatis,
omnísque plaga, & infirmitas presserit:
*si quis de populo tuo Israel fuerit de- 29
precatus, cognoscens plagam, & infirmi-
tatem suam, & expanderit manus suas in
domo hac: *tu exaudies de cælo, de sub- 30
blimi scilicet habitaculo tuo, & propi-
tiare, & redde vnicuique secundum vias
suas quas nosti eum habere in corde suo:
(tu enim solus nosti corda filiorum ho-
minum.) *Vt timeant te, & ambulent 31
in viis tuis cunctis diebus quibus viuunt
super faciẽ terræ quam dedisti patribus
nostris. *Externum quoque qui non 32
est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnũ, & propter manũ tuam robustam, & brachium tuum extentum, & adora-
uerit in loco isto: *tu exaudies de cælo 33
firmissimo habitaculo tuo, & facies cun-
cta pro quibus inuocauerit te ille pere-
grinus: vt sciant omnes populi terræ no-
men tuum, & timeant te: sicut populus
tuus Israel; & cognoscant quia nomen
tuum inuocatum est super domũ hanc
quam ædificaui. *Si egressus fuerit po- 34
pulus tuus ad bellum contra aduersarios
suos per viam in qua miseris eos, adora-
bunt te contra viam in qua ciuitas hæc
est quam elegisti, & domus quam ædifi-
caui

ui nomini tuo: *tu exaudies de cælo 35
preces eorum, & obsecrationem, & vl-
ciscaris. *Si autẽ peccauerint tibi ('neq. 36
3 Re. 8,46. Eccl.7,21. 1 Ioh.1,8. enim est homo qui non peccet) & iratus
fueris eis, & tradideris hostibus, & capti-
uos duxerint eos in terram longinquam,
vel certè quæ iuxtà est, *& conuersi in 37
corde suo in terra ad quam captiui ducti
fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicentes, Peccauimus, iniquè fecimus, iniustè egimus: *& reuersi fuerint ad te 38
in toto corde suo, & in tota anima sua, in
terra captiuitatis suæ ad quã ducti sunt,
adorabunt te contra viã terræ suæ quam
dedisti patribus eorum, & vrbis quam
elegisti, & domus quam ędificaui nomi-
ni tuo: *tu exaudies de cælo, hoc est, de 39
firmo habitaculo tuo preces eorum, &
facias iudicium, & dimittas populo tuo
quamuis peccatori. *tu es enim Deus 40
meus, aperiantur, quæso, oculi tui, & au-
res tuæ intentæ sint ad orationem quæ
Psal.131,8. fit in loco isto. *'Nunc igitur consurge 41
Domine Deus in requiem tuam, tu &
arca fortitudinis tuæ: Sacerdotes tui Do-
mine Deus induantur salutem, & sancti
tui lætentur in bonis. *Domine Deus 42
ne auerseris faciem christi tui: memento
misericordiarum Dauid serui tui.

CAP. VII.

2 Mac.2,10 CVmque complesset Salomon fun- 1
dens preces, ignis descendit de cæ-
lo, & deuorauit holocausta & victimas:
& maiestas Domini impleuit domum.
*Nec poterant sacerdotes ingredi tem- 2
plum Domini, eò quòd implesset maie-
stas Domini templum Domini. *Sed & 3
omnes filij Israel videbant descenden-
tem ignem, & gloriam Domini super
domum: & corruentes proni in terram
super pauimentum stratum lapide, ado-
rauerunt: & laudauerunt Dominum,
Quoniam bonus, quoniam in seculum
misericordia eius. *Rex autem & om- 4
nis populus immolabant victimas co-
3 Reg.8,63. ram Domino. *'Mactauit igitur rex Sa- 5
lomon hostias, boum vigintiduo millia,
arietum centum viginti millia: & dedi-
cauit domum Dei rex & vniuersus po-
pulus. *Sacerdotes autem stabant in of- 6
ficiis suis: & Leuitæ in organis carmi-
nũ Domini, quæ fecit Dauid rex ad lau-
dandum Dominum, Quoniam in æter-
num misericordia eius, hymnos Dauid
canentes per manus suas: porrò sacerdo-
tes canebant tubis ante eos, cunctúsque
Israel stabat. *Sanctificauit quoque Sa- 7
lomon medium atrij ante templum Do-
mini: obtulerat enim ibi holocausta &
adipes pacificorum: quia altare æneum
quod fecerat, non poterat sustinere ho-
locausta & sacrificia & adipes. *Fecit er- 8
go Salomon solennitatẽ in tempore illo
septem diebus, & omnis Israel cum eo,
ecclesia magna valde, ab introitu Emath
vsque ad Torrentem Ægypti. *Fecítq. 9
die octauo collectam, eò quòd dedicas-
set altare septem diebus, & solennitatem
celebrasset diebus septem. *Igitur in 10
die vicesimo tertio mensis septimi dimi-
sit populos ad tabernacula sua, lætantes
atque gaudentes super bono quod fece-
rat Dominus Dauidi, & Salomoni, & Is-
raeli populo suo. *'Compleuítque Salo- 11 3 Reg.9,1.
mon domum Domini, & domum regis,
& omnia quæ disposuerat in corde suo,
vt faceret in domo Domini, & in domo
sua, & prosperatus est. *Apparuit autem 12
ei Dominus nocte, & ait, Audiui oratio-
nem tuam, & elegi locum istum mihi in
domum sacrificij. *Si clausero cælum, & 13
pluuia nõ fluxerit, & mandauero & præ-
cepero locustæ, vt deuoret terrã, & mi-
sero pestilentiam in populum meum:
*conuersus autem populus meus, super 14
quos inuocatum est nomen meum, de-
precatus me fuerit, & exquisierit faciem
meam, & egerit pœnitentiam à viis suis
pessimis: & ego exaudiã de cælo, & pro-
pitius ero peccatis eorum, & sanabo ter-
ram eorum. *Oculi quoque mei erunt 15
aperti, & aures meæ erectę ad orationem
eius qui in loco isto orauerit. *Elegi 16
enim, & sanctificaui locum istum, vt sit
nomen meum ibi in sempiternum, &
permaneant oculi mei, & cor meum ibi
cunctis diebus. *Tu quoque si ambula- 17
ueris coram me, sicut ambulauit Dauid
pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ
præcepi

præcepi tibi, & iustitias meas iudiciáque
seruaueris: [18] suscitabo thronũ regni tui,
sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, di-
cens, Non auferetur de stirpe tua vir, qui
- 15 MS. H. G. non sit princeps in Israel. [19] Si autẽ auersi
fueritis, & dereliqueritis iustitias meas,
& præcepta mea quæ proposui vobis, &
abeuntes seruieritis diis alienis, & adora-
ueritis eos: [20] euellam vos de terra mea
quam dedi vobis, & domum hanc quam
*ædifica- ui o. 'sanctificaui' nomini meo, proiiciam à
facie mea, & tradam eam in parabolam,
& in exemplum cunctis populis. [21] Et do-
mus ista erit in prouerbium vniuersis
transeuntibus, & dicent stupẽtes, Quare
fecit Dominus sic terræ huic, & domui
huic? [22] Respondebúntque, Quia dereliquerunt Dominũ Deum patrum
suorum, qui eduxit eos de Terra Ægypti, & apprehenderunt deos alienos, &
adorauerunt eos, & coluerunt: idcirco
venerunt super eos vniuersa hæc mala.

CAP. VIII.

EXpletis autem viginti annis post-
3 Reg. 9, 10 quàm ædificauit Salomon domum
Domini & domũ suam: [2] ciuitates quas
dederat Hiram Salomoni, ædificauit, &
habitare ibi fecit filios Israel. [3] Abiit
quoq. in Emath Suba, & obtinuit eam.
[4] Et ædificauit Palmiram in deserto, &
alias ciuitates munitissimas ædificauit in
Emath. [5] Extruxítque Beth-horon superiorem, & Beth-horon inferiorem, ciuitates muratas habentes portas & vectes & seras: [6] Balaath etiam & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctásque vrbes quadrigarum, &
*quæ 3 MS. Hier. H. G. vrbes equitum, omnia quæcunque' voluit Salomon atque disposuit, ædificauit
in Ierusalem & in Libano, & in vniuersa
terra potestatis suæ. [7] Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis, &
Amorrhæis, & Pherezæis, & Heuæis, &
Iebusæis, qui non erant de stirpe Israel,
[8] de filijs eorũ, & de posteris quos non
interfecerant filij Israel, subiugauit Salomon in tributarios, vsque in diem hanc.
[9] Porrò de filiis Israel non posuit vt seruirent operibus regis: ipsi enim erant viri
bellatores, & duces primi & principes
[10] quadrigarum & equitum eius. [11] Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta
qui erudiebant populum. [12] Filiam verò
Pharaonis transtulit de Ciuitate Dauid
in domum quam ædificauerat ei. Dixit
enim 'rex', Non habitabit vxor mea in
domo Dauid regis Israel, eò quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca
Domini. [13] Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini,
quod extruxerat ante porticum, [14] vt per
singulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Moysi in sabbathis & in calendis, & in festis diebus, ter per annum, id
est, in Solennitate azymorum, & in Solennitate hebdomadarum, & in Solennitate tabernaculorum. [15] Et constituit
iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum in ministerijs suis: &
Leuitas in ordine suo, vt laudarẽt, & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei: & ianitores in
diuisionibus suis per portam & portam:
sic enim præceperat Dauid homo Dei.
[16] Nec prætergressi sunt de mandatis regis tam sacerdotes, quàm Leuitæ ex omnib⁹ quæ præceperat, & in custodijs thesaurorum. [17] Omnes impensas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundauit domum Domini, vsque in diem
quo perfecit eam. [18] Tũc abijt Salomon
in Asion-gaber, & in Ailath ad orã Maris-rubri, quæ est in Terra-edom. [19] Misit
autem ei Hiram per manus seruorum
suorum naues, & nautas gnaros maris, &
abierũt cum seruis Salomonis in Ophir:
tulerúntq. inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

CAP. IX.

REgina quoque Saba cùm audisset
famam Salomonis, venit vt tenta-
ret eum in ænigmatibus, in Ierusalem:
cum magnis opibus & camelis, qui portabant aromata, & auri plurimum gemmásque pretiosas. Cúmque veniisset ad
Salomonem, locuta est ei quæcunque
erant in corde suo. [2] Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat: nec quicquam

quam fuit quod non perspicuum ei fecerit. [3] Quæ postquàm vidit, sapientiam
scilicet Salomonis, & domũ quam ædificauerat, [4] necnõ & cibaria mensæ eius,
& habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pincernas quoque & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo Domini:
non erat præstupore vltrà in ea spiritus.
[5] Dixítque ad regem, Verus est sermo
quem audieram in terra mea de virtutibus & sapientia tua. [6] Non credebã narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei: & probassem vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam: vicisti famam virtutibus tuis. [7] Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui assistunt corã te omni tempore, & audiunt
sapientiam tuam. [8] Sit Dominus Deus
tuus benedictus, qui voluit te ordinare
super thronum suum regẽ Domini Dei
tui. Quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum: idcirco posuit te
super eum regem, vt facias iudicia atque
iustitiam. [9] Dedit autem regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosissimas: non fuerunt aromata talia, vt hæc quæ dedit re-
3 Reg. 10, 11. gina Saba regi Salomoni. [10] Sed & serui
Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna thyina, &
gemmas pretiosissimas. [11] De quibus fecit
rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in
domo Domini & in domo regia: citharas quoque & psalteria cantoribus: nunquam visa sunt in Terra-Iuda ligna talia.
[12] Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, & quæ postulauit,
& multò plura quàm attulerat ad eum:
quæ reuersa, abiit in terram suam cum
seruis suis. [13] Erat autẽ pondus auri quod
afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri:
[14] excepta ea summa quam legati diuersarum gentium, & negotiatores afferre
consueuerant, omnésque reges Arabiæ,
& satrapæ terrarum, qui comportabant
aurum & argentum Salomoni. [15] Fecit
igitur rex Salomon ducentas hastas aureas de summa sexcentorum aureorum,
qui in singulis hastis expendebantur.
[16] Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorũ quibus tegebantur singula scuta: posuítq. ea rex in armamen-
[17] tario, quod erat consitũ nemore. Fecit
quoque rex solium eburneum grande:
[18] & vestiuit illud auro mundissimo. Sex
quoque gradus, quibus ascendebatur ad
solium: & scabellum aureũ, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stan-
[19] tes iuxta brachiola: sed & alios duodecim leunculos stantes super sex gradus
ex vtraque parte. non fuit tale solium in
[20] vniuersis regnis. Omnia quoque vasa
conuiuij regis erant aurea: & vasa domus
saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. [21] Siquidem naues regis ibant in
Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tribus: & deferebant inde aurum &
argentum, & ebur, & simias, & pauos.
[22] Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terrę prę diuitijs & glo-
[23] ria. Omnésque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis: vt audirent sapientiam quam dederat Deus
[24] in corde eius. Et deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, & vestes, & arma, & aromata, equos & mulos, per sin-
[25] gulos annos. Habuit quoq. Salomon
quadraginta millia equorum in stabulis:
& curruum, equitúmq. duodecim millia: constituítque eos in vrbibus quadri-
[26] garũ, & vbi erat rex in Ierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos
reges à flumine Euphrate vsque ad terram Philisthinorum, & vsque ad termi-
[27] nos Ægypti. Tantámque copiam præbuit argẽti in Ierusalem quasi lapidum:
& cedrorum tantam multitudinem velut sycomororũ quæ gignuntur in cam-
[28] pestribus. Adducebantur autẽ ei equi
de Ægypto, cunctísque regionibus.
[29] Reliqua autem opera Salomonis priorum & nouissimorũ scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ
Silonitis, in visione quoq. Addo Viden-
[30] tis, contra Ieroboam filium Nabat. Regnauit autem Salomon in Ierusalem super omnem Israel quadraginta annis.

[31] ‡Dormiuítque cum patribus ſuis: & ſepelierunt eum in Ciuitate Dauid: regnauítque Roboam filius eius pro eo.

CAP X.

3 Reg. 12, 1. PRofectus eſt autem Roboam in Sichem: illuc enim cũctus Iſrael conuenerat, vt conſtituerent eum regem.

[2] ‡Quod cùm audiſſet Ieroboam filius Nabat, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem) ſtatim reuerſus eſt. [3] ‡Vocauerúntque eum, & venit cum vniuerſo Iſrael, & locuti ſunt ad Roboam, dicentes, [4] ‡Pater tuus duriſſimo iugo nos preſſit: tu leuiora impera patre tuo, qui nobis impoſuit grauem ſeruitutem, & paululum de onere ſubleua, vt ſeruiamus tibi. [5] ‡Qui ait, Poſt tres dies reuertimini ad me. Cúmque abiiſſet populus, [6] ‡iniit conſilium cum ſenibus qui ſteterant coram patre eius Salomone, dum adhuc viueret, dicẽs, Quid datis conſilij, vt reſpondeam populo?

[7] ‡Qui dixerunt ei, Si placueris populo huic, & linieris eos verbis clementibus, ſeruient tibi omni tempore. [8] ‡At ille reliquit conſilium ſenum, & cum iuuenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. [9] ‡Dixítque ad eos, Quid vobis videtur? vel reſpondere quid debeo populo huic qui dixit mihi, Subleua iugum quod impoſuit nobis pater tuus? [10] ‡‡At illi reſponderunt vt iuuenes, & nutriti cum eo in delicijs, atque dixerunt: Sic loquêris populo qui dixit tibi, Pater tuus aggrauauit iugum noſtrũ, tu ſubleua: & ſic reſpondebis ei, Minimus digitus meus groſſior eſt lumbis patris mei. [11] ‡Pater meus impoſuit vobis graue iugum, & ego maius põdus apponam: pater meus cecîdit vos flagellis, ego verò cædam vos ſcorpionibus. [12] ‡Venit ergo Ieroboam, & vniuerſus populus ad Roboam die tertio, ſicut præceperat eis. [13] ‡Reſpondítq. rex dura, derelicto conſilio ſeniorum, [14] ‡locutúſq. eſt iuxta iuuenum voluntatem, Pater meus graue vobis impoſuit iugũ, quod ego grauius faciam: pater meus cecîdit vos flagellis: ego verò cædam vos ſcorpionibus. [15] ‡Et non acquieuit populi precibus: erat enim voluntatis Dei, vt compleretur ſermo eius, ‖ quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabat. [16] ‡Populus autem vniuerſus rege duriora dicente, ſic locutus eſt ad eum, Non eſt nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iſai. Reuertere in tabernacula tua Iſrael, tu autem paſce domum tuam Dauid. Et abiit Iſrael in tabernacula ſua. [17] ‡Super filios autem Iſrael, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. [18] ‡Miſitque rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, & lapidauerunt eum filij Iſrael, & mortuus eſt: porrò rex Roboam currum feſtinauit aſcendere, & fugit in Ieruſalem. [19] ‡Receſſítque Iſrael à domo Dauid, vſque ad diem hanc.

3 Reg. 12, 15. ‖ Heb. 8 MS.

CAP. XI.

[1] VEnit autem Roboam in Ieruſalem, & conuocauit vniuerſam domum Iuda & Beniamin, centum octoginta millia electorum atque bellantium, vt dimicaret contra Iſrael, & cõuerteret ad ſe regnum ſuum. [2] ‡Factúſque eſt ſermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens, [3] ‡Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad vniuerſum Iſrael qui eſt in Iuda & Ben-iamin, [4] Hæc dicit Dominus, Non aſcendetis, neque pugnabitis contra fratres veſtros: reuertatur vnuſquiſq. in domum ſuam, quia mea hoc geſtum eſt voluntate. Qui cùm audiſſent ſermonem Domini, reuerſi ſunt, nec perrexerunt contra Ieroboam.

[5] ‡Habitauit autem Roboam in Ieruſalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda. [6] ‡Extruxítque Beth-léhẽ, & Etam, [7] & Thecue, [8] ‡Bethſur quoque, & Socho, & Odollam, [9] ‡nec non & Geth, & Mareſa, & Ziph: [10] ‡ſed & Aduram, & Lachis, & Azeca: [11] ‡Saraa quoque, & Aialon, & Hebron, quæ erant in Iuda & Ben-iamin, ciuitates munitiſſimas.

[12] ‡Cúmque clauſiſſet eas muris, poſuit in eis principes, ciborúmq. horrea, hoc eſt, olei & vini. [13] ‡Sed & in ſingulis vrbibus fecit armamentaria ſcutorum & haſtarum: firmauítque eas ſumma diligentia, & imperauit ſuper Iudam & Ben-iamin.

min. [13] ‡Sacerdotes autem & Leuitæ qui erant in vniuerſo Iſrael, venerũt ad eum de cunctis ſedibus ſuis, [14] ‡relinquentes ſuburbana, & poſſeſſiones ſuas, & tranſeuntes ad Iudam, & Ieruſalem: eò quòd abieciſſet eos Ieroboam, & poſteri eius, ne ſacerdotio Domini fungerẽtur. [15] ‡Qui conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum, & 3 Re. 12, 31. dæmoniorum, vitulorúmque quos fecerat. [16] ‡Sed & de cunctis tribubus Iſrael, quicunque dederant cor ſuum vt quærerent Dominum Deum Iſrael, venerunt in Ieruſalem ad immolãdum victimas ſuas cõram Dño Deo patrum ſuorum. [17] ‡Et roborauerunt regnum Iuda: & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos: ambulauerunt enim in viis Dauid & Salomonis, annis tantùm tribus. [18] ‡Duxit autem Roboam vxorem Mahalath, filiam Ierimoth, filij Dauid: Abiháil quoque filiam Eliab filij Iſai, [19] ‡quæ peperit ei filios Ieus, & Somoriam, & Zoom. [20] ‡Poſt hanc quoque accepit Maacha filiam Abſalom, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salomith. [21] ‡Amauit autem Roboam Maacha filiam Abſalom ſuper omnes vxores ſuas, & concubinas: nam vxores decẽ & octo duxerat, concubinas autem ſexaginta: & genuit viginti octo filios, & ſexaginta filias. [22] ‡Conſtituit verò in capite, Abiam filium Maacha ducem ſuper omnes fratres ſuos: ipſum enim regem facere cogitabat, quia ſapientior [23] fuit, & potentior ſuper omnes filios eius, & in cunctis finibus Iuda, & Ben-iamin, & in vniuerſis ciuitatibus muratis: præbuítque eis eſcas plurimas, & multas petiuit vxores.

CAP. XII.

CVmque roboratum fuiſſet regnum [1] Roboam & confortatum, dereliquit legẽ Domini, & omnis Iſrael cum 2 Re. 14, 25. eo. [2] ‡‡Anno autem quinto regni Roboam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Ieruſalem, (quia peccauerant Domino) [3] ‡cum mille ducentis curribus, & ſexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Ægypto, Libyes ſcilicet, & Troglodytæ, & [4] Æthiopes. [4] ‡Cepítq. ciuitates munitiſſimas in Iuda, & venit vſq. in Ieruſalem.

[5] ‡Semeias autem propheta ingreſſus eſt ad Roboam, & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ieruſalem, fugientes Seſac: dixítque ad eos, Hæc dicit Dominus, Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac. [6] ‡Conſternatíq. principes Iſrael, & rex dixerunt, Iuſtus eſt [7] Dominus. ‡Cúmque vidiſſet Dominus quòd humiliati eſſent, factus eſt ſermo Domini ad Semeiam, dicens, Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos: dabóq. eis pauxillum auxilij, & non ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalem per manum [8] Seſac. ‡Veruntamen ſeruient ei: vt ſciant diſtantiam ſeruitutis meæ, & ſeruitutis regni terrarum. [9] ‡Receſſit itaq. Seſac rex Ægypti ab Ieruſalem, ſublatis theſauris domus Dñi, & domus regis, omniáque ſecum tulit: & clypeos au- [10] reos quos fecerat Salomõ, ‡pro quibus fecit rex æneos, & tradidit illos principibus ſcutariorum qui cuſtodiebant veſti- [11] bulum palatij. ‡Cúmque introiret rex domum Domini, veniebant ſcutarij, & tollebant eos: iterúmque referebant eos [12] ad armamentarium ſuum. ‡Veruntamen quia humiliati ſunt, auerſa eſt ab eis ira Domini, nec deleti ſunt penitus: ſiquidem in Iuda inuẽta ſunt opera bona.

[13] ‡‡Confortatus eſt ergo rex Roboam 3 Re. 14, 21. in Ieruſalem, atque regnauit: quadraginta autem & vnius anni erat cùm regnare cœpiſſet: & decem & ſeptẽ annis regnauit in Ieruſalem, vrbe quam elegit Dominus, vt confirmaret nomen ſuum ibi, de cunctis tribubus Iſrael; nomen autem matris eius Naama Ammanitis. [14] ‡Fecit autem malum, & non præparauit cor ſuum vt quæreret Dominum. [15] ‡Opera verò Roboam prima & nouiſſima ſcripta ſunt in Libris Semeię Prophetæ, & Addo Videntis, & diligenter expoſita: pugnauerúntque aduerſum ſe Roboam & Ieroboam cunctis diebus.

[16] ‡Et dormiuit Roboam cum patribus ſuis: ſepultúſque eſt in Ciuitate-Dauid. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

CAP. XIII.

3 Re 15,2. ANno octauodecimo regis Ieroboã, regnauit Abia ſuper Iudam. Tribus annis regnauit in Ieruſalem: nomén- que matris eius Michaia, filia Vriel de Gabaa; & erat bellum inter Abiam & Ie-
3 Re.15,7. roboam. [2] Cúmque iniiſſet Abia certamen, & haberet bellicoſiſſimos viros, & electorum 'quadraginta' millia: Ieroboam inſtruxit econtra aciem 'octoginta' millia virorum, qui & ipſi electi erant, & ad bella fortiſſimi. [3] Stetit ergo Abia ſuper montem Semeron, qui erat in Ephráim, & ait, Audi Ieroboam, & omnis Iſrael: [4] Num ignoratis quòd Dominus Deus Iſrael dederit regnum Dauid ſuper Iſrael in ſempiternum, ipſi & filijs eius, in pactum ſalis? ([5] Et ſurrexit Ieroboam filius Nabat, ſeruus Salomonis fi-
3 Re.11,26 lij Dauid: & rebellauit cõtra dominum ſuum: [6] Congregatíque ſunt ad eum viri vaniſſimi, & filij belial: & præualuerunt contra Roboam filium Salomonis: porrò Roboam erat rudis, & corde pauido, nec potuit reſiſtere eis.) [7] Nunc ergo vos dicitis, quòd reſiſtere poſſitis regno Domini, quod poſſidet per filios Dauid: habetíſque grãdem populi multitudinem, atque vitulos aureos quos fe-
3 Re.12,31 cit vobis Ieroboam in deos: [8] Et eiecíſtis ſacerdotes Domini, filios Aaron, atq. Leuitas: & feciſtis vobis ſacerdotes ſicut omnes populi terrarum: quicumque venerit, & initiauerit manum ſuam in tauro de bobus, & in arietibus ſeptem, fit ſacerdos eorum qui non ſunt dij.

[9] Noſter autem Dominus, Deus eſt, quem non relinquimus: ſacerdotéſque miniſtrant Domino de filijs Aaron: & Leuitæ ſunt in ordine ſuo. [10] Holocauſta quoque offerunt Domino per ſingulos dies manè & veſperè: & thymiama iuxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes in menſa mundiſſima, eſtque apud nos candelabrum aureum, & lucernæ eius, vt accendantur ſemper ad veſperam: nos quippe cuſtodimus præcepta Domini Dei noſtri, quem vos reliquiſtis. [11] Ergo in exercitu noſtro dux Deus eſt, & ſacerdotes eius, qui clãgunt tubis, & reſonant contra vos: filij Iſrael nolite pugnare contra Dominũ Deum patrum veſtrorum, quia non vobis expedit. [12] Hæc illo loquente, Ieroboam retro moliebatur inſidias. [13] Cúmque ex aduerſo hoſtium ſtaret, ignorantem Iudam ſuo ambiebat exercitu. [14] Reſpiciénſque Iudas, vidit inſtare bellum ex aduerſo & poſt tergum, & clamauit ad Dominum: ac ſacerdotes tubis canere cœperunt. [15] Omnéſque viri Iuda vociferati ſunt: & ecce, illis clamãtibus perterruit Deus Ieroboam, & omnem Iſrael qui ſtabat ex aduerſo Abia & Iuda. [16] Fugerúntque filij Iſrael Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum. [17] Percuſſit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Iſrael quinquaginta' millia virorum fortium. [18] Humiliatíque ſunt filij Iſrael in tempore illo: & vehementiſſimè confortati filij Iuda, eò quòd ſperaſſent in Domino Deo patrum ſuorum. [19] Perſecutus eſt autem Abia fugientem Ieroboam: & cepit ciuitates eius, Bethel & filias eius: & Ieſana cum filiabus ſuis: Ephron quoque & filias eius. [20] Nec valuit vltrà reſiſtere Ieroboam in diebus Abia: quem percuſſit Dominus, & mortuus eſt. [21] Igitur Abia, confortato imperio ſuo, accepit vxores quatuordecim: procreauítque viginti duos filios, & ſedecim filias. [22] Reliqua autem ſermonum Abia, viarúmque & operum eius, ſcripta ſunt diligentiſſimè in Libro Addo Prophetæ.

'quadringenta 8 MS. R. H. G. 'octingenta 6 MS. R. H. G.

CAP. XIIII.

[1] DOrmiuit autẽ Abia cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Ciuitate Dauid: regnauítque Aſa filius eius pro eo, in cuius diebus quieuit terra annis decem. [2] Fecit autem Aſa quod bonum & placitum erat in conſpectu 'Dei ſui, [3] & ſubuertit altaria peregrini cultus, & excelſa, & confregit ſtatuas, lucóſque ſuccîdit. [4] Et præcepit Iudæ vt quæreret Dominum Deum patrũ ſuorum, & faceret legem, & vniuerſa mandata. [5] Et abſtulit de cunctis vrbibus Iuda aras & fana, & regnauit in pace. [6] Ædificauit quo-

3 Reg.15. 'Domini MS. H. G.

uit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella ſurrexerant, pacem Domino largiente. [7] Dixit autẽ Iudæ, Ædificemus ciuitates iſtas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & ſeris: donec à bellis quieta ſunt omnia, eò quòd quæſierimus Dñm Deum patrum noſtrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. Ædificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit. [8] Habuit autem Aſa in exercitu ſuo portantiũ ſcuta & haſtas, de Iuda trecenta millia: de Ben iamin verò ſcutariorum & ſagittariorum, ducenta 'octoginta' millia: omnes iſti viri fortiſſimi. [9] Egreſſus eſt autem cõtra eos Zara Æthiops cum exercitu ſuo, decies centena millia, & curribus trecentis: & venit vſque Mareſa.

'ſeptuaginta o.

[10] Porrò Aſa perrexit obuiã ei, & inſtruxit aciem ad bellũ in Valle Sephata, quæ
1 Re.14,6. eſt iuxta Mareſa. [11] Et inuocauit Dominum Deum, & ait, Domine nõ eſt apud te vlla diſtantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus: adiua nos Dñe Deus noſter: in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Domine, Deus noſter tu es, non præualeat contra te homo. [12] Exterruit itaq. Dominus Æthiopes coram Aſa & Iuda: fugerúntque Æthiopes. [13] Et perſecutus eſt eos Aſa, & populus qui cum eo erat, vſque Gérara: & ruerunt Æthiopes vſque ad internecionem, quia Domino cædente contriti ſunt, & exercitui illius prœliante. Tulerũt ergo ſpolia multa. [14] Et percuſſerunt ciuitates omnes per circuitum Géraræ: grandis quippe cunctos terror inuaſerat: & diripuerunt vrbes, & multam prædam aſportauerunt. [15] Sed & caulas ouium deſtruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & camelorum: reuerſíq. ſunt in Ieruſalem.

CAP. XV.

3 Re.15,22 'Oded 7 MS. H. G. [1] AZarias autem filius 'Obed', facto in ſe Spiritu Dei, [2] egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei, Audite me Aſa, & omnis Iuda & Ben-iamin, Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum, inuenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. [3] Tranſibunt autem multi dies in Iſrael abſque Deo vero, & abſq. ſacerdote doctore, & abſque lege. [4] Cúmque reuerſi fuerint in anguſtia ſua, 'ad Dominum Deũ Iſrael, & quæſierint eum, reperient eum. [5] In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti: ſed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. [6] Pugnabit enim gens contra gentẽ, & ciuitas contra ciuitatem: quia Dominus conturbabit eos in omni anguſtia. [7] Vos ergo confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro.

'& clamãuerint o:

[8] Quod cùm audiſſet Aſa, verba, ſcilicet, & prophetiam Azariæ filij Obed prophetæ, confortatus eſt, & abſtulit idôla de omni terra Iuda, & de Ben-iamin, & ex vrbibus, quas ceperat, montis Ephráim: & dedicauit altare Domini quod erat ante porticũ Domini. [9] Congregauítque vniuerſum Iudam & Ben-iamin, & aduenas cum eis de Ephráim, & de Manaſſe, & de Simeõ: plures enim ad eum confugerant ex Iſrael, videntes quòd Dominus Deus illius eſſet cum eo. [10] Cúmque veniſſent in Ieruſalem menſe tertio, anno decimoquinto regni Aſa, [11] immolauerunt Domino in die illa de manubiis & præda quam adduxérant, boues ſeptingentos, & arietes ſeptem millia. [12] Et intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quæreret Dominum Deum patrum ſuorum in tõto corde, & in tota anima ſua. [13] Si quis autẽ, inquit, non quæſierit Dominum Deum Iſrael, moriatur, à minimo vſq. ad maximum, à viro vſq. ad mulierem. [14] Iurauerúntq. Domino voce magna in iubilo, & in clãgore tubæ, & in ſonitu buccinarũ. [15] omnes qui erant in Iuda, cum execratione: in omni enim corde ſuo iurauerunt, & in tota voluntate quæſierunt eum, & inuenerunt: præſtitítque eis Dominus requiem per circuitum. [16] Sed & Maacham matrem Aſa regis ex auguſto depoſuit imperio, eò quòd feciſſet in luco ſimulacrum Priapi: quod omne contriuit, & in fruſta comminuens combuſſit in Tor-

rente-cedron. *Excelſa autem derelicta 17
ſunt in Iſrael: attamen cor Aſa erat perfectum cunctis diebus eius. *Eáque quæ 18
vouerat pater ſuus, & ipſe, intulit in domum Domini: argentum & aurum, vaſorúmque diuerſam ſupellectilem. *Bel- 19
*triceſimũ quintum R. H. G. lum verò non fuit vſq. ad *triceſimum' annum regni Aſa.

CAP. XVI.

3 Re. 15, 18 ANno autem triceſimo ſexto regni 1
eius aſcendit Baaſa rex Iſrael in Iudam, & muro circũdabat Rama, vt nullus tutè poſſet egredi & ingredi de regno Aſa. *Protulit autem Aſa argentum 2
& aurum de theſauris domus Domini, & de theſauris regijs: miſitque ad Benadad regem Syrię, qui habitabat in Darmaſco, dicens, *Fœdus inter me & te eſt, 3
pater quoque meus & pater tuus habuere concordiam: quam ob rem miſi tibi argentum & aurum, vt rupto fœdere quod habes cum Baaſa rege Iſrael, facias eum à me recedere. *Quo comperto 4
Ben-adad miſit principes exercituum ſuorum ad vrbes Iſrael: qui percuſſerunt Ahion, & Dan, & Abel-maim, & vniuerſas vrbes Nephthali muratas. *Quod 5
cùm audiſſet Baaſa, deſiit ædificare Rama, & intermiſit opus ſuum. *Porrò Aſa 6
rex aſſumpſit vniuerſum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparauerat Baaſa: ædificauítque ex eis Gabaa, & Maſpha. *In tempo- 7
re illo venit Hanani propheta ad Aſam regem Iuda, & dixit ei, Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo: idcirco euaſit Syriæ regis exer-
Sup. 14, 9. citus de manu tua. *' Nonne Æthiopes 8
& Libyes multo plures erant quadrigis & equitib⁹, & multitudine nimia: quos cùm in Domino credidiſſes, tradidit in manu tua? *Oculi enim Domini con- 9
templantur vniuerſam terram, & præ-
Iob. 7, 35. bent fortitudinem his 'qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egiſti, & propter hoc ex præſenti tempore aduerſum te bella conſurgent. *Iratúſque 10
Aſa aduerſus Videntem, iuſſit eum mitti in neruũ: valde quippe ſuper hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in
tempore illo plurimos. *Opera autem 11
Aſa prima & nouiſſima ſcripta ſunt in
Libro regum Iuda & Iſrael. *Ægrotauit 12
etiam Aſa anno triceſimonono regni ſui, dolore pedum vehementiſſimo, & nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. *Dormiuítque cum patribus 13
ſuis: & mortuus eſt anno quadrageſimo
14 'primo' regni ſui. *Et ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo quod foderat ſibi in Ciuitate-Dauid: poſuerúntque eum ſuper lectum ſuum plenum aromatibus & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte cõfecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia.

CAP. XVII.

1 REgnauit autem Ioſaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Iſrael. 3 Re. 15, 24
2 *Conſtituítq. militum numeros in cunctis vrbibus Iuda, quæ erant vallatæ muris. Preſidiáque diſpoſuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephráim quas ceperat Aſa
3 pater eius. *Et fuit Dominus cum Ioſaphat, quia ambulauit in viis Dauid patris ſui primis: & non ſperauit in Baalim,
4 *ſed in Deo patris ſui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Iſrael.
5 *Confirmauítque Dominus regnum in manu eius: & dedit omnis Iuda munera Ioſaphat: factæque ſunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria. *Cúmq. ſumpſiſſet
6 cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelſa & lucos de Iuda abſtulit.
7 *Tertio autem anno regni ſui miſit de principibus ſuis Ben-hail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam,
8 vt docerent in ciuitatibus Iuda: *& cum eis Leuitas Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Aſael quoq. & Semiramoth & Ionathan, Adoniámque & Tobiam & Thob-adoniam Leuitas: & cum eis
9 Eliſama, & Ioran ſacerdotes, *docebántque populum in Iuda, habentes librum legis Domini: & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum.
10 *Itaque factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum quę erant per gyrum Iuda: nec audebant bellare contra
11 Ioſaphat. *Sed & Philiſthæi Ioſaphat munera de-

nera deferebãt, & vectigal argenti. Arabes quoq. adducebant pecora arietum, ſeptem millia ſeptingentos, & hircos totidem. *Creuit ergo Ioſaphat, & ma- 12
gnificatus eſt vſque in ſublime: atq. ædificauit in Iuda domos adinſtar turrium, vrbéſque muratas. *Et multa opera pa- 13
rauit in vrbibus Iuda: viri quoque bellatores, & robuſti erant in Ieruſalẽ, *quo- 14
*principes 2 MS. H. G. rum iſte numerus per domos atque familias ſingulorum: In Iuda 'princeps' exercitus, Ednas dux, & cum eo robuſtiſſimi viri trecenta millia. *Poſt hunc Ioha- 15
nan princeps, & cum eo ducenta octoginta millia. *Poſt illum quoq. Amaſias 16
filius Zechri, conſecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorũ fortium.
*Hunc ſequebatur robuſtus ad prœlia 17
Eliada, & cum eo tenentium arcum & clypeum ducenta millia. *Poſt iſtum 18
etiam Iozabad: & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum. *Hi 19
omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos poſuerat in vrbibus muratis, in vniuerſo Iuda.

CAP. XVIII.

1 Re. 22, 1. EVit ergo Ioſaphat dies & inclytus 1
multum, & affinitate coniunctus eſt Achab. *Deſcendítque poſt annos ad 2
eum in Samariam: ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipſi & populo qui venerãt cum eo: perſuaſitq. illi vt aſcenderet in Ramoth-Galaad. *Dixítque Achab rex Iſrael ad 3
Ioſaphat regem Iuda, Veni mecum in Ramoth-Galaad. Cui ille reſpondit, Vt ego, & tu: ſicut populus tuus, ſic & populus meus: tecúmque erimus in bello.
*Dixit Ioſaphat ad regem Iſrael, Con- 4
ſule obſecro impræſentiarũ ſermonem Domini. *Congregauit igitur rex Iſrael 5
prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos, In Ramoth-Galaad ad bellandum ire debemus, an quieſcere? At illi, Aſcende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis. *Dixítq. Ioſaphat, Nun- 6
quid non eſt hîc prophetes Domini, vt ab illo etiam requiramus? *Et ait rex 7
Iſrael ad Ioſaphat, Eſt vir vnus à quo poſſumus quærere Domini volũtatem: ſed
ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum omni tempore: eſt autem Michæas filius Iemla. Dixítque Ioſaphat, Ne loquaris rex hoc modo.
8 *Vocauit ergo rex Iſrael vnum de eunuchis, & dixit ei, Voca citò Michæam
9 filium Iemla. *Porrò rex Iſrael & Ioſaphat rex Iuda vterque ſedebant in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio. ſedebant autem in area iuxta portam Samariæ, omnéſq.
10 prophetæ vaticinabantur coram eis. *Sedecias verò filius Chanaana fecit ſibi cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriam, donec con-
11 teras eam. *Omnéſque prophetæ ſimiliter prophetabãt, atq. dicebant, Aſcende in Ramoth-Galaad, & proſperaberis, & tradet eos Dominus in manu regis.
12 *Nuntius autem qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi, En verba omnium prophetarum vno ore bona regi annuntiant: quæſo ergo te vt & ſermo tuus ab eis non diſſentiat, loquaríſque
13 proſpera. *Cui reſpondit Michæas, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit
14 mihi Deus meus, hoc loquar. *Venit ergo ad regem. Cui rex ait, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad bellandum, an quieſcere? Cui ille reſpondit, Aſcendite: cuncta enim proſpera euenient, & tradentur hoſtes in manus ve-
15 ſtras. *Dixítque rex, Iterum, atque iterum te adiuro, vt mihi non loquaris, niſi
16 quod verum eſt in nomine Domini. *At ille ait, Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus, ſicut oues abſque paſtore: & dixit Dominus, Non habent iſti dominos: reuertatur vnuſquiſque in do-
17 mum ſuam in pace. *Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Nónne dixi tibi quòd non prophetaret iſte mihi quicquam boni, ſed
18 ea quæ mala ſunt? *At ille, Idcirco, ait, audite verbũ Domini, Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris. *Et dixit Dominus, Quis decipiet
19 Achab regem Iſrael, vt aſcendat & corruat in Ramoth-Galaad? Cúmque diceret vnus hoc modo, & alter alio: *pro-
20 ceſſit ſpiritus, & ſtetit coram Domino,

& ait, Ego decipiam eum. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies? *At ille 21
reſpondit, Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.
Dixítque Dominus, Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita. *Nunc igitur, 22
ecce Dominus dedit ſpiritum mendacij
in ore omnium prophetarum tuorum:
& Dominus locutus eſt de te mala. *Ac- 23
ceſſit autem Sedecias filius Chanaana, &
percuſſit Michææ maxillam, & ait, Per
quam viam tranſiuit Spiritus Domini à
me, vt loqueretur tibi? *Dixítque Mi- 24
chæas, Tu ipſe videbis in die illo, quando
ingreſſus fueris cubiculum de cubiculo,
vt abſcondaris. *Præcepit autem rex Iſ- 25
rael, dicens, Tollite Michæam, & ducite
eum ad Amon principem ciuitatis, & ad
eum ad Ioas filium Amélech'. *Et dicetis, Hæc 26
dicit rex, Mittite hunc in carcerem, &
date ei panis modicum & aquæ pauxillum, donec reuertar in pace. *Dixítque 27
Michæas, Si reuerſus fueris in pace, non
eſt locutus Dominus in me. Et ait, Audite omnes populi. *Igitur aſcenderunt 28
rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda, in Ramoth-Galaad. *Dixítque rex Iſrael ad 29
Ioſaphat, Mutabo habitum, & ſic ad pugnam vadam: tu autem induere veſtibus
tuis. Mutatóque rex Iſrael habitu, venit
ad bellum. *Rex autem Syriæ præce- 30
perat ducibus equitatus ſui, dicens, Ne
pugnetis contra minimum, aut contra
maximum, niſi contra ſolum regem Iſrael. *Itaque cùm vidiſſent principes 31
equitatus Ioſaphat, dixerunt, Rex Iſrael
eſt iſte. Et circundederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dominum, &
auxiliatus eſt ei, atque auertit eos ab illo.
*Cùm enim vidiſſent duces equitatus 32
quòd non eſſet rex Iſrael, reliquerunt
eum. *Accidit autem vt vnus è popu- 33
lo ſagittam in incertum iáceret, & percuteret regem Iſrael inter ceruicem &
ſcapulas: at ille aurigæ ſuo ait, Conuerte
manum tuam, & educ me de acie, quia
vulneratus ſum. *Et finita eſt pugna in 34
die illo: porrò rex Iſrael ſtabat in curru
ſuo contra Syros vſque ad veſperam, &
mortuus eſt occidente Sole.

CAP. XIX.

REuerſus eſt autẽ Ioſaphat rex Iuda 1
in domum ſuam pacificè, in Ieruſalem. *Cui occurrit Iehu filius Hanani 2
Videns, & ait ad eum, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum
amicitia iũgeris: & idcirco iram quidem
Domini merebaris: *ſed bona opera in- 3
uenta ſunt in te, eò quòd abſtuleris lucos
de terra Iuda, & præparaueris cor tuum
vt requireres Dominũ Deum patrum 4 MS. 1. H. G.
tuorum'. *Habitauit ergo Ioſaphat in 5 MS. 1. H. G.
Ieruſalem: rurſúmque egreſſus eſt ad populum de Berſabee vſque ad montem
Ephráim, & reuocauit eos ad Dominum
Deum patrum ſuorum. *Conſtituítq. 5
iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda
munitis, per ſingula loca, *& præcipiẽs 6
iudicibus, Videte, ait, quid faciatis: non
enim hominis exercetis iudicium, ſed
Domini: & quodcunq. iudicaueritis, in
vos redundabit. *Sit timor Domini vo- 7
biſcum: & cum diligentia cuncta facite:
nõ eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acce- Deut.10. Rom.2.11. Gal.2.6. Ephe.6.9. Col.3.25. 1 Pet.1.17. Sap.6.8. Eccli.35.16.
ptio, nec cupido munerum. *In Ieruſa- 8
lem quoque conſtituit Ioſaphat Leuitas
& ſacerdotes, & principes familiarum ex
Iſrael, vt iudicium & cauſam Domini
iudicarent habitatoribus eius. *Præ- 9
cepítque eis, dicens, Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto,
*Omnem cauſam quæ venerit ad vos 10
fratrum veſtrorum qui habitant in vrbibus ſuis, inter cognationem & cognationem, vbicumque quæſtio eſt de lege, de mandato, de ceremoniis, de iuſtificationibus; oſtendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros: ſic ergo
agentes non peccabitis. *Amarias au- 11
tem ſacerdos & pontifex veſter, in his
quæ ad Deum pertinent, præſidebit:
porrò Zabadias filius Iſmahel, qui eſt
dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit
quæ ad regis officium pertinent: habetíſque magiſtros Leuitas coram vobis, confortamini, & agite diligenter: & erit Dominus vobiſcum in bonis'. vestris MS. 1. H. G.

CAP.

CAP. XX.

POſt hæc congregati ſunt filij Moab, 1
& filij Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Ioſaphat, vt pugnarent contra eum. *Venerúntque nuntij, & indi- 2
cauerunt Ioſaphat, dicentes, Venit contra te multitudo magna de his locis quæ
trans mare ſunt, & de Syria, & ecce conſiſtunt in Aſaſon-thamar, quæ eſt Engaddi. *Ioſaphat autem timore perter- 3
ritus, totum ſe contulit ad rogãdum Dominum: & prædicauit ieiunium vniuerſo Iuda. *Congregatúſque eſt Iudas ad 4
deprecandum Dominum: ſed & omnes
de vrbibus ſuis venerunt ad obſecrandum eum. *Cúmque ſtetiſſet Ioſaphat 5
in medio cœtu Iudæ, & Ieruſalem, in
domo Domini ante atrium nouum, *ait, 6
Domine Deus patrum noſtrorum, tu es
Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis Gentium: in manu tua eſt fortitudo
& potentia, nec quiſquam tibi poteſt reſiſtere. *Nónne tu Deus noſter interfe- 7
ciſti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Iſrael, & dediſti eam ſemini Abraham amici tui in ſempiternum? *Habitauerúntque in ea, & ex- 8
truxerunt in illa ſanctuariũ nomini tuo,
Sup.6,28. dicentes, *'Si irruerint ſuper nos mala, 9
gladius iudicij, peſtilentia, & fames, ſtabimus corã domo hac in conſpectu tuo,
in qua inuocatum eſt nomen tuum: &
clamabimus ad te in tribulationibus noſtris, & exaudies, ſaluóſq. facies. *Nunc 10
igitur ecce filij Ammon, & Moab, &
Deut.2,7. *filiis MS q. mons Seir, 'per quos non conceſſiſti *Iſ-
rael vt tranſirent quando egrediebantur de Ægypto, ſed declinauerũt ab eis,
& non interfecerunt illos: *econtrario 11
agunt, & nituntur eiicere nos de poſſeſſione quam tradidiſti nobis. *Deus no- 12
ſter, ergo nõ iudicabis eos? In nobis quidem non eſt tãta fortitudo, vt poſſimus
huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſuper nos. Sed cùm ignoremus quid agere
debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui,
vt oculos noſtros dirigamus ad te. *Om- 13
nis verò Iuda ſtabat corã Domino cum
paruulis, & vxoribus, & liberis ſuis.
*Erat autem Iahaziel filius Zachariæ, 14
filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ,
Leuites de filiis Aſaph, ſuper quẽ factus
15 eſt Spiritus Domini in medio turbæ, *& ait, Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Ieruſalem, & tu rex Ioſaphat: Hæc
dicit Dominus vobis, Nolite timere,
nec paueatis hanc multitudinem: non
16 eſt enim veſtra pugna, ſed Dei. *Cras "aſcendetis 16 MS. Quæ in Textu eſt, lectio, R. H: & G. reſpondet.
'deſcendetis' contra eos: aſcenſuri enim
ſunt per cliuum nomine Sis, & inuenietis illos in ſummitate torrentis, qui eſt
17 contra ſolitudinem Ieruel. *Non eritis
vos qui dimicabitis, ſed tantummodò
confidenter ſtate, & videbitis auxilium
Domini ſuper vos, ô Iuda, & Ieruſalem:
nolite timere, nec paueatis: cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vo-
18 biſcum. *Ioſaphat ergo, & Iuda, &
omnes habitatores Ieruſalem ceciderũt
proni in terram coram Domino, & ad-
19 orauerunt eum. *Porrò Leuitæ de filijs
Caath, & de filijs Core laudabant Dominum Deum Iſrael voce magna, in excel-
20 ſum. *Cúmq. manè ſurrexiſſent, egreſſi
ſunt per deſertum Thecua: profectíſque
eis, ſtans Ioſaphat in medio eorum, dixit,
Audite me viri' Iuda, & omnes habita- 13 MS. H. G.
tores Ieruſalem: credite in Domino Deo
veſtro, & ſecuri eritis: credite prophetis
21 eius, & cuncta euenient proſpera. *Deditque conſilium populo, & ſtatuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis ſuis, & antecederent exercitum, aĉ
voce conſona dicerent, 'Cõfitemini Do- Pſ.135, 1.
mino, quoniam in æternum miſericor-
22 dia eius. *Cúmque cœpiſſent laudes
canere, vertit Dominus inſidias eorum
in ſemetipſos, filiorũ ſcilicet Ammon, &
Moab, & mõtis Seir, qui egreſſi fuerant
vt pugnarent contra Iudam, & percuſſi
23 ſunt. *Namque filij Ammon, & Moab
conſurrexerunt aduerſum habitatores
montis Seir, vt interficerent & delerent
eos: cúmque hoc opere perpetraſſent,
etiam in ſemetipſos verſi, mutuis conci-
24 dêre vulneribus. *Porrò Iudæ cùm veniſſet ad 'ſpeluncam' quæ reſpicit ſolitu- *ſpeculam R. H. G.
dinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus, nec ſupereſſe
quenquam qui necem potuiſſet euade-

re. [25] Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inuenerúntque inter cadauera, variam supellectilem, vestes quoque, & vasa pretiosissima: & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine. [26] Die autem quarto congregati sunt in Valle-benedictionis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocauerunt locum illũ Vallis-benedictionis, vsque in præsentem diem. [27] Reuersúsque est omnis vir Iuda, & habitatores Ierusalem, & Iosaphat ante eos in Ierusalem, cum lætitia magna, eò quòd dedisset eis Dominus gaudiũ de inimicis suis.

[28] Ingressíque sunt in Ierusalem cum psalteriis, & citharis, & tubis in domum Domini. [29] Irruit autem pauor Domini super vniuersa regna terrarum, cùm audissent quòd pugnasset Dominus cõtra inimicos Israel. [30] Quieuítque regnum Iosaphat, & præbuit ei Deus pacem per circuitum. [31] Regnauit igitur Iosaphat super Iudam, & erat triginta quinq. annorum cùm regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Azuba filia Selahi. [32] Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erant coram Domino. [33] Verumtamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum patrum suorum. [34] Reliqua autem gestorum Iosaphat priorum & nouissimorũ, scripta sunt in verbis Iehu filij Hanani, quę digessit in libros regum Israel. [35] Post hæc iniit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel, cuius opera fuerunt impiissima. [36] Et particeps fuit vt faceret naues quæ irent in Tharsis: fecerúntque classem in Asion-gáber.

[37] Prophetauit autem Eliézer filius Dodau de Maresa ad Iosaphat, dicens, Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

CAP. XXI.

3 Re. 22, 51 [1] DOrmiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid: regnauítque Ioram filius eius pro eo. [2] Qui habuit fratres filios Iosaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiam: omnes hi, filij Iosaphat regis Iuda. [3] Dedítque eis pater suus multa munera argenti, & auri, & "pensationes, cum ciuitatibus munitissimis in Iuda, regnum autem tradidit Ioram, eò quòd esset primogenitus. [4] Surrexit autem Ioram super regnum patris sui: cúmque se confirmasset, occídit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israel. [5] 4 Reg. 8, 16 Trigintaduorum annorũ erat Ioram cùm regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. [6] Ambulauítque in viis regum Israel, sicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius, & fecit malum in conspectu Domini. [7] Noluit autem Dominus disperdere domum Dauid propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat vt daret ei lucernam, & filiis eius omni tempore. [8] 4 Reg. 8, 20 In diebus illis rebellauit Edom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi regem. [9] Cúmque transisset Ioram cũ principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Edom qui se circundederat, & omnes duces equitatus eius. [10] Attamen rebellauit Edom, ne esset sub ditione Iuda, vsque ad hanc diem: eo tempore & Lobna recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum: [11] insuper & excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & præuaricari Iudam. [12] Allatæ sunt autem ei literæ ab Elia propheta, in quibus scriptũ erat, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Quoniam non ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Asa regis Iuda, [13] sed incessisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper & fratres tuos domum patris tui, meliores te occidisti: [14] ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filiis, & vxoribus tuis, vniuersáque substantia tua. [15] tu autem

" pensationes] MS. precium. Arm.

autem ægrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. [16] Suscitauit ergo Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, & Arabũ, qui confines sunt Æthiopibus. [17] & ascenderunt in Terram Iuda, & vastauerunt eam: diripuerúntque cunctam substantiam quæ inuenta est in domo regis, insuper & filios eius, & vxores: nec remansit ei filius, nisi Ioachaz, qui minimus natu erat. [18] Et super hæc omnia percussit eum Dominus alui languore insanabili. [19] Cúmque diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus tabe, ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter, & vita caruit. Mortuúsque est in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundùm morem conbustionis, exequias, sicut fecerat maioribꝰ eius.

[20] Trigintaduorum annorum fuit cùm regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauítq. non rectè, & sepelierunt eum in Ciuitate-Dauid: veruntamen non in sepulchro regum.

CAP. XXII.

4 Re. 8, 24. [1] CONstituerunt autem habitatores Ierusalem 'Ochoziam' filium eius minimum, regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauítque Ochozias filius Ioram regis Iuda. [2] Quadraginta duorum annorũ erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri. [3] Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum vt impiè ageret. [4] Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab: ipsi enim fuerunt ei consiliarij post mortẽ patris sui, in interitum eius. [5] Ambulauítq. in consiliis eorum. Et perrexit cum Ioram filio Achab rege Israel, in bellum contra Hazael regem Syriæ, in Ramoth-Galaad: vulneraueruntque Syri Ioram. [6] Qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit vt inuiseret Ioram filium [7] Achab in Iezrahel ægrotantem. [8] Voluntatis quippe fuit Dei aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: & cùm venisset, & egrederetur cum eo aduersum Iehu filium Namsi, quem vnxit Dominus, vt deleret domum Achab. [9] Cùm ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos. [10] Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductúmque ad se, occidit; & sepelierunt eum: eò quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo. nec erat vltrà spes aliqua vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ. [11] 4 Reg. 11, 1 siquidẽ Athalia mater eius videns quòd mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram'. [12] Porrò Iosabeth filia regis tulit Ioas filium Ochozię, & furata est eum de medio filiorum regis, cùm interficerentur: abscondítque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum: Iosabeth autem quæ absconderat eum, erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ: & idcirco Athalia non interfecit eum. [1] Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

CAP. XXIII.

[1] ANno autem septimo confortatus 4 Reg. 11, 4 Ioiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Ieroham, & Ismahel filium Iohanan, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri: & iniit cum eis fœdus. [2] Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel: venerúntque in Ierusalem. [3] Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege: dixítque ad eos Ioiada, Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus, super filios Dauid. [4] Iste est ergo sermo quem facietis: [5] Tertia pars vestrûm qui veniunt ad Sabbathum, sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum erit in

[16] Achaziã nominat Hieronymus cũ Hebræis; Ochoziam autem codices nostri cum Græcis.

" Achazia MS. G. [2] vt MS.

" Iuda R. H. G.

erit in portis: tertia verò pars ad domum regis: & tertia ad portam quę appellatur Fundamenti: omne verò reliquum vulgus sit in atriis domus Domini. [6] Nec quispiam alius ingrediatur domum Domini, nisi sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: ipsi tantummodò ingrediantur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias Domini. [7] Leuitæ autem circundent regem, habētes singuli arma sua: (& si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur) siutq́. cum rege & intrante & egrediente. [8] Fecerunt ergo Leuitæ, & vniuersus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex: & assumpserunt singuli viros qui sub se erant, & veniebant per ordinē sabbathi, cum his qui impleuerant sabbathum, & egressi erant. siquidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. [9] Dedítq. Ioiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeósque & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo Domini. [10] Constituítque omnem populum tenentium pugiones à parte templi dextra, vsque ad partem templi sinistram, coram altari, & templo, per circuitum regis. [11] Et eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium', dederúntq. in manu eius tenendam legem: & constituerunt eum regem: vnxit quoque illum Ioiada pontifex, & filij eius: imprecatíque sunt ei, atque dixerunt, Viuat rex. [12] Quod cùm audisset Athalia, vocem scilicet currentium atque laudantium regem, ingressa est ad populum in templum Domini. [13] Cúmque vidisset regem stantem super gradum in introitu & principes, turmásque circa eum, omnémque populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diuersi generis organis concinentem, vocémq. laudantium, scidit vestimenta sua, & ait, Insidiæ, insidiæ. [14] Egressus autem Ioiada pontifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis, Educite illam extra septa templi, & interficiatur foris gladio. Præcepítque sacerdos ne occideretur in domo Domini. [15] Et imposuerunt ceruicibus eius manus: cúmq. intrasset portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi. [16] Pepigit autem Ioiada fœdus inter se, vniuersúmque populum & regem, vt esset populus Domini. [17] Itaque ingressus est omnis popul⁹ domum Baal, & destruxerunt eam: & altaria ac simulachra illius confregerunt: Mathan quoque sacerdotem Baal interfecerunt ante aras. [18] Constituit autem Ioiada præpositos in domo Domini, sub manibus sacerdotum & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo Domini: vt offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in 'lege' Moysi, in gaudio & canticis, [19] iuxta dispositionem Dauid. Constituit quoque ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. [20] Assumpsítque centuriones, & fortissimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerunt eum in solio regali. [21] Lætatúsque est omnis populus terræ, & vrbs quieuit: porrò Athalia interfecta est gladio.

non cōcordant vera. Vetustissimi tamen Hieronymi & librorum quos emendauit, fides obtinuit.

CAP. XXIIII.

[1] SEptem annorum erat Ioas cùm regnare cœpisset: & quadraginta annis regnauit in Ierusalem: nomē matris eius Sebia de Ber-sabee. [2] Fecítq. quod bonum est coram Domino cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis. [3] Accepit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias. [4] Post quæ placuit Ioas vt [5] instauraret domum Domini. Congregauítque sacerdotes & Leuitas, & dixit eis, Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam ad sartatecta templi Dei 'nostri', per singulos annos, festinatóque hoc facite: porrò Leuitæ egêre negligentius. [6] Vocauítque rex Ioiadam principem, & dixit ei, Quare tibi non fuit curæ, vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ierusalem pecuniam quæ cōstituta est à Moyse seruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonij?

4 Reg. 12.

'vestri' MS. lib. H. G.

[7] Athalia enim impiissima, & filij eius destruxerunt domum Dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornauerunt fanum Baalim.

[8] præcepit ergo rex, & fecerunt arcam: posuerúntq. eam iuxta portam *Domini forinsecus. [9] Et prædicatum est in Iuda & Ierusalem vt deferrent singuli pretiū Domino, quod constituit Moyses seruus Dei super omnem Israel, in deserto. [10] Lætatíque sunt cuncti principes, & omnis populus: & ingressi contulerunt in arcam Domini', atq. miserunt, ita vt impleretur. [11] Cúmque tempus esset vt deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur scriba regis, & quem primus sacerdos constituerat: effundebántque pecuniam quæ erat in arca: porrò arcam reportabant ad locum suum: sicque faciebant per singulos dies, & congregata est infinita pecunia. [12] Quam dederunt rex & Ioiada his qui præerant operibus domus Domini: at illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domum Domini: fabros quoque ferri & æris: vt quod cadere cœperat, fulciretur. [13] Egerúntque hi qui operabantur industriè, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum: ac suscitauerūt domum Domini in statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. [14] Cúmq. complessent omnia opera, detulerunt coram rege & Ioiada reliquam partē pecuniæ: de qua facta sunt vasa templi in ministerium ad holocausta, phialæ quoque, & cætera vasa aurea & argentea: & offerebantur holocausta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ. [15] Senuit autem Ioiada plenus dierum, & mortuus est cùm esset centum triginta annorum: [16] sepelierúntq. eum in Ciuitate-Dauid cum regibus, eò quòd fecisset bonum cum Israel, & cum domo eius. [17] Postquàm autem obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem: qui delinitus obsequiis eorum, acquieuit eis. [18] Et dereliquerūt templum Domini Dei patrum suorum, seruierúntque lucis & sculptilibus: & facta est ira cōtra Iudam & Ierusalem [19] propter hoc peccatum. Mittebátque eis prophetas, vt reuerterentur ad Dominum: quos protestātes, illi audire nolebant. [20] Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit eis, Hæc dicit Dominus Deus, Quare transgredimini præceptū Domini, quod vobis non proderit: & dereliquistis Dominum, vt derelinqueret vos? [21] Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperium, in atrio domus [22] Domini. Et non est recordatus Ioas rex, misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. Qui cùm moreretur, ait, Videat Dominus, & requirat. Mat. 23, 35. [23] Cúmque euolutus esset annus, ascēdit contra eum exercitus Syriæ: venítque in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atque vniuersam prædam miserunt regi in Darmascum. [24] Et certè cùm permodicus venisset numerus Syrorū, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem: eò quòd dereliquissent Dominum Deum patrum suorum: in Ioas quoque ignominiosa exercuere iudicia. [25] Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. surrexerūt autem contra eum serui sui, in vltionem sanguinis filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo, & mortuus est: sepelierúntque eum in Ciuitate-Dauid, sed non in sepulchris regum. [26] Insidiati verò sunt ei Zabad filius Semaath Ammanitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis. [27] Porrò filij eius, ac summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentiùs in Libro regū: regnauit autem Amasias filius eius pro eo.

*domus R.H.G.

Exo. 30, 12.

R.H.G.

CAP. XXV.

[1] VIgintiquinque annorum erat Amasias cùm regnare cœpisset, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: nomē matris eius 'Ioiadan' de Ierusalem. [2] Fecítque bonum in conspectu Domini; veruntamen non in corde perfecto.

4 Reg. 14, 2.

'Ioadan' MS. H. 'Iodacin'.

Cúmque

---

*20 MS. R.H.G. *Verùm Latini codices illud, potius quàm istud, transfigendū esse loquuntur. Nam quod in Hebræo legitur.* Et dederunt super eum diadema & testimonium; *videtur Interpres noster, paraphrasticè reddere voluisse:* Et imposuerunt ei diadema, dederuntq. in manu eius legem. *Videtur autem τὸ* & testimonium, *vel ex 4 Reg. c. 11. vel ex Hebræo, Græcúe Textu adiectū esse, ab eo qui hoc paraphrasticè hoc loco exposuit esse.*

*egressuri 9 MS.

[3] [a]Cúmque roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos qui occiderant
[4] regem patrem suum. [a]Sed filios eorum nō interfecit, sicut scriptum est in Libro
Deu. 24,16 4 Reg. 14, 6. Ezec. 18, 20. legis Moysi, vbi præcepit Dominus, dicens, [a]Non occidentur patres pro filiis,
[5] neque filij pro patribus suis: sed vnusquisque in suo peecato morietur. [a]Congregauit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias, tribunósque &
centuriones in vniuerso Iuda & Ben-iamin: & recensuit à viginti annis sursum,
[6] trecenta R. H. G. inuenítq. 'triginta' millia iuuenum, qui egrederentur ad pugnam, & tenerent
[7] hastam & clypeum. [a]Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, centum talentis argenti. [a]Ve-
[8] nit autem homo Dei ad illum, & ait, O rex, ne egrediatur tecū exercitus Israel:
non est enim Dominus cum Israel, & cunctis filiis Ephraim. [a]Quòd si putas in
[9] robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est & adiuuare, & in fugam con-
uertere. [a]Dixítque Amasias ad homi-
[10] nem Dei, Quid ergo fiet de centum talentis quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei, Habet Dominus
vnde tibi dare possit multò his plura.
[10] [a]Separauit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locum suum: at illi contra
Iudam vehementer irati, reuersi sunt in
[11] regionem suam. [a]Porrò Amasias confidenter eduxit populum suum, & abiit in
Vallem-salinarū, percussítq. filios Seir,
[12] decem millia. [a]Et alia decem millia virorum ceperūt filij Iuda, & adduxerunt
ad præruptum cuiusdam petræ, præcipitauerúntque eos de summo in præceps,
[13] qui vniuersi crepuerunt. [a]At ille exercitus quem remiserat Amasias, ne secum
iret ad prœlium, diffusus est in ciuitatibus Iuda, à Samaria vsque ad Beth-horon, & interfectis tribus millibus, diripuit prædam magnam. [a]Amasias verò
[14] post cædem Idumęorum, & allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, &
adorabat eos, & illis adolebat incensum.
[15] [a]Quam ob rem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illū prophetam, qui
diceret ei, Cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suum de manu
[16] tua? [a]Cúmque hæc ille loqueretur, respondit ei, Num consiliarius regis es?
quiesce, ne interficiam te. Discedénsque propheta, Scio, inquit, quòd cogitauerit
Deus occidere te, quia fecisti hoc malū, & insuper non acquieuisti consilio meo.
[17] [a]Igitur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio, misit ad Ioas filium Ioachaz filij
[18] Iehu, regem Israel, dicens, Veni, videamus nos mutuò. [a]At ille remisit nuntios, dicens, Carduus qui est in Libano
misit ad cedrum Libani, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce, bestiæ quæ erant in sylua Libani trāsierunt
[19] & conculcauerunt carduum. [a]Dixisti, Percussi Edom: & idcirco erigitur cor
tuum in superbiam, sede in domo tua,
[20] cur malum aduersum te prouocas, vt cadas & tu & Iudas tecum? [a]Noluit 'autem' audire Amasias, eò quòd Domini esset vo- 'autem R. H. G.
luntas vt traderetur in manus hostium
[21] propter deos Edom. [a]Ascendit igitur Ioas rex Israel, & mutuos sibi præbuere
[22] cōspectus: Amasias autem rex Iuda erat in Beth-sāmes Iudæ. [a]Corruítque Iudas
corā Israel, & fugit in tabernacula sua.
[23] [a]Porrò Amasiam regem Iuda filium Ioas filij Ioachaz, cepit Ioas rex Israel in
Beth sāmes, & adduxit in Ierusalem: destruxítque murum eius à porta Ephraim
vsque ad portam anguli, quadringentis
[24] cubitis. [a]Omne quoque aurum, & argentū, & vniuersa vasa quæ repererat in
domo Dei, & apud Obed-edom, in thesauris etiam domus regiæ, nec non & fi-
[25] lios obsidū reduxit in Samariam. [a]Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, post-
quā mortuus est Ioas filius Ioachaz rex
[26] Israel, quindecim annis. [a]Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum & no-
uissimorū scripta sunt in Libro regum
[27] Iuda & Israel. [a]Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Ie-
rusalem. Cúmque fugisset in Lachis, misérunt, & interfecerunt eum ibi. [a]Re-
[28] portantésque super equos, sepelierunt eum cū patribus suis in Ciuitate Dauid.

CAP.

CAP. XXVI.

4 Re. 14, 21 OMnis autem populus Iuda, filium
[1] eius Oziam annorū sedecim, constituit regem pro Amasia patre suo.
[2] [a]Ipse ædificauit Ailath, & restituit eam ditioni Iudæ, postquam dormiuit rex
[3] cum patribus suis. [a]Sedecim annorum erat Ozias cū regnare cœpisset, & quinquagintaduobus annis regnauit in Ieru-
[4] salem: nomen matris eius Iechelia de Ierusalem. [a]Fecítque quod erat rectum
in oculis Domini, iuxta omnia quę fecerat Amasias pater eius. [a]Et exquisiuit
[5] Dominum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deum: cúmq. requireret Dominum, direxit eum in omnibus. [a]Denique egressus est, & pugna-
[6] uit contra Philisthiim, & destruxit murū Geth, & murum Iabniæ, murúmque
Azoti: ædificauit quoq. oppida in Azoto, & in Philisthiim. [a]Et adiuuit eum
[7] Deus contra Philisthiim, & contra Arabes qui habitabant in Gurbáal, & contra
Ammonitas. [a]Appendebántque Am-
[8] monitæ munera Oziæ: & diuulgatum est nomen eius vsq. ad introitum Ægypti, propter crebras victorias. [a]Ædifi-
[9] cauítq. Ozias turres in Ierusalem super portam anguli, & super portam vallis, &
reliquas, in eodem muri latere, firmauítque eas. [a]Extruxit etiam turres in soli-
[10] tudine, & effodit cisternas plurimas, eò quòd haberet multa pecora tam in campestribus, quàm in eremi vastitate: vineas quoq. habuit & vinitores in monti-
bus, & in carmelo: erat quippe homo
[11] agriculturæ deditus. [a]Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant
ad prœlia sub manu Iehiel scribæ, Maasiæque doctoris, & sub manu Hananiæ
qui erat de ducibus regis. [a]Omnísq. nu-
[12] merus principum per familias, virorum fortium, duorum milliū sexcentorum.
[13] [a]Et sub eis vniuersus exercitus trecentorum & septem milliū quingentorum:
qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduersarios dimicabant. [a]Præpara-
[14] uit quoq. eis Ozias, id est, cuncto exercitui, clypeos & hastas & galeas & lori-
cas, arcúsque & fundas, ad iaciendos la-
[15] pides. [a]Et fecit in Ierusalem diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent
sagittas & saxa grandia: egressúmque est
nomen eius procul, eo quòd auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset illum.
[16] [a]Sed cùm roboratus esset, eleuatū est cor eius in interitum suum, & neglexit
Dominum Deum suum: ingressúsque templum Domini, adolere voluit in-
[17] censum super altare thymiamatis. [a]Statímque ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini
[18] 'octoginta', viri fortissimi, [a]restiterunt regi, atque dixerunt, Non est tui officij 'septuaginta o.
Ozia, vt adoleas incensum Domino: sed
sacerdotum, hoc est, filiorum Aarō, qui
consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium: egredere de sanctuario, ne con-
tempseris: quia non reputabitur tibi in
[19] gloriam hoc à Domino Deo. [a]Iratúsq. Zach. 14, 6.
Ozias, & tenens in manu thuribulum vt
adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statímque orta est lepra in fronte
eius coram sacerdotibus, in domo Do-
[20] mini super altare thymiamatis. [a]Cúmque respexisset eum Azarias pontifex,
& omnes reliqui sacerdotes: viderunt lepram in fronte eius, & festinatò expule-
runt eum. Sed & ipse perterritus acce-
lerauit egredi, eo quòd sensisset ilicò
[21] plagam Domini. [a]'Fuit igitur Ozias 4 Re. 15, 5.
rex leprosus vsque ad diem mortis suæ,
& habitauit in domo separata plenus lepra, ob quā eiectus fuerat de domo Domini. Porrò Ioatham filius eius rexit do-
mum regis, & iudicabat populum terræ.
[22] [a]Reliqua autem sermonum Oziæ priorum & nouissimorum scripsit Isaias fi-
[23] lius Amos, propheta. [a]Dormiuítque Ozias cum patribus suis, & sepelierunt
eum in agro regalium sepulchrorum, eò quòd esset leprosus: regnauítque Ioatham filius eius pro eo.

CAP. XXVII.

4 Re. 15, 32 VIgintiquinque annorum erat Ioa-
[1] tham cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: no-
[2] men matris eius Ieruſa filia Sadoc. [a]Fecítque quod rectum erat coram Domino iuxta

no iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater
suus, excepto quod non est ingressus
templum Domini: & adhuc populus de-
linquebat. [3] Ipse ædificauit portam do-
mus Dñi excelsam: & in muro Ophel
multa construxit. [4] Vrbes quoque ædi-
ficauit in montibus Iuda: & in saltibus
castella & turres. [5] Ipse pugnauit con-
tra regem filiorũ Ammon, & vicit eos:
dederúntque ei filij Ammon in tempo-
re illo centum talenta argenti, & decem
millia coros tritici, ac totidẽ coros hor-
dei: hæc ei præbuerunt filij Ammon in
anno secundo & tertio. [6] Corroboratúsque est Ioatham, eò quòd direxisset vias
suas coram Domino Deo suo. [7] Reliqua
autẽ sermonum Ioatham, & omnes pu-
gnę eius, & opera, scripta sunt in Libro
regum Israel & Iuda. [8] Vigintiquinque
annorum erat cùm regnare cœpisset, &
sedecim annis regnauit in Ierusalem.
[9] Dormiuítque Ioatham cum patribus
suis, & sepelierunt eum in Ciuitate Da-
uid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

CAP. XXVIII.

4 Re. 16, 2. VIginti annorũ erat Achaz cùm re- [1]
gnare cœpisset: & sedecim annis re-
gnauit in Ierusalem: non fecit rectum
in conspectu Domini sicut Dauid pater
eius. [2] Sed ambulauit in vijs regũ Israel,
insuper & statuas fudit Baalim. [3] Ipse est
qui adoleuit incensum in Valle-ben-en-
nom: & lustrauit filios suos in igne iuxta
ritum gentium, quas interfecit Domi-
nus in aduentu filiorum Israel. [4] Sacrifi-
cabat quoque, & thymiama succende-
bat in excelsis, & in collibus, & sub om-
ni ligno frondoso. [5] Tradidítque eum
Dominus Deus eius in manus regis Sy-
riæ, qui percussit eum, magnámque præ-
dam cepit de eius imperio, & adduxit in
Darmascum: manibus quoque regis Is-
rael traditus est, & percussus plaga gran-
di. [6] Occidítque Phacee filius Romeliæ,
de Iuda centum viginti millia in die vno,
omnes viros bellatores: eò quòd reli-
quissent Dominum Deum patrum suo-
rum. [7] Eodem tempore occidit Zechri
vir potens ex Ephraim, Maasiam filium
regis, & Ezricam ducem domus eius,
[8] Elcanã quoque secundum à rege. Ce-
perúntque filij Israel de fratribus suis
ducenta millia mulierum, puerorum, &
puellarum, & infinitam prædam: pertu-
lerúntque eam in Samariam. [9] Ea tem-
pestate erat ibi propheta Domini, nomi-
ne Obed: qui egressus obuiam exerci-
tui venienti in Samariam, dixit eis, Ecce
iratus Dominus Deus patrũ vestrorum
contra Iudam, tradidit eos in manibus
vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt
ad cælum pertingeret vestra crudelitas.
[10] Insuper filios Iuda, & Ierusalem vul-
tis vobis subiicere in seruos & ancillas,
quod nequaquam facto opus est. pecca-
stis enim super hoc Domino Deo vestro.
[11] Sed audite consilium meum, & redu-
cite captiuos quos adduxistis de fratri-
bus vestris: quia magnus furor Domini
imminet vobis. [12] Steterunt itaque
viri de principibus filiorum Ephraim,
Azarias filius Iohanã, Barachias filius
Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, &
Amasias' filius Hadali, contra eos qui
veniebant de prœlio, [13] & dixerunt eis,
Non introducetis huc captiuos, ne pec-
cemus Domino. Quare vultis adiicere
super peccata nostra, & vetera cumulare
delicta? grande quippe peccatum est, &
ira furoris Domini imminet super Israel.
[14] Dimiserúntq. viri bellatores prædam,
& vniuersa quæ ceperant coram princi-
pibus & omni multitudine. [15] Steterúnt-
que viri quos suprà memorauimus: &
apprehendentes captiuos, omnésq. qui
nudi erant, vestierunt de spoliis: cúmq.
vestissent eos, & calceassent, & refeci-
sent cibo ac potu, vnxisséntque propter
laborem, & adhibuissent eis curam: qui-
cunque ambulare nõ poterant, & erant
imbecillo corpore, imposuerunt eos iu-
mentis, & adduxerunt 'Iericho Ciuita-
tem palmarum ad fratres eorum, ipsíq.
reuersi sunt in Samariam. [16] Tempore illo
misit rex Achaz ad regem Assyriorum,
postulans auxilium. [17] Veneruntq. Idu-
mæi, & percusserunt multos ex Iuda, &
ceperunt prædã magnam. [18] Philisthiim
quoq. diffusi sunt per vrbes campestres,
& ad Meridiem Iudæ: ceperúntq. Beth-
sames,

sames, & Aialon, & Gaderoth, Socho
quoque, & Thamnan, & Gamzo, cum
viculis suis: & habitauerunt in eis. [19] Hu-
miliauerat enim Dominus Iudam pro-
pter Achaz regem Iuda, eò quòd nudas-
set eum auxilio, & contẽptui habuisset
Dominum. [20] Adduxítque contra eum
Thelgath-phalnasar regẽ Assyriorum,
qui & afflixit eum, & nullo resistente
vastauit. [21] Igitur Achaz spoliata domo
Domini, & domo regum, ac principum,
dedit regi Assyriorum munera: & tamen
nihil ei profuit. [22] Insuper & tempore
angustiæ suæ auxit contemptum in Do-
minum, ipse per se rex Achaz, [23] immo-
lauit diis Darmasci victimas percussori-
bus suis, & dixit, Dij regum Syriæ auxi-
liantur eis, quos ego placabo hostiis, &
aderũt mihi cùm econtrario ipsi fuerint
ruinæ ei, & vniuerso Israel. [24] Direptis ita-
R. H. G. que Achaz omnibus' vasis domus Dei,
atque confractis, clausit ianuas templi
Dei: & fecit sibi altaria in vniuersis an-
gulis Ierusalem. [25] In omnibus quoq. vr-
bibus Iuda extruxit aras ad cremandum
thus, atque ad iracundiam prouocauit
Dominum Deum patrum suorum. [26] Re-
liqua autem sermonũ eius, & omnium
operum suorum priorum & nouissimo-
rum scripta sunt in Libro regum Iuda &
Israel. [27] Dormiuítque Achaz cum patri-
bus suis, & sepelierunt eum in ciuitate
Ierusalem: neque enim receperunt eum
in sepulchra regum Israel. Regnauítque
Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XXIX.

4 Re. 18, 1. IGitur Ezechias regnare cœpit, cùm [1]
vigintiquinq. esset annorum, & vigin-
tinouem annis regnauit in Ierusalẽ: no-
men matris eius Abia, filia Zachariæ.
[2] Fecítque quod erat placitum in con-
spectu Domini, iuxta omnia quę fecerat
Dauid pater eius. [3] "Ipso' anno & mense
primo regni sui aperuit valuas domus
Domini, & instaurauit eas. [4] Adduxítq.
sacerdotes atque Leuitas, & congrega-
uit eos in "plateam' Orientalem. [5] Dixít-
que ad eos, Audite me Leuitæ, & sancti-
ficamini, mundate domũ Domini Dei
patrum vestrorum, & auferte omnem
[6] immunditiam de sanctuario. [7] Peccauë-
runt patres nostri, & fecerunt malum in
conspectu Domini Dei nostri, derelin-
quentes eum: auerterunt facies suas à ta-
bernaculo Domini, & præbuerunt dor-
sum. [8] Clauserunt ostia quæ erant in
porticu, & extinxerunt lucernas: incen-
súmque non adoleuerunt, & holocausta
nõ obtulerunt in sanctuario Deo Israel.
[9] Concitatus est itaque furor Domini
super Iudam & Ierusalem: tradidítque
eos in commotionem, & in interitum,
& in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis ve-
stris. [10] En, corruerunt patres nostri gla-
diis: filij nostri, & filiæ nostræ, & coniu-
ges captiuæ ductæ sunt propter hoc sce-
lus. [11] Nunc ergo placet mihi vt ineam
fœdus cum Domino Deo Israel, & auer-
tet à nobis furorem iræ suæ. [12] Filij mei no-
lite negligere: vos elegit Dominus vt ste-
tis coram eo, & ministretis illi, colatísq.
eum, & cremetis ei incensum. [13] Surre-
xerũt ergo Leuitæ: Mahath filius Ama-
sai, & Ioël filius Azariæ, de filiis Caath:
Porrò de filiis Merari: Cis filius Abdi, &
Azarias filius Ialaleel. De filiis autẽ Ger-
som: Ioah filius Zemma, & Eden filius
[14] Ioah. At verò de filiis Elisaphan: Samri
& Iahiel. De filiis quoque Asaph: Zacha-
rias & Mathanias. [15] Necnon de filiis He-
man, Iahiel, & Semei. Sed & de filiis Idi-
thun, Semeias & Oziel. [16] Congregaue-
rúntque fratres suos, & sanctificati sunt,
& ingressi sunt iuxta mandatum regis,
& imperium Domini, vt expiarent do-
mum Dei. [17] Sacerdotes quoque ingres-
si templum Domini, vt sanctificarent il-
lud, extulerunt omnem immunditiam,
quam intrò repererant in vestibulo do-
mus Domini: quam tulerunt Leuitæ, &
asportauerunt ad Torrentem-cedrõ fo-
ras. [18] Cœperunt autem prima die men-
sis primi mundare, & in die octauo eius-
dem mensis ingressi sunt porticum tem-
pli Domini; expiauerúntque templum
diebus octo, & in die sextadecima men-
sis eiusdem, quod cœperant impleue-
runt. [19] Ingressi quoq. sunt ad Ezechiam
regem, & dixerunt ei, Sanctificauimus
omnem domum Domini, & altare ho-

" Ipse 2 MS. Hier. H.

" pattem 8 MS. " Iatur c. Plateam seu significat vox Hebræa רחוב

locausti, vasáque eius, necnon & mensam propositionis cum omnibus vasis
suis, [19] cunctámque templi supellectilem quam polluerat rex Achaz in regno suo,
postquàm præuaricatus est: & ecce exposita sunt omnia coram altari Domini.
[20] Consurgénsque diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, &
[21] ascendit in domum Domini: obtulerúntque simul tauros septem, & arietes
septem, agnos septem, & hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario,
pro Iuda: dixítq. sacerdotibus filiis Aaron, vt offerrent super altare Domini.
[22] Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare: mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt: immolauerúntque agnos, & fuderunt super altare sanguinem. [23] Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuersa multitudine:
impositoque manus suas super eos.
[24] Et immolauerunt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorum 'coram' altari pro piaculo vniuersi Israelis: pro omni quippe Israel præceperat rex, vt holocaustũ fieret & pro peccato. [25] Constituit quoque Leuitas in domo Domini cum cymbalis & psalteriis, & citharis secundum dispositionem Dauid 'regis', & Gad Videntis*, & Nathan prophetæ: siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum eius. [26] Steterúntque Leuitę tenentes organa Dauid, & sacerdotes tubas. [27] Et iussit Ezechias vt offerrent holocausta super altare: cúmq. offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuersis organis* quæ Dauid rex Israel 'præparauerat' concrepare: [28] Omni autem turba adorante, cantores, & ij qui tenebãt tubas, erant in officio suo, donec compleretur holocaustũ. [29] Cúmque finita esset oblatio, incuruatus est rex, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt. [30] Præcepitq. Ezechias, & principes Leuitis vt laudarent Dominũ sermonibus Dauid & Asaph Videntis: qui laudauerunt 'eum' magna lætitia, & in-

-3 MS. H. G.
-7 MS. H.
*regis 6 MS. H.
*regi G.
*Dauidis regis Israel. H. G.
'reperet MS. R.
* Deum MS. R. - H.G.

[31] curuato genu adorauerunt. Ezechias autem etiam hæc addidit, Implestis manus vestras Domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Dñi. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente deuota.
[32] Porrò numerus holocaustorum quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos. [33] Sanctificauerúntque Domino boues sexcentos, & oues tria millia. [34] Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant sufficere vt pelles holocaustorum detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorũ adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quàm sacerdotes. [35] Fuerunt ergo holocausta plurima, adipes pacificorum, & libamina holocaustorum: & completus est cultus
[36] domus Domini. Lætatúsque est Ezechias, & omnis populus, eò quòd mini-
[37] sterium Domini esset expletum. De repente quippe hoc fieri placuerat.

CAP. XXX.

[1] MIsit quoque Ezechias ad omnem Israel & Iudam: scripsitque epistolas ad Ephráim & Manassen, vt venirent ad domum Domini in Ierusalem, & facerent Phase Domino Deo Israel. [2] Inito ergo consilio regis & principum, & vniuersi cœtus Ierusalem, decreuerunt vt
[3] facerent Phase mense secundo. Non enim 'occurrerant' facere in tempore suo: quia sacerdotes qui possent sufficere, sanctificati nõ fuerãt, & populus nondum congregatus 'fuerat' in Ierusalem.
[4] Placuítque sermo regi & omni multi-
[5] tudini. Et decreuerunt vt mitterent nũtios in vniuersum Israel de Ber-sabee vsque Dan, vt venirent, & facerent Phase Domino Deo Israel, in Ierusalẽ: multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est. [6] Perrexerúntq. cursores cum epistolis ex regis imperio, & principum eius, in vniuersum Israel & Iudam iuxta id quod rex iusserat, prædicantes, Filij Israel reuertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israel: & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus

'occurrerant' H. G.
'fuerat' MS.

regis Assyriorum. [7] Nolite fieri sicut patres vestri & fratres qui recesserunt à Domino Deo patrum suorum, & tradidit eos in interitum, vt ipsi cernitis. [8] Nolite indurare ceruices vestras, sicut patres vestri; tradite manus Domino, & venite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in æternũ: seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris eius. [9] Si enim vos reuersi fueritis ad Dominum, fratres vestri & filij habebunt misericordiam coram dominis suis qui illos duxerũt captiuos, & reuertentur in terram hanc: pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum. [10] Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephráim & Manasse, vsque ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos. [11] Attamen quidam viri ex Aser & Manasse & Zabulon acquiescentes cõsilio, venerunt Ierusalem.
[12] In Iuda verò facta est manus Domini, vt daret eis cor vnum vt facerent iuxta præceptum regis, & principũ, verbum Domini. [13] Congregatíque sunt in Ierusalem populi multi, vt facerent Solennitatem azymorum in mense secundo.
[14] Et surgentes destruxerunt altaria quę erant in Ierusalem: atq. vniuersa in quibus, idôlis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerunt in Torrentem cedron. [15] Immolauerunt autem Phase quarta decima die mensis secundi. Sacerdotes quoque, atque Leuitæ tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Domini. [16] Steterúntque in ordine suo iuxta dispositionẽ & legem Moysi hominis Dei: sacerdotes verò suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum, [17] eò quòd multa turba sanctificata non esset: & idcirco immolarent Leuitæ Phase his qui non occurrerant sanctificari Domino. [18] Magna etiam pars populi de Ephráim & Manasse & Issachar & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comẽdit phase, non iuxta quod scriptum est: & orauit pro eis Ezechias, dicens, Dominus bonus propitia-

[19] bitur cũctis [20] qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum: & non imputabit eis quòd minus sanctificati sunt. [21] Quem exaudiuit Dominus, & placatus est populo. Fecerúntque filij Israel qui inuenti sunt in Ierusalem, Solẽnitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, laudantes Dominum per singulos dies, Leuitæ quoq. & sacerdotes per organa, quæ suo officio con-
[22] gruebant. Et locutus est Ezechias ad cor omnium Leuitarum qui habebant intelligẽtiam bonam super Domino: & comederunt septem diebus Solennitatis immolantes victimas pacificorum, & laudantes Dominũ Deum patrum suorum. [23] Placuítque vniuersæ multitudini vt celebrarẽt etiam alios dies septem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio.
[24] Ezechias 'autem' rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros, & septem millia ouium: principes verò dederant populo tauros mille, & oues decem millia: sanctificata est ergo sacerdotum plurima
[25] multitudo. Et hilaritate perfusa omnis turba Iuda tam sacerdotum & Leuitarum, quàm vniuersæ frequentiæ quæ venerat ex Israel; proselytorum quoque de Terra Israel, & habitantium in Iuda.
[26] Factáque est grandis celebritas in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Israel in ea vrbe non fuerat.
[27] Surrexerunt autem sacerdotes atque Leuitæ benedicentes populo: & exaudita est vox eorum; peruenítque oratio in habitaculum sanctum cæli.

'enim 4 Ms. H. G.

CAP. XXXI.

[1] CVmque hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel, qui inuentus fuerat in vrbibus Iuda, & fregerunt simulachra, succiderúntque lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt: nõ solùm de vniuerso Iuda & Beniamin, sed & de Ephráim quoque & Manasse, donec penitus euerterent: reuersíque sunt omnes filij Israel in possessiones & ciuitates suas. [2] Ezechias autem constituit turmas sacerdotales, & Leuiticas per diuisiones suas, vnumquemq. in officio proprio, tam sacerdotum videlicet,

licet,quam Leuitarum,ad holocausta & pacifica, vt ministrarent & confiterentur, canerentque in portis castrorũ Domini. [3] Pars autem regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum, manè semper & vespere. Sabbathis quoque & Calendis, & solennitatibus cæteris, sicut scriptum est in lege 'Domini 1 MS. R. H.G.' Moysi'. [4] Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi Domini. [5] Quod cùm percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulêre primitias filij Israel, frumenti, vini, & olei, mellis quoque; & omniũ quæ gignit humus, decimas obtulerunt. [6] Sed & filij Israel & Iuda,qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt decimas boum & ouium, decimásque sanctorum quæ vouerant Domino Deo suo: atque vniuersa portantes, fecerunt aceruos plurimos. [7] Mense tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta, & mense septimo compleuerunt eos.

[8] Cúmque ingressi fuissent Ezechias & principes eius, viderunt aceruos, & benedixerunt Domino ac populo Israel.

[9] Interrogauítque Ezechias sacerdotes & Leuitas cur ita iacerent acerui.

[10] Respondit illi Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc, dicens, Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima: eò quòd benedixerit Dominus populo suo: reliquiarum autem copia est ista,quam cernis. [11] Præcepit igitur Ezechias vt præparare̅t horrea in domo Domini. Quod cùm fecissent, [12] intulerunt tam primitias quàm decimas, & quæcunque vouerant, fideliter. Fuit autem prę̃fectus eorum Chonenias Leuita, & Semei frater eius, secundus, [13] post quem Iahiel, & Azarias & Nahath,& Asael, & Ierimoth, Iozabad quoque & Eliel, & Ieśmachias, & Mahath, & Banaias, præpositi sub manibus Choneniæ & Semei fratris eius,ex imperio Ezechiæ regis & Azariæ pontificis domus Dei, ad quos omnia pertinebant. [14] Core verò filius Iemna Leuites, & ianitor Orientalis portæ, præpositus erat iis quæ sponte offerebantur Domino, primitiisque & consecratis in sancta sanctorum. [15] Et sub cura eius Eden & Beniamin, Ieśue & Semeias, Amarias quoque & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum: vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus: [16] exceptis maribus ab annis tribus & suprà,cunctis qui ingrediebantur templum Dñi,& quicquid per singulos dies conducebat in ministerio atque obseruationibus iuxta diuisiones suas, [17] sacerdotibus per familias, & Leuitis à vicesimo anno, & suprà, per ordines & [18] turmas suas, vniuersæq̃. multitudini tam vxoribus quàm liberis eorũ vtriusque sexus,fideliter cibi de his quę sanctificata fuerant præbebantur. [19] Sed & filiorum Aaron per agros, & suburbana vrbium singularum dispositi erant viri, qui partes distribuerent vniuerso sexui masculino, de sacerdotibus, & Leuitis.

[20] Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda:operatúsque est bonum & rectum,& verum coram Domino Deo suo [21] in vniuersa cultura ministerij domus Domini, iuxta legem & ceremonias, volẽs requirere Deum suum in toto corde suo: fecítque, & prosperatus est.

CAP. XXXII.

[1] POst quæ & huiusce modi veritatem, venit Sennacherib rex Assyriorum: & ingressus Iudã, obsedit ciuitates munitas, volens eas capere. [2] Quod cùm vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Ierusalem: [3] inito cum principibus consilio, virísque fortissimis, vt obthurarẽt capita fontium qui erant extra vrbem: & hoc omnium decernente sententia, [4] congregauit plurimam multitudinem, & obthurauerunt cunctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes, Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abũdantiam. [5] Ædificauit quoque agens industriè omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres désuper, & foris secus alterum murum: instaurauítque Mello

Mello in Ciuitate-Dauid , & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos.

[6] Constituítque principes bellatorum in exercitu. Et conuocauit vniuersos in platéa portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens: [7] Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis regem Assyriorũ, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo: multò enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. [8] Cum illo enim est brachiũ carneum: nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnátque pro nobis. Confortatúsque est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda.

[9] Quæ postquàm gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos in Ierusalem (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populum qui erat in vrbe, dicens: [10] Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum, In quo habentes fiduciam, sedetis obsessi in Ierusalem? [11] Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans quòd Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum? [12] Nunquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius,& altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens, Coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? [13] An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? nunquid præualuerunt dij gentium, omniúmque terrarum liberare regionem suam de manu mea? [14] Quis est de vniuersis diis gentium, quas vastauerunt patres mei , qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt possit etiam Deus vester eruere vos de hac manu? [15] Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neq. credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque 'regionum' liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de manu mea. [16] Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra Dominũ Deum,& contra Ezechiam seruum eius. [17] epistolas quoq. scripsit plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel, & locutus est aduersum eum , Sicut dij gentium cæterarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic & Deus Ezechię eruere non poterit populum suum de [18] manu ista. [19] Insuper & clamore magno, lingua Iudaica, contra populum qui sedebat in muris Ierusalem, personabat,vt terreret eos, & caperet ciuitatem. [20] Locutúsque est contra Deum 'Israel', sicut aduersum deos populorum terræ, opera manuum hominum. [21] Orauerunt igitur Ezechias rex, & Isaias filius Amos prophetes,aduersum hanc blasphemiam,ac vociferati sunt vsque in cælum. [21] Et misit Dominus angelum qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem,& principem exercitus regis Assyriorum. Reuersúsque est cum ignominia in terram suam. Cúmque ingressus esset domum dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eum gladio.

[22] Saluauítque Dominus Ezechiam & habitatores Ierusalem, de manu Sennacherib regis Assyriorũ, & de manu omnium, & præstitit ei quietem per circuitum. [23] Multi etiam deferebant hostias & sacrificia Domino in Ierusalẽ, & munera Ezechiæ regi Iuda:qui exaltatus est [24] post hæc coram cunctis gentibus. [24] In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem, & orauit Dominum: exaudiuítque eum, & dedit ei signum. [25] Sed non iuxta beneficia quę acceperat,retribuit, quia eleuatum est cor eius: & facta est contra eum ira, & contra Iudam & [26] Ierusalem. [26] Humiliatúsque est posteà, eò quòd exaltatum fuisset cor eius, tam ipse, quàm habitatores Ierusalem: & idcirco non venit super eos ira Domini in [27] diebus Ezechiæ. [27] Fuit autem Ezechias diues,& inclytus valde,& thesauros sibi plurimos congregauit argenti & auri & lapidis pretiosi,aromatum,& armorum vniuersi generis, & vasorum magni pre[28] tij. [28] Apothécas quoq. frumenti, vini, & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulásque pecorum, [29] & vrbes sex ædificauit sibi. habebat quippe greges

'regionum 1 MS. H.G.'

Gen.24,33. 4 Re.20,1. Isaiæ 38,1.

2 Par.6,6. R.H.G.

ouium & armentorum innumerabiles,
eò quòd dedisset ei Dominꝰ substantiam
multam nimis. [30] Ipse est Ezechias qui ob-
thurauit superiorem fontem aquarum
Gihon, & auertit eas subter ad Occiden-
tem Vrbis Dauid: in omnibus operibus
suis fecit prosperè quæ voluit. [31] Attamen
in legatione principum Babylonis, qui
missi fuerant ad eum, vt interrogarent
de portento quod acciderat super ter-
ram, dereliquit eum Deus vt tentaretur,
& nota fierent omnia quæ erant in cor-
de eius. [32] Reliqua autem sermonũ Eze-
chiæ, & misericordiarũ eius scripta sunt
in visione Isaiæ filij Amos prophetæ, &
in libro regum Iuda & Israel. [33] Dormi-
uítque Ezechias cum patribus suis, & se-
pelierunt eum super sepulchra filiorum
Dauid: & celebrauit eius exequias vni-
uersus Iuda, & omnes habitatores Ieru-
salem: regnauítque Manasses filius eius
pro eo.

CAP. XXXIII.

4 Re. 21, 2. DVodecim annorum erat Manasses [1]
cùm regnare cœpisset: & quinqua-
gintaquinque annis regnauit in Ieruſa-
lem. [2] Fecit autem malum coram Domi-
no, iuxta abominationes gentium, quas
subuertit Dominus coram filiis Israel.
[3] Et conuersus, instaurauit excelsa quæ
demolitus fuerat Ezechias pater eius;
constituxítq. aras Baalim, & fecit lucos:
& adorauit omnem militiam cæli, & co-
luit eam. [4] Ædificauit quoque altaria in
domo Domini de qua dixerat Domi-
2 Reg. 7, 10. nus, In Ieruſalem erit nomen meum in
æternum. [5] Ædificauit autem ea cun-
cto exercitui cæli, in duobus atriis domꝰ
Domini. [6] Transiréque fecit filios suos
per ignem, in Valle-ben-ennom: obser-
uabat somnia, sectabatur auguria, male-
ficis artibus inseruiebat: habebat secum
magos & incantatores: multáque mala
operatus est coram Domino, vt irritaret
2 Re. 7, 20. eum. [7] Sculptile quoque & conflatile si-
3 Re. 8, 17. gnum posuit in domo Domini, de qua
locutus est Dominus ad Dauid, & ad Sa-
lomonem filium eius, dicens, In domo
hac & in Ieruſalem quã elegi de cunctis
tribubus Israel, ponam nomen meum
[8] in sempiternum. Et mouere non fa-
ciam pedem Israel de terra quam tradi-
di patribus eorum: ita dumtaxat si cu-
stodierint facere quæ præcepi eis, cun-
ctámque legem, & ceremonias, atque
[9] iudicia*, per manũ Moysi. Igitur Ma- * quas dixi
nasses seduxit Iudam & habitatores Ie-
ruſalem, vt facerent malum super om-
nes gentes quas subuerterat Dominus à
[10] facie filiorum Israel. Locutúsq. est Do-
minus ad eum, & ad populum illius: &
[11] attendere noluerunt. Idcirco superin-
duxit eis principes exercitus regis Assy-
riorum. ceperúntque Manassen, & vin-
ctum catenis, atque compedibus duxe-
[12] runt in Babylonem. Qui postquàm
coangustatus est, orauit Dominũ Deum
suum; & egit pœnitentiam valde coram
[13] Deo patrum suorum. Deprecatúsque
est eum, & obsecrauit intentè: & exau-
diuit orationem eius, reduxítque eum
Ieruſalem in regnum suum, & cognouit
Manasses quòd Dominꝰ ipse esset Deus.
[14] Post hæc ædificauit murum extra Ci-
uitatem Dauid, ad Occidentem Gihon,
in conualle: ab introitu portæ piscium
per circuitum vsque ad Ophel, & exal-
tauit illum vehementer: constituítque
principes exercitus in cunctis ciuitati-
[15] bus Iuda munitis. Et abstulit deos alie-
nos, & simulachrum de domo Domini:
aras quoque quas fecerat in monte do-
mus Domini, & in Ieruſalem: & proie-
[16] cit omnia extra vrbem. Porrò instau-
rauit altare Domini, & immolauit super
illud victimas, & pacifica, & laudẽ: præ-
cepítque Iudæ vt seruiret Domino Deo
[17] Israel. Attamen adhuc populus immo-
[18] labat in excelsis Domino Deo suo. Re-
liqua autem gestorum Manasse: & obse-
cratio eius ad Deum suum: verba quoq.
Videntium qui loquebantur ad eum in
nomine Domini Dei Israel, continen-
[19] tur in sermonibus regum Israel. Ora-
tio quoque eius & exauditio, & cuncta
peccata, atque contemptus, loca etiam
in quibus ædificauit excelsa, & fecit lu-
cos, & statuas antequã ageret pœniten-
tiam, scripta sunt in sermonibus Hozai.
[20] Dormiuit ergo Manasses cum patri-
bus suis,

bus suis, & sepelierũt eum in domo sua:
regnauítque pro eo filius eius Amon.
[21] Vigintiduorum annorum erat Amon
cùm regnare cœpisset: & duobus annis
[22] regnauit in Ieruſalem. Fecítq. malum
in conspectu Domini, sicut fecerat Ma-
nasses pater eius: & cunctis idólis quæ
Manasses fuerat fabricatus, immolauit
atque seruiuit. [23] Et non est reueritus fa-
ciem Domini, sicut reueritus est Manas-
ses pater eius: & multò maiora deliquit.
[24] Cúmque coniurassent aduersus eum
serui sui, interfecerũt eum in domo sua.
[25] Porrò reliqua populi multitudo, cæ-
sis ijs qui Amon percusserant, constituit
regem Iosiam filium eius pro eo.

CAP. XXXIIII.

4 Re. 22, 1. OCto annorũ erat Iosias cùm regna- [1]
re cœpisset: & triginta & vno anno
regnauit in Ieruſalem. [2] Fecítque quod
erat rectũ in conspectu Domini, & am-
bulauit in viis Dauid patris sui: non de-
clinauit neque ad dextram, neque ad si-
nistram. [3] Octauo autem anno regni sui,
cùm adhuc esset puer, cœpit quærere
Deum patris sui Dauid: & duodecimo
*regnare Ms. R. *cœpit mundare it. *regni sui cœpit cũmundare o,
anno postquam *cœperat, mundauit Iu-
dam & Ieruſalem ab excelsis, & lucis, si-
mulachrísque & sculptilibus. [4] Destru-
xerúntque coram eo aras Baalim: & si-
mulachra quæ superposita fuerant, de-
moliti sunt: lucos etiã, & sculptilia suc-
*cumulos o.
cîdit atque comminuit: & super *tumu-
los eorum qui eis immolare consueue-
rant, fragmenta dispersit. [5] Ossa præ-
terea sacerdotum combussit in altaribus
idolorum, mundauítque Iudam & Ieru-
salem. [6] Sed & in vrbibus Manassæ, &
Ephráim, & Simeõ vsq. Nephthali cun-
cta subuertit. [7] Cúmque altaria dissipas-
set, & lucos, & sculptilia contriuisset in
frusta, cunctáq. delubra demolitus esset
de vniuersa Terra Israel, reuersus est in
Ieruſalem. [8] Igitur anno octauodecimo
regni sui, mundata iam terra, & templo
Domini, misit Saphan filium Eseliæ, &
Maasiam principem ciuitatis, & Ioha fi-
lium Ioachaz à commentariis: vt instau-
rarent domum Domini Dei sui. [9] Qui
venerunt ad Helciam sacerdotem ma-
gnum: acceptámque ab eo pecuniam,
quæ illata fuerat in domum Domini, &
quam congregauerant Leuitæ, & iani-
tores de Manasse, & Ephraim, & vniuer-
sis reliquiis Israel, ab omni quoq. Iuda,
& Ben iamin, & habitatoribus Ieruſa-
[10] lem, [11] tradiderunt in manibus eorum,
qui præerãt operariis in domo Domini,
vt instaurarent templũ, & infirma quæ-
que sarcirent. [12] At illi dederunt eam ar-
tificibus, & cæmentariis, vt emerent la-
pides de lapicidinis, & ligna ad commis-
suras ædificij, & ad contignationem do-
morum, quas destruxerant reges Iuda.
[13] Qui fideliter cuncta faciebant. Erant
autem præpositi operantium, Iahath &
Abdias de filiis Merari: Zacharias &
Mosollam de filiis Caath, qui vrgebant
opus: omnes Leuitæ scientes organis ca-
nere. [14] Super eos verò, qui ad diuersos
vsus onera portabant, erant scribæ, &
magistri de Leuitis, ianitores. [15] Cúmq.
efferrent pecuniam quæ illata fuerat in
templum Domini, reperit Helcias sa-
cerdos Librũ legis Domini, per manum
Moysi. [16] Et ait ad Saphan scribam, Li-
brum legis inueni in domo Domini. Et
tradidit ei. [17] At ille intulit volumen ad
regem, & nuntiauit ei dicens, Omnia
quæ dedisti in manu seruorum tuorum,
ecce complentur. [18] Argentum quod
repertum est in domo Domini, conflã-
uerunt: datúmq. est præfectis artificum,
& diuersa opera fabricantium. [19] Præ-
terea tradidit mihi Helcias sacerdos hũc
librum. [20] Quem cùm rege præsente re-
citasset, audissétq. ille verba legis, scidit
vestimenta sua: [21] & præcepit Helciæ, &
Ahicã filio Saphan, & Abdon filio Mi-
cha, Saphan quoque scribæ, & Asaæ ser-
uo regis, dicens, [22] Ite, & orate Domi-
num pro me, & pro reliquiis Israel & Iu-
da, super vniuersis sermonibꝰ Libri istius
qui repertus est: magnus enim furor Do-
mini stillauit super nos, eò quòd non cu-
stodierint patres nostri verba Domini,
vt facerent omnia quæ scripta sunt in
isto volumine. [23] Abiit ergo Helcias, &
hi qui simul à rege missi fuerant, ad Ol-
dam prophetidem, vxorem Sellum filij

Thecuath, filij Hasra custodis vestium: quæ habitabat in Ierusalem in Secunda: & locuti sunt ei verba quæ suprà narrauimus. [23] At illa respondit eis, Hæc dicit Domin⁹ Deus Israel, Dicite viro qui misit vos ad me, [24] Hæc dicit Dominus, Ecce ego inducam mala super locum istum, & super habitatores eius, cunctáq. maledicta quæ scripta sunt in Libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda: [25] Quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuũ suarum: idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. [26] Ad regem autẽ Iuda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Quoniam audisti verba voluminis, [27] atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Domini super his quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Ierusalem, reueritúsque faciem meam, scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me: ego quoque exaudiui te, dicit Dominus. [28] Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius.

4Reg. 23,2 Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. [29] At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem, ascendit in domum Domini, [30] vnáq. omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus à minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis. [31] Et stans in tribunali suo, percussit fœdus corã Domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima suá, facerétque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. [32] Adiurauit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Ben-iamin: & fecerunt habitatores Ierusalẽ iuxta pactum Domini Dei patrum suorum.

[33] Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel: & fecit omnes qui residui erant in Israel, seruire Domino Deo suo. Cũctis diebus eius non recesserunt à Domino Deo patrum suorum.

CAP. XXXV.

4Re.23,21 3Esd.1. [1] FEcit autem Iosias in Ierusalem Phase Domino, quod immolatũ est quartadecima die mensis primi. [2] Et constituit sacerdotes in officiis suis: hortatúsq. est eos vt ministrarent in domo Domini. [3] Leuitis quoque ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur Domino, locutus est, Ponite arcam in sanctuario templi, quod ædificauit Salomon filius Dauid rex Israel, nequaquam enim eam vltrà portabitis: nunc autem ministrate Domino Deo vestro, [4] & populo eius Israel. Et præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut præcepit Dauid rex Israel, & descripsit Salomon filius eius. [5] Et ministrate in sanctuario per familias turmásque Leuiticas, [6] & sanctificati immolate Phase: fratres etiam vestros, vt possint iuxta verba quæ locut⁹ est Dominus in manu Moysi facere, præparate. [7] Dedit præterea Iosias omni populo, qui ibi⁹ fuerat inuentus in solennitate Phase, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia: hæc de regis vniuersa substantia. 1 M. H. G.

[8] Duces quoque eius, sponte, quod 'voluerant', obtulerunt, tam populo, quàm sacerdotibus & Leuitis. Porrò Helcias & Zacharias & Iahiel principes domus Domini, dederunt sacerdotibus ad faciendũ Phase, pecora commixtim duo millia sexcenta, & boues trecentos. 'voluêr. 1 MS.

[9] Chonenias autem, & Semeias etiam, & Nathanael fratres eius: necnon Hasabias, & Iehiel, & Iosabad principes Leuitarum, dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum Phase quinque millia pecorum, [10] & boues quingentos. Præparatúmque est ministerium, & steterunt sacerdotes in officio suo: Leuitæ quoque [11] in turmis, iuxta regis imperiũ. Et immolatum est Phase: asperserúntq. sacerdotes manu sua sanguinem: & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorum.

[12] Et separauerunt ea vt darent per domos & familias singulorum, & offerrentur Domino, sicut scriptum est in Libro Moysi. de bobus quoque fecerunt similiter. [13] Et assauerunt Phase super ignem, iuxta quod in lege scriptum est: pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis: & festinatò distribuerunt vniuersæ plebi. [14] Sibi autem, & sacerdotibus postea parauerunt, nam in oblatione holocaustorum & adipum, vsque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati: vnde Leuitæ sibi, & sacerdotibus filiis Aaron parauerũt nouissimis. [15] Porrò cantores filij Asaph stabãt in ordine suo, iuxta præceptum Dauid, & Asaph, & Heman, & Idithun "prophetarũ' regis*. Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita vt nec puncto quidem discederent à ministerio: quam ob rem & fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos.

"prophetæ R.H. Pro Texta autem faciũt MS. Hier. & G. *Dauid MS q. R.

[16] Omnis igitur cultura Domini ritè completa est in die illa, vt facerẽt Phase, & offerrent holocausta super altare Domini, iuxta præceptum regis Iosiæ. [17] Fecerúntque filij Israel qui reperti fuerant ibi, Phase in tempore illo, & Solennitatem azymorum septem diebus. [18] Non fuit Phase simile huic in Israel, à diebus Samuelis prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phase sicut Iosias, sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat, & habitantibus in Ierusalem. [19] Octauodecimo anno regni Iosiæ, hoc Phase celebratum est. 4Re.23,29 3Esd.1,25. [20] Postquã instauraurat Iosias templum, ascẽdit Nechao rex Ægypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphraten: & processit in occursum eius Iosias. [21] At ille missis ad eum nuntiis, ait, Quid mihi & tibi est rex Iuda? nõ aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domũ, ad quã me Deus festinatò ire præcepit: desine aduersum Deum facere, qui mecum est, ne interficiat te. [22] Noluit Iosias reuerti, sed præparauit contra eum bellum: nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei: Zach.12,11 'vere-

rùm perrexit vt dimicaret in cãpo Mageddo. [23] Ibíque vulneratus à sagittariis, dixit pueris suis, Educite me de prœlio, [24] quia oppidò vulneratus sum. Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio: & asportauerunt eum in Ierusalem, mortuúsque est: & sepultus in mausoleo patrum suorum: & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum. [25] Ieremias maximè: cuius omnes cantores atque cantatrices, vsq. in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant: & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamẽtationibus. [26] Reliqua autem sermonum Iosiæ & misericordiarũ eius, [27] quæ lege præcepta sunt Domini, operaquoq. illius prima & nouissima, scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel.

CAP. XXXVI.

4Re.23,30 3Esd.1,34. [1] TVlit ergo populus terræ, Ioachaz filium Iosiæ: & constituit regem pro [2] patre suo in Ierusalem. Viginti trium annorũ erat Ioachaz cùm regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. [3] Amouit autem eum rex Ægypti cùm venisset in Ierusalem, & condemnauit terram cẽtum talentis argenti, & talento auri. [4] Constituítque pro eo regem, Eliacim fratrem eius, super Iudam & Ierusalẽ: & vertit nomen eius Ioacim. ipsum verò Ioachaz tulit secum, [5] & abduxit in Ægyptum. Viginti quinque annorum erat Ioacim cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: fecítq. malum coram [6] Domino Deo suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum: & vinctũ catenis duxit in Babylonem. [7] Ad quam & vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo. [8] Reliqua autem verborum Ioacim, & abominationum eius, quas operatus est, & quæ "inuenta" sunt in eo, continentur in Libro regum Iuda & Israel. Regnauit autem Ioachin filius eius pro eo. [9] Octo annorum erat Ioachin cùm regnare cœpisset: & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem: fecítque malum in cõspectu [10] Domini. Cúmque anni circulus vol-

Mat.1,14.

"inuentæ 2 MS. Hier. Pro Texta faciunt cõdices Hebraei.

ueretur, misit Nabuchodonosor rex, qui & adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini, Regem verò constituit Sedeciam patruum eius super Iudam & Ierusalem. [11] Viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem. [12] Fecítque malum in oculis Domini Dei sui: nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ loquentis ad se ex ore Domini. [13] A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Israel. [14] Sed & vniuersi principes sacerdotum, & populus, præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes Gentium: & polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. [15] Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eò quòd parceret populo & habitaculo suo. [16] At illi subsannabant nuntios Dei, & parui pendebant sermones eius, illudebántque prophetis: donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio. [17] Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorũ gladio in domo sanctuarij sui: non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem: sed omnes tradidit in manibus eius. [18] Vniuersáque vasa domus Domini tam maiora, quàm minora, & thesauros templi, & regis, & principũ transtulit in Babylonem. [19] Incenderunt hostes domum Dei, destruxerúntque murum Ierusalem: vniuersas turres cõbusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. [20] Siquis euaserat gladiũ, ductus in Babylonem seruiuit regi & filiis eius, donec imperaret rex Persarum.

[21] Vt compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ: & celebraret terra sabbatha sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbathum, vsq. dum complerentur septuaginta anni. [22] Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per eos Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, [23] etiam per scripturam, dicens, Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli: & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domũ in Ierusalem, quæ est in Iudæa: quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat.

4 Re. 24, 15 Ier. 37, 1. & 2. Fratrem 3 MS R. H. Verum eo, quo Tetum legit, modo, exponendum esse, Græca trãslatio, & 4 Reg. 24. ca. decem.

4 Reg. 24, 18 Ier. 37, 1. & 2. Paral. 36, 11. Ier. 25, 12. & 29, 11. 1 Esd. 1, 1. & 6, 3. Dan. 9, 2. 3 Esd. 1, 37. & 2, 1. & 6, 24.

ORATIO MANASSÆ REGIS IVDA, CVM CAPTVS TENERETVR IN BABYLONE. quæ Concilio Trident. canonica non admittit.

DOMINE omnipotens Deus patrum nostrorum, Abrahã, & Isaac, & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti eam terribili & laudabili nomine tuo: quem omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuę: quia importabilis est magnificentia gloriæ tuæ, & insustentabilis ira comminationis tuæ super peccatores: immẽsa verò & ininuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es Dominus, altissimus, benignus, longanimis, & multum misericors, & pœnitens super malitias hominum. Tu Domine, secundum multitudinem bonitatis tuæ promisisti pœnitentiam, & remissionem ijs qui peccauerũt tibi, & multitudine miserationum tuarum decreuisti pœnitentiam peccatoribus, in salutem. Tu igitur Domine Deus iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, & Isaac, & Iacob, iis qui tibi non peccauerunt: sed posuisti pœnitentiã propter me peccatorem: quoniam peccaui super numerum arenæ maris: multiplicatæ sunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non sum dignus intueri & aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum. Incuruatus sum multo vinculo ferreo, vt nõ possim attollere caput meum, & non est respiratio mihi: quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non custodiui: statui abominationes, & multiplicaui offensiones. Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogãs te, remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne simul perdas me cum iniquitatibus meis: neque in æternum, iratus, reserues mala mihi, neque damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus, Deus, inquam, pœnitentium: & in me ostendes omnem bonitatem tuam: quia indignum saluabis me secũdum magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cælorum, & tibi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS PARALIPPOMENON.

ESDRAE LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

IN anno primo Cyri regis Persarum, vt compleretur verbũ Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritũ Cyri regis Persarum: & traduxit vocẽ in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens, [2] Hæc dicit Cyrus rex Persarũ, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. [3] Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalẽ quæ est in Iudæa, & ædificet domũ Domini Dei Israel, ipse est Deus qui est in Ierusalem. [4] Et omnes reliqui in cunctis locis vbicumque habitant, adiuuẽt eum viri de loco suo argento & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quòd voluntariè offerunt templo Dei, quod est in Ierusalem. [5] Et surrexerunt principes patrum de Iuda, & Ben-iamin, & sacerdotes &

Inf. 6, 3. Ier. 25, 12. & 29, 10. 2 Pa. 36, 22 3 Esd. 2, 1. & 6, 24. Dan. 9, 2.

Iudith 1, 17. & 5, 23.

tes & Leuitæ, & omnis cuius Deus ſuſcitauit ſpiritum, vt aſcẽderet ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ieruſalem. [6] *Vniuerſíque qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vaſis argenteis & aureis, in ſubſtantia & iumentis, in ſupellectili, exceptis his quę ſpontè obtulerant. [7] *Rex quoque Cyrus protulit vaſa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonoſor de Ieruſalem, & poſuerat ea in templo Dei ſui.

[8] *Protulit autẽ ea Cyrus rex Perſarum per manum Mithridatis filij Gazabar, & annumerauit ea Saſſabaſar principi Iudæ. [9] *Et hic eſt numerus eorum, Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteę mille, cultri vigintinouem; [10] *ſcyphi aurei triginta, ſcyphi argentei ſecundi, quadringenti decem: vaſa alia mille. [11] *Omnia vaſa aurea & argentea, quinquẽ millia quadringenta: vniuerſa tulit Saſſabaſar cum his qui aſcendebant de tranſmigratione Babylonis in Ieruſalem.

CAP. II.

[1] HI ſunt autem prouinciæ filij qui aſcenderunt de captiuitate quam trãſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis in Babylonem, & reuerſi ſunt in Ieruſalem & Iudam, vnuſquiſque in ciuitatem ſuam. [2] *Qui venerunt cum Zorobabel, Ieſua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belſan, Meſphar, Beguai, Rehũ, Baana. Numerus virorum populi Iſrael: [3] *Filij Pharos duo millia centum ſeptuagintaduo. [4] *Filij Sephatia, trecenti ſeptuagintaduo. [5] *Filij Area, ſeptingenti ſeptuagintaquinque. [6] *Filij Phahath-Moab, filiorũ Ioſue Ioab duo millia 'octingenti' duodecim. [7] *Filij Ælam, mille ducenti quinquagintaquatuor. [8] *Filij Zethua, nongenti quadragintaquinque. [9] *Filij Zachai, ſeptingenti ſexaginta. [10] *Filij Bani, ſexcenti quadragintaduo. [11] *Filij Bebai, ſexcenti viginti tres. [12] *Filij Azgad, mille ducenti vigintiduo. [13] *Filij Adonicam, ſexcenti ſexagintaſex. [14] *Filij Beguai, duo millia quinquagintaſex. [15] *Filij Adin, quadringenti quinquagintaquatuor. [16] *Filij Ather, qui erãt ex Ezechia, 'nonaginta octo'. [17] *Filij Beſai, trecenti vigintitres. [18] *Filij Iora, centum duodecim. [19] *Filij Haſum, ducenti viginti tres. [20] *Filij Gebbar, nonagintaquinque. [21] *Filij Bethléhem, centum vigintitres. [22] *Viri Netupha, quinquaginta ſex. [23] *Viri Anathoth, centum vigintiocto. [24] *Filij Azmaueth, quadraginta duo. [25] *Filij Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, ſeptingenti quadragintatres. [26] *Filij Rama & Gabaa, ſexcenti vigintivnus. [27] *Viri Machmas, centum vigintiduo. [28] *Viri Beth-el & Hai, ducenti vigintitres. [29] *Filij Nebo, quinquaginta duo. [30] *Filij Megbis, centum quinquagintaſex. [31] *Filii Ælam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor. [32] *Filii Harim, trecenti viginti. [33] *Filij Lodhadid & Ono, ſeptingenti vigintiquinque. [34] *Filij Iericho, trecenti quadragintaquinq. [35] *Filij Senaa, tria millia ſexcenti triginta. [36] *Sacerdotes: Filij Iadaia in domo Ieſue, nongenti ſeptuagintatres. [37] *Filij Emmer, mille quinquagintaduo. [38] *Filij Pheshur, mille ducenti quadragintaſeptem. [39] *Filij Harim, mille decem & ſeptem. [40] *Leuitæ: Filij Ieſue & Cedmiel filiorum Odouiæ ſeptuagintaquatuor. [41] *Cantores: Filij Aſaph, centum vigintiocto. [42] *Filij Ianitorum: filij Sellum, filii Ater, filij Telmõ, filii Accub, filij Hatita, filij Sobai: vniuerſi centum triginta nouem. [43] *Nathinæi: filij Siha, filij Haſupha, filij Tabbaoth, [44] *filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, [45] *filij Lebana, filij Hagaba, filij Accub, [46] *filij Hagab, filij Semlai, filij Hanan, [47] *filij Gaddel, filij Gaher, filij Raaia, [48] *filij Raſin, filij Necoda, filij Gazam, [49] *filij Aza, filij Phaſea, filij Beſee, [50] *filij Aſena, filii Munim, filij Nephuſim, [51] *filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, [52] *filij Beſluth, filij Mahida, filij Harſa, [53] *filij Bercos, filij Siſara, filij Thema, [54] *filij Naſia, filij Hatipha, [55] *filij ſeruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophéreth, filij Pharuda, [56] *filij Iala, filij Dercon, filij Geddel, [57] *filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erant de Aſebaim, filij Ami. [58] *omnes Nathinæi, & filij ſeruorum Salomonis, trecẽti nonagintaduo. [59] *Et hi qui aſcenderunt de

a Eſd.7,6. 3 Eſd.5,1. & 7.

'nongenti o.

'nongenti o.

runt de Thelmela, Thel-harſa, Cherub, & Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrũ ſuorum & ſemen ſuum, vtrum ex Iſrael eſſent. [60] *Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, ſexcenti quinquagintaduo. [61] *Et de filiis ſacerdotum: Filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis, vxorem, & vocatus eſt nomine eorum: [62] *hi quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ, & non inuenerunt, & eiecti ſunt de ſacerdotio. [63] *Et dixit Atherſatha eis vt non comederent de Sancto ſanctorum, donec ſurgeret ſacerdos doctus atque perfectus. [64] *Omnis multitudo quaſi vnus, quadraginta duo millia trecentiſexaginta: [65] *exceptis ſeruis eorum, & ancillis, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem: & in ipſis cantores, atque cantatrices ducenti. [66] *Equi eorũ 'ſexcenti' triginta ſex. muli eorum, ducenti quadragintaquinque. [67] *cameli eorum, quadringenti trigintaquinque. aſini eorum, ſex millia ſeptingenti viginti. [68] *Et de principibus patrum cùm ingrederentur templum Domini quod eſt in Ieruſalem, ſpontè obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco ſuo. [69] *Secundum vires ſuas dederunt impenſas operis, auri 'ſolidos' 'quadraginta' millia & mille, argẽti mnas quinq. millia, & veſtes ſacerdotales centum.

[70] *Habitauerunt ergo ſacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores & Nathinęi in vrbibus ſuis, vniuerſúſq. Iſrael in ciuitatibus ſuis. CAP. III.

[1] IAmque venerat menſis ſeptimus, & erãt filij Iſrael in ciuitatibus ſuis: congregatus eſt ergo populus quaſi vir vnus in Ieruſalem. [2] *Et ſurrexit Ioſue filius Ioſedec, & fratres eius ſacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Iſrael, vt offerrẽt in eo holocautomata, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi viri Dei. [3] *Collocauerunt autem altare Dei ſuper baſes ſuas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: & obtulerunt ſuper illud holocauſtum Domino mane & veſpere.

[4] *Fecerúntque ſolennitatem tabernaculorum, ſicut ſcriptum eſt: & holocauſtum diebus ſingulis per ordinẽ ſecundùm præceptum, opus diei in die ſuo.

[5] *Et poſt hæc holocauſtum iuge, tam in Calendis quàm in vniuerſis ſolennitatibus Domini quæ erant conſecratæ, & in omnibus in quibus vltrò offerebatur munus Domino. [6] *A primo die menſis ſeptimi cœperunt offerre holocauſtum Domino: porrò templum Dei nondum fundatum erat. [7] *Dederunt autem pecunias latomis & cæmentariis: cibum quoque, & potum, & oleum Sidoniis, Tyriíſque, vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppẽ, iuxta quod præceperat Cyrus rex Perſarum eis. [8] *Anno autem ſecũdo aduentus eorum ad templum Dei in Ieruſalem menſe ſecundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Ioſedec, & reliqui de fratribus eorũ ſacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerãt de captiuitate in Ieruſalem: & conſtituerunt Leuitas à viginti annis, & ſuprà, vt vrgerẽt opus Domini. [9] *Stetítque Ioſue & filij eius, & fratres eius, Cedmiel, & filij eius, & filij Iuda, quaſi vir vnus, vt inſtarent ſuper eos qui faciebant opus in templo Dei: filij Henadad, & filij eorum, & fratres eorum Leuitæ.

[10] *Fundato igitur à cæmentariis templo Domini, ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cum tubis: & Leuitæ filij Aſaph in cymbalis, vt laudarẽt Deum per manus Dauid regis Iſrael. [11] *Et concinebant in hymnis, & confeſſione Domino: Quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius ſuper Iſrael. Omnis quoq. populus vociferabatur clamore magno in laudando Dñm, eò quòd fundatum eſſet templum Domini. [12] *plurimi etiam de ſacerdotibus & Leuitis & principes patrũ, & ſeniores qui viderant templum prius cùm fundatum eſſet, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocẽ. [13] *Nec poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lętantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

CAP.

'ſeptingenti' MS. R. H. G. Conſentit liber Eſdræ ſecundus, cap. 7, verſ. 68.

'drachmas' H. G.

'ſexaginta' R. B. H. G. Q. 11.

3 Eſd. 5, 47.

CAP. IIII.

3 Esd. 5, 66 AVdierunt autẽ hostes Iudæ & Beniamin, quia filij captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Israel. 2 Et accedẽtes ad Zorobabel, & ad principes patrum dixerunt eis, Ædificemus vobiscum, quia ita vt vos, quærimus Deum vestrum: ecce nos immolauimus victimas à diebus Asor- haddan regis Assur, qui adduxit nos huc. 3 Et dixit eis Zorobabel, & Iosue, & reliqui principes patrũ Israel, Non est vobis & nobis vt ædificemus domum Deo nostro: sed nosipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum. 4 Factum est igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudę, & turbaret eos in ædificando. 5 Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores, vt destruerent consilium eorũ omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad re-
3 Esd. 2, 16. gnum Darij regis Persarum. 6 In regno autem Assueri in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem. 7 Et in die-
sin pace o. bus Artaxerxis scripsit Beselam' Mithridates, & Thabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum. epistola autem accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro. 8 Reũ Beel-teem, & Samsai scriba scripserunt epistolã vnã de Ierusalem Artaxerxi regi, huiuscemodi. 9 Reum Beel-teẽ, & Samsai scriba, & reliqui consiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonij, Susanechæi, Dieui, & Ælamitæ: 10 & cæteri de Gentibus quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus; & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans Flumen in pace: 11 (Hoc est exemplar epistolæ quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi, serui tui, viri qui sunt trans Fluuium, salutem dicunt. 12 Notum sit regi quia Iudæi qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimã, quam ædificãt extruentes muros eius, & parietes componentes. 13 Nunc igitur notum sit regi, quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & vsque ad re-
14 ges hæc noxa perueniet. 15 Nos autem memores salis quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus: idcirco misimus & nuntiauimus regi, 16 vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & inuenies scriptum in cõmentariis: & scies quoniam vrbs illa, vrbs rebellis est, & nocens regibus & prouinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis: quam ob rem & ciuitas ipsa destructa est. 17 Nuntiamus nos regi, quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans Fluuiũ non habebis. 18 Verbum misit rex ad Reum Beel-teem, & Samsai scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trans Fluuium, salutẽ dicens & pacem. 19 Accusatio quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me, 20 & à me præceptum est, & recensuerunt, inuenerúntque, quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat, & seditiones & prœlia concitantur in ea. 21 Nam & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem: qui & dominati sunt omni regioni quæ trans Fluuium est. Tributum quoq. & vectigal, & reditus accipiebant. 22 Nunc ergo audite sententiam, Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa non ædificetur, donec si fortè à me iussum fuerit. 23 Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges. 24 Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est corã Reum Beel-teem, & Samsai scriba, & consiliariis eorum: & abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore. 24 Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsq. ad annum secundum regni Darii regis Persarum.

CAP. V.

1 PRophetauerunt autẽ Aggæus Pro- 1 Esd. 6, 14
pheta, & Zacharias filius Addo prophetantes ad Iudæos qui erant in Iudæa
2 & Ierusalẽ, in nomine Dei Israel. 2 Tunc surrexe-

surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec: & cœperũt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuãtes eos. 3 In ipso 3
autem tempore venit ad eos Thathanai qui erat dux trans Flumen, & Sthar-buzanai, & consiliarij eorum: sicque dixerunt eis, Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ędificaretis, & muros eius instauraretis? 4 Ad quod respondimus 4
eis, quæ essent nomina hominũ authorum ædificationis illius. 5 Oculus autem 5
Dei eorum factus est super senes Iudæorũ, & non potuerunt inhibere eos. Placuítque vt res ad Darium referretur, & tunc satisfacerent aduersus accusationem illam. 6 Exemplar epistolæ quam 6
misit Thathanái dux regionis trãs Flumen, & Sthar-buzanái, & consiliatores eius Arphasachęi qui erãt trans Flumen, ad Darium regem. 7 Sermo, quem mi- 7
serant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis. 8 Notũ sit regi isse nos ad Iudæam 8
prouinciam, ad domum Dei magni, quę ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opúsque illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorum. 9 Interrogauim⁹ ergo senes illos, 9
& ita diximus eis, Quis dedit vobis potestatem, vt domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis? 10 Sed & no- 10
mina eorum quæsiuimus ab eis, vt nuntiaremus tibi: scripsimúsque nomina eorum virorum qui sunt principes in eis.
11 Huiuscemodi aũt sermonem respon- 11
derunt nobis, dicentes, Nos sumus serui Dei cæli & terræ, & ædificamus tẽplum quod erat extructũ ante hos annos multos: quodque rex Israel magnus ædificauerat & extruxerat. 12 Postquam autem 12
ad iracundiã prouocauerunt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in man⁹ Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi, domum quoque hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem.
13 Anno autem primo Cyri regis Baby- 13
lonis, Cyrus rex proposuit edictum vt domus Dei ædificaretur. 14 Nam & vasa 14
templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principẽ con-
15 stituit, 15 dixítque ei, Hæc vasa tolle, & vade: & pone ea in templo quod est in Ierusalem, & domus Dei ædificetur in
16 loco suo. 16 Tunc itaque Sassabasar ille venit: & posuit fundamenta templi Dei in Ierusalem, & ex eo tempore vsque nunc ædificatur, & necdum completum est.
17 Nunc ergo si videtur regi bonum, re- 17
censeat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, vtrumnam à Cyro rege iussum fuerit vt ædificaretur domus Dei in Ierusalem, & voluntatẽ regis super hac re mittat ad nos.

CAP. VI.

1 TVnc Darius rex præcepit: & recen- 1
suerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, 2 & in- 2
uentũ est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia volumen vnum, talísque scriptus erat in eo cõmentarius,
3 Anno primo Cyri regis, Cyrus rex dẽ- 3 *Sap. 1, 1. 2 Pa. 36, 22 Ier. 25, 12. & 29, 10. 3 Esd. 1, 57. & 2, 1. 6, 24. Dan. 9, 2.*
creuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalẽ, in loco vbi immolent hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta,
4 ordines de lapidibus impolitis tres, & 4
sic ordines de lignis nouis: sumptus autẽ
5 de domo regis dabuntur. 5 Sed & vasa 5
templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum in Ierusalem in locum suum, quæ & posita
6 sunt in templo Dei. 6 Nunc ergo Tha- 6
thanái dux regionis quæ est trans Flumen, Sthar-buzanái, & consiliarij vestri Apharsachæi, qui estis trans Flumẽ, pro-
7 cul recedite ab illis, 7 & dimittite fieri templum Dei illud à duce Iudæorum, & à senioribus eorum, vt domum Dei
8 illam ædificent in loco suo. 8 Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, vt ędificetur domus Dei, scilicet vt de arca regis, id est, de tributis quæ dantur de regione trans Flumen,

Flumen, ſtudiosè ſumptus dentur viris illis, ne impediatur opus. [9] Quod ſi neceſſe fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocauſtũ Deo cæli, frumẽtum, ſal, vinum, & oleum, ſecundùm ritum ſacerdotum, qui ſunt in Ieruſalẽ, detur eis per ſingulos dies: ne ſit in aliquo querimonia. [10] Et offerant oblationes Deo cæli, oréntque pro vita regis, & filiorum eius. [11] A me ergo poſitũ eſt decretum, Vt omnis homo qui hanc mutauerit iuſſionem, tollatur lignum de domo ipſius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur. [12] Deus autem qui habitare fecit nomen ſuum ibi, diſſipet omnia regna, & populum qui extenderit manum ſuam vt repugnet, & diſſipet domum Dei illam quę eſt in Ieruſalem. Ego Darius ſtatui decretum, quod ſtudiosè impleri volo. [13] Igitur Thathanái dux regionis trans Flumen, & Sthar-buzanái, & conſiliarij eius, ſecundùm quod præceperat Darius rex, ſic diligenter executi ſunt. [14] Seniores autem Iudæorum ædificabant, & proſperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo: & ædificauerunt & cõſtruxerunt iubente Deo Iſrael, & iubente Cyro & Dario, & Artaxerxe regibus Perſarum: [15] & compleuerunt domum Dei iſtam, vſq. ad diem tertium menſis Adar, qui eſt annus ſextus Darij regis. [16] Fecerunt autem filij Iſrael ſacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorum tranſmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio. [17] Et obtulerunt in dedicatione domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro pecca to totius Iſrael duodecim, iuxta numerum tribuum Iſrael. [18] Et ſtatuerunt ſacerdotes in ordinibus ſuis, & Leuitas in vicibus ſuis ſuper opera Dei in Ieruſalem, ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi. [19] Fecerunt autem filij Iſrael tranſmigrationis, Paſcha, quartadecima die mẽſis primi. [20] Purificati enim fuerant ſacerdotes & Leuitæ quaſi vnus: omnes mundi ad immolandum paſcha vniuerſis filiis tranſmigrationis, & fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibi. [21] Et comederunt filij Iſrael qui reuerſi fuerant de trãſmigratione, & omnes qui ſe ſeparauerant à coinquinatione Gentiũ terræ ad eos, vt quærerent Dominum Deum Iſrael. [22] Et fecerunt Solennitatem azymorũ ſeptem diebus, in lætitia, quoniam lætificauerat eos Dominus, & conuerterat cor regis Aſſur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Iſrael.

Exſd. 7, 1.

Nu. 3, 6. & 8, 9.

CAP. VII.

[1] POſt hæc autem verba in regno Artaxerxis regis Perſarum, Eſdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij Helciæ, [2] filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob, [3] filij Amariæ, filij Azariæ, filij Maraioth, [4] filij Zarahiæ, filij Ozi, filij Bocci, [5] filij Abiſue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron ſacerdotis ab initio. [6] Ipſe Eſdras aſcendit de Babylone, & ipſe ſcriba velox in lege Moyſi, quã Dominus Deus dedit Iſrael: & dedit ei rex ſecũdum manum Domini Dei eius ſuper eũ, omnem petitionem eius. [7] Et aſcenderunt de filiis Iſrael, & de filiis ſacerdotum, & de filiis Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinæis in Ieruſalem anno ſeptimo Artaxerxis regis. [8] Et venerunt in Ieruſalẽ menſe quinto, ipſe eſt annus ſeptimus regis. [9] Quia in primo die menſis primi cœpit aſcẽdere de Babylone, & in primo die menſis quinti venit in Ieruſalem, iuxta manum Dei ſui bonam ſuper ſe. [10] Eſdras autem parauit cor ſuum, vt inueſtigaret legem Domini, & faceret & doceret in Iſrael præceptũ & iudicium. [11] Hoc eſt autem exemplar epiſtolę edicti, quod dedit rex Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ erudito in ſermonibus & præceptis Domini, & ceremoniis eius in Iſrael. [12] Artaxerxes rex regum Eſdrę ſacerdoti, ſcribę legis Dei cæli doctiſſimo, ſalutem. [13] A me decretum eſt, vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Iſrael, & de ſacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ieruſalem, tecum vadat. [14] A facie enim regis, & ſeptem conſiliatorum eius miſſus es, vt viſites Iudæam & Ieruſalem in lege Dei tui, quæ eſt in manu tua: [15] & vt feras

feras argentum & aurum quod rex & conſiliatores eius ſponte obtulerũt Deo Iſrael, cuius in Ieruſalem tabernaculum eſt. [16] Et omne argentum & aurũ quodcunque inueneris in vniuerſa prouincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de ſacerdotibus qui ſponte obtulerint domui Dei ſui quæ eſt in Ieruſalem, [17] liberè accipe, & ſtudiosè eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos & ſacrificia & libamina eorum, & offer ea ſuper altare templi Dei veſtri quod eſt in Ieruſalem. [18] Sed & ſiquid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis, iuxta voluntatem Dei veſtri facite. [19] Vaſa quoque quæ dantur tibi in miniſterium domus Dei tui, trade in conſpectu Dei in Ieruſalem. [20] Sed & cætera quibus opus fuerit in domũ Dei tui quantumcunque neceſſe eſt vt expendas, dabis de theſauro, & de fiſco regis, [21] & à me. Ego Artaxerxes rex ſtatui atque decreui omnibus cuſtodibus arcæ publicæ, qui ſunt trans Flumẽ, vt quodcunque petierit à vobis Eſdras ſacerdos, ſcriba legis Dei cæli, abſque mora detis, [22] vſque ad argenti talenta centum, & vſque ad frumenti coros centum, & vſq. ad vini batos centum, & vſque ad batos olei centum, ſal verò abſque menſura.

[23] Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli: ne fortè iraſcatur contra regnum regis, & filiorum eius. [24] Vobis quoque notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, Nathineis, & miniſtris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. [25] Tu autem Eſdra ſecundùm ſapientiam Dei tui, quæ eſt in manu tua, conſtitue iudices & præſides, vt iudicent omni populo qui eſt trans Flumen, his videlicet qui nouerũt legem Dei tui, ſed & imperitos docete liberè. [26] Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudiciũ erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in cõdemnationem ſubſtantiæ eius, vel certè in carcerem. [27] Benedictus Dominus Deus patrum noſtrorum, qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domum Domini quæ eſt in Ieruſalem, [28] & in me inclinauit miſericordiam ſuam coram rege & conſiliatoribus eius, & vniuerſis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei quæ erat in me, congregaui de Iſrael principes qui aſcenderent mecum.

CAP. VIII.

[1] HI ſunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum qui aſcenderunt mecum in regno Artaxerxis regis, de Babylone. [2] De filiis Phinees, Gerſom. De filijs Ithamar, Daniel. De filijs Dauid, Hattus. [3] De filiis Secheniæ, & de filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati ſunt viri centum quinquaginta. [4] De filiis Phahath-Moab, Elioenai filius Zarehæ: & cum eo ducenti viri. [5] De filijs Secheniæ, filius Ezechiel: & cum eo trecenti viri. [6] De filijs Adan, Abed filius Ionathan: & cùm eo quinquaginta viri. [7] De filiis Alam, Iſaias filius Athaliæ: & cum eo ſeptuaginta viri. [8] De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michaël: & cum eo octoginta viri. [9] De filijs Ioab, Obedia filius Iahiel: & cum eo ducenti decem & octo viri. [10] De filiis Selomith, filius Ioſphiæ: & cum eo centum ſexaginta viri. [11] De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo vigintiocto viri. [12] De filijs Azgad, Iohanan filius Eccetan: & cum eo centum & decem viri. [13] De filiis Adonicam, qui erant nouiſſimi, & hæc nomina eorum, Eliphélet, & Iehiel, & Samaias: & cum eis ſexaginta viri. [14] De filiis Begui, Vthai & Zachur: & cum eis ſeptuaginta viri. [15] Congregaui autẽ eos ad fluuiũ qui decurrit ad Ahaua, & manſimus ibi tribus diebus: quæſiuíq. in populo & in ſacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi. [16] Itaque miſi Eliézer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Moſollam principes: & Ioiarib, & Elnathan ſapientes. [17] Et miſi eos ad Eddo, qui eſt primus in Caſphiæ loco: Et poſui in ore eorum verba quæ loquerẽtur ad Eddo, & fratres eius Nathinæos

thineos in loco Caſphiæ, vt adducerent nobis miniſtros domus Dei noſtri. ‡Et 18
adduxerunt nobis per manum Dei noſtri bonam ſuper nos, virũ doctiſſimum de filiis Moholi filij Leui, filij Iſrael, & Sarabiam & filios eius, & fratres eius decem & octo: ‡& Haſabiam, & cum eo 19
Iſaiam de filiis Merari, fratréſque eius, & filios eius viginti. ‡Et de Nathinæis quos 20
dederat Dauid & principes ad miniſteria Leuitarum, Nathinæos ducentos viginti: omnes hi ſuis nominib⁹ vocabantur. ‡Et prædicaui ibi ieiunium iuxta 21
fluuium Ahaua, vt affligeremur coram
-R.H.G. Additur autem à MS. & 2. Domino Deo noſtro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis noſtris, vniuerſæque ſubſtantiæ noſtræ. ‡Erubui enim petere regem auxiliũ & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi, Manus Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate: & imperium eius & fortitudo eius, & furor ſuper omnes qui derelinquunt eum. ‡Ieiunauimus autem & 23
rogauimus Deum noſtrum per hoc: & euenit nobis proſperè. ‡Et ſeparaui de 24
principibus ſacerdotum duodecim, Sarabiam & Haſabiam, & cum eis de fratribus eorum decem: ‡appendíq. eis 25
argentum & aurum, & vaſa conſecrata domus Dei noſtri, quæ obtulerat rex & conſiliatores eius, & principes eius, vniuerſúſque Iſrael eorum qui inuenti fuerant: ‡& appendi in manibus eorum ar- 26
genti talenta ſexcenta quinquaginta, & vaſa argentea centum, auri centum talenta: ‡& cratéres aureos viginti, qui 27
habebant ſolidos millenos, & vaſa æris fulgentis optimi duo, pulchra, vt aurum.

‡Et dixi eis, Vos ſancti Domini, & va- 28
ſa ſancta, & argentum & aurum quod ſponte oblatũ eſt Domino Deo patrum
*veſtrorũ 9 MS. B. H. Suffragantur Textui R. & G. 'noſtrorũ': ‡vigilate & cuſtodite, donec 29
appendatis coram principibus ſacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Iſrael in Ieruſalem, in theſaurum domus Domini. ‡Suſceperunt autem ſa- 30
cerdotes & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vaſorum, vt deferrent Ieruſalem in domum Dei noſtri. ‡Promouimus 31
ergo à flumine Ahaua duodecimo die menſis primi, vt pergeremus Ieruſalem: & manus Dei noſtri fuit ſuper nos, & liberauit nos de manu inimici & inſidia- 32
toris in via. ‡Et venimus Ieruſalem: & 33
manſimus ibi tribus diebus. ‡Die autem quarta appenſum eſt argentũ, & aurum, & vaſa in domo Dei noſtri per manum Meremoth filij Vriæ ſacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, cúmque eis Iozabed filius Ioſue, & Noadaia filius Ben-
34 noi Leuitæ, ‡iuxta numerum & pondus omnium: deſcriptúmque eſt omne pon-
35 dus in tempore illo. ‡Sed & qui venerant de captiuitate filij tranſmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Iſrael, vitulos duodecim pro omni populo Iſrael, arietes nonaginta ſex, agnos ſeptuaginta ſeptem, hircos pro peccato, duodecim. omnia in holocauſtum Domino.
36 ‡Dederunt autem edicta regis ſatrapis qui erant de conſpectu regis & ducibus trans Flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei.

CAP. IX.

1 Esd. 9. 1 POſtquàm autem hęc completa ſunt, acceſſerunt ad me principes, dicentes, Non eſt ſeparatus populus Iſrael, & ſacerdotes & Leuitæ, à populis terrarũ, & de abominationibus eorum, Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Iebuſæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Amorrhæorum. 2 ‡tulerunt enim de filiabus eorum ſibi & filiis ſuis, & cõmiſcuerunt ſemen ſanctum cum populis terrarum. Manus etiam principum & magiſtratuum fuit
3 in tranſgreſſione hac prima. ‡Cúmque audiſſem ſermonẽ iſtum, ſcidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrẽs. ‡Con-
4 uenerunt autem ad me omnes qui timebant verbũ Dei Iſrael, pro tranſgreſſione eorum qui de captiuitate venerant: & ego ſedebam triſtis, vſque ad ſacrificium veſpertinum. ‡Et in ſacrificio ve-
5 ſpertino ſurrexi de afflictione mea, & ſciſſo pallio & tunica, curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deũ meum, ‡& dixi, Deus meus confun-

dor & erubeſco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates noſtræ
-6 MS. H. Legitur autem à R. B. & G. multiplicatæ ſunt ſuper caput 'noſtrum', & delicta noſtra creuerunt vſque ad cælum, ‡à diebus patrum noſtrorum. Sed 7
& nos ipſi peccauimus grauiter vſque ad
*pro 1 MS. diem hanc, & 'in' iniquitatibus noſtris traditi ſumus, ipſi, & reges noſtri, & ſacerdotes noſtri, in manum regum terrarum, & in gladium, '&' in captiuitatem, & 'in' rapinam, & in confuſionem
-1 MS. Additur autem à R. H. & G. vultus, ſicut & die hac. ‡Et nunc quaſi 8
parum & ad momentum facta eſt deprecatio noſtra apud Dominum Deum noſtrũ, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur nobis 'pax illius' in loco ſancto
'paxillus' 7 MS. R. H. G. eius, & illuminaret oculos noſtros Deus noſter: & daret nobis vitam modicam in ſeruitute noſtra, ‡quia ſerui ſumus, & 9
in ſeruitute noſtra non dereliquit nos Deus noſter: & inclinauit ſuper nos miſericordiam coram rege Perſarum, vt daret nobis vitã, & ſublimaret domum Deí noſtri, & extrueret ſolitudines eius,
*ſpem R. H. G. vt daret nobis 'ſpem' in Iuda & Ieruſalem. ‡Et nunc quid dicemus Deus no- 10
ſter poſt hæc? quia dereliquimus mandata tua, ‡quæ præcepiſti in manu ſer- 11
uorum tuorum prophetarum, dicens,
Deu. 7. 3. 'Terra ad quã vos ingredimini vt poſſideatis eam, terra immunda eſt, iuxta immunditiam populorum, cæterarúmque terrarum, abominationibus eorum qui
-R. Addit. autem à MS. H. & G. repleuerunt eam ab ore vſque ad os 'in' coinquinatione ſua. ‡Nunc ergo filias 12
veſtras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis veſtris: & nõ quæratis pacem eorum, & proſperitatẽ eorum, vſque in æternum: vt confortemini, & comedatis quæ bona ſunt terræ, & hæredes habeatis filios veſtros vſque in ſeculum. ‡Et poſt omnia quæ venerunt 13
ſuper nos in operibus noſtris peſſimis, & in delicto noſtro magno, quia tu Deus noſter liberaſti nos de iniquitate noſtra, & dediſti nobis ſalutem ſicut eſt hodie,
‡vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia 14
iungeremus cum populis abominationum iſtarum. Nunquid iratus es nobis vſque ad conſummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad ſalutem? ‡Domi- 15
ne Deus Iſrael iuſtus es tu: quoniam derelicti ſumus, qui ſaluaremur ſicut die hac. Ecce coram te ſumus in delicto noſtro. non enim ſtari poteſt coram te ſuper hoc.

CAP. X.

1 Esd. 8. 32. 1 SIc ergo orante Eſdra, & implorante 'Deum', & flente, & iacẽte ante templum Dei, collectus eſt ad eum de Iſrael
'eo 2 MS. R. H. G. 'eum MS. cœtus grandis nimis virorum & mulierum & puerorum: & fleuit populus fletu
2 multo. ‡Et reſpondit Sechenias filius Iehiel de filiis Ælam, & dixit Eſdræ, Nos præuaricati ſumus in Deum noſtrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc ſi eſt pœnitentia in Iſrael
3 ſuper hoc, ‡percutiamus fœdus cum
-1 MS. R. B. H. G. 'Domino' Deo noſtro, vt proiiciamus vniuerſas vxores, & eos qui de his nati ſunt, iuxta voluntatem Domini, & eorum qui 'timent' præceptũ Domini Dei
*tenẽto. noſtri: ſecundum legem fiat. ‡Surge, 4
tuum eſt diſcernere, nosque erimus te- 5
cum: confortare, & fac. ‡Surrexit ergo Eſdras, & adiurauit principes ſacerdotum & Leuitarum, & omnem Iſrael, vt facerent ſecundum verbum hoc: & iu-
6 rauerunt. ‡'Et ſurrexit Eſdras ante do- 3 Esd. 9. 1. mum Dei, & abiit ad cubiculũ Iohanan filij Eliaſib, & ingreſſus eſt illuc: panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim trãſgreſſionem eorum qui venerant de captiuitate. ‡& miſſa eſt vox 7
in Iuda & in Ieruſalem omnibus filiis tranſmigrationis, vt congregarentur in
8 Ieruſalem. ‡Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta conſilium principum & ſeniorum, auferetur vniuerſa ſubſtantia eius, & ipſe abiicietur de cœtu
9 tranſmigrationis. ‡Conuenerunt igitur omnes viri Iuda, & Ben-iamin in Ieruſalem tribus diebus, ipſe eſt menſis nonus, viceſima die menſis: & ſedit omnis populus in platea domus Dei, trementes
10 pro peccato & pluuiis. ‡Et ſurrexit Eſdras ſacerdos, & dixit ad eos, Vos tranſgreſſi eſtis, & duxiſtis vxores alienigenas, vt adderetis ſuper delictum Iſrael.

11 ‡Et nunc date confessionem Domino
Deo patrum vestrorum, & facite placi-
tum eius: & separamini à populis terræ,
& ab vxoribus alienigenis. 12 ‡Et respon-
dit vniuersa multitudo, dixítque voce
magna, Iuxta verbum tuum ad nos, sic
fiat. 13 ‡Veruntamen quia populus mul-
tus est, & tempus pluuiæ, & non sustine-
mus stare foris, & opus non est diei vnius
vel duorum (vehementer quippe pec-
cauimus in sermone isto) constituantur
principes in vniuersa multitudine: 14 ‡&
omnes in ciuitatibus nostris qui duxe-
runt vxores alienigenas, veniant in tem-
poribus statutis, & cum his seniores per
ciuitatem & ciuitatem, & iudices eius,
donec auertatur ira Dei nostri à nobis
super peccato hoc. 15 ‡Igitur Ionathan
filius Azahel, & Iaasia filius Thecuæ ste-
terunt super hoc, & Mesollam & Sebe-
thai Leuites adiuuerunt eos: 16 ‡Fece-
runtq. sic filij transmigrationis. Et abie-
runt Esdras sacerdos, & viri principes fa-
miliarum in domos patrum suorum, &
omnes per nomina sua: & sederũt in die
primo mensis decimi, vt quærerẽt rem.
17 ‡Et consummati sunt omnes viri qui
duxerant vxores alienigenas, vsque ad
diem primam mensis primi. 18 ‡Et inuen-
ti sunt de filiis sacerdotum qui duxerant
vxores alienigenas. De filiis Iosue filij
Iosedec, & fratres eius, Maasia & Eliézer
& Iarib & Godolia. 19 ‡Et dederunt manus
suas vt eiicerent vxores suas, & pro deli-
cto suo arietem de ouibus offerrent.
20 ‡Et de filiis Emmer, Hanani & Zebedia.
21 ‡Et de filiis Harim, Maasia & Elia & Se-
22 meia, & Iehiel, & Ozias. ‡Et de filiis Phes-
hur, Elioënai, Maasia, Ismael, Natha-
23 nael, Iozabed & Elasa. ‡Et de filiis Le-
uitarũ, Iozabed & Semei & Celaia, ipse
est Calita: Phathaia, Iuda, & Eliézer.
24 ‡Et de cantoribus, Eliasib. Et de iani-
25 toribus, Sellum & Telẽ & Vri. ‡Et ex Is-
rael, de filiis Pharos, Remeia & Iezia &
Melchia & Miamin & Eliézer & Mel-
26 chia & Banea. ‡Et de filiis Aelam, Ma-
thania, Zacharias, & Iehiel & Abdi &
27 Ierimoth & Elia. ‡Et de filiis Zethua,
Elioenai, Eliasib, Mathánia & Ierimuth
28 & Zabad & Aziza. ‡Et de filiis Bebai,
Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai.
29 ‡Et de filiis Bani, Mosollam & Melluch
30 & Adaia, Iasub & Saal & Ramoth. ‡Et
31 de filiis Phahath-Moab, Edna & Chalal,
Bananias & Maasias, Mathanias, Bese-
leel, Bennui & Manasse. ‡Et de filiis He-
rem, Eliézer, Iesue, Melchias, Semeias,
32 Simeon, ‡Ben-iamin, Maloch, Sama-
33 rias. ‡Et de filiis Hasom, Mathanai,
Mathatha, Zabad, Eliphelet, Iermai,
34 Manasse, Semei. ‡De filiis Bani, Maad-
35 di, Amram & Vel, ‡Baneas & Badaias,
36 Cheliau, ‡Vania, Marimuth, & Eliasib,
37 ‡Mathanias, Mathanai, & Iasi, ‡& Bani
38 & Bennui, Semei ‡& Salmias & Nathan
39 & Adaias, ‡& Mechnedebai, Sisai, Sa-
40 rai, ‡Ezrel & Selemiáu, Semeria, ‡Sel-
41 lum, Amaria, Ioseph. De filiis Nebo, Ie-
hiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu,
42 & Ioal, & Banaia. ‡Omnes hi acceperant vxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

LIBER

LIBER NEHEMIÆ QVI ET ESDRAE SECVNDVS DICITVR.

CAPVT I.

1 VERBA Nehemiæ filij Helchiæ. Et factũ est in mense Casleu, anno vicesimo, & ego eram in Susis castro. 2 ‡Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse, & viri *Iuda: & interrogaui eos de Iudæis qui remanserãt, & supererant de captiuitate, & Ierusalem. 3 ‡Et dixerunt mihi, Qui remanserũt, & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni. 4 ‡Cúmque audissem verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis: & ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cæli. 5 ‡Et dixi, Dan.9.4. ‡Quæso Domine Deus cæli fortis, magne atq. terribilis, qui custodis pactum & misericordiã cum his qui te diligunt, & custodiunt mandata tua: 6 ‡fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie, nocte & die pro filiis Israel seruis tuis: & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccauerũt tibi: & ego, & domus patris mei peccauimus, 7 ‡vanitate seducti sumus, & non custodiuimus mandatum tuum, & ceremonias, & iudicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo. 8 ‡Memento verbi quod mandasti Moysi seruo tuo, dicens, Cùm transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos. 9 ‡Et si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea: etiamsi abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos, & reducam in locum quem elegi, vt habitaret nomen meum ibi. 10 ‡Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. 11 ‡Obsecro Domine, sit auris tua attendens ad orationẽ serui tui, & ad orationem seruorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum: & dirige seruum tuum hodie, & da ei misericordiam ante virum hunc. ego enim eram pincerna regis.

*ex 7 MS R. H. Susfraganitur autem Texti R. & G.

*3 Ms. H. G.

CAP. II.

1 FActum est autẽ in mense Nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis: & vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante
2 faciem eius. ‡Dixítque mihi rex, Quare vultus tuus tristis est, cùm te ęgrotum non videam? non est hoc frustrà, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et ti-
3 mui valde, ac nimis: ‡& dixi regi, Rex in æternũ viue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius
4 cõbustæ sunt igni? ‡Et ait mihi rex, Pro
5 qua re postulas? Et oraui Deum cæli: ‡& dixi ad regem, Si videtur regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudęam ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam.
6 ‡Dixítque mihi rex, & regina quæ sedebat iuxta eum, Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuertêris? Et placuit ante vultum regis, & misit me:
7 & constitui ei tempus. ‡Et dixi regi, Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans Flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam:
8 ‡& epistolam ad Asaph custodem sal-

tus regis, vt det mihi ligna, vt tegere possim portas templi, turres domus, & muros ciuitatis, & domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecum. [9] Et veni ad duces regionis trans Flumen, dedíque eis epistolas regis. Miserat autẽ rex mecum principes militum, & equites. [10] Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites: & contristati sunt afflictione magna, quòd venisset homo qui quæreret prosperitatem filiorum Israel. [11] Et veni Ierusalem, & eram ibi tribus diebus: [12] & surrexi nocte ego, & viri pauci mecũ, & non indicaui cuiquam quid Deus dedisset in corde meo vt facerem in Ierusalem: & iumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam. [13] Et egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris: & considerabam murum Ierusalẽ dissipatum, & portas eius consumptas igni. [14] Et transiui ad portam fontis, & ad aquæ ductum regis, & non erat locus iumento cui sedebã, vt transiret. [15] Et ascendi per torrentem nocte, & considerabam murum: & reuersus veni ad portam vallis, & redij. [16] Magistratus autem nesciebant quò abiissem, aut quid ego facerem: sed & Iudæis & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebant opus, vsque ad id loci nihil indicaueram. [17] Et dixi eis, Vos nostis afflictionem in qua sumus; quia Ierusalem deserta est, & portæ eius consumptæ sunt igni: venite, & ædificemus muros Ierusalem, & non simus vltrà opprobrium. [18] Et indicaui eis manũ Dei mei quòd esset bona mecum, & verba regis quæ locutus esset mihi: & aio, Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorũ in bono. [19] Audierunt autem Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites, & Gosem Arabs: & subsannauerunt nos, & despexerunt, dixerúntque, Quæ est hæc res quam facitis? nunquid cõtra regem vos rebellatis? [20] Et reddidi eis sermonem, dixíque ad eos, Deus cæli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus: surgamus & ædificemus: vobis autem non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalem.

CAP. III.

[1] ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes: & ædificauerunt portam gregis: ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & vsq. ad turrim centum cubitorum sanctificauerunt eam, vsque ad turrim Hananeel. [2] Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho: & iuxta eũ ædificauit Zacchur filius Amri. [3] Portam autẽ piscium ædificauerunt filij Asnaa: ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes. Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ, filij Accus. [4] Et iuxta 'eum' ædificauit Mosollam filius Barachiæ, filij Mesezebel: & iuxta eos ędificauit Sadoc filius Baana: [5] Et iuxta eos ædificauerunt Thecueni: optimates autem eorũ non supposuerunt colla sua in opere Domini sui. [6] Et portam veterem ædificauerunt Ioiada filius Phasea, & Mosollam filius Besodia: ipsi texuerũt eam, & statuerunt valuas eius, & seras & vectes. [7] Et iuxta eos ædificauerunt Meltias Gabaonites, & Iadon Meronathites, viri de Gabaon & Maspha, pro duce quierat in regione trans Flumen. [8] Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex: & iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmentarij: & dimiserunt Ierusalem vsque ad murum plateæ latioris. [9] Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius Hur, princeps vici Ierusalem. [10] Et iuxta 'eum' ædificauit Iedaia filius Haromaph contra domũ suam: & iuxta eum ædificauit Hattus filius Hasebonię. [11] Mediam partem vici ędificauit Melchias filius Herem, & Hasub filius Phahath-moab, & turrim furnorum. [12] Et iuxta eum ędificauit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis vici Ierusalem, ipse & filiæ eius. [13] Et portam vallis ædificauit Hanun, & habitatores Zanóe: ipsi ædificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras & vectes, & mille cubitos in muro, vsque ad portam sterquilinij. [14] Et portam sterquilinij ædificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethacháram: ipse ædificauit eam, & statuit valuas eius, & seras & vectes. [15] Et portam fontis ædificauit Sellum filius Chol-hoza, princeps pagi Maspha: ipse ędificauit eam, & texit, & statuit valuas eius, & seras & vectes, & muros piscinæ Siloe in hortum regis, & vsque ad gradus qui descendunt de Ciuitate-Dauid. [16] Post eum ædificauit Nehemias filius Azboc princeps dimidiæ partis vici Beth-sur, vsque contra sepulchrum Dauid, & vsque ad piscinam quæ grandi opere constructa est, & vsq. ad domum fortium. [17] Post eum ædificauerunt Leuitæ, Rehum filius Benni: post eum ædificauit Hasebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico suo. [18] Post eum ædificauerunt fratres eorum Bauai filius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ. [19] Et ædificauit iuxta eum Azer filius Iosue, princeps Maspha mensuram secundam, contra ascensum firmissimi anguli. [20] Post eum in monte ædificauit Baruch filius Zachái mensuram secundam, ab angulo vsque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni. [21] Post eum ædificauit Merimuth filius Vriæ filij Haccus, mensuram secundam, à porta domus Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib. [22] Et post eum ædificauerunt sacerdotes viri de campestrib⁹ Iordanis. [23] Post eum ædificauit Ben-iamin & Hasub contra domum suam: & post eum ædificauit Azarias filius Maasiæ filij Ananiæ contra domum suam. [24] Post eum ædificauit Bennui filius Henadad mensuram secundam, à domo Azariæ vsque ad flexuram & vsque ad angulum. [25] Phalel filius Ozi contra flexuram, & turrim quæ eminet de domo regis excelsa, id est in atrio carceris: post eum Phadaia filius Pharos. [26] Nathinæi autem habitabant in Ophel, vsque contra portam aquarũ, ad Orientem, & turrim quæ prominebat. [27] Post eum ædificauerunt Thecueni mensuram secundam e regione, à turre magna & eminente vsque ad murum templi. [28] Sursum' autem ad portam' equorum ædificauerunt sacerdotes, vnusquisque contra domum suam. [29] Post eos ædificauit Sadoc filius Emmer contra domum suam. Et post eum ædificauit Semaia filius Secheniæ, custos portæ Orientalis. [30] Post eum ædificauit Hanania filius Selemiæ, & Hanun filius Seleph sextus mensuram secundam: post eum ædificauit Mosollam filius Barachiæ, contra gazophylacium suum. [31] Post eum ædificauit Melchias filius aurificis, vsque ad domum Nathinæorum, & 'scuta' vendentium' contra portam iudicialem, & [32] vsque ad cœnaculum anguli. Et 'inter' cœnaculum anguli in porta gregis ædificauerunt 'artifices' & negotiatores.

CAP. IIII.

[1] FACTUM est autem, cùm audisset Sanaballat quòd ædificaremus murũ, iratus est valde: & motus nimis subsannauit Iudæos, [2] & dixit coram fratribus suis, & frequẽtia Samaritanorum, Quid Iudæi faciũt imbecilles? num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt, & complebunt in vna die? Nunquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combusti sunt? [3] Sed & Tobias Ammanites proximus eius, ait, Ædificent: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideũ. [4] Audi Deus noster, quia facti sumus despectui: conuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis. [5] Ne operias iniquitatẽ eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur: quia irriserunt ædificantes. [6] Itaq. ædificauimus murum, & coniunximus totum vsque ad partem dimidiam: & prouocatum est cor populi ad operandum. [7] Factum est autem, cùm audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & Ammanitæ, & Azotij, quòd obducta esset cicatrix muri Ierusalem, & quòd cœpissent interrupta cõcludi: irati sunt nimis. [8] Et congregati sunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent cõtra Ierusalem, & molirentur insidias. [9] Et orauimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos. [10] Dixit autẽ Iudas, Debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est, & nos non poterimus ædificare murum. [11] Et dixerunt hostes nostri, Nesciant &

'scruta' negotiatorum H. G.

'vsque ad 5 MS. Consentiunt Textui, R. H. G.

'aurifices' 1 MS. Q. n.

*Et dixit Nehemias o.

*Post eũ ædificauit o.

'Desuper H. G. 'à porta 11 MS. Conformiter Textui legit R. Φ B.

ignorent, donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & ceſſare faciamus opus. [12] Factum eſt autem venientibus Iudæis qui habitabant iuxta eos, & dicẽtibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos, [13] ſtatui in loco poſt murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis ſuis, & lanceis, & arcubus. [14] Et perſpexi atque ſurrexi: & aio ad optimates & magiſtratus, & ad reliquam partem vulgi, Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus veſtris, filiis veſtris, & filiabus veſtris, & vxoribus veſtris, & domibus veſtris. [15] Factum eſt autem, cũ audiſſent inimici noſtri nuntiatum eſſe nobis, diſſipauit Deus conſilium eorum. Et reuerſi ſumus omnes ad muros, vnuſquiſque ad opus ſuum. [16] Et factũ eſt à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & ſcuta, & arcus, & loricæ, & principes poſt eos in omni domo Iuda [17] ædificantiũ in muro, & portantium onera, & imponentium: vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium. [18] ædificantium enim vnuſquiſque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccina iuxta me. [19] Et dixi ad optimates, & ad magiſtratus, & ad reliquam partem vulgi, Opus grãde eſt & latum, & nos ſeparati ſumus in muro procul alter ab altero: [20] in loco quocumq. audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noſter pugnabit pro nobis. [21] Et noſipſi faciamus opus: & media pars noſtrũm teneat lanceas ab aſcenſu auroræ, donec egrediantur aſtra. [22] In tempore quoque illo dixi populo, Vnuſquiſque cum puero ſuo maneat in medio Ieruſalem, & ſint 'vobis' vices per noctem, & diem, ad operandum. [23] Ego autem & fratres mei & pueri mei, & cuſtodes qui erant poſt me, non deponebamus veſtimenta noſtra: vnuſquiſque tantùm nudabatur ad baptiſmum.

'nobis 5 MS. R. H. G.

CAP. V.

[1] ET factus eſt clamor populi, & vxorum eius magnus aduerſus fratres ſuos Iudæos. [2] Et erant qui dicerent, Filij noſtri & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus. [3] Et erant qui dicerent, Agros noſtros, & vineas, & domos noſtras opponamus: & accipiamus frumentum in fame. [4] Et alij dicebant, Mutuo ſumamus pecunias in tributa regis, demúſque agros noſtros & vineas: [5] & nunc ſicut carnes fratrum noſtrorum, ſic carnes noſtræ ſunt: & ſicut filij eorum, ita & filij noſtri. ecce nos ſubiugam⁹ filios noſtros, & filias noſtras in ſeruitutem, & de filiabus noſtris ſunt famulę, nec habemus vnde poſſint redimi, & agros noſtros & vineas noſtras alij poſſident. [6] Et iratus ſum nimis, cùm audiſſem clamorem eorum ſecundum verba hæc: [7] cogitauítq. cor meum mecum, & increpaui optimates & magiſtratus, & dixi eis, Vſuráſne ſinguli à fratribus veſtris exigitis? Et congregaui aduerſum eos concionẽ magnam, [8] & dixi eis, Nos, vt ſcitis, redemimus fratres noſtros Iudæos qui venditi fuerant gentibus, ſecundum poſſibilitatem noſtram: & vos igitur vendetis fratres veſtros, & redimemus eos? Et ſiluerunt, nec inuenerunt quid reſponderent. [9] Dixíque ad eos, Non eſt bona res quam facitis: quare non in timore Dei noſtri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis noſtris? [10] Et ego & fratres mei & pueri mei, cõmodauimus plurimis pecuniam & frumentum: non repetamus in commune iſtud, æs alienum concedamus quod debetur nobis. [11] Reddite eis hodie agros ſuos, & vineas ſuas, & oliueta ſua & domos ſuas: quin potius & centeſimam pecuniæ, frumẽti, vini & olei, quam exigere ſoletis ab eis, date pro illis. [12] Et dixerunt, Reddemus, & ab eis nihil quæremus: ſicq. faciemus vt loqueris. Et vocaui ſacerdotes, & adiuraui eos, vt facerent iuxta quod dixeram. [13] Inſuper excuſſi ſinum meum, & dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non cõpleuerit verbum iſtud, de domo ſua, & de laboribus ſuis: ſic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit vniuerſa multitudo, Amen. Et laudauerunt Deum. Fecit ergo populus ſicut erat dictum.

[14] A die autem illa qua præceperat rex mihi vt eſſem dux in terra Iuda, ab anno viceſimo vſque ad annum triceſimum ſecundum Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quæ ducibus debebantur, non comedimus. [15] Duces autem primi, qui 'fuerant' ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie ſiclos quadraginta: ſed & miniſtri eorum depreſſerunt populum. Ego autem non feci ita, propter timorem Dei: [16] quin potius in opere muri ædificaui, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant. [17] Iudæi quoque & magiſtratus centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus quæ in circuitu noſtro ſunt, in menſa mea erant. [18] Parabatur autem mihi per dies ſingulos bos vnus, arietes ſex electi, exceptis volatilibus, & inter dies decem vina diuerſa, & alia multa tribuebam: inſuper & annonas ducatus mei non quæſiui. valde enim attenuatus erat populus. [19] Memento mei Deus meus in bonum ſecundùm omnia quæ feci populò huic.

'fuerunt Ms. R.

CAP. VI.

[1] FActum eſt autem, cùm audiſſet Sanaballat, & Tobias, & Goſſẽ Arabs, & cæteri inimici noſtri, quòd ædificaſſem ego murum, & non eſſet in ipſo reſidua interruptio (vſq. ad tempus autem illud valuas non poſueram in portis) [2] miſerunt Sanaballat, & Goſſem ad me, dicentes, Veni, & percutiamus fœdus pariter in 'vitulis' in Campo-ono. Ipſi autem cogitabant vt facerent mihi malum. [3] Miſi ergo ad eos nuntios, dicens, Opus grande ego facio, & nõ poſſum deſcẽdere: ne fortè negligatur cùm venero, & deſcendero ad vos. [4] Miſerunt autem ad me ſecundum verbum hoc, per quatuor vices: & reſpondi eis iuxta ſermonem priorem. [5] Et miſit ad me Sanaballat iuxta verbũ prius quinta vice puerum ſuum, & epiſtolam habebat in manu ſua [6] ſcriptam hoc modo, IN GENTIBVS auditum eſt, & Goſſem dixit, quòd tu & Iudæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum, & leuare te velis ſuper eos regem: propter quam cauſam [7] & prophetas poſueris qui prædicent de te in Ieruſalem, dicentes, Rex in Iudæa eſt. Auditurus eſt rex verba hæc: idcircò nunc veni, vt ineamus conſilium pariter. [8] Et miſi ad eos, dicens, Non eſt factum ſecundum verba hæc quæ tu loqueris. de corde enim tuo tu componis hæc. [9] Omnes enim hi terrebant nos, cogitãtes quòd ceſſarent manus noſtræ ab opere, & quieſceremus. Quam ob cauſam magis confortaui manus meas: [10] & ingreſſus ſum domum Semaiæ filij Dalaiæ filij Metabeel ſecretò: Qui ait, Tractemus nobiſcum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis: quia venturi ſunt vt interficiant te, & nocte venturi ſunt ad occidendum te. [11] Et dixi, Num quiſquam ſimilis mei fugit? & quis vt ego ingredietur templum, & viuet? non ingrediar. [12] Et intellexi quòd Deus non miſiſſet eum, ſed quaſi vaticinans locutus eſſet ad me, & Tobias, & Sanaballat conduxiſſent eum. [13] acceperat enim pretium, vt territus facerem, & peccarem, & haberẽt malum quod exprobrarent mihi. [14] Memento mei Domine prò Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorum talia: ſed & Noadiæ prophetæ, & cæterorum prophetarum qui terrebant me. [15] Completus eſt autem murus viceſimoquinto die menſis Elul, quinquaginta duobus diebus. [16] Factũ eſt ergo cùm audiſſent omnes inimici noſtri, vt timerent vniuerſæ gentes quæ erant in circuitu noſtro, & cõciderent intra ſemetipſos, & ſcirẽt quòd à Deo factum eſſet opus hoc. [17] Sed & in diebus illis multæ optimatum Iudæorum epiſtolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos. [18] Multi enim erant in Iudæa habentes iuramẽtum eius, quia gener erat Secheniæ filij Area, & Iohanan filius eius acceperat filiam Moſollã filij Barachiæ. [19] ſed & laudabãt eum coram me, & verba mea nuntiabant ei: & Tobias mittebat epiſtolas vt terreret me.

'viculis 4 MS. H. G. Quod autem in Textu eſt, & R. legit, & Beda exponi.

CAP. VII.

Esd.4.9, 15 POstquàm autem ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores, & cantores, & Leuitas: [a]præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Ierusalem (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus ceteris videbatur) [a]& dixi eis, Non aperiantur portæ Ierusalem vsque ad calorem Solis. Cúmque adhuc assisterent, clausæ portæ sunt,& oppilatæ:& posui custodes de habitatoribus Ierusalem,singulos per vices suas, & vnumquemque contra domum suam. [a]Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius,& non erant domus ædificatæ. [a]Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magistratus & vulgus, vt recenserem eos: & inueni librum census eorum qui ascenderãt primùm, & inuentum est scriptum in eo.

1 Esd.2,1. 2 Esd.5,7. [a]Isti filij prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalem, & in Iudæam,vnusquisque in ciuitatem suam.

'venerũt 7 MS. G. [a]Qui 'venerant' cum Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsam, Mespharath, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israel, [a]Filij Pharos, duo millia centum septuaginta duo. [a]Filij Saphatia, trecẽti septuaginta duo. [a]Filij Area, sexcenti quinquagintaduo. [a]Filij Phahathmoab filiorum Iosue & Ioab,duo millia octingenti decẽ & octo.

'ducenti R. H. G. Consentit primus liber Esdræ, ca. 2. v. 7. Idem numerus, etiã alterius Aelam filiis, qui recensentur 1 Esd. 2, 31. & infra 34. ab omnibus tribuitur. [a]Filij Aelam, mille 'octingenti' quinquagintaquatuor. [a]Filij Zethua,octingenti quadragintaquinque. [a]Filij Zachai, septingenti sexaginta. [a]Filij Bannui, sexcenti quadraginta octo. [a]Filij Bebai, sexcẽti vigintiocto. [a]Filij Azgad, duo millia trecenti vigintiduo. [a]Filij Adonicam, sexcenti sexagintaseptem. [a]Filij Beguai, duo millia sexagintaseptem. [a]Filij Adin,sexcenti quinquagintaquinque. [a]Filij Ater, filij Hezeciæ, nongenti'octo. [a]Filij Hasem, trecenti vigintiocto. [a]Filij Besai, trecenti vigintiquatuor. [a]Filij Hareph, centum duodecim. [a]Filij Gabaon, nonaginta quinque. [a]Filij Beth-lehem & Netupha,centum octogintaocto. [a]Viri Anathoth, centum vigintiocto. [a]Viri Bethazmoth, quadragintaduo. [a]Viri Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadragintatres. [a]Viri Rama & Geba,sexcenti vigintivnus. [a]Viri Machmas, centum viginti duo. [a]Viri Beth-el & Hai,centum vigintitres. [a]Viri Nebo alterius,quinquagintaduo. [a]Viri Ælam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor. [a]Filij Harem, trecenti viginti. [a]Filij Iericho, trecenti quadraginta quinq.. [a]Filij Lodhadid & Ono,septingenti viginti vnus. [a]Filij Senaa, tria millia nongenti triginta. [a]Sacerdotes: Filij Idaia in domo Iesua, nongẽti septuagintatres. [a]Filii Emmer,mille quinquaginta duo. [a]Filij Phashur, mille ducẽti quadraginta septem. [a]Filij Arem, mille decem & septem. [a]Leuitæ: Filij Iosue & Cedmiel filiorum Oduiæ,septuagintaquatuor. [a]Cantores: Filij Asaph,centum quadragintaocto. [a]Ianitores: filij Sellum, filii Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: centum triginta octo. [a]Nathinæi: filij Soha,filij Hasupha, filij Tebbaoth, [a]filij Ceros,filij Siaa, filij Phadon, [a]filij Lebana, filij Hagaba,filij Selmai, [a]filij Hanan,filij Geddel,filij Gaher, [a]filij Raaia, filij Rasin, filij Necoda, [a]filij Gezem, filij Aza,filij Phasea, [a]filij Besai, filij Munim,filij Nephussim, [a]filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, [a]filij Besloth, filij Mahida, filij Harsa, [a]filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, [a]filij Nasia, filij Hatipha,filij seruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophéreth, filij Pharida, [a]filij Iahala, filij Darcon, filij Ieddel, [a]filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth,qui erat ortus ex Sabaim,filio Amon. [a]Omnes Nathinæi, & filij seruorum Salomonis, trecẽti nonagintaduo. [a]Hi sunt autem qui ascenderũt de Thelméla,Thelharsa,Cherub, Addon, & Emmer : & non potuerunt indicare domum patrum suorum,& semen suum, vtrum ex Israel essent. [a]Filij Dalaia, filij Tobia,filij Necoda, sexcenti quadra-

'nonagintatres MS. H. G. Consentit primus Esdræ, cap. 2, v. 17.

quadraginta duo. [a]Et de sacerdotibus, filij Habia,filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem: & vocatus est nomine eorum.

[a]Hi quæsierunt scripturam suam in censu, & non inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio. [a]Dixítque Athersatha eis vt non manducarent de Sanctis sanctorum, donec staret sacerdos doctus & eruditus. [a]Omnis multitudo quasi 'vir' vnus quadraginta duo millia 'sexcenti' sexaginta: [a]absque seruis & ancillis eorum, qui erant septem millia trecẽti triginta septem: & inter eos cãtores, & cantatrices, ducenti quadragintaquinque.

MS. H. G. 'trecenti § MS. H. G. Consonat primus Esdræ cap. 2, v. 64 Eorum qui hic expressè sunt enumerati summa est 31389.

[a]Equi eorum, septingenti trigintasex: muli eorum, ducenti quadragintaquinque: [a]cameli eorum, quadringenti trigintaquinque: asini, sex millia septingenti viginti.

20 MS. Q. R. 'Hucusque refertur quid in commentario scriptum fuerit: exin Nehemiæ historia texitur'.

1 Esd.2,69 [a]NONNVLLI autem de principibus familiarum dederunt in opus. Athersatha dedit in thesaurum, auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. [a]Et de principibus familiarũ dederunt in thesaurũ operis,auri drachmas viginti millia,& argenti mnas duo millia ducentas.

[a]Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia,& argenti mnas duo millia, & tunicas sacerdotales sexaginta septem. [a]Habitauerunt autem sacerdotes & Leuitæ,& ianitores & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

CAP. VIII.

[a]scenopegiæ sub Ezra & Nehemia o. [a]Nonnus hic caput incohant 1 MS. H. Q. R. ubi supra. ET venerat mensis septimus[a]: filij autem Israel erant in ciuitatibus suis. [a]Cõgregatú sq. est omnis populus quasi vir vnus ad plateã quæ est ante portam aquarum: & dixerunt Esdræ scribæ vt afferret librum legis Moysi, quam præceperat Dominus Israeli. [a]Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctísque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. [a]Et legit in eo apertè in platea quæ erat ante portam aquarum, de manè vsq. ad mediam diem, in conspectu virorum & mulierum,& sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librum. [a]Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum,quem fecerat ad loquendum: & steterunt iuxta eum Mathathias, & Semeia, & Ania, & Vria, & Helcia, & Maasia, ad dextram eius: & ad sinistram,Phadaia, Misaël, & Melchia, & Hasum, & Hasbadana, Zacharia,& Mosollam. [a]Et aperuit Esdras librum coram omni populo: super vniuersum quippe populum eminebat. Et cùm aperuisset eum, stetit omnis populus. [a]Et benedixit Esdras Domino Deo 'voce magna:' & respondit omnis populus, Amen,amẽ: eleuans manus suas. & incuruati sunt,& adorauerunt Deum proni in terram. [a]Porrò Iosue, & Bani & Serebia,Iamin, Accub,Septhai,Odia, Maasia, Celita, Azarias, Iozabed, Hanan,Phalaia, Leuitæ,silentium faciebãt in populo ad audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo. [a]Et legerũt in Libro legis Dei distinctè,& apertè ad intelligendũ,& intellexerunt cùm legeretur. [a]Dixit autem Nehemias(ipse est Athersatha)& Esdras sacerdos & scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso populo, Dies sanctificatus est Domino Deo 'nostro', nolite lugere, & nolite flere.Flebat enim omnis populus, cùm audiret verba legis. [a]Et dixit eis,Ite,comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes 'his qui non præparauerunt' sibi: quia sanctus dies Domini est,& nolite contristari. gaudium etenim Domini est fortitudo 'nostra'. [a]Leuitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes, Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere. [a]Abiit itaque omnis populus, vt comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiã magnam: quia intellexerant verba quæ docuerat eos. [a]Et in die secundo congregati sunt principes familiarum vniuersi populi, sacerdotes & Leuitæ ad Esdram scribam, vt interpretaretur eis verba legis. [a]Et

'magno 1 MS. R. H. G.

'vestro R. H. Pro Textu autem faciunt MS. & G.

'ei qui nõ præparauit 6 MS. B. H. Suffragantur antè Textui R. & G.

'vestra R. H. Quæ autem in Textu est lectio, à MS. & G. probantur.

gis. *Et inuenerunt ſcriptum in Lege, 14
præcepiſſe Dominum in manu Moyſi,
vt habitent filij Iſrael in tabernaculis, in
die ſolenni, menſe ſeptimo: *& vt præ- 15
dicent, & diuulgent vocem in vniuerſis
vrbibus ſuis, & in Ieruſalem, dicentes,
Egredimini in montem, & afferte fron-
des oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi,
frondes myrti, & ramos palmarum, &
frondes ligni nemoroſi, vt fiant taberna-
cula, ſicut ſcriptum eſt. *Et egreſſus eſt 16
populus, & attulerunt. Fecerúntq. ſibi
tabernacula vnuſquiſq. in domate ſuo,
& in atriis ſuis, & in atriis domus Dei, &
in platea portæ aquarũ, & in platea por-
tæ Ephraim. * Fecit ergo vniuerſa ec- 17
cleſia eorum qui redierant de captiuita-
te, tabernacula, & habitauerunt in ta-
bernaculis: non enim fecerant à diebus
Ioſue filij Nun taliter filij Iſrael, vſque
ad diem illum. Et fuit lætitia magna ni-
mis. *Legit autem in libro legis Dei per 18
dies ſingulos, à die primo vſque ad diem
nouiſſimum, & fecerunt Solennitatem
ſeptem diebus, & in die octauo colle-
ctam iuxta ritum.

CAP. IX.

IN die autem viceſimoquarto menſis 1
huius conuenerunt filij Iſrael in ieiu-
nio & in ſaccis, & humus ſuper eos. *Et 2
ſeparatum eſt ſemen filiorum Iſrael ab
omni filio alienigena: & ſteterunt, &
confitebãtur peccata ſua, & iniquitates
patrum ſuorum. *Et conſurrexerunt ad 3
ſtandum: & legerunt in volumine legis
Domini Dei ſui, quater in die, & quater
confitebantur, & adorabant Dominum
Deum ſuum. *Surrexerunt autem ſu- 4
per gradum Leuitarum Ioſue, & Bani,
& Cedmiel, Sabania, Bonni, Sarebias,
Bani, & Chanani: & clamauerunt voce
magna ad Dominum Deum ſuum. *Et 5
dixerũt Leuitæ Ioſue, & Cedmiel, Bon-
ni, Haſebnia, Serebia, Odaia, Sebnia,
Phathahia: Surgite, benedicite Domino
Deo °veſtro' ab æterno vſq. in æternum:
& benedicant nomini gloriæ tuæ excel-
ſo in omni benedictione & laude. *Tu 6
ipſe Domine, ſolus tu feciſti cælum, &
cælum cælorum, & omnem exercitum

° noſtro MS. G. Verùm Textus lectio R. & H. cõformis eſt.

eorum: terrã, & vniuerſa quæ in ea ſunt:
maria, & omnia quæ in eis ſunt: & tu vi-
uificas omnia hæc; & exercitus cæli te
7 adorat. *Tu ipſe Domine Deus, qui
elegiſti Abram, & eduxiſti eum de igne Gen.11.
Chaldæorum: & poſuiſti nomen eius
8 Abraham. *Et inueniſti cor eius fidele
coram te: & percuſſiſti cum eo fœdus,
vt dares ei Terram Chananæi, Hethæi,
& Heuæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, &
Iebuſæi, & Gergeſæi, vt dares ſemini
eius: & impleſti verba tua, quoniam iu-
9 ſtus es. *Et vidiſti afflictionẽ patrum
noſtrorum in Ægypto: clamorémque
10 eorum audiſti ſuper Mare rubrum. *Et
dediſti ſigna atque portenta in Pharao-
ne, & in vniuerſis ſeruis eius, & in omni
populo terræ illius: cognouiſti enim quia
ſuperbè egerant contra eos: & feciſti ti-
11 bi nomen, ſicut & in hac die. *Et mare Exod.14.
diuiſiſti ante eos, & tranſierunt per me-
diũ maris in ſicco: perſecutores autem
eorum proieciſti in profundũ, quaſi la-
12 pidem in aquas validas. *Et in columna
nubis ductor eorum fuiſti per diem, &
in columna ignis per noctem: vt appare-
ret eis via per quam ingrediebantur.
13 *Ad montem quoq. Sinai deſcendiſti, Exod.19.
& locutus es cum eis de cælo: & dedi-
ſti eis iudicia recta, & legem veritatis,
14 ceremonias, & præcepta bona: *Et ſab-
bathum ſanctificatum tuum oſtendiſti
eis; & mandata, & ceremonias, & legem
præcepiſti eis in manu Moyſi ſerui tui.
15 *Panem quoque de cælo dediſti eis in Exod.16.
fame eorum, & aquam de petra eduxi-
ſti eis ſitientibus: & dixiſti eis vt ingre-
derentur & poſſiderent terram ſuper
quam leuaſti manum tuam vt traderes
16 eis. *Ipſi verò & patres noſtri ſuperbè
egerunt, & indurauerunt ceruices ſuas,
17 & non audierunt mandata tua. *Et no-
luerunt audire: & nõ ſunt recordati mi-
rabilium tuorum quæ feceras eis. Et in-
durauerunt ceruices ſuas, & dederunt
caput vt conuerterentur ad ſeruitutem
ſuam, quaſi per contentionem. Tu au-
tem Deus propitius, clemens, & miſeri-
cors, longanimis, & multæ miſerationis
18 non dereliquiſti eos, *& quidem cùm
feciſſent

feciſſent ſibi vitulum conflatilem, & di-
xiſſent, Iſte eſt Deus tuus, qui eduxit te
de Ægypto: fecerúntque blaſphemias
Exo.13,22. magnas. *Tu autem in miſericordiis 19
tuis multis non dimiſiſti eos in deſerto:
columna nubis non receſſit ab eis per
diem, vt duceret eos in viam; & colu-
mna ignis per noctem, vt oſtenderet eis
iter per quod ingrederentur. *Et ſpiri- 20
tum tuum bonum dediſti qui doceret
eos, & manna tuum non prohibuiſti ab
ore eorum, & aquam dediſti eis in ſiti.
*Quadraginta annis pauiſti eos in de- 21
ſerto, nihilq. eis defuit: veſtimenta eo-
rum non inueterauerunt, & pedes eorũ
non ſunt attriti. *Et dediſti eis regna & 22
populos, & partitus es eis ſortes: & poſ-
ſederunt terram Sehon, & terram regis
Heſebon, & terram Og regis Baſan. *Et 23
multiplicaſti filios eorũ ſicut ſtellas cæli,
& adduxiſti eos ad terram de qua dixe-
ras patribus eorum vt ingrederentur &
poſſiderent. *Et venerunt filij, & poſ- 24
ſederunt terram, & humiliaſti coram eis
habitatores terræ Chananæos, & dediſti
eos in manum eorum, & reges eorum,
& populos terræ, vt facerẽt eis ſicut pla-
cebat illis. *Ceperunt itaq. vrbes mu- 25
nitas & humũ pinguem, & poſſederunt
domos plenas cunctis bonis: ciſternas ab
aliis fabricatas, vineas, & oliueta, & ligna
pomifera multa: & comederunt, & ſa-
turati ſunt, & impinguati ſunt, & abun-
dauerũt deliciis in bonitate tua magna.
*Prouocauerunt autem te ad iracun- 26
diam, & receſſerunt à te, & proiecerunt
legem tuam poſt terga ſua: & prophetas
tuos occiderunt, qui conteſtabantur eos
vt reuerterentur ad te: fecerúntq. blaſ-
phemias grandes. *Et dediſti eos in ma- 27
num hoſtium ſuorum, & afflixerũt eos.
Et in tempore tribulationis ſuæ clama-
uerunt ad te, & tu de cælo audiſti, & ſe-
cundum miſerationes tuas multas dedi-
ſti eis, ſaluatores, qui ſaluarẽt eos de ma-
nu hoſtium ſuorum. *Cúmque requie- 28
uiſſent, reuerſi ſunt vt facerent malum
in conſpectu tuo: & dereliquiſti eos in
manu inimicorum ſuorum, & poſſede-
runt eos. Conuerſique ſunt, & clamaue-
runt ad te: tu autem de cælo exaudiſti, &
liberaſti eos in miſericordiis tuis, multis
29 temporibus. *Et conteſtatus es eos vt Leu.18,5. Rom.10,5. Gal.3,12.
reuerterentur ad legem tuam. Ipſi verò
ſuperbè egerunt, & nõ audierunt man-
data tua, & in iudiciis tuis peccauerunt,
quæ faciet homo, & viuet in eis: & dede-
runt humerum recedentem, & cerui-
cem ſuam indurauerunt, nec audierunt.
30 *Et protraxiſti ſuper eos annos multos,
& conteſtatus es eos in ſpiritu tuo per
manum prophetarum tuorum: & non
audierunt, & tradidiſti eos in manum
31 populorum terrarum. *In miſericordiis
autẽ tuis plurimis non feciſti eos in con-
ſumptionem, nec dereliquiſti eos: quo-
niam Deus miſerationum, & clemens es
32 tu. *Nunc itaque Deus noſter magne,
fortis & terribilis, cuſtodiens pactum &
miſericordiam, ne auertas à facie tua
omnem laborem qui inuênit nos, reges
noſtros, & principes noſtros, & ſacerdo-
tes noſtros & prophetas noſtros, & pa- -61
tres noſtros', & omnem populum tuum
à diebus regis Aſſur, vſq. in diem hanc.
33 *Et tu iuſtus es in omnibus quæ vene-
runt ſuper nos: quia veritatem feciſti,
34 nos autem impiè egimus. *Reges no-
ſtri, principes noſtri, ſacerdotes noſtri, &
patres noſtri non fecerunt legem tuam,
& non attenderunt mandata tua, & te-
ſtimonia tua quæ teſtificatus es in eis.
35 *Et ipſi in regnis ſuis 'bonis', & in bo- -2 Ms. H. G.
nitate tua multa quam dederas eis, & in
terra latiſſima & pingui quam tradide-
ras in conſpectu eorum, non ſeruierunt
tibi, nec reuerſi ſunt à ſtudiis ſuis peſſi-
36 mis. *Ecce noſipſi hodie ſerui ſumus: &
terra quam dediſti patribus noſtris vt
comederent panem eius, & quæ bona
ſunt eius, & noſipſi ſerui ſumus in ea.
37 *Et fruges eius multiplicãtur regibus,
quos poſuiſti ſuper nos propter peccata
noſtra, & corporibus noſtris dominan-
tur, & iumẽtis noſtris ſecundum volun-
tatem ſuam, & in tribulatione magna
38 ſumus. *Super omnibus ergo his noſipſi
percutimus fœdus, & ſcribimus, & ſi-
gnant principes noſtri, Leuitæ noſtri, &
ſacerdotes noſtri.

CAP.

CAP. X.

SIgnatores autem fuerũt, Nehemias, 1
*Atherſatha filius Hachelai, & Se- 2
decias, *Saraias, Azarias, Ieremias, 3
*Pheshur, Amarias, Melchias, Hattus, 4
Sebenia, Melluch, *Harem, Merimuth, 5
Obdias, Daniel, Gẽthon, Baruch, *Mo- 6
ſollam, Abia, Miamin, *Maazia, Belgai, 7
Semeia: hi ſacerdotes. *Porrò Leuitæ, 8
Ioſue filius Azaniæ, *Bẽnui de filijs He- 9
nadad, Cedmiel: *& fratres eorum, Se- 10
benia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan,
*Micha, Rohob, Haſebia, Zachur, Se- 11
rebia, Sabania, *Odaia, Bani, Baninu. 12
*Capita populi, Pharos, Phahath- 13
moab, Ælam, Zethu, Bani, *Bonni, 14
Azgad, Bebai, *Adonia, Begoai, A- 15
din, *Ater, Hezecia, Azur, 16
*Odaia, Haſum, Beſai, *Hareph, 17
Anathoth, Nebai, *Megphias, Moſol- 18
lam, Hazir, *Meſizabel, Sadoc, Ied- 19
dua, *Pheltia, Hanan, Anaia, *Oſee, 20
Hanania, Haſub, *Alohes, Phalea, So- 21
bec, *Rehum, Maaſia, *Echaia, Ha- 22
nan, Anan, *Melluch, Haran, Baana: 23
*& reliqui de populo, ſacerdotes, Leui- 24
tæ, ianitores, & cantores, Nathinæi, & 25
omnes qui ſe ſeparauerunt de populis 26
terrarum ad legem Dei, vxores eorum, 27
*&c. filij eorum, & filiæ eorum, *omnes qui 28
poterant ſapere ſpondentes pro fratri- 29
bus ſuis, optimates eorum, & qui venie-
bant ad pollicendum, & iurandum vt
ambularent in lege Dei, quam dederat
in manu Moyſi ſerui Dei, vt facerent &
cuſtodirent vniuerſa mandata Domini
Dei noſtri, & iudicia eius & ceremonias
eius, *& vt non daremus filias noſtras 30
populo terræ, & filias eorum non acci-
peremus filijs noſtris. *Populi quoque 31
terræ, qui important venalia, & omnia
ad vſum, per diem ſabbathi vt vendant,
non accipiemus ab eis in ſabbatho & in
die ſanctificato. Et dimittemus annum
ſeptimum, & exactionem vniuerſæ ma-
nus. *Et ſtatuemus ſuper nos præcepta, 32
vt demus tertiam partem ſicli per an-
num ad opus domus Dei noſtri, *ad pa- 33
nes propoſitionis, & ad ſacrificium ſem-
piternum, & in holocauſtum ſempiter-
num in ſabbathis, in calendis, in Solen-
nitatibus, & in ſanctificatis, & pro pec-
cato: vt exoretur pro Iſrael, & in om-
34 nem vſum domus Dei noſtri. *Sortes
ergo miſimus ſuper oblationem ligno-
rum inter ſacerdotes, & Leuitas, & po- MS. H. adde
pulum, vt inferrentur in domum Dei
noſtri per domos patrum noſtrorũ, per
tempora, à temporibus anni vſq. ad an-
num: vt arderent ſuper altare Domini
Dei noſtri, ſicut ſcriptũ eſt in lege Moy-
35 ſi: *& vt afferremus primogenita terræ
noſtræ, & primitiua vniuerſi fructus o-
mnis ligni, ab anno in annum, in domo
36 Domini. *& primitiua filiorum noſtro-
rum, & pecorum noſtrorum, ſicut ſcri-
ptum eſt in lege, & primitiua boum no-
ſtrorum, & ouium noſtrarum, vt offer-
rentur in domo Dei noſtri, ſacerdotibus
37 qui miniſtrant in domo Dei noſtri. *&
primitias ciborum noſtrorum, & liba-
minum noſtrorũ, & poma omnis ligni,
vindemiæ quoque & olei afferemus ſa-
cerdotibus ad gazophylacium Dei no-
ſtri, & decimam partẽ terræ noſtræ Le-
uitis. Ipſi Leuitæ decimas accipient ex
omnibus ciuitatibus operũ noſtrorum.
38 *Erit autem ſacerdos filius Aaron cum
* Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitę
offerent decimam partem decimæ ſuæ
in domo Dei noſtri, ad gazophylacium
39 in domo theſauri. *Ad gazophylacium
enim deportabunt filij Iſrael, & filij Le-
ui primitias frumenti, vini, & olei: & ibi
erunt vaſa ſanctificata, & ſacerdotes, &
cantores, & ianitores, & miniſtri, & non
dimittemus domum Dei noſtri.

CAP. XI.

1 HAbitauerunt autem principes po-
puli in Ieruſalẽ: reliqua verò plebs
miſit ſortem, vt tollerent vnam partem
de decem qui habitaturi eſſent in Ieru-
ſalem ciuitate ſancta, nouem verò par-
2 tes in ciuitatibus. *Benedixit autem
populus omnibus viris qui ſe ſponte ob-
tulerant vt habitarent in Ieruſalem.
3 *Hi ſunt itaque principes prouinciæ
qui habitauerunt in Ieruſalem, & in ci-
uitatibus Iuda. Habitauit autem vnuſ-
quiſq. in poſſeſſione ſua, in vrbibus ſuis,

Iſrael, ſacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, &
filij ſeruorum Salomonis. *Et in Ieruſa- 4
lem habitauerunt de filiis Iuda, & de fi-
liis Ben-iamin: de filiis Iuda, Athaias fi-
lius Aziam, filij Zachariæ, filij Amariæ,
filij Saphatiæ, filij Malaleel. *de filiis 5
Phares, Maaſia filiꝰ Baruch, filius Chol-
hoza, filius Hazia, filius Adaia, filius Io-
iarib, filius Zachariæ, filius Silonitis.
*omnes hi filij Phares, qui habitaue- 6
runt in Ieruſalem, quadringẽti ſexagin-
'octo 2 MS. R. H. G. ta 'nouem' viri fortes. *Hi ſunt autem 7
filij Beniamin: Sellum filius Moſollam,
filius Ioed, filius Phadaia, filius Colaia,
filius Maſia, filius Etheel, filius Iſaia,
*& poſt eum Gebbai, Sellai, nongenti 8
vigintiocto, *& Ioel filius Zechri præ- 9
poſitus eorum, & Iudas filius Senua ſu-
per ciuitatem ſecundus. *Et de ſacer- 10
dotibus, Idaia filius Ioarib, Iachin, *Sa- 11
raia filius Helciæ, filius Moſollam, filius
Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob
princeps domus Dei, *& fratres eorum 12
facientes opera templi: octingenti vi-
ginti duo. Et Adaia filius Ieroham, fi-
lius Phelelia, filius Amſi, filius Zacha-
riæ, filius Pheshur, filius Melchiæ, *& 13
fratres eius principes patrum: ducenti
quadragintaduo. Et Amaſſai filius Az-
reel, filius Ahazi, filius Moſollamoth, fi-
lius Emmer, *& fratres eorum poten- 14
tes nimis: centum vigintiocto, & præpo-
ſitus eorum Zabdiel filius potentium.
*Et de Leuitis Semeia filius Haſub, fi- 15
lius Azaricam, filius Haſabia, filius Bo-
ni, *& Sabathai & Iozabed, ſuper om- 16
nia opera quæ erant forinſecus in domo
Dei, à principibus Leuitarum. *Et Ma- 17
thania filius Micha, filius Zebedei, filius
Aſaph princeps ad laudandũ, & ad con-
fitẽdum in oratione, & Becbecia ſecun-
dus de fratribus eius, & Abda filius Sa-
mua, filius Galal, filius Idithun. *omnes 18
Leuitæ in ciuitate ſancta, ducenti octo-
ginta quatuor. *Et ianitores, Accub, 19
Telmon, & fratres eorum, qui cuſtodie-
bant oſtia: cẽtum ſeptuaginta duo. *Et 20
reliqui ex Iſrael ſacerdotes & Leuitæ in
vniuerſis ciuitatibus Iuda, vnuſquiſque
in poſſeſſione ſua. *Et Nathinæi qui ha- 21
bitabant in Ophel, & Siaha, & Gaſpha de
22 Nathinæis. *Et epiſcopus Leuitarum
in Ieruſalem, Azzi filius Bani, filius Hã-
23 ſabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. *De
filiis Aſaph, cantores in miniſterio do-
24 mus Dei. *Præceptum quippe regis ſu-
per eos erat, & ordo in cantoribus per
25 dies ſingulos, *& Phathahia filius Me-
ſezebel de filiis Zara filij Iuda in manu
regis, iuxta omne verbum populi, & in
domibus per omnes regiones eorum.
De filiis Iuda habitauerunt in Cariath-
arbe & in filiabus eius, & in Dibon, & in
filiabus eius, & in Cabſeel, & in viculis
26 eius, *& in Ieſue, & in Molada, & in
27 Bethphalet, *& in Haſerſual, & in Ber-
28 ſabee, & in filiabus eius: *& in Siceleg,
29 & in Mochona, & in filiabus eius, *& in
Remmon, & in Saraa, & in Ierimuth,
30 *Zanoa, Odollam & in villis earum, La-
chis & in regionibus eius, Azeca, & in
filiabus eius. Et manſerunt in Berſabee
31 vſq. ad vallem-Ennom. *Filij autem
Beniamin, à Geba, Mechmas, & Hai, &
32 Beth-el & filiabus eius: *Anathoth,
33 Nob, Anania, *Aſor, Rama, Gethaim,
34 *Hadid, Seboim, & Neballat, **& *Lod 2 MS. H. G.
35 Ono-valle-artificum. *Et de Leuitis
36 portiones Iudæ & Beniamin.

CAP. XII.

1 HI ſunt autem ſacerdotes & Leuitæ,
qui aſcenderunt cum Zorobabel
filio Salathiel, & Ioſue: Saraia, Ieremias,
2 *Eſdras, Amaria, Melluch, Hattus,
3 *Sebenias, Rehum, Merimuth, *Ad-
4 do, Genthom, Abia, *Miamin, Madia,
5 Belga, *Semeia, & Ioiarib, *Idaia, Sel-
6 lum, Amoc, Helcias, Idaia. Iſti principes
7 ſacerdotum, & fratres eorum in diebus
8 Ioſue. *Porrò Leuitæ, Ieſua, Bennui,
Cedmiel, Sarebia, Iuda, Mathanias, ſu-
9 per hymnos ipſi & fratres eorum: *&
Becbecia atque Hanni, & fratres eorum
10 vnuſquiſque in officio ſuo. *Ioſue au-
tem genuit Ioacim, & Ioacim genuit
11 Eliaſib, & Eliaſib genuit Ioiada, *& Io-
iada genuit Ionathan, & Ionathan ge-
12 nuit Ieddoa. *In diebus autem Ioacim
erant ſacerdotes -1 MS. H. Verùm à R. B. & G. interjicitur. &' principes familia-
rum: Saraiæ, Maraia: Ieremiæ, Hanania:

Eſdræ,

Esdræ, Mosollam: Amariæ, Iohanan:
*Milicho, Ionathan: Sebeniæ, Ioseph: 14
*Haram, Edna: Maraioth, Helci: 15
*Adaiæ, Zacharia, Genthō, Mosollam: 16
*Abiæ, Zechri: Miamin & Moadiæ, 17
Phelti: *Belgæ, Sammua: Semaiæ, Io- 18
nathan: *Ioiarib, Mathanai: Iodaiæ, 19
Azzi: *Sellai, Celai: Amoc, Heber: 20
*Helciæ, Hasebia: Idaiæ, Nathanael. 21
*Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & 22
Iohanan, & Ieddoa scripti principes familiarum, & sacerdotes in regno Darij Persæ. *Filij Leui principes familiarum, 23
scripti in Libro verborum dierum, & vsque ad dies Ionathan filij Eliasib. *Et 24
principes Leuitarum, Hasebia, Serebia, & Iesue filius Cedmiel: & fratres eorum per vices suas, vt laudarent & confiterentur iuxta præceptū Dauid viri Dei, & obseruarent æquè per ordinē. *Ma- 25
thania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub custodes portarum & vestibulorū ante portas. *Hi in diebus 26
Ioacim filij Iosue, filij Iosedec, & in dieb⁹ Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæque. *In dedicatione autē muri Ieru- 27
salem requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerēt eos in Ierusalem, & facerent dedicationem & lætitiam in actione gratiarum, & cantico, & in cymbalis, psalteriis, & citharis. *Congrega- 28
ti sunt autem filij cantorum, de campestribus circa Ierusalem, & de villis Nethuphati, *& de domo Galgal, & de re- 29
gionibus Geba & Azmaueth: quoniam villas ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. *Et mundati sunt sa- 30
cerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum. *Ascen- 31
dere autē feci principes Iuda super murum, & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinij. *Et iuit 32
post eos Osaias, & media pars principum Iuda, *& Azarias, Esdras, & Mosollam, 33
Iuda, & Ben-iamin, & Semeia, & Ieremias. *Et de filiis sacerdotum in tubis 34
Zacharias filius Ionathan, filius Semeię, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph, *& fratres eius 35
Semeia, & Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Iuda, & Hanani, in vasis cantici Dauid viri Dei: & Esdras
36 scriba ante eos *in porta Fontis. Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in ascensu muri super domū Dauid, & vsque ad portam Aquarum ad
37 Orientem. *Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, & ego post eum, & media pars populi super murum & super turrim furnorum, & vsque ad
38 murum latissimum, *& super portam Ephraim, & super portam antiquam, & super portam piscium & turrim Hananeel, & turrim Emath, & vsque ad portam gregis: & steterunt in porta custo-
39 diæ, *steterúntque duo chori laudantiū in domo Dei, & ego, & dimidia pars
40 magistratuum mecum. *Et sacerdotes, Eliacim, Maasia, Miamin, Michéa, Elio-
41 enai, Zacharia, Hanania in tubis, *& Maasia, & Semeia, & Eleazar, & Azzi, & Iohanan, & Melchia, & Aelam, & Ezer. Et clarè cecinerunt cantores, &
42 Iezraia præpositus: *& immolauerunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos lætitia magna. Sed & vxores eorum & liberi gauisi
43 sunt, & audita est lætitia Ierusalem procul. *Recensuerunt quoque in die illa viros super gazophylacia thesauri, ad libamina, & ad primitias, & ad decimas, vt introferrent per eos principes ciuitatis in decore gratiarum actionis, sacerdotes & Leuitas: quia lætificatus est Iuda,
44 in sacerdotibus & Leuitis astantibus. *Et custodierunt obseruationem Dei sui, & obseruationem expiationis, & cantores, & ianitores iuxta præceptum Dauid, &
45 Salomonis filij eius. *quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum in carmine laudan-
46 tium, & confitentium Deo. *Et omnis Israel, in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus & ianitoribus per dies singulos, & sanctificabant Leuitas, & Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

CAP. XIII.

1 IN die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo: '& in- Deut. 23.
uentum

uentum est scriptum in eo, quòd non debeāt introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei, vsque in æternum:
2 *eò quòd non occurrerint filiis Israel cum pane & aqua: & cōduxerint aduersum eos Balaam, ad maledicendum eis; & conuertit Deus noster maledictionem in benedictionem. *Factum est au- 3
tem cùm audissent legem, separauerunt omnem alienigenam ab Israel. *Et, super 4
hoc erat Eliasib sacerdos qui fuerat præpositus in gazophylacio domus Dei nostri, & proximus Tobiæ. *Fecit ergo sibi 5
gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini, & olei, partes Leuitarum, & cantorum, & ianitorum, & primitias sacerdotales. *In 6
omnibus autem his nō fui in Ierusalem, quia anno tricesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem: & in fine dierum rogaui regem. *Et veni in 7
Ierusalē, & intellexi malū quod fecerat Eliasib Tobiæ vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei: *Et malum mihi 8
visum est valde. Et proieci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio. *Præcepí- 9
que & emundauerunt gazophylacium: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium & thus. *Et cognoui quòd partes Leui- 10
tarum non fuissent datę: & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis, & cantoribus, & de his qui ministrabant:
& egi causam aduersum magistratus, 11
& dixi, Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos: & feci stare in stationibus suis. *Et omnis Iuda appor- 12
tabat decimam frumenti, vini & olei in horrea. *Et constituimus super horrea 13
Selemiam sacerdotē, & Sadoc scribam, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum. *Meméto mei Deus meus pro hoc, 14
& ne deleas miserationes meas quas feci in domo Dei mei, & in ceremoniis eius.
*In diebus illis vidi in Iuda calcantes 15
torcularia in sabbatho, portantes aceruos, & onerantes super asinos vinum, & vuas, & ficus, & omne onus: & inferentes in Ierusalem, die sabbathi. Et contestatus sum vt in die qua vendere li-
16 ceret, venderent. *Et Tyrij habitauerunt in ea, inferentes pisces, & omnia venalia: & vendebant in sabbathis filiis
17 Iuda & Ierusalem: *& obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis, Quæ est hæc res mala quam vos facitis, & prophanatis
18 diem Sabbathi? *Nunquid non hæc fecerunt patres 'nostri', & adduxit Deus 'vestri t MS. R. H. G.
noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel violando Sabba-
19 thum. *Factum est autem, cùm quieuissent portæ Ierusalem in die Sabbathi, dixi: & clausérunt ianuas, & præcepi vt non aperirent eas vsq. post Sabbathum: & de pueris meis constitui super portas, vt nullus inferret onus in die Sabbathi.
20 *Et mansérunt negotiatores, & vendentes vniuersa venalia, foris Ierusalem
21 semel & bis. *Et contestatus sum eos, & dixi eis, Quare manetis ex aduerso muri? si secundò hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaq. ex tempore illo non ve-
22 nerunt in Sabbatho. *Dixi quoq. Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandā diem Sabbathi: & pro hoc ergo meméto mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum.
23 *Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas,
24 & Moabitidas. *Et filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iu-
25 xta linguam populi & populi. *Et obiurgaui eos, & maledixi. Et cecídi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in Deo, vt non darent filias suas filiis eorum, & nō acciperent de filiabus eorum
26 filiis suis, & sibimetipsis, dicēs, *'Nunquid non in huiusce modi re peccauit Salomon rex Israel? & certè in gentibus multis non erat rex similis ei: & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israel: '& ipsum 3 Reg. 3, 7. 3 Reg. 11, 4.
ergo duxerunt ad peccatū mulieres alie-
27 nigenæ. *Nunquid & nos inobedientes

faciemus omne malum grande hoc vt
præuaricemur in Deo noſtro, & ducamus vxores peregrinas? [28] De filijs autem
Ioiada filij Eliaſib ſacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me. [29] Recordare Domine Deus
meus aduerſum eos qui polluunt ſacerdotium, iúſq. ſacerdotale & Leuiticum.
[30] Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis: & conſtitui ordines ſacerdotum
& Leuitarum, vnumquemque in mini[31] ſterio ſuo: & in oblatione lignorum
in temporibus conſtitutis, & in primitiis: memento mei Deus meus in bonum. Amen.

LIBER TERTIVS ESDRÆ,

qui canonicus non eſt.

CAPVT I.

4Re.23,21. 2 Par.35,1.

[1] FECIT Ioſias Paſcha in Ieroſolymis Domino, & immolauit Phaſe quartadecima luna primi mẽſis, [2] ſtatuens ſacerdotes per vices dierum ſtolis amictos in templo Domini: [3] & dixit Leuitis ſacris ſeruis Iſrael, vt ſanctificarent ſe Domino in poſitione ſanctæ arcæ Domini, in domo, quam ædificauit Salomon filius Dauid rex: [4] Non erit vobis tollere ſuper humeros eam. Et nunc deſeruite Domino veſtro, & curam agite gentis illius Iſrael, ex parte ſecundum pagos & tribus 'veſtras', [5] ſecundum ſcripturam Dauid regis Iſrael, & ſecundum magnificentiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & ſecundum particulam principatus paternam veſtram eorum qui ſtant in conſpectu fratrum filiorum Iſrael. [6] Immolate Paſcha, & ſacrificia parate fratribus veſtris, & facite ſecũdùm præceptum Domini, quod datum eſt Moyſi. [7] Et donauit Ioſias in plebẽ quæ inuenta eſt, ouium, agnorum, & hœdorum, & caprarum triginta millia, vitulos tria millia. [8] hæc de regalibus data ſunt ſecundùm promiſſionem populo: & ſacerdotibus in Paſcha, oues numero duo millia, ac vituli centum. [9] Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Haſabias, & Oziel, & Coraba in Phaſe, oues quinque millia, vitulos quin-

'noſtras o.

[10] gentos. Et hæc cùm fierent eleganter, ſteterunt ſacerdotes & Leuitæ, habentes
[11] azyma per tribus. Et ſecundùm partes principatus patrum, in conſpectu populi offerebant Domino, ſecundùm ea
[12] quæ in Libro Moyſi ſcripta ſunt: & aſſauerunt Phaſe igni prout oportebat: & hoſtias coxerunt in 'emolis', & in ollis
[13] cum beneuolentia: & attulerunt omnibus qui erant ex plebe: & poſt hæc paraverunt ſibi & ſacerdotibus. [14] Sacerdotes enim offerebant adipes, vſque dum finita eſſet hora: & Leuitæ parauerunt ſibi, & fratribus ſuis, filiis Aaron.
[15] Et ſacri cantores filij Aſaph erant per ordinem ſecundum præceptum Dauid, & Aſaph, & Zacharias, & Ieddimus,
[16] qui erat à rege. Et oſtiarij per ſingulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnuſquiſque ſuam: fratres enim illorum paraverunt illis. [17] Et cõſummata ſunt quæ
[18] pertinebant ad ſacrificium Dñi. In illa die egerunt Phaſe, & offerebant hoſtias ſuper Dñi ſacrificium, ſecundum præceptum regis Ioſiæ. [19] Et egerunt filij Iſrael,
[20] qui inuẽti ſunt in tempore illo Phaſe: & diem feſtum azymorũ per dies ſeptem.
[21] & non eſt celebratũ Phaſe tale in Iſrael, à tẽporibus Samuelis prophetæ: & omnes reges Iſrael nõ celebrauerũt tale Paſcha, quale egit Ioſias, & ſacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Iſrael, qui inuenti ſunt in cõmoratione Ieroſolymis.
[22] Octauo decimo anno regnante Ioſia,
[23] celebratum eſt Phaſe. Et directa ſunt opera

'mutentia 9 MS. id quod non eſſe videtur ex Graco ἀμετέι as, quod pietate eſt tranſlatum.

'mutentis' ſ. & quæ circa
illum quidem conſcripta ſunt in priſtinis temporibus de eis qui peccauerunt,
quíque irreligioſi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæſierunt
verba Domini ſuper Iſrael. [25] Et poſt om-
nem actum hunc Ioſiæ, aſcendit Pharao rex Ægypti, veniens in Charcamis ab itinere ſuper Euphrátẽ, & exiit obuiam illi Ioſias. [26] Et miſit rex Ægypti ad Ioſiã, dicens, Quid mihi & tibi eſt rex Iudæ? [27] Non ſum miſſus à Domino vt pugnem contra te: ſuper Euphráten enim bellum meum eſt: feſtinans deſcende.
[28] Et non eſt reuerſus Ioſias ſuper currum: ſed expugnare eum conabatur, non attendens verbum prophetæ ex ore Domini: [29] ſed conſtituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et deſcenderunt principes ad regem Ioſiam. [30] Et dixit rex pueris ſuis, Amouete me à prœlio; infirmatus ſum enim valde. Et ſtatim amouerunt eum pueri ipſius de acie. [31] Et aſcendit ſuper currum ſecundarium ſuum: & perueniens Ieroſolymam, vita functus eſt, & ſepultus eſt in paterno ſepulchro.
[32] Et in tota Iudæa lugebant Ioſiam: & qui præſidebant, cum vxoribus lamentabant eum vſq. in hunc diem. Et datum eſt hoc fieri ſemper in omne gen' Iſrael.
[33] Hæc autem prę ſcripta ſunt in Libro hiſtoriarum regum Iudæ: & ſingula geſta actus Ioſiæ, & eius gloria, & intellectus eius in lege Domini: quæque geſta ſunt ab eo, & quæ nõ ſcripta ſunt in Libro re-
4Re 23.30. 2 Par.36.1. 'Ioachaz o. gum Iſrael & Iudæ. [34] Et aſſumentes qui erant ex gente 'Iechoniam' filium Ioſiæ, conſtituerunt regem pro Ioſia patre ſuo cùm eſſet annorum triginta trium. [35] Et regnauit ſuper Iſrael menſibus tribus.
[36] Et amouit eum rex Ægypti, ne regnaret in Ieroſolymis: & mulctauit gentem argenti talenta centũ, & auri talentum vnum. [37] Et conſtituit rex Ægypti Ioacim fratrem ipſius, regẽ Iudæ & Ieruſalem. [38] Et alligauit magiſtratus Ioacim, & Zaracelẽ fratrẽ ſuum, & apprehendens reduxit in Ægyptum. [39] Annorum erat Ioacim viginti quinq., cùm regnare cœ-

piſſet in Terra Iuda & Ieruſalem: & fecit
[40] malũ in conſpectu Domini. Poſt hunc autem aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & alligans eum in æreo vin-
[41] culo, perduxit in Babyloniam: & ſacra vaſa Domini accepit Nabuchodonoſor, & tulit, & conſecrauit in templo
[42] ſuo in Babylonia. Nam de immunditia illius, & irreligioſitate ſcriptum eſt in
[43] Libro temporum regum. Et regnauit Ioachin filius eius pro eo. Cùm aũt conſtitutus eſſet rex, erat annorũ 'decem &
[44] octo. Regnauit autẽ menſes tres, & dies decem in Ieruſalem, & fecit malum in
[45] conſpectu Domini: & poſt annũ mittens Nabuchodonoſor, tranſmigrauit eum in Babyloniam ſimul cum ſacris vaſis Domini. Et conſtituit Sedeciam re-
[46] gem Iuda, & Ieruſalem, cùm eſſet annorum viginti vnius: regnauit autem annis
[47] vndecim. Et fecit malum in conſpectu Domini, & non eſt veritus à verbis 'quæ dicta ſunt ab Ieremia propheta ex
[48] ore Domini: & adiuratus à rege Nabuchodonoſor, periurans diſceſſit: & indurata ceruice ſua, & corde ſuo, tranſgreſſus eſt legitima Domini Dei Iſrael.

'octo 1 MS. Textũ quarto Reg. margo G. & 2. Paral. conſonat. hic, ſubauditur maior numerus, qui illic exprimitur.

Ier.37,2.

[49] Et duces populi Domini multa iniquè geſſerunt, & impiè egerunt ſuper omnes immunditias gentiũ: & polluerunt templum Domini, quod ſanctum erat
[50] in Ieroſolymis. Et miſit Deus patrum ipſorum per angelum ſuum reuocare eos, propter quod parceret illis, & taber-
[51] naculo ſuo. Ipſi verò ſubſannabant in angelis ſuis: & qua die locutus eſt Dominus, erant illudentes prophetis eius.
[52] Qui vſque ad iracundiam concitatus eſt ſuper gentem ſuam propter irreligioſitatem ſuam, & præcepit aſcende-
[53] re reges Chaldæorum. Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu ſancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & ſeni, & virgini, & adoleſcenti: [54] ſed omnes traditi ſunt in manus ipſorum: & omnia ſacra vaſa Domini, & regales apothecas reſumentes, tulerunt in Babyloniam, & incenderunt
[55] domum Dñi, & demolierunt muros Ieruſalem: & turres eius incenderunt igne,

& consummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt, & reliquos à gladio duxerunt in Babylonem. Et erant serui illius vsque dum regnarẽt Persæ in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ: quousque benignè ageret terra sabbatha sua, omni tempore desertionis suæ sabbathizauit in applicatione annorum septuaginta septem.

Ier.25,12. & 29,10. Dan.9,2.

"septuaginta 9 Ms. Gq.

CAP. II.

REgnante Cyro rege Persarũ in consummatione verbi Domini in ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & prædicauit in toto regno suo simul per scripturam, dicens, Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Me constituit regem orbi terrarum Dominus Israel, Dominus excelsus, & significauit mihi ædificare domum sibi in Ierusalem, quæ est in Iudea. Si quis est ex genere vestro, dominus ipsius ascendat cum eo in Ierusalem. Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent eos qui sunt in loco ipso, in auro & argento, in dationibus cum equis & iumentis, cúmque aliis quæ secundùm vota apponuntur in ædem Domini, quæ est in Ierusalem. Et statẽs principes tribuum, pagorũ, & Iudææ ex tribu Ben-iamin, & sacerdotes, & Leuitæ, quos excitauit Dominus ascendere, & ædificare domũ Domini, quæ est in Ierusalem, & qui erant in circuitu eorum, adiuuerunt in omni auro & argento eius, & iumentis, & votis compluribus multi quorum sensus excitatus est. Et Cyrus rex protulit vasa sacra Domini, quę transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis ex Ierusalem, & consecrauit ea idôlo suo. & proferens ea Cyrus rex Persarum, tradidit Mithridato, qui erat super thesauros ipsius. Per hunc autem tradita sunt Salmanasaro pręsidi Iudææ. Horum autem hic numerus: Libatoria argentea duo millia quadringenta, athiscæ argenteæ triginta: phialæ aureæ triginta, item argenteæ, duo millia quadringentæ, & alia vasa mille. omnia autem vasa aurea & argentea, "quinque millia octingenta sexaginta".

2 Pa.36,22 2 Esd.1,1. & 6,3. Ier.26,13. & 29,10. Dan.9,2. 5 Esd.1,37. & 2,1. & 6,24.

"quinque millia quadringenta sexaginta. Quinque millia quadringenta sexaginta. Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum his qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ierosolymam. In Artaxerxis autem regis Persarum temporibus scripserunt ei de his qui habitabant in Iudæa & Ierusalem, Balsamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samelius scriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis, subiectam epistolam regi Artaxerxi.

DOMINE, pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius scriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœlesyria & Phœnice. Et nunc notum sit domino regi, quoniam Iudæi qui ascenderunt à vobis ad nos, venientes in Ierusalem ciuitatem refugam & pessimam, ędificant furnos eius, & statuunt muros, & templum suscitant. Quòd si ciuitas ista, & muri consummati fuerint, non tantùm tributa non sustinebunt pendere, sed etiam regibus resistent. Et quia id agitur circa templum, rectè haberi arbitrati sumus non despicere hoc ipsum: sed notum facere dño regi, vt si videbitur, rex, quæratur in libris patrum tuorum, & inuenies in admonitionibus scripta de his, & scies quoniam ciuitas ista fuit refuga, & reges, & ciuitates concutiens, & Iudæi refugæ, & prœlia cõmittentes in ea ab æterno, ob quam causam ciuitas ista deserta est. Nunc ergo notum facimus, domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, descẽsus tibi non erit in Cœlesyriam & Phœnicen. Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & cæteris constitutis, & habitantibus in Syria, & Phœnice, ea quæ subiecta sunt.

LEGI epistolam quam misistis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inuentum est, quoniam ciuitas illa est ab æuo regibus resistens, & homines refugæ, & prœlia in ea efficientes, & reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes, & tributa exigentes à Cœlesyria & Phœnice. Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & prohibere

"quinque millia quadringenta sexaginta. quinque millia octingenta sexaginta.

& prohibere nequid vltrà hæc fiant. sed nec procedant in plurimum, ex quo sunt malitiæ, ita vt regibus molestia importetur. Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe scripta fuerant, Rathimus, & Sabellius scriba, & qui cum his constituti erant iungẽtes festinanter venerunt in Ierusalem cum equitatu, & turba, & agmine: cœperúntq. ædificantes prohibere, & vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem, vsq. secundo anno regni Darij regis Persarum.

CAP. III.

REx Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo ab India vsque Æthiopiam, centum vigintiseptem prouinciis. Et cùm manducassent, & bibissent, & satiati reuerterentur, tunc Darius rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergefactus est. Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri, Dicamus vnusquisq. nostrũ sermonem qui præcellat: & cuiuscunq. apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna; purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo freno, & cidarim byssinam, & torquem circa collum: & secundo loco sedebit à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur. Tunc scribẽtes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruical Darij regis, & dixerunt, Cùm surrexerit rex, dabimus illi scripta nostra: & quodcumq. iudicauerit rex è tribus, & magistratus Persidis, quoniã verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est. Vnus scripsit, Forte est vinum. Alius scripsit, Fortior est rex. Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. Et cùm surrexisset rex, acceperunt scripta sua & dederunt illi, & legit. Et mittens vocauit omnes magistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos: & sederunt in concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis. Et dixit, Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt & introierunt. Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini, & dixit, Viri, quàm prævalet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud! seducit mẽtem. Itémq. regis & orphani facit mentem vanam. Item serui ac liberi pauperis ac diuitis, & omnem mentem conuertit in securitatẽ & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiam & debitum, & omnia præcordia facit honesta, & nõ meminit regem, nec magistratum, & omnia per talenta loqui facit. Et non meminerunt, cùm biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multùm pòst sumunt gladios. Et cùm à vino merserint & surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt. O viri, num præcellit vinum? quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

CAP. IIII.

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis: O viri, num prȩcellunt homines, qui terram & mare obtinẽt, & omnia quæ in eis sunt? Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcunq. dixerit illis, faciunt. Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes, & muros, & turres. Iugulantur, & iugulant, & regis verbum non prætereunt. nam si vicerint, afferunt regi omnia quæcunque prædati fuerint. Similiter & alij omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram; rursum cùm fuerint metentes, afferunt tributa regi: & ipse vnus solus si dixerit occidite, occidunt: dixerit remittite, remittunt: dixerit percutite, percutiunt: dixerit exterminate, exterminant: dixerit ædificate, ædificant: dixerit excidite, excîdunt: dixerit plantate, plantant: & omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & super hoc ipse recumbit, & bibit, & dormit. Hi autem custodiunt in circuitu eum, &

non possunt ire singuli, & facere opera
sua, sed in dicto obaudientes sunt ei. [12] Viri quo modo nõ prȩcellit rex, qui sic diffamatur? Et tacuit. [13] Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui. [14] Viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis est ergo, qui dominatur eorum? [15] Nónne mulieres genuerunt regem, & omnem populum, qui dominatur mari & terræ: [16] & ex illis nati sunt, & ipsæ educauerũt eos qui plãtauerunt vineas ex quibus vinum fit? [17] Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus. [18] Si congregauerint aurum & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem vnam bono habitu & bona specie, [19] omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, & omnem rem pretiosam.

[20] Homo patrem suum relinquit qui enutrijt illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit. [21] Et cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem. [22] Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominãtur vestri. Nónne doletis? [23] Et accipit homo gladium suum, & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare nauigare & flumina; [24] & leonem videt, & in tenebris ingreditur: & cùm furtum fecerit & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert. [25] Et iterum, diligit homo vxorem suam magis, quàm patrem aut matrem. [26] Et multi dementes facti sunt propter vxores suas: & serui facti sunt propter illas,

[27] & multi perierunt & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres. [28] Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum. [29] Videbam tamen Apemen filiam Bezacis, mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram, [30] & auferentem diadema de capite eius, & imponẽtem sibi, & palmis cædebat regem de sinistra-

[31] nu. Et super hæc aperto ore intuebatur eam: & si arriserit ei, ridet. nam si indignata ei fuerit, blãditur, donec reconcilietur in gratiam. [32] O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra & excelsum est cælum: quis ista agit? [33] Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate. [34] O viri, nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: & velox cursus solis cõuertit in gyro cælũ in locum suũ in vna die. [35] Nónne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnib9? [36] Omnis terra veritatẽ inuocat, cælum etiam ipsam benedicit; & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum. [37] Vinũ iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis veritas, [38] & in sua iniquitate peribunt: & veritas manet & inualescit in æternum, & viuit [39] & obtinet in secula seculorum. Nec est apud eam accipere personas, neq; differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius. [40] Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis. [41] Et desijt loquendo. Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt, Magna est veritas, & præualet. [42] Tunc rex ait illi, Pete, si quid vis amplius, quàm quę scripta sunt; & dabo tibi, secundùm quod inuentus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. [43] Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem, in die qua regnũ accepisti: [44] & omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalem, remittere, quæ seposuit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi. [45] Et tu vouisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi quando exterminata est Iudæa à Chaldæis.

[46] Et nunc hoc est quod postulo, Dñe, & quod peto, hoc est maiestas quod à te postulo, vt facias votum quod vouisti regi cæli

regi cæli ex ore tuo. [47] Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum: & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & prefectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalem. [48] Et omnibus præfectis, qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano, scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalem, vt ædificarent cũ eis ciuitatem.

[49] Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum, [50] & omnem regionem quam obtinuerant immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella quæ obtinent Iudæorum, [51] & in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dum perædificaretur: [52] & super sacrarium holocautomata vstulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decem offerre per singulos annos,

[53] & omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem: vt esset libertas tam ipsis quàm filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt. [54] Scripsit autem & quãtitatem, & sacram stolam iussit dari, in qua deseruirent: [55] & Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qua consummabitur domus, & Ierusalem extruetur: [56] & omnibus custodientibus ciuitatem, scripsit dari ei sortes & stipendia. [57] Et dimisit omnia vasa quæcunq. seposuerat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcunq. dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem. [58] Et cùm processisset ille adolescens, eleuans faciem in Ierusalem, benedixit regem cæli, [59] & dixit, Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas. Et ego seruus tuus sum. [60] Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum nostrorum. [61] Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. Et venit, & nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia.

[62] Et benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium, [63] vt ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nõminatum est nomen eius in ipso: & exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.

CAP. V.

[1] POst hæc autem electi sunt, vt ascenderent principes pagorum per domos, & tribus suas, & vxores illorum, & filij & filiæ eorum, & serui & ancillæ [2] ipsorum, & pecora eorum. Et Darius rex misit vnà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ierusalẽ cum pace, & cum musicis, & cum tympanis & [3] tibiis: & omnes fratres erant ludentes, [4] & fecit eos ascendere simul cum eis. Et hæc sunt nomina virorum qui ascenderunt per pagos suos in tribus, & in partem principatus ipsorum. [5] Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aaron, Iesus filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares de tribu Iuda, [6] qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secundo anno regni ipsius mense [7] Nisan primo. Sunt autem hi qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem, & reuersus est in Ierusalem. [8] Et requisiuit partem Iudææ vnusquisq. in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel & Iesu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardochæo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro, Emonia [9] vnus de principibus eorum. Et numerus à gentilibus eorum, ex prępositis eorum filij Phares, duo millia centum [10] septuaginta duo: [11] filij Ares, tria millia centum quinquaginta septem: filij Phemo centum quadragintaduo: in filijs Iesu & Ioabes, mille trecentiduo:

[12] filij Demu, duo millia quadringenti septuaginta: filij Choraba, ducentiquinque: filij Banica, centum sexagintaocto:

[13] filij Bebech, quadringenti tres: filij Archad, quadringenti viginti septem:

[14] filij Cham, trigintaseptem: filij Zoroar, duo millia sexagintaseptem: filij [15] Adin, quadringenti sexaginta vnus: filij Aderectis, centum octo: filij Ciaso & Zelas, centum septem: filij Azoroc, quadringen-

dringenti trigintanouem: *filij Iedarbo- 16
ne, centũ trigintaduo: filij Ananiæ, cen-
tum triginta: filij Asoni, nonaginta: *fi- 17
lij Marsar, quadringenti vigintiduo: filij
Zabarus, nonagintaquinque: filij Sepo-
lemon, centum vigintitres: *filij Nepo- 18
pas, quinquagintaquinque: filij Hecha-
natus, centum quinquagintaocto: filij
Cebethamus, centum trigintaduo: *filij 19
Crearpatros, qui Enocadies, & Modiæ,
quadringenti viginti tres: qui ex Gramas
& Gabea, centum viginti vnus: *qui ex 20
Besselon, & Ceagge, sexagintaquinque:
qui ex Bastaro, centum vigintiduo.
*Qui ex Bechenobes, quinquaginta- 21
quinque: filij Liptis, centum quinqua-
gintaquinq.: filij Labõni, trecenti quin-
quagintaseptem: *Filij Sichem, trecenti 22
septuaginta: filij Suadõ, & Cliomus, tre-
centi septuagintaocto: *filij Ericus, duo 23
millia centum quadragintaquinque: filij
Anaas, trecenti septuaginta. Sacerdotes:
*Filij Ieddus, filij Euther, filij Eliasib, 24
trecenti septuagintaduo: filij Emerus,
ducenti quinquagintaduo: *filij Phasu- 25
rij, trecenti quinquagintaseptẽ: filij Ca-
ree, ducenti vigintiseptem. * Leuitæ: 26
Filij Iesu in Caduhel, & Bamis, & Sere-
bias, & Edias, septuagintaquatuor. om-
nis numerus à duodecimo anno, trigin-
ta millia quadringenti sexaginta duo.
*filij, & filiæ, & vxores, omnis com- 27
putatio, quadraginta millia ducẽti qua-
dragintaduo. *Filij sacerdotum, qui 28
psallebant in templo: filij Asaph, cen-
tum vigintiocto. *Ostiarij verò: filij 29
Esmenni, filij Azer, filij Ammon, filij
Accuba, Topa filij Tobi, omnes centum
trigintanouem. *Sacerdotes seruientes 30
in templo: filij Sel, filij Gaspha, filij To-
bloch, filij Cariæ, filij Su, filij Hellu, filij
Labana, filij Armacha, filij Accub, filij
Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij Obai,
filij Anani, filij Canna, filij Geddu, *filij 31
An, filij Radin, filij Desanõ, filij Nacho-
ba, filij Casseba, filij Gaze, filij Ozui, filij
Sinone, filij Attre, filij Hastem, filij Asia-
na, filij Manei, filij Nasissim, filij Accu-
su, filij Agista, filij Azui, filij Fauon, filij
Phasalon, *filij Meedda, filij Phusa, filij 32
Caree, filij Barcus, filij Saree, filij Coesi,
33 filij Nasith, filij Agisti, filij Pedon. *Sa-
lomon filij eius filij Asophot, filij Phasi-
da, filij Celi, filij Dedon, filij Gaddahel,
34 filij Sephegi, *filij Aggia, filij Sacha-
reth, filij Sabbathen, filij Caroneth, fi-
lij Malsith, filij Amæ, filij Sasus, filij Ad-
dus, filij Suba, filij Eura, filij Rahotis,
35 filij Phasphat, filij Malmon. *omnes
sacro seruientes, & pueri Salomonis,
36 quadringenti octogintaduo. *Hi sunt
filij qui ascenderunt à Thel-mela, Thel-
harsa: principes eorum Carmellam, &
37 Careth: *& non poterant edicere ciui-
tates suas, & progenies suas, quemad-
modum sint ex Israël. Filij Dalari, filij
38 Tubal, filij Nechodaici, *ex sacerdo-
tibus, qui fungebãtur sacerdotio: & non
sunt inuenti, filij Obia, filij Achisos, filij
Addin, qui accepit vxorem ex filiabus
39 Phargeleu: *& vocati sunt nomine eius
& horum quæsita est generis scriptura
in prædatura, & non est inuenta, & pro-
40 hibiti sunt sacerdotio fungi. *Et dixit
illis Nehemias & Astharas, Ne partici-
pentur sancta, donec exurgat pontifex
doctus in ostensionem & veritatem.
41 *Omnis autem Israel erat exceptis ser-
uis & ancillis, quadragintaduo millia
42 trecenti quadraginta. *Serui horum
& ancillæ, septem millia trecenti trigin-
taseptem. Cantores & cantatrices, du-
43 centi sexagintaquinque. *Cameli, qua-
dringẽti trigintaquinque. Equi, septem
millia trigintasex. Muli ducenta millia
quadragintaquinque. Subiugalia quin-
44 que millia vigintiquinque. *Et de præ-
positis ipsis per pagos dum venirent in
templum Dei, quod erat in Ierusalem,
"innouare &' suscitare templum in loco
suo, secundum suam virtutem: &" dari'
45 in templum "thesaurum' *operum sa-
crum auri mnas "duodecim millia', &
mnas argenti quinq. millia, & stolas sa-
46 cerdotales centum. *Et habitauerunt
sacerdotes & Leuitæ, & qui exierant de
plebe in Ierusalem & in regione, & sacri
cantores, & ostiarij & omnis Israel in re-
47 gionibus suis. *'Instante autem septi-
mo mense, cúmq. essent filij Israël vnus-
quisque

"renouari MS. 6. "dirue ms 6. *thesaurum MS. 6. "mille MS. 6. "nouem millia. "viginti millia Q.

*1 Esd. 5, 1. *1 Esd. 5, 2.

quisque in suis rebus, conuenerunt vna-
nimes in atrium, quod erat ante ianuam
Orientalem. *Et stantes Iesus filius Io- 48
sedec, & fratres eius sacerdotes, & Zo-
robabel filius Salathiel, & huius fratres,
parauerunt altare, *vt offerrent super 49
illud holocautomata, secundùm quæ in
Libro Moysi hominis Dei scripta sunt.
*Et conuenerunt ibi ex aliis nationi- 50
bus terræ, & erexerunt sacrarium in lo-
co suo omnes gentes terræ, & offere-
bant hostias, & holocautomata Domi-
no matutina. *Et egerũt scenopegiam, 51
& diem solennem, sicut præceptum est
in lege: & sacrificia quotidie, sicut opor-
tebat: *Et post hæc oblationes institu- 52
tas, & hostias sabbathorum, & neome-
niarum, & dierum solennium omnium
sanctificatorum. *Et quotquot voue- 53
bant Domino à neomenia septimi men-
sis, cœperunt hostias offerre Deo, &
templum Domini nondum erat ædifi-
catum. *Et dederunt pecuniam lapi- 54
dariis & fabris, & potũ & pabula cum
gaudio. *Et dederunt carra Sidoniis, 55
& Tyriis, vt transueherent illis de Liba-
no trabes cedrinas, & facerent rates in
Ioppe portu, secũdum decretum quod
scriptum erat eis à Cyro rege Persarum.
*Et in secundo anno venientes in tem- 56
plum Dei in Ierusalem, mense secundo
inchoauit Zorobabel filius Salathiel, &
Iosue filius Iosedec, & fratres ipsorum,
& sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui
venerant de captiuitate in Ierusalem:
*& fundauerunt templum Dei noui- 57
lunio secundi mensis secundi anni, cùm
venissent in Iudæam & Ierusalem. *Et 58
statuerunt Leuitas à viginti annis, super
opera Domini: & stetit Iesus & filius
eius, & fratres omnes Leuitæ conspi-
rantes, & executores legis, facientes o-
pera in domo Domini. *Et steterunt 59
sacerdotes habentes stolas cum tubis:
& Leuitæ filij Asaph, habentes cymba-
la, *collaudantes Dominum, & be- 60
nedicentes secundùm Dauid regem Is-
rael. *Et cantabant canticum Domi- 61
no, quoniam dulcedo eius, & honor in
secula super omnem Israel. *Et omnis 62
populus tuba cecinerunt, & proclamá-
uerunt voce magna, collaudantes Do-
minum in suscitatione domus Domini.
*Et venerunt ex sacerdotibus & Leui- 63
tis, & præsidentibus secundùm pagos
senioribus, qui viderant pristinam do-
mum: *& ad huius ædificationem cum 64
clamore & planctu magno, & multi
cum tubis & gaudio magno: *in tan- 65
tum vt populus non audiret tubas pro-
pter planctum populi. Turba enim erat
tubis canens magnificè, ita vt longè au-
diretur. *'Et audierunt inimici tribus 66 *1 Esd. 4, 1.
Iudæ, & Ben-iamin: & venerunt scire
quæ esset vox tubarum. *Et cogno- 67
uerunt, quoniam qui erant ex captiui-
tate ædificant templum Domino Deo
Israel. *Et accedentes ad Zorobabel & 68
Iesum, præpositos pagorum, dixerunt
eis, Ædificabimus vnà vobiscum. *Si- 69
militer enim audiuimus Dominum ve-
strum, & ipsi pariter incedimus à diebus
Asbazareth regis Assyriorum, qui trans-
migrauit nos huc. *Et dixit illis Zo- 70
robabel, & Iesus, & principes pagorum
Israel, *Non est nobis & vobis ædifi- 71
care domum Dei nostri. nos enim soli
ędificabimus Domino Israel secundùm
ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persa-
rum. *Gentes autem terræ incumben- 72
tes his qui sunt in Iudæa, & leuãtes opus
ædificationis & insidias, & populos ad-
ducentes, prohibebant eos ædificare,
*& aggressuras exercentes impedierũt, 73
ne consummaretur ædificiũ omni tem-
pore vitæ Cyri regis, & protraxerunt
structuram per biennium vsque ad Da-
rij regnum.

CAP. VI.

1 IN secundo autem anno regni Darij *1 Esd. 5, 1.
prophetauit Aggæus, & Zacharias fi-
lius Addin, prophetæ apud Iudæã & Ie-
rusalem in nomine Dei Israel super eos.
2 *Tunc stans Zorobabel filius Salathiel,
& Iesus filius Iosedec, inchoauerunt
ædificare domum Domini, quę est in Ie-
3 rusalem: *cùm adessent eis prophetæ
Domini, & adiuuarent eos. In ipso tem-
pore venit ad illos Sisennes subregulus
Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes

& ſodales eius, [4] & dixerunt eis, Quo præcipiente vobis domum hanc ædificatis, & tectum iſtud, & alia omnia perficitis? Et qui ſunt ſtructores qui hæc ædificant? [5] Et habuerunt gratiam viſitatione facta ſuper eos, qui erant ex captiuitate à Domino ſeniores Iudęorum, [6] & non ſunt impediti ædificare, donec ſignificaretur Dario de omnibus iſtis, & reſponſum acciperetur. [7] Exemplum epiſtolæ, quam miſerunt Dario, SISENNES ſubregulus Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales eius in Syria, & Phœnice præſides, regi Dario ſalutem.

[8] Omnia nota ſint domino regi, quòd cùm veniſſemus in regionem Iudææ, & introiſſemus in Ieruſalem, inuenimus ædificantes domum Dei magnam: [9] & templum ex lapidibus politis, & magnis & pretioſis materiis in parietibus, [10] & opera illa inſtanter fieri, & ſuffragare, & proſperare in manibus eorum, & in omni gloria quàm diligentiſſimè perfici.

[11] Tunc interrogauimus ſeniores, dicentes, Quo permittente vobis ædificatis domum iſtam, & opera hæc fundatis?

[12] Ideò autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi homines & præpoſitos, & nominum ſcripturam præpoſitorum poſtulauimus illos. [13] At illi reſponderunt nobis, dicentes, Nos ſumus ſerui Domini, qui fecit cælũ & terram:

[14] & ædificabatur hæc domus ante annos iſtos multos à rege Iſrael magno & fortiſſimo, & conſummata eſt. [15] Et quoniam patres noſtri exacerbantes erant, & peccauerunt in Deum Iſrael, tradidit eos in manus Nabuchodonoſor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum, [16] & domum iſtam demolientes incenderunt, & populum captiuum duxerunt in Babylonem. [17] In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ, ſcripſit Cyrus rex domum hanc ędificare: [18] & illa ſacra vaſa aurea & argentea quę extulerat Nabuchodonoſor de domo quę eſt in Ieruſalem, & conſecrauerat ea in ſuo templo, rurſus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita ſunt Zorobabel, & Salmanaſaro ſubregulo: [19] & præceptum eſt eis vt offerrent hæc vaſa, & reponerent in templo, quod erat in Ieruſalem, & ipſum templũ Dei [20] ædificare in loco ſuo. Tunc Salmanaſarus ſubiecit fundamenta domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem: & exinde vſque nunc ædificatur, & non accepit conſummationem. [21] Nunc ergo ſi iudicatur à te ô rex, perquiratur in regalib⁹ bibliothecis Cyri regis quæ ſunt in Babylonia: [22] & ſi inuẽtum fuerit conſilio Cyri regis cœptam eſſe ſtructuram domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem, & iudicatur à Domino rege noſtro, ſcribat de his nobis. [23] Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis, & inuentus eſt in Ecbathanis oppido, quod eſt in Media regione, locus vnus in quo ſcripta erant iſta, [24] ANNO primo regnante Cyro rex Cyrus præcepit domum Domini quæ eſt in Ieruſalem ædificare, vbi incendebant igni aſſiduo: [25] cuius altitudo ſit cubitorum decem, & latitudo cubitorum ſexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo eiuſdẽ regionis, & meniano vno nouo, & impendia dari de domo Cyri regis: [26] & ſacra vaſa domus Domini tam aurea quàm argentea, quę extulit Nabuchodonoſor in domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem, vbi [27] erant poſita, vt ponantur illuc: & præcepit curã agere Siſennem ſubregulum Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanem, & ſodales eius, & qui ordinati erant in Syria, & Phœnice præſides, vt abſtinerent [28] ſe ab eodem loco. Et ego quoque præcepi in totum ædificare: & proſpexi, vt adiuuent eos qui ſunt ex captiuitate Iudæorum, donec conſummetur templum ædis Domini. [29] & à vexatione tributorum Cœleſyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad ſacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros & arietes, & agnos: [30] ſimiliter autem & frumentum, & ſal, & vinum, & oleum inſtanter per ſingulos annos, prout ſacerdotes qui ſunt in Ieruſalem, dictauerunt conſumi quotidie ſine vlla dilatione, [31] vt offerantur libationes ſummo Deo pro rege & pueris eius,

ris eius, & orent pro ipſorum vita: [32] & denuntietur, vt quicunque tranſgreſſi fuerint aliquid ex his quæ ſcripta ſunt, aut ſpreuerint, accipiatur lignũ de ſuis propriis, & ſuſpendantur, & bona ipſorum regi aſcribantur. [33] Propterea & Dominus, cuius nomen inuocatum eſt ibi, exterminet omnem regem & gentem, qui manum ſuam extenderit prohibere, aut malè tractare domum Domini illam quæ eſt in Ieruſalem. [34] Ego Darius rex decreui quàm diligentiſſimè ſecundùm hæc fieri.

CAP. VII.

1 Eſd. 6, 13 TVnc Siſennes ſubregulus Cœleſyriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales obſecuti his quæ à Dario rege erant decreta, [2] inſiſtebant ſacroſanctis operib⁹ diligentiſſimè, cooperantes cum ſenioribus Iudęorum principibus Syrię, [3] & proſperata ſunt ſacroſancta opera, prophetãtibus Aggæo & Zacharia prophetis. [4] Et conſummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Iſrael, & ex conſilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis regis Perſarum. [5] Et conſummata eſt domus noſtra vſque ad tertiam & viceſimam diem menſis Adar, ſexto anno Darij regis. [6] Et fecerunt filij Iſrael, & ſacerdotes & Leuitæ, & cæteri qui erant ex captiuitate, qui appoſiti ſunt, ſecundùm ea quæ ſcripta ſunt in libro Moyſi.

[7] Et obtulerunt in dedicationem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, [8] & hœdos, pro peccatis vniuerſi Iſrael, duodecim, ſecundum numerum tribuum Iſrael. [9] Et ſteterunt ſacerdotes & Leuitæ amicti ſtolis per tribus, ſuper omnia opera Domini Dei Iſrael ſecundum librum Moyſi, & oſtiarij per ſingulas ianuas. [10] Et egerunt filij Iſrael cum his qui erant ex captiuitate illud Phaſe quartadecima luna menſis primi, quando ſanctificati ſunt ſacerdotes & Leuitæ. [11] Omnes filij captiuitatis non ſunt ſimul ſanctificati, quia Leuitæ omnes ſimul ſanctificati ſunt. [12] Et immolauerunt Phaſe, vniuerſi filij captiuitatis, & fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibimetipſis. [13] Et manducauerunt filij Iſrael, qui erant ex captiuitate omnes qui remanſerant ab omnibus execrationibus gentium terræquærentes Dominum, [14] & celebrauerunt diem feſtum azymorum ſeptem diebus epulantes in conſpectu Domini, quoniam conuertit conſilium regis Aſſyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Iſrael.

CAP. VIII.

1 Eſd. 7, 1. [1] ET poſt hunc regnante Artaxerxe Perſarum rege acceſſit Eſdras filius [2] Azariæ, filij Helciæ, filij Solome, [3] filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, filij Bocci, filij Abiſue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aaron primi ſacerdotis: [4] hic Eſdras aſcendit de Babylonia, cùm eſſet ſcriba & ingenioſus in lege Moyſi, quæ data eſt à Domino Deo Iſrael "docere" & facere'. [5] Et dedit ei rex gloriam, quòd inueniſſet gratiam in omni dignitate & deſiderio in conſpectu eius. [6] Et aſcenderunt ſimul cũ ipſo ex filiis Iſrael, & ſacerdotibus, & Leuitis, & ſacris cantoribus templi, & oſtiariis, & ſeruis templi in Ieruſalem. [7] Anno ſeptimo regnante Artaxerxe in quinto menſe, hic annus ſeptimus eſt regni, exeuntes de Babylonia nouilunio quinti menſis, [8] venerunt Ieroſolymam iuxta præceptum illius ſecundum proſperitatem itineris à Domino ipſorum datã eis. [9] In his enim Eſdras magnã diſciplinam obtinebat, ne prętermitteret quicquam eorum, quæ eſſent ex lege Domini & præceptis, & docendo vniuerſum Iſrael omnem iuſtitiam & iudicium. [10] Accedentes autem, qui ſcribebant ſcripta Artaxerxis regis, tradiderunt ſcriptũ quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Eſdram ſacerdotem, & lectorem legis Domini, cuius exemplum ſubiectum eſt. [11] Rex Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti & lectori legis Domini ſalutem. [12] Humanior ego iudicans in beneficiis, pręcepi eis qui deſiderant ex gente Iudæorum ſua ſponte, & ex ſacerdotibus, & Leuitis, qui ſunt in regno meo, comitari tecum in Ieruſalem. [13] Si qui ergo cupiunt ire tecũ, conueniant, & proficiſcantur ſicut placuit mihi &

"dicere 8. MS. -q.

mihi & ſeptem amicis meis conſiliariis:
13 ‡vt viſitent ea quæ aguntur ſecundùm Iudæam & Ieruſalem, obſeruantes ſicut habes in lege Domini, 14 ‡& ferant munera Domino Deo Iſrael, quæ voui ego & amici, Ieruſalem, & omne aurum & argentum, quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino in Ieruſalem cum illo, 15 ‡quod eſt donatum pro ipſa gente in templum Domini eorũ quod eſt in Ieruſalẽ: vt colligatur hoc aurum & argentũ ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his ſunt congruentia,
16 ‡vt offerant hoſtias Domino ſuper altare Domini ipſorum quod eſt in Ieruſalem. 17 ‡Et omnia quæcunq. volueris cum fratribus tuis facere auro & argẽto, perfice pro voluntate tua ſecundum præceptum Domini Dei tui: 18 ‡& ſacroſancta vaſa, quæ data ſunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ eſt in Ieruſalem:
19 ‡& cætera quæcunq. tibi ſubuenerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio: 20 ‡cùm volueris cũ fratribus tuis facere auro & argento, perfice ſecundùm voluntatẽ Domini. 21 ‡Et ego quidem rex Artaxerxes præcepi cuſtodibus theſaurorum Syriæ & Phœnicis, vt quæcunque ſcripſerit Eſdras ſacerdos & lector legis Domini, diligenter detur ei vſque ad argenti talenta centum, ſimiliter & auri: 22 ‡& vſque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcunque abundant ſine taxatione. 23 ‡Omnia ſecundum legem Dei fiant Deo altiſſimo, ne fortè exurgat ira in regno regis, & filij, & filiorum eius.
24 ‡Vobis autem dicitur, vt omnibus ſacerdotibus, & Leuitis, & ſacris cantoribus, & ſeruis templi, & ſcribis templi huius 25 ‡nullum tributum, neq. vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quiſquam poteſtatem obiicere eis quicquam. 26 ‡Tu autẽ Eſdra ſecundũ ſapientiam Dei conſtitue iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui legem Dei tui non nouerunt, doce: 27 ‡vt quotquot tranſgreſſi fuerint legem, diligenter plectantur ſiue morte ſiue cruciatu; ſiue etiam pecuniæ mulctatione vel abduction. 28 ‡Et dixit Eſdras ſcriba, Benedictus Deus patrum noſtrorum, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domum ſuam quæ eſt in Ieruſalem:
29 ‡& me honorificauit in conſpectu regis, & conſiliariorum, & amicorum, & 30 purpuratorum eius. ‡& ego conſtans animo factus ſum ſecundum opitulationem Domini Dei mei, & congregaui ex Iſrael viros, vt ſimul aſcenderẽt mecum.
31 ‡Et hi ſunt præpoſiti ſecundum ſuas 1.Eſd.1. patrias, & principatus portionales eorum qui mecum aſcenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis. 32 ‡Et ex filiis Phares, Gerſomus: ex filiis Siemarith, Amenus: filiorum Dauid, Acchus filius 33 Sceciliæ: ‡ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reuerſi ſunt viri centum quin- 34 quaginta: ‡ex filiis ductoris Moabilionis Zaraei, & cum ipſo viri ducenti 35 quinquaginta: ‡ex filiis Zachues, Iechonias Zechoeli, & cum ipſo viri ducenti 36 quinquaginta: ‡ex filiis Sala, Maaſias Gotholiæ, & cum ipſo viri ſeptuaginta: 37 ‡ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & 38 cum ipſo viri octoginta: ‡ex filiis Iob, Abdias Ieheli, & cum ipſo viri ducenti 39 duodecim: ‡ex filiis Baniæ, Salimoth, filius Ioſaphiæ, & cum ipſo viri centum 40 ſexaginta: ‡ex filiis Beer, Zacharias Be- 41 bei, & cum ipſo viri ducenti octo: ‡ex filiis Ezead, Iohannes Eccetan, & cum 42 ipſo viri centum decem: ‡ex filiis Adonicam ipſis poſtremis, & hæc ſunt nomina eorum, Eliphalam, filius Gebel, & Semeias, & cum ipſo viri ſeptuaginta.
43 ‡Et congregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati fuimus illic triduo, 44 & recognoui eos. ‡Et ex filiis ſacerdotum & Leuitarum non inueni illic. 45 ‡Et miſi ad Eleazarum, & Eccelon, & Maſman, & Maloban, & Enaathã, & Samea, & Ioribum, Nathan, Enuagam, Zachariam, & Moſolamum ipſos ductores & 46 peritos: ‡& dixi eis vt venirent ad Loddeum, qui erat apud locum gazophylacij. 47 ‡Et mandaui eis vt dicerent Loddeo & fratribus eius, & illis qui erant in gazophylacio, vt mitterent nobis eos qui ſacerdotio fungerentur in domo Domini Dei

ni Dei noſtri, 48 ‡& adduxerunt nobis ſecundùm manum validam Domini Dei noſtri viros peritos: ex filiis Moholi, filij Leui, filij Iſrael, Sedebian, & filios & fratres, qui erant decem & octo: 49 ‡Asbiam & Amin ex filiis filiorum Chananæi, & filij eorum viri viginti. 50 ‡Et ex his qui templo ſeruiebant, quos dedit Dauid, & ipſi principes ad operationem Leuitis templo ſeruientiũ ducenti viginti. Omnia nomina ſignificata ſunt in ſcripturis.
51 ‡Et voui illic ieiunium iuuenibus in conſpectu Dei, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiſcum erant, & filiis, & pecoribus, propter inſidias.
52 ‡Erubui enim petere à rege pedites & equites in comitatu, tutelæ gratia contra aduerſarios noſtros. 53 ‡Diximus enim regi, quoniam virtus Domini erit cum eis qui inquirunt eum in omni affectu.
54 ‡Et iterũ deprecati ſumus Dominum Deum noſtrum ſecundùm hæc: quem & propitiũ habuimus, & compotes facti ſumus Deo noſtro. 55 ‡Et ſeparaui ex plebis præpoſitis, & ſacerdotibus templi viros duodecim, & Sedebiam, & Aſannam, & cum eis ex fratribus eorum viros decem. 56 ‡& appendi eis aurum & argentũ & vaſa ſacerdotalia domus Dei noſtri, quæ donauerat rex, & conſiliarij eius, & principes, & omnis Iſrael. 57 ‡Et cùm appendiſſem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vaſa argentea talentorum centum, & auri talenta centum, 58 ‡& vaſorum aureorum ſepties viginti, & vaſa ærea de bono æramento ſplendẽtia, duodecim, auri ſpeciem reddentia: 59 ‡& dixi eis, Et vos ſancti eſtis Domino, & vaſa ſunt ſancta, & aurum, & argẽtum votum eſt Domino Deo patrum noſtrorum. 60 ‡Vigilate & cuſtodite, donec tradatis ex plebis præpoſitis, & ſacerdotibus, & Leuitis, & principibus ciuitatum Iſrael in Ieruſalem, in paſtophorio domus Dei noſtri. 61 ‡Et hi qui ſuſceperunt ſacerdotes & Leuitæ aurum & argentum, & vaſa, intulerunt in Ieruſalem in templũ Domini. 62 ‡Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima menſis primi, vſquequo introiuimus in Ieru- 63 ſalem. ‡Et cùm factus fuiſſet tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum, & argentum traditum eſt in domo Domini Dei noſtri Marimoth filio Iori 64 ſacerdoti: ‡& cum ipſo erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipſis Ioſadus filius Ieſu, & Medias, & Banni filius Leuitæ, ad numerum, & ad põdus vniuer- 65 ſa. ‡Et ſcriptum eſt pondus ipſorum 66 eadem hora. ‡Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt ſacrificium Domino Deo Iſrael, tauros duodecim pro 67 omni Iſrael, arietes octogintaſex, ‡agnos ſeptuaginta duos, hircos pro peccato duodecim, & pro ſalute vaccas duode- 68 cim, omnia in ſacrificium Domini. ‡Et relegerunt præcepta regis regalibus diſpenſatoribus, & ſubregulis Cœleſyriæ, & Phœnicis: & honorificauerunt gen- 69 tem, & templum Domini. ‡Et conſummatis his, acceſſerunt ad me præpoſiti, dicentes, Non ſegregauerunt genus Iſ- 1.Eſd.9. rael, & principes, & ſacerdotes, & Leui- 70 tæ, ‡& alienigenæ gentes, & nationes terræ immunditias ſuas à Chananæis & Hethæis & Pherezæis, & Iebuſæis & 71 Moabitis & Ægyptiis & Idumæis. ‡coniuncti enim ſunt filiabus eorum & ipſi, & filij eorum: & miſtum eſt ſemen ſanctum alienigenis gẽtibus terræ: & participes erant præpoſiti, & magiſtratus ini- 72 quitatis eius ab initio ipſius regni. ‡Et mox vt audiui iſta, conſcidi veſtimenta & ſacram tunicam: & lacerans capillos capitis & barbam, ſedi dolens & mœ- 73 ſtus. ‡Et conuenerunt quotquot tunc mouebãtur in verbo Domini Dei Iſrael ad me lugentem ſuper iniquitatẽ iſtam: & ſedebam triſtis vſque ad ſacrificium 74 veſpertinum. ‡Et conſurgens à ieiunio, conſciſſa habens veſtimenta & ſacram tunicam, ingeniculans, & extẽdens ma- 75 nus ad Dominum, ‡dicebam, Domine confuſus ſum, & reueritus ſum ante fa- 76 ciem tuam. ‡Peccata enim noſtra multiplicata ſunt ſuper capita noſtra, & iniquitates noſtræ exaltatæ ſunt vſque ad 77 cælum, ‡quoniam à temporibus patrum noſtrorum ſumus in magno pec- 78 cato vſque ad diem hunc. ‡Et propter peccata

peccata noſtra, & patrum noſtrorum ſumus traditi cum fratribus noſtris, & cum ſacerdotibus noſtris regibus terræ in gladium & captiuitatem, & depræda-
tionem cum confuſione vſq. in hodier-
num diem. [79] Et nunc quantum eſt hoc quod contigit nobis miſericordia abs te
Domine Deus, & relinque nobis radi-
cem, & nomen in locum ſanctificationis
tuæ, [80] detegere luminare noſtrũ in do-
mo Domini Dei noſtri, dare nobis cibũ
in omni tempore ſeruitutis noſtræ. [81] Et
cùm ſeruiremus, non fuimus derelicti à
Domino Deo noſtro: ſed conſtituit nos
in gratia, ponens nobis reges Perſarum
dare cibum, [82] & clarificare templum
Domini Dei noſtri, & ædificare deſerta
Sion, dare nobis ſtabilitatem in Iudæa &
Ieruſalem. [83] Et nunc quid dicimus Do-
mine habentes hæc? Tranſgreſſi enim
ſumus præcepta tua, quę dediſti in ma-
nus puerorum tuorum prophetarum,
dicens, [84] Quoniam terra in quam in-
troiſtis poſſidere hęreditatem eius, terra
polluta eſt coinquinationibus alienige-
narum terrę, & immunditiæ illorum re-
pleuerunt eam totam immunditia ſua.
[85] Et nunc filias veſtras non coniunge-
tis filiis eorum, & filias eorum non acci-
pietis filiis veſtris, [86] & non inquiretis
pacem habere cum illis omni tempore,
vt inualeſcentes mãducetis optima ter-
ræ, & hæreditatem diſtribuatis filiis ve-
ſtris vſque in æuum. [87] Et quæ contin-
gunt nobis, omnia fiunt propter opera
noſtra maligna, & magna peccata noſtra.
[88] Et dediſti nobis talem radicem, & rur-
ſum reuerſi ſumus tranſgredi legitima
tua, vti commiſceremur immunditiæ
alienigenarum gentium terræ huius.
[89] Nonne iraſcêris nobis perdere nos,
quoad vſque non relinquatur radix &
nomen noſtrum? [90] Domine Deus Iſrael
verax es. Derelicta eſt enim radix vſque
in hodiernum diem. [91] Ecce, nunc ſu-
mus in conſpectu tuo in iniquitatibus
noſtris. Non eſt enim adhuc ſtare ante
1. Eſd. 10,1 te in his. [92] Et cùm adorando confite-
retur Eſdras flens, humi proſtratus ante
templum, congregati ſunt ante eum ex
Ieruſalẽ turba magna valde, viri & mu-
lieres & iuuenes & iuuenculæ. Fletus
enim erat magnus in ipſa multitudine.
[93] Et cùm clamaſſet, Iechonias Ieheli ex
filiis Iſrael, dixit Eſdrę, Nos in Domi-
num peccauimus, quòd collocauimus
nobis in matrimonium mulieres alieni-
[94] genas ex gentibus terræ. Et nunc es ſu-
per omnem Iſrael. In his ergo ſit iuſiu-
randũ à Domino expellere omnes vxo-
res noſtras quæ ex alienigenis ſunt, cum
[95] filiis earum. Sicut tibi decretum eſt à
maioribus ſecundum legem Dñi exur-
[96] gens explica. Ad te enim ſpectat ne-
gotium, & nos tecum ſumus. viriliter
[97] fac. Et exurgens Eſdras adiurauit prin-
cipes ſacerdotum & Leuitas, & omnem
Iſrael facere ſecundũ hęc: & iurauerunt.

CAP. IX.

[1] ET exurgens Eſdras ab ante atrium templi, abiit in paſtophorium Iona-
[2] thæ filij Naſabi: Et hoſpitatus illic non
guſtauit panem, nec aquam bibit ſuper
[3] iniquitatem multitudinis. Et facta eſt
prædicatio in omni Iudæa, & in Ieruſa-
lem omnibus qui erant ex captiuitate in
[4] Ieruſalem congregati: vt quicunque
non occurrerit biduo vel triduo diei ſe-
cundum iudicium aſſidentium ſenio-
rum, tollerentur facultatẽs ſuæ, & ipſe
alienus iudicaretur à multitudine capti-
[5] uitatis. Et congregati ſunt omnes qui
erant ex tribu Iuda, & Ben-iamin in tri-
bus diebus in Ieruſalem. hic menſis eſt
[6] nonus, dies menſis viceſimus. Et ſedit
omnis multitudo in area tẽpli tremen-
[7] tes, propter hiemem præſentem. Et
exurgens Eſdras dixit illis: Vos iniquè
feciſtis collocantes vobis in matrimo-
nium vxores alienigenas, vt adderetis ad
[8] peccata Iſrael. Et nunc date confeſſio-
nem, & magnificentiam Domino Deo
[9] patrum noſtrorum: & perficite volun-
tatem ipſius, & diſcedite à gentibus ter-
[10] ræ, & ab vxoribus alienigenis. Et cla-
mauit omnis multitudo, & dixerũt vo-
ce magna, Sicut dixiſti, faciemus. Sed
quoniam multitudo magna eſt, & tem-
pus hibernum, & non poſſumus inſub-
ſidiati ſtare; & hoc opus non eſt nobis
vnius

vnius diei, neq. bidui; multum enim in
his peccauimus: [12] ſtent præpoſiti mul-
titudinis, & omnes qui nobiſcum inha-
bitant, & quotquot habent vxores apud
ſe alienigenas, [13] & aſſiſtant accepto tem-
pore ex omni loco presbyteri, & iudices,
vſquequo ſoluant iram Domini negotij
huius. [14] Ionathas autem filius Ezeli, &
Ozias Thecam ſuſceperunt ſecundum
hæc: & Boſoramus, & Leuis, & Sabba-
thæus ſimul cooperati ſunt cum illis.
[15] Et ſteterunt ſecundum hæc omnia vni-
uerſi qui erant ex captiuitate. [16] Et elegit
ſibi viros Eſdras ſacerdos principes ma-
gnus de patribus eorum ſecundum no-
mina: & conſederunt nouilunio menſis
decimi examinare negotium iſtud. [17] Et
determinatum eſt de viris qui habebant
vxores alienigenas vſque ad neomenian
primi menſis: [18] & inuenti ſunt ex ſacer-
dotibus permiſti qui habebant alienige-
nas vxores. [19] Ex filiis Ieſu, filij Ioſedec, &
fratribus eius: Maſeas, & Eleozerus, &
Ioribus, & Ioadeus. [20] & iniecerunt ma-
nus vt expellerent vxores ſuas, & ad li-
tandum in exorationem arietem pro
ignorantia ſua. [21] & ex filiis Semmeri: Ma-
ſeas & Eſſes & Ieelech Azarias. [22] & ex fi-
liis Foſere: Limoſias, Hiſmaenis, & Na-
thanee, Iuſſio, Reddus, & Talſas. [23] &
ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Col-
nis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, &
Elionas. [24] & ex ſacris cantoribus, Elia-
ſib, Zaccarus. [25] & ex oſtiariis, Salumus,
& Tolbanes. [26] & ex Iſrael: ex filiis Foro,
Ozi, & Remias & Geddias & Melchias
& Michelus, Eleazarus & Iammebias &
Bannas. [27] & ex filiis Iolaman: Chamas
& Zacharias & Iezrelus, & Ioddius, &
Erimoth & Helias: [28] & ex filiis Zathoim:
Eliadas & Liaſumus, Zochias & Lari-
moth & Zabdis & Tebedias. [29] & ex filiis
Zebes: Iohannes & Amanias & Zab-
dias & Emeus. [30] & ex filiis Banni: Olam
& Maluchus & Ieddeus & Iaſub & Aza-
bus & Ierimoth. [31] & ex filiis Addin:
Naathus & Mooſias & Caleus & Raa-
nas, Maaſeas, Mathathias & Beſeel &
Bonnus & Manaſſes. [32] & ex filiis Nuae:
Noneas & Afeas & Melchias & Sameas
& Simõ, Ben-iamin & Malchus & Mat-
[33] tras. [33] & ex filiis Aſom: Carianeus, Ma-
thathias & Bannus & Eliphalach &
[34] Manaſſes & Semei. [34] & ex filiis Banni:
Ieremias & Moadias & Abramus & Io-
hel & Baneas & Pelias & Ionas & Mari-
moth & Eliaſib & Mathaneus & Eliaſis
& Orizas & Dielus & Semedius & Zam-
[35] bris & Ioſephus. [35] & ex filiis Nobei: Ide-
lus & Mathathias & Sabadus & Zeche-
[36] da, Sedmi & Ieſſei, Baneas. [36] omnes iſti
coniunxerunt ſibi vxores alienigenas, &
[37] dimiſerunt eas cum filiis. [37] Et inhabita-
uerunt ſacerdotes & Leuitæ: & qui erant
ex Iſrael in Ieruſalem, & in tota vna re-
gione nouilunio menſis ſeptimi. Et erãt
[38] filij Iſrael in commorationibus ſuis. [38] Et
congregata eſt omnis multitudo ſimul
in areã, quæ eſt ab Oriente portæ ſacræ:
[39] [39] & dixerunt Eſdræ pontifici, & lecto-
ri, vt afferret legem Moyſi, quæ tradita
[40] eſt à Domino Deo Iſrael. [40] Et attulit Eſ-
dras pontifex legem omni multitudini
eorum à viro vſque ad mulierem, & om-
nibus ſacerdotibus audire legem noui-
[41] lunio mẽſis ſeptimi. [41] Et legebat in area,
quæ eſt ante ſacram portam templi, à
prima luce vſq. ad veſperam coram viris
& mulieribus. Et dederunt omnes ſen-
[42] ſum ad legem. [42] Et ſtetit Eſdras ſacerdos,
& lector legis ſuper ligneum tribunal
[43] quod fabricatum erat. [43] Et ſteterunt ad
eum Mathathias, & Samus, Ananias,
Azarias, Vrias, Ezechias, & Balſamus ad
[44] dexteram: [44] & ad ſiniſtram Faldeus, Mi-
ſael, Malachias, Abuſthas, Sabus, Naba-
[45] dias, & Zacharias. [45] Et aſſumpſit Eſdras
librum coram omni multitudine: præſi-
debat enim in gloria in conſpectu om-
[46] nium. [46] Et cùm abſoluiſſet legem, om-
nes erecti ſteterunt: & benedixit Eſdras
Dominum Deum altiſſimum, Deum
[47] Sabaoth omnipotentem. [47] Et reſpondit
omnis populus, Amen. Et eleuatis ſur-
ſum manibus procidentes in terrã, ado-
[48] rauerunt Dominum. [48] Ieſus & Banaeus
& Sarebias & Iaddimus & Accubus &
Sabbatheus & Calithes & Azarias & Io-
[49] radus & Ananias & Philias Leuitæ, [49] qui
docebant legem Domini, & in multitu-
dine le-

dine legebant legem Domini, & præferebant ſinguli eos, qui intelligebant lectionem. [50] *Et dixit Atharathes Eſdræ pontifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem, [51] *dicens, Dies hic ſanctus eſt Domino. Et omnes flebant, cùm audiſſent legem. [52] *Et dixit Eſdras, -8 M s. G q. Digreſſi ergo manducate pinguiſſima quæque, & bibite dulciſſima quæque, & mittite munera his qui nõ habent. [53] *Sanctus enim eſt hic dies Domini, & nolite mœſti eſſe: Dominus enim clarificabit [54] vos. *Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes, Dies hic ſanctus [55] eſt, nolite mœſti eſſe. *Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his qui non habebant, vt epularentur. Magnificè enim ſunt exal- [56] tati verbis quibus edocti ſunt, *& congregati ſunt vniuerſi in Ieruſalem celebrare lætitiam, ſecundum teſtamentum Domini Dei Iſrael.

LIBER QVARTVS ESDRÆ,

qui canonicus non eſt.

CAPVT I.

LIBER Eſdræ prophetæ ſecũdus, filij Sarei, filij Azarei, filij Helcię, filij Sadanię, filij Sadoch, filij Achitob: [1] *filij Achiæ, [2] filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Aſiei, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij Abiſei, filij Phinees, filij Eleazar, [3] *filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorũ, in regno Artaxerxis regis Perſarum. [4] *Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, [5] *Vade, & nuntia populo meo facinora ipſorum, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiſerunt, [6] *vt nuntient filiis filiorum: quia peccata parentum ipſorum in illis creuerunt. Obliti enim mei ſacrificauerunt diis alienis.

[7] *Nonne ego eduxi eos de Terra-Ægypti de domo ſeruitutis? Ipſi autem irritauerunt me, & conſilia mea ſpreuerunt.

[8] *Tu autem excute comam capitis tui, & proiice omnia mala ſuper illos: quoniam non obedierunt legi meæ. Populus autem eſt indiſciplinatus. [9] *Vſquequo eos ſuſtinebo, quib⁹ tanta beneficia contuli? [10] *Reges multos propter eos ſubuerti. Pharaonẽ cum pueris ſuis, & omnem exercitum eius percuſſi. [11] *Omnes Gentes à facie eorum perdidi, & in Oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonij diſſipaui, & omnes aduerſarios [12] eorum interfeci. *Tu verò loquere ad [13] eos, dicens, Hæc dicit Dominus: *Nempe ego vos per mare tranſmeaui, & plateas vobis initio munitas exhibui: ducem vobis dedi Moyſen, & Aaron ſacer- [14] dotem: *lucem vobis per columnam ignis præſtiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei obliti eſtis, dicit [15] Dominus. *Hæc dicit Dominus omnipotens: Coturnix vobis in ſigno fuit, caſtra vobis ad tutelam dedi, & illic mur- [16] muraſtis: *& non triumphaſtis in nomine meo de perditione inimicorum veſtrorum, ſed adhuc nunc vſque murmu- [17] raſtis. *Vbi ſunt beneficia, quæ præſtiti vobis? Nonne in deſerto cùm eſuriretis, [18] proclamaſtis ad me, *dicentes, Vt quid nos in deſertum iſtud adduxiſti interficere nos? melius nobis fuerat ſeruire Ægyptiis, quàm mori in deſerto hoc.

[19] *Ego dolui gemitus veſtros, & dedi vobis manna in eſcam. Panem angelorum [20] manducaſtis. *Nonne cùm ſitiretis, petram excídi, & fluxerunt aquæ in ſaturitate? propter æſtus foliis arborum vos [21] texi. *Diuiſi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philiſthæos à facie veſtra proieci: quid faciã vobis ad- [22] huc, dicit Dominus? *Hæc dicit Dominus omnipotens, In deſerto cùm eſſetis in flumine Amorrhæo ſitientes, & blaſphemantes nomen meum, [23] *non ignem vobis pro blaſphemiis dedi, ſed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen.

[24] *Quid tibi faciam Iacob? Noluiſti obedire Iuda. Transferam me ad alias Gentes, & dabo eis nomen meum, vt cuſtodiant legitima mea. [25] *Quoniam me dereliquiſtis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me miſericordiam, non miſerebor. [26] *Quando inuocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculaſtis enim manus veſtras ſanguine, & pedes veſtri impigri ſunt ad cõmittenda homicidia.

[27] *Non quaſi me dereliquiſtis, ſed veſtipſos, dicit Dominus. [28] *Hæc dicit Dominus omnipotens, Nónne ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos ſuos, [29] *vt eſſetis mihi in populum, & ego vobis in Deum: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? [30] *Ita vos collegi, vt gallina pullos ſuos ſub alas ſuas. Modò autem quid faciam vobis? Proiiciam vos à facie mea.

[31] *Oblationem cùm mihi attuleritis, auertam faciẽ meam à vobis. Dies enim feſtos veſtros, & neomenias & circumciſiones repudiaui. [32] *Ego miſi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfeciſtis, & laniaſtis corpora eorum, quorum ſanguinẽ exquiram, dicit Dominus. [33] *Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus veſtra deſerta eſt. Proiiciam vos ſicut ventus ſtipulam, [34] *& filij procreationem non facient: quoniam mandatum meum neglexerũt, & quod malum eſt coram me, fecerunt. [35] *Tradam domos veſtras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus ſigna non oſtendi, facient quę præcepi. [36] *Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatum eorum. [37] *Teſtor populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant cum lætitia, me non videntes oculis carnalibus, ſed ſpiritu credentes quæ dixi. [38] *Et nunc frater aſpice, quę gloria: & vide populum venientem ab Oriente, [39] *quibus dabo ducatum Abraham, Iſaac & Iacob, & Oſee, & Amos, & Michææ, & Ioel, & Abdiæ, & Ionæ, [40] *& Naum, & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & Angelus Domini vocatus eſt. Matth. 3. b.

Exo. 32, 8.

Iſa. 1, 15.

Mat. 23, 37. Eſa. 66, 5.

CAP. II.

[1] HÆc dicit Dñs: Ego eduxi populum iſtũ de ſeruitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos audire noluerunt, ſed irrita fecerũt [2] mea conſilia. *Mater quæ eos generauit, dicit illis, Ite filii, quia ego vidua ſum & [3] derelicta. *Educaui vos cum lætitia, & amiſi vos cũ luctu & triſtitia, quoniam peccaſtis coram Domino Deo veſtro, & [4] quod malum eſt coram eo feciſtis. *Modò autem quid faciam vobis? Ego vidua ſum & derelicta: ite filii, & petite à Do- [5] mino miſericordiam. *Ego autem te pater teſtẽ inuoco ſuper matrem filiorum, qui noluerunt teſtamentum meũ ſeruare, [6] *vt des eis confuſionẽ, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. [7] *Diſpergantur in Gentes nomina eorum, deleatur à terra: quoniam [8] ſpreuerunt ſacramentum meum. *Væ tibi Aſſur, qui abſcondis iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim [9] Sodomæ & Gomorrhæ, *quorum terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerum. ſic dabo eos qui me nõ audierunt, [10] dicit Dominus omnipotens. *Hæc dicit Dominus ad Eſdram, Nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ieru- [11] ſalem, quod daturus eram Iſraël. *Et ſumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaue- [12] ram illis. *Lignum vitæ erit illis in odore vnguenti, & non laborabunt, neque [13] fatigabuntur. *Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, vt immorentur. Iam paratum eſt vobis regnum: vigilate. [14] *Teſtare cælum & terram. Contriui enim malum, & creaui bonum, quia vi- [15] uo ego, dicit Dominus. *Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum: [16] quoniam te elegi, dicit Dominus. *Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de monumẽtis educam illos, quoniam co- [17] gnoui nomen meum in Iſraël. *Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi,

dicit Dominus. *Mittam tibi adiutorium pueros meos Isaiam & Ieremiam, ad quorum consiliũ sanctificaui, & paraui tibi arbores duodecim grauatas variis fructibus, *& totidem fontes fluentes lac & mel, & montes immensos septem, habentes rosam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos. *Viduam iustifica, pupillo iudica, egẽti da, orphanum tuere, nudum vesti, *confractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum, & cæcum ad visionem claritatis meæ admitte. *Senem & iuuenem intra muros tuos serua: *mortuos vbi inueneris signans, commenda sepulchro, & dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea. *Pausa & quiesce populus meus, quia veniet requies tua. *Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pedes eorum. *Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet. eos ego enim requiram de numero tuo.

*Noli fatigari. Cùm enim venerit dies pressuræ & angustiæ, alij plorabunt, & tristes erunt: tu autem hilaris & copiosa eris. *Zelabunt gentes, & nil aduersus te poterunt, dicit Dominus. *Manus meæ tegent te, ne filij tui gehennam videant. *Iucundare mater cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus.

*Filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus terræ, & misericordiã cum illis faciam: quoniam misericors sum, dicit Dominus omnipotens. *Amplectere natos tuos vsque dum venio & præstem illis misericordiam: quoniã exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet.

*Ego Esdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, vt irem ad Israël; ad quos cùm venirem, reprobauerunt me, & respuerunt mandatum Domini.

*Ideoque vobis dico Gentes, quæ auditis, & intelligitis, expectate pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo est ille qui in fine seculi aduenier. *Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatẽ temporis. *Fugite vmbrã seculi huius: accipite iucunditatem gloriæ vestræ. Ego testor palam saluatorem meum. *Commendatum donum accipite & iucũdamini, gratias agentes ei qui vos ad cælestia regna vocauit. *Surgite, & state, & videte numerum signatorum in conuiuio Domini. *Qui se de vmbra seculi transtulerunt, splendidas tunicas à Domino acceperũt. *Recipe Sion numerũ tuum, & conclude candidatos tuos qui legem Domini compleuerunt. *Filiorũ tuorum quos optabas plenus est numerus. Roga imperium Domini, vt sanctificetur populus tuus qui vocatus est ab initio. *Ego Esdras vidi in mõte Sion turbam magnam, quam numerare nõ potui, & omnes canticis collaudabant Dominum. *Et in medio eorum erat iuuenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitib. imponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego autem miraculo tenebar. *Tunc interrogaui angelum, & dixi, Qui sunt hi Domine? *Qui respondens, dixit mihi, Hi sunt qui mortalem tunicã deposuerũt, & immoralem sumpserunt, & confessi sunt nomen Dei. Modò coronantur, & accipiũt palmas. *Et dixi angelo, Ille iuuenis quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? *Et respondens dixit mihi, Ipse est filius Dei, quem in seculo confessi sunt: ego autẽ magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini steterũt. *Tunc dixit mihi angelus, Vade, annuntia populo meo, quæ lia & quanta mirabilia Dñi Dei vidisti.

CAP. III.

ANno tricesimo ruinæ ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens, & cogitationes meæ ascendebant super cor meum: *quoniam vidi desertionẽ Sion, & abundantiam eorum qui habitabant in Babylone. *& ventilatus est spiritus meus valde, & cœpi loqui ad Altissimum verba timorata, *& dixi, O dominator Domine, tu dixisti ab initio, quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo, *& dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est viuens coram te, *& induxisti eum in paradiso, quem plantauerat dextera tua, antequam terra aduentaret. *Et huic mandasti diligere viam tuam, & præteriuit eam, & statim instituisti in eo mortem, & in nationibus eius, & natæ sunt gẽtes, & tribus, & populi, & cognationes quarum non est numerus. *Et ambulauit vnaquæq. gens in voluntate sua, & mira agebant corã te, & spernebant precepta tua. *Iterum autẽ in tempore induxisti diluuiũ super inhabitantes seculum, & perdidisti eos. *Et factũ est in vnoquoq. eorũ, sicut Adæ mori, sic his diluuium.

*Dereliquisti autem vnum ex his Noë cum domo sua, & ex eo iusti omnes. *Et factum est, cùm cœpissent multiplicari, qui habitabant super terram, & multiplicauerũt filios & populos & Gẽtes multas: & cœperũt iteratò impietatem facere plus quàm priores. *Et factum est, cùm iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex his cui nomen erat Abraham. *Et dilexisti eum, & demõstrasti ei soli voluntatem tuam: *& disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei vt non vmquam derelinqueres semen eius. Et dedisti ei Isaac, & Isaac dedisti Iacob & Esau. *Et segregasti tibi Iacob, Esau autem separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna. *Et factum est cùm educeres semen eius ex Ægypto, adduxisti super montem Sina. *Et inclinasti cælos, & statuisti terram, & commouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti seculum, *& transiit gloria tua portas quatuor ignis & terræ motus, & spiritus & gelu, vt dares semini Iacob legem, & generationi Israel diligentiam. *Et nõ abstulisti ab eis cor malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. *Cor enim malignũ baiulans primus Adam transgressus & victus est, sed & omnes qui de eo nati sunt. *Et facta est permanens infirmitas, & lex cum corde populi, cum malignitate radicis: & discessit quod bonum est, & mansit malignum.

*Et transierunt tempora, & finiti sunt anni: & suscitasti tibi seruũ nomine Dauid, *& dixisti ei ædificare ciuitatẽ nominis tui, & offerre tibi in eadem thus & oblationes. *Et factum est hoc annis multis, & dereliquerunt qui habitabant ciuitatem, *in omnibus faciẽtes sicut fecit Adã & omnes generationes eius. vtebantur enim & ipsi corde maligno. *Et tradidisti ciuitatem tuam in manib. inimicorum tuorum. *Nunquid meliora faciunt, qui habitant Babylonẽ? Et propter hoc dominabitur Sion? *Factum est cùm venissem huc, & vidissem impietates quarum non est numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc tricesmo anno, & excessit cor meũ: *quoniam vidi quomodo sustines eos peccãtes, & pepercisti impiè agẽtibus, & perdidisti populum tuum, & conseruasti inimicos tuos, & non significasti. *Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nunquid meliora facit Babylon quàm Sion? *aut alia gens cognouit te præter Israel? aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Iacob? *Quarum merces non comparuit, neq. labor fructificauit. Pertransiens enim pertransiui in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mãdatorum tuorum. *Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitant in seculo: & non inuenietur nomen tuum, nisi in Israel. *Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo, qui habitant terrã? aut quæ gens sic obseruauit mãdata tua? *Hos quidem per nomina inuenies seruasse mandata tua: gentes autem non inuenies.

CAP. IIII.

ET respondit ad me angelus qui missus est ad me, cui nomen Vriel, *& dixit mihi, Excedens excessit cor tuum in seculo hoc, & comprehẽdere cogitas viam Altissimi. *Et dixi, Ita Dñe meus. Et respõdit mihi, & dixit, Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere corã te. *de quibus mihi si renuntiaueris vnã ex his, & ego tibi demõstrabo viam quam desideras videre,

& docebo te, vnde ſit cor malignum.
5 ✠Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Vade, pondera mihi ignis pondus, aut menſura mihi flatum vẽti, aut reuoca mihi diem quæ præteriit. 6 ✠Et reſpondi,& dixi, Quis natorum poterit facere vt me interroges de his? 7 ✠Et dixit ad me, Si eſſem interrogans te, dicens, Quantæ habitationes ſunt in corde maris, aut quantæ venæ ſunt in principio abyſſi,aut quãtæ venæ ſunt ſuper firmamentum, aut qui ſunt exitus paradiſi:
8 ✠diceres mihi fortaſſis, in abyſſum non deſcendi: neque in infernum adhuc,neque in cælum vmquam aſcendi. 9 ✠nunc autem nõ interrogaui te, niſi de igne, & vento, & die, per quem trãſiſti,& à quibus ſeparari non potes: & non reſpondiſti mihi de eis. 10 ✠Et dixit mihi, Tu quæ tua ſunt,tecum coadoleſcentia,non potes cognoſcere: 11 ✠& quomodo poterit vas tuum capere Altiſſimi viam,& iam exterius corrupto ſeculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea?
12 ✠Et dixi illi, Melius erat nos non eſſe, quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & nõ intelligere de qua re. 13 ✠Et reſpondit ad me,& dixit, Proficiſcẽs profectus ſum ad ſyluam lignorum campi, 14 ✠& cogitauerũt cogitationem, & dixerunt, Venite & eamus, & faciamus ad mare bellum,vt recedat corã nobis, & faciamus nobis alias ſyluas.
15 ✠Et ſimiliter fluctus maris & ipſi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt, Venite aſcendentes, debellemus ſyluas cãpi, vt & ibi cõſummemus nobismetipſis aliam regionẽ. 16 ✠Et factus eſt cogitatus ſyluæ in vanum. venit enim ignis, & conſumpſit eam. 17 ✠Similiter & cogitatus fluctuum maris. ſtetit enim arena, & prohibuit eos. 18 ✠Si enim eſſes iudex horum, quem inciperes iuſtificare, aut quem condemnare? 19 ✠Et reſpondi, & dixi, Vtique vanam cogitationem cogitauerũt.terra enim data eſt ſyluæ,& mari locus portare fluctus ſuos. 20 ✠Et reſpondit ad me,& dixit, Bene tu iudicaſti: & quare nõ indicaſti tibimetipſi? 21 ✠Quemadmodum enim terra ſyluæ data eſt, & mare fluctibus ſuis: ſic qui ſuper terram inhabitant, quę ſunt ſuper terram intelligere ſolummodo poſſunt: & qui ſuper cælos, quæ ſuper altitudinem cælorum.
22 ✠Et reſpondi, & dixi, Deprecor te Domine, vt mihi detur ſenſus intelligendi.
23 ✠non enim volui interrogare de ſuperioribus tuis, ſed de his quæ pertrãſeunt per nos quotidie: propter quid Iſrael datus in opprobriũ gẽtibus:quem dilexiſti populum, datus eſt tribubus impiis,& lex patrum noſtrorum in interitum deducta eſt, & diſpoſitiones ſcriptæ nuſ-
24 quam ſunt: ✠& pertranſiuimus de ſeculo,vt locuſtæ,& vita noſtra ſtupor & pauor, & nec digni ſumus miſericordiam
25 conſequi. ✠Sed quid faciet nomini ſuo quod inuocatum eſt ſuper nos? & de his
26 interrogaui. ✠Et reſpondit ad me,& dixit, Si fueris plurimum ſcrutatus, frequenter miraberis: quoniam feſtinans
27 feſtinat ſeculum pertranſire, ✠& non capit portare quę in futuris temporibus iuſtis repromiſſa ſunt:quoniam plenum iniuſtitia eſt ſeculum hoc,& infirmitati-
28 bus. ✠De quibus autem interrogas,dicam: ſeminatum enim eſt malũ,& nec-
29 dũ venit deſtructio ipſius. ✠Si ergo non inuerſum fuerit quod ſeminatum eſt,& diſceſſerit locus vbi ſeminatũ eſt malũ, non veniet vbi ſeminatum eſt bonum.
30 ✠Quoniam gramen ſeminis mali ſeminatũ eſt in corde Adã ab initio:& quantum impietatis generauit vſque nũc,&
31 generat vſque cùm veniat area? ✠Æſtima autem apud te gramen mali ſeminis, quãtum fructum impietatis generauit:
32 ✠quando ſecatæ fuerint ſpicæ,quarum non eſt numerus,quàm magnam aream
33 incipient facere? ✠Et reſpondi,& dixi, 'Quomodo', & quãdo hæc? Quare mo- Quæ
34 dici & mali anni noſtri? ✠Et reſpondit ad me, & dixit mihi, Non feſtines tu ſuper Altiſſimũ. Tu enim feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. nã exceſſus tuus mul-
35 tus. ✠Nónne de his interrogauerunt animæ iuſtorum in promptuariis ſuis,dicentes, Vſquequo ſpero ſic? & quando veniet fructus areæ mercedis noſtræ?
36 ✠Et reſpondit ad ea Ieremiel archangelus,

gelus, & dixit, Quando impletus fuerit numerus ſeminum in vobis, quoniã in ſtatera ponderauit ſeculũ, 37 ✠& menſura menſurauit tempora,& numero numerauit tempora, & non commouit, nec excitauit vſquedum impleatur prędicta menſura. 38 ✠Et reſpondi,& dixi,O Dominator Domine, ſed & nos omnes pleni ſumus impietate. 39 ✠Et ne fortè propter nos non impleantur iuſtorum areę, propter peccata inhabitantiũ ſuper terram. 40 ✠Et reſpondit ad me, & dixit, Vade, & interroga prægnantem,ſi quando impleuerit nouem menſes ſuos, adhuc poterit matrix eius retinere partũ in ſemetipſa? 41 ✠Et dixi, Non poteſt Domine.Et dixit ad me,In inferno promptuaria animarum matrici aſſimilata ſunt.
42 ✠Quemadmodum enim illa feſtinat quæ parit,effugere neceſſitatem partus: ſic & hæc feſtinat reddere ea quæ commendata ſunt. 43 ✠Ab initio tibi demonſtrabitur de his quæ concupiſcis videre.
44 ✠Et reſpondi, & dixi, Si inueni gratiam ante oculos tuos, & ſi poſſibile eſt, & ſi idoneus ſum, demonſtra mihi, 45 ✠ſi pluſquam præteritum ſit habet venire, aut plura pertranſierunt ſuprà quàm futurum eſt. 46 ✠Quid pertranſiuit, ſcio: quid autem futurum ſit, ignoro. 47 ✠Et dixit ad me, Sta ſuper dexteram partem, & demonſtrabo tibi interpretationem ſimilitudinis. 48 ✠Et ſteti, & vidi: & ecce fornax ardens trãſiit corã me. & factum eſt cùm tranſiret flamma, vidi: & ecce ſuperauit fumus. 49 ✠Poſt hęc tranſiit corã me nubes plena aquæ, & immiſit pluuiam impetu multam.& cùm tranſiſſet impetus pluuiæ,ſuperauerunt in ea guttæ. 50 ✠Et dixit ad me, Cogita tibi: ſicut creſcit pluuia amplius quàm guttæ, & ignis quàm fumus: ſic ſuperabundauit quæ tranſiuit menſuram. ſuperauerunt autem guttæ,& fumus: 51 ✠& oraui,& dixi, Putas viuo vſque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis? 52 ✠Reſpondit ad me, & dixit, De ſignis, de quibus me interrogas, ex parte poſſum tibi dicere: de vita autem tua non ſum miſſus dicere tibi, ſed neſcio.

CAP. V.

1 DE ſignis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in cenſu multo: & abſcondetur veritatis via: & ſterilis erit à
2 fide regio: ✠Et multiplicabitur iniuſtitia ſuper hanc quam ipſe tu vides, & ſuper quam audiſti olim. 3 ✠Et erit impoſitio veſtigio quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam deſertam.
4 ✠Si autem tibi dederit Altiſſimus viuere, videbis poſt tertiam tubam, & reluceſcet ſubitò ſol noctu, & luna ter in
5 die, ✠& de ligno ſanguis ſtillabit,& lapis dabit vocem ſuam, & populi commouebuntur: 6 ✠& regnabit quem non ſperant qui inhabitant ſuper terram, & vo-
7 latilia commigrationẽ facient: ✠& mare Sodomiticum piſces reiiciet, & dabit vocem noctu, quam non nouerãt multi. omnes autem audient vocem eius.
8 ✠& chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur,& beſtię agreſtes tranſmigrabunt, & mulieres menſtruatę parient mõſtra, 9 ✠& in dulcibus aquis falſæ inuenientur: & amici omnes ſemetipſos expugnabunt: & abſcondetur tunc ſenſus, & intellectus ſeparabitur in
10 promptuariũ ſuũ: ✠& quæretur à multis, & non inuenietur: & multiplicabitur iniuſtitia,& incontinentia ſuper ter-
11 rã. ✠Et interrogabit regio proximam ſuam,& dicet,Numquid per te pertranſiit iuſtitia iuſtũ faciens? Et hoc negabit.
12 ✠Et erit in illo tempore, & ſperabunt homines, & non impetrabunt; labora-
13 bunt, & nõ dirigentur viæ eorũ. ✠Hæc ſigna dicere tibi permiſſum eſt mihi:& ſi oraueris iterum & ploraueris, ſicut & nũc,& ieiunaueris ſeptẽ diebus, audies
14 iteratò horum maiora. ✠& euigilaui,& corpus meũ horruit valde:& anima mea
15 laborauit,vt deficeret: ✠& tenuit me qui venit angelus,qui loquebatur in me, & cõfortauit me,& ſtatuit me ſuper pe-
16 des. ✠Et factum eſt in nocte ſecunda, & venit ad me Salathiel dux populi,& dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus
17 triſtis? ✠An neſcis, quoniam tibi creditus eſt Iſrael in regione tranſmigrationis

Iod. 9, 8. 2 Pa. 25, 15

eorum? *Exurge ergo,& gusta panem, 18
& non derelinquas nos, sicut pastor gregem suum in manibus luporũ malignorum. *Et dixi ei, Vade à me, & non ap- 19
propies ad me. Et audiuit, vt dixi: & recessit à me. *Et ego ieiunaui diebus septẽ 20
vlulans & plorans, sicut mihi mandauit Vriel angelus. *Et factum est post dies 21
septem,& iterũ cogitationes cordis mei molestę erant mihi valde,* & resumpsit 22
anima mea spiritũ intellectus:& iterum cœpi loqui coram Altissimo sermones,
*& dixi,Dominator Domine,ex omni 23
sylua terræ,& omnibus arboribus eius elegisti vineam vnicam: *Et ex omni 24
terra orbis,elegisti tibi foueam vnam:& ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium vnum: *& ex omnibus abyssis 25
maris, replesti tibi riuum vnum: & ex omnibus ædificatis ciuitatibus, sanctificasti tibimetipsi Sion: *& ex omnibus 26
creatis volatilibus, nominasti tibi colũbam vnam: *& ex omnibus plasmatis 27
pecoribus,prouidisti tibi ouem vnam:& ex omnib. multiplicatis populis, acquisiuisti tibi populum vnum: & ab omnibus probatam legem donasti huic quem desiderasti populo. *Et nunc Domine, 28
vt quid tradidisti vnũ pluribus? Et præparasti super vnam radicem alias, & disperdidisti vnicum tuum in multis: *& 29
conculcauerunt eum, qui contradicebant spõsionibus tuis, quique tuis testamentis non credebant. *Et si odiens 30
odisti populum tuum,tuis manibus debet castigari. *Et factum est, cùm locu- 31
tus essem sermones, & missus est angelus ad me, qui antè venerat ad me præterita nocte, * & dixit mihi, Audi 32
me, & instruam te: & intende mihi, & adiiciam coram te. *Et dixi, Loquere 33
Domine meus. Et dixit ad me, Valde tu in excessu mentis factus es pro Israel: an plus dilexisti eum,quàm qui eum fecit? Et dixi ad eum, *Non Domine,sed do- 34
lens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnem horam, quærentem apprehẽdere semitam Altissimi,& inuestigare partem iudicij eius. *Et di- 35
xit ad me, Non potes. Et dixi, Quare
Domine? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrum, vt non viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Israel?
36 *Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdum venerãt,& collige mihi dispersas guttas, & reuirida mihi aridos flores,
37 *& aperi mihi clausa prõptuaria,& produc mihi inclusos in eis flatus; demõstra mihi vocis imaginem:& tunc ostendam
38 tibi laborem quem rogas videre. *Et dixi,Dominator Domine,quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus habitationem non habet? *Ego
39 autem insipiens,& quomodo potero dicere de his quibus me interrogasti? *Et
40 dixit ad me: Quomodò non potes facere vnum de his quæ dicta sunt: sic nõ poteris inuenire iudicium meum,aut in fine charitatem, quam populo promisi.
41 *Et dixi, Sed ecce Domine, tu prope es his qui in finẽ sunt: & quid facient qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post
42 nos? *Et dixit ad me, Coronæ assimilabo iudicium meum. Sicut non nouissimorum tarditas, sic nec priorum velo-
43 citas. *Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, in vnum, vt
44 celerius iudicium tuum ostendas? *Et respondit ad me, & dixit, Non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere seculum eos qui in eo creandi sunt, in vnum. *Et dixi, Quomodo
45 dixisti seruo tuo,quoniam viuificans viuificasti à te creatam creaturã in vnum, & sustinebat creatura: poterit & nunc
46 portare pręsentes in vnum. *Et dixit ad me, Interroga matricem mulieris,& dices ad eam, Et si paris, quare per tẽpus? Roga ergo eam: vt det decem in vnum.
47 *Et dixi, Non vtiq; poterit: sed secun-
48 dum tempus. *Et dixit ad me, Et ego dedi matricẽ terræ his qui seminati sunt
49 super eam per tẽpus. *Quẽadmodum enim infans non parit ea quæ senũ sunt: sic ego disposui à me creatum seculum.
50 *Et interrogaui, & dixi, Cùm iam dederis mihi viam, loquar coram te: nam mater nostra, de qua dixisti mihi, adhuc
iuuenis

iuuenis est:iam senectuti appropinquat.
*Et respondit ad me, & dixit, Interro- 51
ga eam quæ parit, & dicet tibi. *Dices 52
enim ei, Quare quos peperisti, nũc non sunt similes his qui ante te, sed minores statura? *Et dicet tibi & ipsa, Alij sunt 53
qui in iuuentute virtutis nati sunt:& alij qui sub tẽpore senectutis, deficiẽte matrice sunt nati. *Considera ergo & tu, 54
quoniam minori statura estis prę his qui ante vos: *& qui post vos, minori quàm 55
vos, quasi iam senescentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi,Rogo Domine,si inueni gratiam ante oculos tuos, demonstra seruo tuo, per quem visites creaturam tuam.

CAP. VI.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis, 1
& antequam starẽt exitus seculi, & antequam spirarent conuentiones ventorum, *& antequam sonarent voces 2
tonitruum, & antequam splenderẽt nitores coruscationum,& antequam confirmarentur fundamenta paradisi, *& 3
antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarentur motæ virtutes,& antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum, *& ante- 4
quam extollerentur altitudines aëris,& antequam nominarentur mensuræ firmamentorum, & antequam æstuarent camini in Sion, *& antequam inuesti- 5
garentur præsentes anni, & antequã abalienarentur eorum qui nũc peccãt adinuentiones, & consignati essent qui fidem thesaurizauerunt: *tunc cogitaui, 6
& facta sunt per me solum,& non per alium: & finis per me, & non per alium.
*Et respondi, & dixi, Quæ erit sepa- 7
ratio temporum?aut quando prioris finis, & sequẽtis initium? *Et dixit ad me, Ab 8
Abrahã vsque ad Isaac, quãdo nati sunt ab eo Iacob & Esau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau: *finis e- 9
nim huius seculi Esau, & principium sequentis Iacob. *Hominis manus inter 10
calcaneum & manum. Aliud noli quærere Esdra. *Et respondi, & dixi, O do- 11
minator Domine,si inueni gratiã ante oculos tuos, *orovt demõstres seruo tuo 12
finem signorum tuorum, quorum partem mihi demonstrasti nocte præceden-
13 ti. *Et respondit, & dixit ad me, Surge super pedes tuos,& audi vocem plenissi-
14 mam sonitus. *Et erit sicut commotio, nec cõmouebitur locus, in quo stes su-
15 per eum. *Ideò cùm loquitur, tu non expaueas, quoniam de fine verbum &
16 fundamentum terræ intelligitur, *quoniam de ipsis sermo tremiscit & cõmouetur. scit enim quoniam finem eorum
17 oportet commutari. *Et factũ est,cùm audissem, surrexi super pedes meos, & audiui: & ecce vox loquẽs, & sonus eius
18 sicut sonus aquarum multarum. *& dixit, Ecce dies veniũt, & erit quando appropinquare incipiam, vt visitem habi-
19 tantes in terra: *& quando inquirere incipiam ab eis qui iniustè nocuerũt iniustitia sua, & quãdo suppleta fuerit hu-
20 militas Sion. *& cùm super signabitur seculum quod incipiet pertransire, hæc signa faciã, Libri aperiẽtur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul,
21 *& anniculi infantes loquentur vocibus suis, & prægnantes immaturos parient infantes triũ & quatuor mensium,
22 & viuent, & suscitabuntur. *Et subitò apparebũt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subitò inueniẽtur
23 vacua: *& tuba cãnet cum sono,quam cũ omnes audierint, subitò expaueſcẽt.
24 *Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos vt inimici, & expaueſcet terra cum his: & venæ fontium stabunt,
25 & non decurrent in horis tribus. *& erit,omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi,ipse saluabitur, & videbit salutare meum, & finem
26 seculi vestri. *Et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem nõ gustauerũt à natiuitate sua,& mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum
27 alium. *Delebitur enim malũ,& extin-
28 guetur dolus. *Florebit autem fides,& vincetur cor ruptela,& ostendetur veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis.
29 *Et factum est,cùm loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar super eũ ante
30 quẽ stabam: *& dixit ad me hæc, Veni

tibi ostendere tempus venturæ noctis.
31 ‡Si ergo iterum rogaueris, & iterũ ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renuntiabo horum maiora per diẽ quam audiui.
32 ‡Audita est enim vox tua apud Altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiã, quàm à iuuentute tua habuisti:
33 ‡& propter hoc misit me demonstrare tibi hęc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere,
34 ‡& noli festinare cũ prioribus temporibus cogitare vana, vt non properes à nouissimis temporibus.
35 ‡Et factum est post hæc, & fleui iterum: & similiter ieiunaui septem diebus, vt suppleam tres hebdomadas, quæ dictæ sunt mihi.
36 ‡Et factũ est in octaua nocte, & cor meum turbabatur iteratò in me, & cœpi loqui coram Altissimo.
37 ‡Inflammabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiabatur,
38 ‡& dixi, O Domine, loquẽs locutus es ab initio creaturæ in primo die, dicens, Fiat cælum & terra: & tuum verbum opus perfectum.
39 ‡Et erat tũc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium, sonus vocis hominis nondum erat abs te.
40 ‡Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuũ.
41 ‡Et die secundo creasti spiritum firmamẽti, & imperasti ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars verò deorsum maneret.
42 ‡Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ: sex verò partes siccasti & conseruasti, vt ex his sint coram te ministrãtia seminata à Deo, & culta.
43 ‡Verbum enim tuum processit, & opus statim fiebat.
44 ‡Processit enim subitò fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis: & die tertia hæc facta sunt.
45 ‡Quarta autem die imperasti fieri solis splendorẽ, lunæ lumen, stellarum dispositionem:
46 ‡& imperasti eis, vt deseruirent futuro plasmato homini.
47 ‡Quinto autem die dixisti septimæ parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat.
48 ‡aqua muta, & sine anima quę Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent.
49 ‡Et tunc conseruasti duas animas: nomen vni vocasti Henoch, & nomen secundæ vocasti Leuiathã,
50 ‡& separasti ea ab alterutro. Non enim poterat septima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea.
51 ‡Et dedisti Henoch vnam partem, quæ siccata est tertio die, vt habitet in ea, vbi sunt montes mille.
52 ‡Leuiathan autem dedisti septimam partẽ humidã, & seruasti eam, vt fiat in deuorationẽ quibus vis, & quãdo vis.
53 ‡Sexto autem die imperasti terræ, vt crearet coram te iumenta, & bestias, & reptilia:
54 ‡& super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quemq́ue elegisti populum.
55 ‡Hæc autem omnia dixi corã te Domine, quia propter nos creasti seculum.
56 ‡Residuas autem gẽtes ab Adã natas dixisti eas nil esse, & quoniã saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiã eorum.
57 ‡Et nunc Domine, ecce, istę gentes quæ in nihilũ deputatæ sunt, cœperunt dominari nostri, & deuorare:
58 ‡nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus
59 eorũ: ‡& si propter nos creatũ est seculum, quare non hereditatẽ possidemus cum seculo? Vsquequò hæc?

CAP. VII.

1 ET factũ est, cùm finissem loqui verba hęc, missus est ad me angelus qui missus fuerat ad me primis noctibus,
2 ‡& dixit ad me, Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te.
3 ‡Et dixi, Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare positum est in spatioso loco, vt esset altum & immensum:
4 ‡erit autem ei introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus.
5 ‡Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eũ, vel dominari eius: si non transierit angustum, in latitudinem quomodo venire
6 poterit?
‡Item aliud, Ciuitas est ædificata, & posita in loco cãpestri: est autem plena

plena omnium bonorum.
7 ‡introitus eius angustus & in præcipiti positus, vt esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta:
8 ‡semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est, inter ignem & aquam, vt non capiat semita, nisi solummodò vestigium hominis.
9 ‡Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem, si nunquam ante positum periculũ pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suã?
10 ‡Et dixi, Sic Domine. & dixit ad me, Sic est & Israel pars.
11 ‡Propter eos enim feci seculum: & quando transgressus est Adam constitutiones meas, iudicatum est quod factũ est.
12 ‡Et facti sunt introitus huius seculi angusti, & dolentes, & laborioſi: pauci autem & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere fulti:
13 ‡nam maioris seculi introitus spatioſi & securi, & faciẽtes immortalitatis fructũ.
14 ‡Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi qui viuunt, angusta & vana hæc: nõ poterũt recipere quæ sunt reposita.
15 ‡Nunc ergo quare tu conturbaris, cùm sis corruptibilis? & quid moueris tu, cùm sis mortalis?
16 ‡Et quare non accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti?
17 ‡Respondi & dixi, Dominator Domine, ecce dispositisti lege tua, quoniam iusti hæreditabunt hæc; impij autẽ peribunt.
18 ‡Iusti autem ferent angusta, sperãtes spatioſa. qui enim impiè gesserũt, & angusta passi sunt, & spatioſa non videbũt.
19 ‡Et dixit ad me, Non est iudex super Deum, neq. intelligẽs super Altissimum.
20 ‡Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur quæ antè posita est Dei lex.
21 ‡Mandans enim mandauit Deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viuerent, & quid obseruantes non punirentur.
22 ‡Hi autẽ non sunt persuasi, & contradixerunt ei, & constituerunt sibi cogitamen vanitatis,
23 ‡& proposuerũt sibi circumuentiones delictorũ, & super dixerunt Altissimo non esse, & vias eius non cognouerunt,
24 ‡& legem eius spreuerunt, & sponsiones eius abnegauerũt, & in legitimis eius fidẽ non habuerunt, & opera eius non perfecerũt.
25 ‡propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena plenis.
26 ‡Ecce tempus veniet, & erit quando venient signa quæ prædixi tibi, & apparebit sponsa, & appareſcens ostendetur
27 quæ nunc subducitur terra:
‡& omnis qui liberatus est de prædictis malis, ipse
28 videbit mirabilia mea.
‡Reuelabitur enim filius meus Iesus cum his qui cum eo sunt, & iucundabũtur qui relicti sunt
29 in annis quadringẽtis.
‡Et erit post ãnos hos, & morietur filius meus Christus, & omnes qui spiramentum habent
30 homines:
‡& conuertetur seculũ in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus iudiciis, ita vt nemo derelinquatur.
31 ‡Et erit post dies septem, & excitabitur quod nondum vigilat seculum, & morietur corruptum:
32 ‡& terra reddet quæ in ea dormiunt, & puluis qui in eo silẽtio habitant, & promptuaria reddent quæ eis commendatæ sunt
33 animæ.
‡Et reuelabitur Altissimus super sedem iudicij, & pertransibũt miseriæ, & longanimitas cõgregabitur.
34 ‡Iudicium autem solum remanebit, veritas stabit & fides conualescet,
35 ‡& opus subsequetur, & merces ostendetur, & iustitiæ vigilabunt, & iniustitiæ non dominabuntur.
36 ‡Et dixi, Primus Abraham propter Sodomitas orauit, & Moyses pro patribus qui in deserto peccauerunt, ‡& qui post eum pro Israel in diebus Achaz, & Samuelis, ‡& Dauid pro confractione, & Salomõ pro eis qui venerunt in sanctificationẽ, ‡& Elias pro his qui pluuiam acceperũt, & pro mortuo vt viueret, ‡& Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis.
37 38 39 40 41
‡Si ergo modò quando corruptibile increuit & iniustitia multiplicata est, & orauerunt iusti pro impiis: quare & nunc sic non erit?
42
‡Et respondit ad me, & dixit, Præsens seculum non est finis, gloria in eo frequẽs manet: propter
43
hoc orauerũt pro inualidis.
‡Dies enim iudicij erit finis tẽporis huius, & initium temporis futuræ immortalitatis, in quo
44
transiuit corruptela:
‡soluta est intemperantia, abscissa est incredulitas: creuit
45
autem iustitia, orta est veritas.
‡tunc

Gen. 18,23; Exo 32,11.
2 Re. 24,17
2 Par. 6,14
3 Re. 17,21. & 18, 15.
4 Re. 19,35.

enim nemo poterit ſaluare eum qui periit, neque demergere qui vicit. Et reſpondi, [46] *& dixi, Hic eſt ſermo meus primus & nouiſſimus, quoniam melius erat non dare terram Adã, vel cùm iam dediſſet, coërcere eum vt non peccaret.

[47] *Quid enim prodeſt hominib. in præſenti viuere intriſtitia, & mortuos ſperare punitionem? [48] *O tu quid feciſti Adam? Si enim tu peccaſti, non eſt factus ſolius tuus caſus, ſed & noſter qui ex te aduenimus. [49] *Quid enim prodeſt nobis ſi promiſſum eſt nobis immortale tempus: nos autem mortalia opera egimus? [50] *Et quoniam prædicta eſt nobis perennis ſpes: nos verò peſſimi vani facti ſumus. [51] *Et quoniã repoſita ſunt nobis habitacula ſanitatis & ſecuritatis: nos verò malè conuerſati ſumus. [52] *Et quoniã repoſita eſt gloria Altiſſimi protegere eos qui tardè conuerſati ſunt: nos autem peſſimis viis ambulauimus. [53] *Et quoniã oſtendetur paradiſus, cuius fructus incorruptus perſeuerat, in quo eſt ſecuritas & medela: [54] *nos verò non ingrediemur. in ingratis enim locis cõuerſati ſumus. [55] *Et quoniam ſuper ſtellas fulgebunt facies eorũ qui abſtinentiam habuerũt: noſtræ autem facies ſuper tenebras nigræ. [56] *non enim cogitauimus viuentes quando iniquitatem faciebamus, quòd incipiemus poſt mortẽ pati.

[57] *Et reſpondit, & dixit, Hoc eſt cogitamentũ certaminis quod certabit qui ſuper terrã natus eſt homo, [58] *vt ſi victus fuerit, patiatur quod dixiſti: ſi autem vicerit, recipiet quod dico: [59] *quoniã hæc eſt vita quã Moyſes dixit cùm viueret, ad populum, dicens, Elige tibi vitam vt viuas. Deu. 30, 19. [60] *Non crediderunt autem ei, ſed nec poſt eum prophetis: ſed nec mihi qui locutus ſum ad eos. [61] *quoniam non eſſet triſtitia in perditionem eorum, ſicut futurum eſt gaudium ſuper eos, quibus perſuaſa eſt ſalus. [62] *Et reſpondi, & dixi, Scio Domine, quoniam vocatus eſt Altiſſimus miſericors in eo, quòd miſereatur his qui nõdum in ſeculo aduenerunt, [63] *& quòd miſeretur illis qui conuerſionem faciunt in lege eius: [64] *& longanimis eſt, quoniam longanimitatem præſtat his qui pecauerunt quaſi ſuis operibus; [65] *& munificus eſt, quoniam [66] quidem donare vult pro exigentiis: *& multę miſericordiæ, quoniam multiplicat magis miſericordias his qui præſentes ſunt, & qui præterierũt, & qui futuri [67] ſunt. *Si enim non multiplicauerit miſericordias ſuas, non viuificabitur ſeculum cum his qui inhæreditabunt in eo.

[68] *Et donat: quoniam ſi non donauerit de bonitate ſua, vt alleuentur hi qui iniquitatem fecerunt, de ſuis iniquitatibus non poterit decies milleſima pars viuificari hominum. [69] *& iudex ſi non ignouerit his qui curati ſunt verbo eius, & deleuerit multitudinẽ contentionum: [70] *non fortaſſis derelinquerẽtur in innumerabili multitudine, niſi paucivalde.

CAP. VIII.

[1] ET reſpondit ad me, & dixit, Hoc ſeculũ fecit Altiſſimus propter multos, futurum autem propter paucos.

[2] *Dicam autẽ coram te ſimilitudinem Eſdra. *Quomodò autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile, paruum autem puluerem vnde aurum fit: [3] ſic & actus præſentis ſeculi. *Multi quidem creati ſunt, pauci autem ſaluabuntur. [4] *Et reſpondi, & dixi, Abſorbeat ergo anima ſenſum, & deuora quod ſapit. [5] *cõueniſti enim obaudire, & prophetare volẽs. vulg. mſs. Nec enim tibi datum eſt ſpatium, niſi ſolummodo viuere. [6] *O Domine, ſi non permittes ſeruo tuo, vt oremus coram te, & des nobis ſemen cordi, & ſenſui culturã, vnde fructus fiat, vnde viuere poſſit omnis corruptus, qui portabit locũ hominis? [7] *Solus enim es, & vna plaſmatio nos ſumus manuũ tuarũ, ſicut locutus es: [8] *& quomodò nunc in matrice plaſmatũ eſt corpus, & præſtas mẽbra: conſeruatur in igne & aqua tua creatio: & nouẽ mẽſibus patitur tua plaſmatio tuã creaturã quæ in ea creata eſt: [9] *ipſum autẽ quod ſeruat, & quod ſeruatur, vtraq. ſeruabũtur: ſeruataq. quãdoque iterum reddit matrix, quæ in ea creuerunt. [10] *Imperaſti enim ex ipſis membris,

membris, hoc eſt mamillis præbere lac fructui mamillarum; [11] *vt nutriatur id quod plaſmatum eſt vſque in tẽpus aliquod, & poſtea diſponas eum tuæ miſericordiæ. [12] *Enutriſti eum tua iuſtitia, & eruditi eũ in lege tua, & corripuiſti eum tuo intellectu: [13] *& mortificabis eum, vt tuam creaturam: & viuificabis eũ, vt opus tuũ. [14] *Si ergo perdideris eum qui tantis laboribus plaſmatus eſt: tuo iuſſu facile eſt ordinari, vt & id quod fiebat ſeruaretur. [15] *Et nunc Domine dicam, de omni homine tu magis ſcis: de populo autem tuo, ob quem doleo: [16] *& de hæreditate tua, propter quam lugeo: & propter Iſrael, propter quem triſtis ſum: & de Iacob, propter quem doleo: [17] *Ideò incipiam orare coram te pro me, & pro eis: quoniã video lapſus noſtros qui inhabitamus terram. [18] *Sed audiui celeritatẽ iudicis qui futurus eſt. [19] *Ideò audi vocem meam, & intellige ſermonem meum, & loquar corã te. Initiũ verborum Eſdræ priuſquã aſſumeretur: [20] *& dixi Dñe, qui inhabitas ſeculũ, cuius oculi eleuati in ſuperna & aëre: [21] *& cuius thronus inæſtimabilis, & gloria incomprehenſibilis: cui aſtat exercitus angelorũ cum tremore, [22] *quorũ ſeruatio in vento, & igni cõuertitur: cuius verbum verum, & dicta perſeuerantia: [23] *cuius iuſsio fortis, & diſpoſitio terribilis: cuius aſpectus arefacit abyſſos, & indignatio tabeſcere facit montes, & veritas teſtificatur: [24] *exaudi orationem ſerui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. [25] *Dum enim viuo, loquar: & dum ſapio, reſpondebo. [26] *nec reſpicias populi tui delicta, ſed qui tibi in veritate ſeruiunt. [27] *Nec intendas impia gentiũ ſtudia, ſed qui tua teſtimonia cum doloribus cuſtodierunt. [28] *Nec cogites qui in conſpectu tuo falsè conuerſati ſunt, ſed memorare qui ex volũtate tua timorem cognouerunt. [29] *Neque volueris perdere, qui pecudũ mores habuerunt: ſed reſpicias eos qui legẽ tuã ſplendidè docuerunt. [30] *Nec indigneris eis qui beſtiis peiores iudicati ſunt: ſed diligas eos qui ſemper in tua iuſtitia confidũt, & gloria. [31] *Quoniam nos & patres noſtri talibus morbis languemus: tu autẽ propter nos [32] peccatores miſericors vocaberis. *Si enim deſideraueris vt noſtri miſerearis, tunc miſericors vocaberis, nobis autem [33] non habentibus opera iuſtitiæ. *Iuſti enim, quibus ſunt opera multa repoſita, ex propriis operibus recipient mercedẽ. [34] *Quid eſt enim homo, vt ei indigneris: aut genus corruptibile, vt ita amarus ſis [35] de ipſo? *In veritate enim nemo de genitis eſt qui non impiè geſsit, & de con- 3 Reg. 8, 46. 2 Par. 6, 36. [36] fitentibus qui non deliquit. *In hoc enim annuntiabitur iuſtitia tua, & bonitas tua Domine, cùm miſertus fueris eis qui non habent ſubſtantiam bonorum [37] operum. *Et reſpondit ad me, & dixit, Rectè locutus es aliqua: & iuxta ſermo- [38] nes tuos, ſic & fiet. *quoniam non verè cogitabo ſuper plaſma eorũ qui peccauerunt ante mortem, ante iudicium, an- [39] te perditionem: *ſed iucundabor ſuper Gene. 4, 4. iuſtorũ figmẽtum, & memorabor peregrinationis quoque, & ſaluationis, & [40] mercedis receptionis. *Quo modo er- [41] go locutus ſum, ſic & eſt. *Sicut enim agricola ſerit ſuper terram ſemina multa, Mat. 13, 4. & 20, 16. & plantationes multitudinis plantat, ſed nõ in tẽpore omnia quæ ſeminata ſunt, ſaluantur, ſed nec omnia quæ plantata ſunt, radicabunt: ſic & qui in ſeculo ſeminati ſunt, non omnes ſaluabuntur.

[42] *Et reſpõdi, & dixi, Si inueni gratiam, [43] loquar. *Quo modo ſemen agricolæ ſi non aſcenderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tẽpore, aut ſi corruptum [44] fuerit multitudine pluuiæ, *ſic perit: & ſimiliter homo qui manib. tuis plaſmatus eſt, & tu ei imago nominat: quoniã ſimilatus es ei, propter quẽ omnia plaſ- [45] maſti, & ſimilaſti ſemini agricolę. *Non iraſcaris ſuper nos, ſed parce populo tuo, & miſerere hęreditati tuę. Tu autẽ creaturæ tuæ miſereris. [46] *Et reſpõdit ad me, & dixit, Quæ ſunt præſentia præſentibus, & quę futura futuris. [47] *Multũ enim tibi reſtat, vt poſsis diligere meam creaturam ſuper me: tibi autem frequenter & ipſi proximaui, iniuſtis autem nun- [48] quã. *Sed & in hoc mirabilis es coram Altiſsimo,

Altissimo, *quoniam humiliasti te sicut 49
decet te: & nõ iudicasti te, vt inter iustos
plurimum glorificeris. *Propter quod 50
miseriæ multæ, & miserabiles efficiẽtur
eis qui habitant seculum in nouissimis:
quia in multa superbia ambulauerunt.
*Tu autẽ pro te intellige, & de similib. 51
tuis inquire gloriã. *Vobis enim aper- 52
tus est paradisus, plantata est arbor vitæ,
præparatum est futurum tempus, præ-
parata est abundantia, ædificata est ciui-
tas, probata est requies, perfecta est bo-
nitas & perfecta sapientia. *Radix ma- 53
li signata est à vobis: infirmitas, & tinea
à vobis absconsa est: & in infernũ fugit
corruptio in obliuionẽ. *Transierunt 54
dolores, & ostensus est in fine thesaurus
immortalitatis. *Noli ergo adiicere in- 55
quirendo de multitudine eorũ qui per-
eunt. *Nam & ipsi accipientes liberta- 56
tem, spreuerunt Altissimum, & legem
eius contempserunt, & vias eius derelí-
Psal. 13, 1. & 52. 1. querunt. *Adhuc autẽ iustos eius con- 57
culcauerunt, *& dixerunt in corde suo 58
nõ esse Deum: & quidem scientes quo-
niam moriuntur. *Sicut enim vos sus- 59
cipient quæ prædicta sunt: sic eos sitis &
cruciatus, quæ præparata sunt. nõ enim
voluit hominem disperdi. *Sed & ipsi 60
qui creati sunt, coinquinauerũt nomen
eius qui fecit eos: & ingrati fuerũt ei qui
præparauit eis vitam. *Quapropter iu- 61
dicium meum modò appropinquat.
*Quæ non omnibus demonstraui, nisi 62
tibi, & tibi similibus paucis. Et respõdi,
& dixi, *Ecce nunc Domine demõstra- 63
sti mihi multitudinem signorum, quæ
incipies facere in nouissimis: sed non de-
monstrasti mihi quo tempore.

CAP. IX.

ET respondit ad me, & dixit, Metiẽs 1
metire tempus in semetipso: & erit
cùm videris, quãdo transierit pars quæ-
dam signorũ quæ prædicta sunt, *tunc 2
intelliges quoniam ipsum est tẽpus, in
quo incipiet Altissimus visitare secu-
lum quod ab eo factum est. *Et quan- 3
do videbitur in seculo motio locorum,
& populorũ turbatio, *tunc intelliges 4
quoniam de his erat Altissimus locutus
à diebus qui fuerunt ante te ab initio.
*Sicut enim omne quod factum est in 5
seculo initium habet, pariter & cõsum-
mationem, & consummatio est manife-
sta: *sic & Altissimi tempora initia ha- 6
bẽt manifesta in prodigiis & virtutibus,
& consummationes in actu & in signis.
*Et erit, omnis qui saluus factus fuerit, 7
& qui poterit effugere per opera sua &
per fidem, in qua credidistis, *relinque- 8
tur de prædictis periculis, & videbit sa-
lutare meum in terra mea, & in finibus
meis, quoniam sanctificaui me à seculo.
*Et tunc miserebuntur qui nunc ab- 9
usi sunt vias meas: & in tormentis com-
morabuntur hi qui eas proiecerunt in
contemptu. *Qui enim non cognoue- 10
runt me, viuentes beneficia consecuti:
*& qui fastidierunt legẽ meam, cùm 11
adhuc erant habẽtes libertatẽ, *& cùm 12
adhuc esset eis apertus pœnitẽtiæ locus,
non intellexerunt, sed spreuerunt: hos
oportet post mortem in cruciamẽto co-
gnoscere. *Tu ergo noli adhuc curiosus 13
esse, quomodo impij cruciabuntur: sed
inquire quomodo iusti saluabuntur, &
quorum seculum, & propter quos secu-
lum, & quando. *Et respondi, & dixi, 14
*Olim locutus sum, & nunc dico, & 15
postea dicã: quoniã plures sunt qui per- Mat. 19.
eunt quã qui saluabuntur: *sicut mul- 16
tiplicatur fluctus super guttã. Et respon-
dit ad me, & dixit, *Qualis ager, talia & 17
semina: & quales flores, tales & tinctu-
ræ: & qualis operator, talis & creatio: &
qualis agricola, talis cultura: quoniam
tempus erat seculi. *Et nunc cùm es- 18
sem parans eis his qui nunc sunt, ante-
quam fieret seculum, in quo habitarent:
& nemo mihi contradixit. *tunc enim 19
quisque, & nunc "creator' in mũdo hoc "creatura Mss.
parato, & messe indeficienti, & lege in-
uestigabili corrupti sunt mores eorum.
*Et consideraui seculum, & ecce erat 20
periculum propter cogitationes quæ in
eo aduenerunt. *Et vidi, & peperci ei 21
valde: & seruaui mihi acinum de botro,
& plantationẽ de tribu multa. *Pereat 22
ergo multitudo quæ sine causa nata est,
& seruetur acinus meus, & plãtatio mea:
quia

quia cum multo labore perfeci. *Tu 23
autem si adhuc intromittas septem dies
alios, sed nõ ieiunabis in eis: *ibis in cam- 24
pum florum, vbi domus non est ædifica-
ta: & manducabis solummodo de flori-
bus campi, & carnem nõ gustabis, & vi-
num non bibes, sed solummodo flores.
*deprecare Altissimum sine intermis- 25
sione, & veniam, & loquar tecum. *Et 26
profectus sum, sicut dixit mihi, in cam-
pum qui vocatur Ardath, & sedi ibi in
floribus. Et de herbis agri manducaui, &
facta est esca earum mihi in saturitatem.
*Et factum est post dies septem, & e- 27
go discumbebam supra fœnum, & cor
meum iterum turbabatur sicut antè.
*Et apertum est os meum, & incho- 28
aui dicere coram Altissimo, & dixi, *O 29
Exo. 19, 9. & 24, 3. Deu. 4, 12. Domine, te nobis ostendens ostensus es
patribus nostris in deserto, quod nõ cal-
catur; & infructuoso, quando erant ex-
euntes de Ægypto: & dicens dixisti,
*Tu Israel audi me, & semen Iacob in- 30
tende sermonibus meis. *Ecce enim e- 31
go semino in vobis legem meam, & fa-
ciet in vobis fructum, & glorificabimi-
ni in eo per seculum. *Nam patres no- 32
stri accipientes legem, non seruauerunt,
& legitima mea non custodierunt, & fa-
ctus est fructus legis nõ parẽs: nec enim
poterat, quoniam tuus erat. *Nam qui 33
Exo. 32, 28. acceperunt, perierunt, non custodien-
tes quod in eis seminatum fuerat. *Et 34
ecce, consuetudo est, vt cùm acceperit
terra semen, vel nauem mare, vel vas a-
liquod escam vel potum: cùm fuerit ex-
terminatum id in quo seminatũ est, vel
in quod missum est; *simul id quod se- 35
minatum, vel missum est, vel quæ susce-
pta sunt, exterminantur, & susceptа iam
non manent apud nos: sed nobis sic non
factum est. *Nos quidem qui legem 36
accepimus peccantes periuimus, & cor
nostrum quod susceпit eam: *nam lex 37
Isa. 48, 1. Iuſt. 10, 40. non periit, sed permansit in suo labore.
*Et cùm loquerer hæc in corde meo, 38
respexi oculis meis, & vidi mulierem in
dextera parte. & ecce hæc lugebat, &
plorabat cum voce magna, & animo do-
lebat valde, & vestimenta eius discissa,
& cinis super caput eius. *Et dimi- 39
si cogitatus, in quibus eram cogitans,
& conuersus sum ad eam, & dixi ei, *Vt 40
quid fles? & quid doles animo? Et dixit
ad me, *Dimitte me Domine meus, vt 41
defleam me, & adiiciam dolorem: quo-
niam valde amaro sum animo, & humi-
liata sum valde. *Et dixi ei, Quid passa 42
es? dic mihi. Et dixit ad me, *Sterilis fui 43
ego famula tua, & non peperi habẽs ma-
ritũ annis triginta. *Ego enim per sin- 44
gulas horas, & per singulos dies, & annos
hos triginta deprecor Altissimum nocte
ac die. *Et factum est, post triginta an- 45
nos exaudiuit me Deus ancillam tuam,
& vidit humilitatem meam, & attendit
tribulationi meæ, & dedit mihi filiũ: &
incundata sum super eum valde ego, &
vir meus, & omnes ciues mei, & honori-
ficabamus valde Fortem. *Et nutriui 46
eum cum labore multo. *Et factum est, 47
cùm creuisset, & venisset accipere vxo-
rem, feci diem epuli.

CAP. X.

ET factum est, cùm introisset filius 1
meus in thalamo suo, cecidit, &
mortuus est: *& euertimus omnes lu- 2
mina, & surrexerũt omnes ciues mei ad
cõsolandum me, & quieui vsq. in alium
diem vsque nocte. *Et factum est, cùm 3
omnes quieuissent vt me cõsolarentur
vt quiescerem: & surrexi nocte, & fu-
gi: & veni sicut vides in hoc campo: *& 4
cogito iam non reuerti in ciuitatem, sed
hîc consistere: & neque manducare, ne-
que bibere, sed sine intermissione luge-
re & ieiunare vsque dum moriar. *Et 5
dereliqui sermones in quibus eram, &
respondi cum iracundia ad eam, & dixi,
*Stulta super omnes mulieres, non vi- 6
des luctum nostrum, & quæ nobis con-
tingunt? *Quoniã Sion mater nostra, 7
omni tristitia contristatur, & humilitate
humiliata est, & luget validissimè. *Et 8
nunc quoniam omnes lugemus, & tri-
stes sumus: quoniam omnes contristati
sumus, tu autem cõtristaris in vno filio?
*Interroga enim terram, & dicet tibi: 9
quoniam hæc est, quæ debeat lugere ca-
sum tantorum super eam germinãtium.
*Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alij 10
venient:

veniẽt: & ecce, penè omnes in perditionem ambulãt, & exterminium fit multitudo eorum. * Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quàm tu, quæ pro vno doles? Si autem dicis mihi, 11

* Quoniam non est planctus meus similis terræ; quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi, & cum doloribus genui: * terra autem secundum viam terræ, abiitque in ea multitudo præsens, quo modo euenit: & ego tibi dico, * sicut tu cum labore peperisti, sic & terra dat fructum suum homini ab initio ei qui fecit eam. 12 13 14

* Nunc ergo retine apud temetipsam 15 dolorẽ tuum, & fortiter fer qui tibi contigerũt casus. * Si enim iustificaueris 16 terminum Dei, & consilium suum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis.

* Ingredere ergo in ciuitatẽ ad virum 17 tuum. Et dixit ad me, * Non faciam, 18 neque ingrediar ciuitatem, sed hîc moriar. * Et apposui adhuc loqui ad eam, 19 & dixi, * Noli facere hunc sermonem, 20 sed consenti persuadenti. Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem Ierusalem. * Vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitum est, & templum nostrum destructũ est, * & psalterium 21 22 nostrũ humiliatum est, & hymnus cõticuit, & exultatio nostra dissoluta est, & lumen candelabri nostri extinctũ est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra contaminata sunt, & nomen quod inuocatũ est super nos, penè prophanatũ est: & liberi nostri contumeliã passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitatẽ abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri perditi sunt, & iuuenes nostri seruierũt, & fortes nostri inualidi facti sunt: * & 23 quod omnium maius, signaculũ Sion, quoniam resignata est de gloria sua, nam & tradita est in manibus eorum qui nos oderunt. * Tu ergo excute tuã tristitiam 24 multã, & depone abs te multitudinem dolorum, vt tibi repropitietur Fortis, & requiẽ faciet tibi Altissimus requietionem laborum. * Et factum est, cùm lo- 25
quebar ad eã, facies eius fulgebat subitò & species, coruscus fiebat visus eius, vt essem pauens valde ad eã, & cogitarem quid esset hoc. * Et ecce, subitò emisit 26
sonitum vocis magnũ timore plenum, vt commoueretur terra à mulieris sono. & vidi: * & ecce, amplius mulier non 27
comparebat mihi, sed ciuitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamentis magnis: & timui, & clamaui voce magna, & dixi, * Vbi est Vriel ange- 28 Esp. 4.
lus, qui à principio venit ad me? quoniã ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis huius, & factus est finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium. * Et cùm essem loquẽs 29
ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me: * & ecce eram positus vt mortuus, & 30
intellectus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & confortauit me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi, * Quid tibi est? & quare contur- 31
batus est intellectus tuus, & sensus cordis tui? & quare conturbaris? Et dixi,

* Quoniã dereliquisti me, & ego qui- 32
dem feci secundum sermones tuos, & exiui in campum: & ecce vidi, & video quod non possum enarrare. Et dixit ad 33
me, * Sta vt vir, & * commouebo te. Et commonebo te.
dixi, * Loquere Domine meus tu in me, 34
noli me derelinquere, vt non frustra moriar: * quoniam vidi quæ non scie- 35
bam, & audio quæ nõ scio. * Aut numquid sensus meus fallitur, & anima mea 36
somniat? * Nunc ergo deprecor te, vt 37
demõstres seruo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit, * Audi me, 38
& doceam te, & dicam tibi de quibus times: quoniam Altissimus reuelauit tibi mysteria multa. * Vidit rectã viã tuam, 39
quoniam sine intermissione contristaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion. * Hic ergo intellectus vi- 40
sionis quæ tibi apparuit ante paulum.

* Quam vidisti lugentẽ, inchoasti con- 41
solari eam. * Nunc autẽ iam speciem 42
mulieris non vides, sed apparuit tibi ciuitas

uitas ædificari, * & quoniam enarra- 43
bat tibi de casu filij sui, hæc absolutio est. * Hæc mulier quam vidisti, hæc est 44
Sion: & quoniam dixit tibi' quam & nunc conspicies, vt ciuitatem ædificatam. * Et quoniã dixit tibi, quia sterilis 45
fuit triginta annis: propter quod erant anni scilicet triginta, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. * Et factum 46
est post annos triginta, ædificauit Salomon ciuitatem, & obtulit oblationes: tunc fuit quando peperit sterilis filium. * Et quod tibi dixit, quoniam 47
nutriuit eum cum labore, hoc erat, habitatio in Ierusalem. * Et quoniam di- 48
xit tibi, quòd filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset, & contigisset ei casus, hoc erat, quæ facta est ruina Ierusalem. * Et ecce, vidisti similitudinem 49
eius: & quoniam filium lugeret, inchoasti consolari eam: & de his quæ contigerunt, hæc erant tibi aperienda. * Et nũc 50
videt Altissimus, quoniã ex animo contristatus es, & quoniã ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriæ eius, & pulchritudinẽ decõris eius.

* Propterea enim dixit tibi vt maneres 51
in campo vbi domus non est ædificata.

* Sciebam enim ego, quoniam Altis- 52
simus incipiebat tibi ostendere hæc:

* propterea dixi tibi vt venires in agrũ 53
vbi non est fundamentũ ædificij. * Nec 54
enim poterat opus ædificij hominis sustineri in loco, vbi incipiebatur Altissimi ciuitas ostendi. * Tu ergo noli time- 55
re, neque expauescat cor tuũ: sed ingredere, & vide splendorẽ & magnitudinẽ ædificij, quantũ capax est tibi visus oculorũ videre: * & post hæc audies quan- 56
tum capit auditus auriũ tuarũ audire.

* Tu enim beatus es præ multis, & vo- 57
catus es apud Altissimũ sicut & pauci.

* Nocte autẽ quæ in crastinum futura 58
est, manebis hîc: * & ostendet tibi Altis- 59
simus eas visiones supremorum, quæ faciet Altissimus his qui habitant super terram à nouissimis diebus. * Et dor- 60
miui illam noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

CAP. XI.

1 ET vidi somniũ, & ecce ascẽdebat de mari aquila, cui erant duodecim alę
2 pennarũ, & capita tria. * Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnẽ terram, & omnes venti cæli insufflabant in eam,
3 & colligebantur. * Et vidi, & de pennis eius nascebantur contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in pennaculis minutis &
4 modicis. * Nam capita eius erant quiescentia, & dimidiũ caput erat maius aliorum capitũ, sed ipsa quiescebat cum eis.
5 * Et vidi, & ecce aquila volauit in pennis suis, & regnauit super terrã, & super
6 eos qui habitant in ea. * Et vidi, quoniam subiecta erant ei omnia sub cælo, & nemo illi contradicebat, neque vnus
7 de creaturà quę est super terram. * Et vidi, & ecce surrexit aquila super vngues suos, & misit vocem pennis suis, dicens,
8 * Nolite omnes simul vigilare, dormite vnusquisq. in loco suo, & per tẽpus vi-
9 gilate. * Capita autẽ in nouissimo ser-
10 uentur. * Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus eius, sed de medietate cor-
11 poris eius. * Et numeraui cõtrarias pen-
12 nas eius, & ecce ipsæ erant octo. * Et vidi, & ecce à dextera parte surrexit vna penna, & regnauit super omnẽ terram.
13 * Et factum est cùm regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: & sequens exurrexit, & regnabat. Ipsa mul-
14 tum tenuit tempus. * Et factũ est cùm regnaret, & veniebat finis eius, vt non
15 appareret sicut prior. * Et ecce vox e-
16 missa est illi, dicens, * Audi tu quæ tanto tempore tenuisti terrã. hæc annuntio tibi antequã incipias non apparere.
17 * Nemo post te tenebit tẽpus tuum, sed
18 nec dimidiũ eius. * Et leuauit se tertia, & tenuit principatũ sicut & priores: &
19 non apparuit & ipsa. * Et sic contingebat omnibus aliis singulatim principatum gerere, & iterũ nusquam cõpare-
20 re. * Et vidi, & ecce in tẽpore sequentes pennæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent & ipsæ principatum: & ex his erant quæ tenebant, sed tamen statim
21 non cõparebant. * Nam & aliquæ ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum.

cipatum. [32]Et vidi poſt hæc, & ecce non comparuerunt duodecim pennæ, & duo pennacula: [33]& nihil ſupererat in corpore aquilæ, niſi duo capita quieſcentia & ſex pennacula. [34]Et vidi, & ecce ſex pennaculis diuiſæ ſunt duæ, & manſerunt ſub capite quod eſt ad dexteram partem. Nam quatuor manſerunt in loco ſuo. [35]Et vidi, & ecce ſubalares cogitabant ſe erigere & tenere principatus. [36]Et vidi, & ecce vna erecta eſt, ſed ſtatim non comparuit. [37]Et ſecundæ velociùs, quàm priores non comparuerunt. [38]Et vidi, & ecce duæ quæ ſuperauerunt apud ſemetipſas, cogitabant & ipſæ regnare.

[39]& in eo cùm cogitarent, ecce vnum quieſcentium capitum quod erat medium, euigilabat. hoc enim erat duorum capitum maius. [40]Et vidi quoniam completa ſunt duo capita ſecum: [41]& ecce conuerſum eſt caput cum his qui cum eo erant, & comedit duas ſubalares quæ cogitabant regnare. [42]Hoc autem caput perconterruit omnem terram, & dominabatur in ea his qui habitant terrã cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum ſuper omnes alas quę fuerunt. [43]Et vidi poſt hæc, & ecce medium caput ſubitò non comparuit, & hoc ſicut alæ. [44]Superauerunt autem duo capita, quæ & ipſa ſimiliter regnauerunt ſuper terram, & ſuper eos qui habitant in ea. [45]Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à læua. [46]Et audiui vocem dicentẽ mihi, Conſpice contra te, & cõſidera quod vides. [47]Et vidi, & ecce ſicut leo concitatus de ſylua rugiens: & vidi quoniã emittebat vocẽ hominis ad aquilam. Et dixit, dicens, [48]Audi tu, & loquar ad te, & dicet Altiſſimus tibi, [49]Nónne tu es qui ſuperaſti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in ſeculo meo, & vt per eos veniret finis temporũ eorum? [50]Et quartus veniẽs deuicit omnia animalia quæ tranſierunt, & potentatu tenuit ſeculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore peſſimo, & inhabitauit tot temporibus orbem terrarum cum dolo. [51]Et iudicaſti terram nõ cum veritate. [52]Tribulaſti enim mãſuetos, & læſiſti quieſcentes, & dilexiſti mendaces, & deſtruxiſti habitationes eorum qui fructificabant, & humiliaſti muros eorum qui te non nocuerũt. [53]Et aſcendit contumelia tua vſque ad Altiſſimum, & ſuperbia tua ad Fortem.

[54]Et reſpexit Altiſſimus ſuperba tempora, & ecce finita ſunt, & ſcelera eius completa ſunt. [55]Propterea non appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua peſſima, & capita tua maligna, & vngues tui peſſimi, & omne corpus tuum vanum, [56]vt refrigeretur omnis terra, & reuertatur liberata de manu, & ſperet iudicium & miſericordiam eius qui fecit eam.

CAP. XII.

[1]ET factum eſt, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam: & vidi, [2]& ecce quod ſuperauerat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum tranſierũt, & erectæ ſunt vt regnarent. & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum. [3]Et vidi, & ecce ipſi non apparebant, & omne corpus aquilæ incẽdebatur, & expaueſcebat terra valde, & ego à tumultu & exceſſu mentis, & à magno timore vigilaui, & dixi ſpiritui meo, [4]Ecce tu præſtitiſti mihi hoc in eo, quod ſcrutaris vias Altiſſimi. Ecce adhuc fatigatus ſum animo, & ſpiritus meo inualidus ſum valde, & nec modica eſt in me virtus à multo timore qui expaui nocte hac. [5]Nunc ergo orabo Altiſſimũ, vt me confortet vſque in finem.

[6]Et dixi, Dominator Domine, ſi inueni gratiam ante oculos tuos, & ſi iuſtificatus ſum apud te præ multis, & ſi certè aſcendit deprecatio mea ante faciem tuam, [7]conforta me, & oſtende ſeruo tuo mihi interpretationẽ & diſtinctionem viſus horribilis huius, vt pleniſſimè conſoleris animam meam. [8]Dignum enim me habuiſti oſtendere mihi temporũ nouiſſima. [9]Et dixit ad me, Hæc eſt interpretatio viſionis huius: [10]Aquilam quam vidiſti aſcendentem de mari, hoc eſt regnum quod viſum eſt in viſione Da-

ne Danieli fratri tuo. [11]Sed non eſt illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor. [12]Ecce dies veniunt, & exurget regnum ſuper terram, & erit timor acrior omnium regnorum quæ fuerunt ante eum. [13]Regnabunt autem in ea reges duodecim, vnus poſt vnum. [14]Nam ſecũdus incipiet regnare, & ipſe tenebit amplius tempus præ duodecim. [15]Hæc eſt interpretatio duodecim alarum quas vidiſti. [16]Et quam audiſti vocem quæ locuta eſt, nõ de capitibus eius exeuntem, ſed de medio corporis eius, [17]hæc eſt interpretatio: quoniam poſt tempus regni illius naſcentur contentiones non modicæ, & periclitabitur vt cadat: & non cadet tunc, ſed iterum conſtituetur in ſuum initium. [18]Et quoniã vidiſti ſubalares octo cohærentes alis eius, [19]hæc eſt interpretatio, exurgent in ipſo octo reges, quorum erunt tẽpora leuia, & anni citati, & duo quidem ex ipſis perient.

[20]Appropinquante autem tempore medio, quatuor ſeruabuntur in tempore, cùm incipiet appropinquare tẽpus eius vt finiatur: duæ verò in finem ſeruabuntur. [21]Et quoniã vidiſti tria capita quieſcentia, [22]hæc eſt interpretatio, in nouiſſimis eius ſuſcitabit Altiſſimus tria regna, & reuocabit in ea multa, & dominabuntur terram, [23]& qui habitant in ea, cum labore multo ſuper omnes qui fuerunt ante hos. propter hoc ipſi vocati ſunt capita aquilæ. [24]Iſti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius, & qui perficient nouiſſima eius. [25]Et quoniam vidiſti caput maius non apparens, hæc eſt interpretatio eius: quoniam vnus ex eis ſuper lectum ſuum morietur, & tamen cum tormentis. [26]Nam duo qui perſeuerauerint, gladius eos comedet. [27]Vnius enim gladius comedet qui cum eo: ſed tamẽ hic gladio in nouiſſimis cadet. [28]Et quoniam vidiſti duas ſubalares traijcientes ſuper caput quod eſt in dextera parte, [29]hæc eſt interpretatio. hi ſunt quos conſeruauit Altiſſimus in finem ſuum, hoc eſt regnum exile, & turbationis plenum. [30]Sicut vidiſti & leonem, quem vidiſti de ſylua euigilantem & rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguẽtem eam, & iniuſtitias ipſius per [31]omnes ſermones eius ſicut audiſti: [32]hic eſt ventus quem ſeruauit Altiſſimus in finem ad eos, & impietates ipſorum: & arguet illos, & incutiet coram ipſis diſ[33]cerptiones eorum. [34]Statuet enim eos in iudicio viuos: & erit, cùm arguerit eos, [35]tunc corripiet eos. [36]nam reſiduum populum meum liberabit cum miſeria, qui ſaluati ſunt ſuper fines meos, & iucũdabit eos quoaduſq. veniet finis dies iudicij, de quo locutus ſum tibi ab initio.

[37]Hoc ſomnium quod vidiſti, & hæ in[38]terpretationes. [39]Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire Altiſſimi ſecretũ hoc. [40]Scribe ergo omnia iſta in libro quæ vidiſti, & [41]pone ea in loco abſcondito: [42]& docebis ea ſapientes de populo tuo, quorũ corda ſcis poſſe capere, & ſeruare ſecreta hæc.

[43]Tu autem adhuc ſuſtine hîc alios dies ſeptem, vt tibi oſtendatur quicquid vi[44]ſum fuerit Altiſſimo oſtendere tibi. [45]Et profectus eſt à me. Et factum eſt, cùm audiſſet omnis populus quoniam pertranſierunt ſeptem dies, & ego non fuiſſem reuerſus in ciuitatem, & cõgregauit ſe omnis à minimo vſque ad maximum: & venit ad me, & dixerũt mihi dicentes, [46]Quid peccauimus tibi, & quid iniuſtè egimus in te, quoniam derelinquẽs nos [47]ſediſti in loco hoc? [48]Tu enim nobis ſuperes ſolus ex omnibus populis, ſicut botrus de vinea, & ſicut lucerna in loco obſcuro, & ſicut portus & nauis ſaluata à [49]tempeſtate. [50]Aut non ſufficiunt nobis [51]mala quæ contingunt? [52]Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis erat melius ſi eſſemus ſuccenſi & nos cum incendio [53]Sion? [54]Nec enim nos ſumus meliores eorum qui ibi mortui ſunt. Et ploraueruntvoce magna. Et reſpondi ad eos, & [55]dixi, [56]Confide Iſrael, & noli triſtari tu [57]domus Iacob. [58]Eſt enim memoria veſtri coram Altiſſimo, & Fortis nõ eſt oblitus [59]veſtri in tentatione. [60]Ego enim non dereliqui vos, neq. exceſſi à vobis: ſed veni in hunc locum, vt deprecarer pro deſolatione Sion, vt quærerẽ miſericordiam pro humilitate ſanctificationis veſtræ.

[49] Et nunc ite vnuſquiſq. veſtrûm in domum ſuam, & ego veniam ad vos poſt dies iſtos. [50] Et profectus eſt populus, ſicut dixi ei, in ciuitatem: [51] ego autem ſedi in campo ſeptẽ diebus, ſicut mihi mandauit: & manducabam de floribus ſolummodò agri, de herbis facta eſt eſca mihi in diebus illis.

CAP. XIII.

[1] ET factum eſt poſt dies ſeptem, & [2] ſomniaui ſomnium nocte. Et ecce, de mari ventus exurgebat, vt conturbaret omnes fluctus eius. [3] Et vidi, & ecce conualeſcebat ille homo cum millibus cæli: & vbi vultum ſuũ vertebat vt conſideraret, tremebant omnia quæ ſub eo videbantur: [4] & vbicunq. exibat vox de ore eius, ardeſcebant omnes qui audiebant voces eius, ſicut quieſcit terra quãdo ſenſerit ignem. [5] Et vidi poſt hęc, & ecce congregabatur multitudo hominum, quorum nõ erat numerus, de quatuor ventis cæli, vt debellarẽt hominem qui aſcenderat de mari. [6] Et vidi, & ecce ſibimetipſi ſculpſerat montẽ magnum, & volauit ſuper eum. [7] Ego autem quęſiui videre regionem, vel locum vnde ſculptus eſſet mons, & non potui. [8] Et poſt hæc vidi, & ecce omnes qui congregati ſunt ad eum, vt expugnarent eum, timebant valde, tamẽ audebant pugnare. [9] Et ecce, vt vidit impetum multitudinis venientis, non leuauit manũ ſuam, neque phrameam tenebat, neq. aliquod vas bellicoſum, [10] niſi ſolummodò vt vidi, quoniam emiſit de ore ſuo ſicut flatum ignis, & de labiis eius ſpiritus flammæ, & de lingua eius emittebat ſcintillas & tempeſtates, & commiſta ſunt omnia ſimul, hic flatus ignis, & ſpiritus flãmæ, & multitudo tempeſtatis: [11] & concidit ſuper multitudinem in impetu, quę præparata erat pugnare, & ſuccẽdit omnes, vt ſubitò nihil videretur de innumerabili multitudine, niſi ſolummodò puluis, & fumi odor: & vidi, & extimui. [12] Et poſt hæc vidi ipſum hominem deſcendentem de monte, & vocantẽ ad ſe multitudinem aliam pacificam, [13] & accedebat ad eum vultus hominũ multorum quorundam gaudentium, quorundam triſtantium: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. & ægrotaui à multitudine pauoris, & [14] pergefactus ſum, & dixi, Tu ab initio demonſtraſti ſeruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuiſti vt ſuſciperes deprecationem meam: [15] & nunc demonſtra mihi adhuc interpretationem ſomnij [16] huius. Sicut enim exiſtimo in ſenſu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis: & multo plus væ his qui nõ ſunt derelicti. [17] Qui enim non ſunt derelicti, [18] triſtes erant. Intelligo nunc quæ ſunt repoſita in nouiſſimis diebus, & occurrent eis, ſed & his qui derelicti ſunt. [19] Propter hoc venerunt enim in pericula magna, & neceſſitates multas, ſicut [20] oſtendunt ſomnia hæc. Attamen facilius eſt periclitantem venire in hunc, quàm pertranſire, ſicut nubem à ſeculo, & nunc videre quæ contingunt in nouiſſimo. Et reſpondit ad me, & dixit,

[21] Et viſionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es, adaperiam [22] tibi. Quoniam de his dixiſti qui derelicti ſunt, hæc eſt interpretatio. [23] Qui aufert periculum illo tempore, hic ſe cuſtodiuit. qui in periculo inciderunt, hi ſunt qui habent opera & fidem ad For-[24] tiſſimum. Scito ergo quoniam magis beatificati ſunt qui derelicti, ſuper eos [25] qui mortui ſunt. Hæ interpretationes viſionis, quia vidiſti virum aſcendentem de corde maris, [26] ipſe eſt quem conſeruat Altiſſimus multis temporibus, qui per ſemetipſum liberabit creaturã ſuam: [27] & ipſe diſponet, qui derelicti ſunt. Et quoniam vidiſti de ore eius exire, vt ſpi-[28] ritum & ignẽ, & tempeſtatem: & quoniam non tenebat phrameam, neq. vas bellicoſum: corrupit enim impetus eius multitudinem, quæ venerat expugnare [29] eum. hæc eſt interpretatio. Ecce dies veniunt, quando incipiet Altiſſimus li-[30] berare eos qui ſuper terram ſunt: & veniet in exceſſu mentis ſuper eos qui in-[31] habitant terram. Et alij alios cogitabunt debellare: ciuitas ciuitatem, & locus locum, & gens aduerſus gentem, & regnum

regnum aduerſus regnũ. [32] Et erit, cùm fient hæc, & contingent ſigna quæ antè oſtendi tibi: & tunc reuelabitur filius meus, quem vidiſti, vt virum aſcendentem. [33] Et erit quando audierint omnes Gentes vocẽ eius: & derelinquet vnuſquiſq. in regione ſua bellum ſuum, quod habent ad alterutrum: [34] & colligetur in vnum multitudo innumerabilis, ſicut volẽtes venire, & expugnare eum. [35] Ipſe autem ſtabit ſuper cacumen mõtis Sion. [36] Sion autem veniet, & oſtendetur omnibus parata & ædificata, ſicut vidiſti montem ſculpi ſine manibus. [37] Ipſe autem filius meus arguet quæ adinuenerunt Gentes, impietates eorum has quæ tempeſtati appropinquauerunt propter mala cogitamẽta eorum & cruciamenta, quibus incipient cruciari: [38] quæ aſſimilatæ ſunt flammæ, & perdet eos ſine labore per legem quæ igni aſſimilata eſt.

[39] Et quoniam vidiſti eum colligentem ad ſe aliam multitudinẽ pacificam, [40] hæ ſunt decem tribus, quæ captiuæ factæ ſunt de terra ſua in diebus Oſeæ regis, quem captiuum duxit Salmanaſar rex Aſſyriorum: & tranſtulit eos trans Flumen, & tranſlati ſunt in terram aliam. [41] Ipſi autem ſibi dederunt cõſilium hoc vt derelinquerent multitudinem Gentium, & proficiſcerentur in vlteriorem regionem, vbi nunquam inhabitauit genus humanum: [42] vel ibi obſeruare legitima ſua, quæ non fuerant ſeruantes in regione ſua. [43] Per introitus autem anguſtos fluminis Euphraten introierunt. [44] Fecit enim eis tunc Altiſſimus ſigna, & ſtatuit venas fluminis vſquequo tranſirent. [45] Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni vnius & dimidij: nã regio illa vocatur Arſareth. [46] Tunc inhabitauerunt ibi vſq. in nouiſſimo tempore: & nunc iterum cùm cœperint venire, [47] iterum Altiſſimus ſtatuet venas fluminis, vt poſſint tranſire: propter hæc vidiſti multitudinem cum pace. [48] Sed & qui derelicti ſunt de populo tuo, hi ſunt qui inueniuntur intra terminum meum. [49] Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinẽ earum, quæ collectæ ſunt Gentes, proteget eos qui [50] ſuperauerunt populum: & tunc oſten-[51] det eis multa plurima portenta. Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi oſtende, propter quod vidi virum aſcendentem de corde maris. Et dixit mihi,

[52] Sicut non potes hæc vel ſcrutari, vel ſcire quæ ſunt in profundo maris: ſic nõ poterit quiſque ſuper terram videre filium meum, vel eos qui cum eo ſunt, ni-[53] ſi in tempore diei. Hæc eſt interpretatio ſomnij quod vidiſti, & propter quod [54] illuminatus es hic ſolus. Dereliquiſti enim tuam, & circa meã vacaſti legem, [55] & quæſiſti. Vitam enim tuam diſpoſuiſti in ſapientia, & ſenſum tuum voca-[56] ſti matrem: & propter hoc oſtendi tibi merces apud Altiſſimum. erit enim poſt alios tres dies, ad te alia loquar, & expo-[57] nam tibi grauia & mirabilia. Et profectus ſum, & tranſij in campum, multum glorificans & laudãs Altiſſimum de mi-[58] rabilibus quæ per tempus faciebat: & quoniam gubernat ipſum, & quæ ſunt in temporibus illata, & ſedi ibi tribus diebus.

CAP. XIIII.

[1] ET factum eſt tertio die, & ego ſede-[2] bam ſub quercu. Et ecce, vox exiuit contra me de rubo, & dixit, Eſdra Eſdra. Et dixi, Ecce ego Domine. Et ſurrexi [3] ſuper pedes meos. Et dixit ad me, Reuelans reuelatus ſum ſuper rubum, & locutus ſum Moyſi, quando populus [4] meus ſeruiebat in Ægypto, & miſi eũ, & eduxi populum meum de Ægypto, & adduxi eum ſuper montem Sina, & detinebam eũ apud me diebus multis: [5] & enarraui ei mirabilia multa, & oſtendi ei temporum ſecreta & finem: & præcepi ei, dicens, [6] Hæc in palam facies [7] verba, & hæc abſcondes. Et nunc tibi [8] dico, Signa quæ demonſtraui, & ſomnia quæ vidiſti, & interpretationes quas [9] tu vidiſti, in corde tuo repone ea: tu enim recipieris ab omnibus, conuertẽris reſiduus cum conſilio meo, & cum ſimilibus tuis, vſquequo finiantur tempora. [10] quoniam ſeculum perdidit iuuẽtutem ſuam, & tempora appropinquant ſeneſcere. [11] Duodecim enim partibus diui-

Exod. 3, 2.

Ioh. 14, 21. Ioſ. 3, 15.

Mat. 24.

sum est seculum, & transierunt eius de-
cima & dimidium decimæ partis: [12] *super-
sunt autem eius post medium deci-
mæ partis. [13] *Nũc ergo dispone domum
tuam, & corripe populum tuum, & con-
solare humiles eorum, & renuntia iam
corruptelæ, [14] *& dimitte abs te mortales
cogitationes, & proijce abs te pondera
humana, & exue te iam infirmam natu-
ram, & repone in vnã partem molestis-
Matt.24.7. sima tibi cogitamenta, & festina trans-
migrare à temporibus his: [15] *quæ enim
1.Ioh.2,18. vidisti nunc contigisse mala, iterum ho-
rum deteriora facient: [16] *quantum enim
inualidum fiet seculum à senectute, tan-
tùm multiplicabuntur super inhabitan-
tes mala. [17] *Prolongauit enim se magis
veritas, & appropinquauit mendacium.
Iam enim festinat venire, quam vidisti
visionem. [18] *Et respondi, & dixi coram
te Domine, [19] *Ecce enim ego abibo, sicut
præcepisti mihi, & corripiam præsentem
populum. Qui autem iterum nati fue-
rint, quis commonebit? [20] *Positum est
ergo seculum in tenebris, & qui inhabi-
tant in eo sine lumine. [21] *Quoniam lex
tua incensa est, propter quod nemo scit
quæ à te facta sunt, vel quæ incipiẽt ope-
ra. [22] *Si enim inueni in te gratiam, im-
mitte in me spiritum sanctum, & scri-
bam omne quod factum est in seculo ab
initio, quæ erant in lege tua scripta, vt
possint homines inuenire semitam: &
qui voluerint viuere in nouissimis, vi-
uant. [23] *Et respondit ad me, & dixit, Va-
dens congrega populum, & dices ad eos
vt non quærant te diebus quadraginta.
[24] *Tu autem præpara tibi buxos multos,
& accipe tecum Saream, Dabriam, Sale-
miam, Echanum, & Asiel, quinque hos
qui parati sunt ad scribendum velociter.
[25] *Et venias huc, & ego accẽdam in cor-
de tuo lucernam intellectus, quæ nõ ex-
tinguetur quoadusq. finiantur quæ inci-
pies scribere. [26] *Et tunc perfectis quæ-
dam palam facies, quædam sapientibus
absconsè trades: in crastinum enim hac
hora incipies scribere. [27] *Et profectus
sum, sicut mihi præcepit, & congregaui
omnem populum, & dixi, [28] *Audi Israel
verba hæc, [29] *Peregrinati sunt patres no- Gen.15.13.
stri ab initio in Ægypto, & liberati sunt Exod.6.5.
inde: [30] *& acceperunt legem vitæ, quam
non custodierunt, quam & vos post eos
transgressi estis: [31] *& data est vobis terra
in sortem, & terra Sion, & patres vestri,
& vos iniquitatem fecistis, & non seruа-
stis vias quas præcepit vobis Altissimus:
[32] *& iustus iudex cùm sit, abstulit à vo-
bis in tempore quod donauerat. [33] *Et
nũc vos hìc estis, & fratres vestri intror-
sum vestrum sunt. [34] *Si ergo imperaue-
ritis sensui vestro, & erudieritis cor ve-
strum, viui conseruati eritis, & post mor-
tem misericordiam consequemini. [35] *Iu-
dicium enim post mortẽ veniet, quando
iterum reuiuiscemus: & tunc iustorum
nomina parebunt, & impiorum facta
ostendentur. [36] *Ad me igitur nemo acce-
dat nunc, neque requirat me vsque dies
quadraginta. [37] *Et accepi quinque viros,
sicut mandauit mihi, & profecti sumus
in campum, & mansimus ibi. [38] *Et factus
sum in crastinum, & ecce vox vocauit
me, dicens, Esdra aperi os tuum, & bibe
quo te potauero. [39] *Et aperui os meum,
& ecce calix plenus porrigebatur mihi.
Hoc erat plenũ sicut aqua: color autem
eius vt ignis similis. [40] *Et accepi, & bibi: &
in eo cùm bibissem, cor meum cruciа-
batur intellectu, & in pectus meum in-
crescebat sapientia. Nam spiritus meus
conseruabatur memoria. [41] *Et apertum
est os meum, & nõ est clausum amplius.
[42] *Altissimus dedit intellectum quinque
viris, & scripserunt quæ dicebantur ex-
cessiones noctis quas nõ sciebant. [43] *No-
cte autem manducabant panem, ego
autem per diem loquebar, & per noctem
non tacebam. [44] *Scripti sunt autem per
quadraginta dies, libri ducenti quatuor.
[45] *Et factum est cùm compleuissent qua-
draginta dies, locutus est Altissimus, di-
cens, Priora quæ scripsisti, in palam po-
ne, & legant digni & indigni: [46] *nouissi-
mos autem septuaginta conseruabis, vt
[47] tradas eos sapiẽtibus de populo tuo. *In
his enim est vena intellectus, & sapientiæ
fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP.

CAP XV.

[1] *ECce loquere in aures plebis meę ser-
mones prophetię, quos immisero in
os tuum, dicit Dñs: [2] *& fac vt in charta
scribantur, quoniam fideles & veri sunt.
[3] *Ne timeas à cogitationibus aduersum
tẽ, nec turbent te incredulitates dicen-
tium, [4] *Quoniã omnis incredulus in in-
credulitate sua morietur. [5] *Ecce ego in-
duco, dicit Dñs, super orbem terrarum
mala, gladium, & famem, & mortem, &
interitum: [6] *propter quod superpolluit
iniquitas omnem terram, & adimpleta
sunt opera nociua illorum. [7] *Propterea
dicit Dñs: Iam non silebo de impietati-
bus eorum quæ irreligiosè agunt, [8] *nec
sustinebo in his quę iniquè exercent: ec-
ce sanguis innoxius & iustus clamat ad
me, & animæ iustorum clamant perse-
ueranter. [9] *Vindicans vindicabo illos,
Apoc.6,10. & 19,2. dicit Dñs, & accipiam omnem sangui-
nem innoxiũ ex illis ad me: [10] *Ecce po-
pulus meus quasi grex ad occisionẽ du-
citur, iam non patiar illum habitare in
Terra Ægypti: [11] *sed educam eum in
manu potenti & brachio excelso, & per-
cutiam plaga sicut prius, & corrumpam
omnem terram eius. [12] *Lugebit Ægyp-
tus, & fundamẽta eius plaga verberata,
& castigatione quas inducet ei Deus.
[13] *Lugebunt cultores operãtes terram,
quoniam deficiẽt semina eorum ab vre-
dine & grandine, & à sydere terribili.
[14] *Væ seculo, & qui habitant in eo:
[15] *quia appropinquauit gladius & con-
tritio eorũ, & exurget gens contra gen-
tem ad pugnam, & rhomphæa in manі-
bus eorum. [16] *Erit enim inconstabilitio
hominibus, & alij aliis inualescẽtes non
curabunt regem suum, & principes viæ
gestorum suorũ in potentia sua. [17] *Con-
cupiscet enim homo in ciuitatem ire, &
non poterit. [18] *Propter superbiam enim
eorum ciuitates turbabuntur, domus
exterentur, homines metuent. [19] *Non
miserebitur homo proximum suum ad
irritum faciendum domos eorum in gla-
dium, ad diripiendas substantias eorum
propter famem panis & tribulationem
multam. [20] *Ecce, ego cõuoco, dicit Deus,
omnes reges terræ ad me verendum;
qui sunt ab Oriente & ab Austro, ab Eu-
ro, & à Libano, ad conuertendos in se,
[21] & reddere quæ dederunt illis: *sicut fa-
ciunt vsque hodie electis meis, sic fa-
ciam & reddam in sinu eorũ. Hæc dicit
[22] Dñs Deus, *Nõ parcet dextera mea su-
per peccatores, nec cessabit rhomphæa
super effundẽtes sanguinem innoxium
[23] super terram. *Exiit ignis ab ira eius, &
deuorauit fundamenta terræ, & pecca-
[24] tores quasi stramen incensum. *Væ eis
qui peccant, & non obseruant manda-
[25] ta mea, dicit Dominus. *non parcam
illis. Discedite filij à potestate. Nolite
contaminare sanctificationem meam;
[26] *quoniam nouit Dominus omnes qui
delinquunt in illum. propterea tradidit
[27] eos in mortem, & in occisionem. *Iam
enim venerunt super orbem terrarum
mala, & manebitis in illis. non enim li-
berabit vos Deus, propter quod pecca-
[28] stis in eum. *Ecce visio horribilis, & fa-
[29] cies illius ab Oriente. *Et exient na-
tiones draconum Arabum in curribus
multis, & sicut flatus, eorum numerus
fertur super terram, vt iam timeant &
[30] trepident omnes qui illos audient *car-
monij insaniẽtes in ira, & exient vt apri
de silua, & aduenient de virtute magna,
& constabunt in pugnam cum illis, &
vastabunt portionẽ terræ Assyriorum.
[31] *Et post hæc superualescent dracones
natiuitatis suæ memores, & conuertent
se conspirantes in virtute magna ad per-
[32] sequendos eos. *Isti turbabuntur & si-
lebunt in virtute illorum, & conuertent
[33] pedes suos in fugã, *& à territorio As-
syriorũ subsessor obsidebit eos, & con-
sumet vnum ex illis, & erit timor & tre-
mor in exercitu illorum, & contentio
[34] in reges ipsorũ. *Ecce nubes ab Orien-
te, & à Septentrione vsque ad meridia-
num, & facies earum horrida valde, ple-
na iræ & procellæ, & collident se inui-
[35] cem, *& collident sydus copiosum su-
per terram, & sydus illorum, & erit san-
[36] guis à gladio vsque ad ventrem, *& fi-
mus hominis vsque ad substramen ca-
meli, & erit timor & tremor multus su-

per terram, *& horrebũt qui videbunt 37
iram illam,& tremor apprehendet illos:
& poſt hæc mouebuntur nimbi copioſi
*à meridiano & Septẽtrione,& portio 38
alia ab Occidente: *& ſuperinualeſcent 39
venti ab Oriente, & recludent eam, &
nubem quam ſuſcitauit in ira, & ſydus
ad faciendam exterritationem ad Ori-
entalem ventum & Occidentem viola-
bitur: *& exaltabuntur nubes magnæ 40
& validæ plenæ iræ,& ſydus, vt exter-
reant omnem terrã,& inhabitãtes eam,
& infundẽt ſuper omnem locum altum
& eminentem ſydus terribile, *ignem 41
& grandinem, & rhomphæas volantes,
& aquas multas, vt etiam impleantur
omnes campi, & omnes riui plenitudi-
ne aquarum multarum. *& demolien- 42
tur ciuitates & muros,& montes,& col-
les,& ligna ſyluarum, & fœnum prato-
rum, & frumenta eorum. *Et tranſi- 43
bunt conſtantes vſq. Babylonem,& ex-
terent eam: *conuenient ad ipſam, & 44
circuibunt eam, & effundent ſydus, &
omnem iram ſuper eam, & ſubibit pul-
uis & fumus vſque in cœlum, & omnes
in circuitu lugebunt eam: *& qui ſub 45
ea remãſerint, ſeruient his qui exterue-
runt. *Et tu Aſia concors in ſpem Ba- 46
bylonis, & gloria perſonæ eius, *væ ti- 47
bi miſera propter quod aſſimilaſti ei, &
ornaſti filias tuas in fornicatione, ad pla-
cendum & gloriandum in amatoribus
tuis, qui tecum cupierũt ſemper forni-
cari. *Odibilem imitata es in omnibus 48
operibus eius,& in adinuẽtionibus eius:
propterea dicit Deus, *Immittam tibi 49
mala, viduitatem, paupertatem, & fa-
mem,& gladium, & peſtẽ, ad deuaſtan-
das domos tuas à violatione, & morte,
& gloria virtutis tuæ. *Sicut flos ſicca- 50
bitur,cùm exurget ardor qui emiſſus eſt
ſuper te, *infirmaberis vt paupercula 51
plagata & caſtigata à mulieribus, vt non
poſsint te ſuſcipere potẽtes & amatores.
*Nunquid ego ſic zelabor te,dicit Do- 52
minus, *niſi occidiſſes electos meos in 53
omni tempore, exaltans percuſſionem
manuum, & dicens ſuper mortem eo-
rum,cùm inebriata eſſes, *Exorna ſpe- 54
ciem vultus tui? *Merces fornicationis
tuæ in ſinu tuo, propter hoc redditio-
nem accipies. *Sicut facies electis meis, 56
dicit Dominus: ſic faciet tibi Deus,
& tradet te in malum. *Et nati tui fa- 57
me interient: & tu rhomphæa cades,&
ciuitates tuæ conterentur, & omnes tui
in campo gladio cadent. *Et qui ſunt in 58
montibus, fame peribunt,& manduca-
bũt carnes ſuas,& ſanguinẽ bibent à fa-
me panis & ſiti aquæ. *Infelix per maria 59
venies, & rurſum accipies mala. *Et in 60
tranſitu allident ciuitatem occiſam,& exterent'aliquam portionem terræ tuæ, & partẽ gloriæ tuæ exterminabunt,rur-
ſum reuertẽtes ad Babylonem ſubuer- 61
ſam'. *Et demolita eris illis pro ſtipula,& 62
ipſi erunt tibi ignis: *& deuorabunt te.
& ciuitates tuas, terram tuam & mõtes
tuos, omnes ſyluas tuas & lignum fru-
ctiferum igni comburent. *Filios tuos 63
captiuos ducent, & cenſum tuũ in præ-
dam habebunt,& gloriam faciei tuæ ex-
terminabunt.

CAP. XVI.

VÆ tibi Babylon & Aſia, væ tibi 1
Ægypte & Syria. *Præcingite vos 2
ſaccis & ciliciis,& plangite filios veſtros,
& dolete:quoniã appropinquauit cõtri-
tio veſtra. *Immiſſus eſt vobis gladius,& 3
quis eſt qui auertat illum? *Immiſſus eſt 4
in vobis ignis, & quis eſt qui extinguat
illũ? *Immiſſa ſunt vobis mala, & quis 5
eſt qui repellat ea? *Nunquid repellet 6
aliquis leonem eſurientem in ſylua,aut
extinguet ignem in ſtipula, mox quãdo
cœperit ardere? *nunquid repellet ali- 7
quis ſagittam à ſagittario forti miſſam?
*Dominus fortis immittit mala,& quis 8
eſt qui repellat ea? *Exiit ignis ex ira- 9
cundia eius, & quis eſt qui extinguat
eum? *Coruſcabit, & quis non ti- 10
mebit? *Tonabit, & quis non pauc- 11
bit? Dominus comminabitur, & quis
non funditus conteretur à facie ipſius?
*Terra tremuit & fundamenta eius, 12
mare fluctuat de profundo, & fluctus
eius diſturbabuntur, & piſces eius à fa-
cie Domini, & à gloria virtutis eius;
*quoniam fortis dextera eius quæ ar- 13
cum tendit: ſagittæ eius acutæ quæ ab
ipſo

ipſo mittuntur, non deficient,cùm cœ- 14
perint mitti in fines terræ. *Ecce mit-
tuntur mala, & non reuertentur, donec
veniant ſuper terram. *Ignis ſuccendi- 15
tur, & non extinguetur, donec conſu-
mat fundamenta terræ. *Quemadmo- 16
dum non redit ſagitta miſſa à valido ſa-
gittario, ſic non reuertentur mala quæ
miſſa fuerint in terram. *Væ mihi,væ 17
mihi: quis me liberabit in illis diebus?
*initium dolorum & multi gemitus, 18
initiũ famis & multi interitus, initium
bellorum,& formidabũt poteſtates,ini-
tium malorum,& trepidabunt omnes.
*In his quid faciam,cùm venerint ma- 19
la? *Ecce fames & plaga & tribulatio & 20
anguſtia miſſa ſunt flagella in emenda-
tione, *& in his omnibus ſe nõ conuer- 21
tent ab iniquitatibus ſuis, neque flagel-
lorum memores erunt ſemper. *Ecce, 22
erit annonæ vilitas ſuper terram, ſic vt
putent ſibi eſſe directam pacem,& tunc
germinabunt mala ſuper terrã, gladius,
fames, & magna confuſio. *A fame 23
enim plurimi qui inhabitant terram in-
terient, & gladius perdet cæteros qui ſu-
perauerint à fame, *& mortui ſicut ſter- 24
cora proijcientur,& non erit qui conſo-
letur eos. Derelinquetur enim terra de-
ſerta, & ciuitates eius deijcientur. *Non 25
derelinquetur qui colat terram, & qui
ſeminet eam. *Ligna dabunt fructus, 26
& quis vindemiabit illa? *Vua matura 27
fiet,& quis calcabit illam? Erit enim lo-
cis magna deſertio. *Cupiet enim ho- 28
mo hominẽ videre, vel vocem eius au-
dire. *Relinquentur enim de ciuitate 29
decem,& duo de agro qui abſconderint
ſe in denſis nemoribus,& ſciſſuris petra-
rum: *quemadmodum derelinquun- 30
tur in oliueto & ſingulis arboribus tres
aut quatuor oliuæ. *aut ſicut in vinea 31
vindemiata racemi relinquuntur ab his
qui diligenter vineam ſcrutantur: *ſic 32
relinquentur in diebus illis tres aut qua-
tuor ab ſcrutantibus domos eorum in
rhomphæa. *Et relinquetur terra de- 33
ſerta, & agri eius inueterabunt, & viæ
eius, & omnes ſemitæ eius germinabũt
ſpinas, eò quòd non tranſient homines
per eam. Lugebunt virgines nõ haben-
tes ſponſos: *Lugebunt mulieres non 34
habentes viros; lugebunt filiæ earum
non habentes adiutorium: *ſponſi ea- 35
rum in bello cõſumentur,& viri earum
in fame exterentur. *Audite verò iſta, 36
& cognoſcite ea ſerui Domini. *Ecce
verbum Domini, excipite illud: ne diis
credatis de quibus dicit Dñs. *Ecce ap- 38
propinquant mala, & non tardant.
*Quemadmodum prægnans cùm pa- 39
rit in nono menſe filium ſuum, appro-
pinquante hora partus eius ante horas
duas vel tres, dolores circumeunt ven-
trem eius,& prodeunte infante de ven-
tre non tardabunt vno puncto: *ſic non 40
morabuntur mala ad prodeundum ſu-
per terram, & ſeculum gemet, & dolo-
res circum tenebunt illud. *Audite 41
verbum, plebs mea: parate vos in pu-
gnam, & in malis ſic eſtote, quaſi adue-
næ terræ. *Qui vendit,quaſi qui fugiat: 42
& qui emit, quaſi qui perditurus. *Qui 43
mercatur, quaſi qui fructum nõ capiat:
& qui ædificat, quaſi non habitaturus.
*Qui ſeminat, quaſi qui non metet: ſic 44
& qui vineam putat, quaſi non vinde-
miaturus. *Qui nubunt, ſic quaſi filios 45
non facturi: & qui nõ nubunt, ſic quaſi
vidui. *Propter quod qui laborant,ſine 46
cauſa laborant: *Fructus enim illorum 47
alienigenæ metent, & ſubſtantiam illo-
rum rapient,& domos euertent,& filios
eorum captiuabunt, quia in captiuitate
& fame generant natos ſuos. *Et qui 48
negotiantur in rapina, quantum diu ex-
ornant ciuitates & domos ſuas, & poſ-
ſeſſiones & perſonas ſuas, *tanto magis 49
adzelabor eos ſuper peccata ſua, dicit
Dominus. *Quomodo zelatur forni- 50
caria mulierem idoneam & bonam val-
de, *ſic zelabitur iuſtitia iniquitatem 51
cùm exornat ſe, & accuſat eam in facie,
cùm venerit qui defendat exquirẽtem
omne peccatũ ſuper terram. *Propter- 52
ea nolite ſimilari ei, nec operibus eius:
*quoniam adhuc puſillum, & tolletur 53
iniquitas à terra, & iuſtitia regnabit in
vos. *Non dicat peccator ſe non pec- 54
caſſe: quoniã carbones ignis comburet

super caput eius qui dicit, Non peccaui
-3 MS. coram Domino Deo & gloria ipsius.
Ecc.23,25. Luc.16,15. *Ecce Dominus cognoscet omnia opera hominum,& adinuentiones illorum, & cogitationes illorũ, & corda illorum.
Gen.1,1. Ps.148,4. *Dixit enim, Fiat terra, & facta est: fiat cælum, & factum est. *Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, & nouit numerum stellarum. *Qui scrutatur abyssum, & thesauros illarũ: qui mensus est mare, & conceptum eius. *Qui concluſit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo. *Qui extendit cælum quasi cameram, super aquas fundauit eum. *Qui posuit in
'portaret 3 MS. desérto fontes aquarum, & super verticem montium lacus ad emittẽdum flumina ab eminenti petra, vt 'potaret' terram. *Qui finxit hominem, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitam,& intellectum, *& spiramen Dei omnipotentis qui fecit omnia,& scrutinat omnia absconsa in absconsis terræ. *Hic nouit adinuentionem vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris, peccantes,& volentes occultare peccata vestra. *Propter quod Dominus scrutinando scrutinauit omnia opera vestra, & traducet vos omnes,
*& vos confusi eritis cùm processerint peccata vestra coram hominibus,& iniquitates erunt, quæ accusatores stabunt in die illo. *Quid facietis? aut quomodo absconditis peccata vestra coram Deo & angelis eius? *Ecce iudex Deus, time-te eum. Desinite à peccatis vestris,& obliuiscamini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno, & Deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione.
*Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapient quosdam ex vobis,& cibabunt idolis occisos: *& qui consenserint eis,erunt illis in derisum,& in improperium,& in conculcationem.
*erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa super timentes Dominum. *Erunt quasi insani, nemini parcẽtes ad diripiendum & deuastandum adhuc timẽtes Dominum:
*quia deuastabunt & diripient substantias, & de domibus suis eos eijcient.
*Tunc parebit probatio electorũ meorum, vt aurum quod probatur ab igne.
*Audite dilecti mei, dicit Dominus, Ecce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos. *Ne timeatis, nec hæsitetis: quoniam Deus dux vester est. *Et qui seruat mãdata & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præponderent vos peccata vestra, ne supereleuent se iniquitates vestræ. *Væ qui constringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur à sylua, & spinis tegitur semita eius per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

LIBER TOBIÆ.

CAPVT I.

TOBIAS ex tribu & ciuitate Nephthali, quæ est in superioribus Galilææ supra Naasson, post viam quę ducit ad Occidẽtem, in sinistro habens ciuitatem Sephet: *cùm captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit, *ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. *Cúmque esset iunior omnibus in tribu Nephtali, nihil tamẽ puerile gessit in opere. *Denique cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Leroboam fecerat rex Israël, hic solus fugiebat consortia omnium: *& pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israël, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, *ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem. *Hæc & his similia secundum legem Dei puerulus obseruabat. *Cùm verò factus fuisset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua: genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei, *quem ab infantia timere Deum

Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. *Igitur cùm per captiuitatem deuenisset cum vxore sua & filio in ciuitatem Niniuen cum omni tribu sua:
*& cùm omnes ederent ex cibis gentilium, iste custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est in escis eorum. *Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis: *& dedit illi potestatem quocunque vellet ire, habens libertatem quæcunque facere voluisset. *Pergebat 'ergo' ad omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. *Cùm autem venisset in Rages ciuitatem Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decẽ talenta argenti: *& cùm in multa turba generis sui Gabelum egentem videret qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratũ pondus argenti. *Post multum verò temporis mortuo Salmanasar rege, cùm regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo, *Tobias 'quotidie' pergebat per
-8 MS. omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebátque vnicuique, prout poterat, de facultatib. suis. *esurientes alebat, nudísque vestimẽta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam solicitus exhibebat. *Denique
4 Rè. 19,35 Eccl. 48,24 cùm reuersus esset rex Sennacherib fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiã suam, & iratus multos occideret ex filiis Israël, Tobias sepeliebat corpora eorum. *At vbi nunciatum est regi, iussit
Isai.37,36. 1 Mac.7,41 2 Mac.8,19 Inf.2,8. 4 Re.18,37 2 Pa.32,21 eum occidi, & tulit omnẽm substantiam eius. *Tobias verò cum filio suo,& cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum. *Post dies verò quadragintaquinque occiderũt regem filij ipsius, *& reuersus est Tobias in domum suam, omnísque facultas eius restituta est ei.

CAP. II.

POst hæc verò cũ esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, *dixit filio suo,
Vade,& adduc aliquos de tribu nostra, timentes Deum, vt epulẽtur nobiscum.
*Cumque abiisset, reuersus nuntiauit ei vnum ex filiis Israël iugulatum iacere in platea. Statimq. exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: *tollénsque illud portauit ad domum suam occultè, vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum. *Cumque occultasset corpus, Infr.12,12. manducauit panem cum luctu & tremore, *memorans illum sermonem quem dixit Dñs per Amos prophetam, 'Dies festi vestri conuertẽtur in lamen- Amos 8, 10. tationem & luctum. *Cùm verò sol 1 Ma. 1,14. occubuisset, abiit, & sepeliuit eum.
*Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes, Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos?
*Sed Tobias plus timens Deum quàm Sup.1,23. regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. *Contigit autem, vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens in domum suam, iactasset se iuxta parietem, & obdormisset: *& ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fierétque cæcus. *Hanc autem tentationem ideò permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. *Nam cùm ab infantia sua semper Deum timuerit, & mãdata eius custodierit, non est contristatus contra Deũ; quòd plaga cæcitatis euenerit ei: *sed immobilis in Dei timore permansit, agẽs gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. *Nam sicut beato Iob insultabant reges: ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes, *Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas?
*Tobias verò increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui: *quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. *Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie: & de labore manuum suarum victum,

victum, quem consequi poterat, deferebat. ‡Vnde factum est, vt hædum caprarum accipiens detulisset domi. 20

‡Cuius cùm vocem balantis vir eius audisset, dixit, Videte, ne fortè furtiuus sit: reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. ‡Ad hæc vxor eius irata respondit, Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuę modò apparuerunt. ‡Atque his, & aliis huiusce- 23 modi verbis exprobrabat ei.

Deu.22,1. 21 Iob.2,9. 22

CAP. III.

TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, ‡dicens, Iustus es Dñe, & omnia iudicia tua iusta sunt: & omnes viæ tuæ, misericordia, & veritas, & iudicium. ‡Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neq. reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. ‡Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideò traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. ‡Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & non ambulauimus syncériter coram te.

Deu.28,15.

‡Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum*, & præcipe in pace recipi spiritũ meum. Expedit enim mihi mori magis quàm viuere. ‡Eadem itaque die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui, ‡quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eam. ‡Ergo cùm proculpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens, Amplius ex te non videamus filium, aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum. ‡Nunquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non mãducauit, neque bibit: ‡sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberet eam. ‡Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens Dominum, ‡dixit, Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum: qui cùm iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. ‡Ad te Domine faciem meã conuerto, ad te oculos meos dirigo. ‡Peto Domine vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certè desuper terram eripias me. ‡Tu scis Domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. ‡Nunquam cum ludentibus miscui me: neque cum his qui in leuitate ambulant, participem me prębui. ‡Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere. ‡Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitã mihi non fuerunt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me. ‡Non est enim in hominis potestate consilium tuum. ‡Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. ‡Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. ‡Sit nomen tuum Deus Israël benedictum in secula. ‡In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei: ‡& missus est angelus Domini sanctus Raphaël, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

*misericordiam 5 MS. Pro Texte faciunt R. & G.

CAP. IIII.

IGitur cùm Tobias putaret orationem suam exaudiri vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum, ‡dixitque ei, Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo, quasi fundamẽtum construe. ‡Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. ‡memor enim esse debes quę & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. ‡Cùm autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me. ‡Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue ne aliquando peccato cõsentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri. ‡Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciẽ tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. ‡Quo modo potueris, ita esto misericors. ‡Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. ‡Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. ‡quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. ‡Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam. ‡Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. ‡Superbiam nũquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. ‡Quicũque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. ‡Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquãdo alteri facias. ‡Panem tuũ cum esurientibus & egenis comede: & de vestimentis tuis nudos tege. ‡Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. ‡consilium semper à sapiente perquire. ‡Omni tempore benedic Deum: & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. ‡Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: ‡& ideò perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo suprà memoratum pondus argẽti, & restituas ei chirographum suum. ‡Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

Eccl.3,4. Eccl.35,4. Eccl.29,15. 1 Thes.4,3. Gen.3,5. Leu.19,13. Deu.24,14 Matt.7,12. Luc.6,31. Luc.14,24 Rom.2,17.

CAP. V.

TVnc respondit Tobias patri suo, & dixit, Omnia quæcũque præcepisti mihi faciam pater. ‡Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. ille me nescit, & ego eum ignoro: quod signum dabo ei? Sed neque viam, per quã pergatur illuc, aliquando cognoui. ‡Tunc pater suus respondit illi, & dixit, Chirographum quidem illius apud me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restituet. ‡Sed perge nũc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua: dum adhuc viuo, vt recipias eam. ‡Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. ‡Et ignorans quòd angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit, Vnde te habemus bone iuuenis? ‡At ille respondit, Ex filiis Israël. Et Tobias dixit ei, Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum? ‡cui respondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis. ‡Cui Tobias ait, Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nũtiem patri meo. ‡Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. ‡Ingressus itaque salutauit eum, & dixit, Gaudiũ tibi sit semper. ‡Et ait Tobias, Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? ‡Cui ait iuuenis, Forti animo esto, in proximo est vt à Deo cureris. ‡Dixit itaque illi Tobias, Nunquid poteris perducere filiũ meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? & cùm rediens, restituam tibi mercedem tuam. ‡Et dixit ei angelus, Ego ducã, & reducam eum* ad te. ‡Cui Tobias respondit, Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu? ‡Cui Raphaël angelus dixit, Genus quæris mercenarij: an ipsum

Lue.14,13. Prou.3,9. Eccl.4,1. ℣.14,13.

*sanum 7 MS.

ſum mercenarium qui cum filio tuo eat?
18 *Sed ne fortè ſollicitum te reddam, ego
19 ſum Azarias Ananiæ magni filius. *Et
Tobias reſpondit, Ex magno genere es
tu. Sed peto ne iraſcaris quòd voluerim
20 cognoſcere genus tuum. *Dixit autẽ illi
angelus, Ego ſanũ ducam, & ſanum tibi
21 reducam filium tuum. *Reſpondens au-
tem Tobias, ait, Bene ambuletis, & ſit
Deus in itinere veſtro, & angelus eius
22 comitetur vobiſcum. *Tunc paratis
omnibus quę erant in via portanda, fecit
Tobias vale patri ſuo & matri ſuę, & am-
Infr.10,4. 23 bulauerunt ambo ſimul. *Cumque
profecti eſſent, cœpit mater eius flere, &
dicere, Baculum ſenectutis noſtræ tuli-
24 ſti, & tranſmiſiſti à nobis. *Nunquam
fuiſſet ipſa pecunia, pro qua miſiſti eum.
25 *Sufficiebat enim nobis paupertas no-
ſtra, vt diuitias cõputaremus hoc, quòd
26 videbamus filium noſtrum. *Dixitque
ei Tobias, Noli flere, ſaluus perueniet
filius noſter, & ſaluus reuertetur ad nos,
27 & oculi tui videbunt illum. *Credo
enim quòd angelus Dei bonus comite-
tur ei, & bene diſponat omnia quæ cir-
ca eum geruntur, ita vt cum gaudio re-
28 uertatur ad nos. *Ad hanc vocem ceſſa-
uit mater eius flere, & tacuit.

CAP. VI.

1 PRofectus eſt autem Tobias, & canis
ſequutus eſt eum, & manſit prima
2 manſione iuxta fluuium Tigris. *Et ex-
iuit vt lauaret pedes ſuos, & ecce piſcis
immanis exiuit ad deuorandum eum.
3 *Quem expaueſcens Tobias clama-
uit voce magna, dicens, Domine, inua-
4 dit me. *Et dixit ei angelus, Apprehen-
de branchiam eius, & trahe eum ad te.
Quod cùm feciſſet, attraxit eum in ſic-
cum, & palpitare cœpit ante pedes eius.
5 *Tunc dixit ei angelus, Exẽtera hunc
piſcem: & cor eius, & fel, & iecur repo-
ne tibi. ſunt enim hæc neceſſaria ad me-
dicamẽta vtiliter. 6 *Quod cùm feciſſet,
aſſauit carnes eius, & ſecum tulerunt in
via: cætera ſalierunt quæ ſufficerent eis,
quouſq. peruenirent in Rages ciuitatem
7 Medorum. *Tunc interrogauit Tobias
angelum, & dixit ei, Obſecro te Azaria
frater, vt dicas mihi, quod remediũ ha-
bebunt iſta quæ de piſce ſeruare iuſſiſti?
8 *Et reſpondẽs Angelus, dixit ei, Cor-
dis eius particulã ſi ſuper carbones po-
nas, fumus eius extricat omne genus dæ-
moniorum, ſiue à viro, ſiue à muliere,
9 ita vt vltrà non accedat ad eos. *Et
fel valet ad vngendos oculos in quibus
10 fuerit albugo, & ſanabuntur'. *Et dixit
11 ei Tobias, Vbi vis vt maneamus? *Re-
ſpondénſq. angelus, ait, Eſt hîc Raguel
nomine, vir propinquus de tribu tua, &
hic habet filiam nomine Saram, ſed ne-
que maſculum, neque fœminam vllam
12 habet aliam præter eam. *Tibi debetur
omnis ſubſtantia eius, & oportet eam te
13 accipere coniugem. *Pete ergo eam
à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem.
14 *Tunc reſpondit Tobias, & dixit, Au-
dio quia tradita eſt ſeptem viris, & mor-
tui ſunt: ſed & hoc audiui, quia dæmo-
15 nium occidit illos. *Timeo ergo, ne
fortè & mihi hæc eueniant: & cùm ſim
vnicus parentibus meis, deponam ſe-
nectutem illorum cum triſtitia ad infe-
16 ros. *Tunc angelus Raphaël dixit ei,
Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt qui-
17 bus præualere poteſt dæmonium. *Hi
namq. qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt
Deum à ſe, & à ſua mente excludant, &
ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus &
mulus, quibus non eſt intellectus: habet
18 poteſtatem dæmonium ſuper eos. *Tu
autem cùm acceperis eam, ingreſſus cu-
biculum, per tres dies continens eſto ab
ea, & nihil aliud, niſi orationibus vaca-
19 bis cum ea. *Ipſa autem nocte, incenſo
iecore piſcis, fugabitur dæmonium.
20 *Secunda verò nocte, in copulatione
ſanctorum patriarcharum admittẽris.
21 *Tertia autem nocte, benedictionem
conſequẽris, vt filij ex vobis procreen-
22 tur incolumes. *Tranſacta autem tertia
nocte, accipies virginem cum timore
Domini, amore filiorum magis quàm
libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ be-
nedictionem in filiis conſequaris.

CAP. VII.

1 INgreſſi ſunt autem ad Raguelem, &
ſuſcepit eos Raguel cum gaudio. *In-

2 *Intuénſque Tobiam Raguël, dixit
Annæ vxori ſuæ, Quàm ſimilis eſt iuue-
nis iſte conſobrino meo! 3 *Et cùm hæc
dixiſſet, ait, Vnde eſtis iuuenes fratres
noſtri? At illi dixerunt, Ex tribu Neph-
thali ſumus, ex captiuitate Niniue.
4 *Dixítque illis Raguël, Noſtis To-
biam fratrem meum? Qui dixerũt, No-
uimus. 5 *Cumque multa bona loque-
retur de eo, dixit angelus ad Raguelem,
Tobias de quo interrogas, pater iſtius
6 eſt. *Et miſit ſe Raguel, & cum lacry-
mis oſculatus eſt eum, & plorans ſupra
collum eius, 7 *dixit, Benedictio ſit tibi
fili mi, quia boni & optimi viri filius es.
8 *Et Anna vxor eius, & Sara ipſorum
9 filia lacrymatæ ſunt. *Poſtquam au-
tem locuti ſunt, præcepit Raguël oc-
cidi arietem, & parari conuiuium.
Cumque hortaretur eos diſcumbere
10 ad prandium, *Tobias dixit, Hic
ego hodie non manducabo neque bi-
bam, niſi prius petitionem meam con-
firmes, & promittas mihi dare Saram
11 filiam tuam. *Quo audito verbo Ra-
guël, expauit ſciens quid euenerit illis
ſeptem viris qui ingreſſi ſunt ad eam:
& timere cœpit ne fortè & huic ſimili-
ter contingeret. & cùm nutaret, & non
daret petenti vllum reſponſum, dixit ei
12 angelus, *Noli timere dare eam iſti,
quoniam huic timenti Deum debetur
coniunx filia tua: propterea alius nõ po-
tuit habere illam. 13 *Tunc dixit Raguël,
Non dubito quòd Deus preces & la-
chrymas meas in conſpectu ſuo admiſe-
14 rit. *Et credo quoniã ideò fecit vos ve-
nire ad me, vt iſta coniungeretur cogna-
Num.36,6. tioni ſuæ ' ſecundum legem Moyſi: &
nunc noli dubium gerere quòd tibi eam
15 tradam. *Et apprehendens dexteram fi-
liæ ſuæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens,
Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus
Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat
vos impleátque benedictionem ſuam in
16 vobis. *Et accepta charta, fecerunt
17 conſcriptionem coniugij. *Et poſt hæc
18 epulati ſunt, benedicentes Deum.
*Vocauitque Raguël ad ſe Annam
vxorem ſuam, & præcepit ei vt præpa-
19 raret alterum cubiculum. *Et intro-
20 duxit illuc Saram filiam ſuam, & lacry-
mata eſt. *Dixitque ei, Forti animo
eſto filia mea: Dominus cæli det tibi
gaudium pro tædio quod perpeſſa es.

CAP. VIII.

1 POſtquam verò cœnauerunt, intro-
2 duxerunt iuuenem ad eam. *Re-
cordatus itaque Tobias ſermonum an-
geli, protulit de caſſidili ſuo partem ie-
coris, poſuitque eam ſuper carbones vi-
3 uos. *Tunc Raphael angelus apprehen-
dit dæmonium, & religauit illud in de-
4 ſerto ſuperioris Ægypti. *Tunc horta-
tus eſt virginem Tobias, dixítq. ei, Sara,
exurge, & deprecemur Deum hodie, &
cras, & ſecundum cras: quia his tribus
noctibus Deo iungimur: tertia autem
tranſacta nocte, in noſtro erimus coniu-
5 gio. *filij quippe ſanctorum ſumus, &
non poſſumus ita coniungi ſicut gentes
6 quæ ignorant Deum. *Surgẽtes autem
pariter, inſtanter orabant ambo ſimul,
7 vt ſanitas daretur eis. *Dixitq. Tobias,
Domine Deus patrum noſtrorum, be-
nedicant te cæli & terræ, maréque &
fontes, & flumina & omnes creaturę tuę
8 quæ in eis ſunt. *' Tu feciſti Adam de Gen.2,7.
limo terræ, dediſtíq. ei adiutorium He-
9 uam. *Et nunc Domine tu ſcis quia
non luxuriæ cauſa accipio ſororẽ meam
13 MS. G. 'coniugem', ſed ſola poſteritatis dile-
ctione, in qua benedicatur nomẽ tuum
10 in ſæcula ſæculorum. *Dixit itaque
Sara, Miſerere nobis Domine, miſerere
nobis, & conſeneſcamus ambo pariter
11 ſani. *Et factum eſt circa pullorum can-
tum, accerſiri iuſſit Raguël ſeruos ſuos,
& abierunt cum eo pariter vt foderent
12 ſepulchrum. *Dicebat enim, Ne fortè
ſimili modo euenerit ei, quo & cæteris
illis ſeptem viris qui ſunt ingreſſi ad eam.
13 *Cumque paraſſent foſſam, reuerſus
Raguël ad vxorem ſuam, dixit ei,
14 *Mitte vnam ex ancillis tuis, & videat
ſi mortuus eſt, vt ſepeliam eum ante-
15 quam illuceſcat dies. *At illa miſit
vnam ex ancillis ſuis. Quæ ingreſſa cu-
biculum, reperit eos ſaluos & incolu-
16 mes, ſecum pariter dormientes. *Et re-
uerſa

uerſa, nuntiauit bonum nuntium: & benedixerunt Dominum, Raguel videlicet & Anna vxor eius, [17] & dixerunt, Benedicimus te Dñe Deus Iſraël, quia non contigit quemadmodum putabamus. [18] Feciſti enim nobiſcum miſericordiam tuam, & excluſiſti à nobis inimicum perſequentem nos. [19] Miſertus es autẽ duobus vnicis. Fac eos Domine plenius benedicere te: & ſacrificiũ tibi laudis tuæ & ſuæ ſanitatis offerre, vt cognoſcat vniuerſitas gentium, quia tu es Deus ſolus in vniuerſa terra. [20] Statímque præcepit ſeruis ſuis Raguel, vt replerent foſſam quam fecerant, priuſquam eluceſceret. [21] Vxori autem ſuæ dixit vt inſtrueret conuiuium, & prępararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus neceſſaria. [22] Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis ſuis, cunctíſque amicis. [23] Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud ſe. [24] De omnibus autem quæ poſſidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit hanc ſcripturam, vt pars dimidia quæ ſupererat poſt obitum eorum, Tobiæ dominio deueniret.

CAP. IX.

1 TVnc vocauit Tobias angelum ad ſe, quem quidem hominem exiſtimabat, dixítq. ei, Azaria frater, peto vt auſcultes verba mea: 2 Si meipſum tradam tibi ſeruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. 3 Tamen obſecro te vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddáſq. ei chirographũ ſuum, & recipias ab eo pecuniã, & roges eum venire ad nuptias meas. 4 Scis enim ipſe quoniam numerat pater meus dies: & ſi tardauero vna die plus, contriſtatur anima eius. 5 Et certè vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum ſpernere non poſſum. 6 Tunc Raphaël aſſumens quatuor ex ſeruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, dedit ei chirographum ſuum, & recepit ab eo omnem pecuniam.

7 Indicauítque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ geſta ſunt: fecítque eum ſecum venire ad nuptias. 8 Cúmque ingreſſus eſſet domum Raguelis, inuenit Tobiam diſcumbentem: & exiliens, oſculati ſunt ſe inuicem; & fleuit Gabelus, 9 benedixítque Deum, & dixit, Benedicat te Deus Iſraël, quia filius es optimi viri, & iuſti, & timentis Deum, & eleemoſynas facientis: 10 & dicatur benedictio ſuper vxorem tuam, & ſuper parentes veſtros: 11 & videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum, vſq. in tertiam & quartam generationem: & ſit ſemen veſtrum benedictum à Deo Iſrael, 12 qui regnat in ſecula ſeculorum. Cúmq. omnes dixiſſent amen, acceſſerunt ad conuiuium: ſed & cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant.

CAP. X.

1 CVm verò moras faceret Tobias, cauſa nuptiarum, ſolicitus erat pater eius Tobias, dicens, Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus eſt 2 ibi? Putáſne Gabelus mortuus eſt, & 3 nemo reddet illi pecuniam? Cœpit autem contriſtari nimis ipſe & Anna vxor eius cum eo: & cœperunt ambo ſimul flere: eò quòd die ſtatuto minimè reuerteretur filius eorum ad eos. 4 Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat, Heu heu me fili mi, vt quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ? 5 Omnia ſimul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis. 6 Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari, ſanus eſt filius noſter: ſatis fidelis eſt vir ille cum quo miſimus eum. 7 Illa autem nullo modo conſolari poterat, ſed quotidie exiliens circumſpiciebat, & circuibat vias omnes per quas ſpes remeandi videbatur, vt procul videret eum, ſi fieri poſſet, venientem. 8 At verò Raguel dicebat ad generum ſuum, Mane hîc, & ego mittam nuntium ſalutis de te ad Tobiam patrem tuum. 9 Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea modò dies

dies computant, & cruciatur ſpiritus eorum in ipſis. 10 Cúmque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eũ nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & dimidiam partẽ omnis ſubſtantiæ ſuæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa: & ſaluum atque gaudentem dimiſit eum à ſe, 11 dicens, Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducátq. vos incolumes, & inueniatis omnia rectè circa parẽtes veſtros, & videãt oculi mei filios veſtros priuſquam moriar. 12 Et apprehendentes parentes filiam ſuam, oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire: 13 monentes eam honorare ſoceros, diligere maritũ, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.

CAP. XI.

1 CVmque reuerterẽtur, peruenerunt ad Charan quæ eſt in medio itinere contra Niniuen, vndecimo die. 2 Dixítque angelus, Tobia frater, ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuum. 3 Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu inſequãtur iter noſtrum familiæ, ſimul cum coniuge tua, & cum animalibus. 4 Cúmque hoc placuiſſet vt irent, dixit Raphaël ad Tobiam, Tolle tecum ex felle piſcis: erit enim neceſſarium. Tulit itaq. Tobias ex felle illo, & abierunt. 5 Anna autem ſedebat ſecus viam, quotidie in ſupercilio montis, vnde reſpicere poterat de longinquo. 6 Et dum ex eodem loco ſpecularetur aduentum eius, vidit à longe, & ilicò agnouit venientem filium ſuum: currénſque nuntiauit viro ſuo, dicens, Ecce venit filius tuus. 7 Dixítque Raphaël ad Tobiam, At vbi introieris domum tuam, ſtatim adora Dominũ Deum tuum: & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & oſculare eum. 8 Statímque lini ſuper oculos eius ex felle iſto piſcis, quod portas tecum. Scias enim quoniã mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cæli, & in aſpectu tuo gaudebit.

9 Tũc præcucurrit canis, qui ſimul fuerat in via: & quaſi nuntius adueniens, 10 blandimento ſuæ caudæ gaudebat. 10 Et conſurgens cæcus pater eius, cœpit offendens pedibus currere: & data manu 11 puero, occurrit obuiã filio ſuo. 11 Et ſuſcipiens oſculatus eſt eum cũ vxore ſua, & cœperunt ambo flere præ gaudio.

12 Cúmque adoraſſent Deum, & gratias 13 egiſſent, conſederunt. 13 Tunc ſumens Tobias de felle piſcis, liniuit oculos pa- 14 tris ſui. 14 Et ſuſtinuit quaſi dimidiam ferè horam: & cœpit albugo ex oculis 15 eius, quaſi mẽbrana oui, egredi. 15 Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis 16 eius, ſtatímque viſum recepit. 16 Et glorificabant Deum, ipſe videlicet & vxor 17 eius, & omnes qui ſciebant eum. 17 Dicebátque Tobias, Benedico te Domine Deus Iſrael, quia tu caſtigaſti me, & tu ſaluaſti me: & ecce, ego video Tobiam 18 filium meum. 18 Ingreſſa eſt etiam poſt ſeptem dies Sara vxor filij eius, & omnis familia & pecora ſana, & cameli, & pecunia multa vxoris. ſed & illa pecunia 19 quam receperat à Gabelo: 19 & narrauit parẽtibus ſuis omnia beneficia Dei quæ feciſſet circa eum per hominẽ qui eum 20 duxerat. 20 Venerúntque Achior & Nabath conſobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum oſtenderat 21 Deus. 21 Et per ſeptem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.

CAP. XII.

1 TVnc vocauit ad ſe Tobias filium ſuum, dixítque ei, Quid poſſumus dare viro iſti ſancto, qui venit tecum?

2 Reſpondens Tobias, dixit patri ſuo, Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignũ poterit eſſe beneficiis eius? 3 Me duxit & reduxit ſanum, pecuniam à Gabelo ipſe recepit, vxorẽ ipſe me habere fecit, & dęmonium ab ea ipſe compeſcuit, gaudium parentibus eius fecit, meipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eũ repleti ſumus. Quid 4 illi ad hæc poterimus dignũ dare? 4 Sed peto te pater mi, vt roges eum, ſi fortè dignabitur medietatẽ de omnibus quæ allata ſunt, ſibi aſſumere. 5 Et vocantes

eum,

eum, pater ſcilicet & filius, tulerũt eum
in partem: & rogare cœperunt vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere. ‡Tunc 6
dixit eis occultè, Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. ‡Etenim ſacramentum regis abſcondere, bonum eſt: opera autem Dei reuelare & confiteri, honorificum eſt. ‡Bona eſt oratio cum ieiunio, & 8
eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere. ‡quoniã eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, 9
& facit inuenire miſericordiã & vitam æternam. ‡Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ. ‡Manifeſto ergo vobis veritatem, 11
& non abſcõdam à vobis occultum ſermonem. ‡Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos; & derelinquebas prandium tuũ: & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. ‡Et quia acceptus 13
eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. ‡Et nunc miſit me Dominus vt 14
curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. ‡Ego enim ſum 15
Raphaël angelus vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum. ‡Cúmque 16
hæc audiſſent, turbati ſunt, & tremẽtes ceciderunt ſuper terram in faciem ſuam. ‡Dixítque eis angelus, Pax vobis, 17
nolite timere. ‡Etenim cùm eſſem vobiſcum, per voluntatẽ Dei eram: ipſum benedicite, & cantate illi. ‡Videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere: 19
ſed ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor.

‡Tempus eſt ergo vt reuertar ad eum 20
qui me miſit: vos aũt benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius. ‡Et 21
cùm hæc dixiſſet, ab aſpectu eorum ablatus eſt, & vltrà eum videre non potuerunt. ‡Tunc proſtrati per horas tres in 22
faciem, benedixerunt Deũ: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

CAP. XIII.

APeriens aũt Tobias ſenior os ſuum, Dan.3.26. benedixit Dominum, & dixit, Magnus es Domine in æternum, & in omnia ſecula regnum tuum: ‡quoniam tu 2
flagellas, & ſaluas: deducis ad inferos, & reducis: & non eſt qui effugiat manum tuam. ‡Confitemini Domino filij Iſraël, & in cõſpectu gentiũ laudate eum: 3
‡quoniam ideò diſperſit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis ſcire eos, quia non eſt alius Deus omnipotens præter eum. ‡Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras; & ipſe ſaluabit nos pro- 6
pter miſericordiam ſuam. ‡Aſpicite ergo quæ fecit nobiſcum, & cum timore & tremore confitemini illi: regémq. ſeculorum exaltate in operibus veſtris.

‡Ego autem in terra captiuitatis meæ 7
confitebor illi: quoniam oſtendit maieſtatem ſuam in gentem peccatricem.

‡Conuertimini itaq. peccatores, & fa- 8
cite iuſtitiã coram Deo, credentes quòd faciat vobiſcum miſericordiam ſuam.

‡Ego autem, & anima mea in eo lætabimur. ‡Benedicite Dominum omnes 10
electi eius: agite dies lætitiæ, & confitémini illi. ‡Ieruſalem ciuitas Dei, caſti- 11
gauit te Dominus in operibus manuum tuarum. ‡Confitere Domino in bonis 12
tuis, & benedic Deum ſeculorum, vt reædificet in te tabernaculum ſuum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia ſecula ſeculorũ. ‡Luce ſplendida fulgebis, & omnes fines terræ ado- 13
rabunt te. ‡Nationes ex longinquo ad 14
te venient: & munera deferentes, adorabunt in te Dominum, & terram tuam in ſanctificationẽ habebunt. ‡Nomen 15
enim magnum inuocabunt in te. ‡Maledicti erunt qui contemp ſerint te: & 16
condemnati erunt omnes qui blaſphemauerint te: benedictiq. erunt qui ædificauerint te. ‡Tu autem lætaberis in 17
filiis tuis, quoniã omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum. ‡Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent 18
ſuper pace tua. ‡Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Ieruſalem

ſalem ciuitatem ſuam à cunctis tribulationibus eius: Dominus Deus noſter.

‡Beatus ero, ſi fuerint reliquiæ ſemi- 20
nis mei ad videndam claritatem Ieruſalem. ‡‡Portæ Ieruſalem ex ſapphiro & 21
Ap.21,18. ſmaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius.

‡Ex lapide candido, & mundo omnes 22
plateæ eius ſternentur: & per vicos eius hallelu-ia cantabitur. ‡Benedictus Do- 23
minus, qui exaltauit eam, vt ſit regnum eius in ſecula ſeculorum ſuper eam. Amen.

CAP. XIIII.

ET conſummati ſunt ſermones To- 1
biæ. Et poſtquam illuminatus eſt Tobias, vixit annis quadragintaduobus, & vidit filios nepotũ ſuorũ. ‡Com- 2
pletis itaque annis centum duobus, ſepultus eſt honorificè in Niniue. ‡Quin- 3
quaginta namq. & ſex annorum lumen oculorum amiſit: ſexagenarius verò recepit. ‡Reliquum verò vitæ ſuæ, in 4
gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. ‡In hora 5
autem mortis ſuæ vocauit ad ſe Tobiam filium ſuũ, & ſeptem iuuenes filios ſuos nepotes ſuos, dixítque eis, ‡Propè erit 6
interitus Niniue. non enim excidit verbum Domini: & fratres noſtri qui diſperſi ſunt à terra Iſraël, reuertentur ad
Eſa.3,8. & 6,14. eam. ‡Omnis autem deſerta terra eius 7
replebitur, & domus Dei, quæ in ea incenſa eſt, iterum reædificabitur: ibíque reuertentur omnes timentes Deum,

‡& relinquent gentes idola ſua, & ve- 8
nient in Ieruſalem, & inhabitabũt in ea: ‡& gaudebunt in ea omnes reges terræ, 9
adorantes regem Iſraël. ‡Audite ergo 10
filij mei patrem veſtrum: ſeruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita ſunt illi: ‡& filiis veſtris 11
mandate vt faciant iuſtitias & eleemoſynas, vt ſint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute ſua. ‡Nunc ergo filij 12
audite me, & nolite manere hic: ſed quacumq. die ſepelieritis matrem veſtram circa me in vno ſepulchro, ex eo dirigite greſſus veſtros vt exeatis hinc. ‡Video 13
enim quia iniquitas eius finem dabit ei.

‡Factum eſt autem poſt obitum matris 14
ſuæ, Tobias abſceſſit ex Niniue cũ vxore ſua, & filiis, & filiorum filiis, & reuer- 15
ſus eſt ad ſoceros ſuos. ‡inuenítque eos incolumes in ſenectute bona: & curam eorum geſſit, & ipſe clauſit oculos eorum: & omnem hæreditatẽ domus Raguẽlis ipſe percepit: vidítque quintam generationem, filios filiorum ſuorum.

‡Et completis annis nonagintanouem 16
in timore Domini cum gaudio ſepelierunt eum. ‡Omnis autẽ cognatio eius, 17
& omnis generatio eius in bona vita, & in ſancta conuerſatione permanſit, ita vt accepti eſſent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

LIBER IVDITH.

CAP. I.

RPHAXAD itaque rex 1
Medorum ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo, & ipſe ædificauit ciuitatem potentiſſimam, quam appellauit Ecbatanis. ‡Ex la- 2
pidibus quadratis & ſectis, fecit muros eius in altitudinem cubitorum ſeptuaginta, & in latitudinem cubitorum triginta: turres verò eius poſuit in altitudinem cubitorum cẽtum. ‡Per quadrum 3
verò earum latus vtrumq. vicenorum pedum ſpatio tendebatur, poſuítq. portas eius in altitudinem turrium. ‡Et glo- 4
riabatur quaſi potens in potentia exercitus ſui, & in gloria quadrigarum ſuarum. ‡Anno igitur duodecimo regni 5
ſui, Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad: & obtinuit 6
eum ‡in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratẽ, & Tigrin, & Iadaſon in campo Erioch regis Elicorum.

‡Tunc exaltatum eſt regnum Nabu- 7
chodonoſor, & cor eius eleuatum eſt: & miſit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damaſco, & Libano: ‡& ad gen- 8

tes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon: [9] & ad omnes qui erant in Samaria & trans flumen Iordanem vsq. ad Ierusalem, & omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad terminos Æthiopiæ. [10] Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum, [11] qui omnes vno animo cõtradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt. [12] Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam, iurauit per thronum & regnum suum quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

CAP. II.

ANno tertiodecimo Nabuchodonosor regis, vicesima & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorũ, vt defenderet se. [2] Vocauítque omnes maiores natu, omnésque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui. [3] Dixítque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio. [4] Quod dictum cùm placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernẽ principem militiæ suæ, [5] & dixit ei, Egredere aduersum omne regnum Occidentis: & contra eos præcipuè qui contempserunt imperium meum. [6] Non parcet oculus tuus vlli regno, omnémq. vrbem munitam subiugabis mihi. [7] Tunc Holofernes vocauit duces & magistratus virtutis Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionẽ, sicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim millia. [8] Omnémq. expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiosè: boum quoq. armenta, gregésq. ouium, quorum non erat numerus. [9] Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit.

Isa. 16,5. [10] Aurum verò & argentum, de domo regis assumpsit multum nimis. [11] Et profectus est ipse & omnis exercitus, cum quadrigis & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciẽ terræ, sicut locustæ.

[12] Cúmq. pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos mõtes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ: ascendítq. omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem. [13] Effregit autem ciuitatem opinatissimam Melothi, prędauítq. omnes filios Tharsis & filios Ismahel, qui erant contra faciẽ deserti, & ad austrum terræ Cellon. [14] Et transiuit Euphraten, & venit in Mesopotamiam: & fregit omnes ciuitates excelsas quæ erant ibi, à torrente Mambre, vsquequo perueniatur ad mare: [15] & occupauit terminos eius, à Cilicia vsque ad fines Iapheth, qui sunt ad austrum. [16] Abduxítq. omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum, omnésque resistentes sibi occidit in ore gladij. [17] Et posthæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnésque arbores & vineas fecit incidi: & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

CAP. III.

TVnc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium, ac prouinciarũ reges ac principes, Syriæ scilicet & Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt, [2] Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. [3] Omnis ciuitas nostra, omnísque possessio, omnes mõtes, & colles, & campi, & armenta boum, gregésq. ouium & caprarum, equorúmque & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ atque familiæ in conspectu tuo sunt. [4] sint omnia nostra sub lege tua. [5] Nos etiam & filij nostri, serui tui sumus. [6] Veni nobis pacificus dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi. [7] Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnem inhabitantem terram. [8] De vniuersis autem vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellum.

Tan-

[9] Tantúsque metus prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes, & honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti, [10] excipiẽtes eum cum coronis, & lampadibus ducentes choros in tympanis & tibiis. [11] Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. [12] Nam & ciuitates eorũ destruxit, & lucos eorum excîdit. [13] præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potentia subiugari. [14] Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam omnémq. Mesopotamiã, venit ad Idumæos in terram Gabaa, [15] accepítq. ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

CAP. IIII.

TVnc audientes hæc filij Israël, qui habitabant in Terra Iuda, timuerunt valde à facie eius. [2] Tremor etiam & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis earum. [3] Et miserunt in omnem Samariam per circuitum vsque Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium. [4] Et muris circundederunt vicos suos, & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ. [5] Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem campi magni, iuxta Dothain & vniuersos per quos viæ transitus esse poterat: [6] vt obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirent vbi angustum iter esse poterat inter montes. [7] Et fecerunt filij Israël secundum quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim. [8] Et clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerũt animas suas [14 MS. in afflicuita. ne magna c.] in ieiuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum. [9] Et induerunt se sacerdotes ciliciis, & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio. [10] Et clamauerunt ad Dominum Deum Israël vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem, & ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorũ in pollutionem, & fierent in opprobrium Gẽtibus. [11] Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus circuiuit omnem Israël, allocutúsque est eos, [12] dicens, Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis & orationibus in conspectu Domini. [13] Memores estote Moysi serui Dñi, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potẽtia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit. [14] sic erunt vniuersi hostes Israël, si perseueraueritis in hoc opere quod cœpistis. [15] Ad hanc igitur exhortationem eius deprecãtes Dominum, permanebant in conspectu Domini, [16] ita vt etiam hi qui offerebant Domino holocausta, præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, & erat cinis supra capita eorum. [17] Et ex toto corde suo omnes orabant Deum, vt visitaret populum suum Israël.

Exo. 17, 12.

CAP. V.

NVntiatúmque est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quòd filij Israël præpararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent: [2] & furore nimio exarsit in iracundia magna: vocauítque omnes principes Moab & duces Ammon: [3] & dixit eis, Dicite mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet: aut quæ, & quales, & quantæ sint ciuitates eorum: quæ etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum; [4] vel quis rex militiæ illorũ: & quare præ omnibus qui habitãt in Oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt in obuiam nobis, vt susciperẽt nos cum pace? [5] Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respõdens, ait, Si digneris audire dñe mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in mõtanis habitat, & non egredietur verbũ falsum ex ore meo. [6] Populus iste ex progenie

Iudi. 11, 7.

Gen.11,31. Chaldæorum est. [a] hic primùm in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrũ suorum, qui erant in Terra Chaldæorum. [a] Deserentes 8
itaq. ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant, [a] vnum 9
Gen.12,1. Deum cæli coluerunt, qui [a] & præcepit eis vt exirẽt inde, & habitarent in Charan. Cúmq. operuisset omnem terram
Gen.46,2. fames, [a] descenderunt in Ægyptum, illícq. per quadringentos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus. [a] Cúmque grauaret 10
eos rex Ægypti, atq. in ædificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad Dominum suum, & percussit totã Terram Ægypti
Exo.14,1. plagis variis. [a] Cúmque eiecissent eos 11
Ægyptij à se, & cessasset plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad suũ seruitium reuocare, [a] fugientibus his Deus 12
Ios.6,13. cæli mare aperuit, ita vt hinc inde aquæ quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundũ maris perambulãdo transirent. [a] In quo loco dum innumerabi- 13
lis exercitus Ægyptiorũ eos persequeretur, ita aquis coopertus est, vt non remaneret vel vnus, qui factum posteris
Exo.15,13. & 16,32. nuntiaret. [a] Egressi etiam mare ru- 14
brum, deserta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. [a] Illic fontes amari, obdulcati sunt 15
eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cælo consecuti sunt.
[a] Vbicumque ingressi sunt sine arcu 16
& sagitta, & absq. scuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit. [a] Et 17
non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. [a] Quotiescumque autem præter 18
ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium. [a] Quotiescumque autem 19
pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cęli virtutem resistendi. [a] Denique Chananæum regem, & 20
Num.21,25. Ios.12,7. Iebuzæum, & Pherezæũ, & Hethæum, & Heuæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostrauerunt, &
terras eorum & ciuitates eorũ ipsi pos-
21 sederunt: [a] & vsq. dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquita-
22 tem. [a] Nam & ante hos annos cùm recessissent à via, quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt prœliis à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram
23 non suam. [a] Nuper autem reuersi ad 1582.
Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt mõtana hæc omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt san-
24 cta sanctorum. [a] Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum: & ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt
25 sub iugo potentiæ tuæ. [a] Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus
26 in opprobrium vniuersæ terræ. [a] Et factũ est cùm cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum,
27 dicentes ad alterutrum: [a] Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine
28 peritia artis pugnæ? [a] Vt ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio
29 trãsuerberabitur: [a] vt sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

CAP. VI.

1 FActum est autem cùm cessassent loqui, indignatus Holofernes vehe-
2 menter, dixit ad Achior, [a] Quoniam prophetasti nobis, dicens, Quòd gens Israël defendatur à Deo suo, vt ostendam tibi quoniã non est Deus, nisi Nabucho-
3 donosor: [a] cùm percusserim[9] eos omnes sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israël tecum perditione disperiet:
[a] & pro-

& probabis quoniam Nabuchodonosor dominus sit vniuersæ terræ. tuncq. gladius militiæ meæ transiet per latera tua: & confixus cades inter vulneratos Israël, & non respirabis vltrà, donec exterminẽris cum illis. [a] Porrò autem si 5
prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus: & pallor qui faciem tuam obtinet, abscedat à te, si verba mea hæc putas impleri non posse.
[a] Vt autem noueris quia simul cum il- 6
lis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo sociaberis: vt dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ipse simul vltioni subiaceas. [a] Tunc Holo- 7
fernes præcepit seruis suis vt comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Israël. [a] Et accipientes 8
eum serui Holofernis, profecti sunt per campestria: sed cùm appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularij. [a] Illi autem diuertentes à la- 9
tere montis, ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic vinctum de rebus dimiserunt eum: & reuersi sunt ad dominum suum. [a] Porrò 10
filij Israël descendentes de Bethulia, venerunt ad eum. Quem soluentes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum statuẽtes, percunctati sunt quid rerum esset quòd illum vinctum Assyrij reliquissent. [a] In diebus illis 11
erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel. [a] In medio itaque seniorum, 12
& in conspectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum, [a] & quemad- 13
modum ipse Holofernes iratus iusserit eum Israelitis hac de causa tradi: vt dum vicerit filios Israël, tunc & ipsum Achior diuersis iubeat interire supplici-
Ios.5,15. iis, propter hoc quòd dixisset, Deus cæli defensor eorum est. [a] Cúmque 14
Achior vniuersa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione
& fletu vnanimes preces suas Domino
15 effuderunt, [a] dicentes: Domine Deus cæli & terræ, intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, &
5 ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias.
16 [a] Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa, consó-
17 lati sunt Achior, [a] dicentes: Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorum magis tu interitum vi-
18 deas. [a] Cùm verò Dominus Deus noster dederit hanc libertatem seruis suis, sit & tecum Deus in medio nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omni-
19 bus conuerseris nobiscum. [a] Tunc Ozias finito consilio, suscepit eum in domum
20 suam, & fecit ei cœnam magnam. [a] Et vocatis omnibus presbyteris, simul ex-
21 pleto ieiunio refecerunt. [a] Postea verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctẽ intra ecclesiam orauerunt petentes auxilium à Deo Israël.

CAP. VII.

1 HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus suis, vt ascende-
3 rent contra Bethuliam. [a] Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis & vrbibus vniuersæ
13 iuuentutis. [a] Omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israël, & venerunt per crepidinem montis vsque ad apicem qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma vsque ad Chelmon, qui est contra Esdrelon. [a] Filij au-
14 tem Israël vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, vnanimes orantes vt Deus Israël misericordiam suam ostenderet super populum
5 suum. [a] Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die

& nocte. * Porrò Holofernes, dum 6
circuit per gyrum, reperit quòd fons
qui influebat, aquæ ductum illorum à
parte australi extra ciuitatem dirigeret.
& incidi præcepit aquæ ductũ illorum.
* Erant tamen non longè à muris fon- 7
tes, ex quibus furtim videbantur hau-
rire aquam ad refocillandum potius,
quàm ad potandum. * Sed filij Am- 8
mon & Moab accesserunt ad Holofer-
nem, dicentes, Filij Israël non in lan-
cea, nec in sagitta confidunt, sed mon-
tes defendunt illos, & muniunt illos
colles in præcipitio constituti. * Vt er- 9
go sine congressione pugnæ possis su-
perare eos, pone custodes fontium, vt non
hauriant aquam ex eis, & sine gladio
interficies eos, vel certè fatigati tradent
ciuitatem suam, quam putant in mon-
tibus positam superari non posse. * Et 10
placuerunt verba hæc coram Holofer-
ne, & coram satellitibus eius, & consti-
tuit per gyrum centenarios per singu-
los fontes. * Cúmque ista custodia per 11
dies viginti fuisset expleta, defecerunt
cisternæ, & collectiones aquarum om-
nibus habitantibus Bethuliam, ita vt
non esset intra ciuitatem vnde satiaren-
tur vel vna die, quoniam ad mensu-
ram dabatur populis aqua quotidie.
* Tunc ad Oziam congregati omnes 12
*senesq. 6 MS. Verùm à R. & G. non additur.
viri, fœminæque, iuuenes, * & paruuli,
omnes simul vna voce * dixerunt, Iu- 13
dicet Deus inter nos & te, quoniam fe-
cisti in nos mala, nolens loqui pacificè
cum Assyriis, & propter hoc vendidit
nos Deus in manibus eorum. * Et ideò 14
non est qui adiuuet, cùm prosternamur
ante oculos eorum in siti & perditione
magna. * Et nunc congregate vniuer- 15
sos qui in ciuitate sunt, vt sponte tra-
damus nos omnes populo Holofernis.
* Melius est enim vt captiui benedi- 16
camus Dominum, viuentes, quàm mo-
riamur, & simus opprobrium omni
carni, cùm viderimus vxores nostras &
infantes nostros mori ante oculos no-
stros. * Contestamur hodiè cælum & 17
terram, & Deum patrum nostrorum,
qui vlciscitur nos secundum peccata
nostra, vt iam tradatis ciuitatem in ma-
nu militiæ Holofernis, vt sit finis noster
breuis in ore gladij, qui longior effici-
18 tur in ariditate sitis. * Et cùm hæc di-
xissent, factus est fletus & vlulatus ma-
gnus in ecclesia omnibus, & per multas
horas vna voce clamauerunt ad Deum,
19 dicentes, * Peccauimus cum patribus Hier. in
nostris, iniustè egimus, iniquitatem fe-
20 cimus. * Tu quia pius es, miserere
nostri: aut in tuo flagello vindica ini-
quitates nostras, & noli tradere confi-
21 tentes te populo qui ignorat te, * vt
non dicant inter Gentes, Vbi est Deus
22 eorum? * Et cùm fatigati his clamo-
ribus, & his fletibus lassati siluissent,
23 * exurgens Ozias, infusus lachrymis,
dixit, Æquo animo estote fratres, &
hos quinque dies expectemus à Domi-
24 no misericordiam. * Forsitan enim in-
dignationem suam abscindet, & dabit
25 gloriam nomini suo. * Si autem trans-
actis quinque diebus non venerit adi-
utorium, faciemus hæc verba quæ lo-
cuti estis.

CAP. VIII.

1 ET factum est, cùm audisset hæc
verba Iudith vidua quæ erat filia
Merari, filij Idox, filij Ioseph, filij Oziæ,
filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, fi-
lij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ,
filij Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel,
2 filij Simeon, filij Ruben: * & vir eius
fuit Manasses, qui mortuus est in die-
3 bus messis hordeaceæ. * instabat enim
super alligantes manipulos in campo,
& venit æstus super caput eius, & mor-
tuus est in Bethulia ciuitate sua, & se-
4 pultus est illic cum patribus suis. * Erat
autem Iudith relicta eius vidua iam an-
5 nis tribus, & mensibus sex. * Et in su-
perioribus domus suæ fecit sibi secre-
tum cubiculum, in quo cum puellis suis
6 clausa morabatur: * & habẽs super lum-
bos suos cilicium, ieiunabat omnibus
diebus vitæ suæ, præter sabbatha, & neo-
7 menias, & festa domus Israël. * Erat
autem eleganti aspectu nimis, cui vir
suus reliquerat diuitias multas, & fami-
liam copiosam, ac possessiones armen-
tis boum, & gregibus ouium plenas.
* Et

8 * Et erat hæc in omnibus famosissima,
quoniam timebat Dominum valde: nec
erat qui loqueretur de illa verbum ma-
9 lum. * Hæc itaq. cùm audisset quoniam
Ozias promisisset quòd trãsacto quinto
die traderet ciuitatem, misit ad presby-
10 teros Chabri & Charmi. * Et venerunt
ad illam, & dixit illis, Quod est hoc ver-
bum, in quo consensit Ozias, vt tradat
ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies
non venerit vobis adiutorium? * Et qui 11
estis vos, qui tentatis Dominum? * Non 12
est iste sermo qui misericordiam prouo-
cet: sed potius qui iram excitet, & furo-
rem accendat. * Posuistis vos tempus 13
miserationis Domini, & in arbitrium
vestrum diem constituistis ei. * Sed quia 14
patiens Dominus est, in hoc ipso pœni-
teamus, & indulgentiã eius fusis lachry-
mis postulemus. * non enim quasi ho- 15
mo, sic Deus comminabitur: neq. sicut
filius hominis ad iracũdiam inflamma-
bitur. * Et ideò humiliemus illi animas 16
nostras: & in spiritu cõstituti humiliato,
seruientes illi, * dicamus flentes Domi- 17
no, vt secundum voluntatem suam sic
faciat nobiscũ citò misericordiã suam:
vt sicut conturbatum est cor nostrum
in superbia eorum, ita etiam de nostra
humilitate gloriemur, * quoniam non 18
sumus secuti peccata patrũ nostrorum
qui dereliquerunt Deum suum, & ado-
rauerunt deos alienos: * pro quo scelere 19
dati sunt in gladium, & in rapinam, & in
confusionem inimicis suis. nos autem
alterum Deum nescimus præter ipsum.
* Expectemus humiles consolationem 20
eius, & exquiret sanguinem nostrum de
afflictionibus inimicorum nostrorum:
& humiliabit omnes Gentes, quæcunq.
insurgunt contra nos, & faciet illas sine
honore Dñs Deus noster. * Et nunc fra- 21
tres, quoniam vos estis presbyteri in po-
pulo Dei, & ex vobis pendet anima illo-
rum, ad eloquium vestrũ corda eorum
erigite, vt memores sint, quia tentati
sunt patres nostri, vt probarentur, si ve-
Psa.21,1. rè colerent Deum suum. * Memores 22
esse debent, quomodo pater noster
Abraham tentatus est, & per multas tri-
bulationes probatus, Dei amicus effe-
23 ctus est. * Sic Isaac, sic Iacob, sic Moy-
ses: & omnes qui placuerunt Deo, per
multas tribulationes trãsierunt fideles.
24 * Illi autem qui tentationes non susce-
perunt cum timore Domini, & impa-
tientiam suam & improperium mur- Num.21,6. 1 Cor.10,9.
murationis suæ contra Dominum pro-
25 tulerunt, * exterminati sunt ab exter-
minatore, & à serpentibus perierunt.
26 * Et nos ergo non vlciscamur nos pro
27 his quæ patimur: * sed reputantes pec-
catis nostris hæc ipsa supplicia minora
esse flagella Domini, quibus quasi serui
corripimur, ad emendationem, & non
ad perditionem nostram euenisse creda-
28 mus. * Et dixerunt illi Ozias & presby-
teri, Omnia quæ locuta es, vera sunt, &
non est in sermonibus tuis vlla repre-
29 hensio. * Nunc ergo ora pro nobis, quo-
niam mulier sancta es, & timens Deum.
30 * Et dixit illis Iudith, Sicut quod potui
31 loqui, Dei esse cognoscitis: * Ita quod
facere disposui, probate si ex Deo est: &
orate, vt firmum faciat Deus consilium
32 meum. * Stabitis vos ad portam nocte
ista, & ego exeam cum abra mea: & ora-
te, vt sicut dixistis, in diebus quinque
respiciat Dominus populum suum Is-
33 raël. * Vos autem nolo vt scrutemini
actum meum: & vsque dum renuntiem
vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me
34 ad Dominum Deum nostrum. * Et di-
xit ad eam Ozias princeps Iudæ, Vade
in pace, & Dominus sit tecum in vltio-
nem inimicorum nostrorum. Et reuer-
tentes abierunt.

CAP. IX.

1 QVibus ascendẽtibus, Iudith ingres-
sa est oratorium suum: & induens
se cilicio, posuit cinerem super caput
suum: & prosternens se Domino, cla-
2 mabat ad Dominum, dicens, * Domine
Deus patris mei Simeon, cui dedisti illi Gene.34,25
gladium in defensionẽ alienigenarum,
qui violatores extiterunt in coinquina-
tione sua, & denudauerunt femur vir-
ginis in cõfusionem: * & dedisti mulie- 3
res illorum in prædam, & filias illorum
in captiuitatem: & omnem prædam in

diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt
zelum tuum: subueni quæsumus Domine
Deus meus mihi viduæ. [4] Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc
factum est quod ipse voluisti. [5] Omnes
enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia
in tua prouidentia posuisti. [6] Respice
castra Assyriorũ nunc, sicut tunc castra
Exo.14,9. Ægyptiorum videre dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant,
confidentes in quadrigis, & in equitatu
suo, & in multitudine bellatorum. [7] Sed
aspexisti super castra eorum, & tenebræ
fatigauerunt eos. [8] Tenuit pedes eorum
abyssus, & aquæ operuerunt eos. [9] Sic
fiant & isti Domine qui confidunt in
multitudine sua, & in curribus suis, &
in contis, & in scutis, & in sagittis suis,
& in lanceis gloriantur, [10] & nesciunt
quia tu ipse es Deus noster qui conteris
bella ab initio, & Dominus nomen est
tibi. [11] Erige brachium tuum sicut ab
initio: & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua qui promittunt se violare sancta
tua, & polluere tabernaculum nominis
tui, & deiicere gladio suo cornu altaris
tui. [12] Fac Domine, vt gladio proprio
eius superbia amputetur: [13] capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ.

[14] Da mihi in animo constantiam, vt
contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum. [15] Erit enim hoc memoriale
nominis tui, cùm manus fœminæ deiecerit eum. [16] Non enim in multitudine
est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. [17] Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem,
& de tua misericordia præsumentem.

[18] Memento Domine testamenti tui,
& da verbum in ore meo, & in corde
meo consilium corrobora, vt domus tua
in sanctificatione tua permaneat: [19] &
omnes Gentes agnoscãt quia tu es Deus,
& non est alius præter te.

CAP. X.

[1] FActum est autem, cùm cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco
in quo iacuerat prostrata ad Dominum.
[2] Vocauitque abram suam, & descendens in domum suam, abstulit à secilicium, & exuit se vestimentis viduitatis
[3] suæ, & lauit corpus suum, & vnxit se
myrro optimo, & discriminauit crinem
capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimẽtis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus
suis, assumpsitque dextraliola, & lilia,
& inaures, & annulos, & omnibus or[4] namentis suis ornauit se. [5] Cui etiam
Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideò
Dominus hãc in illam pulchritudinem
ampliauit, vt incomparabili decôre omnium oculis apparêret. [6] Imposuit itaque abræ suæ ascopam vini, & vas olei,
& polentam, & lapates, & panes, & caseum; & profecta est. [7] Cumque venissent ad portam ciuitatis, inuenerunt
expectãtem Oziam & presbyteros ciuitatis. [8] Qui cùm vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem
eius. [9] Nihil tamen interrogantes eam,
dimiserunt transire, dicentes, Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem,
& sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. [10] Et dixerunt hi qui
illic erant, omnes vna voce: Fiat, fiat.
[11] Iudith verò orans Dominum, transiuit per portas ipsa & abra eius. [12] Factum
est autem, cùm descenderet montem,
circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam,
dicentes, Vnde venis? aut quò vadis?
[13] Quæ respondit, Filia sum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quòd dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vltrò tradere
seipsos, vt inuenirent misericordiam in
conspectu vestro. [14] Hac de causa cogitaui mecum, dicens, Vadam ad faciem princi-

principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu
possit obtinere eos: ita vt non cadat vir
vnus de exercitu eius. [15] Et cùm audissent viri illi verba eius, considerabant
faciem eius: & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis. [16] Et dixerunt ad eam,
Conseruasti animam tuam, eo quòd tale
reperisti consilium, vt descenderes ad
dominum nostrum. [17] Hoc autem scias
quoniã cùm steteris in conspectu eius,
bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam.
Iust.16,8. [18] Cumque intrasset ante faciem eius,
statim captus est in suis oculis Holofernes. [19] Dixeruntque ad eum satellites
eius, Quis contemnat populũ Hebræorum qui tam decoras mulieres habent,
vt non pro his meritò pugnare contra
eos debeamus? [20] Videns itaque Iudith
Holofernẽ sedentem in conopæo, quod
erat ex purpura, & auro, & smaragdo,
& lapidibus pretiosis intextum: [21] &
cùm in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super terram. Et
eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente domino suo.

CAP. XI.

[1] TVnc Holofernes dixit ei, Æquo
animo esto; & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui
viro qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. [2] Populus autem tuus si non
contempsisset me, non alleuassem lanceam meam super eum. [3] Nunc autem
dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis,
& placuit tibi vt venires ad nos? [4] Et dixit illi Iudith, Sume verba ancillæ tuæ:
quoniam si secutus fueris verba ancillæ
tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum. [5] Viuit enim Nabuchodonosor
rex terræ, & viuit virtus eius quæ est in
te ad correptionem omnium animarum
errantium: quoniam non solùm homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri
obtemperant illi. [6] Nuntiatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni seculo, quoniam tu
solus bonus & potens es in omni regno
eius, & disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur. [7] Nec hoc latet quod locutus est Achior, nec illud ignoratur Sup.3,5.
[8] quod ei iusseris euenire. [8] Constat enim
Deum nostrum sic peccatis offensum,
vt mãdauerit per prophetas suos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis
[9] suis. [9] Et quoniam sciunt se offendisse
Deum suum filij Israël, tremor tuus su[10] per ipsos est. [10] Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter
[11] mortuos computantur. [11] Denique hoc
ordinant, vt interficiant pecora sua, &
[12] bibant sanguinem eorum: [12] & sancta
Domini Dei sui quæ præcepit Deus non
contingi, in frumento, vino, & oleo,
hæc cogitauerunt impendere, & volunt
consumere quæ nec manibus deberent
contingere. ergo quoniam hæc faciunt,
certum est quod in perditionem dabun[13] tur. [13] Quod ego ancilla tua cognoscens,
fugi ab illis, & misit me Dominus hæc
[14] ipsa nuntiare tibi. [14] Ego enim ancilla
tua Deum colo, etiam nunc apud te: &
[15] exiet ancilla tua, & orabo Deum, [15] &
dicet mihi quando eis reddat peccatum
suum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt
ego adducam te per mediam Ierusalem,
& habebis omnem populum Israël, sicut oues quibus non est pastor, & non
[16] latrabit vel vnus canis contra te, [16] quoniam hæc mihi dicta sunt per prouiden[17] tiam Dei. [17] Et quoniam iratus est illis
Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi.
[18] Placuerunt autem omnia verba hæc
coram Holoferne, & coram pueris eius,
& mirabantur ad sapientiam eius, & di[19] cebant alter ad alterum: [19] Non est talis
mulier super terram in aspectu, in pul[20] chritudine, & in sensu verborũ. [20] Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit Deus
qui misit te ante populum, vt des illum
[21] tu in manibus nostris: [21] & quoniam
bona est promissio tua, si fecerit mihi
hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu
in domo Nabuchodonosor magna eris,
& nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

CAP. XII.

TVnc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo. *Cui respondit Iudith, & dixit, Nunc non potero manducare ex his quæ mihi præcipis tribui; ne veniat super me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo. *Cui Holofernes ait, Si defecerint tibi ista quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? *Et dixit Iudith, Viuit anima tua dñe meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum quod præparauerat. *Et petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum. *Et præcepit cubiculariis suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum per triduum. *Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ.

*Et vt ascendebat, orabat Dominum Deum Israël, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. *Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet escam suam in vespere.

*Et factũ est in quarto die Holofernes fecit cenam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suũ, Vade, & suade Hebræam illam vt sponte consentiat habitare mecum. *Fœdum est enim apud Assyrios, si femina irrideat virum agendo, vt immunis ab eo transeat. *Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit, Non vereatur bona puella introire ad dominũ meum, vt honorificetur ante faciẽ eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. *Cui Iudith respondit, Quæ ego sum, vt contradicam domino meo?

*Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum, faciam. Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. *Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. *Cor autem Holofernis cõcussum est: erat enim ardens in concupiscentia eius. *Et dixit ad eam Holofernes, Bibe nunc, & accumbe in iucunditate: quoniam inuenisti gratiam coram me. *Et dixit Iudith, Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis. *Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea quæ parauerat illi ancilla eius. *Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bibítque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

CAP. XIII.

VT autem serò factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, & abiit.

*erant autem omnes fatigati à vino.

*Erátque Iudith sola in cubiculo.

*Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. *Dixítque Iudith puellæ suæ vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret. *Stetítque Iudith ante lectum, orans cum lachrymis, & labiorũ motu in silentio, *dicens, Confirma me Domine Deus Israël, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. *Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius qui in ea ligatus pendebat, exoluit.

*Cúmque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait, Confirma me Domine Deus in hac hora.

*& percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. *Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam. *Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierũt castra: & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis.

*Et dixit Iudith à longè custodibus murorum, Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus qui fecit virtutem *in Israël. *Et factum est, cùm audissent viri vocem eius, vocauerũt presbyteros ciuitatis. *Et occurrerunt ad eam omnes, à minimo vsque ad maximum: quoniam

niam sperabant eam iam non esse venturam. *Et accendentes luminaria congrauerunt circa eam vniuersi: illa autem ascendens in eminentiorem locum iussit fieri silentium. Cúmque omnes tacuissent, *dixit Iudith, Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se: *& in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quam promisit domui Israël: & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte.

*Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens, Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum: & ecce conopœum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum feminæ percussit illum Dominus Deus noster. *Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem: & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra.

Psal.105.1. & 106.1. *Confitemini illi omnes, quoniam bonus; quoniam in seculum misericordia eius. *Vniuersi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam, Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilũ redegit inimicos nostros. *Porrò Ozias princeps populi Israël, dixit ad eã, Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. *Benedictus Dñs qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorũ nostrorum: *quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias & tribulationem generis tui, sed subueniisti ruinæ ante conspectum Dei nostri. *Et dixit omnis populus, Fiat, fiat. *Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith, Deus Israël 'cui tu testimonium dedisti quòd vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omniũ incredulorũ incidit in hac nocte in manu mea. *Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israël contempsit, & tibi interitum minabatur, dicens, Cùm captus fuerit populus Israël, gladio perforari præcipiam latera tua.

*Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius. *Postea verò quàm resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit, *Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniã in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israël.

CAP. XIIII.

DIxit autem Iudith ad omnem populum, Audite me fratres: suspendite caput hoc super muros nostros: *Et erit, cùm exierit Sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu: non vt descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. *Tunc exploratores necesse erit vt fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. *Cúmque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inuenerint eũ truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor. *Cúmque cognoueritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris. *Tunc Achior videns virtutem quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij sui, & appositus est ad populum Israël, & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem.

*Mox autem vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepítque vnusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & vlulatu. *Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.

*Porrò hi qui in tabernaculo erant venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret. *Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut intrãdo aperire. *Sed cùm venissent

eius

eius duces ac tribuni, & vniuersi maiores exercitus regis Assyriorum, dixerũt cubiculariis, *Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prœlium. *Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire. *Sed cùm nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximãs ad cortinam, & eleuans eam, vidénsq. cadauer absq. capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacêre super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua. *Et ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum, *& dixit, Vna mulier Hebræa fecit cõfusionem in domo regis Nabuchodonosor. ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. *Quod cùm audissent principes virtutis Assyriorũ, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde. *Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

CAP. XV.

CVmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt, *ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus, euadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audierant, fugientes per vias camporum & semitas collium. *Videntes itaq. filij Israël fugiẽtes, secuti sunt illos. Descenderúntque clangentes tubis, & vlulantes post ipsos. *Et quoniam Assyrij non adunati, in fugam ibant præcipites: filij autem Israël vno agmine persequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuissent. *Misit itaque Ozias nuntios per omnes ciuitates & regiones Israël. *Omnis itaque regio, omnísq. vrbs electam iuuentutẽ armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extremitatem finium suorum. *Reliqui autẽ qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde. *Hi verò qui victores reuersi sunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum abstulerunt secum, ita vt nõ esset numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuersis mobilibus eorũ, vt à minimo vsq. ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum. *Ioachim autem summus pontifex de Ierusalem venit in Bethuliam, cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith. *Quæ cùm exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes, Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri, *quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaueris, & post virum tuum, alterum nescieris: ideò & manus Domini confortauit te, & ideò eris benedicta in æternum. *Et dixit omnis populus, Fiat, fiat. *Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum à populo Israël. *Porrò autẽ vniuersa quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo. *Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

CAP. XVI.

TVnc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens,

*Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum, exultate, & inuocate nomen eius.

*Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.

*Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

*Venit Assur ex mõtibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obthurauit torrẽtes, & equi eorum cooperuerunt valles. *Dixit

*Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.

*Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confodit eum.

*Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.

*Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israël.

*Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.

*Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.

*Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius.

*Tunc vlulauerũt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.

*Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prœlio à facie Dñi Dei mei.

*Hymnũ cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo nostro.

*Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.

*Tibi seruiat omnis creatura tua: quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritũ tuum, & creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ.

*Montes à fundamentis mouebuntur cũ aquis: petræ, sicut cera, liquescent ante faciem tuam.

*Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

*Vægẽti insurgẽti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos.

*Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum.

*Et factum est post hæc, omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. *Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis quæ dedit illi populus, & conopœum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius' obtulit' in anathema obliuionis. *Erat autem populus iucundus secundũ faciem sanctorum, & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratũ est cum Iudith. *Post dies autem illos vnusquisq. rediit in domũ suam, & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israël. *Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius. *Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. *Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque, & dimisit abram suam liberam, & defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia. *Luxítque illam omnis populus diebus septem. *In omni autem spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israël, & post mortem eius annis multis. *Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

LIBER ESTHER.

CAP. I.

IN diebus Assueri qui regnauit ab India vsque Æthiopiam super centum viginti septẽ prouincias: *quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordiũ fuit. *Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, *vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinẽ, atq. iactantiam potentiæ suæ, multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus. *Cumq. imple-

implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum qui inuentus est in Susan à maximo vsque ad minimum: & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat. [6] Et pendebãt ex omni parte tentoria "aërei' coloris & 'carbasini' ac hyacinthini, sustẽtata funibus byssinis, atque purpureis, qui 'eburneis' circulis inserti erãt, & columnis marmoreis fulciebãtur. Lectuli quoque aurei & argentei, super pauimẽtum smaragdino, & pario stratum lapide, dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat. [7] Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat, abundans & pręcipuũ ponebatur. [8] Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet. [9] Vasthi quoque regina fecit cõuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Assuerus manere consueuerat. [10] Itaque die septimo, cùm rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Maumam & Bazatha & Harbona & Bagatha, & Abgatha & Zethar & Charchas, septem eunuchis qui in cõspectu eius ministrabant, [11] vt introducerent reginam Vasti coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde. [12] Quæ renuit, & ad regis imperiũ, quod per eunuchos mãdauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, [13] interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderãt, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges, ac iura maiorum: [14] (erant autem primi & proximi, Charsena & Sethar & Admatha & Tharsis & Mares & Marsana & Mamuchan, septem duces Persarũ, atque Medorum qui videbant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant) [15] cui sententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset. [16] Respondítq. Mamuchan, audiente rege, atque principibus, Non solum regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes qui sunt in cunctis prouinciis regis [17] Assueri. Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt cõtemnant viros suos, & dicant, Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa [18] noluit. Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarũ atque Medorum, paruipendent imperia maritorum. vnde regis iusta est indignatio. [19] Si 'ergo' tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vltrà Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, [20] altera quæ melior est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimum est) prouinciarum tuarũ diuulgetur imperium, & cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis suis honorem. [21] placuit consilium eius regi, & principibus: fecítque rex iuxta consilium Mamuchan, [22] & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire & legere poterat, diuersis linguis & literis, esse viros principes ac maiores in domibus suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

"aërij 19. MS. 'candidi H.C. "carpassini MS. H. G. Existimant autem, colorem viridem significari. 'argenteis H.C.G.

CAP. II.

[1] His ita gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, recordatus est Vasthi, & quæ fecisset, "vel' quæ passa esset: [2] 'dixerúntque pueri regis, ac ministri eius, Quærantur regi puellæ virgines ac speciosæ, [3] & mittãtur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines: & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domũ fœminarũ sub manu Egei eunuchi, qui est præpositus & custos mulierũ regiarum: & accipiant mundũ muliebrem, & [4] cætera ad vsus necessaria. Et quæcunq. inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi: & [5] ita vt suggesserant, iussit fieri. Erat vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe

'& ita c.

de stirpe Iemini, [6] 'qui translatus fuerat de Ierusalẽ 'eo tempore quo Iechoniam regem Iuda, Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat, 'qui fuit nutritius [7] filiæ fratris 'sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther: & vtrumque parentem amiserat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuísque patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiã. [8] 'Cumq. percrebruisset regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Susan, & Egeo traderẽtur eunucho: Esther quoq. inter cæteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero fœminarum. [9] 'Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu illius. Et præcepit eunucho, vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quàm pedissequas eius ornaret atque excoleret. [10] 'Quæ noluit indicare ei populum & patriam suam. Mardocheus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: [11] 'qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus in qua electæ virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret. [12] 'Cùm autem venissent tempus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad regem, expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant, mensis duodecimus vertebatur: ita duntaxat, vt sex mensibus oleo vngerentur myrtino, & aliis sex quibusdam pigmentis & aromatibus vterentur. [13] 'Ingredientésque ad regem, quicquid postulassent ad ornatum pertinens, accipiebãt: & vt eis placuerat, compositæ, de triclinio fœminarum ad regis cubiculum transibant. [14] 'Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas ædes "deducebantur' quæ sub manu Susagazi eunuchi erant, qui concubinis regis præsidebat: nec habebat potestatẽ ad regem vltrà redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire iussisset ex nomine. [15] 'Euoluto autem tempore per ordinẽ, instábat dies quo Esther filia Abihail fratris Mardochęi, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad

4 Reg. 24, 15. Isa. 11, 4.

'paris c. 6. Consentiunt 11. nam VVI eius Interpres noster, 1 Re. 10, 14 & 2 Re. 24, 17 & alibi in hoc, patrui significat. Versio hoc loco, eam eius esse verbum, quæ Thesaurum continuerit, verisimile est, cum ex Latinorum libertum consuetudine, tum ex huius libri, c. 2. cuius verba 2. citra Hebraicè sit: Mandicauit Esther, quid ipse filij; respon. Cõf. est enim ei Esther, quòd esset patruus suus. nisi forte, patruelis, aut legendum, aut intelligendum est dicere qui posset.

'deducebatur 6. MS. Hic volunt H. e. G.

regem. Quæ non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcunque voluit Egeus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur.

[16] 'Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo qui vocatur Tebeth, septimo anno regni eius. [17] 'Et adamauit eam rex plus quàm omnes mulieres, habuítque gratiam & misericordiam corã eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecítq. eam [18] regnare in loco Vasthi. 'Et iussit conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus, & seruis suis pro coniunctione, & nuptiis Esther. Et dedit requiẽ vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem.

[19] 'Cumque & secundò quærerentur virgines & congregarentur, Mardochæus [20] manebat ad ianuam regis. 'necdum prodiderat Esther patriã & populum suum, iuxta mandatum eius. Quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther, & ita cuncta faciebat vt eo tempore solita erat [21] quo eam paruulam nutriebat. 'Eo igitur tempore quo Mardochæus ad regis ianuam morabatur, irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis, qui ianitores erant, & in primo palatij limine præsidebant: voluerúntque insurgere in re- [22] gem, & occidere eum. 'Quod Mardochæum non latuit: statímq. nuntiauit reginæ Esther: & illa regi ex nomine Mar- [23] dochæi, qui ad se rem detulerat. 'Quæsitum est, & inuentum: & appensus est vterq. eorum in patibulo. 'Mandatúmque est historiis, & annalibus traditum coram rege.

Inf. 12, 1. 'Et iussit rex, vt in libro memoriali scriberetur, vt pro vita sua aliquid repẽsaret ei. *Videtur autem ex Græca trãslatione sumptũ, quæ huiusmodi est:* Et iussit rex, vt scriberent in memoriali, in regia bibliotheca, pro benefactis Mardochæi, in laude. *id quod noster interpres, vt in Hebræo est, reddidit:* Mandauimque est, &c. Inf. 16, 16.

CAP. III.

[1] POsthęc 'rex Assuerus exaltauit Amã filium Amadathi qui erat de stirpe Agag: & posuit solium eius super omnes [2] principes quos habebat. 'Cunctíque serui regis qui in foribus palatij versabantur, flectebãt genua, & adorabant Amã: sic enim præceperat eis imperator. solus Mardochæus non flectebat genu, neque [3] adorabat eum. 'Cui dixerunt pueri regis, qui

*residebant MS. R. H.C.G.

gis, qui ad fores palatij *præſidebant, Cur præter cæteros non obſeruas mandatum regis? ‡Cúmque hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nuntiauerunt Aman, ſcire cupientes vtrum perſeueraret in ſententia. dixerat enim eis ſe eſſe Iudæum. ‡Quod cùm audiſſet Aman, & experimento probaſſet quòd Mardochæus non flecteret ſibi genu, nec ſe adoraret, iratus eſt valde, ‡& pro nihilo duxit in vnum Mardochęũ mittere manus ſuas. audierat enim quòd eſſet gentis Iudęæ. magiſque voluit omnem Iudęorũ, qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem. ‡Menſe primo (cuius vocabulum eſt Niſan) anno duodecimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in vrnam, quæ Hebraicè dicitur phur, coram Aman, quo die & quo menſe gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit menſis duodecimus qui vocatur Adar. ‡Dixítq. Aman regi Aſſuero, Eſt populus per omnes prouincias regni tui diſperſus, & à ſe mutuo ſeparatus, nouis vtens legibus & ceremoniis, inſuper & regis ſcita contemnens. Et optimè noſti quòd non expediat regno tuo vt inſoleſcat per licentiam. ‡ſi tibi placet, decerne vt pereat, & decem millia talentorum appendã arcariis gazæ tuæ.

‡Tulit ergo rex annulum quo vtebatur, de manu ſua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hoſti Iudæorum. ‡dixítque ad eum: Argentum quod tu polliceris, tuum ſit: de po- *autem MS. H.C. G. pulo age quod tibi placet. ‡Vocatíque ſunt ſcribæ regis menſe primo Niſan, tertia decima die eiuſdem menſis: & ſcriptum eſt, vt iuſſerat Aman, ad omnes ſatrapas regis, & iudices prouinciarum, diuerſarúmq. gentium, vt quæque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum, ex nomine regis Aſſueri: & literæ ſignatæ ipſius annulo, ‡miſſæ ſunt per curſores regis ad vniuerſas prouincias, vt occiderent atque delerent omnes Iudæos, à puero vſque ad ſenem, paruulos & mulieres, vno die, hoc eſt tertio decimo mẽſis duodecimi qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent.

‡Summa autem epiſtolarũ hæc fuit, vt omnes prouinciæ ſcirent, & pararent ſe ad prædictam diem. ‡Feſtinabãt curſores qui miſſi erant, regis imperium explere. Statímque in Suſan pependit edictum, rege & Aman celebrante conuiuium, & cunctis Iudæis qui in vrbe erant flentibus.

CAP. IIII.

QVæ cùm audiſſet Mardochæus, ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargens cinerem capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, oſtendens amaritudinem animi ſui, ‡& hoc eiulatu vſque ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutũ ſacco aulam regis intrare. ‡In omnibus quoq. prouinciis, oppidis, ac locis ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus, & fletus, ſacco & cinere multis pro ſtratu vtentibus. ‡Ingreſſæ autẽ ſunt puellę Eſther & eunuchi, nuntiauerúntque ei. Quod audiens conſternata eſt: & veſtem miſit, vt ablato ſacco 'indueret eam': quam accipere noluit. ‡Accitóque Athach eunucho, quem rex miniſtrum ei dederat, præcepit ei vt iret ad Mardochęum, & diſceret ab eo cur hoc faceret. ‡Egreſſúſque Athach, iuit ad Mardochæum ſtantem in platea ciuitatis, ante oſtium palatij. ‡qui indicauit ei omnia quæ acciderant, quomodo Aman promiſiſſet, vt in theſauros regis pro Iudæorum nece inferret argentum. ‡exemplar quoque edicti quod pendebat in Suſan, dedit ei, vt reginæ oſtenderet, & moneret eam, vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo ſuo. ‡Regreſſus Athach, nuntiauit Eſther omnia quæ Mardochæus dixerat. ‡Quæ reſpondit ei, & iuſſit vt diceret Mardochæo, ‡Omnes ſerui regis, & cunctæ quæ ſub ditione eius ſunt, norunt prouinciæ, quòd ſiue vir, ſiue mulier non vocatus, interius atrium regis intrauerit, abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur: niſi fortè rex aureã virgam ad eum tetenderit pro ſigno clementiæ, atque ita poſſit viuere. Ego igitur

tur quomodò ad regem intrare potero quæ triginta iam diebus non ſum vocata ad eum? ‡Quod cùm audiſſet Mardochæus, ‡rurſum mandauit Eſther, dicens, Ne putes quòd animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es præ cunctis Iudæis: ‡ſi enim nũc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi: & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris? ‡Rurſumque Eſther hæc Mardochæo verba mandauit, ‡Vade & congrega omnes Iudæos, quos in Suſan repereris, & orate' pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens, non vocata, tradénſque me morti & periculo. ‡Iuit itaque Mardochęus, & fecit omnia quæ ei Eſther præceperat.

*ieiunate H.C. G.

CAP. V.

DIe autẽ tertio induta eſt Eſther regalibus veſtimẽtis, & ſtetit in atrio domus regiæ, quod erat interius, contra baſilicam regis: at ille ſedebat ſuper ſolium ſuum in conſiſtorio palatij, contra oſtium domus. ‡Cumq. vidiſſet Eſther reginam ſtantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu. Quæ accedens, oſculata eſt ſummitatem virgæ eius.

‡Dixítque ad eam rex, Quid vis Eſther regina? quę eſt petitio tua? etiam ſi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. ‡At illa reſpondit, Si regi placet, obſecro vt venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium quod paraui. ‡Statimque rex, Vocate, inquit, citò Amã, vt Eſther obediat voluntati. Venerunt itaque rex & Aman ad conuiuium quod eis regina parauerat. ‡Dixitq. ei rex, poſtquam vinum biberat abundanter, Quid petis vt detur tibi? & pro qua re poſtulas? etiam ſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. ‡Cui reſpondit Eſther, Petitio mea, & preces ſunt iſtæ: ‡Si inueni in conſpectu regis gratiam, & ſi regi placet vt det mihi quod poſtulo, & meam impleat petitionẽ: veniat rex & Aman ad conuiuium quod paraui eis, & cras aperiam regi voluntatem meam. ‡Egreſſus eſt itaque illo die Aman lætus & alacer. Cumque vidiſſet Mardochæum ſedentem ante fores palatij, & non ſolum non aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec motũ quidem de loco ſeſſionis ſuæ, indignatus eſt valde: ‡& diſſimulata ira reuerſus in domum ſuam, conuocauit adſe amicos ſuos, & Zares vxorem ſuam: ‡& expoſuit illis magnitudinem diuitiarum ſuarum, filiorúmque turbam, & quanta eum gloria ſuper omnes principes & ſeruos ſuos rex eleuaſſet. ‡Et poſt hæc ait, Regina quoque Eſther nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege, præter me: apud quam etiam cras cum rege pranſurus ſum. ‡Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum Iudæum ſedentem ante fores regias. ‡Reſponderuntque ei Zares vxor eius, & cæteri amici, Iube parari excelſam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos: & dic manè regi vt appendatur ſuper eam Mardochæus, & ſic ibis cum rege lætus ad conuiuium. *Placuit ei conſilium, & iuſſit excelſam prępararí crucem. *placuitque 10 MS.R. H.C.G.

CAP. VI.

NOCTEM illam duxit rex inſomnem, iuſſitque ſibi afferri hiſtorias & annales priorum temporum. Quæ cùm illo præſente legerentur, ‡ventum eſt ad illum locum vbi ſcriptum erat quomodo nuntiaſſet Mardochæus inſidias Bagathan & Thares eunuchorum, regem Aſſuerum iugulare cupientium. Iieſt.12,1. ‡Quod cùm audiſſet rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochęus conſecutus eſt? Dixerunt ei ſerui illius ac miniſtri, Nihil omnino mercedis accepit. ‡Statimque rex, Quis eſt, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt ſuggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo quod ei fuerat præparatum.

‡Reſponderunt pueri, Aman ſtat in atrio. Dixitq. rex, Ingrediatur. ‡Cúmque eſſet ingreſſus, ait illi, Quid debet

fieri viro quem rex honorare desiderat? Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans quòd nullum alium rex, nisi se, vellet honorare, *respondit, Homo quem rex honorare cupit, *debet indui vestibus regiis: & imponi super equum qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum, *& primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum eius: & per platéam ciuitatis incedens, clamet & dicat, Sic honorabitur, quemcunque voluerit rex honorare. *Dixitque ei rex, Festina, & sumpta stola & equo, fac vt locutus es, Mardochæo Iudęo qui sedet ante fores palatij. Caue ne qnicquam de his quę locutus es prętermittas. *Tulit itaq. Aman stolam & equum, indutúmque Mardochęum, in platéa ciuitatis, & imposítum equo pręcedebat, atque clamabat, Hoc honore condignus est, quemcunque rex voluerit honorare. *Reuersúsque est Mardochæus ad ianuam palatij: & Aman festinauit ire in domum suam, lugens & operto capite: *narrauítque Zares vxori suæ, & amicis omnia quæ euenissent sibi. Cui respondérunt sapientes quos habebat in consilio, & vxor eius, Si de semine Iudæorum est Mardochęus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius. *Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & citò eum ad conuiuium quod regina parauerat, pergere compulerunt.

CAP. VII.

INtrauit itaque rex & Aman, vt biberent cum regina. *Dixítque ei rex etiam secunda die, postquam vino incaluerat, Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. *Ad quem illa respondit, Si inueni gratiam in oculis tuis ò rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. *Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in seruos & famulas venderemur: esset tolerabile malum, & gemens tacerẽ. nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem. *Respondénsque rex Assuerus ait, Quis est iste, & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere? *Dixítque Esther, Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiens, illico obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre non sustinens. *Rex autem iratus surrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus consitum. Aman quoq. surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua, intellexit enim à rege sibi paratum malum. *Quicùm reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuij locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait, Etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea. *Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciẽ eius.

*Dixítq. Harbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis, En lignum quod parauerat Mardochæo, qui locut⁹ est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex, Appendite eum in eo. *Suspensus est itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochęo: & regis ira quieuit.

CAP. VIII.

DIe illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman aduersarij Iudæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei Esther quòd esset patruus suus. *Tulítque rex annulum quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæum super domum suam. *Nec his contenta, procidit ad pedes regis: fleuítque & locuta ad eum orauit vt malitiam Aman Agagitę, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat contra Iudęos, iuberet irritas fieri. *At ille ex more sceptrum aureum prętendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur. Illáque consurgens stetit ante eum, *& ait, Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non

non ei videtur esse contraria, obsecro, vt nouis epistolis, veteres Aman literæ, insidiatoris "& hostis Iudæorum', quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præceperat, corrigantur. *Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei? *Respondítque rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo, Domum Aman concessi Esther: & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudęos. *Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signantes literas annulo meo. Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. *Accitíque scribis & librariis regis (erat autem tempus tertij mensis, qui appellatur Siban) vicesima & tertia die illius scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochęus voluerat, ad Iudæos & ad principes, procuratorésque & iudices, qui centum vigintiséptem prouinciis ab India vsque ad Æthiopiam præsidebant: prouinciæ atq. prouinciæ, populo & populo iuxta linguas & literas suas, & Iudęis, prout legere poterant, & audire.

*Ipsáque epistolæ, quę ex regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios: qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nuntiis præuenirent. *Quibus imperauit rex, vt conuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnum præciperent congregari, vt starent pro animabus suis, & omnes inimicos suos, cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus, interficerent atque delerent*. *Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est tertia decima mensis duodecimi Adar. *Summáque epistolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Assueri subiacebant imperio, notum fieret paratos esse Iudęos ad capiendum vindictam de hostibus suis. *Egressíque sunt veredarij celeres nuntia perferentes, & edictum regis pependit in Susan. *Mardochæus autem de palatio, & de conspectu regis égrediens, fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & "ærinis', coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo. Omnísque ciuitas exultauit, atque lætáta est. *Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. *Apud omnes populos, vrbes atq. prouincias, quocumq. regis pręcepta veniebant, mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies: in tantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & ceremoniis iungerẽtur. Grandis enim cũctos Iudaici nominis terror inuaserat.

CAP. IX.

IGitur duodecimi mensis, quem Adar vocari ante iam diximus, tertia decima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperũt, & se de aduersariis vindicare. *Congregatíque sunt per singulas ciuitates & oppida & loca, vt extenderent manum contra inimicos, & persecutores suos. Nullúsque ausus est resistere, eò quòd omnes populos magnitudinis eorum formido "penetraret'. *Nam & prouinciarũ iudices, & duces & procuratores, omnísque dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebãt Iudæos timore Mardochæi: *quem principem esse palatij; & plurimũ posse cognouerant. fama quoq. nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. *Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis quod sibi parauerant facere: *in tantum vt etiã in Susan quingentos viros interficerent, extra decem filios Aman Agagitæ hostis Iudæorum: quorum ista sunt nomina,

*Pharsandatha, & Delphon, & Esphátha, *& Phorátha, & Adalia, & Aridatha, *& Pherméstha, & Arisai, & Aridai, & Iezatha. *Quos cùm occidissent, prædas de substantiis eorum "agere' noluerunt. *Statímque numerus eorum qui occisi erant in Susan, ad regem relatus est. *Qui dixit reginæ, In vrbe Susan interfecerunt Iudæi quin-

gentos

"Filij Hammedathæ Agagitæ H.C.

"ærinis MS. R. candidis H.G.

"penetrarat 4 MS: H.C.

*& spolia eorum diripere nolue. H.C.

"tangere 6 MS. alij; hæc H. & C. propius accedut; quibus legitur: In prædam nõ miserunt manum suam.

gentos viros,& alios decem filios Aman: quantam putas eos exercere cædem in vniuersis prouinciis? Quid vltrà postulas, & quid vis vt fieri iubeam? ¶Cui illa 13
respondit, Si regi placet, detur potestas Iudæis,vt sicut fecerunt hodie in Susan, sic & cras faciant,& decem filij Aman in patibulis suspendantur. ¶Præcepitque 14
rex vt ita fieret. Statimque in Susan pependit edictum,& decē filij Aman suspensi sunt. ¶Congregatis Iudæis quar- 15
tadecima die mēsis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorum ab illis direpta substantia est. ¶Sed & per om- 16
nes prouincias quæ ditioni regis subiacebant, pro animabus suis steterunt Iudæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum vt septuagintaquinque millia occisorum implerentur, & nullus de substantiis eorum quicquam contingeret. ¶Dies autem tertiusdeci- 17
mus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die cædere desierunt. Quem constituerunt esse solennem, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis. ¶At hi qui in vrbe Susan cæ- 18
dem exercuerant,tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt: quintodecimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt solennem epularum atque lætitiæ. ¶Hi verò Iudæi,qui 19
in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartum decimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudij decreuerunt,ita vt exultent in eo,& mittant sibi mutuò partes epularū & ciborum.

¶Scripsit itaque Mardochæus omnia 20
hæc,& literis comprehensa misit ad Iudæos qui in omnibus regis prouinciis morabantur,tam in vicino positis quàm procul, ¶vt quartam decimam & quin- 21
tamdecimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solenni celebrarent honore: ¶quia 22
in ipsis diebus se vlti sunt Iudęi de inimicis suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiumq. conuersi sunt, essentque dies isti epularum atque lætitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur.
23 ¶Susceperuntque Iudæi in solennem ritū cuncta quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus literis facienda mandauerat. 24 ¶Amā enim,filius Amadathi stirpis Agag, hostis & aduersarius Iudæorū, cogitauit contra eos malum, vt occideret illos, atque deleret: & misit phur, quod nostra lingua vertitur in 25 sortem. ¶Et posteà ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius,literis regis irriti fierent: & malum quod contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Deniq. & ipsum & filios eius 26 affixerunt cruci, ¶atq. ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim,id est sortium: eò quòd phur,id est sors,in vrnam missa fuerit. Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ,id est libri huius volumine con- 27 tinentur: ¶quæque sustinuerunt, & quæ deinceps immutata sunt, susceperunt Iudæi super se & semen suum,& super cunctos qui religioni eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absque solennitate transigere: quos scriptura testatur, & 'cætera' expetunt tempora, annis sibi iugiter succedentibus. 28 ¶Isti sunt dies, quos nulla vnquam delebit obliuio: & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt: nec est vlla ciuitas, in qua dies phurim, id est sortium, non obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie, 29 quæ his ceremoniis obligata est. ¶Scripseruntque Esther regina filia Abihāil, & Mardochęus Iudęus etiam secundam epistolam,vt omni studio dies ista solen- 30 nis sanciretur in posterum. ¶& miserunt ad omnes Iudæos, qui in centū viginti septē prouinciis regis Assueri versabantur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem, ¶obseruantes Dies sor- 31 tium, & suo tempore cum gaudio celebrarent: sicut cōstituerant Mardochęus & Esther, & illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo ieiunia, & clamores 32 & Sortium dies, ¶& omnia quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

CAP.

CAP. X.

REx verò Assuerus omnem terram, 1
& cunctas maris insulas fecit tributarias: ¶cuius fortitudo & imperium, 2
& dignitas atque sublimitas,qua exaltauit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum, atque Persarum: ¶& quo- 3
modo Mardochæus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit: & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

Quæ habentur in Hebræo, plena fide expressi. Hæc autem quæ sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & literis continentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est veru prænotauimus.

¶Dixitque Mardochæus, A Deo facta 4
sunt ista. ¶Recordatus sum somnij quod 5
videram, hæc eadem significantis: nec eorum quicquam irritum fuit. ¶Paruus 6
fons qui creuit in fluuium, & in lucem, solémque conuersus est,& in aquas plurimas redundauit: Esther est, quam rex accepit vxorem, & voluit esse reginam. ¶Duo aūt dracones: ego sum,& Aman. 7
¶Gentes quæ conuenerant: hi sunt qui 8
conati sunt delere nomen Iudæorum.

¶Gens autem mea: Israël est, quæ cla- 9
mauit ad Dominū, & saluum fecit Dominus populum suum: liberauitq. nos ab omnibus malis,& fecit signa magna atque portenta inter gentes: ¶& duas 10
sortes esse præcepit, vnam populi Dei,& alteram cunctarum gentium. ¶Venit- 11
que vtraque sors in statutum ex illo iam tempore diem corā Deo vniuersis gentibus: ¶& recordatus est Dominꝰ populi 12
sui, ac misertus est hæreditatis suæ. ¶Et 13
obseruabuntur dies isti in mense Adar quartadecima, & quintadecima die eiusdē mensis, cum omni studio,& gaudio in vnum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Israël.

CAP. XI.

ANno quarto regnantibus Ptole- 1
męo & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius hanc epistolam phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in Ierusalem.

Hoc quoq. principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

¶Anno secundo, regnante Artaxerxe 2 *Infr.16,1. Sup.2,5.*
maximo, prima die mensis Nisan, vidit 3
somnium Mardochæus, filius Iairi, filij Semei, filij Cis de tribu Ben-iamin:

¶homo Iudæus, qui habitabat in vrbe 3
Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ. ¶Erat autem de eo numero cap- 4 *4 Re.24,15 Sup.2,6.*
tiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalē cum Iechonia rege Iuda: ¶& hoc eius somniū fuit, Apparuerunt voces & tumultus, & tonitrua, & terræ motus, & con- 5
turbatio super terram: ¶& ecce duo dracones magni, paratiq. contra se in prælium. ¶Ad quorum clamorem cunctæ 6 7
concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum. ¶Fuitque dies 8
illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustię, & ingens formido super terram. ¶Conturbataque est gens 9
iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortem. ¶Clamauerúntq. ad 10
Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. ¶Lux & sol 11
ortus est, & humiles exaltati sunt,& deuorauerunt inclytos. ¶Quod cùm vidis- 12
set Mardochæus & surrexisset de stratu, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixū habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

CAP. XII.

MOrabatur autem eo tempore in 1 *Sup.2,21. & 6,2.*
aula regis cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatii. ¶Cumq. intellexisset cogitationes 2
eorum, & curas diligentiùs peruidisset, didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nuntiauit super eo regi. ¶Qui de vtroque habita 3
quæstione, confessos iussit duci ad mortem. ¶Rex autem quod gestum erat, 4
scripsit in commentariis: sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. ¶Præcepitque ei rex, vt in aula 5

palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus. [6] Aman verò filius Amadathi bugæus erat glorioſiſſimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucuſque proœmium.

Quæ ſequuntur, in eo loco poſita erant, vbi ſcriptum eſt in volumine,

Et diripuerunt bona, vel ſubſtantias eorum,

quæ in ſola vulgata editione reperimus.
Epiſtolæ autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII.

REx maximus Artaxerxes ab India vſq. Æthiopiam, centum vigintiſeptem prouinciarũ principibus, & ducibus, qui eius imperio ſubiecti ſunt, ſalutem. [2] Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuerſum orbem meæ ditioni ſubiugaſſem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, ſed clementia & lenitate gubernare ſubiectos: vt abſq. vllo terrore vitam ſilentio tranſigentes, optata cũctis mortalibus pace fruerentur. [3] Quærente autem me à conſiliariis meis quomodo poſſet hoc impleri, vnus qui ſapientia & fide cæteros præcellebat, & erat poſt regem ſecundus, Aman nomine, [4] indicauit mihi in toto orbe terrarum populum eſſe diſperſum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium Gentium conſuetudinem faciens, Regum iuſſa contemneret, & vniuerſarum concordiam nationum ſua diſſenſione violaret. [5] Quod cùm didiciſſemus, videntes vnam gentem rebellem aduerſus omne hominum genus peruerſis vti legibus, noſtríſque iuſſionibus contraire, & turbare ſubiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam: [6] iuſſimus vt quoſcumque Aman, qui omnibus prouinciis præpoſitus eſt, & ſecundus à rege, & quem patris loco colimus, monſtrauerit: cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis ſuis, nullúſq. eorum miſereatur quartadecima die duodecimi menſis Adar, anni præſentis: [7] vt nefarij homines vno die ad inferos deſcendentes, reddant imperio noſtro pacem, quam turbauerant.

Hucuſque exemplar epiſtolæ.

Quæ ſequuntur, poſt eum locum ſcripta reperi, vbi legitur,

pergénſque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Eſther.

Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

[8] Mardochæus autem deprecatus eſt Dominum memor omnium operum [9] eius, & dixit, Domine Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta ſunt poſita: & non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati, ſi decreueris ſaluare Iſraël. [10] Tu feciſti cælum & terrã, & quic- [11] quid cæli ambitu continetur. Domin omnium es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati [12] tuæ. Cuncta noſti, & ſcis quia non pro ſuperbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman ſuperbiſſimum. [13] (Libenter enim pro ſalute Iſraël etiam veſtigia pe- [14] dum eius deoſculari paratus eſſem:) ſed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem excepto Deo meo. [15] Et nunc Dñe rex Deus Abraham miſerere populi tui, quia volunt nos inimici noſtri perdere, [16] & hæreditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam quam redemiſti tibi [17] de Ægypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius eſto ſorti & funiculo tuo, & conuerte luctum noſtrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium. [18] Omnis quoq. Iſraël pari mente & obſecratione clamauit ad Dominũ, eò quòd eis certa mors impenderet.

CAP. XIIII.

ESther quoque regina confugit ad Dominum, pauẽs periculum quod [1] imminebat. [2] Cúmq. depoſuiſſet veſtes regias, fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro vnguentis variis, cinere & ſtercore impleuit caput, & corpus ſuum humiliauit ieiuniis: omniaque loca in quibus antea lætari conſueuerat, crinium laceratione compleuit.

[3] Et deprecabatur Dominum Deum Iſraël, dicẽs, Domine mi, qui rex noſter es ſolus, adiuua me ſolitariam, & cuius

præter te nullus eſt auxiliator alius. [4] Periculum meum in manibus meis eſt.

[5] Audiui à patre meo quòd tu Domine tuliſſes Iſraël de cunctis Gentibus, & patres noſtros ex omnibus retro maioribus ſuis, vt poſſideres hæreditatem ſempiternam, feciſtiſque eis ſicut locutus es. [6] Peccauimus in conſpectu tuo, & idcirco tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorũ: [7] coluimus enim deos eorum. Iuſtus es Domine. [8] Et nunc non eis ſufficit, quòd duriſſima nos opprimunt ſeruitute, ſed robur manuum ſuarum, idolorum potentię deputantes, [9] volunt tua mutare promiſſa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui: [10] vt aperiant ora Gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in ſempiternum.

[11] Ne tradas Domine ſceptrũ tuum his qui non ſunt, ne rideant ad ruinam noſtram: ſed conuerte conſilium eorũ ſuper eos, & eum qui in nos cœpit ſæuire, diſperde. [12] Memento Domine, & oſtende te nobis in tempore tribulationis noſtræ, & da mihi fiduciam Dñe rex deorum, & vniuerſæ poteſtatis: [13] tribue ſermonem compoſitũ in ore meo in conſpectu leonis, & transfer cor illius in odium hoſtis noſtri, vt & ipſe pereat, & cæteri qui ei conſentiunt. [14] Nos autem libera in manu tua, & adiuua me, nullum aliud auxilium habentẽ, niſi te Domine, qui habes omnium ſcientiam; [15] & noſti quia oderim gloriam iniquorum, & deteſter cubile incircumciſorum, & omnis alienigenæ. [16] Tu ſcis neceſſitatem meam, quòd abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud quaſi pannũ menſtruatæ, & non portem in diebus ſilentij mei, [17] & quòd non comederim in menſa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: [18] & nunquam lætata ſit ancilla tua, ex quo huc tranſlata ſum vſq. in præſentẽ diem, niſi in te Dñe Deus Abraham. [19] Deus fortis ſuper omnes, exaudi vocẽ eorum qui nullam aliam ſpem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

CAP. XV.

Hæc quoque addita reperi in editione vulgatâ.

ET mandauit ei (haud dubium quin Eſther Mardochæus) vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo ſuo [2] & pro patria ſua. Memorare (inquit) dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita ſis in manu mea, quia Aman ſecundus à rege locutus eſt contra nos in [3] mortem: & tu inuoca Dominũ, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & iſta quæ ſubdita ſunt.

[4] Die autẽ tertio depoſuit veſtimenta ornatus ſui, & circundata eſt gloria ſua.

[5] Cumque regio fulgeret habitu, & inuocaſſet omnium rectorem & ſaluatorem Deum, aſſumpſit duas famulas: [6] & ſuper vnam quidem innitebatur, quaſi prę deliciis & nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinens. [7] altera autem famularum ſequebatur dominam, defluentia in humum indumenta ſuſtentans. [8] Ipſa autem roſeo colore vultum perfuſa, & gratis ac nitentibus oculis triſtem celabat animum, & nimio timore [9] contractum. Ingreſſa igitur cuncta per ordinem oſtia ſtetit contra regem, vbi ille reſidebat ſuper ſolium regni ſui, indutus veſtibus regiis, auroque fulgens, & pretioſis lapidibus, eratque terribilis [10] aſpectu. Cumq. eleuaſſet faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, regina corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillulam [11] reclinauit caput. Conuertitque Deus ſpiritum regis in manſuetudinem, & feſtinus ac metuens exiliuit de ſolio: & ſuſtentans eam vlnis ſuis, donec rediret ad [12] ſe, his verbis blandiebatur, Quid habes Eſther? Ego ſum frater tuus, noli [13] metuere. Non morieris: non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſti- [14] tuta eſt. Accede igitur, & tange [15] ſceptrum. Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, & poſuit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eam, & ait,

Cur mihi non loqueris? *Quæ reſpon- 16
Gen.3,10. 2 Re.19,27 dit, Vidi te domine quaſi angelum Dei, & conturbatũ eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ. *Valde enim mirabilis es do- 17
mine, & facies tua plena eſt gratiarum. *Cumq. loqueretur, rurſus corruit, & 18
penè exanimata eſt. *Rex autem turba- 19
batur, & omnes miniſtri eius conſolabantur eam.

CAP. XVI.

Exemplar epiſtolæ regis Artaxerxis, quã pro Iudæis ad totas regni ſui prouincias miſit: quod & ipſum in Hebraico volumine non habetur.

Sap.11,2. REx magnus Artaxerxes, ab India 1
vſq. Æthiopiam centum vigintiſeptem prouinciarum ducibus ac principibus, qui noſtræ iuſſioni obediunt, ſalutem dicit. *Multi bonitate principum 2
& honore qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam: *& non ſolùm ſubiectos regibus nituntur opprimere, ſed 3
datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos qui dederunt moliuntur inſidias. *Nec 4
contenti ſunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in ſe iura violare, ſed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur ſe poſſe fugere ſententiã. *Et in tan- 5
tum veſaniæ proruperũt, vt eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni
*funiculis 6 MS. ſint, mendaciorum cuniculis conentur ſubuertere, *dum aures principum ſim- 6
plices, & ex ſua natura alios æſtimantes, callida fraude decipiunt. *Quæ res & ex 7
veteribus probatur hiſtoriis, & ex his quę geruntur quotidie, quomodo malis quorundam ſuggeſtionibus regum ſtudia deprauentur. *Vnde prouidendum 8
eſt paci omnium prouinciarum. *Nec 9
putare debetis, ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri venire leuitate, ſed pro qualitate & neceſſitate temporum, vt reipublicæ poſcit vtilitas, ferre ſententiam. *Et vt manifeſtius quod dicimus, 10
Sap.3,1. intelligatis, Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienuſque à Perſarum ſanguine, & pietatem noſtram ſua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis ſuſceptus eſt: *& tantam in 11
ſe expertus humanitatem, vt pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omni- 12
bus, poſt regem ſecundus: *qui in tantum arrogantiæ tumorẽ ſublatus eſt, vt regno priuare nos niteretur & ſpiritu. 13
*Nam Mardochæum, cuius fide & beneficiis viuimus, & conſortẽ regni noſtri Eſther cũ omni gente ſua nouis quibuſdam atq. inauditis machinis expeti- 14
uit in mortem: *hoc cogitans vt illis interfectis, inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & regnum Perſarum transferret in Ma- 15
cedonas. *Nos autem à peſſimo mortalium, Iudæos neci deſtinatos, in nulla penitus culpa reperimꝰ, ſed econtrario iu- 16
ſtis vtentes legibus, *& filios altiſſimi & maximi, ſemperque viuentis Dei, cuius beneficio & patribus noſtris & nobis regnum eſt traditum, & vſq. hodie cuſtoditur. *Vnde eas literas quas ſub nomine 17
noſtro ille direxerat, ſciatis eſſe irritas. *Pro quo ſcelere ante portas huius vrbis, 18
id eſt, Suſan, & ipſe qui machinatus eſt, & omnis cognatio eius pẽdet in patibulis: non nobis, ſed Deo reddente ei quod 19
meruit. *Hoc autẽ edictum quod nunc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudęis vti legibus ſuis. *Qui- 20
bus debetis eſſe adminiculo, vt eos qui ſe ad necem eorum parauerant, poſſint interficere tertiadecima die menſis duo- 21
decimi, qui vocatur Adar. *hanc enim diem, Deus omnipotens, mœroris & luctus, eis vertit in gaudiũ. *Vnde & vos 22
inter cæteros feſtos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia, vt & in poſterum cognoſcatur, *omnes qui fideliter Perſis obediũt, dignam 23
pro fide recipere mercedem: qui autem inſidiantur regno eorum, perire pro ſcelere. *Omnis autem prouincia & ciuitas 24
quæ noluerit ſolennitatis huius eſſe particeps, gladio & igne pereat, & ſic deleatur, vt non ſolùm hominibus ſed etiam beſtiis inuia ſit in ſempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientiæ.

LIBER

LIBER IOB.

CAP. I.

Exo.14,14 & 20. IR erat in Terra-Hus, 1
nomine Iob: & erat vir ille ſimplex & rectus, ac timẽs Deum, & recedens à malo.
*Natique ſunt ei ſeptem filij & tres filiæ. 2
*Et fuit poſſeſſio eius ſeptẽ millia ouiũ, 3
& tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ aſinę, ac familia multa nimis: erátque vir ille magnus inter omnes Orientales. *Et 4
ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos, vnuſquiſque in die ſuo. Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas vt comederẽt & biberẽt cum eis. *Cumq. 5
in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos: conſurgénſque diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim, Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. *Quadam autem 6
die, cùm veniſſent filij Dei vt aſſiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan. *Cui dixit Dominus, Vnde 7
venis? Qui reſpondens, ait, Circuiui terram, & perambulaui eam. *Di- 8
xítque Dominus ad eum, Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus ac timens Deum, & recedens à malo? *Cui reſpondẽs Satã, ait, Num- 9
quid Iob fruſtra timet Deum? *nónne 10
tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuerſámque ſubſtantiam per circuitum: operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra? *Sed extende 11
*tuam 2 MS. H.C. G. *in faciem tua 10 Ms. paululum manũ tuam, & tange cuncta quæ poſſidet: niſi *in faciem benedixerit tibi. *Dixit ergo Dominus ad Satan, 12
Ecce, vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt: tantum in eum ne extendas manum tuam. Egreſſúſque eſt Satan à facie Domini. *Cùm autem quadã die filij 13
& filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti, *nuntius venit ad Iob, qui diceret, 14
Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos: *& irruerunt Sabæi, tule- 15
rúntque omnia, & pueros percuſſerunt gladio: & euaſi ego ſolus, vt nuntiarem tibi. *Cúmq. adhuc ille loqueretur, ve- 16
nit alter, & dixit, Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerósque conſumpſit: & effugi ego ſolus, vt nuntiarem tibi. *Sed & illo adhuc loquẽte, venit alius, 17
& dixit, Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, nec non & pueros percuſſerunt gladio: & ego fugi ſolus, vt nuntiarem tibi. *Adhuc loquebatur ille, & ecce alius 18
intrauit, & dixit: Filiis tuis & filiabus veſcentibus & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, *repentè 19
ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos & mortui ſunt: & effugi ego ſolus, vt nuntiarem tibi. *Tunc ſurrexit Iob, & ſci- 20
dit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terrã, adorauit, *& dixit, Nu- 21
*tunicam ſuam 16 MS. H.C. Suffragatur autẽ Textui; R. Hier. Greg. & G. Eccl 5,14. 1 Tim.6,7. - R.H.C. Agnoſcitur autem à MS. Greg. & G. - 10 MS. R. Greg. H.C. Additur autem à G. & plenius à Gq. legiturq; ab omnibus.
dus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini 22
benedictum. *In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis: neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt.

CAP. II.

FActum eſt autem cùm quadam die 1
veniſſent filij Dei, & ſtarent coram Domino, veniſſet quoque Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, *vt di- 2
ceret Dominus ad Satan, Vnde venis? Qui reſpondens ait, Circuiui terram, & perambulaui eam. *Et dixit Dominus 3
ad Satan, Numquid cõſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem 4
eum fruſtra. *Cui reſpondens Satan, ait, Pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima ſua: *alio- 5
quin mitte manum tuam, & tange os

eius & carnem, & tunc videbis quòd in
faciem benedicat tibi. 6 11 *Dixit ergo Do-
minus ad Satan, Ecce, in manu tua est,
veruntamen animã illius serua. 7 12 *Egres-
sus igitur Satan à facie Domini, percus-
sit Iob vlcere pessimo, à planta pedis
vsque ad verticem eius: 8 13 *qui testa sa-
niem radebat, sedens in sterquilinio.
9 14 *Dixit autem illi vxor sua, Adhuc tu
permanes in simplicitate tua? benedic
Deo & morere. 10 15 *Qui ait ad illã, Qua-
si vna de stultis mulieribus locuta es.
si bona suscepimus de manu Dei, mala
quare non suscipiamus? in omnibus his
non peccauit Iob labiis suis. 11 16 *Igitur
audientes tres amici Iob omne malum
quod accidisset ei, venerunt singuli de
loco suo, Eliphaz Themanites, & Bal-
dad Suhites, & Sophar Naamatites.
Condixerant enim, vt pariter venientes
visitarent eum, & consolarẽtur. 12 17 *Cúm-
que eleuassent procul oculos suos, non
cognouerunt eum, & exclamantes plo-
rauerunt, scissísque vestibus sparserunt
puluerem super caput suum in cælum.
13 18 *Et sederunt cum eo in terra septem
diebus & septem noctibus, & nemo lo-
quebatur ei verbum: videbant enim do-
lorem esse vehementem.

in facie tua 3 MS. H. C. Aliquanter autem lectio-ni Textus R. Greg. & G.

Tob. 2,22.

CAP. III.

1 POst hæc aperuit Iob os suum, & ma-
ledixit diei suo, 2 *& locutus est,
3 *Pereat dies in qua natus sum, & nox
in qua dictum est, Conceptus est homo.
4 *Dies ille vertatur in tenebras: non
requirat eum Deus desuper, & non il-
lustretur lumine.
5 *Obscurent eum tenebræ & vmbra
mortis: occupet eum caligo, & inuolua-
tur amaritudine. 6 *Noctem illam tene-
brosus turbo possideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in
mensibus.
7 *Sit nox illa solitaria, nec laude di-
gna: 8 *maledicant ei qui maledicunt
diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.
9 *Obtenebrentur stellæ caligine eius:
expectent lucem, & non videat, nec
ortum surgentis auroræ.
10 *Quia non conclusit ostia ventris qui

Ier. 20, 14.

portauit me, nec abstulit mala ab oculis
meis. 11 *Quare non in vulua mortuus
sum, egressus ex vtero non statim perij?
12 *Quare exceptus genibus? cur lacta-
tus huberibus? 13 *Nunc enim dormiens
silerem, & somno meo requiescerem.
14 *Cum regibus & consulibus terræ,
qui ædificant sibi solitudines:
15 *Aut cum principibus qui possident
aurum, & replent domos suas argento:
16 *Aut sicut abortiuum absconditum
non subsisterem, vel qui concepti non
viderunt lucem.
17 *Ibi impij cessauerunt à tumultu, &
ibi requieuerunt fessi robore.
18 *Et quõdam vincti pariter sine mo-
lestia, non audierunt vocem exactoris.
19 *Paruus & magnus ibi sunt, & seruus
20 liber à dño suo. *Quare misero data
est lux, & vita his qui in amaritudine
21 animæ sunt? *qui expectãt mortem, &
non venit: quasi effodientes thesaurum.
22 *Gaudéntque vehementer cùm in-
uenerint sepulchrum.
23 *Viro cuius abscondita est via, &
circumdedit eum Deus tenebris?
24 *Antequã comedam suspiro: & tan-
quã inundantes aquæ, sic rugitus meus:
25 *Quia timor quem timebam, euenit
mihi: & quod verebar accidit.
26 *Nónne dissimulaui? nónne silui?
nónne quieui? & venit super me indi-
gnatio.

CAP. IIII.

1 REspondens autem Eliphaz The-
manites, dixit,
2 *Si cœperimus loqui tibi, forsitá mo-
lestè accipies. sed conceptũ sermonem
tenere quis poterit?
3 *Ecce docuisti multos, & manus lassas
roborasti.
4 *Vacillantes confirmauerunt sermo-
nes tui, & genua trementia confortasti.
5 *Nunc autem venit super te plaga, &
defecisti: tetigit te, & conturbatus es.
6 *Vbi est timor tuus, fortitudo tua,
patientia tua, & perfectio viarum tua-
rum?
7 *Recordare obsecro te, quis vm-
quam innocens periit? aut quando re-
cti deleti sunt?

*Quin

8 *Quin potius vidi eos qui operantur
iniquitatem, & seminant dolores, &
metunt eos,
9 *Flante Deo perisse, & spiritu iræ eius
esse consumptos.
10 *Rugitus leonis & vox leænę, & den-
tes catulorum leonum contriti sunt.
11 *Tigris periit, eò quòd non haberet
prædam: & catuli leonis dissipati sunt.
12 *Porrò ad me dictum est verbum abs-
conditum, & quasi furtiuè suscepit au-
ris mea venas susurri eius.
13 *In horrore visionis nocturnæ, quan-
do solet sopor occupare homines,
14 *Pauor tenuit me, & tremor, & om-
nia ossa mea perterrita sunt.
15 *Et cùm spiritus me præsente trans-
iret, inhorruerunt pili carnis meæ.
16 *Stetit quidam, cuius non agnosce-
bam vultum, imago coram oculis meis,
& vocem quasi auræ lenis audiui.
17 *Nunquid homo, Dei comparatio-
ne iustificabitur, aut factore suo purior
erit vir?
18 *Ecce qui seruiũt ei, non sunt stabiles,
& in angelis suis reperit prauitatem.
19 *Quanto magis hi qui habitant do-
mos luteas, qui terrenum habent funda-
mentum, consumentur velut à tinea?
20 *De mane vsque ad vesperam succi-
dentur: & quia nullus intelligit, in æter-
num peribunt.
21 *Qui autem reliqui fuerint, auferen-
tur ex eis: moriẽtur, & non in sapientia.

Iust. 25,4. Iust. 15, 15.

2 Pet. 2,4.

CAP. V.

1 VOca ergo si est qui tibi respondeat,
& ad aliquem sanctorũ cõuertere.
2 *Virum stultum interficit iracun-
dia, & paruulum occîdit inuidia.
3 *Ego vidi stultum firma radice, &
maledixi pulchritudini eius statim.
4 *Longè fient filij eius à salute, & con-
terentur in porta, & non erit qui eruat.
5 *Cuius messem famelicus comedet,
& ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. 6 *Nihil in terra sine
causa fit, & de humo non orietur dolor.
7 *Homo nascitur ad laborem, & auis
ad volatum.
8 *Quam ob rem ego deprecabor Do-

Verè 7 MS. R. H. C. G.

bibent 2 MS. H. C.

minũ, & ad Deum ponam eloquium
meum.
9 *Qui facit magna & inscrutabilia &
mirabilia absque numero.
10 *Qui dat pluuiam super faciem terræ,
& irrigat aquis vniuersa.
11 *Qui ponit humiles in sublime, &
12 mœrentes erigit sospitate. *Qui dissi-
pat cogitationes malignorũ, ne possint
implere manus eorum quod cœperant.
13 *Qui apprehendit sapientes in astu-
tia eorum, & consiliũ prauorũ dissipat.
14 *Per diem incurrẽt tenebras, & quasi
in nocte sic palpabunt in meridie.
15 *Porrò saluum faciet egenum à gla-
dio oris eorum, & de manu violenti
pauperem.
16 *Et erit egeno spes, iniquitas autem
contrahet os suum.
17 *Beatus homo qui corripitur à Deo:
increpationem ergo Dñi ne reprobes.
18 *Quia ipse vulnerat, & medetur: per-
cutit, & manus eius sanabunt.
19 *In sex tribulationibus liberabit te,
& in septima non tanget te malum.
20 *In fame, eruet te de morte: & in bel-
lo, de manu gladij.
21 *A flagello linguæ absconderis: &
non timebis calamitatem cùm venerit.
22 *In vastitate & fame ridebis: & bestias
terræ non formidabis.
23 *Sed cum lapidibus regionũ pactum
tuum: & bestiæ terræ pacificæ erũt tibi.
24 *Et scies quòd pacem habeat taber-
naculũ tuum: & visitans speciem tuam,
non peccabis.
25 *Scies quoque quoniam multiplex
erit semen tuum, & progenies tua quasi
herba terræ.
26 *Egredièris in abundantia sepulchrũ,
sicut infertur aceruus tritici in tempore
suo.
27 *Ecce, hoc vt inuestigauimus, ita est:
quod auditum, mente pertracta.

Luc. 1, 12.

In 1 MS. H. C. Similiter Textui, reddiderunt 70. legerũtq; Hier. & Greg. is enim sensus est.

CAP. VI.

1 REspondens autem Iob, dixit,
2 *Vtinam appenderentur peccata
mea, quibus iram merui: & calamitas
3 quam patior, in statéra! *Quasi arena
maris hæc grauior appareret: vnde &
verba mea

apparet 1 MS.

verba mea dolore sunt plena. [4] *Quia sagittæ Domini in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores *Domini militant contra me.

[5] *Nũquid 'rugiet' onager cùm habuerit herbam? aut mugiet bos, cùm ante præsepe plenum steterit?

[6] *Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem?

[7] *Animæ enim esurienti etiã amara dulcia esse videntur'.

[7] *Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia, cibi mei sunt.

[8] *Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus?

[9] *Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succîdat me?

[10] *Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti.

[11] *Quæ est enim fortitudo mea vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam?

[12] *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.

[13] *Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarij quoq. mei recesserũt à me.

[14] *Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.

[15] *Fratres mei præterierunt me, sicut torrẽs qui raptim transit in conuallibus.

[16] *Qui timent pruinam, irruet super eos nix.

[17] *Tempore quo fuerint dissipati, peribunt: & vt incaluerint, soluentur de loco suo.

[18] *Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulabũt in vacuũ, & peribunt.

[19] *Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper.

[20] *Confusi sunt, quia 'sperauí': venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt.

[21] *Nunc venistis: & modò videntes plagam meam timetis.

[22] *Nunquid dixi, Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi?

[23] *Vel, Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me?

[24] *Docete me, & ego tacebo: & siquid fortè ignoraui, instruite me.

[25] *Quare detraxistis sermonibus veritatis, 'cùm è vobis nullus sit qui possit
[26] arguere me'? *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.

[27] *Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum.

[28] *Veruntamen quod cœpistis explete: præbete aurem, & videte an mentiar.

[29] *Respondete obsecro absque contentione: & loquentes id quod iustum est,
[30] iudicate. *Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

CAP. VII.

[1] MIlitia est vita hominis super terrã: & sicut dies mercenarij, dies eius.

[2] *Sicut seruus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui:

[3] *Sic & ego habui mẽses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi.

[4] *Si dormiero, dicam, Quãdo consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras.

[5] *Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris: cutis mea aruit, & con-
[6] tracta est. *Dies mei velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe.

[7] *Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona.

[8] *Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistam.

[9] *Sicut cõsumitur nubes, & pertransit: sic qui descẽderit ad inferos, nõ ascẽdet.

[10] *Nec reuertetur vltrà in domũ suam, neq. cognoscet eum amplius locus eius.

[11] *Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animæ meæ.

[12] *Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circundedisti me carcere?

[13] *Si dixero, Consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo:

*Terrebis

[14] *Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.

[15] *Quam ob rem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.

[16] *Desperaui, nequaquã vltra iam viuã: parce mihi, nihil enim sunt dies mei.

[17] *Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?

[18] *Visitas eum diluculo, & subitò probas illum: [19] *vsque quo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuã meam?

[20] *Peccaui, quid faciam tibi ô custos hominũ? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis?

[21] *Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? ecce, nunc in puluere dormiam: & si manè me quæsieris, non subsistam.

CAP. VIII.

[1] REspondens autem Baldad Suhites dixit, [2] *Vsquequo loquêris talia, & spiritus multiplex 'sermonis' oris tui?

[3] *Nunquid Deus supplãtat iudicium? aut Omnipotens subuertit quod iustum est?

[4] *Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ:

[5] *Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus:

[6] *Si mundus & rectus inceſseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ,

[7] *In tantũ vt priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.

[8] *Interroga enim generationẽ pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam:

[9] *(Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram.) [10] *Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia.

[11] *Nunquid virere potest scirpus absq. humore? aut crescere carectum sine aqua?

[12] *Cùm adhuc sit in flore, nec cãrpatur manu, ante omnes herbas aresci:

[13] *Sic viæ omnium qui obliuiscuntur

Deum, & spes hypocritæ peribit:

[14] *Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius.

[15] *Innitetur super domũ suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget:

[16] *Humectus videtur antequam veniat Sol, & in 'ortu' suo germen eius egredietur.

[17] *Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur.

[18] *Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet, Non noui te.

[19] *Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinentur.

[20] *Deus non proijciet simplicem, nec porriget manum malignis:

[21] *Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.

[22] *Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculum impiorum nõ subsistet.

CAP. IX.

[1] ET respondens Iob, ait,

[2] *Verè scio quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo 'compositus' Deo.

[3] *Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille.

[4] *Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit?

[5] *Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo.

[6] *Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur.

[7] *Qui præcipit Soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo:

[8] *Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris.

[9] *Qui facit Arcturum, & Oriona, &
[10] Hyadas, & interiora austri. *Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.

[11] *Si venerit ad me, non videbo 'eum': si abierit, non intelligam'.

[12] *Si repẽtè interroget, quis respõdebit ei? vel quis dicere potest, Cur ita facis?

[13] *Deus cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbẽ.

[14] *Quantus ergo sum ego, vt respõdeam ei, & loquar verbis meis cum eo?

[15] *Qui etiam si habuero quippiam iustum,

---

*Dei 1 MS. R. H. C.

*fugiet o.

*14 MS. R. Greg. H. C. G Translata est hæc sententia ista, ex cap. 27. Prou. cuius versu. 7. ejusdem planè verbis, iuxta interpretationem 70. legitur.

*sperauerunt 1 MS. H. C. G. Similiter autem Textui, legũt R. & Greg.

*sermones MS. Hg C. G.

Ps. 143, 4. Infr. 14, 2.

*1 MS. Hic finem Textui per Greg. & quia graecum ita refert.

*horto R. H. C. G. Verùm Textui optulantur MS. Hier: & Greg.

*comparatus 2 MS. R.

*4 MS. H. G. Adjiciunt autem & C. eum 11 MS. H. C. Verùm à R. & G. non additur.

ſtum, non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor.

16 *Et cùm inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.

17 *In turbine enim cõteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa.

18 *Non concedit requieſcere ſpiritum meum, & implet me amaritudinibus.

19 *Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimonium dicere.

20 *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit.

21 *Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.

22 *Vnum eſt quod locutus ſum, & innocentem & impium ipſe conſumit.

23 *Si flagellat, occîdat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat.

24 *Terra data eſt in manus impij, vultum iudicum eius operit. quòd ſi non ille eſt, quis ergo eſt?

25 *Dies mei velociores fuerunt curſore: fugerunt, & non viderunt bonum.

26 *Pertranſierũt quaſi naues poma portantes, ſicut aquila volans ad eſcam.

27 *Cùm dixero, Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor.

28 *Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.

29 *Si autem & ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui?

30 *Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mũdiſſimæ manus meæ:

31 *Tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.

32 *Neque enim viro qui ſimilis mei eſt, reſpondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſſit audiri.

33 *Non eſt qui vtrumque valeat arguere, & ponere manũ ſuam in ambobus.

34 *Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat.

35 *Loquar, & non timebo eum: neque enim poſſum metuens reſpondere.

CAP. X.

1 TAedet animam meam vitæ meæ, dimittam aduerſum me eloquium meũ, loquar in amaritudine animę meę.

2 *Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices.

3 *Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me', & opprimas me' opus manuum tuarum, & conſilium impiorũ adiuues?

4 *Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis?

5 *Nunquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tempora,

6 *Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris?

7 *Et ſcias quia nihil impiũ fecerim, cũ ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere.

8 *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt' me totum in circuitu: & ſic repente præcipitas me?

9 *Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.

10 *Nónne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti?

11 *Pelle & carnibus veſtiſti me: *oſſibus & neruis compegiſti me.

12 *Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.

13 *Licet hæc celes in corde tuo, tamen ſcio quia vniuerſorum memineris.

14 *Si peccaui, & ad horam pepercíſti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris?

15 *Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria.

16 *Et propter ſuperbiam quaſi leænam' capies me, reuerſúſque mirabiliter me crucias.

17 *Inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduerſum me, & pœnæ militant in me.

18 *Quare de vulua eduxiſti me? qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret.

19 *Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero tranſlatus ad tumulum.

20 *Nunquid non paucitas dierũ meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum.

21 *Antequam vadam & non reuertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis

22 caligine, *Terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitans'.

CAP.

CAP. XI.

1 REſpondens autem Sophar Naamathites, dixit,

2 *Nunquid qui multa loquitur, nõ & audiet? aut vir verboſus iuſtificabitur?

3 *Tibi ſoli tacebunt homines? & cùm cæteros irriſeris, à nullo confutaberis?

4 *Dixiſti enim, Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo.

5 *Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi,

6 *Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & quòd multiplex eſſet lex eius, & intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo', quàm meretur iniquitas tua.

7 *Forſitan veſtigia Dei comprehẽdes, & vſque ad perfectum, Omnipotentem reperies?

8 *Excelſior cælo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces?

9 *Longior terra menſura eius, & latior mari.

10 *Si ſubuerterit omnia, vel in vnũ coarctauerit, quis contradicet ei?

11 *Ipſe enim nouit hominũ vanitatem, & videns iniquitatẽ, nónne conſiderat?

12 *Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat.

13 *Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas.

14 *Si iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia,

15 *Tunc leuare poteris faciem tuã abſq. macula, & eris ſtabilis, & non timebis.

16 *Miſeriæ quoq. obliuiſcêris, & quaſi aquarũ quæ præterierunt recordaberis.

17 *Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam: & cùm te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer.

18 *Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies.

19 *Requieſces, & nõ erit qui te exterreat: & deprecabũtur faciem tuam plurimi.

20 *Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ.

CAP. XII.

1 REſpondens autem Iob, dixit,

2 *Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcum morietur ſapientia?

3 *Et mihi eſt cor ſicut & vobis, nec inferior veſtri ſum: quis enim hæc quæ noſtis ignorat? Infr. 20, 2.

4 *'Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum: deridetur enim iuſti ſimplicitas. Prou. 14, 2.

5 *Lampas contempta apud cogitationes diuitũ, parata ad tempus ſtatutum.

6 *Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipſe dederit omnia in manus eorum.

7 *Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi.

8 *Loquere terræ, & reſpondebit tibi: & narrabunt piſces maris.

9 *Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit,

10 *In cuius manu anima omnis viuẽtis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis?

11 *Nónne auris verba diiudicat, & fauces comedentis, ſaporem? Infr. 34, 3.

12 *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.

13 *Apud ipſum eſt ſapiẽtia & fortitudo, ipſe habet conſilium & intelligentiam.

14 *'Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat. Iſa. 22, 22. Apo. 3, 7.

15 *Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram.

16 *Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia: ipſe nouit & decipientem, & eum qui decipitur.

17 *Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem.

18 *Baltheum regum diſſoluit, & præcingit funem renes eorum.

19 *Ducit ſacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat,

20 *Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens.

21 *Effundit deſpectionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fuerant releuans.

22 *Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.

23 *Qui multiplicat gentes & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit.

Qui

* à Deo 3 MS. Greg. H. C. G.

† vel quis dicere ei poteſt, Cur ita facis? o Vtinam hoc abſtili, aut ex interpretatione 72. (qui, quod ſuſpicor: Quis cõtra ei, prudentiſſimè reſtituerunt, Quis dicere ei, Quid feciſti? aut ex ſapientis ca. 9. verſ. 12.

*Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos vt frustra incedant per inuium, *Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

CAP. XIII.

*5 MS. H. ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula.

*Secundum scientiã vestram & ego noui: nec inferior vestri sum.

*Sed tamen ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio:

*Prius vos ostendẽs fabricatores mendacij, & cultores peruersorũ dogmatũ.

*Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.

*Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite.

*Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?

*Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? *Aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur, vt homo, vestris fraudulentiis?

*Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis.

*Statim vt se commouerit, turbabit vos: & terror eius irruet super vos.

*Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutũ ceruices vestræ.

*Tacete paulisper, vt loquar quodcunque mihi mens suggesserit. * Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis?

*Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: veruntamen vias meas in conspectu eius arguã. *Et ipse erit saluator meus: non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. *Audite sermonẽ meum, & ænigmata percipite auribus vestris.

*Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar.

*Quis est qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens consumor?

*Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar:

*Manum tuam longè facà me, & formido tua non me terreat.

*Voca me, & ego respondebo tibi: aut certè loquar & tu responde mihi.

*Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta *ostende mihi.

*Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?

*Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.

*Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.

*Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti:

*Qui quasi putredo cõsumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.

CAP. XIIII.

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. *Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquã in eodem statu permanet.

*Et dignum ducis super huiusce modi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

*' Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nónne tu qui solus es'?

*Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: cõstituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.

*Recede *paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarij dies eius. *Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant.

*Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius,

*Ad odorẽ aquæ germinabit, & faciet comã quasi cùm primùm plãtatum est:

*Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atq. consumptus, vbi quæso est?

*Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat:

*Sic homo cùm dormierit non resurget, donec atteratur cælum non euigilabit, nec consurget de somno suo.

*Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi

mihi tempus in quo recorderis mei?

*Putásne mortuus homo rursum viuet? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.

*Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. *Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed *parce peccatis meis.

Prou. 5. 21. *parces 5 MS. H. C. *parcis Greg.

*Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.

*Mons cadens defluit, & saxũ transfertur de loco suo.

*Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & homines ergo similiter perdes.

*Roborasti eum paululum, vt in perpetuum transiret: immutabis faciem eius, & emittes eum.

*Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget.

*Attamen caro eius dum viuet dolebit: & anima illius super semetipso lugebit.

CAP. XV.

RESpondens autẽ Eliphaz Themanites, dixit,

*Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum?

*Arguis verbis eum qui non est equalis tibi, & loqueris quod tibi nõ expedit.

*Quantum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo.

*Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium.

*Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi.

*Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus?

*Nunquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia?

*Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? *' Et senes, & antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.

Eccl. 8. 9.

*Numquid grande est vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibent. *Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?

*Quid tumet contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiusce modi sermones? *Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere?

*' Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius. Sup. 4, 18.

*Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquã iniquitatem? *Ostendam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi. *Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos.

*Quibus solis data est terra, & non transiuit alienus per eos. *Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius.

*Sonitus terroris semper in auribus illius: & cùm pax sit, ille *semper' insidias suspicatur. *Non credit quòd reuerti possit de tenebris *ad lucem', circumspectans vndique gladium. *5 MS. Greg. H. *7 MS. R. H. C. G. Verum ab Hier. & Greg. legitur.

*Cùm se mouerit ad quærendum panẽ, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies. *Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prœlium.

*Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est. *Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armat' est.

*Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet.

*Habitauit in ciuitatib' desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. *Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam. *Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui.

*Non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit.

*Antequã dies eius impleantur, peribit: & *manus' eius *arescent'. *ramus C. a. *arescet 5 M S. R. Hieron. H.

*Lædetur quasi vinea, in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum. Isa. 59, 14.

*Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.

*' Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. Psal. 7, 15.

CAP. XVI.

RESpondens autem Iob, dixit,
*Audiui frequenter talia: consolatores oneroſi omnes vos eſtis.
*Nunquid habebunt finem verba ventoſa: aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris? *Poteram & ego ſimilia veſtri loqui: atque vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea,
*Conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput meum ſuper vos.
*Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quaſi parcens vobis.
*Sed quid agam? Si locutus fuero, non quieſcet dolor meus: & ſi tacuero, non recedet à me. *Nunc autē oppreſſit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.
*Rugę meę teſtimonium dicunt contra me, & ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam contradicens mihi.
*Collegit furorem ſuum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus ſuis: hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.
*Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerūt maxillā meam, ſatiati ſunt pœnis meis.
*Concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.
*Ego ille quondam opulentus repentè contritus ſum: tenuit ceruicē meam, cōfregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum. *Circumdedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos, *non pepercit, & effudit in terra viſcera mea.
*Conſcidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi gigas.
*Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam.
*Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.
*Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces.
*Terra ne operias ſanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.
*Ecce enim in cælo teſtis meus, & cōſcius meus in excelſis.

*Verboſi amici mei, ad Deum ſtillat oculus meus.
*Atque vtinam ſic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo.
*Ecce enim breues anni tranſeunt, & ſemitam, per quam non reuertar, ambulo.

CAP. XVII.

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolùm mihi ſuperēſt ſepulchrum.
*Non peccaui, & in amaritudinibus 'moratur' oculus meus.
*Libera me', & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.
*Cor eorum longè feciſti à diſciplina, & propterea non exaltabuntur.
*Prædam pollicetur ſociis, & oculi filiorum eius deficient.
*Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & exemplum ſum coram eis.
*Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.
*Stupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur.
*Et tenebit iuſtus viā ſuam, & 'mundis manibus addet fortitudinem.
*Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum ſapientem.
*Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum:
*Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem.
*Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulū meum.
*Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & ſoror mea, vermibus.
*Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſiderat?
*In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea: putáſne ſaltem ibi erit requies mihi?

CAP. XVIII.

REſpondens autem Baldad Suhites, dixit,
*Vſque ad quem finem verba iactabitis? intelligite prius, & ſic loquamur.
*Quare reputati ſumus vt iumenta, & ſorduimus coram 'vobis'?
*Qui perdis animam tuam in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra & transferentur rupes de loco ſuo?
*Nónne lux impij extinguetur, nec ſplendebit flamma ignis eius?
*Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius: & lucerna quæ ſuper eum eſt, extinguetur.
*Arctabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſilium ſuum.
*Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat.
*Tenebitur planta illius laqueo, & exardeſcet contra eum ſitis.
*Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam.
*Vndiq. terrebunt eum formidines, & inuoluent 'eum' pedes eius.
*Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius.
*Deuoret pulchritudinem cutis eius, cōſumat brachia illi' primogenita mors.
*Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eum, quaſi rex interitus. *Habitēt in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt, aſpergatur in 'tabernaculo' eius ſulphur.
*Deorſum radices eius ſiccentur, ſurſum autem atteratur meſſis eius.
*Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis.
*Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum. *Non erit ſemen eius, neq. progenies in populo ſuo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.
*In die eius ſtupebunt nouiſſimi, & primos inuadet horror.
*Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui, & iſte locus eius qui ignorat Deum.

CAP. XIX.

REſpondens autem Iob, dixit,
*Vſquequo affligitis animā meam, & atteritis me ſermonibus?
*En, decies confunditis me, & non erubeſcitis opprimentes me.
*Nempe etſi ignoraui, mecum erit ignorantia mea.
*At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis.
*Saltem nunc intelligite quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit. *Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & non eſt qui iudicet.
*Semitam meā circumſepſit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit. *Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo.
*Deſtruxit me vndique, & pereo, & quaſi euulſæ 'arbori' abſtulit ſpē meam.
*Iratus eſt contra me furor eius, & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.
*Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me, & obſederunt in gyro tabernaculum meum.
*Fratres meos lōgè fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me.
*Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti ſunt mei.
*Inquilini domus meæ, & ancillæ meę ſicut alienū habuerunt me: & quaſi peregrinus fui in oculis eorum.
*Seruum meū vocaui, & non reſpondit, ore proprio deprecabar illum.
*Halitū meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei.
*Stulti quoque deſpiciebant me: & cū ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi.
*Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei: & quem maximè diligebam, 'auerſatus eſt me'. *Pelli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantummodò labia circa dentes meos. *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus 'Domini' tetigit me.
*Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?
*Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro *ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel 'certè' ſculpantur in ſilice?
*Scio enim quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum:
Et rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.

27 *Quem visurus sum ego ipse,& oculi mei conspecturi sunt,& non alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo.
28 *Quare ergo nunc dicitis, Persequamur eum,& radicem verbi inueniamus contra eum? 29 *Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor "iniquitatum' gladius est: & scitote esse iudicium.

"iniquitatis 1 MS. Similiter Tertia legunt R. Greg. H. G.

CAP. XX.

1 REspondens autem Sophar Naamathites, dixit,
2 *Idcircò cogitationes meæ variæ succedunt sibi,& mens in diuersa rapitur.
3 *Doctrinam qua me arguis audiam,& spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi. 4 *Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram,
5 *Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.
6 *Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius,& caput eius nubes tetigerit:
7 *Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderāt, dicent, Vbi est?
8 *Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.
9 *Oculus qui eum viderat,nō videbit: neque vltrà intuebitur eum locus suus.
10 *Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum.
11 *Ossa eius implebūtur vitiis adolescentiæ eius,& cum eo in puluere dormient.
12 *Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.
13 *Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.
14 *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.
15 *Diuitias quas deuorauit euomet,& de ventre illius extrahet eas Deus.
16 *Caput aspidū suget, & occidet eum lingua viperæ. 17 *Non "videat' riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.
18 *Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit.
19 *Quoniam confringens nudauit pauperes: domum rapuit,& non ædificauit eam. 20 *Nec est satiatus venter eius: & cùm habuerit quæ concupierat, possidere non poterit.

Sup. 12,2.

"videbit 4 MS. H. C. Textus autem conformior est G.

21 *Non remansit de cibo eius,& propterea nihil permanebit de bonis eius.
22 *Cùm satiatus fuerit,arctabitur,æstuabit,& omnis dolor irruet super eum.
23 *Vtinā impleatur venter eius,vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum. 24 *Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.
25 *"Eductus,& egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent, & venient super eum horribiles.
26 *Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo.
27 *Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.
28 *Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.
29 *Hæc est pars hominis impij à Deo,& hæreditas verborum eius à Domino.

"Gladius 2 MS. R. His accedit Graca trilatio: Pertransibit autem per corpus eius sagitta. Verūm H. & C. huiusmodi nihil addunt, sed subaudiendum relinquunt.

CAP. XXI.

1 REspondens autem Iob, dixit,
2 *Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam.
3 *Sustinete me, vt & ego loquar: & pòst mea, si videbitur,verba, ridete.
4 *Nunquid contra hominem disputatio mea est, vt meritò non debeam contristari? 5 *Attendite me,& obstupescite, & superponite digitum ori vestro.
6 *Et ego quādo recordatus fuero,pertimesco, & concutit carnem meam tremor. 7 *"Quare ergo impij viuunt,subleuati sunt, confortatique diuitiis?
8 *Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum.
9 *Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos.
10 *Bos eorum concepit,& non abortiuit: vacca peperit,& nō est priuata fœtu suo.
11 *Egrediūtur quasi greges paruuli eorum,& infantes eorum exultāt lusibus.
12 *Tenent tympanum, & citharam,& gaudent ad sonitum organi.
13 *Ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendunt.
14 *Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.

Iere. 12,1. Habac. 1,13.

*"Quis'

Mal. 3, 14. *Quid 9 MS. H. C. G.

*"Quis'est Omnipotens,vt seruiamus ei? & quid nobis prodest si orauerimus illum? 16 *Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consiliū impiorum longè sit à me.
17 *Quoties lucerna impiorum extinguetur,& superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui?
18 *Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit.
19 *Deus seruabit filiis illius dolorem patris: & cùm reddiderit, tunc sciet.
20 *Videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore Omnipotentis bibet.
21 *Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? & si numerus mensium eius dimidietur?
22 *Nunquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat?
23 *Iste moritur robustus & sanus, diues & felix. 24 *Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur:
25 *Alius verò moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus:
26 *Et tamē simul in puluere dormient, & vermes operient eos.
27 *Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas.
28 *Dicitis enim, Vbi est domus principis? & vbi tabernacula impiorum?
29 *Interrogate quemlibet de viatoribꝰ, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis. 30 *Quia in diē perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur.
31 *Quis arguet coram eo viam eius? & quæ fecit, quis reddet illi?
32 *Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.
33 *Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles.
34 *Quomodo igitur consolamini me frustra, cùm responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

CAP. XXII.

1 REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit,
2 *Nunquid Deo potest comparari homo, etiam cùm perfectæ fuerit scientię?
3 *Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confers si immaculata fuerit via tua?
4 *Nunquid timens "arguet te, & veniet tecum in iudicium, 5 *Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas?
6 *Abstuliſti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus.
7 *Aquam lasso non dediſti,& esurienti subtraxisti panem.
8 *In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimꝰ obtinebas eam.
9 *Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti.
10 *Propterea circumdatus es laqueis,& conturbat te formido subita.
11 *Et putabas te tenebras non visurum, & impetu aquarum inundantium non 12 oppressum iri? *"An' cogitas quòd Deus excelsior cælo sit, & super stellarum verticem sublimetur?
13 *Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat.
14 *Nubes latibulū eius,nec nostra considerat,& circa cardines cæli perābulat.
15 *Nunquid semitam seculorū custodire cupis,quā calcauerunt viri iniqui,
16 *Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum, 17 *Qui dicebant Deo, Recede à nobis:& quasi nihil possit facere Omnipotens, æstimabant eum,
18 *Cùm ille implesset domos eorum bonis? quorum sentētia procul sit à me.
19 *"Videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos. Psal. 106, 42.
20 *Nónne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?
21 *Acquiesce igitur ei,& habeto pacem; & per hæc habebis fructus optimos.
22 *Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo.
23 *Si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.
24 *Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.
25 *Eritque Omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi.

4 te 8 MS. H. C. G.

"An non 1 MS. H. C. G. Verum Textus, Hier. ac Greg. & lectioni & expositioni consentit.

‡ Tunc super Omnipotentem deliciis affluës, & eleuabis ad Deum faciem tuam. ‡ Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. 26 27

‡ Decernes rem, & veniet tibi, & in viis tuis splendebit lumen. 28

Prou.29,23. ‡ Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur. 29

‡ Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum. 30

CAP. XXIII.

RESpondens autem Iob, ait, 1

‡ Nunc quoq. in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum. 2

‡ Quis mihi tribuat vt cognoscam & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius? 3

‡ Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus. 4

‡ Vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi. 5

‡ Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat. 6

‡ Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriã iudicium meum. 7

‡ Si ad Orientem iero, non apparet: si ad Occidentem, non intelligam eum. 8

‡ Si ad sinistram, quid agam? non apprehendã eum. si me vertam ad dexteram, non videbo illum. ‡ Ipse verò scit viam meã, & probabit me quasi aurum quod per ignem transit. ‡ Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. 9 10 11

‡ A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius. ‡ Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius: & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit. 12 13

‡ Cúmque expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia præstò sunt ei. Et idcirco à facie eius turbatus sum: & considerans eũ, timore solicitor. 14 15

‡ Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me. 16

‡ Non enim perij propter imminẽtes tenebras, nec faciẽ meã operuit caligo. 17

CAP. XXIIII.

ABOmnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. 1

‡ Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. 2

‡ Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ. 3

‡ Subuerterũt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ. 4

‡ Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum: vigilantes ad prędam, præparant panem liberis. 5

‡ Agrum non suum demetunt: & vineam eius, quem vi oppresserint, vindemiant. ‡ Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore: 6 7

‡ Quos imbres mõtium rigant: & non habentes velamẽ, amplexantur lapides. 8

‡ Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. 9

‡* Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas. 10

R.B.G. *Nolens credendo resist.

‡ Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. 11

‡ De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur. 12

‡ Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius: nec reuersi sunt per semitas eius. 13

‡ Manè primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem: per noctem verò erit quasi fur. 14

‡ Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultum suum. 15

‡ Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem. ‡ Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant. 16 17

‡ Leuis est super faciem aquæ: maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum. ‡ Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. 18 19

‡ Obliuiscatur eius misericordia: dulcedo illius vermes: nõ sit in recordatione, 20

sed conteratur quasi lignum infructuosum. ‡ Pauit enim sterilem, & quę non parit, & viduæ bene non fecit. 21

‡ Detraxit fortes in fortitudine sua: & cùm steterit, non credet vitæ suæ. 22

Iob.2,21. ‡ Dedit ei Deus locum pœnitentię, & ille abutitur eo in superbiam: oculi aũt eius sunt in viis illius. 23

‡ Eleuati sunt ad modicũ, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur. ‡ Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitũ, & ponere ante Deum verba mea? 24 25

CAP. XXV.

RESpondens autem Baldad Suhites, dixit, ‡ Potestas & terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis. 1 2

‡ Nunquid est numerus militũ eius? & super quem non 'surget' lumen illius? 3

*fulget 16 MS. Consentiunt Tetra R. Greg. H. C. G.

‡* Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? 4

Sap.4,17.

‡ Ecce luna etiã non splendet, & stellę non sunt mundæ in conspectu eius: 5

‡ Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? 6

CAP. XXVI.

RESpondens autem Iob, dixit, 1

‡ Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & sustentas brachium eius qui non est fortis? 2

‡ Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam. 3

‡* aut Ms q. Quem docere voluisti? nonne eum qui fecit spiramentum? 4

‡ Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. 5

‡ Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni. 6

‡ Qui extendit Aquilonem super vacuũ, & appendit terram super nihilum. 7

‡ Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum. 8

‡ Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam. 9

‡ Terminum circundedit aquis, vsq. dum finiantur lux & tenebræ. 10

‡ Columnæ cęli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. ‡ In fortitudine illius repentè maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum. 11 12 13

‡ Spiritus eius ornauit cælos: & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. 14

‡ Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarum eius: & cùm vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

CAP. XXVII.

ADdidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit, 1

‡ Viuit Deus, (qui abstulit iudicium meum, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam.) 2

‡ Quia donec supereſt halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, 3

‡ Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. ‡ Absit à me vt iustos vos esse iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. 4 5

‡ Iustificationem meã quam cœpi tenere, non deseram: neq. enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. 6

‡ Sit vt impius, inimicus meus: & aduersarius meus, quasi iniquus. 7

‡ Quæ est enim spes hypocritæ si auarè rapiat, & nõ liberet Deus animã eius? 8

‡ Nunquid Deus audiet clamorẽ eius, cùm venerit super eum angustia? 9

‡ Aut poterit in Omnipotẽte delectari, & inuocare Deum omni tempore? 10

‡ Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat, nec abscondam. 11

‡ Ecce, vos omnes nostis, & *quid sine causa vana loquimini? 12

*vt 1 Ms: H. C. *quòd o.

‡ Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hęreditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient. 13

‡ Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane. ‡ Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt. 14 15

‡ Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta: 16

‡ Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis: & argentum innocens diuidet. 17

18 *Ædificauit sicut tinea domum suam,
Psal.48,1. & sicut custos fecit vmbraculũ. *19 Diues
cùm dormierit, nihil secum auferet:
aperiet oculos suos, & nihil inueniet.
20 *Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas.
21 *Tollet eum ventus vrens, & auferet,
& velut turbo rapiet eum de loco suo.
22 *"Et mittet' super eum, & non parcet:
"Emittet 14 MS. R. Greg. *Et proijciet H.C.G. de manu eius fugiens fugiet.
23 *Stringet super eũ manus suas, & sibilabit super illum, intuens locum eius.

CAP. XXVIII.

1 HAbet argentum, venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur. 2 *Ferrum de terra tollitur:
& lapis solutus calore, in æs vertitur.
3 *Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat, lapidem
4 quoque caliginis, & vmbram mortis.
*Diuidit torrẽs à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis & inuios. 5 *Terra de qua oriebatur
panis in loco suo, igni subuersa est.
6 *Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.
7 *Semitam ignorauit auis, nec intuitus
"oculos MS. Greg. Verùm stabilitur Textus, consensu Hier. atq; H.C.& G. codicum. est "eam oculus' vulturis.
8 *Non calcauerũt eam filij insolitorum,
Prou.1,7. nec pertransiuit per eam leæna.
9 *Ad silicem extendit manum suam,
subuertit à radicibus montes.
10 *In petris riuos excîdit, & omne pretiosum vidit oculus eius.
11 *Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit.
12 *Sapientia verò vbi inuenitur? & quis
13 est locus intelligentiæ?
*Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium.
14 *Abyssus dicit, Nõ est in me: & mare
15 loquitur, Non est mecum. *Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentũ in commutatione eius.
Prou. 8, 10.
16 *Non conferetur tinctis Indię coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro.
Sap.7,9.
17 *Non adęquabitur ei aurũ vel vitrum,
nec commutabuntur pro ea vasa auri.
18 *Excelsa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis.
19 *Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec tincturæ mundissimæ componetur.
20 *Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ?
21 *Abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet.
22 *Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius.
23 *Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius.
24 *Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia quæ sub cælo sunt respicit.
25 *Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura.
26 *Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus:
27 *Tunc vidit illã, & enarrauit, & præ-
28 parauit, & inuestigauit. *Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipsa est sapiẽtia: & recedere à malo, intelligentia. Prou.1,7. & 9,10.

CAP. XXIX.

1 ADdidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit,
2 *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me:
3 *Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris?
4 *Sicut fui in diebus adolescentię meę, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo?
5 *Quando erat Omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei?
6 *Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?
7 *Quando procedebam ad portã ciuitatis, & in platéa parabãt cathedrã mihi?
8 *Videbant me iuuenes, & absconde-
bantur: & senes assurgentes stabant.
9 *Principes cessabãt loqui, & digitum superponebant ori suo.
10 *Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.
11 *Auris audiẽs beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi,
12 *Eo quòd liberassem pauperẽ vociferantem, & pupillũ cui non esset adiutor.

Bene-

13 *Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.
14 *Iustitia indut' sum: & vestiui me, sicut vestimẽto & diademate, iudicio meo.
15 *Oculus fui cæco, & pes claudo.
16 *Pater eram pauperũ: & causam quam
17 nesciebã, diligentissimè inuestigabam.
*Conterebã molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.
18 *Dicebamq., In nidulo meo moriar,
& sicut palma multiplicabo dies.
19 *Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.
20 *Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.
21 *Qui me audiebãt, expectabant sententiã, & intenti tacebant ad consilium
22 meum. *Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium
23 meũ. *Expectabant me sicut pluuiam,
& os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.
24 *Siquando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat
25 in terram. *Si voluissem ire ad eos, sedebam primus: cumque sederem quasi rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

CAP. XXX.

1 NVnc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar
2 patres ponere cum canibus gregis mei:
*Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabãtur indigni.
3 *Egestate & fame steriles, qui rodedant in solitudine, squallentes calamitate & miseria.
4 *Et mandebant herbas, & arborum
5 cortices, & radix iuniperorũ erat cibus eorũ. *Qui de conuallibus ista rapientes, cùm singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.
6 *In desertis habitabant torrentium, &
7 in cauernis terræ, vel super glaream.
*Qui inter huiuscemodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias cõputabant.
8 *Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.
9 *Nunc in eorum canticũ versus sum, & factus sum eis in prouerbium.
10 *Abominantur me, & longè fugiunt
11 à me, & faciem meam cõspuere non verentur. *Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, & frenum posuit in
12 os meum.
*Ad dexteram "orientis "calamitatis meæ ilicò surrexerunt: pedes meos subuerterunt, & oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. "orientes calamitates MS. "calamitates 18 MS. Hier. Greg. Q. ni
13 *Dissipauerunt itinera mea, insidiati
14 sunt mihi: & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium.
*Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt.
15 *Redactus sum in nihilum: "abstulit quasi ventus desiderium meum: & velut nubes pertransiit salus mea. "abstulisti MS. Hier. atq; etiam hac ratione H. & C. exponi possunt.
16 *Nunc aũt in memetipso marcescit
17 anima mea, & possidẽt me dies afflictionis. *Nocte os meũ perforatur doloribus: & qui me comedunt, nõ dormiunt.
18 *In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitio
19 tunicæ succinxerunt me.
*Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillę & cineri.
20 *Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me. Sap.19,7.
21 *Mutatus es mihi in crudelem, & in
22 duritia manus tuæ aduersaris mihi.
*Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè.
23 *Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.
24 *Veruntamẽ non ad consumptionem meam emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis.
25 *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea
26 pauperi. *Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præstolabar lucem, &
27 eruperunt tenebræ. *Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis.
28 *Mœrens incedebã, sine furore, consurgens, in "tuba' clamabam. "turba 8 MS. R. Hier. Greg. H.C.G.
29 *Frater fui draconum, & socius stru-
30 thionũ. *Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate. *tenebris o. *terra o.

31 *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium:

CAP. XXXI.

1 PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

2 *Quam enim partem haberet in me Deus desuper, & hæreditatem Omnipotens de excelsis?

3 *Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiam?

Prou. 5,21, Iesi. 34,21. 4 *Nónne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?

5 *Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus:

6 *Appendat me in statéra iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.

7 *Si declinauit gressus meus de via, & si 'secutum est oculos meos' cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula:

'secutum est oculos meos I MS. Hier. H.C.G. Similiter verò Textus legit Greg.

8 *Seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur.

9 *Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum:

10 *Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.

11 *Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima. 12 *Ignis est vsque ad perditionem deuorãs, & omnia eradicans genimina.

13 *Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cùm disceptarent aduersum me:

14 *(Quid enim faciam cùm surrexerit ad iudicandum Deus? & cùm quæsierit, quid respondebo illi?

15 *Nunquid non in vtero fecit me qui & illum operatus est: & formauit me in vulua vnus?)

16 *Si negaui, quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci:

17 *Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea:

18 *(Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio: & de vtero matris meæ egressa est mecum).

'præteruntem MS. R. Greg. Tecum autem suffragatur H.C.G.

19 *Si despexi 'pereuntem', eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem: 20 *Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est:

21 *Si leuaui super pupillũ manũ meam, etiam cùm viderẽ me in porta superiorẽ:

22 *Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. 23 *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deũ, & pondus eius ferre non potui.

24 *Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea.

25 *Si lętatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus 26 mea. *Si vidi solem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè:

27 *Et lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam 28 ore meo. *Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.

29 *Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat: & exultaui quòd inuenisset 30 eum malum. *Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius.

31 *Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt saturemur?

32 *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.

33 *Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquita- 34 tem meam. *Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium.

35 *Quis mihi tribuat 'auditorem', vt desiderium meum audiat Omnipotens: & librum scribat ipse qui iudicat,

'auditorem MS. Greg. Verior Textus copia habet H.C.G.

36 *Vt in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi?

37 *Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi principi offeram eum.

38 *Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent:

39 *Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi:

40 *Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Finita sunt verba Iob.

CAP. XXXII.

1 OMiserunt autem tres viri isti respondere Iob, eò quòd iustus sibi videretur.

*Et

2 *Et iratus, indignatusq. est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem aduersum Iob, eò quòd iustum se esse diceret coram Deo.

3 *Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eò quòd non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodò condemnassent Iob.

4 *Igitur Eliu expectauit Iob loquentem: eò quòd seniores 'essent' qui loquebantur. 5 *Cùm autẽ vidisset quòd tres respondere non potuissent, iratus est vehementer.

'ſ67 MS. H.C.G. 'vt loquerentur I MS.

6 *Respondénsque Eliu filius Barachel Buzites, dixit,

Iunior sum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam.

7 *Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam.

8 *Sed vt video, Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.

9 *Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.

10 *Ideo dicam, Audite me, ostendã vobis etiam ego meam 'sapientiam'.

'ſciẽtiam 5 MS. H.C.G.

11 *Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiã vestram, donec disceptaremini sermonibus,

12 *Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed vt video, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius.

13 *Ne fortè dicatis, Inuénimus sapientiam, Deus proiecit eum, non homo.

14 *Nihil locutus est mihi, & ego non secundum sermones vestros respondebo illi. 15 *Extimuerunt, nec responderunt vltrà, abstulerúntque à se eloquia.

16 *Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti; steterunt, nec vltrà responderunt: 17 *Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam.

18 *Plenus sum enim sermonib⁹, & coarctat me spiritus vteri mei.

19 *En venter meus quasi mustum absq. spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit.

20 *Loquar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo.

21 *Non accipiam personã viri, & Deum homini non æquabo.

22 *Nescio enim quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

CAP. XXXIII.

1 AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta.

2 *Ecce aperui os meum, loquatur 'lingua mea in faucibus meis.

'loquẽtur I MS. 'loquitur R. 'locuta est H.C.G.

3 *Simplici corde meo sermones mei, & 'sententiam' purã labia mea loquẽtur.

*sciẽtiam I MS. H.C.

4 *Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me.

5 *Si potes responde mihi, & aduersus faciem meam consiste.

6 *Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodẽ luto ego quoq. formatus sum.

7 *Veruntamen miraculũ meum non te terreat, & 'eloquentia mea non sit tibi grauis'. 8 *Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui,

'eloquiũ meũ non sit tibi graue. I MS.

9 *Mundus sum ego, & absque delicto: immaculatus, & non est iniquitas in me.

'manus m. n. erit super te. Gr 70. & post eos, alij ad hunc modũ transtulerunt.

10 *Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi.

11 *Posuit in nẽruo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas.

12 *Hoc est ergo in quo non es iustificatus: respondebo tibi, quia maior sit Deus homine.

13 *Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia verba responderit tibi?

14 *Semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit.

15 *Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo:

16 *Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina,

17 *Vt auertat hominem ab 'his quæ' fecit', & liberet eum de superbia:

'opere m. 'opere malo c. 'iniustitia c. 'facit 8 MS.

18 *Eruens animam eius à corruptione: & vitã illius, vt non transeat in gladium.

19 *Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.

20 *Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis.

*Tabescet

*Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur. 21
*Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. 22
*Si fuerit pro eo angelus loquēs "vnus" de "millibus" vt annūtiet hominis æquitatem, 23
*Miserebitur eius, & dicet, Libera eum, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei propicier. 24
*Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. 25
*Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam. 26
*Respiciet homines, & dicet, Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi. *Liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. 27 28
*Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, 29
*Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium. 30
*Attende Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor. 31
*Si autem habes quod loquaris, responde mihi, loquere: volo enim te apparere iustum. 32
*Quòd si non habes, audi me: tace, & docebo te sapientiam. 33

"vnum 8 MS. Hier. Greg. ad hūc modum quidam ex H. verterunt; ad eum verò, quo Textus legit, c. 70. & alij. "similibus o QN.

CAP. XXXIIII.

PRonuntians itaque Eliu, etiam hæc locutus est: *Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me: 1 2
*Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. 3
*Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. 4
*Quia dixit Iob, Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum. 5
*In iudicando enim me, mendacium est: violenta sagitta mea absque vllo peccato. *Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam, 6 7
*Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis? 8
*Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cum eo. 9
*Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. *Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. 10 11
*Verè enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subuertet iudicium. 12
*Quē constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? 13
*Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. 14
*Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. 15
*Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta vocem eloquij mei. 16
*Nunquid qui non amat iudicium, sanari potest? & quomodo tu eum qui iustus est, in tantum condemnas, 17
*Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios? 18
*Qui nō accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cùm disceptaret contra pauperem: opus enim manuum eius sunt vniuersi. 19
*Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertrāsibunt, & auferent violentum absque manu. 20
*Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat. 21
*Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. 22
*Neq. enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium. 23
*Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. 24
*Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur. 25
*Quasi impios percussit eos in loco videntium. *Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt, *Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum. 26 27 28
*Ipso enim concedēte pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum & super gentes & super omnes homines? 29
*Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. 30

Sup. 12, 11.

Deu. 10, 17. 2 Par. 19, 7. Sap. 6, 8. Eccl. 35, 16. Rom. 2, 11. Col. 3, 25. Eph. 6, 9. Col. 3, 24. Act. 10, 34. 1 Pet. 1, 17. Sap. 11, 24. Pet. 2, 11.

*Quia ergo ego locut'sum ad Deum, te quoque non prohibebo. 31
*Si erraui, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, vltrà non addam. 32
*Nūquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quod si quid nosti melius, loquere. 33
*Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me. 34
*Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. 35
*Pater mi, probetur Iob vsque ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis. 36
*"Qui" addit super peccāta sua blasphemiam: inter nos interim constringatur, & tunc "ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum". 37

'Quia 6 MS. C. 'multiplicet sermones suos ad Deum t MS. H. C. 6. Conformiter autem Hier. & Greg. legit Textus.

CAP. XXXV.

IGitur Eliu hæc rursum locutus est, 1
*Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres, Iustior sum Deo? 2
*Dixisti enim, Non tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero? 3
*Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. 4
*Suspice cælum & intuere, & cōtemplare æthera quòd altior te sit. 5
*Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? *Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? 6 7
*Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua. 8
*Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. 9
*Et non dixit, Vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? 10
*Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos. 11
*Ibi clamabūt, & non exaudiet, propter superbiā malorum. *Non ergo frustra audiet Deus, & Omnipotēs causas singulorum intuebitur. 12 13
*Etiam cùm dixeris, Non considerat: iudicare coram illo, & expecta eum. 14

"potens 6 "tribuet 5 MS. H. C. G.

*Nunc enim non infert furorē suum, nec vlciscitur scelus valde. 15
*Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat. 16

CAP. XXXVI.

ADdens quoq. Eliu, hæc locutus est, 1
*Sustine me paululū, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. 2
*Repetam scientiā meam à principio, & operatorem meum probabo iustum. 3
*Verè enim absque mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi. *Deus "potentes" non abiicit, cùm & ipse sit potens. *Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus "tribuit". 4 5 6
*Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & "illic" eriguntur. 7
*Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis, 8
*Indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerunt. 9
*Reuelabit quoq. aurem eorum, vt corripiat, & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate. *Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. 10 11
*Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumētur in stultitia. 12
*Simulatores & callidi prouocāt iram Dei, neq. clamabunt cùm vincti fuerint. 13
*Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos. 14
*Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius. 15
*Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentum subter se: requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. 16
*Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies. 17
*Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. *Depone magnitudinē tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine. 18 19
*Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis. 20
*Caue ne declines ad iniquitatem: hanc 21

"illi 4 MS. R. Similiter Greg. habet Textus. Ab H. C. & G. neque hoc exprimitur neque illud.

hancenim cœpisti sequi post miseriam.
22 *Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.
23 *Quis poterit scrutari vias eius? aut quis potest ei dicere, Operatus es iniquitatem?
24 *Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri.
25 *Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul.
26 *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum eius inæstimabilis.
27 *Qui aufert stillas' pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum.
28 *Qui de nubibus 'fluunt', quæ prætexunt cuncta desuper.
29 *Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum,
30 *Et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet.
31 *Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.
32 *In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat.
33 *Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

'stellas o. q. n.

'pluunt M s q.

CAP. XXXVII.

1 SVper hoc expauit cor meũ, & emotum est de loco suo.
2 *Audite auditionem in terrore vocis eius, & sonũ de ore illius procedentem.
3 *Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ.
4 *Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur, cùm audita fuerit vox eius.
5 *Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia.
6 *Qui præcipit niui vt descendat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ.
7 *Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.
8 *Ingredietur bestia latibulum, & in antro suo morabitur.
9 *Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus.
10 *Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimæ funduntur aquæ.
11 *Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum.
12 *Quæ lustrant per circuitum, quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis super faciem orbis
13 terrarum, *Siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocunque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.
14 *Ausculta hæc Iob: sta, & considera mirabilia Dei.
15 *Nunquid scis quando præcepit Deus pluuiis, vt ostenderent lucem nubium
16 eius? *Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias?
17 *Nónne vestimenta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro?
18 *Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt.
19 *Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur tenebris.
20 *Quis narrabit ei quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur.
21 *At nunc non vident lucem: subitò aër cogetur in nubes, & vẽtus transiens fugabit eas.
22 *Ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formidolosa laudatio.
23 *Dignè eum inuenire non possumus: magnus fortitudine & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest.
24 *Ideò timebunt eũ viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

CAP. XXXVIII.

1 RESpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit,
2 *Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?
3 *Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi.
4 *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi si habes intelligentiam.
5 *Quis posuit mensuras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam?
6 *Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidẽ angularem eius:
7 *Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?
8 *Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens:
9 *Cùm ponerem nubem vestimẽtum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem?

10 *Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia;
11 *Et dixi, Vsq. huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.
12 *Nunquid post ortum tuũ præcepisti diluculo, & ostẽdisti auroræ locũ suum?
13 *Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea?
'excussisti M s q.
14 *Restituetur vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimentum,
15 *Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur.
16 *Nunquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti?
17 *Nunquid apertę sunt tibi portę mortis, & ostia tenebrosa vidisti?
18 *Nunquid considerasti 'latitudinem' terræ? indica mihi, si nosti, omnia,
'latitudines I M S. B. Consentiunt autem Teodi legit R. Hier. Greg. c. & 6.
19 *In qua via lux habitet, & tenebrarũ quis locus sit,
20 *Vt ducas vnumquodq. ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius.
21 *Sciebas tunc quòd nasciturus esses? & numerum dierum tuorum noueras?
22 *Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti,
23 *Quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli?
24 *Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram?
25 *Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui,
26 *Vt plueret super terram, absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur.
27 *Vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes?
28 *Quis est pluuiæ pater? vel quis genuit stillas roris?
29 *De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cælo quis genuit?
30 *In similitudinẽ lapidis aquæ durantur, & superficies abyssi constringitur.
31 *Nunquid cõiungere valebis micantes stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?
32 *Nunquid producis Luciferum in tempore suo, & Vesperum super filios terræ consurgere facis?
33 *Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?
34 *Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?
'ad nebulam 2 M S. C. Atque hoc modò H. & C. rectissimè verterunt.
35 *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, Adsumus?
36 *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?
37 *Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet?
38 *Quando fundebatur puluis in terra, & glebæ compingebantur?
1 *Nunquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis,
2 *Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur?
3 *Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eò quòd non habeant cibos?

*Psal. 146, 9.

CAP. XXXIX.

4 NVnquid nosti tẽpus partus ibicum in petris, vel parturiẽtes ceruas obseruasti?
5 *Dinumerasti mensęs conceptus earum, & scisti tempus partus earum?
6 *Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.
7 *Separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.
8 *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit?
9 *Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis?
10 *Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit.
11 *Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit.
12 *Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?
13 *Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te?
14 *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos?
15 *Nunquid credes illi quoniã semẽtem reddat tibi, & areã tuam congreget?
16 *Penna struthionis similis est pennis herodij & accipitris.

*Quando

17 *Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea?
18 *Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.
19 *Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogente. 20 *Priuauit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.
21 *Cùm tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & ascensorẽ eius.
22 *Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitũ?
23 *Nunquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror.
24 *Terram vngula fodit, exultat audacter: in occursum pergit armatis.
25 *Contemnit pauorẽ, nec cedit gladio.
26 *Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus.
27 *Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem.
28 *Vbi audierit buccinam, dicit, Vah. procul odoratur bellũ, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.
29 *Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum?
30 *Nunquid ad preceptũ tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidũ suũ?
31 *In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. 32 *Inde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciunt.
33 *Pulli eius lambent sanguinem: & vbicumque cadauer fuerit, statim adest.
34 *Et adiecit Dominus, & locutus est ad Iob,
35 *Nunquid qui contendit cum Deo, tam facilè conquiescit? vtique qui arguit Deum, debet respondere ei.
36 *Respondens autem Iob Domino, 37 dixit, Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum.
38 *Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem: & alterum, quibus vltrà non addam.

CAP. XL.

1 RESpondens autem Dominus Iob de 2 turbine, dixit, *Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & indica 3 mihi. *Nunquid irritum facies iudicium meum: & condemnabis me, vt tu iustificeris?
4 *Et si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas?
5 *Circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto glorioſus, & speciosis induere vestibus.
6 *Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogãtem humilia.
7 *Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo.
8 *Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam:
9 *Et ego confitebor quòd saluare te possit dextera tua.
10 *Ecce, Behemoth quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet:
11 *Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius.
12 *Stringit caudã suam quasi cedrum, nerui testiculorum eius perplexi sunt.
13 *Ossa eius velut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ.
14 *Ipse est principium viarum Dei qui fecit eum: applicabit gladium eius.
15 *Huic montes herbas ferunt: omnes bestiæ agri ludent ibi.
16 *Sub vmbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus.
17 *Protegunt vmbræ vmbram eius, circundabunt eum salices torrentis.
18 *Ecce, absorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius.
19 *In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius.
20 *An extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?
21 *Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?
22 *Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?
23 *Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum?
24 *Nunquid illudes ei quasi aui, aut li- 25 gabis eum ancillis tuis? Concidẽt eum amici, diuident illum negotiatores?
*Nunquid

26 *Nũquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite illius?
27 *Pone super eum manum tuam: memento belli, nec vltrà addas loqui.
28 *Ecce, spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

CAP. XLI.

1 NOn quasi crudelis suscitabo eum: quis enim resistere potest vultui meo?
2 *Quis antè dedit mihi, vt reddam ei? omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt.
3 *Non parcam ei, & verbis potẽtibus, & ad deprecandum compositis.
4 *Quis reuelabit faciẽ indumenti eius? & medium oris eius quis intrabit?
5 *Portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dentium eius formido.
6 *Corpus illi' quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus.
7 *Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas:
8 *Vna alteri adhærebit, & tenentes se nequaquam separabuntur.
9 *Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius, vt palpebræ diluculi.
10 *De ore eius lampades procedunt sicut tedæ ignis accensæ.
11 *De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ atque feruentis.
12 *Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.
13 *In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egestas.
14 *Membra carnium eius cohærentia sibi: mittet contra eum 'flumina', & ad locum alium non "ferentur'.
15 *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.
16 *Cùm sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur.
17 *Cùm apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit neque hasta, neq. thorax:
18 *Reputabit enim quasi paleas ferrũ, & quasi lignum putridum, æs.
19 *Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ.
20 *Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam.

'fulmina 24 MS. R. Hier. Greg. Q.n. "feruntur MS. 'fertur 2 MS. H. G.

21 *Sub ipso erunt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum.
22 *Feruescere faciet quasi ollam, profundum mare: & ponet quasi cùm vnguenta bulliunt.
23 *Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem.
24 *Non est super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret.
25 *Omne sublime videt, ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.

CAP. XLII.

1 RESpondens autem Iob Domino, dixit,
2 *Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.
3 *Quis est iste qui celat cõsiliũ absq. scientia? ideò insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederẽt scientiam meam.
4 *Audi, & ego loquar: interrogabo te, & ostende mihi.
5 *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.
6 *Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.
7 *Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob.
8 *Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis: Iob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia: neque enim locuti estis ad me "recta' sicut seruus meus Iob.

'rectum 2 MS. R. Hier. Greg. H. C. G.

9 *Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites: & fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Dominus faciem Iob.
10 *Dominus quoque conuersus est ad pœnitentiam Iob, cùm oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob, duplicia.

11 *Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius: & comederunt cum eo panem in domo eius: & mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo quod intulerat Dominus super eum. Et dederunt ei vnusquisque ouem vnam, & inaurem auream vnam.

12 *Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim millia ouiũ, & sex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ.

13 *Et fuerunt ei septem filij, & tres filiæ.

14 *Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibij.

15 *Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra: deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum.

16 *Vixit autem Iob post hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum, vsque ad quartam generationem, & mortuus est senex, & plenus dierum.

LIBER PSALMORVM

1 BEATVS vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorũ non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.

2 *Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Ios.1,8.

3 *'Et erit tanquã lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo: Ier.17,8.

Et folium eius non defluet: & omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

4 *Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis quem proiicit vent⁹ à facie terræ.

5 *Ideò non 'resurgunt' impij in iudicio: neque peccatores in 'consilio' iustorum. 'resurgẽt MS.R. H.C. 'concilio MS. Hie. H.C. nec mentabunt G. Act.4,27.

6 *Quoniam nouit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.

PSAL. II.

1 QVare fremuerunt Gentes: & populi meditati sunt inania?

2 *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius.

3 *Dirumpamus vincula eorum: & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.

4 *Qui habitat in cælis irridebit eos: & Dominus subsannabit eos.

5 *Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.

6 *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius: prædicans præceptum 'eius'.

'Domini 3 MS.R. Hier. G. C.Q.D. Act.13,33. Hebr.1,5. & 5,5.

7 *'Dñs dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te. 8 *Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

9 *'Reges eos in virga ferrea: & 'tanquam vas figuli confringes eos.

'MS.R. Hil.Hier. G.H.C. Apoc.2,27. & 19,15.

10 *Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

11 *Seruite Domino in timore: & exultate ei 'cum' tremore.

12 *Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dñs: & pereatis de via iusta.

'in 2 MS. R.G.H.C. Textus autem Isiæ, vt hinc explicatur, ita Hier. atque Aug. assumat.

13 *Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

1 *Psalmus Dauid cùm fugeret à facie Absalom filij sui. 2. Reg. 15,14.

III.

2 DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

3 *Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius.

4 *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.

5 *Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo.

6 *'Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia Dominus 'suscepit' me. Ioan.2,22.

'suscipiet 1 MS.R. Angust. G. H. Pro Textu autem sacri exemplar Græcum Vatic. Ad quem sensum etiam Chaldæus paraph. vertit.

7 *Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine, saluum me fac Deus meus.

8 *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti.

9 *Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

1 *In finem, in carminibus, Psalmus Dauid.

IIII.

2 CVm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationem meam.

3 *Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

4 *Et scitote quoniam mirificauit Dñs sanctum suum: Dominus exaudiet me cùm clamauero ad eum.

5 *Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, & 'in cubilibus vestris, 'compungimini. Eph.4,26. 5 MS.R. Aug.G.H. *& H.

6 *Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & sperate in Domino. multi dicunt, Quis 'ostendit' nobis bona? 'ostendet 4 MS.R. G.H.C.

7 *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo.

8 *A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.

9 *In pace in idipsum dormiam & requiescam;

10 *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

1 *In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur, Psalmus Dauid. V.

2 VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum;

3 *Intẽde voci orationis meæ, rex meus & Deus meus.

4 *Quoniam ad te orabo: Domine manè exaudies vocem meam.

5 *Manè astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatẽ tu es.

6 *Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

7 *Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.

8 *Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

9 *Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu 'tuo viam meam'. 'meo viã tuam 8 MS. gq. H.C. Q.n.

10 *Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

11 *'Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus Inf. 13,3. Rom.3,13.

suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

12 ‡Et lætentur omnes qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum:

13 ‡quoniam tu benedices iusto. Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

‡pro oct. Ps. Dauid 3 MS. R. Hiero. Aug. G. H. C.

1 ‡In finẽ in carminibus, ‡Psalmus Dauid pro octaua.

VI.

Psal. 38, 2.

2 DOMINE, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

3 ‡Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

‡sed Ms. Q.

4 ‡Et anima mea turbata est valde: 'sed' tu Domine vsquequo?

‡3 MS. R. G. H. C.

5 ‡Conuertere Domine, 'et' eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam,

6 ‡Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

7 ‡Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

8 ‡Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Mat 7, 23. 25, 41. Luc. 13, 27.

9 ‡Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

10 ‡Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

11 ‡Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

1 ‡Psalmus Dauid quem cantauit Dño pro verbis Chusi filij Iemini.

2 Reg. 16.

VII.

2 DOmine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnib⁹ persequentibus me, & libera me.

3 ‡Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

4 ‡Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis,

5 ‡Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis.

6 ‡Persequatur inimicus animã meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.

7 ‡Exurge Domine in ira tua: 'et' exaltare in finibus inimicorum meorum. MS. R. Aug. G. H. C.

Et exurge Dñe Deus meus in præcepto quod mandasti: ‡& synagoga populorum circundabit te.

8 Et propter hanc in altum regredere:

‡Dominus iudicat populos.

Iudica me Dñe secundum iustitiam meam, & secundùm innocentiã meam super me.

10 ‡'Consumetur' nequitia peccatorum, & diriges iustum, 'scrutans corda & renes Deus. Iustum 'Consumetur. Hieron. Aug. G. super H. C. Cod. Isacensis recti vocatur. 1 Per. 3, 12. Ier. 11, 20. 17, 10. ‡& 3 MS. R. G. H. C.

11 ‡adiutorium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde.

12 ‡Deus iudex iustus, 'fortis,' & patiẽs, nunquid irascitur per singulos dies?

13 ‡Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum 'vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum. 'vibrabit 12 MS. Aug. Hier. G. H.

14 ‡Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

15 ‡'Ecce 'parturit' iniustitiam, concepit dolorem: & peperit iniquitatem. Isa. 59, 4. Iob 15, 35. 'parturit MS. Aug.

16 ‡Lacũ aperuit, & effodit eum: & 'incidit' in foueam quam fecit. G. 'quamin si c. 'incidet Aug. R. c. Vtmit em ipfi pgamne c.

17 ‡Cõuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

18 ‡Confitebor Domino secundùm iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi.

1 ‡In finem pro torcularibus, Psalmus Dauid.

VIII.

2 DOmine Dñs noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos.

3 ‡Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem. Mat. 21, 16. ‡ R. Hie. Aug. G. H. Textus faciens C. & qui sentiũt.

4 ‡Quoniam videbo cælos tuos opera

digitorum tuorum: lunam & stellas quę tu fundasti:

5 ‡Quid est homo, q̃ memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Heb. 2, 7. Gen. 1, 28. 6 ‡Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria & honore coronasti eum,

7 ‡& constituisti eum super opera manuum tuarum.

1 Co. 15, 27. 8 ‡Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas: insuper & pecora campi,

9 ‡Volucres cæli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

10 ‡Domine Dñs noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

1 ‡In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid.

IX.

2 COnfitebor tibi Dñe in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.

3 ‡Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime,

4 ‡In conuertendo inimicum meũ retrorsum: infirmabuntur, & peribunt à facie tua.

5 ‡Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam: sedisti super thronũ qui iudicas iustitiam.

6 ‡Increpasti Gentes, & periit impius: nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi.

vũ 138, 20. 12 MS. R. Aug. G. H. Addiuer autem à Paraphraste Chaldæo. 7 ‡'Inimici' defecerũt frameæ in finem: & ciuitates 'eorum' destruxisti. Periit memoria eorum cum sonitu.

8 ‡Et Dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio thronum suum: 9 ‡& ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.

10 ‡Et factus est Dominus refugiũ pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.

11 ‡Et sperent in te qui nouerũt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.

12 ‡Psallite Domino qui habitat in Sion: annuntiate inter Gentes studia eius:

13 ‡Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.

14 ‡Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

15 ‡Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.

16 ‡Exultabo in salutari tuo: infixæ sunt Gentes in interitu quem fecerunt.

In laqueo isto quẽ absconderunt, comprehensus est pes eorum.

17 ‡'Cognoscetur' Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarũ comprehensus est peccator. 'Cognoscitur 4 MS. R. G. 'Cognitus est H. C.

18 ‡Conuertãtur peccatores in infernũ, omnes gentes quæ obliuiscũtur Deum.

19 ‡Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

20 ‡Exurge Dñe, non cõfortetur homo: iudicentur Gentes in conspectu tuo.

21 ‡Constitue Dñe legislatorẽ super eos: sciant Gentes quoniam homines sunt.

Psal. 10. secundùm Hebræos.

1 ‡Vt quid Dñe recessisti longè, 'despicis' in opportunitatibus, in tribulatione? 'despicies MS. H. C. Pro Textu verò Aug. & G. faciunt.

2 ‡Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

3 ‡Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniquus benedicitur.

4 ‡Exacerbauit Dñm peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret.

5 ‡Non est Deus in conspectu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni tẽpore.

Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.

6 ‡Dixit enim in corde suo, Non mouebor à generatione in generationem, sine malo.

7 ‡'Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor. Inf. 13, 3. Rom. 3, 14.

8 ‡Sedet in insidiis cum diuitibus: in occultis, vt interficiat innocentem.

9 ‡Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum

10 ‡In laqueo suo: humiliabit eũ, inclinabit se, & cadet cùm dominatus fuerit

pauperum. *Dixit enim in corde suo, 11
Oblitus est Deus: auertit faciem suam
ne videat in finem.

*& MS q. Aug. Hier. *Exurge Dñe Deus, 'exaltetur ma- 12
nus tua: ne obliuiscaris pauperum.

*Propter quid irritauit impius Deum? 13
dixit enim in corde suo, Non requiret.

*Vides, quoniam tu laborem & dolo- 14
rem consideras: vt tradas eos in manus
tuas. Tibi derelictus est pauper: orpha-
'eras 4 MS. G.H. C. no tu 'eris' adiutor.

*Cõtere brachium peccatoris & ma- 15
ligni: quæretur peccatum illius, & non
inuenietur.

*Dñs regnabit in æternum & in secu- 16
lũ seculi: peribitis Gentes de terra illius.

*Desiderium pauperum exaudiuit 17
Dominus: præparationem cordis eo-
rum audiuit auris tua.

*Iudicare pupillo & humili: vt non 18
apponat vltrà magnificare se homo su-
per terram.

In finem Psalmus Dauid. 1

Lat. x. *Heb.* xi.

'montes MS. Hier. Augustſ. G. Textus autem R.H. & C. conformis est. IN Domino confido: quomodo dici-
tis animæ meæ, Transmigra in 'mon-
tem' sicut passer?

*Quoniam ecce peccatores intende- 2 3
runt arcũ: parauerũt sagittas suas in pha-
retra, vt sagittẽt in obscuro rectos corde.

*Quoniam quæ perfecisti, destruxe- 3
runt: iustus autem quid fecit?

Act. 2, 30. *Dominus in templo sancto suo, Do- 4
minus in cælo sedes eius:

*Oculi eius in pauperem respiciunt: 5
palpebræ eius interrogant filios ho-
minum.

*Dominus interrogat iustum & im- 5
pium: qui autem diligit iniquitatem,
odit animam suam.

*Pluet super peccatores laqueos: 6
ignis, 'and' sulphur, 'and' spiritus procella-
-16 MS. Verſion à R. G. H. C. leguntur. rum, pars calicis eorum.
-5 MS. H. C interijcitur autem à R. & G. *Quoniam iustus Dominus 'and' iusti- 7
tias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

*In finem pro octaua Psalmus Dauid. 1

Lat. xi. *Heb.* xii.

SAluum me fac Domine, quoniam 2
defecit sanctus, quoniam diminutæ
sunt veritates à filiis hominum.

*Vana locuti sunt vnusquisq. ad pro- 3
ximum suum: labia dolosa, in corde &
corde locuti sunt.

*Disperdat Dominus vniuersa labia 4
dolosa 'and' linguam magniloquam.

-4 MS. Aug. R. G. H. C. *Qui dixerunt, Linguam nostram
magnificabimus: labia nostra à nobis
sunt, quis noster Dominus est?

*Propter miseriam inopum & gemi- 6
tum pauperum nunc exurgam, dicit
Dominus. Ponam in salutari: fiducialiter
agam in eo.

Psa. 11, 7. *'Eloquia Domini, eloquia casta: ar-
gentum igne examinatum, probatum
terræ purgatum septuplum.

*Tu Domine seruabis nos: & custo- 8
dies nos à generatione hac in æternum.

*In circuitu impij ambulant: secun- 9
dum altitudinem tuam multiplicasti
filios hominum.

In finem Psalmus Dauid. 1

Lat. xiii. *Heb.* xiiii.

DIxit insipiens in corde suo, Non est 4 Psa. 52, 1. Isa. 53, 1.
Deus. Corrupti sunt, & abomina-
biles facti sunt in studiis suis: non est
qui faciat bonum, non est vsque ad
vnum.

*Dominus de cælo prospexit super 2 Rom. 3, 10.
filios hominum: 'vt videat si est intelli-
gens aut requirens Deum.

*Omnes declinauerũt, simul inutiles 3
facti

facti sunt: non est qui faciat bonum, non
est vsque ad vnum.

Sup. 5, 11. Rom. 3, 13. *'Sepulchrũ patens est guttur eorum:
linguis suis dolosè agebant, 'venenum
aspidum sub labiis eorum.

Isa. 59, 7. Sup. 9, 26. Rom. 3, 14. 'Quorum os maledictione & amari-
tudine plenum est: veloces pedes eorum
ad effundendum sanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eorum,
Isa. 59, 8. Sup. 35, 5. & viam pacis non cognouerunt: 'nõ est
timor Dei ante oculos eorum'.

*Nónne cognoscent omnes qui ope- 4
rantur iniquitatẽ, qui deuorant plebem
meam sicut escam panis?

*Dominum non inuocauerunt, illic 5
trepidauerũt timore, vbi nõ erat timor.

'Deus MS. Aug. G q. H. *Quoniam 'Dominus' in generatio- 6
ne iusta est, consilium inopis cõfudistis:
quoniam Dominus spes eius est.

*Quis dabit ex Sion salutare Israel? cùm 7
auerterit Dñs captiuitatem plebis suæ,
exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

Psalmus Dauid.

Lat. xiiii. *Heb.* xv.

DOmine quis habitabit in taberna- 1
culo tuo? aut quis requiescet in
monte sancto tuo?

*Qui ingreditur sine macula, & ope- 2
ratur iustitiam:

*Qui loquitur veritatem in corde suo, 3
qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, & op-
probrium non accepit aduersus proxi-
mos suos:

*Ad nihilum deductus est in conspe- 4
ctu eius malignus, timentes autem Do-
minum glorificat:

Qui iurat proximo suo, & nõ decipit,

'innocentes 7 MS. Aug. R. G. Textus autẽ suffragantur Hier. H. & C. *qui pecuniã suam non dedit ad vsu- 5
ram, & munera super 'innocentem' non
accepit:

Qui facit hæc, nõ mouebitur in æter-
num.

Tituli inscriptio ipsi Dauid.

Lat. xv. *Heb.* xvi.

'Dominus MS. R. G. H. Textus autẽ, Hier. & C. consonat. 'mirifica- bit 2 MS. Q. n. COnserua me Domine, quoniã spe-
raui in te.

*Dixi Domino, 'Deus' meus es tu, 2
quoniam bonorum meorum non eges.

*Sanctis qui sunt in terra eius 'mirifi- 3
cauit' omnes voluntates meas in eis.

*Multiplicatæ sunt infirmitates eo- 4
rum: postea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eo-
rum de sanguinibus: nec memor ero no-
minum eorum per labia mea.

*Dominus, pars hæreditatis meæ, & 5
calicis mei: tu es qui restitues hæredita-
tem meam mihi.

*Funes ceciderunt mihi in præcla- 6
ris: etenim hæreditas mea præclara est
mihi.

*Benedicam Dominum qui tribuit 7
mihi intellectum, insuper & vsq. ad no-
ctem increpuerunt me renes mei.

Act. 2, 25. *Prouidebam Dominum in conspe- 8
ctu meo semper: quoniam à dextris est
mihi, ne commouear.

*Propter hoc lætatum est cor meum, 9
& exultauit lingua mea: insuper & caro
mea requiescet in spe.

Act. 2, 31. 13, 35. *'Quoniã non derelinques animam 10
meam in inferno: nec dabis sanctũ tuum
videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ: adimple-
bis me lætitia cum vultu tuo: delectatio-
nes in dextera tua vsque in finem.

Oratio 'Dauid. 'τῶ Δαυὶδ.

Lat. xvi. *Heb.* xvii.

EXaudi Domine iustitiam meam: in-
tende deprecationem meam:
Auribus percipe orationem meam,
non in labiis dolosis.

*De vultu tuo iudicium meum pro- 2
deat: oculi tui videant æquitates.

*Probasti cor meum, 'and' visitasti no- -R. G. H. C. 3
cte: igne me examinasti, & nõ est inuen-
ta 'in me' iniquitas. -MS. Q. n.

*Vt non loquatur os meum opera ho- 4
minum: propter verba labiorũ tuorum
ego custodiui vias duras.

*Perfice gressus meos in semitis tuis: 5
vt non moueantur vestigia mea.

*Ego clamaui, quoniam exaudisti me 6
Deus: inclina aurem tuam mihi, & ex-
audi verba mea.

*Mirifica misericordias tuas, qui sal- 7
uos facis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ: *custo- 8
di me vt pupillam oculi.

"proteges R.G.H.C. Similiter legisse videtur Aug.

Sub vmbra alarũ tuarũ "protege' me:
*à facie impiorum qui me afflixerunt. 9
Inimici mei animam meam circundederunt: *adipem suum concluserunt, 10
os eorum locutum est superbiam.
*Proijcientes me, nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram. 11
*Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. 12
*Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum: eripe animam meam ab impio, "framea tuam' 13
*ab inimicis manus tuæ. 14
Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: *de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.
Saturati sunt "filiis': & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.
*Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor cùm apparuerit gloria tua. 15

"framea tua MS. Q.n.

*& MS. Aug. H.C.

"filij: 9 MS. Q.n.

*In finem puero Domini Dauid, qui locutus est Dño verba cantici huius, in die quà eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit, *2. Reg. 22. 2.* 1

Lat. XVII. *Heb.* XVIII.

Diligam te Domine fortitudo mea: 2
*Dominus firmamẽtum meum, & refugium meum, & liberator meus. 3
Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum: Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.
*Laudans inuocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero. 4
*Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. 5
*Dolores "inferni' circundederũt me: præoccupauerunt me laquei mortis. 6
*In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui: 7
Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus in conspectu eius, "introiuit' in aures eius.
*Cõmota est & eõtremuit terra: *fundamenta montium conturbata sunt, & 8
commota sunt, quoniam iratus est eis.
9 *Ascendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
10 *Inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.
11 *Et ascendit super cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum.
12 *Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aëris.
13 *Præ fulgore in conspectu eius nubes "eius MS. Aug. H. Omittit autem A C. transierunt, grando, & carbones ignis.
14 *Et intonuit de cęlo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: grandò & carbones ignis.
15 *Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: *fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. *& MS. Hier. Aug. R.G.H.C.
16 *Et apparuerunt fontes aquarũ, & reuelata sunt fundamẽta orbis terrarum,
Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.
17 *Misit de summo, & accepit me: *& assumpsit me de aquis multis. *& MS. Aug. G.H.
18 *"Eripuit' me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderũt me: quoniam confortati sunt super me. "Eripies 2 MS. G.H. Texti autem Et. & C. consonat.
19 *Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est Dñs protector meus.
20 *Et eduxit me in latitudinem: saluum me "fecit', quoniam voluit me. "facies; MS. R.G.H. Textus autem sic inter reliqua Chaldæus, & interpretatur of Angelistes
21 *Et retribuet mihi Dñs secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi:
22 *Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo:
23 *Quoniã omnia iudicia eius in cõspectu meo: & iustitias eius nõ repuli à me.
24 *Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.
25 *Et retribuet mihi Dñs secũdum iustitiam meã: & secundum puritatẽ manuũ mearum in conspectu oculorum eius.
26 *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris,
27 *Et cum electo electus eris: & cum peruerso peruertẽris,
28 *Quoniã tu populum humilẽ saluum facies: & oculos superborũ humiliabis.
*Quoniam

"introibit 4 MS. R. G.H. *& 9 MS. R. Aug. G. H. C.

*Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas. 29
*Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. 30
*Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se. 31
*Quoniam quis Deus præter Dñm? 32
*& 6 MS. Aug. H. Textus autem consentit G. "aut' quis Deus præter Deum nostrum?
*Deus qui "præcinxit' "me virtute': & posuit immaculatam viam meam. 33
*Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. 34
"præcingit R.G. H.C. "virtute MS.G. *2 Re. 22, 35
*Qui docet manus meas ad prelium: & posuisti vt arcum ęreum brachia mea. 35
*Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me: 36
Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.
*Dilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia mea. 37
*Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant. 38
*Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. 39
*Et præcinxisti me "virtute' ad bellũ: "virtutẽ MS.G. Verius, Latine dicas vt ibi in Textu. MS.R. Aug. G.H. C. 40
*& supplantasti insurgentes in me subtus me.
*Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. 41
*Clamauerũt, nec erat qui saluos faceret: ad Dominum, nec exaudiuit eos. 42
*Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos. 43
*Eripes me de contradictionibus populi: constitues me in caput Gentium. 44
*Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. 45
*Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. 46
*Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ. 47
*Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. 48
*Ms. Aug. R.G.Q.n.
*Et' ab insurgentibus in me exalta- 49
bis me: à viro iniquo eripies me.
50 *Propterea confitebor tibi in nationibus Domine: & nomini tuo psalmum dicam, 2 Re. 22.50 Rom. 15, 9.
51 *Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

1 *In finem, Psalmus Dauid.

Lat. XVIII. *Heb.* XIX.

2 Cæli enarrant gloriam Dei, & "opera' manuum eius annuntiat firmamentum. "operam, seu opus G.H. Consimiliter autem Textui, legunt MS. Aug. & C.
3 *Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.
4 *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.
5 *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Rom. 10, 18 Luc. 24, 46
7 *In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, "Exultauit' vt gigas ad currendam viam, "exultabit. 3 MS. R.G.H.C.
7 *à summo cælo egressio eius, Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.
8 *Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.
9 *Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.
10 *Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.
11 *Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel & fauum.
12 *Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.
13 *Delicta quis "intelligit'? ab occultis "intelligit MS. R.G.H.C. Similiter autem Textui, Hier. & Aug. legunt. "dominata Q.n.
14 meis munda me, *& ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint "dominati', tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.
15 *Et erunt vt complaceãt eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.
Dñe adiutor meus, & redẽptor meus:

In finem, Psalmus Dauid.

Lat. XIX. *Heb.* XX.

EXaudiat te Dñs in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

* Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te.

* Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat.

* Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.

* Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.

* Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus CHRISTVM suum.

'Exaudiet 6 MS. R. Aug. Hier. G. H. C. 'Exaudiat' illum de cęlo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius.

* Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

* Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus.

* Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem, Psalmus Dauid.

Lat. XX. *Heb.* XXI.

DOmine in virtute tua lętabitur rex: & super salutare tuũ exultabit vehementer.

* Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

* Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

- MS. H. C. Additur autem ab Aug. & G. * Vitam petijt à te: & 'tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi.

- 6 MS. G. H. C. Videtur & ab Hier. non lectum. * Magna 'est' gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum.

* Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

* Quoniam rex sperat in Domino, & in misericordia Altissimi non commouebitur.

* Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

* Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

* Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum à filiis hominum,

* Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia quę nõ potuerunt stabilire.

* Quoniam pones eos dorsum: in 'reliquiis' tuis præparabis vultum eorum. 'reliquis MS Eras. cum Edit. quæ Tert. habet.

* Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

* In finem, pro 'susceptione' matutina, Psalmus Dauid. 'assumptione MS. Hier.

Lat. XXI. *Heb.* XXII.

DEvs Deus meus respice 'in' me: quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum. Mat.27,46 Mar.15,34. 7 MS. Porrò de interpretatione 72. editionis, Respice in me, nam me derelinquisti à Chaldæis, ut ab Euangelista redactum approbetur.

* Deus meus clamabo per diẽ, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.

* Tu aũt in sancto habitas, Laus Israël.

* In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.

* Ad te clamauerũt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.

* Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.

* Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Mat.27,39. Mar.15,29. Luc.23,35.

* Sperauit in Dño, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.

* Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab huberibus matris meæ. * In te proiectus sum ex vtero:

De ventre matris meæ Deus meus es tu; * ne discesseris à me:

Quoniã tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet.

* Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

* Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.

* Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

* Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in pulue-

puluerem mortis deduxisti me.

* Quoniam circumdederunt me ca- 17
'concilium 4 MS. R. Hier. G. H. C. nes multi: 'consilium' malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: * dinumerauerunt omnia ossa mea. 18
Mat.27,35. Ioan.19,23. Mat.27,35. Ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me: * diuiserunt sibi vestimenta 19
mea, & super vestem meam miserunt sortem.

* Tu autem Domine ne elongaueris 20
'meum 3 MS. 17 MS. H. Q. n. 7 MS. R. Hier. Aug. G. H. C. auxilium 'tuum' à me': ad defensionem meam conspice.

* Erue à framea 'Deus' animã meam: 21
& de manu canis vnicam meam.

* Salua me ex ore leonis: & à cornibus 22
Hebr.2,12. vnicornium humilitatem meam.

* 1 Narrabo nomen tuum fratribus 23
meis: in medio ecclesiæ laudabo te.

* Qui timetis Dñm laudate eum: vni- 24
uersum semen Iacob glorificate eum.

* Timeat eum omne semen Israël: 25
quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciem suã à me: & cùm clamarem ad eum, exaudiuit me.

* Apud te laus mea in ecclesia magna: 26
vota mea reddam in conspectu timentium eum.

* Edent pauperes, & saturabuntur: & 27
laudabunt Dñm qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi.

* Reminiscentur & conuertentur ad 28
Dominum vniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ Gentium.

* Quoniam Domini est regnum: & 29
ipse dominabitur Gentium.

* Manducauerũt & adorauerunt om- 30
nes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.

* Et 'anima mea illi viuet: & semen 31
-10 MS. R. G. H. G. Q. n. meum seruiet ipsi.

* Annuntiabitur Dño generatio vẽtu- 32
Isa.40,11. Ier.23,5. Ezec.34,11. 23. Ioan.10,11. 1 Pet.2,25. 5,4. rã, & annuntiabunt 'cæli' iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit Dñs.

Psalmus Dauid. 1

Lat. XXII. *Heb.* XXIII.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit:

* in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: 2

* animam meam conuertit. 3

Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum.

* Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. 4

Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

* Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. 5

Impinguasti in oleo caput meũ: & calix meus inebrians quàm præclarus est!

* Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ: 6

Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Psalmus Dauid 'prima sabbathi'. - H. C.

Lat. XXIII. *Heb.* XXIIII.

DOmini 'est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. 1 Co.10,26 Psal.49,12.

* Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum. 2

* Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? 3

* Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. 4 Mat.5,8.

* Hic accipiet benedictionẽ à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. 5

* Hæc est generatio quærẽtium eum, quærentium faciem Dei Iacob. 6

* Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. 7

* Quis est iste rex gloriæ? Dñs fortis & potens, Dominus potens in prœlio. 8

* Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. 9

* Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. 10

In finem', Psalmus Dauid. 1 - Hier. G. H. C.

Lat. XXIIII. *Heb.* XXV.

AD te Dñe leuaui animam meam: 1

* Deus meus in te confido, non erubescam. 2

* Neque irrideant me inimici mei: etenim 3

enim vniuersi qui sustinent te, non confundentur.

- R. Hier. Aug. G. H. c. *Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè.

Vias tuas Domine demonstra mihi;
& semitas tuas edoce me.

v doce 7 MS. G. H. c. Similiter antè Textum, apud Hier. & Aug. legitur. *Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.

*Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt.

*Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine.

*Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

*Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

*Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius & testimonia eius.

*Propter nomen tuum Dñe propitiaberis peccato meo: multum est enim.

*Quis est homo qui timet Dominum? legē statuit ei in via quam elegit.

w statuet R. G. H. c Conformiter vero Textui Aug. habet. *Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram.

*Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis.

*Oculi mei semper ad Dñm: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

*Respice in me, & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego.

*Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatib⁹ meis erue me.

*Vide humilitatē meam, & laborem meū: & dimitte vniuersa delicta mea.

*Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

Io. 15, 25.

*Custodi animam meam, & erue me: non erubescam, quoniam speraui in te.

*Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.

*Libera, Deus, Israēl, ex omnibus tribulationibus suis.

'In finem', Psalmus Dauid.

Lat. XXV. *Heb.* XXVI.

G. H. c.

IVdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor.

*Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum.

*Quoniã misericordia tua ante oculos meos est; & cõplacui in veritate tua.

*Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

*Odiui ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo.

*Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum Dñe:

*Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuersa mirabilia tua.

*Domine dilexi decorē domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.

*Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam:

11 MS. R. Hier. Aug. G. H. c.

*In quorū manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

*Ego autem in innocentia mea ingressus sū: redime me, & miserere mei.

*Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te Domine.

*Psalmus Dauid priusquam liniretur. - H. G.

Lat. XXVI. *Heb.* XXVII.

DOminus illuminatio mea & salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?

*Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

*Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

aduersus MS.

Si exurgat aduersum me prœlium, in hoc ego sperabo.

aduersus MS.

*Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ:

omnes dies MS. Aug. G. voluptatem i MS. R. Aug. G. H. c. Q.

Vt videam voluntatem Domini, & visitem templum eius.

*Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

*In petra exaltauit me: & nunc exaltauit

tauit caput meum super inimicos meos.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam Domino.

*Exaudi Dñe vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me.

4 MS. R. G. H. C. 4 MS. H. c. Cõsuetudinis in Græcis libris reperitur, melius nõ legi, Hieronymus. Similiter dicam.

*Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

*Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

*Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dñs autem assumpsit me.

*Legē pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semita rectā propter inimicos meos.

*Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mētita est iniquitas sibi.

*Credo videre bona Domini in terra viuentium.

Ps. 30, 25.

*Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dñm.

*Psalmus huic Dauid.

Lat. XXVII. *Heb.* XXVIII.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me: nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.

q. q. H. C. aliq. additiones esse Hieron. ad Suniam scribi.

*Exaudi Dñe vocem deprecationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

trahas i MS. R. G. H. c.

*Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me:

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

*Da illis secundùm opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum: secundùm opera manuum eorum tribue illis: redde retributionē eorum ipsis.

in R. G. H.

*Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius destrues illos, & non ædificabis eos.

*Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.

*Dominus adiutor meus, & protector meus: & in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum. - 8 MS. R. Aug. G. H. c.

Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

*Domin⁹ fortitudo plebis suæ: & protector saluationum christi sui est.

*Saluum fac populū tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vsq. in æternum.

*Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi'. - H. c.

Lat. XXVIII. *Heb.* XXIX.

AFFERTE Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.

*Afferte Dño gloriam & hõrorem, afferte Dño gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.

*Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.

*Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

*Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani,

*Et comminuet eas tamquã vitulum Libani: & dilectus quemadmodū filius vnicornium.

*Vox Dñi intercidentis flammã ignis.

*Vox Domini cõcutientis desertum, & commouebit Dñs desertum Cades.

*Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam:

reuelauit MS. H. Verum Textus respondet G. omnis dicer MS. Augustf. omnis dicit R. G. H. omnes dicunt c.

*Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternum.

*Dominus virtutē populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

*Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.

Lat. XXIX. *Heb.* XXX.

EXaltabo te Domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

*Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. *Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum.

*Psallite

*Psallite Domino sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius.
*Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.
*Ego autem dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum.
*Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.
Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.
*Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.
*Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?
*Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.
*Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia:
*Vt cantet tibi gloria mea, & non cõpungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

H.C. Inscr. 70, 2.
*In finem, Psalmus Dauid pro extasi'.

Lat. XXX. *Heb.* XXXI.

IN te Dñe speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.
*Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.
Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.
*Quoniã fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomẽ tuum deduces me & enutries me.
*Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
Luc. 23, 46 *cõmendabo MS. R.G.H.C. Similiter autem Textui legũt Hieron. & Aug.
*In manus tuas "commendo' spiritum meũ: redemisti me Domine Deus veritatis.
*Odisti obseruãtes vanitates supervacuè. Ego autem in Dño speraui: *exultabo & lætabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam.
*Nec cõclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.
*Miserere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus:
*Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt.
*Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium 'vicinis meis valde, & timor notis meis. 'Rto MS. R. Hieron. Aug. G.H.C.
Qui videbant me, foras fugerũt à me.
*Obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde.
Factus sum tamquam vas perditum:
*quoniã audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu:
In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.
*Ego autem in te speraui Domine: dixi, Deus meus es tu,
*in manibus tuis sortes meæ.
Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.
*Illustra faciem tuam super seruum tuũ, saluum me fac in misericordia tua.
*Domine non confundar, quoniam inuocaui te.
Erubescant impij, & deducantur in
infernum: *muta fiant labia dolosa.
Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & in abusione.
*Quã magna multitudo dulcedinis tuæ Dñe, quam abscondisti timentibus te!
Perfeciste eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.
*Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo 'tuo' à contradictione linguarum. 'tuo MS. R.G.H.C. Adiect. Aug. tuæ gloriæ.
*Benedictus Dominus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.
*Ego autẽ dixi in excessu mẽtis meæ, Proiectus sum à facie oculorũ tuorum.
Ideò exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.
*Diligite Dominum omnes sancti eius: quoniam "veritatem' 'requiret' Domi- "veritatem MS. R.G.H.C. 'requirit R.G.H.C.

'retribuit MS. R.G. H.C. *reis Sap. 26, 14. Rom. 4, 7. Dominus, & 'retribuet' *abundanter facientibus superbiam.
*Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.
*Ipsi Dauid intellectus.

Lat. XXXI. *Heb.* XXXII.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.
'imputabit § MS. R. Hier. H.C. *Beatus vir cui non "imputauit' Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.
*Quoniam tacui, inueterauerũt ossa mea dum clamarem tota die.
*Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.
*Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi.
Ps. 65, 24. 'Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.
*Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarũ multarum, ad eum non approximabunt.
*Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me.
*Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
*Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.
In camo & freno maxillas eorũ constringe, qui non approximant ad te.
*Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circundabit.
*Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.
fere finale apud Hebræos G. In finem, Psalmus Dauid.

Lat. XXXII. *Heb.* XXXIII.

'laudatio 8 Mss. Aug. G. EXultate iusti in Domino: rectos decet 'collaudatio'.
*Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.
*Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione.
*Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.
*Diligit misericordiam & iudicium: misericordia Domini plena est terra.
*Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum:
*Congregans sicut 'in vtre' aquas maris: ponens in thesauris abyssos. 'vtrem R.G.H.C. 'in vtrem M.S. Aug.
*Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.
Gen. 1, 3. Iudit 16, 17. *Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.
*Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autẽ cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.
*Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.
*Beata gens cuius est Domin⁹, Deus eius: populus quem elegit in hæreditatem sibi.
*De cælo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum.
*De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram.
*Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.
*Non saluatur rex per multam virtutem: 'et' gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. 'Ms. H. C. addunt autem à G.
*Fallax equus ad salutẽ: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.
*Ecce oculi Domini super metuentes eum, 'et' in eis' qui sperant super misericordia eius. 'et MS. R. Aug. G.H.
*Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.
*Anima nostra sustinet Dominum, quoniã adiutor & protector noster est.
*Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine sancto eius sperauimus.
*Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

*Dauidi cùm immutauit vultũ suum coram Abimélech, & dimisit eum, & abiit. 1. *Reg.* 21.

Lat. XXXIII. *Heb.* XXXIIII.

BEnedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.
*In Domino laudabitur anima mea: audiant

audiant mansueti, & lætentur.
4 *Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.
5 *Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
6 *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.
7 *Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
8 *Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos. Matt.18,10
9 *Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo.
10 *Timete Dominũ omnes sancti eius: quoniã non est inopia timentibus eum.
11 *Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Luc.1,53.
12 *Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.
13 *1 Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? 1 Pet.3,10.
14 *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.
15 *Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.
16 *Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum. Eccl.15,21. Heb.4,13.
17 *Vultus autẽ Dñi super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
18 *Clamauerunt iusti, & Dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
19 *Iuxtà est Dominus iis qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.
20 *Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.
21 *Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
22 *Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.
23 *Redimet Dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant "in eo'. "in eum MS.Aug. G.

Psalmus huic Dauid. 1

Lat. XXXIIII. *Heb.* XXXV.

IVdica Domine nocẽtes me: expugna "impugnantes' me. *expugnantes MS.

2 *Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.
3 *Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum.
4 *1 Confundantur & reuereantur quærentes animam meam. Infra 39,15. & 69,3.
Auertantur retrorsum & cõfundantur cogitantes mihi mala.
5 *Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus Domini coarctans eos.
6 *Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & angelus Domini persequẽs eos.
7 *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacuè exprobrauerunt animam meam.
8 *Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quã abscondit apprehendat eum, & in laqueum cadat in "ipsum'. "ipsum o.
9 *Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo. S.MS. Aug.c. H.C.
10 *Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eum.
11 *Surgentes testes iniqui, quæ "ignorabam' interrogabant me. "ignorabant MS. Eliz. Ioan. Actis, Aug. H.C. Quæ nescieram. Ea quæ nescieram interrogabant me. Aug. in Psal.
12 *Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.
13 *Ego autem cùm mihi molesti essent, induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animã meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.
14 *Quasi proximum, "quasi fratrem nostrum, sic cõplacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar. "& mq.
15 *Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignoraui.
16 *Dissipati sunt, nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.
17 *Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.
18 *Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te.
19 *Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè, "qui oderunt me gratis & annuunt oculis. Iam.15,25.
20 *Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.
21 *Et dilatauerunt super me os suũ: dixerunt, Euge, euge, viderũt oculi nostri.
22 *Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas à me.
23 *Exurge & intẽde iudicio meo: Deus meus, & Dñs meus in causam meam.
24 *Iudica me secundum iustitiã tuam Domine Deus meus, & non supergaudeant mihi.
25 *Non dicant in cordibus suis, Euge, euge, animæ nostræ: nec dicant, "Deuorabimus eum'. "Deuorauimus 6 MS.R. Aug. G.H.C.
26 *Erubescant & reuereãtur simul qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione & reuerentia qui "maligna' loquuntur super me. "magnat MS.R.G. H.C.
27 *Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meã: & dicant semper, Magnificetur Dñs, qui volunt pacem serui eius.
28 *Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

*In finem, seruo Domini ipsi Dauid. 1

Lat. XXXV. *Heb.* XXXVI.

DIxit iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius. 2
*Quoniam dolosè egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Sup.13,3. 3
*Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret. 4
*Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. 5
*Domine in cælo misericordia tua: & veritas tua vsque ad nubes. 6
*Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa. 7
Homines & iumenta saluabis Domine:
*(quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.) 8
Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.
*Inebriabuntur ab hubertate domus 9

tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.
10 *Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. "IMS.R. G.H.C.
11 *Prætende misericordiã tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde.
12 *Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me.
13 *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

1 *Psalmus ipsi Dauid.

Lat. XXXVI. *Heb.* XXXVII.

NOli æmulari in malignantibus, neque zelaueris faciẽtes iniquitatem:
2 *Quoniam tanquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum citò decident.
3 *Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pascẽris in diuitiis eius.
4 *Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.
5 *Reuela Domino viam tuam, & spera in "eo': & ipse faciet. "eum 5 MS.Aug. G.
6 *Et educet quasi lumen iustitiã tuam, & iudicium tuũ tanquam "meridiem': "meridie MS.
7 *subditus esto Domino, & ora eum.
*Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias.
8 *Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.
9 *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram.
10 *Et adhuc pusillũ, & non erit peccator: & queres locũ eius, & non inuenies. Mat.5,4.
11 *Mansueti autẽ hæreditabũt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.
12 *Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.
13 *Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quod veniet dies eius. "deijciant 2 MS.R. Amb.G.H. "occidant c. "κατόξει. "confringantur 1 MS.H.C. Nomini plurali, verbum singulare, inuxerunt, suo more, Græci.
14 *Gladium euaginauerũt peccatores, intenderunt arcum suum,
Vt "decipiant' pauperem & inopem, vt trucident rectos corde.
15 *Gladius eorum intret in corda ipsorum: & "arcus' eorum "confringatur'.

*Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. 16
*Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dñs. 17
*Nouit Dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternũ erit. 18
*Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabũtur: *quia peccatores peribunt. 19 20
Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.
*'Mutuabitur' peccator, & non soluet: iustus autem miseretur & 'tribuet'. 21
*Quia benedicentes ei hæreditabunt terrã: maledicẽtes autem ei disperibunt. 22
*Apud Dominum 'gressus' hominis 'dirigetur': & viam eius volet. 23
*Cùm ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. 24
*'Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. 25
*Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit. 26
*Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi. 27
*Quia Dominus amat iudicium: & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur. 28
Iniusti punientur: & semen impiorum peribit.
*Iusti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in seculũ seculi super eam. 29
*'Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. 30
*Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. 31
*Considerat peccator iustum: & quærit mortificare eum. 32
*Dominus autem non derelinquet eũ in manibus eius: nec damnabit eum cùm iudicabitur illi. 33
*Expecta Dominum, & custodi viam eius: & exaltabit te vt hæreditate capias terrã: cùm perierint peccatores videbis. 34
*Vidi impium superexaltatũ, & eleuatum sicut cedros Libani. 35
*Et transiui, & ecce nõ erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. 36

*Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. 37
*Iniusti autem disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt. 38
*Salus autẽ iustorum à Dño: & protector eorum in tempore tribulationis. 39
*Et adiuuabit eos Dñs, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia speraverunt in eo. 40

*Psalmus Dauid in rememoratione, 1
'die sabbathi'.

Lat. XXXVII. *Heb.* XXXVIII.

DOmine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. 2
*Quoniã sagittę tuę infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. 3
*Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. 4
*Quoniã iniquitates meę supergressę sunt caput meum: & 'sicut onus graue grauatæ sunt super me. 5
*Putruerunt & corruptæ sunt citatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. 6
*Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar. 7
*Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea. 8
*Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. 9
*Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus. 10
*Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumẽ oculorum meorum, & ipsum non est mecum. 11
*Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerũt & steterunt. 12
*Et qui iuxta me erant, de longè steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam. 13
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.
*Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum. 14

*Et factus

*Et factus sum sicut homo nõ audiẽs, & non habens in ore suo redargutiones. 15
*Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies me Domine Deus meus. 16
*Quia dixi, Nequãdo supergaudeant mihi inimici mei: & dum 'cõmouentur' pedes mei, super me magna locuti sunt. 17
*Quoniã ego in flagella paratus 'sum': & dolor meus in cõspectu meo semper. 18
*Quoniam iniquitatẽ meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo. 19
*Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè. 20
*Qui retribuũt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniã sequebar bonitatẽ. 21
*Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me. 22
*Intende in adiutorium meum, Domine 'Deus' salutis meæ. 23

*In finẽ, pro Idithun canticũ Dauid. 1

Lat. XXXVIII. *Heb.* XXXIX.

DIxi, Custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. 2
Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me.
*Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est. 3
*Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. 4
Locutus sum in lingua mea, *Notum fac mihi Domine finem meum, 5
Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi.
*Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquã nihilũ ante te. 6
Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.
*Veruntamẽ in imagine pertransit homo: sed & frustrà conturbatur. Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea. 7
*Et nũc quæ est expectatio mea? nónne Dominus? & substãtia mea apud te est. 8
*Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me. 9
*Obmutui, & nõ aperui os meũ, quoniã tu fecisti: *amoue à me plagas tuas. 10 11
A fortitudine manus tuæ ego defeci:
*in increpationibus propter iniqui- 12

tatem, corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo.
*Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe: lachrymas meas 13
Ne sileas: quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.
*Remitte mihi, vt refrigerer prius quàm abeam, & amplius non ero. 14

*In finem, Psalmus ipsi Dauid. 1

Lat. XXXIX. *Heb.* XL.

EXpectans expectaui Dominum, & intendit mihi. 2
Et exaudiuit preces meas, *& eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis.
Et statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos. 3
*Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro. 4
Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in Domino.
*Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias falsas. 5
*Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. 6
Annuntiaui & locutus sum: 'multiplicati' sunt super numerum. 7
*Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.
'Holocaustum & pro peccato non postulasti: *tunc dixi, Ecce venio. 8
*In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio 'cordis' mei. 9
*Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti. 10
*Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. 11
Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo.
*Tu autem Domine ne longè facias 12

---

*Mutuatur I MS. R.G.H.C. Q.n.
'tribuit MS.R.G. H.C.
*τὰ διαβήματα. 'dirigentur 4 MS. Hier. Aug. H. Phrasi graca Græcis singularis est numerus. Eccl. 2, 11.
'Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. 25
Pro. 31, 26.
'Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. 30
Isai. 51, 7.
*Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. 31
*MS q.
*Et transiui, & ecce nõ erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. 36
-MS.R. Aug. G. H.C.
'commouerentur I MS.
'& MS. R.G.C.
-MS.R. C. Addunt amici.
-H.C.
'Mutuabitur' peccator, & non soluet: iustus autem miseretur & 'tribuet'. 21
'Deus' salutis meæ. 23
-7 MS. R.G.H.C.
'sicut onus graue grauatæ sunt super me. 5
-7 MS. Aug. G. H.C.
'in me MS q.
'multiplicatæ. 'multiplicata. Q.n.
'multiplicati' sunt super numerum. 7
"Holocaustum & pro peccato non postulasti: Heb. 10, 5.
'cordis' mei. 9
'ventris I MS. R. G. Q. n.

miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.

13 ✱Quoniam circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. 'Multiplicatæ' sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

*Multiplicati MS. Consimiliter Texus legit Hier. & Aug.

14 ✱Complaceat tibi Dñe vt eruas me: 'Domine, ad adiuuandum me respice.

Inf. 69,2. Sup. 34,4. Inf. 69,3.

17 ✱'Confundantur & reuereantur simul, qui quærunt animam meam vt auferant eam.

Conuertãtur retrorsum & reuereantur qui volunt mihi mala.

16 ✱Ferant confestim confusionẽ suam, qui dicunt mihi, Euge, euge.

17 ✱Exultent & lętentur super te omnes quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

18 ✱Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus solicitus est mei.

Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

1 ✱In finem, Psalmus ipsi Dauid.

Lat. XL. *Heb.* XLI.

2 BEatus 'vir' qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

-7 MS.R. Hier. Aug. G.H.C.

3 ✱Dñs conseruet eũ, & viuificet eum, & beatũ faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

4 ✱Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

5 ✱Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.

6 ✱Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur, & peribit nomen eius?

7 ✱Et si ingrediebatur vt videret, 'vana' loquebatur, cor eius 'congregauit' iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur: in idipsum

*vanè 3 MS.G. Q.n. 'congregabit 5 MS.H.C. Textus autẽ conformis est G.

8 ✱Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

9 ✱Verbum iniquum cõstituerunt aduersum me, Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?

10 ✱Etenim homo pacis meę in quo 'speraui' qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem.

'sperabam. Ier. 13,18. Aff. 1,16.

11 ✱Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.

12 ✱In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

13 ✱Me autem propter innocentiã suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

14 ✱Benedictus Dominus Deus Israël à seculo, & 'vsque' in seculum: fiat, fiat.

-1 MS. Aug. G. Versus H. Gr. legit.

1 ✱In finem, intellectus filiis Core.

Lat. XLI. *Heb.* XLII.

2 QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

3 ✱Sitiuit anima mea ad Deum 'fontem' viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

'fontem 14 MS. G. R.

4 ✱Fuerunt mihi lachrymæ meæ 'panes' die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?

'panis R.V.

5 ✱Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei, In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis.

6 ✱'Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Inf. 11.

7 ✱Spera in 'Deo', quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, 'et' Deus meus. Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim, à monte modico.

'Deum MS.G. Inf. 41,6. -4 MS. Aug. R. C.Q.n.

8 ✱Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.

9 ✱In die 'mandauit' Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.

'mandabit R.G. H.C. Proinde pro suum Hier. & Aug.

10 ✱Apud me, oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Susceptor meus es,

Quare oblitus es mei? & quare cõtristatus incedo, dum affligit me inimicus?

-MS.R. C. Addit autem à G.

Dum

11 ✱Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei:

Dum dicunt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus?

Sup. 6. Inf. 42,5.

12 ✱quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in 'Deo', quoniã adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, & Deꝰ meus.

'Deum MS. G.

*Sine titulo apud Hebræos G.

Psalmus Dauid*.

Lat. XLII. *Heb.* XLIII.

1 IVdica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me.

2 ✱Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? 'et' quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

-7 MS.H. C. Additur autem à G.

3 ✱Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

4 ✱Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

5 ✱Confitebor tibi in cithara Deꝰ Deus meus: ✱quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Sup. 41,6. 12.

6 Spera in 'Deo', quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

'Deum MS.G.

7 ✱In finẽ, pro filijs Core ad intellectum.

Lat. XLIII. *Heb.* XLIIII.

1 DEus auribus nostris audiuimus: patres nostri annuntiauerunt nobis

2 Opus quod operatus es in diebus eorum, 'et' in diebus antiquis.

-5 MS.R. G.H.C.

3 ✱Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos.

4 ✱Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos,

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.

5 ✱Tu es ipse rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Iacob.

6 ✱In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes 'in nobis'.

*in nos 4 MS. Aug. C. *nobis R. c.H. Isa 24,39. 3 Re. 17,39. 42. 3 Re. 8, 14.

7 ✱Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me.

8 ✱Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos, confudisti.

9 ✱In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in seculum.

10 ✱Nunc autem repulisti & confudisti nos: & non egredieris 'Deus' in virtutibus nostris.

-16 MS. G q. H. Q.n.

11 ✱Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos, diripiebant sibi.

12 ✱Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos.

13 ✱Vendidisti populum tuum sine pretio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum.

14 ✱Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro.

15 ✱Posuisti nos in similitudinem Gentibus: commotionem capitis in populis.

16 ✱Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me

17 ✱A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis.

18 ✱Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamento tuo.

19 ✱Et non recessit retrò cor nostrum: & declinasti semitas nostras à via tua:

20 ✱Quoniã humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis.

21 ✱Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad Deum alienum:

22 ✱Nónne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis.

'Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Rom. 8, 36.

23 ✱Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem.

24 ✱Quare faciem tuã auertis, obliuiscéris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ?

25 ✱Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster.

26 ✱Exurge 'Domine', adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum.

-5 MS. R. C. Additur autem à G.

‡In finem pro iis qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum, canticum pro 'dilecto'.

Lat. XLIIII. *Heb.* XLV.

ERuctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.

‡Speciosus forma præ filiis hominũ, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

‡Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime,

‡Specie tua & pulchritudine tua 'intende, 'prosperè procede, & regna,
Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

‡Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te) cadent in 'corda' inimicorum regis.

‡Sedes tua Deus in seculũ seculi: virga directionis virga regni tui.

‡Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

‡Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerũt te filiæ regũ in honore tuo.

‡Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate.

‡Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.

‡Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus 'Deus' tuus, & adorabunt eum.

‡Et 'filiæ' Tyri, in muneribus vultum tuum deprecabuntur, 'omnes' diuites plebis.

‡Omnis gloria 'eius' filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis ‡circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi.

‡Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

‡Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.

‡"Memores erunt' nominis tui * in omni generatione & generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.

‡In finem filiis Core pro arcanis Psalmus. *Lat.* XLV. *Heb.* XLVI.

DEus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.

‡Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.

‡"Sonuerunt' & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

‡Fluminis impetus 'lætificat' ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.

‡Deus in medio eius, non commouebitur: adiuuabit eam Deus manè diluculo.

‡Conturbatæ sunt gentes, '&' inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

‡Dominus virtutum nobiscũ: susceptor noster Deus Iacob.

‡Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: ‡auferens bella vsque ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni:

‡Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

‡Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.

‡In finem, pro filiis Core Psalmus.

Lat. XLVI. *Heb.* XLVII.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis.

‡Quoniam Dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnẽ terram.

‡Subiecit populos nobis: & gentes sub pedibus nostris.

‡Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob 'quam' dilexit.

‡'Ascendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ.

‡Psallite Deo 'nostro', psallite: psallite Regi nostro, psallite.

‡Quoniam

‡Quoniam Rex omnis terræ Deus: psallite sapienter.

‡"Regnabit' Deus super gentes: Deus 'sedet' super sedem sanctam suam.

‡Principes populorũ congregati sunt cum Deo Abraham: quoniam 'dij' fortes terræ, vehementer eleuati sunt.

‡Psalmus cantici filiis Core 'secunda sabbathi'.

Lat. XLVII. *Heb.* XLVIII.

MAgnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.

‡Fundatur exultatione vniuersæ terræ 'mons' Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.

‡Deus in domibus eius cognoscetur, cùm suscipiet eam.

‡Quoniam ecce reges 'terræ' congregati sunt: conuenerunt in vnum.

‡Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: ‡tremor apprehendit eos
Ibi dolores vt parturientis.

‡In spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

‡Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.

‡Suscepimus Deus misericordiã tuam in medio templi tui.

‡Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.

‡Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine.

‡Circumdate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius.

‡Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.

‡Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum & in seculum seculi: ipse reget nos in secula.

In finem filiis Core Psalmus.

Lat. XLVIII. *Heb.* XLIX.

AVdite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem,

‡Quique terrigenę & filij hominum: 'simul' in vnum diues & pauper.

‡Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.

‡'Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.

‡Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me:

‡Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

‡Frater non redimit, redimet homo: 'non dabit Deo placationem suam.

‡Et pretium redemptionis animæ suæ: & 'laborabit' in æternum, ‡& viuet 'adhuc' in finem.

‡Non videbit interitum, cùm viderit sapientes morientes: simul insipiens & stultus peribunt.

‡Et relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in æternum.
Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris 'suis'.

‡"Et homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

‡Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.

‡Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dominabuntur eorum iusti in matutino: & auxiliũ eorum veterascet in inferno à gloria eorum.

‡Veruntamẽ Deus redimet animam meã, de manu inferi cùm acceperit me.

‡Ne timueris cùm diues factus fuerit homo: & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius.

‡'Quoniam cùm interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius.

‡Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cùm benefeceris ei.

‡Introibit vsque in progenies patrum suorum: '&' vsque in æternum non videbit lumen.

‡Homo cùm in honore esset, non intellexit:

delicto o.

*& 1 MS. R. Aug. G. H.C.
*& 1 MS. R. G. Verum, ab Aug & H. non additur.

"corde 6 MS. R. Aug. G. Q.n.

Hab. 1, 8.

- 5 MS. R. G. H. C. Q.n.
"filia MS. R. G. H. Q.n.
- 12 MS. R. Aug. G. H. C.
- R. G. Q.n.

'Memor ero 14 MS. R. G. H.C. Q.n.
*Domine Msq.

'Sonuerunt MS. ascitera Aug.

'lætificat R.G.H.C.

- MS.R. Amb. C. H.C.

'quem 11 MS. Rom. Q. n. 2 Regg.

- 1 MS. R. C. Verum, legitur ab Aug. & c.

- 2 MS. & Q.H.C. In veteribus Latinorum codicibus, in quit Hier. scripti erat reges terræ, quod nos sublimius, quia, nec in Hebræo, nec in 70. reperitur.

- MS. R. Amb. atque Aug. legunt. Infr. 77, 2. Mat. 13, 53.

*& 6 MS. C. Verum à R. Aug. G. & H. non legitur.
'laborauit MS. R. Hier. G. Q.n.
- R. Aug. G.

- MS. R. G.H.C. Q.n.
- MS q. Q.n.

Iob 27, 19.

- 10 MS. R. Aug. G. H.

tellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Psalmus Asaph.

*τῷ Asaph. 1

Lat. XLIX. *Heb.* L.

DEus deorum Dominus locutus est: 2
& vocauit terram
A solis ortu vsque ad occasum: *ex 3
Sion species decoris eius.
Deus manifestè veniet: Deus noster, & non silebit.
Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida.
*"Aduocauit' cælũ desursum: & ter- 4
ram discernere populum suum.
*Congregate illi sanctos eus: qui or- 5
dinant testamẽtum eius super sacrificia.
*Et annuntiabunt cæli iustitiam eius: 6
quoniam Deus iudex est.
*Audi popul⁹ meus, & loquar: Israël, 7
& testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.
*Non in sacrificiis tuis arguam te: ho- 8
locausta autẽ tua in conspectu meo sunt semper.
*Non accipiam de domo tua vitulos: 9
neque de gregibus tuis hircos.
*Quoniam meæ sunt omnes feræ sil- 10
uarum, iumenta in montibus & boues.
*Cognoui omnia volatilia cęli: & pul- 11
chritudo agri mecum est.
*Si esuriero, non dicam tibi: 'meus est 12
enim orbis terræ, & plenitudo eius.
*Nunquid manducabo carnes tauro- 13
rum? aut sanguinem hircorum potabo?
*Immola Deo sacrificium laudis: & 14
redde Altissimo vota tua.
*Et inuoca me in die tribulationis: '&' 15
eruam te, & honorificabis me.
*Peccatori autem dixit Deus, Quare 16
tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?
*Tu verò odisti disciplinam, & proie- 17
cisti sermones meos retrorsum.
*Si videbas furem, currebas cum eo: 18
& cũ adulteris portionẽ tuam ponebas.
*Os tuũ abundauit malitia: & lingua 19
tua concinnabat dolos.
*Sedens, aduersus fratrem tuũ loque- 20
baris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: *hæc fecisti, & tacui. 21

Existimasti iniquè 'quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. *drquàm,

*Intelligite hæc qui obliuiscimini 22
Deum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat.
*Sacrificium laudis honorificabit me: 23
& illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.

In finem Psalmus Dauid *cùm venit 1
ad eum Nathan propheta quando intrauit ad "Bethsabee'. 2
2. *Reg.* 12.

*Bersabee MS. R. Aug. G. "Bathsabee H.C.

Lat. L. *Heb.* LI.

MIserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam. 3
*Et secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatẽ meam. 4
*Amplius laua me ab iniquitate mea: 5
& à peccato meo munda me.
*Quoniam iniquitatem meam ego 6
cognosco: & peccatum meũ contra me est semper.
*Tibi soli peccaui, & malum coram 7
te feci: 'vt iustificeris in sermonibus tuis, Rom. 3.
& vincas cùm iudicaris.
*'Ecce enim in iniquitatibus concep- 8 Iob. 14.
tus sum: & in peccatis cõcepit me mater mea.
*Ecce enim veritatem dilexisti: incer- 9
ta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
*Asperges me 'hyssopo, & mũdabor: *Domine MS q.
lauabis me, & super niuem dealbabor.
*Auditui meo dabis gaudium & læti- 10
tiam: 'exultabunt ossa humiliata. -MS.R. G.H.C.
*Auerte faciẽ tuam à peccatis meis: 11
& omnes iniquitates meas dele.
*Cor mundũ crea in me Deus, & spi- 12
ritum rectũ innoua in visceribus meis.
*Ne proiicias me à facie tua, & spiri- 13
tum sanctum tuum ne auferas à me.
*Redde mihi lætitiam salutaris tui, & 14
spiritu principali confirma me.
*Docebo iniquos vias tuas: & impij 15
ad te conuertentur.
*Libera me de sanguinib⁹ Deus, Deus 16 -MS.R. G.H.C.
salutis meę: 'exultabit lingua mea iustitiam tuam.
*Domine, labia mea aperies: & os 17
meum annuntiabit laudem tuam.
*Quoniam

*Quoniam si voluisses sacrificium, 18
dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.
*Sacrificium Deo, spiritus contribu- 19
latus; cor contritum & humiliatũ, Deus, non 'despicies'.
*Benignè fac 'Domine' in bona vo- 20
luntate tua Sion: & ædificentur muri Ierusalem.
*Tunc acceptabis sacrificiũ iustitiæ, 21
oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

'despiceret R. Hier. Aug. G. Verum MS. H. & C. Verum suffragantur. -3 MS. H. C. Additur autem ab Aug. & G.

*In finem, intellectus Dauid, cùm 1
venit Doeg Idumæus, *& annuntiauit 2
Sauli, & dixit, Venit Dauid in domum 'Abimelech'. 1. *Reg.* 22, 9.

'Achimelech MS. Mil. H. C. &c.

Lat. LI. *Heb.* LII.

QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? 3
*Tota die iniustitiã cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. 4
*Dilexisti malitiam super benignita- 5
tem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.
*Dilexisti omnia verba præcipitatio- 6
nis, 'lingua dolosa'.

'linguam dolosam 5 MS. R. Aug. G. Ex H. & C. virum modo certatur, mss. -4 MS. H. C. Verius, additur à G.

*Propterea Deus destruet te in finem: 7
euellet te, & emigrabit te de tabernaculo 'tuo', & radicem tuam de terra viuentium.
*Videbunt iusti & timebunt, & su- 8
per eum ridebunt: & dicent,
*Ecce homo qui non posuit Deum
adiutorem suum,
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarũ: & præualuit in vanitate sua.
*Ego autem sicut oliua fructifera in 9
domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi.
*Confitebor tibi in seculum quia fe- 10
cisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum 'est' in conspectu sanctorum tuorum. -MS.R. G.H.C.

*In finem, pro 'Amaleth' intelligen- 11
tia Dauid. *Maheleth G.H.

Lat. LII. *Heb.* LIII.

DIxit insipiens in corde suo, Non est Deus. 1
*Corrupti sunt & abominabiles facti 2
in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.
*Deus de cælo prospexit super filios 3
hominum: vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.
*'Omnes declinauerunt, simul inuti- 4 Rom. 3.12.
les facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
*Nónne scient omnes qui operantur 5
iniquitatẽ, qui deuorant plebem meam vt cibum panis?
*Deum non inuocauerunt: illic trẽ- 6
pidauerunt timore vbi non erat timor.
Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.
*Quis dabit ex Sion salutare Israël? 7
cùm conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël.

*In finem, in carminibus, intellectus 1 *τῷ Dauid.
'Dauid', *cùm venissent Ziphæi, & di- 2
xissent ad Saul, Nónne Dauid absconditus est apud nos? 1. *Reg.* 23, 19. 26, 1.

Lat. LIII. *Heb.* LIIII.

DEus in nomine tuo saluum me fac: 3
& in virtute tua iudica me.
*Deus exaudi orationem meam: au- 4
ribus percipe verba oris mei.
*Quoniam alieni insurrexerunt ad- 5
uersum me, & fortes quæsierunt animam meam: '&' non proposuerunt Deum ante conspectum suum. -6 MS. Aug. H. C. Legitur autem in G.
*Ecce enim Deus adiuuat me: '&' 6
Dominus susceptor 'est' animæ meæ. -6. MS. H. C. tamen à G. non iungitur.
*"Auerte' mala inimicis meis: 'in ve- 7 - MS. R. G. H. C.
ritate tua disperde illos. "Auertet MS. Gq. H. C. Q. n.
*Voluntariè sacrificabo tibi, '&' con- 8 *& MS.
fitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est: *Quoniam ex omni tri- 9 -6 MS. R. Hil. G. H. C.
bulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

*In finem, in carminibus intellectus 1
Dauid.

Lat. LIIII. *Heb.* LV.

EXaudi Deus orationem meam, & 2
ne despexeris deprecationẽ meam.
*Intende mihi, & exaudi me. 3
Contristatus sum in exercitatione 4
mea:

mea: & conturbatus sum ‡à voce inimici,& à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me "iniquitates': & in ira molesti erant mihi.

‡Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.

‡Timor & tremor "venerunt' super me, & "contexerunt me tenebræ':

‡Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?

‡Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.

‡Expectabam eum qui saluũ me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

‡Præcipita Dñe, "&' diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.

‡Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia. ‡Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.

‡Quoniam si inimicus "meus' maledixisset mihi, sustinuissem vtique.

Et si is qui oderat me, super me magna locut' fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.

‡Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus,

‡Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.

‡Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes:

Quoniam nequitię in habitaculis eorum in medio eorum.

‡Ego autẽ ad Deum clamaui: & Dominus "saluabit' me.

‡Vespere, & manè, & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam.

‡Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.

‡Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante secula.

Non enim est illis cõmutatio, & non timuerunt Deum: ‡extendit manum suam in retribuendo.

Contaminauerunt testamentũ eius, ‡diuisi sunt ab ira vultus eius: & ap-

propinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.

‡'Iacta super Dominũ curam tuam, & ipse te enutriet: "nõ dabit in æternum fluctuationem iusto.

‡Tu verò Deus deduces eos in puteũ interitus.

Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine.

‡In finẽ, pro populo qui à sanctis longè factus est, "Dauid' in tituli inscriptione, cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth. *1 Reg. 21, 12.*

Lat. LV. *Heb.* LVI.

MIserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

‡Conculcauerũt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.

‡"Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.

‡In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.

‡Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum, in malum.

‡Inhabitabunt & abscondẽt: ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Sicut sustinuerunt animã meam ‡pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.

‡Deus, vitam meam annuntiaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo,

Sicut & in promissione tua: ‡tunc conuertentur inimici mei retrorsum,

In quacunq. die inuocauero te: ecce cognoui quoniam Deus meus es.

‡In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: ‡in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

‡In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, "laudationes' tibi.

‡Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

‡In finem

"iniquitatem 6 MS.R.G. H.C.Q.n.

"venit MS.R.Hil. G.H. Plurali verò vitur C. "contexit me tenebra MS. Hil. Vnumeratiã numero singulari, G.H.&C.

"MS.GQ. H.C.

"4 MS.R. G.H.C.

"saluauit 29 MS. G q. Q. n.

"recta 6 MS.R. Hier. Aug. G.H.

'Alienati MS. 0.

"laudationis 6 MS.R.G. Q.n.

‡In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, cùm fugeret à facie Saul, in speluncam.

1 Reg. 22, 1 & 24, 4.

Lat. LVI. *Heb.* LVII.

MIserere mei Deus, miserere mei: quoniã in te confidit anima mea.

Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.

‡Clamabo ad Deum Altissimum: Deum qui benefecit mihi.

‡Misit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam,

‡& eripuit animam meam de medio catulorũ leonũ: dormiui conturbatus.

Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum, gladius acutus.

‡Exaltare super cælos Deus: & "in' omnem terram gloria tua.

‡Laqueum parauerunt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meã foueam: & inciderunt in eam.

‡'Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmũ dicam*.

‡'Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

‡Confitebor tibi in populis Domine: "&' psalmum dicam tibi in gentibus:

‡Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

‡Exaltare super cælos Deus: & super omnem terram gloria tua.

‡In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione.

Lat. LVII. *Heb.* LVIII.

SI verè vtique iustitiam loquimini: "rectè' iudicate filij hominum.

‡Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestræ concinnant.

‡"Alienati' sunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.

‡Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obthurantis aures suas,

‡Quæ non exaudiet vocem incantantiũ, & venefici incantãtis sapienter.

‡Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum "confringet' Dominus.

‡Ad nihilum deuenient tanquã aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.

‡Sicut cera quæ fluit auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.

‡Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes "sicut' in ira absorbet eos.

‡Lætabitur iustus cùm viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

‡Et dicet homo, Si vtique est fructus iusto? vtique est Deus iudicans eos in terra.

‡In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, quãdo misit Saul, & custodiuit domũ eius, vt interficeret eum.

1. *Reg.* 19, 11. *Lat.* LVIII. *Heb.* LIX.

ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.

‡Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.

‡Quia ecce ceperunt animã meam, irruerunt in me fortes.

‡Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri & direxi.

‡Exurge in occursum meũ, & vide: & tu Domine Deus virtutũ, Deus Israël,

Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

‡Conuertentur ad vesperam: & famem patientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem.

‡Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorũ: quoniã quis audiuit?

‡Et tu Domine deridebis eos; ad nihilum deduces omnes gentes.

‡Fortitudinẽ meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus "es'. ‡Deus meus misericordia eius præueniet me.

Deus ostendit mihi super inimicos meos:

"confregit MS.R. Aug. G. Q.n.

"sic 13 MS. Quæ in Textu est, lectio, G. & H. conuenit; hæc quodam sensu, non dissentit.

"MS.H. C. Addunt autem à G.

meos: *ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei. 12

Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine:

*Delictum oris eorum, sermonē labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua. 13

Et de execratione & mendacio annuntiabuntur *in consummatione: in ira consummationis, & non erunt. 14

*dominatur 1 MS. R. G. H.

Et scient quia Deus 'dominabitur' Iacob, & finium terræ.

*Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem. 15

*Ipsi dispergentur ad manducādum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt. 16

*Ego aũt cantabo fortitudinem tuam, & 'exaltabo' manè misericordiã tuam. 17

*Et 1 MS. Hil. H. C. Verisimà G. non legitur.

'exultabo 12 MS. R. Hier. G. *clamando laudabo H.

Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.

*Adiutor meus tibi psallã, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea. 18

*In finem, pro iis qui immutabuntur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam, 1

2 Reg. 8, 1. 10, 7. 3 Par. 18, 1. *Cùm succendit Mesopotamiam Syriæ & Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Idumæam in valle Salinarũ duodecim millia. 2

Lat. LIX. *Heb.* LX.

DEus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis. 3

*Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. 4

*Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis. 5

*Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus: 6

*Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me. 7

Inf. 107. *Deus locutus est in sancto suo, Lætabor, & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor. 8

*Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei. 9

Iuda rex meus: *Moab olla spei meę. 10

In Idumæam extendam calceamentum meũ: mihi alienigenæ subditi sunt. 11

*Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam? 12

*Nónne tu Deus qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris? 13

*Da nobis auxilium de tribulatione: 'quia' vana salus hominis. 14

'quia 1 MS. Hier. Iudic. G. H. & C. antequam est.

*In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. 15

In finem, in hymnis Dauid. 1

Lat. LX. *Heb.* LXI.

EXaudi Deus deprecationē meam: intende orationi meæ. 2

*A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me. 3

Deduxisti me, *quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici. 4

*Inhabitabo in tabernaculo tuo in sęcula: protegar in velamento alarum tuarum. 5

*Quoniam tu Deus 'meus' exaudisti orationem meam: dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum. 6

*M.S.R. G.H.

*Dies super dies regis adiicies: annos eius vsque in diem generationis & generationis. 7

*'Permanet' in ętternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatē eius quis requiret? 8

'Permanebit 1 MS. R. Aug. G. H. Sient Grab codices qui Tecum habitauit. Hinc nonnulli sine sensu Dixerunt, sed pulsant tempora, Dixerim, legunt.

*Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: vt reddam vota mea de die in diem. 9

*In finē, pro Idithun, Psalmus Dauid. 1

Lat. LXI. *Heb.* LXII.

NONNE Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. 2

*Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non mouebor amplius. 3

*Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ? 4

*Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, 'cucurri' in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. 5

'cucurrunt G. H.

*Verun-

*Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea. 6

*Quia ipse Deus meus, & saluator meus: adiutor meus, non emigrabo. 7

*In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. 8

*Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum. 9

1 MS. R. Aug. G. Q. n.

*Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. 10

*Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. 11

*Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, *& tibi Domine misericordia: 'quia tu reddes vnicuique iuxta opera tua. 12 13

*M.S.R. G.H.C. Mat. 16, 27. Rom. 2, 6. 1 Cor. 3, 8. Gal. 6, 5.

*Psalmus Dauid cùm esset in deserto 'Idumææ'. 1 *Reg.* 22, 5. 1

'Iudææ, R. G. H. C. Vtcunque mei Textus hunc Aug. sęq.

Lat. LXII. *Heb.* LXIII.

DEus, Deus me' ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea 2

In terra deserta, & inuia, & inaquosa: *sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam. 3

*Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. 4

*Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas. 5

*Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum. 6

*Sic' memor fui tui super stratum meum, in matutinis 'meditabor' in te: 7

*quia fuisti adiutor meus. 8

Et in velamento alarum tuarum exultabo, *adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua. 9

*Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: *tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. 10 11

*Rex verò lætabitur in Deo, 'laudabuntur omnes qui iurant' in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua. 12

*Sit 2 MS. R. Aug. G. H. C. 'meditabar R. G. Verum MS. H. & C. fuerunt locuti sunt.

'laudabitur omnis qui iurat' MS. R. Hil. Aug. G. H. C.

*In finem, Psalmus Dauid. 1

Lat. LXIII. *Heb.* LXIIII.

EXaudi Deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam. 2

*Protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem. 3

*'Quia' exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram: 4

'Qui Ms. R. Hil. G. Insuper H. & C. ad hunc modum rectissimè transferas.

*vt sagittēt in occultis immaculatum: Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: 5

*firmauerunt sibi sermonem nequam. 6

Narrauerunt vt absconderēt laqueos: dixerunt, Quis videbit eos?

*Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes 'scrutinio'. 7

'scrutinia 4 MS. R. G. Q. n. '& 10 MS. R. G. H. C. Q. n.

*Accedet homo 'ad' cor altum: & exaltabitur Deus. 8

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: *& infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. 9

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: *& timuit omnis homo. 10

Et annuntiauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.

*Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. 11

*In finem, Psalmus Dauid, Canticum Aggæi, Ieremiæ, & Ezechiel 'populo transmigrationis' quando incipiebant proficisci. 1

*de verbo peregrinationis MS. Q. n.

Lat. LXIIII. *Heb.* LXV.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem. 2

*Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. 3

*Verba iniquorum præualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis. 4

*Beatus quem elegisti & assumpsisti: 'inhabitabit' in atriis tuis. 5

'habitabit MS.

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, *mirabile in æquitate. 6

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium

omnium finium terræ, & in mari longè.
*Præparans montes in virtute tua, 7
accinctus potentia: *qui conturbas pro- 8
fundum maris, sonum fluctuum eius.
*Turbabuntur gentes, & timebunt 9
qui habitant terminos à signis tuis: exi-
tus matutini & "vesperè' delectabis.
*Visitasti terram, & inebriasti eam: 10
multiplicasti locupletare eam.
Flumen Dei repletum est aquis, para-
sti cibum illorum: quoniam ita est præ-
paratio eius.
*Riuos eius "inebria', multiplica geni- 11
mina eius: in stillicidijs eius lætabitur
germinans.
*Benedices coronæ anni benignitatis 12
tuæ: & campi tui replebũtur hubertate.
*Pinguescent speciosa deserti, & exul- 13
tatione colles accingentur.
*Induti sunt arietes ouium, & valles 14
abundabunt frumento: clamabunt, et-
enim hymnum dicent.

*In finem, Canticum psalmi resurre- 1
ctionis'.

Lat. LXV. *Heb.* LXVI.

IVbilate Deo omnis terra, psalmum 2
dicite nomini eius, date gloriam lau-
di eius.
*Dicite Deo, quàm terribilia sunt 3
opera tua Domine! in multitudine vir-
tutis tuæ mentientur tibi inimici tui.
*Omnis terra adoret te, & psallat tibi: 4
psalmum dicat nomini tuo.
*Venite, & videte opera Dei: terribi- 5
lis in consiliis super filios hominum.
*Qui conuertit mare in aridam, in 6
flumine pertransibunt pede: ibi lætabi-
mur in ipso.
*Qui dominatur in virtute sua in æter- 7
num, oculi eius super gentes respiciunt:
qui exasperant non exaltentur in se-
metipsis.
*Benedicite Gentes Deum nostrum, 8
& auditam facite vocem laudis eius,
*Qui posuit animam meam ad vi- 9
tam: & non dedit in commotionem pe-
des meos. *Quoniam probasti nos 10
Deus: igne nos examinasti, sicut exa-
minatur argentum.
*Induxisti nos in laqueum, posuisti 11
tribulationes in dorso nostro: *impo- 12
suisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignem & aquam:
& eduxisti nos in refrigerium.
*Introibo in domum tuam in holo- 13
caustis: reddam tibi vota mea, *quæ 14
distinxerunt labia mea. Et locutum est
os meum in tribulatione mea.
*Holocausta medullata offeram tibi 15
cum incenso arietum: offeram tibi bo-
ues cum hircis.
*Venite, audite, & narrabo omnes 16
qui timetis Deum, quanta fecit animæ
meæ.
*Ad ipsum ore meo clamaui, & "exul- 17
taui' sub lingua mea.
*Iniquitatem si aspexi in corde meo, 18
non exaudiet Dominus.
*Propterea exaudiuit Deus, & 'atten- 19
dit voci deprecationis meæ.
*Benedictus Deus qui nõ amouit ora- 20
tionẽ meam, & misericordiã suam à me.

*In finem, in hymnis Psalmus cantici 1
'Dauid'.

Lat. LXVI. *Heb.* LXVII.

DEus misereatur nostri, & benedi- 2
cat nobis: illuminet vultum suum
super nos, & misereatur nostri:
*Vt cognoscamus in terra viã tuam: 3
in omnibus gentibus salutare tuum.
*Confiteantur tibi populi Deus: con- 4
fiteantur tibi populi omnes.
*Lætentur & exultent gentes, quo- 5
niam "iudicas' populos in æquitate, &
gentes in terra "dirigis'.
*Confiteantur tibi populi Deus, con- 6
fiteantur tibi populi omnes, *terra de- 7
dit fructum suum.
*Benedicat nos Deus Deus noster, be- 8
nedicat nos Deus, & metuant eum om-
nes fines terræ.

*In finem, Psalmus cantici ipsi Dauid. 1

Lat. LXVII. *Heb.* LXVIII.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici 2
eius: & fugiant qui oderunt eum, à
facie eius.
*Sicut deficit fumus, deficiant: sicut 3
fluit

fluit cera à facie ignis, sic pereant pecca-
tores à facie Dei.
*Et iusti epulentur, & exultent in 4
conspectu Dei: & delectẽtur in lætitia.
*Cantate Deo, psalmum dicite no- 5
mini eius: iter facite ei qui ascendit su-
per occasum: Dominus nomen illi.
*Exultate in conspectu eius, turba- 6
buntur à facie eius', *patris orphano-
rum, & iudicis viduarum.
*Deus in loco sancto suo: Deus qui 7
inhabitare facit vnius moris in domo:
Qui educit vinctos in fortitudine,
similiter eos qui exasperant, qui habi-
tant in sepulchris.
*Deus cùm egredereris in conspectu 8
populi tui, cùm pertransires in deserto:
*Terra mota est, etenim cæli distil- 9
lauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei
Israël.
*Pluuiam voluntariam segregabis, 10
Deus, hæreditati tuæ: & infirmata est,
tu verò perfecisti eam.
*Animalia tua habitabunt in ea: para- 11
sti in dulcedine tua pauperi, Deus.
*Dominus dabit verbum euangeli- 12
zantibus virtute multa.
*Rex virtutum dilecti dilecti: & spe- 13
ciei domus dituidere spolia.
*Si dormiatis inter medios cleros, 14
pennæ columbæ deargentatæ, & poste-
riora dorsi eius in pallore auri.
*Dum discernit cælestis reges super 15
eam, niue dealbabuntur in Selmon:
*mons Dei, mons pinguis. 16
*Mons coagulatus, mons pinguis: vt 17
quid suspicamini montes coagulatos?
Mons in quo bene placitum est Deo
habitare in eo: etenim Dominus habi-
tabit in finem.
*Currus Dei decem millibus multi- 18
plex, millia lætantium: Dominus in eis
in Sinai in sancto.
*Ascendisti in altum, cepisti captiui- 19
tatem, accepisti dona in hominibus:
Etenim non credentes, "inhabitare'
Dominum Deum.
*Benedictus Dominus die quotidie: 20
prosperum iter faciet nobis, Deus salu-
tarium nostrorum.
*Deus noster Deus saluos faciendi: & 21
Domini Domini exitus mortis.
*Veruntamen Deus confringet capi- 22
ta inimicorum suorum: verticem capilli
perambulantium in delictis suis.
*Dixit Dominus, Ex Basan conuer- 23
tam, conuertam in "profundum' maris:
*Vt intingatur pes tuus in sanguine: 24
lingua canum tuorum ex inimicis, ab
ipso.
*Viderũt ingressus tuos Deus, ingres- 25
sus Dei mei, regis mei qui est in sancto.
*Præuenerunt principes cõiuncti psal- 26
lentibus, in medio iuuencularum tym-
panistriarum.
*In ecclesiis benedicite Deo Domi- 27
no, de fontibus Israël.
*Ibi Ben-iamin adolescẽtulus in men- 28
tis excessu.
*Principes Iuda, duces eorum: prin-
cipes Zabũlon, principes Nephthali.
*Manda, Deus, virtuti tuæ: confirma 29
hoc, Deus, quod operatus es in nobis.
*A templo tuo in Ierusalem, tibi offe- 30
rent reges munera.
*Increpa feras arundinis, congregatio 31
taurorum in vaccis populorum: vt ex-
cludant eos qui probati sunt argento.
*Dissipa gentes, quæ bella volunt: ve- 32
nient legati ex Ægypto: Æthiopia præ-
ueniet manus eius Deo.
*Regna terræ cantate Deo: psallite 33
Domino, 'psallite Deo', *qui ascendit 34
super cælum cæli, ad Orientem.
*Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, 35
date gloriam Deo, super Israël magnifi-
centia eius, & virtus eius in nubibus.
*Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus 36
Israël ipse dabit virtutem & fortitudi-
nem plebi suæ, benedictus Deus.

*In finem, pro iis qui commutabun- 1
tur' Dauid.

Lat. LXVIII. *Heb.* LXIX.

SAluum me fac Deus, quoniam in- 2
trauerunt aquæ vsque ad animam
meam.
*Infixus sum in limo profundi: & non 3
est substantia. Veni in altitudinem ma-
ris: & tempestas demersit me.

*Laboraui

εξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας.
"vesperæ R.G.H.C.

"inebriãs 14 MS. Pro Texu faciũt Aug. Hil. R.H.C.

"iudicabis R. G. H. C. Fortè interpres ter scripsit, non aduertens loge. "dirigis MS.R.G. H.C.

Eph. 4, 8.

"habitare MS.

- MS.R. Hil. G.H. Addunt in rem Aug. & C.
- MS.R. Hil. R. Legitur verò Aug. Hic & 1. "& 1 MS. R. Aug. G. H.C.
- H.C. Legitur autem in nostris, sic & in G. indicibus.
- MS.R. Hil. G. H. C.

"exultauit MS. Hil. Aug. R.G. exultans est in. "lauisti.

- MS.R. G.H.C.

- H.C.

- R.G.H. C. non est, scribit Sunia Hier. in libris authenticis, sed obelo prænotauit.

"profundis 1 MS. G.H.C. "profundo MS. Q.n.

* ipsi 2. MS.G.H. Quòd verò à quibusdam additur Psalmus, in codice Vaticano Græco, in textu Hebræo, in paraphasi Chaldea, non legitur.

*Laboraui clamans: raucę factæ ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.

*Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderunt me gratis.

Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè: quæ non rapui, tunc exoluebam.

*Deus tu ſcis inſipientiam meam: & delicta mea à te non ſunt abſcondita.

*Non erubeſcãt in me qui expectant te Domine, Domine virtutum.

*Non confundantur ſuper me qui quærunt te, Deus Iſraël.

*Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam.

*Extraneus factus ſum fratrib⁹ meis, & peregrinus filiis matris meæ.

*Quoniã zelus domus tuæ comedit me: & 'opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me.

Ioh.2, 17. Rom.15,3.

*Et operui in ieiunio animam meam: & factum eſt in opprobrium mihi.

*Et poſui veſtimentum meum cilicium: & factus ſum illis in parabolam.

*aduerſum me loquebãtur qui ſedebant in porta: & in me pſallebant qui bibebant vinum.

*Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me, in veritate ſalutis tuæ:

*Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.

*Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundũ: neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.

*Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.

*Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

*Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

*Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reuerẽtiam meam.

'tribulantes MS. Aug. G.

*In conſpectu tuo ſunt omnes 'qui tribulant' me, improperium expectauit cor meum, & miſeriam.

Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit; & qui conſolaretur, & non inueni.

*Et dederunt in 'eſcam meam' fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto.

'eſcam mea MS. Similiter Teoph. legit Aug. Mat.27,48 Mar.15,36 'retributionem: MS.R.Bil. Aug.G. Pro Teoph. H. facime.

*Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in 'retributiones', & in ſcandalum.

*Obſcurentur oculi eorũ ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua.

*Effunde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.

*'Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorũ non ſit qui inhabitet.

Act.1,20.

*Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.

*Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: & non intrent in 'iuſtitiam tuam'.

'iuſtitiã tua MS. R. Aug.

*Deleantur de Libro viuentium: & cum iuſtis non ſcribantur.

*Ego ſum pauper & dolens: ſalus tua Deus ſuſcepit me.

*Laudabo nomen Dei cum cantico: '&' magnificabo eum in laude:

*M.S.R. Hier. Aug. G. Addunt autem ei Hilar. &c. & cãt.

*Et placebit Deo ſuper vitulũ nouellum cornua producentem & vngulas.

*Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima veſtra:

*Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos ſuos non deſpexit.

*Laudent illum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.

*Quoniam Deus ſaluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

*Et ſemen ſeruorum eius 'poſſidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

'poſſidebunt MS. Aug. G. B.

*In finem, Pſalmus Dauid, in rememoratione 'quòd ſaluum fecerit 'eum Dominus'.

'me aj MS. R. G. - H. C. Ipſum & ſalutare eius gloſſe.

Lat. LXIX. *Heb.* LXX.

DEus in adiutorium meum intende: Dñe ad adiuuandum me, feſtina.

*Confun-

*Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam:

Sup.34,23. 39,14. Sup.34,26. Iuſ.70,13.

*Auertãtur retrorſum & erubeſcant, qui volunt mihi mala.

Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.

*Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant ſemper, Magnificetur Dñs, qui diligunt ſalutare tuum.

*Ego verò egenus & pauper ſum: Deus adiua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne morẽris.

Pſalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum*.

*Antepigraphus apud Hebræos G.

Lat. LXX. *Heb.* LXXI.

IN te Domine ſperaui, non confundar in æternum: *in iuſtitia tua libera me, & eripe me.

Sup.30,2.

Inclina ad me aurẽ tuam, & ſalua me.

*Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitũ: vt ſaluum me facias,

Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.

*Deus meus eripe me de manu peccatoris, '&' de manu contra legem agentis & iniqui:

*M.S.R. Aug. G. H. C.

*Quoniam tu es patientia mea Domine, Dñe ſpes mea à iuuentute mea.

*In te confirmatus ſum ex vtero: de ventre matris meę tu es protector meus:

*In te cantatio mea ſemper. tamquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.

*Repleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

*Ne proiicias me in tempore ſenectutis: cùm 'defecerit' virtus mea, ne derelinquas me:

'deficiet Ms. Aug. C.

*Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum,

*Dicentes, Deus dereliquit eum: perſequimini, & comprehendite eum: quia non eſt qui eripiat.

*Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum reſpice.

*Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confuſione & pudore qui quærunt mala mihi.

*Ego autem ſemper ſperabo: & adiiciam ſuper omnem laudem tuam.

*Os meum annuntiabit iuſtitiã tuam: tota die ſalutare tuum.

Quoniam non cognoui literaturam,

*introibo in 'potentiam' Domini: Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.

'potentias 12 MS. Hieron. H. Numerus verò ſingularis eſt Aug. G. & C.

*Deus docuiſti me à iuuentute mea: & vſq. nunc pronuntiabo mirabilia tua.

*Et vſque in ſenectam & ſenium, Deus, ne derelinquas me,

Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura eſt:

*Potentiam tuam, & iuſtitiam tuam, Deus, vſque in altiſſima quæ feciſti magnalia. Deus quis ſimilis *tibi?

*ſit MS q.

*'Quantas' oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas: & conuerſus viuificaſti me: & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me:

'Quanta MS. Alteram lectionem Aug. ſequitur, eandemq; Græcus Textus adſtruit; Hebræus verò, tam hanc quàm illam ſuſcipit. ex quo alij, Qui transferunt.

*Multiplicaſti magnificentiam tuam: & conuerſus conſolatus es me.

*Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam, Deus pſallam tibi in cithara, ſanctus Iſraël.

*Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi: & anima mea quam redemiſti.

*Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam: cùm confuſi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

'Pſalmus' in Salomonem.

4 MS. Hier. Aug. G q. H. neq; quid aliud huic titulo adijciunt.

Lat. LXXI. *Heb.* LXXII.

DEus iudicium tuum regi da: & iuſtitiam tuam filio regis,

Iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio.

*Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam.

*Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

*Et permanebit cum Sole & ante lunam in generatione '& generationem'.

'generationum 2 MS. R. Hieron. Aug. G. H. C.

*Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

*Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.

*Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. 8

*Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius terram lingent. 9

Isai. 60, 6. Matt. 2, 11. *Reges Tharsis & insulę munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent: 10

*terræ MS. R. G. Verum ab H. & C. non animaduertitur, etiq; Hieronymo superfluum. "liberauit MS. R. August. G. Textus autem, H. & C. consonat. *Et adorabũt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei: 11

*Quia "liberabit' pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. 12

*Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet. 13

*Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo. 14

*Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & "adorabunt' de ipso semper: tota die benedicent ei. 15

"orabunt 1 MS. Aug. Q. n. *Et' erit "firmamentum' in terra in summis montium, superextolletur super Libanum "fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ. 16

- MS. R. G. H. C. "frumentum 1 MS. Q. n. "fructus o. *Sit nomen eius benedictum in secula: ante Solem permanet nomen eius. 17

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabũt eum.

*Deus G. q. H. C. atq; istud prætermittendum non esse, Hieron. Suniam docet. *Benedictus Dominus 'Deus Israël, qui facit mirabilia solus: 18

*Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat. 19

*Defecerunt laudes Dauid filij Iesse. 20

*τῷ ἀσάφ. Psalmus 'Asaph. 1

Lat. LXXII. *Heb.* LXXIII.

QVàm bonus Israël Deus his qui recto sunt corde! 1

*Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. 2

"iniquis MS. Hier. *Quia zelaui super 'iniquos', pacem peccatorum videns. 3

*Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum. 4

*In labore hominũ non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: 5

*Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. 6

*Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis. 7

*Cogitauerunt, & locuti sunt "nequitiam': iniquitatẽ in excelso locuti sunt. "iniquitatem MS. R. G. H. 8

*Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit in terra. 9

*Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis. 10

*Et dixerunt, Quomdo "scit' Deus, & si est scientia in excelso? "scient MS. R. August. G. H. 11

*Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. 12

*Et dixi, Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas: 13

*Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. 14

*Si dicebam, Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. 15

*Existimabam vt cognoscerem, hoc, labor est ante me, "Existimabam R. Aug. G. H. C. 16

*Donec intrem in sanctuarium Dei: & 'intelligam in nouissimis eorum. "Hinc al Simon. H. C. 17

*Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. 18

*Quomodo facti sunt in desolationẽ! subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. 19

*Velut somnium surgentium Dñe, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. 20

*Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: *& ego ad nihilum redactus sum, & nesciui. 21 22

*Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum. 23

*Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. 24

*Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? 25

*Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. 26

"omnes, qui fornicantur MS. R. Aug. G. H. Nomen autem mulieris ignoro. *Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: perdidisti "omnes qui fornicantur' abs te. 27

*Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Dño Deo spem meam: 28

Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

"Soriens τῷ ἀσάφ. Intellectus Asaph'.

Lat. LXXIII. *Heb.* LXXIIII.

VT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? 1

*Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. 2

Redemisti virgam hæreditatis tuæ: "monte 1 MS. Aug. Ex G. & H. virtus modo mansionis, vide. "mons' Sion in quo habitasti in eo.

*Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto! 3

*Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solemnitatis tuæ. 4

"exitum MS. G. *Posuerunt signa sua, signa: & non cognouerunt sicut in "exitu' super summum. 5

*Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam. 6

Ps. 78, 9. *Incenderunt igni sanctuariũ tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. 7

"Textus non habet κατανεύσωμεν, vt quidam putant, sed κατακαύσωμεν, vt est, incendamus. Hieron. *Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, "Quiescere faciamus' omnes dies festos Dei à terra. 8

*Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: & nos nõ cognoscet ãplius. 9

*Vsquequo Deus improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in finem? 10

*Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? 11

Luc. 1, 70. *Deus autem rex noster ante secula: operatus est "salutem' in medio terræ. 12

"salutes MS. H. C. Textus autem lectio, Augustin. & G. consentit. *Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis. 13

*Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Æthiopum. 14

*Tu dirupisti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan. 15

*Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & Solem. 16

*Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea. 17

*Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum. 18

*Ne tradas bestiis "animas confitentes' tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. 19

"animam confitentem 16 MS. R. August. G. Q. n. - MS. R. Aug. G. H. C.

*Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. 20

*Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum. 21

*Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die. 22

*Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorũ: superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. 23

"dispersdas 5 MS. Virtutis ex G. & H. veritas licet. τῷ ἀσάφ. *In finem ne "corrumpas', Psalmus cantici Asaph. 1

Lat. LXXIIII. *Heb.* LXXV.

COnfitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomẽ tuum. 2

*Narrabimus mirabilia tua: cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. 3

*Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius. 4

*Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu: 5

*Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. 6

*Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: 7

*quoniam Deus iudex est. 8

*Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. 9

Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ. 10

*Ego autem annuntiabo in seculum: cantabo Deo Iacob. 11

*Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti. 12

"carminibus 2 MS. Hier. "hymnis c. - H. C. *In finẽ, in 'laudibus', Psalmus Asaph, canticum 'ad Assyrios'. 1

Lat. LXXV. *Heb.* LXXVI.

NOtus in Iudæa Deus: in Israël magnum nomen eius. 2

3 *Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.

4 *Ibi confregit potentias 'arcum', scutum, gladium,& bellum.

5 *' Illuminans' tu mirabiliter à 'montibus æternis: 6 *turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in' manibus suis.

7 *Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.

8 *Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

9 *De cælo auditum fecisti iudicium: terra 'tremuit' & quieuit,

10 *Cùm exurgeret in iudiciũ Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

11 *Quoniã cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

12 *Vouete,& reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eius 'affertis' munera

13 Terribili *& ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

1 *In finem pro Idithun, Psalmus Asaph.

Lat. LXXVI. *Heb.* LXXVII.

2 VOce mea ad Dñm clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.

3 *In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte cõtra eum: & non sum deceptus.

4 *Renuit consolari anima mea,memor fui Dei,& delectatus sum, '&' exercitatus sum:& defecit spiritus meus.

5 *Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum,& non sum locutus.

6 *Cogitaui dies antiquos:& annos ęternos in mente habui.

7 *Et meditatus sum nocte cum corde meo: '&' exercitabar, & scopebam spiritum meum.

8 *Nunquid in æternũ proiiciet Deus, 'aut' non apponet vt complacitior sit adhuc?

9 *Aut in finem misericordiã suam abscindet,à generatione in generationem?

10 *Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

11 *Et dixi, Nunc cœpit : hæc mutatio dexteræ Excelsi.

12 *Memor fui operum Domini : quia memor ero ab initio mirabilium tuorum,

13 *Et meditabor in omnibus operibus tuis : & in adinuentionibus tuis exercebor.

14 *Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? 15 *tu es Deus qui facis mirabilia.

Notã fecisti in populis virtutẽ tuam:

16 *redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph.

17 *Viderunt te aquæ Deus,viderunt te aquæ : & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.

18 *Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.

19 *Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & contremuit terra.

20 *In mari via tua,& semitę tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscẽtur.

21 *' Deduxisti sicut oues populũ tuum in manu Moysi & Aaron.

1 *Intellectus Asaph.

Lat. LXXVII. *Heb.* LXXVIII.

2 ATtendite 'populus' meus legẽ meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

3 *Aperiam in 'parabolis' os meum: loquar propositiones ab initio.

4 *Quanta audiuimus & cognouimus ea : & patres nostri narrauerunt nobis.

5 *Non sunt occultata à filiis eorum, in 'generatione altera'.

Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.

6 *Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israël.

Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis: 7 *vt cognoscat generatio altera.

Filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filiis suis,

7 *Vt ponant in Deo spem suam,& non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant,

8 *Ne fiant sicut patres eorum,generatio praua & exasperans,

Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cũ Deo spiritus eius.

9 *Filij Ephrem' intendẽtes & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.

10 *Non custodierunt testamentũ Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.

11 *Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.

12 *Coram patribus eorũ fecit mirabilia in Terra-Ægypti, in campo Taneos.

13 *' Interrupit mare , & perduxit eos: '&' statuit aquas quasi in vtre.

14 *' Et deduxit eos in nube diei : & tota nocte in illuminatione ignis.

15 *' Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa.

16 *Et eduxit aquam de petra: & 'deduxit' tamquam flumina aquas.

17 *Et apposuerunt adhuc peccare ei: in 'iram' excitauerunt Excelsum in inaquoso.

18 *Et tentauerunt Deũ in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis.

19 *' Et malè locuti sunt de Deo : dixerunt,Nũquid poterit Deus parare mensam in deserto?

20 *' Quoniã percussit petram , & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt:

Nunquid & panem poterit dare , aut parare mensam populo suo?

21 *Ideò audiuit Dominus , & distulit: & ignis accẽsus est in Iacob , & ira ascendit in Israël:

22 *Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius,

23 *Et mandauit nubibus desuper , & ianuas cæli aperuit.

24 *' Et pluit illis manna ad manducandum , & ' panem cæli dedit eis.

25 *' Panem angelorum mãducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.

26 *' Transtulit Austrum de cælo : & induxit in virtute sua Africum.

27 *Et pluit super eos sicut puluerem carnes : & sicut arenam maris volatilia pennata.

28 *Et ceciderunt in medio castrorum eorum , circa tabernacula eorum.

29 *Et manducauerunt & saturati sunt nimis , & desiderium eorum attulit eis.

30 *non sunt fraudati à desiderio suo.

' Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: 31 *& ira Dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum , & electos Israël impediuit.

32 *In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.

33 *Et defecerũt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.

34 *Cùm occideret eos,quærebant eum: & reuertebantur,& diluculo veniebant ad 'eum'.

35 *Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est.

36 *Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei:

37 *Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.

38 *Ipse autẽ est misericors, & propitius fiet peccatis eorũ: & non disperdet eos.

Et 'abundauit' vt auerteret irã suam: & non 'accendit' omnem iram suam:

39 *Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens.

40 *Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso ?

41 *Et cõuersi sunt,& tentauerũt Deum: & sanctum Israël exacerbauerunt.

42 *Non sunt recordati manus eius , die qua redemit eos de manu tribulantis,

43 *Sicut posuit in Ægypto signa sua,& prodigia sua in campo Taneos.

44 *' Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum,ne biberent.

45 *' Misit in eos 'cynomyiam', & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.

46 *' Et dedit ærugini fructus eorum : & labores eorum locustæ.

47 *' Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.

48 *' Et tradidit grandini iumenta eorum: & possessionem eorum igni.

49 *Misit in eos irã indignationis suę : indigna-

Inscr. 141,1.

MS.R. Aug. G.H.C.

Hier. ad Sun. G.H.

arcuum 7 MS. R. Hieron. Aug. G.H.

Illuminas MS. R. G.

timuit MS. Aug. atque hoc propriè significant voces, Græca, Hebræa & Chaldæa.

afferent MS. R. G. M. C. Q. ff.

& 10 MS. R. Hier. August. G. H. C.

MS. R. Aug. G. H. C.

Exo. 13,21. Exo. 13,21. 14,19.24. MS. R. Aug. G. Verbis additur ab H. & C.

Psa. 104,38 Exo. 17,6.

eduxit MS q.

ira MS.

Num. 20,11.

Num. 11,7.

Psa. 77,23.

Num. 11,31.

1 Cor. 10,3. Nu. 11,31.

popule MS. Aug. Sup. 45,1. Mat. 13,35.

parabola MS. H.C. Sufragine autem Tertullian. Aug. Græcis latinis, & Euangelistis.

generationem alteram MS. G. Ideſt ſpem in Deum, atq; conuerſi per fidem: In generationem alteram nauem, &c.

Exo. 7,20.

Exo. 8,6,24

cœnomyiam, Hieron. ad Suniam. Exo. 10, 13.

Exo. 9, 23.

MS. R. G. H. Additur autem à C. Exo. 9,23.

Deum MS. R. G. H. C.

multiplicauit 2 MS.

accendet MS. R. G. H. C.

dignationẽ, & iram, & tribulationem:
immissionem 84 MS.R. Hier. G. H.C. *& 6 MS. R.Aug.G. Omittitur uerò à G q. H.& C. Exo.12,29.
immissiones per angelos malos.
49 *Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum: & iumenta eorum in morte concluſit.
50 *Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
laborum 4 MS.Aug. H.C. Textus autem lectio consonat G. Exo.13,18.
51 *Et abstulit sicut oues populũ suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto.
deduxit MS.Aug. G.H. Exo.14,27.
52 *Et eduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.
53 *Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisiuit dextera eius.
Ioſ.11,7.
54 *Et eiecit à facie eorum Gentes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis:
Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israël.
55 *Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum: & testimonia eius non custodierunt.
56 *Et auerterũt se, & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum.
*Et MS. R.Aug. G. H. C.
57 **In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.
58 *Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israël.
Ier.7,12.
59 *Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.
1 Reg.4,2.
60 *Et tradidit in captiuitatẽ virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
61 *Et concluſit in gladio populũ suum: & hæreditatem suam spreuit.
62 *Iuuenes eorum comẽdit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.
63 *Sacerdotes eorum in gladio cecidерunt: & viduæ eorũ non plorabantur.
plorabuntur MS.Hier. R.G.
64 *Et excitatus est tãquam dormiens, Dñs, tanquam potẽs crapulatus à vino.
65 *Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
66 *Et repulit tabernaculum Ioseph: &
67 tribum Ephraim non elegit:
68 *Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.
69 *Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in secula.
70 *Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: *de post fœtantes accepit eum,
Parcere Iacob seruum suum, & Israël hæreditatem suam:
72 *Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

1 *Psalmus Asaph.

Lat. LXXVIII. *Heb.* LXXIX.

DEus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
2 *Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.
3 *Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.
4 *Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.
5 *Vsquequo Dñe irascêris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus?
6 *Effunde iram tuam in Gentes quæ te non nouerũt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt:
Is.13,13.
7 *Quia comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt.
8 *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.
Isa.64,9.
9 *Adiuua nos Deus salutaris noster: &' propter gloriam nominis tui Dñe' libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum:
1 MS.R. Aug.G.H. & R.C.
10 *Ne fortè dicant in Gentibus, Vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.
Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est:

*introeat

*introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
11 Secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum.
12 *Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi Domine.
13 *Nos autem populus tuus & oues pascuę tuę cõfitebimur tibi in seculum:
In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam.

1 *In finem, pro iis qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus.
pro darab.

Lat. LXXIX. *Heb.* LXXX.

2 QVi regis Israël, intende: qui deducis velut ouem Ioseph.
Qui sedes super cherubim, manifestare coram Epráim, 3 *Ben-iamin & Manasse.
tãquam oues MS. Hier.
Ephrem Aug. *& MS. Hier. Aug. R.G.H.C.
Excita potentiam tuam, & veni vt saluos facias nos.
4 *Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
5 *Domine Deus virtutum, quousque irascêris super orationem serui tui?
6 *Cibabis nos pane lachrymarum: & potum dabis nobis in lachrymis in mensura?
7 *Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.
8 *Deus virtutũ cõuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
9 *Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti Gentes, & plantasti eam.
10 *Dux itineris fuisti in conspectu eius: & plantasti radices eius, & impleuit terram.
11 *Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros Dei.
12 *Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius.
13 *Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?
14 *Exterminauit eam aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam.
singulis Syr@.
15 *Deus virtutum conuertere: respice de cælo, & vide, & visita vineam istam.
16 *Et perfice eam quam plantauit dextera tua: & super filium hominis quem confirmasti tibi.
10 MS. G q.H. Legitur autem ab Aug.& G.
17 *Incensa igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.
Regem Christum c.
18 *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ: & super filium hominis quem confirmasti tibi.
19 *Et non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.
20 *Domine Deus virtutũ conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

1 *In finem, pro torcularibus Psalmus ipsi Asaph, quinta sabbathi.
H.c.
2 MS.R. G.H.C. Exponitur autem ab Aug.

Lat. LXXX. *Heb.* LXXXI.

2 EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.
3 *Sumite psalmũ, & date tympanum: psalterium iucundum cum cithara.
4 *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ,
nostræ MS.Hier. H.C.Textus autem, G. conueniunt.
5 *Quia præceptum in Israël est, & iudicium Deo Iacob.
MS.G.
6 *Testimonium in Ioseph posuit illud, cùm exiret de Terra Ægypti: linguam quam non nouerat audiuit.
ipsi Aug. Gen.41,25. 45.
7 *Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.
8 *In tribulatione inuocasti me, & liberaui te; exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquam contradictionis.
Exod.17,5.
9 *Audi populus meus, & cõtestabor te: Exod.20,2.
10 Israël si audieris me, *nõ erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.
11 *Ego enim sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, dilata os tuum, & implebo illud.
12 *Et nõ audiuit populus meus vocem Act.14,16.
meam: & Israël non intendit mihi.
13 *Et dimisi eos secundũ desideria cordis eorũ, ibunt in adinuentionibus suis.
14 *Si populus meus audisset me; Israël si in viis meis ambulasset: Baruch 3,13
15 *Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.
16 *Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in
seculo MS.Numẽto singulari, etiam Aug. G.H.& C.legunt.
secula:

*Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturauit eos.

*Psalmus Asaph.

Lat. LXXXI. *Heb.* LXXXII.

DEus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat.

*Vsquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis?

*Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate.

Pro.24, 11. *'Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.

*Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.

Ioan.10,34. *'Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.

*Vos autem sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.

*Surge Deus, iudica terrã: quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus.

*ꝙ Asaph. *Canticum Psalmi 'Asaph'.

Lat. LXXXII. *Heb.* LXXXIII.

DEus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus,

*Quoniã ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.

*Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

*Dixerunt, Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israël vltrà.

*Quoniam cogitauerũt vnanimiter: simul aduersum te testamentum disposuerunt, *tabernacula Idumæorum & Ismahelitæ, Moab, & Agareni,

*Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

*Etenim Assur vênit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.

Iudi.7,22. Iudi.4,15. *Fac illis sicut Madiã & 'Sisaræ: sicut Iabin in torrente Cisson.

*'Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terræ.

Iudi.7,25. Iudi.8,21. *'Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & 'Zebee, & Salmana,

*Omnes principes eorum: qui dixerunt, Hæreditate possideamus sanctuarium Dei.

*Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.

*Sicut ignis qui 'comburit' syluam, & sicut flamma comburens montes:

*Ita persequêris illos in tempestate tua, & in ira tua 'turbabis' eos.

*Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.

*Erubescant & conturbentur in seculũ seculi: & confundantur & pereant.

*Et cognoscãt quia nomen tibi Dñs, tu solus altissimus 'in omni terra'.

*In finem pro torcularibus filiis Core, Psalmus.

Lat. LXXXIII. *Heb.* LXXXIIII.

QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: *concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

*Etenim passer inuênit sibi domũ: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos,

Altaria tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus.

*Beati qui habitant in domo tua': in secula seculorum laudabunt te.

*Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit,

*in valle lachrymarum in loco quem posuit.

*Etenim 'benedictiones' dabit legislator, ibunt 'de virtute in virtutem': videbitur Deus deorum in Sion.

*Dñe Deus virtutum exaudi orationem meã: auribus percipe Deus Iacob.

*Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui:

*Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

*Quia misericordiã & veritatem diligit 'Deus: gratiam & gloriam dabit Dñs.

*Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia:

*Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

*In

* MS.B. Hier. Aug. G.H. Addunt glossem &c. 'combureret MS.R. G.H. Similiter noti Textus, pro fuit c.l. gunt Hier. & Aug. 'conturbabis 1 MS.c.

"super omnem terram 1 MS.G.H. Vtrisque additionis memor Aug.

"Domine MS.q.

"benedictionem MS.q. Aug. Vena Textus pulcerrima Hier. R.c. H.C. "ab Domine exaudi tu quam.

'clamabo 3 MS.R. G.H.C.

Iud.2,23.

"Dominus 2 MS.R. G.H.C.

*In finem, filiis Core Psalmus.

Lat. LXXXIIII. *Heb.* LXXXV.

BEnedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

*Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

*Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

*Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

*Nunquid in æternum irascêris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

*Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

*Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

*Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.

*Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

*Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

*Veritas de terrà orta est: & iustitia de cælo prospexit.

*Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructũ suum.

*Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

*Oratio ipsi Dauid.

Lat. LXXXV. *Heb.* LXXXVI.

INclina Dñe aurem tuam, & exaudi me: quoniã inops & pauper sum ego.

*Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

*Miserere mei Domine quoniam ad te 'clamaui' tota die: *lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Iud.2,23. *'Quoniam tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

*Auribus percipe Dñe orationem meã: & intẽde voci deprecationis meæ.

*In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

*Non est similis tui in diis Domine: & non est secundum opera tua.

*Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

*Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

*Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum vt timeat nomen tuum.

*Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum:

*Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

*Deus iniqui insurrexerũt super me, & synagoga potentium quæsierunt ànimam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

*Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax,

*Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

*Fac mecum signum in 'bonum', 'vt videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

"bono MS.Aug. "& MS. R.G.H. c.

*Filiis Core Psalmus cantici.

Lat. LXXXVI. *Heb.* LXXXVII.

FVndamenta eius in montibus sanctis: *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

*Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.

*Memor ero 'Raab' & Babylonis 'sciẽtium' me. Ecce alienigenæ, & Tyrus & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.

*Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus?

*Dominus narrabit in 'scripturis' populorum, & principum, horum qui fuerunt in ea.

*Sicut lætantium omnium habitatio 'est' in te.

רחב quod Chaldæus Aegyptium exponit. Meretricis illius nomen est רחב

"sciẽtibus MS. Aug. R.G.C. in super H. ad hunc modum rectissimè transferunt.

"scriptura MS.R. G.H.

-MS.R. Aug.G.H.

*Canticum Psalmi filiis Core in finem pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman' Ezrahitæ.

συνέσεως αὐτῷ τῷ

Lat. LXXXVII. Heb. LXXXVIII.

DOmine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te.

*Intret in cõspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam:

*Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

*Æstimatus sum cum descẽdentibus in lacũ: factus sum sicut homo sine adiutorio, *inter mortuos liber,

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.

*Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in vmbra mortis.

*Super me cõfirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.

*Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.

*Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.

Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.

*Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici susci tabunt, & confitebuntur tibi?

*Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

*Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis?

*Et ego ad te Domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.

*Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam à me?

*Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.

*In me trãsierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.

*Circundederunt me sicut aqua: tota die circundederunt me simul.

*Elongasti à me amicum & proximum: & notos meos à miseria.

*Intellectus Ethan' Ezrahitæ.

συνέσεως αὐτῷ τῷ

Lat. LXXXVIII. Heb. LXXXIX.

MIsericordias Domini in æternum cantabo. In "generationem' & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.

"generatione MS. Remi bis G. vtrobique, ut hic, & Hieron.

*Quoniam dixisti, In æternum misericordia ædificabitur: in cælis præparabitur veritas tua in eis.

*Disposui testamentum electis meis, 'iuraui Dauid seruo meo,

2 Reg. 12.

*Vsq. in æternum præparabo semen tuum. Et ædificabo in "generationem' & generationem sedem tuam.

"generatione MS. Hier.

*Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

*Quoniam quis in nubibus æquabitur Dño, similis erit "Deo' in filiis Dei?

*Domino MS. R. Hier. Aug. G. H. C.

*Deus qui glorificatur in cõcilio sanctorum: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

*Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

*Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

*Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

*Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti:

Gen. 1.

*aquilonem & mare tu creasti.

Thabor & Hermõn in nomine tuo exultabunt: *tuum brachiũ cum potẽtia.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: *iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia & veritas præcedent faciem tuam: *beatus populus qui scit iubilationem.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, *& in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur.

*Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

*Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israël regis nostri.

*Tunc

*Tunc locutus es in visione sanctis tuis & dixisti, Posui adiutorium "in potentẽ', & exaltaui electũ de plebe mea.

*in potentem MS. Hier. G. *super potentem 2 MS. Aug. H. 4 MS. R. Aug. G. H. C.

*Inueni Dauid seruum meum: 'oleo sancto meo vnxi eum.

*Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum "confortabit' eum.

Act. 13, 22. 1 Reg. 16, 1. 12. 2 Reg. 5, 2. *confirmabit 6 MS. R. *eum MS.

*Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere "ei'.

*Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum, in fugam conuertam.

*Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

*Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

"inuocabit 3 MS. R. Hier. Aug. G. H. C.

*Ipse "inuocauit' me, Pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis meæ.

*Et ego primogenitum ponam illum: excelsum præ regibus terræ.

*In æternum seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.

*Et ponam in seculum seculi semen eius: & thronum eius sicut dies cæli.

*MS. R. Aug. G. H. C.

*Si autem' dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint:

*Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint:

*Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

*Misericordiam autẽ meam non dispergam ab eo, neque "nocebo' in veritate mea,

*decipiã MS. H. C. Tamen uerò, plus habent G. eidem, cõtra Aug.

*Neque prophanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

*Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar:

1 Reg. 7, 16.

*'semen eius in æternum manebit.

Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, *& sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis.

*Tu verò repulisti & despexisti: distulisti Christum tuum.

*Auertisti 12 MS. Q.

*"Auertisti' testamentum serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.

*Destruxisti omnes sepes eius: posui-

sti firmamentum eius formidinem.

*Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

*Exaltasti dexteram "deprimentium eum': lætificasti omnes inimicos eius.

"inimicorum eius 1 MS. Aug. Quæ in Tex. est lectio, Hier. & G. conformis est.

*Auertisti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.

*Destruxisti eum "ab emundatione': & sedem eius "in terra' collisisti.

"à mundatione MS. "in terram 1 MS. G.

*Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.

*Vsquequo Domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua?

*Memorare quæ mea substãtia: nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?

*Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?

*Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua?

2 Reg. 7, 11.

*Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium.

*Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt, commutationem Christi tui.

*Benedictus Dominus in æternum: fiat fiat.

*Oratio Moysi hominis Dei.

Lat. LXXXIX. Heb. XC.

DOmine, refugium *factus es nobis "à generatione in generationem'.

*tu 3 MS. Aug. H. C. "in generatione & generatione 1 MS. R. G. H. C. "& 8 MS. R. Hier. Aug. G. H. C.

*Priusquam montes fierent, "aut' formaretur terra, & orbis: à seculo & vsque in seculum tu es Deus.

*Ne auertas hominẽ in humilitatem: & dixisti, Conuertimini filij hominum.

*Quoniã mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit,

Et custodia in nocte: *quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

*Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat. *Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

*Posuisti iniquitates nostras in cõspectu

ſpectu tuo: ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui.

9 ‡Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus.

10 Anni noſtri ſicut aranea *meditabuntur: ‡dies annorum noſtrorũ in ipſis, ſeptuaginta anni.

Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.

Quoniam ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur.

11 Eccl.18,2. ‡Quis nouit poteſtatẽ iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam ‡dinumerare?

12 Dexteram tuam ſic notam fac: & eruditos corde in ſapientia.

13 ‡Conuertere Domine, vſquequo? & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

14 ‡Repleti ſumus manè miſericordia tua: & exultauimus, & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris.

15 ‡Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala.

16 ‡Reſpice in ſeruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum.

17 ‡Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: & opus manuum noſtrarum dirige.

Laus cantici 'Dauid'.

*Τῷ Δαβὶδ. Anepigraphus eſt Pſalmuſiſte, H.& c.

Lat. xc. *Heb.* xci.

1 QVi habitat in adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

2 ‡Dicet Domino, Suſceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus ſperabo in eum.

3 ‡Quoniam ipſe 'liberauit me' de laqueo venantium, & à verbo aſpero.

4 ‡* Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis.

5 ‡Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno,

6 ‡A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano.

7 ‡Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

8 ‡Veruntamen oculis tuis conſidera-

*meditabantur MS. R. G. Eſt vnde videri poſſit, & Auguſt. hoc modo legiſſe.

'liberabit me MS. Hier. Aug. 'liberabit te R. G. H. C. *In 6 MS. R.G.H.C.

bis: & retributionẽ peccatorũ videbis.

9 ‡Quoniam tu es Dñe ſpes mea: 'Altiſſimum poſuiſti refugium tuum'.

10 ‡Non accedet ad te malum, & flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo.

11 ‡Quoniam 'angelis ſuis 'mandauit' de te vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

12 ‡In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

13 ‡Super aſpidẽ & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem.

14 ‡Quoniam in me ſperauit, 'liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

15 ‡'Clamauit' ad me, & exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

16 ‡'Longitudine' dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.

Matt.4,6. Luc.4,10. 'mãdabit M S. R. G. H. C. ſic conſtrue, Euangeliorum mam, profetas, meos Gracos & Syros edoctus. * & MS. R.G.H.

'Clamabit R.G. H.C.

'Longitudinem M S. G.

1 Pſalmus cantici in die ſabbathi.

Lat. xci. *Heb.* xcii.

2 BOnum eſt confiteri Dño, & pſallere nomini tuo Altiſſime:

3 ‡Ad annuntiandum manè miſericordiã tuam, & veritatẽ tuam per noctem.

4 ‡In decachordo * pſalterio, cum cantico, in cithara.

5 ‡Quia delectaſti me Dñe in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

6 ‡'Quàm magnificata ſunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.

7 ‡Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc.

8 ‡Cùm exorti fuerint peccatores ſicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem,

9 Vt intereant in ſeculum ſeculi, ‡(tu autem altiſſimus in æternum Domine.)

10 ‡Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem.

11 ‡Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: & ſenectus mea in miſericordia huberi.

12 ‡Et deſpexit oculus meus inimicos meos: & * inſurgentibus in me malignanti-

*& 1 MS. & in c. miſſi ceteri horum ad hunc Aug. & codices.

Pſal.111,1.

*ab 1 MS. pler. in 1 MS. R. Aug. G.H.C.

gnantibus, audiet auris mea.

13 'MSS. ‡Iuſtus vt palma florebit: 'ſicut cedrus Libani multiplicabitur.

14 ‡Plantati in domo Domini, in atriis 'domus' Dei noſtri florebunt.

15 'MS. Hier. G.H.C. ‡Adhuc multiplicabuntur in ſenecta huberi, & bene patientes erunt: ‡vt annuntient,

16 Quoniam rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo.

Titulus ſic in codicibus Hebræis, & Chaldaicis & Euangelio reſpondentibus Græcis, omnino non legitur. Vetustatem ab Auguſtino.

Laus cantici ipſi Dauid in die ante ſabbathum quando fundata eſt terra.

Lat. xcii. *Heb.* xciii.

1 DOminus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.

Etenim firmauit orbẽ terræ, qui non commouebitur.

2 ‡Parata ſedes tua ex tũc: à ſeculo tu es.

3 ‡Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem ſuam.

4 ‡Eleuauerunt flumina fluctus ſuos à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.

5 ‡Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domum tuam decet ſanctitudo Domine in 'longitudine' dierum.

'longitudinem 3 MS. G. H.C.

'Pſalmus ipſi Dauid quarta ſabbathi'.

Lat. xciii. *Heb.* xciiii.

1 DEus vltionum Dominus: Deus vltionum liberè egit.

2 ‡Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis.

3 ‡Vſquequo peccatores Domine, vſquequo peccatores gloriabuntur,

4 ‡Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam?

5 ‡Populum tuum Dñe humiliauerunt: & hæreditatem tuam vexauerunt.

6 ‡Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

7 ‡Et dixerunt, Non videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacob.

8 ‡Intelligite inſipientes in populo: & ſtulti aliquando ſapite.

9 ‡Qui plantauit aurẽ, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat?

10 ‡Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem ſcientiam?

11 ‡Domin' ſcit cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt.

12 ‡Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

13 ‡Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

14 ‡Quia non repellet Dñs plebẽ ſuam, & hæreditatem ſuam non derelinquet.

15 ‡Quoadusque iuſtitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illam omnes qui recto ſunt corde.

'in iuſtitiam conuertatur iudicium' MS. illa MS. Q. n. recti MS. G. H. C.

16 ‡Quis conſurget mihi aduerſus malignantes? aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?

17 ‡Niſi quia Dñs adiuuit me: paulominus habitaſſet in inferno anima mea.

18 ‡Si dicebam, Motus eſt pes meus: miſericordia tua Domine adiuuabat me.

19 ‡Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

20 ‡Nunquid adhærebit tibi ſedes iniquitatis: 'qui fingis' 'laborem' in præceptõ?

*& 1 MS. 'fingit 2 MS. Q. n. dolorem 16 MS. Q. n.

21 ‡Captabunt in animãm iuſti: & ſanguinem innocentem condemnabunt.

22 ‡Et factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.

23 ‡Et reddet illis iniquitatem ipſorum: & in malitia eorũ diſperdet eos, diſperdet illos Dominus Deus noſter.

Laus cantici ipſi Dauid'. *H.e.

Lat. xciiii. *Heb.* xcv.

1 VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro:

2 ‡Præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei.

3 ‡Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes deos.

4 ‡Quia in manu eius ſunt fines terræ: & altitudines montium ipſius ſunt:

5 ‡Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud: & ſiccã manus eius formauerunt.

6 ‡Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos:

7 ‡quia ipſe eſt Dominus Deus noſter,

‡Et nos

Et nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.

Hebr.3,7. [8] *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra;

Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto,

[9] *Vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea.

[10] *Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi, Semper hi errant corde.

[11] *Et isti non cognouerunt vias meas:

Hebr.4,3. [11] 'vt iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

Canticum ipsi Dauid quando domus ædificabatur post captiuitatem.

1 *Paral.* 16, 23.

Lat. XCV. *Heb.* XCVI.

Antepigraphus Hebræis & Chaldæis. 1 Pa.16,23

CAntate Domino cãticum nouum: [1] cantate Domino omnis terra.

- MS.R. G.H.C. [2] *Cantate Domino, 'et' benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius.

[3] *Annuntiate inter Gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.

[4] *Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.

[5] *Quoniam omnes dij Gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.

[6] *Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.

[7] *Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam & honorem:

[8] *afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius:

[9] *adorate Dominum in atrio sancto eius. Commoueatur à facie eius vniuersa terra:

[10] *dicite in Gentibus quia Dñs regnauit. Etenim correxit orbem terræ qui

- MS. H. C. G. H. non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

[11] *Lætẽtur cæli, & exultet terra, cõmoueatur mare, & plenitudo eius:

[12] *gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna siluarũ

[13] *à facie Domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

[1] **Huic Dauid qnando terra eius restituta est ei'.

*Psalmus 3 MS. Hier. G. Vsus quo addere. *Sine inscr. Sept. Hebræi G.

Lat. XCVI. *Heb.* XCVII.

DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.

[2] *Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.

[3] *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.

[4] *Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

[5] *Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra.

[6] *Annuntiauerunt cæli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.

Ens.Aug. Lact. Da.s.l. - MS. Hie. H.C. Hilar. [7] *'Confundantur omnes qui adorant sculptilia, 'et' qui gloriantur in simulachris suis.

[8] *'Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine:

[9] *Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.

Aug. Ens. [10] *Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu 'peccatoris' liberabit eos.

'peccatorum f MS. H. C. Notentur tam singulari ligni Hier. [11] *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.

[12] *Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Psalmus - ipsi Dauid'. - H.

Lat. XCVII. *Heb.* XCVIII.

CAntate Domino cãticum nouum: [1] quia mirabilia fecit.

Saluabit sibi dextera eius, & brachiũ sanctum eius.

Ps.43,4. [2] *'Notum fecit Dñs salutare suum: in conspectu Gentium reuelauit iustitiam suam.

[3] *Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israël.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

*Iubilate

*Iubilate Deo omnis terra: cantate [4] & exultate, & psallite.

[5] *Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: [6] *in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

[7] *Iubilate in conspectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

[8] *Flumina plaudẽt manu, simul mon- [9] tes exultabunt *à conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

*H.C. *Psalmus ipsi Dauid'.

Lat. XCVIII. *Heb.* XCIX.

Modern c. H. 'sedet 6 MS. Aug. DOminus regnauit, irascantur populi: 'qui' 'sedes' super cherubim, moueatur terra.

[2] *Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.

[3] *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est:

[4] *& honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

[5] *Exaltate Dominũ Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.

[6] *Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius:

Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: [7] *in colũna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebãt testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.

[8] *Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

[9] *Exaltate Dñm Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

*Psalmus in confessione.

Lat. XCIX. *Heb.* C.

'Domino 4 MS. H.C. Terra ori sig. fugamus G. IVbilate 'Deo' omnis terra: [2] *seruite Domino in lætitia.

Introite in conspectu eius in exultatione.

[3] *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos,

Populus eius & oues pascuæ eius. [4] *introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi,

[5] *Laudate nomen eius: quoniã suauis est Dominus, in æternum misericordia - MS.R. G. H. C. eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

*Psalmus ipsi Dauid.

Lat. C. *Heb.* CI.

MIsericordiam & iudicium cantabo tibi Domine:

[2] *Psallam, & intelligam in via immaculata quando venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

[3] *Non proponebã ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui.

[4] *Non adhæsit mihi cor prauum: 'declinantem à me malignum' non cognoscebam. 'declinante à me maligno MS. Aug. G.

[5] *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.

Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.

[6] *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

[7] *Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

[8] *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

[1] *Oratio pauperis, cùm 'anxius fuerit', & coram Domino 'effuderit' precem suam. 'anxiaretur 3 MS. Aug. 'effudit 1 MS. Aug. Intelligi vtroque modo possunt H. & G.

Lat. CI. *Heb.* CII.

[2] DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

[3] *Non auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.

Quia

*Quia defecerũt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt. 4

*Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. 5

*A voce gemitus mei adhæsit os meũ carni meæ. 6

"pelicano 2 MS.G. *Similis factus sum "pellicano" solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. 7

*Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. 8

*Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant. 9

"poculũ 7 MS. Hier. R.G.n. *Quia cinerem tanquã panem manducabam, & "potum" meum cum fletu miscebam. 10

"& 7 MS. R. Aug. G. H.C. *A facie iræ "indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me. 11

*Dies mei sicut vmbra declinauerũt: & ego sicut fœnum arui. 12

*Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem. 13

"Domine MS q. *Tu exurgẽs "misereberis Sion: quia tẽpus miserẽdi eius, quia venit tempus. 14

*Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur. 15

"nomen Domini 6 MS. R. Hier. G. H.C. *Et timebunt Gentes "nomen tuum Domine", & omnes reges terræ gloriam tuam. 16

"ædificabit MS. Hier. R.G. *Quia "ædificauit" Dominus Sion: & videbitur in gloria sua. 17

*Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum. 18

"Scribatur MS. R.G.H.C. "in generationem alteram 4 MS. Aug. G.Q.n. *"Scribantur" hæc "in generatione altera": & populus qui creabitur laudabit Dominum. 19

*Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit: 20

"gemitũ 6 MS. R. Aug. G.H. C. *Vt audiret "gemitus" cõpeditorum, vt solueret filios interemptorum: 21

"annuntiet MS. *Vt "annuntient" in Sion nomen Dñi, & laudem "eius" in Ierusalem, 22

"suam MS. Vtrouis modo vertatur, nec G. nec H. reclamant. *In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant Domino. 23

*Respõdit ei in via "virtutis" suæ, Paucitatem dierum meorum nuntia mihi. 24

*Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui. 25

*Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. 26 Hebr.1,10.

*Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent. 27

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: *tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. 28

*Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur. 29

*Ipsi Dauid. 1

Lat. CII. *Heb.* CIII.

BEnedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. 1

*Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius: 2

*Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. 3

*Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus. 4

*Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua: 5

*Faciens misericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriam patiẽtibus. 6

*Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israël voluntates suas. 7

*Miserator & misericors Dominus: longanimis & multum misericors. 8 Num.14,18.

*Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur. 9

*Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. 10

*Quoniam secundum altitudinem cœli à terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se. 11

*Quantum distat ortus ab occidente: longè fecit à nobis iniquitates nostras. 12

*Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: 13

*quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. 14

Recordatus est quoniã puluis sumus: 15

*homo sicut fœnum dies eius: tanquam flos agri sic efflorebit. 16

*Quoniam

*Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscet amplius locum suum. 16

*Misericordia autẽ Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum. 17

*Et iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius, 18

Et memores sunt mandatorũ ipsius ad faciendum ea.

*Dominus in cælo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur. 19

*9 MS. H.C. Addunt autem G. *Benedicite Domino "omnes" angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius. 20

*Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius. 21

"dominationes MS. Textus lectio, respondet G. Vnãque admittunt H. & c. "Gratis, præstantior est lectio, Hebraïs & c. nostræ. Hebr.1,7. *Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco "dominationis" eius benedic anima mea Domino. 22

*Ipsi Dauid". 1

Lat. CIII. *Heb.* CIIII.

BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer. 1

*Confessionem & decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento, 2

*Extendens cælum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. 3

Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.

*Qui facis angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentem. 4

*Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi. 5

*Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquæ. 6

*Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt. 7

*Ascendunt montes, & descendunt campi in locum quem fundasti eis. 8

*Terminum posuisti quem nõ transgredientur, neque conuertentur operire terram. 9

*Qui emittis fontes in conuallibus: 10 inter medium montium pertransibunt aquæ.

*Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri in siti sua. 11

*Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt "voces". 12

"vocem 10 MS. R. Hier. Aug. G.H.C. *Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorũ satiabitur terra: 13

*Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum. 14

"educat 3 MS. Aug. Q.n. "lætificat 7 MS. R. Hier. G. "lætificabit H. *Vt "educas" panem de terra: & vinum "lætificet" cor hominis: 15

Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis "confirmet". 16

"confirmat MS. R. Hier. G. "confirmabit H.C. *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantauit:

*illic passeres nidificabunt. 17

Herodij domus dux est eorum,

*montes excelsi ceruis: petra refugium herinaciis. 18

*Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum. 19

*Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. 20

*Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. 21

*Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. 22

*Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperum. 23

*Quàm magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. 24

1 MS. R. Aug. Q.n. *Hoc mare magnum & spatiosum "manibus", illic reptilia quorum non est numerus. 25

*Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt:

Draco iste quem formasti ad illudendum ei: *omnia à te expectant vt des illis escam in tempore. 26 27

*Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. 28

*Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertẽtur. 29

*Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. 30

*Sit gloria Domini in seculum: lætabitur 31

bitur Dominus in operibus suis:

32 *Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.

Infr.145,2. 33 *[1]Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo quamdiu sum.

34 *Iucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.

35 *"Deficiant' peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint: benedic anima mea Domino.

"Deficiēt MS.H.C. Sensum autem quem cum Aug. Texus indicat, & G. indicant. 1 Pa.16,8. Isai.12,4.

Hallelu-ia.

Lat. CIIII. *Heb.* CV.

1 COnfitemini Domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter Gentes opera eius.

2 *Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

3 *Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærentium Dominum.

4 *Querite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper.

5 *Mementote mirabilium eius quæ fecit: prodigia eius & iudicia oris eius.

6 *Semen Abraham, serui eius: filij Iacob electi eius.

7 *Ipse Dñs Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius.

8 *Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes,

Gen.22,16 9 *[1]Quod disposuit ad Abraham: & iuramenti sui ad Isaac:

10 *Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israël in testamentum æternum,

11 *Dicens, Tibi dabo Terram-Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.

"breues MS.G. 12 *Cùm essent numero "breui', pauciss-mi, & incolæ eius:

13 *Et pertransierũt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

14 *Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.

1 Pa.16,22 2 Reg.1,14 15 *[1]Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.

16 *Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.

Gen.37,36. 17 *Misit ante eos virum: [1]in seruum venundatus est Ioseph.

Gen.39,20. 18 *[1]Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit "animam' 19 eius, *donec veniret verbum eius. "anima MS.B.L. Q.R.

Eloquiũ Domini inflammauit eum:

20 *[1]misit rex & soluit eum; princeps populorum, & dimisit eum. Gen.41,14

21 *[1]Constituit eum dñm domus suæ, & principem omnis possessionis suæ: Gen.41,40

22 *Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiã doceret. 23 *Et intrauit Israël in Ægyptum, & Iacob accola fuit in Terra Cham. Gen.46,6.

24 *Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius. Exod.1,7

25 *Conuertit cor eorum vt odirent populum eius, "& dolum facerent in seruos eius. A.E.G.H. vt VI. R.G.H.L.

26 *[1]Misit Moysen seruum suum: Aaron quem elegit ipsum. Exod.3,10. 4,14

27 *[1]Posuit in eis verba signorum suorum & prodigiorum in Terra-Cham. Exod.7,3.

28 *Misit tenebras, & obscurauit: & non exacerbauit sermones suos. Exod.10,22.

29 *[1]Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Exod.7,20.

30 *[1]"Edidit' terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. Exod.8, "Exiit MS.Hier. Q.R.

31 *[1]Dixit & venit 'cynomyia': & cinifes in omnibus finibus eorum. Exod.8,24. 'cœnomyia Hier. ad Sen. Exod.8,3

32 *[1]Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum. Exod.9,23.

33 *Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.

34 *[1]Dixit, & venit locusta & bruchus, Exod.10,13. cuius non erat numerus:

35 *Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum.

36 *Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.

37 *[1]Et eduxit eos 'cũ' argento & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus. Exod.12,36. Exod.12,35 'in MS. B.Aug. Hieron. in psalm.

38 *Lætata est Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos. Exod.12,33. Psal.104.

39 *[1]Expandit nubẽ in protectionem eorum, & ignẽ vt luceret eis per noctem. Exod.13,21. Psal.104.

40 *Petierunt & venit coturnix: & pane cæli saturauit eos. 1 Cor.10.

*Dirupit

Exo.17,6. 1 Cor.10,4. 41 *[1]Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina:

Nu.20,11. Gen.17,7. 42 *[1]Quoniã memor fuit verbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerũ suum.

Isa.55,12. 43 *[1]Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.

Isa.110,6. 44 *[1]Et dedit illis regiones Gentium, & labores populorum possederunt.

45 *Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.

*Halleluia 1 MS. B.Hier. G. H.C. Etiã Augustino duplex Halleluia legimus esse. Iud.13,21.

*Hallelu-ia.

Lat. CV. *Heb.* CVI.

1 [1]COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Eccl.43,35. 2 *[1]Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius?

3 *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

4 *Memento nostri Dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo:

5 *Ad videndum in bonitate electorum tuorum: ad lætãdum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hæreditate tua.

Iudith.7,19 6 *[1]Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus.

7 *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.

Et irritauerunt ascendentes in mare, Mare-rubrum.

8 *Et saluauit eos propter nomẽ suum: vt notam faceret potentiam suam.

Exo.14,22. 9 *[1]Et increpuit Mare-rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto:

10 *Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.

Rap.14,27. 11 *[1]Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.

12 *Et crediderunt *verbis eius: & laudauerunt laudem eius.

*in MS. Hier. Aug. H.C. Verũ & G. non addunt.

Num.11,4. Exod.17,2. Nu.11,31. 13 *Citò fecerunt, obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt cõsilium eius.

*Et 4 MS. R. Hier. Aug. G.H.C. 14 *Et concupierunt concupiscentiam in deserto: [1]& tentauerunt Deum in inaquoso.

15 *[1]*Dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in "animas' eorum. "animam MS. H. Textus autem conformis est G.

16 *Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum Domini.

17 *Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem 18 Abiron. *Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.

Nu.16,31. Deu.11,6. Exo.32,4. 19 *[1]Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile.

20 *Et mutauerunt gloriam suam in similitudinẽ vituli comedentis fœnum.

21 *Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto,

22 *mirabilia in Terra-Cham: terribilia in mari-rubro.

Exo.32,30. 23 *Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius,

Vt auerteret iram eius ne disperderet 24 eos: *& pro nihilo habuerunt terram desiderabilem:

25 *Non crediderũt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.

Nu.14,32. 26 *[1]Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto,

27 *Et vt deiiceret semẽ eorum in Nationibus, & dispergeret eos in regionibus.

28 *Et initiati sunt Beel-phegor: & comederunt sacrificia mortuorum.

29 *Et irritauerunt eum in adinuẽtionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.

Num.25,7. 30 *[1]Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio.

"ad i MS. Hier. 31 *Et reputatum est ei "in' iustitiam in generatione & generationem, vsque in sempiternum.

Nu.20,10. "Aquam MS.Aug. R.G. 32 *[1]Et irritauerũt eum ad "Aquas' contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos: 33 *quia exacerbauerunt spiritum eius.

34 *Et distinxit in labiis suis, non disperdiderunt gentes quas dixit Dominus illis.

35 *Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum: 36 *& seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in 37 scandalum. *Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis.

38 *Et effuderunt sanguinẽ innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum

fiuarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et 'interfecta' est terra in sanguinibus,

'infecta 4 MS. R. G.n.

39 *& contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis.

40 *Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hæreditatem suam.

41 *Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.

42 *Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum:

43 *sæpe liberauit eos.

Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

44 *Et vidit cùm tribularentur, & 'audiuit' orationem eorum.

45 *Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secũdum multitudinem misericordiæ suæ.

'audiret MS.R. Aug. G.H.C. Deut.30, 1.

46 *Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.

47 *Saluos nos fac Domine Deus noster, & congrega nos de Nationibus:

Vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.

48 *Benedictus Dominus Deus Israël à seculo & vsque in seculum: & dicet omnis populus, Fiat, fiat.

Hallelu-ia.

Lat. CVI. *Heb.* CVII.

Iudith 13, 21.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

1

2 *Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: *de regionibus congregauit eos

*& 2 MS. R.G.H.C.

3 *A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari.

4 *Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt,

5 *Esurientes & sitientes: anima eorum in ipsis defecit.

6 *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos·

7 *Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

8 *Confiteantur Domino 'misericordiæ' eius, & mirabilia eius filiis hominum.

'misericordia MS.G.n.

9 *Quia satiauit animam inanem: & animam esurientem satiauit bonis.

10 *Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate & ferro:

11 *Quia exacerbauerunt eloquia Dei, & consilium altissimi irritauerunt.

12 *Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.

13 *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

14 *Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.

15 *Confiteãtur Domino 'misericordiæ' eius: & mirabilia eius filiis hominum.

'misericordia MS.G.n.

16 *Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.

17 *Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

18 *Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerũt vsque ad portas mortis.

19 *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

20 *'Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

Matt.8,16 Luc.7,18

21 *Confiteantur Domino 'misericordiæ' eius: & mirabilia eius filiis hominũ.

'misericordia MS.G.n.

22 *Et sacrificent sacrificium laudis, & annuntient opera eius in exultatione.

23 *Qui descendũt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.

24 *Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.

25 *Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius.

26 *Ascendũt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.

27 *Turbati sũt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est.

28 *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribula-

tribularẽtur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.

29 *Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius.

30 *Et lætati sunt, quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

31 *Cõfiteantur Dño 'misericordię' eius: & mirabilia eius filiis hominum.

'misericordia MS.G.n.

32 *Et 'exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.

·MS.R.G. Additur autem ab H. & C.

33 *Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim:

34 *Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea.

35 *Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.

36 *Et collocauit illic esurientes: & constituerunt ciuitatem habitationis.

37 *Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.

38 *Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.

39 *Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.

'contemptio R. Hier. Aug. G.H.C.

40 *Effusa est 'contentio' super principes: & errare fecit eos in inuio, & non in via.

41 *Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.

Iob 22, 19.

42 *'Videbunt recti & lætabuntur: & omnis iniquitas 'oppilabit' os suum.

'oppilauit M S. H.C. Tertius uero re-spondet Aug. & G.

43 *Quis sapiens & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini?

*Canticum Psalmi ipsi Dauid.

Lat. CVII. *Heb.* CVIII.

Supra 56, 8.

PAratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam in gloria mea.

2

3 *Exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

4 *Confitebor tibi in populis Domine, & psallam tibi in nationibus.

5 *Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsq. ad nubes veritas tua.

6 *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua: *vt liberentur dilecti tui.

7

Saluũ fac dextera tua, & exaudi me:

8 *Deus locutus est in sancto suo, Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar.

9 *Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.

10 Iuda rex meus: *Moab lebes spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meũ: mihi alienigenæ amici facti sunt.

11 *Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?

12 *Nonne tu Deus qui repulisti nos, & non exibis, Deus, in virtutibus nostris?

13 *Da nobis auxilium de tribulatione: 'quia' vana salus hominis.

'& 1 Ms. R.G.H. Conformiter uero Textui reddidit C.

14 *In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

1 *In finem, Psalmus Dauid.

Lat. CVIII. *Heb.* CIX.

2 DEus laudẽ meam ne tacueris: quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est.

Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, 3 *& sermonibus odij circundederunt me: & expugnauerunt me gratis.

4 *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.

5 *Et posuerũt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.

6 *Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius.

7 *Cùm iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.

8 *'Fiant dies eius pauci: '& episcopatum eius accipiat alter.

Iob 17, 12. Act. 1, 20.

9 *Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.

10 *Nutantes transferantur filij eius, & mendicent: '&' eiiciantur de habitationibus suis.

·MS.R. Aug. C. Additur autem H. & G.

11 *Scrutetur fœnerator omnẽ substantiã eius: & diripiant alieni labores eius.

12 *Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.

13 *Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.

14 *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.

15 *Fiant contra Dominum semper,& dispereat de terra memoria eorum:
16 2 *Pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam.
Et persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.
17 *Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
18 *Et induit maledictionem sicut vestimẽtum,& intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.
19 6 *Fiat ei sicut vestimentum quo 'operitur',& sicut zona qua semper 'præcingitur'.
20 7 *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala aduersus animam meam.
21 1 *Et tu Domine, Domine,fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.
22 2 *Libera me, quia egenus,& pauper ego sum: & cor meum 'conturbatum' est intra me.
23 3 *Sicut vmbra cùm declinat, ablatus sum: '&' excussus sum sicut 'locustæ'.
24 4 *Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleũ.
25 5 *Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.
26 6 *Adiuua me Dñe Deus meus: saluũ me fac secundum misericordiam tuam.
27 *Et sciant quia manus tua hæc: & tu Domine fecisti 'eam'.
28 8 *Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur.
29 *Induantur qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua.
30 *Confitebor Dño nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum:
31 *'Quia' astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequẽtibus animam meam.

'operietur MS. H. C. 'præcingetur MS. H. C. Textus verò lectio conformis est Ang. & e.

- MS. R. G. H. C. 'locusta 6 MS. H. Pluralis verò numerus est Ang. Hier. & G.

*ea 7 M S. Quæ in Textu est lectio Hier. Ang. G. & H. reseruata. [illegible]

*Psalmus Dauid.

*Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis:
Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
2 *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
3 *Tecum principiũ in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.
4 *'Iurauit Dominus,& non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi-sedech. Mat. 22. 1 Cor. 15. Hebr. 1. 5. 13. 13. Act. 2. 34. Hebr. 5. 6. 7. 17. Ioh. 12. 34.
5 *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.
6 *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas:conquassabit capita in terra multorum.
7 *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. Hallelu-ia.

Lat. CX. *Heb.* CXI.

*Confitebor tibi Domine in toto corde 'meo': in consilio iustorum & congregatione. Hier. ad Sun. et. Sap. 6. 21.
2 *Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius.
3 *Confessio & magnificẽtia opus eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.
4 *Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus:
5 *escam dedit timentibus se.
Memor erit in seculũ testamenti sui,
6 *virtutem operum suorum 'annuntiabit' populo suo: annuntiabit Cæt.
7 *Vt det illis hæreditatẽ gentiũ: opera manuum eius, veritas & iudicium. Sap. 18. 4.
8 *Fidelia omnia mandata eius: confirmata in seculum seculi, facta in veritate & æquitate.
9 *Redemptionem misit 'populo suo: mãdauit in æternum testamentũ suum. *Dominus misit Psal. 130. Dan. 9. 26. Luc. 1. 68. Iohan. 10.
10 *Sanctum & terribile nomen eius: initium sapientiæ, timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi.

*Hallelu-ia, 'reuersionis Aggæi & Zachariæ'. - R. G. H. C. Vsus diuus apostol.

Lat. CXI. *Heb.* CXII.

*Beatus vir qui timet Dñm: in mandatis eius volet nimis.

Potens

*Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.
3 *Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.
4 *Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator & iustus.
5 *Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio: 6 *quia in æternum non commouebitur.
7 *In memoria æterna erit iustus:ab auditione mala non timebit.
Paratũ cor eius sperare in Domino,
8 *confirmatũ est cor eius: nõ commouebitur, donec despiciat inimicos suos.
9 *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi,cornu eius exaltabitur in gloria.
10 *Peccator videbit,& irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.

*Hallelu-ia.

Lat. CXII. *Heb.* CXIII.

*Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.
2 *Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum,
Malach. 1. 11. 3 *'A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini.
4 *Excelsus super omnes gentes Dñs, & super cælos gloria eius.
5 *Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, 6 *& humilia respicit in cælo & in terra?
7 *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem:
8 *Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
9 *Qui habitare facit sterilẽ in domo, matrem filiorum lætantem.

*Hallelu-ia.

Lat. CXIII. *Heb.* CXIIII.

Exod. 13. 3. *In 'exitu Israël de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro:
2 *Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israël potestas eius.
3 *Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.
4 *Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium.
5 *Quid est tibi mare quòd fugisti:& tu Iordanis, quia cõuersus es retrorsum:
6 *Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium?
7 *A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.
8 *Qui cõuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

Heb. CXV.

1 *NON NOBIS DÕMINE, NON nobis, sed nomini tuo da gloriam.
2 *Super misericordia tua & veritate tua: nequando dicant Gentes, Vbi est Deus eorum?
3 *Deus autem noster in cælo: omnia quæcunque voluit fecit.
4 *'Simulachra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. Isa. 13. 4, 15
5 *'Os habent,& non loquẽtur: oculos habent, & videbunt. Sap. 15. 15.
6 *Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.
7 *Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
8 *Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.
9 *Domus Israël sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.
10 *Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorũ & protector eorum est.
11 *Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.
12 *Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis:
Benedixit domui Israël,benedixit domui Aaron.
13 *Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum maioribus.
14 *Adiiciat Dominus super vos: super vos & super filios vestros.
15 *Benedicti vos 'à' Domino, qui fecit cælum & terram. - MS. August. G. H. Additur autem à C.
16 *Cælum cæli Domino:terram autem dedit filiis hominum. Baru. 3. 17.
17 *Non mortui laudabunt te Dñe, neque omnes qui descendũt in infernum.

ᵃSed nos qui viuimus, benedicimus 18
Dño, ex hoc nunc & vsque in seculum.
Hallelu-ia.

Lat. CXIIII. *Heb.* CXVI.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus 1
vocem orationis meæ:
ᵃQuia inclinauit aurem suam mihi: 2
& in diebus meis inuocabo.
ᵃ Circundederunt me dolores mor- 3
tis: & pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem & dolorem inueni
ᵃ& nomen Domini 'inuocaui'. 4
ᵃO Domine libera animam meam: 5
misericors Dominus, & iustus, & Deus
noster miseretur.
ᵃCustodiens paruulos Dominus: hu- 6
miliatus sum, & liberauit me.
ᵃConuertere anima mea in requiem 7
tuam: quia Dominus benefecit tibi.
ᵃQuia eripuit animam meam de 8
morte, oculos meos à lachrymis, pedes
meos à lapsu.
ᵃPlacebo Dño in regione viuorum. 9
Hallelu-ia. *Lat.* CXV.
CRedidi, propter quod locutus sum: 10
ego autem humiliatus sum nimis.
ᵃEgo dixi in excessu meo, 'Omnis 11
homo mendax.
ᵃQuid retribuam Domino, pro om- 12
nibus quæ retribuit mihi?
ᵃCalicem salutaris accipiam: & no- 13
men Domini inuocabo.
ᵃVota mea Domino reddam coram 14
omni populo eius: ᵃpretiosa in conspe- 15
ctu Domini mors sanctorum eius:
ᵃO Domine quia ego seruus tuus, ego 16
seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.
ᵃDirupisti vincula mea: tibi sacrifica- 17
bo hostiam laudis, & nomen Domini
inuocabo.
ᵃVota mea Dño reddam in conspectu 18
omnis populi eius: ᵃin atriis domus Do- 19
mini, in medio tui Ierusalem.
Hallelu-ia.

Lat. CXVI. *Heb.* CXVII.

LAudate Dominum omnes Gentes: 1
laudate eum omnes populi.
ᵃQuoniam confirmata est super nos 2
misericordia eius: & 'veritas Domini
manet in æternum.

Hallelu-ia.

Lat. CXVII. *Heb.* CXVIII.

COnfitemini Domino quoniam bo- 1
nus, quoniam in seculum miseri-
cordia eius.
ᵃDicat nunc Israël quoniam bonus, 2
quoniam in seculum misericordia eius.
ᵃDicat nunc domus Aaron': quo- 3
niam in seculum misericordia eius.
ᵃDicant nunc 'omnes' qui timẽt Do- 4
minum: 'quoniam in seculum miseri-
cordia eius.
ᵃDe tribulatione inuocaui Dñm: & 5
exaudiuit me in latitudine Dominus.
'Dominus mihi adiutor: non timebo 6
quid faciat mihi homo.
ᵃDominus mihi adiutor: & ego despi- 7
ciam inimicos meos.
ᵃBonum est confidere in Domino, 8
quàm confidere in homine:
ᵃBonũ est sperare in Domino, quàm 9
sperare in principibus.
ᵃOmnes gentes circuierunt me: & in 10
nomine Domini 'quia' vltus sum in eos.
ᵃCircundantes circũdederunt me: & 11
in nomine Dñi 'quia' vltus sum in eos.
ᵃCircundederunt me sicut apes, & 12
exarserunt sicut ignis in spinis: & in no-
mine Domini 'quia' vltus sum in eos.
ᵃImpulsus euersus sum vt caderem: 13
& Dominus suscepit me.
ᵃ'Fortitudo mea & 'laus' mea, Domi- 14
nus: & factus est mihi in salutem.
ᵃVox exultationis & salutis in taber- 15
naculis iustorum.
ᵃDextera Domini fecit virtutẽ: dex- 16
terà Domini exaltauit me, dextera Do-
mini fecit virtutem.
ᵃNon moriar, sed viuam: & narrabo
opera Domini.
ᵃCastigans castigauit me Dominus: 18
& morti non tradidit me.
ᵃAperite mihi portas iustitiæ, ingres- 19
sus in eas confitebor Dño: ᵃhæc porta 20
Domini, iusti intrabunt in 'eam'.
ᵃConfitebor tibi quoniam exaudisti 21
me: & factus est mihi in salutem.
ᵃ'Lapidem quem reprobauerũt ædi- 22
ficantes, hic factus est in caput anguli.
ᵃA Do-

ᵃA Domino factum est istud: 'et' est 23
mirabile in oculis nostris.
ᵃHæc est dies quam fecit Dominus: 24
exultemus, & lætemur in ea.
ᵃO Dñe saluum 'me' fac, ô Domine 25
'bene' prosperare: ᵃbenedictus qui 've- 26
nit' in nomine Domini.
Benediximus vobis de domo Dñi:
ᵃDeus Dominus, & illuxit nobis. 27
'Constituite diem solemnem in con-
densis vsque ad cornu altaris.
ᵃDeus meus es tu, & confitebor tibi: 28
Deus meus es tu, & exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti
me: & factus es mihi in salutem.
ᵃConfitemini Dño quoniam bonus: 29
quoniam in seculum misericordia eius.

ᵃ'Halleluia.' 1

Lat. CXVIII. *Heb.* CXIX.

ALEPH.

BEati immaculati in via: qui ambu-
lant in lege Domini.
ᵃBeati qui scrutantur testimonia eius: 2
in toto corde exquirunt eum.
ᵃNon enim qui operantur iniquita- 3
tem, in viis eius ambulauerunt.
ᵃTu mandasti mãdata tua 'custodiri' 4
nimis.
ᵃVtinã dirigantur viæ meæ ad custo- 5
diendas iustificationes tuas.
ᵃTunc non confundar, cùm perspe- 6
xero in omnibus mandatis tuis.
ᵃCõfitebor tibi in directione cordis: 7
in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.
ᵃIustificationes tuas custodiam: non 8
me derelinquas vsquequaque.

BETH.

ᵃIn quo 'corrigit' adolescentior viam 9
suam? in custodiendo sermones tuos.
ᵃIn toto corde meo exquisiui te: ne 10
repellas me à mandatis tuis.
ᵃIn corde meo abscondi eloquia tua: 11
vt non peccem tibi.
ᵃBenedictus es Domine: doce me iu- 12
stificationes tuas.
ᵃIn labiis meis pronuntiaui omnia iu- 13
dicia oris tui.
ᵃIn via testimoniorum tuorum dele- 14
ctatus sum, sicut in omnibus diuitiis.
ᵃIn mandatis tuis exercebor: & con- 15
siderabo vias tuas.
ᵃIn iustificationibus tuis meditabor: 16
non obliuiscar sermones tuos.

GIMEL.

ᵃRetribue seruo tuo, viuifica me: & 17
custodiam sermones tuos.
ᵃReuela oculos meos: & considera- 18
bo mirabilia de lege tua.
ᵃIncola ego sum in terra: non abscon- 19
das à me mandata tua.
ᵃConcupiuit anima mea desiderare 20
iustificationes tuas in omni tempore.
ᵃIncrepasti superbos: maledicti qui 21
declinant à mandatis tuis.
ᵃAufer à me opprobrium & contem- 22
ptum: quia testimonia tua exquisiui.
ᵃEtenim sederunt principes, & ad- 23
uersum me loquebantur: seruus autem
tuus exercebatur in iustificationibus
tuis.
ᵃNam & testimonia tua, meditatio 24
mea 'est': & consilium meum, iustifica-
tiones tuæ.

DALETH.

ᵃAdhæsit pauimẽto anima mea: viui- 25
fica me secundum verbum tuum.
ᵃVias meas enuntiaui, & exaudisti 26
me: doce me iustificationes tuas.
ᵃViam iustificationũ tuarum instruẽ 27
me: & exercebor in mirabilibus tuis.
ᵃ'Dormitauit' anima mea præ tædio: 28
confirma me in verbis tuis.
ᵃViam iniquitatis amoue à me: & 'de' 29
lege tua miserere mei.
ᵃViam veritatis elegi: iudicia tua non 30
sum oblitus.
ᵃAdhæsi testimoniis tuis Domine: 31
noli me confundere.
ᵃViam mandatorũ tuorum cucurri 32
cùm dilatasti cor meum.

HE.

ᵃLegem pone mihi Domine viam iu- 33
stificationum tuarum: & exquiram eam
semper.
ᵃDa mihi intellectum, & scrutabor 34
legem tuam: & custodiam illam in toto
corde meo.
ᵃDeduc me in semita mandatorum 35
tuorum, quia ipsam volui.

*Inclina cor meum in teſtimonia tua, 36
& non in auaritiam.
*Auerte oculos meos ne 'videant' va- 37
nitatem: in via tua viuifica me.
*Statue ſeruo tuo eloquium tuum in 38
timore tuo.
*Amputa opprobrium meum quod 39
ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucũda.
*Ecce concupiui mandata tua: in 40
æquitate tua viuifica me.

VAV.

*Et 'veniat' ſuper me miſericordia tua 41
Domine, ſalutare tuum ſecundum elo-
quium tuum.
*Et reſpondebo exprobrãtibus mihi, 42
verbũ: quia ſperaui in ſermonibus tuis.
*Et ne auferas de ore meo verbum 43
veritatis vſquequaque: quia in iudiciis
tuis ſuperſperaui.
*Et cuſtodiam legem tuam ſemper: 44
in ſeculum & in ſeculum ſeculi.
*Et ambulabam in latitudine: quia 45
mandata tua exquiſiui.
*Et loquebar in teſtimoniis tuis in 46
conſpectu regum, & non confundebar.
*Et meditabar in mandatis tuis, quæ 47
dilexi.
*Et leuaui manus meas ad mandata 48
tua quæ dilexi: & 'exercebor' in iuſtifi-
cationibus tuis.

ZAIN.

*Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in 49
quo mihi ſpem dediſti.
*Hæc me conſolata eſt in humilitate 50
mea: quia eloquiũ tuum viuificauit me.
*Superbi iniquè agebant vſquequa- 51
que: à lege autem tua non declinaui.
*Memor fui iudiciorum tuorum à ſe- 52
culo Domine: & conſolatus ſum.
*Defectio tenuit me 'pro' peccatori- 53
bus derelinquentibus legem tuam.
*Cantabiles mihi erant iuſtificatio- 54
nes tuæ in loco peregrinationis meæ.
*Memor fui 'nocte nominis tui Do- 55
mine: & cuſtodiui legem tuam.
*Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificatio- 56
nes tuas exquiſiui.

HETH.

*Portio mea Domine, dixi, cuſtodire 57
legem tuam.
*Deprecatus ſum faciem tuam in to- 58
to corde meo: miſerere mei ſecundum
eloquium tuum.
*Cogitaui vias meas: & 'conuerti' pe- 59
des meos in teſtimonia tua.
*Paratus ſum, & non ſum turbatus: 60
vt cuſtodiam mandata tua.
*Funes 'peccatorum' circũplexi ſunt 61
me: & 'legem tuam non ſum oblitus.
*Media nocte ſurgebam ad confiten- 62
dũ tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.
*Particeps ego ſum omnium timen- 63
tium te: & cuſtodientium mandata tua.
*Miſericordia tua Domine plena eſt 64
terra: iuſtificationes tuas doce me.

TETH.

*Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo Do- 65
mine, ſecundum verbum tuum.
*Bonitatem, & diſciplinam, & ſcien- 66
tiã doce me: quia mandatis tuis credidi.
*Priuſquam humiliarer, ego deliqui: 67
propterea eloquium tuum cuſtodiui.
*Bonus es tu: & in bonitate tua doce 68
me iuſtificationes tuas.
*Multiplicata eſt ſuper me iniquitas 69
ſuperborum: ego autem in toto corde
'meo' ſcrutabor mandata tua.
*Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: 70
ego verò legem tuam meditatus ſum.
*Bonum mihi quia humiliaſti me: vt 71
diſcam iuſtificationes tuas.
*Bonum mihi lex oris tui ſuper mil- 72
lia auri & argenti.

IOD.

*Manus tuę fecerũt me, & plaſmauer- 73
unt me: da mihi intellectum, 'vt' diſ-
cam mandata tua.
*Qui timent te, videbũt me, & læta- 74
buntur: quia in verba tua ſuperſperaui.
*Cognoui Domine quia æquitas iu- 75
dicia tua, & 'in' veritate 'tua' humilia-
ſti me.
*Fiat miſericordia tua vt conſoletur 76
me, ſecundum eloquiũ tuum ſeruo tuo.
*Veniant mihi miſerationes tuæ, & 77
viuam: quia lex tua, meditatio mea eſt.
*Confundantur ſuperbi, quia iniuſtè 78
iniquitatem fecerunt in me: ego autem
exercebor in mandatis tuis.
*Conuertantur mihi timentes te: & 79
qui

qui nouerunt teſtimonia tua.
*Fiat cor meum immaculatum in iu- 80
ſtificationibus tuis, vt non confundar.

CAPH.

*'Defecit' in ſalutare tuũ anima mea: 81
& 'in verbum tuum ſuperſperaui.
*Defecerũt oculi mei in eloquiũ tuũ: 82
dicentes, Quando conſolaberis me?
*Quia factus ſum ſicut vter in prui- 83
na: iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus.
*Quot ſunt dies ſerui tui, quando fa- 84
cies de perſequentibus me iudicium?
*Narrauerunt mihi iniqui fabulatio- 85
nes: ſed non vt lex tua.
*Omnia mandata tua veritas: 'ini- 86
qui' perſecuti ſunt me, adiua me.
*Paulominus conſummauerunt me 87
in terra: ego autem non dereliqui man-
data tua.
*Secũdum miſericordiam tuã viuifi- 88
ca me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

LAMED.

*In æternum Domine verbũ tuum 89
permanet in cælo.
*In generatione & generationem ve- 90
ritas tua: fundaſti terram, & permanet.
*Ordinatione tua 'perſeuerat' dies: 91
quoniam omnia ſeruiunt tibi.
*Niſi quòd lex tua, meditatio mea 92
eſt: tunc fortè periiſſem in humilitate
mea.
*In æternum nõ obliuiſcar iuſtifica- 93
tiones tuas: quia in ipſis viuificaſti me.
*Tuus ſum ego, ſaluum me fac: quo- 94
niam iuſtificationes tuas exquiſiui.
*Me expectauerũt peccatores vt per- 95
derent me: teſtimonia tua 'intellexi'.
*'Omnis conſummationis' vidi 'fi- 96
nem': latum mandatum tuum nimis.

MEM.

*Quomodò dilexi legem tuam 'Do- 97
mine'? tota die meditatio mea eſt.
*Super inimicos meos prudentem 98
me feciſti mandato tuo: quia in æter-
num mihi eſt.
*Super omnes docẽtes me intellexi: 99
quia teſtimonia tua, meditatio mea eſt.
*Super ſenes intellexi: quia mandata 100
tua quæſiui. *Ab omni via mala prohi- 101
bui pedes meos: vt cuſtodiã verba tua.
*A iudiciis tuis non declinaui: quia 102
tu legem poſuiſti mihi.
*Quàm dulcia faucibus meis elo- 103
quia tua, ſuper mel ori meo!
*A mandatis tuis intellexi: propter- 104
ea odiui omnem viam iniquitatis.

NVN.

*Lucerna pedibus meis verbũ tuum, 105
& lumen ſemitis meis.
*Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia 106
iuſtitiæ tuæ.
*Humiliatus ſum vſquequaque Do- 107
mine: viuifica me ſecundum verbum
tuum.
*Voluntaria oris mei beneplacita fac 108
Domine: & iudicia tua doce me.
*Anima mea in manibus meis ſem- 109
per: & legem tuam non ſum oblitus.
*Poſuerunt peccatores laqueum mi- 110
hi: & de mandatis tuis non erraui.
*Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua 111
in æternum: quia exultatio cordis mei
ſunt.
*Inclinaui cor meum ad faciendas 112
iuſtificationes tuas in æternum propter
retributionem.

SAMECH.

*Iniquos odio habui: & legem tuam 113
dilexi.
*Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & 114
in verbum tuum ſuperſperaui.
*Declinate à me maligni: & ſcruta- 115
bor mandata Dei mei.
*Suſcipe me ſecundum eloquium 116
tuum, & viuam: & non confundas me
ab expectatione mea.
*Adiuua me, & ſaluus ero: & medi- 117
tabor in iuſtificationibus tuis ſemper.
*Spreuiſti omnes diſcedentes à 'iudi- 118
ciis' tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.
*Prævaricantes reputaui omnes pec- 119
catores terræ: ideò dilexi teſtimonia
tua.
*Confige timore tuo carnes meas: à 120
'iudiciis enim tuis timui.

AIN.

*Feci iudicium & iuſtitiam: non tra- 121
das me calumniantibus me.
*Suſcipe ſeruum tuum in bonum: 122
non calumnientur me ſuperbi.

Oculi

'videam MS. Ex G. verti vtrũq; poteſt. Ex H. auerẽ &c. quod in Textu eſt, retinas.

'exercebar MS. R. Hil. Hier. Auguſt G. Textus autem, H. & C. conſonat.

'veniet MS. H. C. Textus verò, ex traditionibus patrum, & codicibus G. conformior eſt.

'præ 1 MS. 'à R. Hil. Amb Aug. G. H. C. Si pro, propter denotare intelligatur, Textus idem eſt ſenſus. *in MS. Aug. R. G. H. C.

'Deficit R. Amb. G. Textui auerẽ Hil. Aug. H. & C. aſtipulantur. 4 MS. R. G. H. C.

'iniquè 1 MS. R. Hil. Amb. Aug. G. H. C.

'perſeuerant MS. Textui ſuffragantur Hil. Amb. Aug. & G. In H. & C. codicibus legitur: ad diſpoſitiones tuas ſtat hoc die, vſq; ad hunc diem.

'Omni conſummationi MS. Textus conſonat Ambroſ. Aug. & G. 'idem o. 3 MS. H. C. Legitur autem in libris G.

'inſtitiis 16 MS. Hil. G. n.

- 1 MS. Hil. Aug. C. Ambroſ. non ſine fauore repe.

- MS. R. Aug. G. H. C.

- 3 MS. R. G. H. C.

- MS. R. G. H. Hil. C. n. Chaldæus, Illud alterum, hoc mutat.

*Oculi mei defecerunt in ſalutare 123
tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.
*Fac cum ſeruo tuo ſecundùm miſe- 124
ricordiam tuam: & iuſtificationes tuas
doce me.
*Seruus tuus ſum ego: da mihi intel- 125
lectum, vt ſciam teſtimonia tua.
*Tempus faciendi 'Domine': diſſipa- 126
uerunt legem tuam.
*Ideò dilexi mãdata tua ſuper aurum 127
& topazion.
*Propterea ad omnia mãdata tua diri- 128
gebar: omnẽ viam iniquã odio habui.

PHE.

*Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcru- 129
tata eſt ea anima mea.
*Declaratio ſermonum tuorum il- 130
luminat: & intellectum dat paruulis.
*Os meũ aperui, & attraxi ſpiritum: 131
quia mandata tua deſiderabam.
*Aſpice in me, & miſerere mei ſe- 132
cundum iudicium diligentium nomen
tuum.
*Greſſus meos dirige ſecundum elo- 133
quium tuum: & non dominetur mei
omn s iniuſtitia.
*Redime me à calumnijs hominum: 134
'vt' cuſtodiam mandata tua.
*Faciem tuã illumina ſuper ſeruum 135
tuum: & doce me iuſtificationes tuas.
*Exitus aquarum deduxerunt oculi 136
mei: quia non cuſtodierunt legẽ tuam.

SADE.

*Iuſtus es Domine: & rectum iudi- 137
cium tuum.
*Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: 138
& veritatem 'tuam' nimis.
*Tabeſcere me fecit zelus meus: quia 139
obliti ſunt verba tua inimici mei.
*Ignitum eloquium tuũ vehemen- 140
ter: & ſeruus tuus dilexit illud.
*Adoleſcẽtulus ſum ego & contem- 141
ptus: iuſtificationes tuas non ſum ob-
litus.
*Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum: & 142
lex tua veritas.
*Tribulatio & anguſtia inuenerunt 143
me: mandata tua meditatio mea 'eſt'.
*Æquitas teſtimonia tua in æternum: 144
intellectum da mihi, & viuam.

COPH.

*Clamaui in toto corde 'meo', exau- 145
di me Domine: iuſtificationes tuas re-
quiram.
*Clamaui ad te, ſaluum me fac: vt' 146
cuſtodiam 'mandata' tua.
*Præuẽni in 'maturitate', & clamaui: 147
'quia' in verba tua ſuperſperaui.
*Præuenerunt oculi mei ad te dilu- 148
culo: vt meditarer eloquia tua.
*Vocem meam audi ſecundum mi- 149
ſericordiam tuam Domine: & ſecun-
dum iudicium tuum viuifica me.
*Appropinquauerunt perſequentes 150
me 'iniquitati': à lege autem tua longè
facti ſunt.
*Propè es tu Domine: & omnes viæ 151
tuæ veritas.
*Initio cognoui de teſtimoniis tuis, 152
quia in æternum fundaſti ea.

RES.

*Vide humilitatem meam, & eripe 153
me: quia legem tuam non ſum oblitus.
*Iudica iudicium meum, & redime 154
me: propter eloquium tuũ viuifica me.
*Longè à peccatoribus ſalus: quia iu- 155
ſtificationes tuas non exquiſierunt.
*Miſericordiæ tuæ multæ Domine: 156
ſecundum iudicium tuum viuifica me.
*Multi qui perſequuntur me, & tri- 157
bulant me, à teſtimoniis tuis non de-
clinaui.
*Vidi præuaricantes, & tabeſcebam, 158
quia eloquia tua non cuſtodierunt.
*Vide quoniam mandata tua dilexi 159
Dñe: in miſericordia tua viuifica me.
*Principium verborum tuorum ve- 160
ritas: 'in æternum omnia iudicia iuſti-
tiæ tuæ.

SIN.

*Principes perſecuti ſunt me gratis: 161
& à verbis tuis formidauit cor meum.
*Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſic- 162
ut qui inuenit ſpolia multa.
*Iniquitatem odio habui, & abomi- 163
natus ſum: legem autem tuam dilexi.
*Septies in die laudem dixi tibi ſu- 164
per iudicia iuſtitiæ tuæ.
*Pax multa diligẽtibus legem tuam: 165
& non eſt illis ſcandalum.

*Expe-

'& 5 MS. R.G.H.C. 'Domino MS.R. G. Harum lectionum, illam Ambroſius ſtatim ſequitur Hilarius. Auguſtinus, qui extrinſq. meminit, hanc quòd in plurimis ſit codicibus probat. Hebraus textus neutram repudiat.

'& 12 MS. R.G. H.C.

'& MS. Amb. G.H.C. 'teſtimonia tua. Immutauerunt MS.R.G. Q.

'& MS. R. Hil. Amb. Aug. G.H.C.

'& MS. 4 MS. Hil. G. C. 'iniquitati MS. Amb. Aug. Vincent. et Orat. vespert.

'& 131. R. Hier. G.H.C.

*Expectabam ſalutare tuũ Domine, 166 3
& mandata tua dilexi.
*Cuſtodiuit anima mea teſtimonia 167 4
tua: & dilexit ea vehementer.
*Seruaui mandata tua & teſtimonia 168 5
tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu
tuo.

TAV.

*Appropinquet deprecatio mea in 169 6
cõſpectu tuo Domine: iuxta eloquium
tuum da mihi intellectum.
*Intret poſtulatio mea in conſpectu 170 7
tuo: ſecundum eloquium tuũ eripe me.
*Eructabunt labia mea hymnũ, cùm 171 8
docueris me iuſtificationes tuas.
*Pronuntiabit lingua mea eloquium 172 1
tuum: quia omnia mandata tua æquitas.
*Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniã 173
mandata tua elegi.
*Concupiui ſalutare tuum Domine: 174
& lex tua meditatio mea 'eſt'.
*Viuet anima mea, & laudabit te: & 175
iudicia tua adiuuabunt me.
*Erraui ſicut ouis quæ periit: quære 176
ſeruum tuum, quia mandata tua non
ſum oblitus.

MS. H. 'Adiuuent me' G.

Canticum graduum.

Lat. CXIX. *Heb.* CXX.

AD Dominum cùm tribularer, cla- 1
maui, & exaudiuit me.
*Domine libera animam meam à la- 2
biis iniquis, '&' à lingua doloſa.
*Quid detur tibi, aut quid apponatur 3
tibi ad linguam doloſam?
*Sagittæ potentis acutæ, cum carbo- 4
nibus deſolatoriis.
*Heu mihi, quia incolatus meus pro- 5
longatus eſt: habitaui cum habitantib⁹
Cedar:
*Multum incola fuit anima mea. 6
*Cum his qui oderunt pacem, etiam 7
pacificus: cùm loquebar illis, impugna-
bant me gratis.

Hier. ad Sm. H.C.

Canticum graduum.

Lat. CXX. *Heb.* CXXI.

LEuaui oculos meos in montes vnde 1
veniet auxilium mihi.
*Auxilium meum à Domino qui fe- 2
cit cælum & terram.

Ps. 20, 27

*Non det in commotionem pedem 3
tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.
*Ecce non dormitabit neq. dormiet 4
qui cuſtodit Iſraël.
*Dominus 'cuſtodit' te, Dominus 5
protectio tua ſuper manum dexteram
tuam.
*Per diem ſol non vret te: neque luna 6
per noctem.
*Dominus 'cuſtodit' te ab omni ma- 7
lo: 'cuſtodiat' animam tuam Dominus.
*Dominus 'cuſtodiat' introitũ tuum 8
& exitum tuum, ex hoc nunc & vſque
in ſeculum.

'cuſtodiet G q. c.

'cuſtodiet I M S. G q. H. C.

'cuſtodiet G q. H. C.

'cuſtodiet G q. H. C. Q. n.

Canticum graduum.

Lat. CXXI. *Heb.* CXXII. 1

LÆtatus ſum in his quæ dicta ſunt 1
mihi, In domum Domini ibimus.
*Stantes erant pedes noſtri in atriis 2
tuis Ieruſalem.
*Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas: 3
cuius participatio eius in idipſum.
*Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus 4
Domini: teſtimonium Iſraël, ad confi-
tendum nomini Domini.
*Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, 5
ſedes ſuper domum Dauid.
*Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſa- 6
lem, & abundantia diligentibus te:
*Fiat pax in virtute tua: & abundan- 7
tia in turribus tuis.
*Propter fratres meos & proximos 8
meos loquebar pacem de te:
*Propter domum Domini Dei noſtri 9
quæſiui bona tibi.

Canticum graduum.

Lat. CXXII. *Heb.* CXXIII. 1

AD te leuaui oculos meos, qui habi- 1
tas in cælis.
*Ecce, ſicut oculi ſeruorum in mani- 2
bus dominorum ſuorum,
Sicut oculi ancillæ in manibus domi-
næ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dñm Deum
noſtrum, donec miſereatur noſtri.
*Miſerere noſtri Domine, miſerere 3
noſtri: quia multum repleti ſumus de-
ſpectione:
*Quia multum repleta eſt anima no- 4
ſtra: oppro-

ſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Canticum graduum ipſi Dauid.

Lat. CXXIII. *Heb.* CXXIII.

NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſraël, *niſi quia Dominus erat in nobis,
Cùm exurgerent homines in nos,
*fortè viuos deglutiſſent nos:
Cùm iraſceretur furor eorum in nos,
*forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
Torrentem pertrãſiuit anima noſtra:
*Forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.
*Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
*Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.
*Adiutorium noſtrũ in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

*Canticum graduum.

Lat. CXXIIII. *Heb.* CXXV.

QVi confidunt in Dño ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat *in Ieruſalem.
Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.
*Quia non relinquet 'Dominus' virgam 'peccatorum' ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.
*Benefac Dñe bonis & rectis corde.
*Declinantes autem in 'obligationes' adducet Dominus cum operãtibus iniquitatem: pax ſuper Iſraël.

*Canticum graduum.

Lat. CXXV. *Heb.* CXXVI.

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati:
*Tunc repletũ eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione.
Tunc dicent inter Gentes, Magnificauit Dominus facere cum eis.
*Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.
*Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro.
*Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.
*Euntes ibant & flebant, 'mittentes' ſemina ſua.
Venientes autem venient 'cum' exultatione, portantes manipulos ſuos.

*Canticum graduum Salomonis.

Lat. CXXVI. *Heb.* CXXVII.

NIſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.
Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam.
*Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: 'ſurgite' poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris.
*Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, 'filij': merces, 'fructus' ventris.
*Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.
*Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: 'non confundetur cùm loquetur' inimicis ſuis in porta.

Canticum graduum.

Lat. CXXVII. *Heb.* CXXVIII.

BEati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius:
*Labores manuũ tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.
*Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.
Filij tui ſicut 'nouellæ' oliuarum in circuitu menſæ tuæ.
*Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum.
*Benedicat 'tibi' Dominus ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.
Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſraël.

*Canticum graduum.

Lat. CXXVIII. *Heb.* CXXIX.

SÆpè expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſraël:

Sæpè

*Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
*Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.
*Dominus iuſtus 'concidet' ceruices peccatorum: *confundantur & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.
*Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur exaruit:
*De quo non 'implebit' manũ ſuam qui metit, & ſinum ſuum qui manipulos colligit.
*Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Dñi ſuper vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Canticum graduum.

Lat. CXXIX. *Heb.* CXXX.

DE profundis clamaui ad te Domine: *Dñe exaudi vocem meam:
Fiant aures tuæ intendẽtes in vocem deprecationis meæ.
*Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſubſtinebit?
*Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam
*ſuſtinui te Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius:
*ſperauit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſq. ad noctem:
*ſperet Iſraël in Domino.
Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.
*Et ipſe redimet Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduum Dauid.

Lat. CXXX. *Heb.* CXXXI.

DOmine non eſt exaltatũ cor meum, neque elati ſunt oculi mei:
Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.
*Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam:
Sicut 'ablactatus eſt' ſuper 'matre ſua', ita retributio in 'anima mea'.
*Speret Iſraël in Dño, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Canticum graduum.

Lat. CXXXI. *Heb.* CXXXII.

MEmento Domine Dauid, omnis mansuetudinis eius,
*Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob:
*Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei,
*Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,
*Et requiem 'temporibus' meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.
*Ecce audiuimus eam in Ephráta: inuenimus eam in campis ſyluæ.
*Introibimus in 'tabernaculum' eius: adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.
*Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.
*Sacerdotes tui induantur 'iuſtitia': & ſancti tui exultent.
*Propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui.
*Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur 'eum', 'De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
*Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos:
Et filij eorum vſque in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam.
*Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem ſibi.
*Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam.
*Viduã eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus.
*Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti 'tui' exultatione exultabunt.
*Illuc' producam cornu 'Dauid', 'paraui lucernam Chriſto meo.
*Inimicos eius induã cõfuſione: ſuper ipſum aũt efflorebit ſanctificatio mea.

Canticum graduum Dauid.

Lat. CXXXII. *Heb.* CXXXIII.

ECce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum:

*Sicut

'concidit R.G.H.G.

'implebit 12 MS. R. Hier. G. H. C.

'ablactatum 4 MS. R. G. 20 MS. G. H. C. n. 'matrem suam 2 MS. R. Aug. G. 'animam meam 2 MS. Aug. G. H.

- MS. Hil. Aug. H. C. Legitur autem in codicibus G. ' τῶν ἁγίων τῶν σ.

'obliquationes Q. n.

'nouellæ MS. Hil. Cisterc. Tecta. G. H. C.

'tecum fundetur cum loquetur MS. R. Hil. G. H. C.

'eius 7 MS. R. Hil. Hier. Aug. G. H. C.

'illic 4 MS. R. Hil.

' τῷ Δαυὶδ. Luc. 1, 69. Mal. 3, 1.

'eam MS. R. G. H. C. Pro hac lectione, Hier. pro illa, facit Hil. 2 Reg. 7, 12 Luc. 1, 55. Act. 2, 30.

'temporibus' τοῖς χρόνοις.

'tabernacula 4 MS. R. Hil. G. H. C.

*Sicut vnguẽtum in capite, quod de- 2
scendit in barbam, barbam Aaron,
Quod descendit in oram vestimenti
eius: *sicut ros Hermon, qui descen- 3
dit in montem Sion.
Quoniam illic mandauit Dñs bene-
dictionem, & vitam vsque in seculum.

Canticum graduum. 1

Lat. CXXXIII. *Heb.* CXXXIIII.

ECce nunc benedicite Domino, om-
nes serui Domini,
Qui statis in domo Domini, in atriis
domus Dei nostri,
*In noctibus extollite manus vestras 2
in sancta, & benedicite Domino.
*Benedicat te Dominus ex Sion, qui 3
fecit cælum & terram.

Halleluia. 3 1

Lat. CXXXIIII. *Heb.* CXXXV.

LAudate nomẽ Domini, laudate ser-
ui Dominum,
*Qui statis in domo Domini, in atriis 2
domus Dei nostri.
*Laudate Dominum, quia bonus Do- 3
minus: psallite nomini eius, quoniam
suaue est.
*Quoniam Iacob elegit sibi Domi- 4
nus, Israël in possessionem sibi.
*Quia ego cognoui quòd magnus est 5
Dñs, & Deus noster præ omnibus diis.
*Omnia quæcunque voluit Domi- 6
nus fecit in cælo & in terra, in mari, &
in omnibus abyssis.
*'Educens nubes ab extremo terræ: 7
fulgura in pluuiam fecit.
*Qui producit vẽtos de thesauris suis: 8
'qui percussit primogenita Ægypti ab
homine vsque ad pecus.
*"Emisit signa & prodigia in medio 9
tui Ægypte, in Pharaonem, & in om-
nes seruos eius.
*Qui percussit gentes multas: & oc- 10
cidit reges fortes:
*'Sehon regẽ Amorrhæorum, & Og 11
regem Basan, & omnia regna Chanaan.
*'Et dedit terram eorum hæredita- 12
tem, hæreditatem Israël populo suo.
*Domine nomen tuum in æternum: 13
Domine memoriale tuum in genera-
tionem & generationem.
*Quia iudicabit Dominus populum 14
suum: & in seruis suis deprecabitur.
*'Simulachra Gentium, argẽtum, & Sap.13,14.
aurum, opera manuum hominum.
*'Os habent, & non loquentur: ocu- Sap.15,15.
los habent, & non videbunt.
*Aures habent, & non audient: neq. 17
enim est spiritus in ore ipsorum.
*Similes illis fiant qui faciunt ea, & 18
omnes qui confidunt in eis.
*Domus Israël benedicite Domino: 19
domus Aaron benedicite Domino.
*Domus Leui benedicite Domino: 20
qui timetis Dñm, benedicite Domino.
*Benedictus Dominus ex Sion, qui 21
habitat in Ierusalem.

*Halleluia. 1

Lat. CXXXV. Heb. CXXXVI.

CONfitemini Domino quoniam bo-
nus: quoniam in æternum miseri-
cordia eius.
*Cõfitemini Deo deorum: quoniam 2
in æternum misericordia eius.
*Confitemini Domino dominorum: 3
quoniam in æternum misericordia eius.
*Qui facit mirabilia magna solus: quo- 4
niam in æternum misericordia eius.
*'Qui fecit cælos in intellectu: quo- Gen.1,1.
niam in æternum misericordia eius. &6.
*'Qui firmauit terram super aquas: 6
quoniam in ęternum misericordia eius.
*Qui fecit luminaria magna: quoniã 7
in æternum misericordia eius.
*Solem in potestatem diei: quoniam 8
in æternum misericordia eius.
*Lunam & stellas in potestatem no- 9
ctis: quoniã in æternũ misericordia eius.
*'Qui percussit Ægyptum cum pri- Exo.12,29.
mogenitis eorum: quoniam in ęternum
misericordia eius.
*Qui eduxit Israel de medio eorum: Exo.13,18.
quoniam in æternum misericordia eius.
*In manu potenti & brachio excelso: 12
quoniam in æternum misericordia eius.
*Qui diuisit Mare-rubrum in diui- 13
siones: quoniam in æternum misericor-
dia eius.

*Et eduxit Israël per mediũ eius: quo- 14
niam in æternum misericordia eius.
*'Et excussit Pharaonem & virtutem 15
eius in Mari rubro: quoniã in æternum Exo.14,28
misericordia eius.
*Qui traduxit populum suum "per 16
desertum': quoniam in æternum miseri- "in deser-
cordia eius. to MS.
*Qui percussit reges magnos: quoniã 17 Aug. G. H.
in æternum misericordia eius. C. Quæ in
*'Et occidit reges fortes: quoniam in 18 Textu est la-
æternum misericordia eius. Num.21,24. sto, hinc est
*Sehon regem Amorrhæorum: quo- 19 expositio.
niam in æternum misericordia eius.
*'Et Og regem Basan: quoniam in 20 Num.21,33.
æternum misericordia eius.
*'Et dedit terram eorũ hæreditatem: 21 Ios.13,7.
quoniam in ęternum misericordia eius.
*Hæreditatem Israël seruo suo: quo- 22
niam in æternum misericordia eius.
*Quia in humilitate nostra memor 23
fuit nostri: quoniam in æternum mise-
ricordia eius.
*Et redemit nos ab inimicis nostris: 24
quoniam in æternum misericordia eius.
*Qui dat escam omni carni: quoniam 25
in æternum misericordia eius.
*Confitemini Deo cæli: quoniam in 26
æternum misericordia eius.
*R. G. H. C. Et ab Hil. quidem non agnoscitur: ab Hier. uero & Aug. non patitur. *H. C.
'Confitemini Domino dominorum: quoniam in ęternum misericordia eius'.

'Psalmus Dauid propter Ieremiam'.

Lat. CXXXVI. *Heb.* CXXXVII.

SVPER flumina Babylonis illic sedi- 1
mus & fleuimus, dum recordaremur
*'tui MS q. 'Sion:
*In salicibus in medio eius suspendi- 2
mus organa nostra.
*Quia illic interrogauerunt nos qui 3
captiuos duxerunt nos, verba cantio-
num:
Et qui abduxerunt nos, Hymnum
cantate nobis de canticis Sion.
*Quomodò cantabimus canticum 4
Domini in terra aliena?
*Si oblitus fuero tui Ierusalem, obli- 5
uioni detur dextera mea.
*Adhęreat lingua mea faucibus meis, 6
si non meminero tui,
Si non proposuero Ierusalem in prin-
cipio lætitiæ meæ.
*Memor esto Domine filiorũ Edom, 7
in die Ierusalem:
Qui dicunt, Exinanite, exinanite vsq.
ad fundamentum in ea.
*Filia Babylonis misera: beatus qui re- 8
tribuet tibi retributionem tuam, quam
retribuisti nobis.
*'Beatus qui tenebit & allidet paruu- 9 Isa.13,16.
los "suos' ad petram. "tuos 6 MS. R. Aug. G. H. C.

Ipsi Dauid. 1

Lat. CXXXVII. Heb. CXXXVIII.

CONfitebor tibi Domine in toto cor-
de meo: quoniam audisti verba oris
mei.
*In conspectu angelorum psallã tibi: *Et MS. R. Hil. G. Verum ab Hier. Gq. H. & C. prætermittitur.
*adorabo ad templum sanctũ tuum, 2
& confitebor nomini tuo
Super misericordia tua & veritate tua:
quoniam magnificasti super omne, no-
men sanctum tuum.
*In quacunq. die inuocauero te, ex- 3
audi me: multiplicabis in anima mea
virtutem.
*Confiteantur tibi Domine omnes 4
reges terræ, quia audierunt "omnia' ver- "5 MS. H. C. Legitur autem ab Aug. & cõdicibus G.
ba oris tui:
*Et cantent in viis Domini: quoniam 5
magna "est' gloria Domini. "MS. R. Hil. G. H. C.
*Quoniam excelsus Dominus: & hu- 6
milia respicit, & alta à longè cognoscit.
*Si ambulauero in medio tribulatio- 7
nis, viuificabis me: & super iram inimi-
corum meorum extendisti manũ tuam,
& saluum me fecit dextera tua.
*Dominus retribuet pro me: Domine 8
misericordia tua in seculum, opera ma-
nuum tuarum ne despicias.

In finem Psalmus Dauid.

Lat. CXXXVIII. Heb. CXXXIX.

DOmine probasti me, & cognouisti
me: *tu cognouisti sessionẽ meam 2
& resurrectionem meam.
*Intellexisti cogitationes meas dẽlon- 3
ge: semitam meam & funiculum meum
inuestigasti.
*Et omnes vias meas præuidisti: quia 4

non est sermo in lingua mea.

5 ✠ Ecce Domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

6 ✠ Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

7 ✠ Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

Amos 9,2. 8 ✠ Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.

9 ✠ Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris:

10 ✠ Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

11 ✠ Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.

- MS. R. Hil. G. H. C.

12 ✠ Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

13 ✠ Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de vtero matris meæ.

14 ✠ Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.

*cognoscit 2 MS. R. Hil. G. H.

15 ✠ Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.

*τὸ ὀστοῦν.

16 ✠ Imperfectũ meũ viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.

*die 3 MS. Q. n.

17 ✠ Mihi autem nimis honorificati sunt, amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

*confortati sunt 5 MS. R. Aug. G. H. C.

18 ✠ Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

19 ✠ Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate à me,

20 ✠ Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates suas.

*tuas MS. R. G. H. C. Dñi ciuitates, Hilarius intelligit.

21 ✠ Nónne qui oderunt te Dñe, oderam, & super inimicos tuos tabescebam?

*& MS q. in inimicos R. G. H. C.

22 ✠ Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.

23 ✠ Proba me Deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas.

24 ✠ Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

In finem Psalmus Dauid.

Lat. CXXXIX. *Heb.* CXL.

1 ERipe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.

2 ✠ Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prœlia.

3 ✠ Acuerunt linguam suam sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum.

Sapient. 1,11. Eccl. 28,26.

4 ✠ Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

- MS. R. Hil. Aug. G. H. C.

5 Qui cogitauerũt supplantare gressus meos: ✠ absconderunt superbi laqueum mihi:

6 Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerunt mihi.

7 ✠ Dixi Domino: Deus meus es tu, exaudi Dñe vocem deprecationis meæ.

8 ✠ Domine Domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli:

9 ✠ Ne tradas me Dñe à desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

10 ✠ Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.

11 ✠ Cadent super eos carbones: in ignem deiicies eos, in miseriis non subsistent.

12 ✠ Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.

13 ✠ Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.

14 ✠ Veruntamẽ iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

- MS. Aug. H. C. Quamuis in libro Dñi legam, Hic sperabunt.

1 ✠ Psalmus Dauid.

Lat. CXL. *Heb.* CXLI.

DOmine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cùm clamauero ad te.

2 ✠ Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearum sacrificium vespertinum.

3 ✠ Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.

4 ✠ Non declines cor meũ in verba malitiæ, ad

litiæ, ad excusandas excusationes in peccatis,

Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

5 ✠ Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: 6 ✠ absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt: ✠ sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: 8 ✠ quia ad te Domine, Domine oculi mei, in te speraui, nõ auferas animam meam.

9 ✠ Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.

10 ✠ Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.

1 ✠ Intellectus Dauid, cùm esset in spelunca, oratio. 1. *Reg.* 24.

Lat. CXLI. *Heb.* CXLII.

Ps 76, 1. 2 VOce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominũ deprecatus sum:

3 ✠ Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meã ante ipsum pronuntio.

- MS. R. Aug. G. H. C.

4 ✠ In deficiendo ex me spiritũ meum, & tu cognouisti semitas meas.

In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.

5 ✠ Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.

Periit fuga à me: & non est qui requirat animam meam.

6 ✠ Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viuentiũ.

7 ✠ Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.

8 ✠ Educ de custodia animam meam, ad confitendũ nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.

1 ✠ Psalmus Dauid, quando persequebatur eum Absalom filius eius. - H. C.

2. *Reg.* 17.

Lat. CXLII. *Heb.* CXLIII.

DOmine exaudi orationẽ meam: auribus percipe obsecrationẽ meam in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.

2 ✠ Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

3 ✠ Quia persecutus est inimicus animã meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, 4 ✠ & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

5 ✠ Memor fui dierum antiquorũ, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

6 ✠ Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi:

7 ✠ Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.

8 ✠ Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speraui.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

9 ✠ Eripe me de inimicis meis Domine, 10 ad te confugi: ✠ doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: ✠ propter nomen tuum Dñe viuificabis me, in æquitate tua.

" in terra recta MS. G.

11 Educes de tribulatione animã meam: 12 ✠ & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animã meam: quoniam ego seruus tuus sum.

* omnes MS q.

1 ✠ Psalmus Dauid aduersus Goliath. - H. C.

Lat. CXLIII. *Heb.* CXLIIII.

BEnedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prœlium, & digitos meos ad bellum.

2 ✠ Misericordia mea, & refugiũ meum: susceptor meus, & liberator meus:

Protector meus,& in ipso speraui:qui subdit populum meum sub me.

3 Dñe,quid est homo,quia innotuisti ei? aut filius hominis,quia reputas eum?

4 Homo vanitati similis fact⁹ est: dies eius sicut vmbra prætereunt.

5 Dñe inclina cælos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.

6 Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos:

7 Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.

8 Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

9 Deus canticum nouũ cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.

10 Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno: eripe me,

11 Et erue me de manu filiorum alienorum;quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis:

12 Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua.

Filiæ eorum compositæ: circum ornatæ vt similitudo templi.

13 Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.

Oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis:

14 Boues eorum crassæ.

Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

15 Beatum dixerunt populum cui hæc sunt:beatus popul⁹ cuius Dñs Deus eius.

Laudatio ipsi Dauid.

Lat. CXLIIII. *Heb.* CXLV.

1 EXaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in seculum,& in seculum seculi.

2 Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum,& in seculum seculi.

3 Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.

4 Generatio & generatio laudabit opera tua,& potentia tuam pronuntiabunt.

5 Magnificentiã gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt.

6 Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinẽ tuam narrabunt.

7 Memoriã abundantiæ suauitatis tuę eructabunt: & iustitia tua exultabunt.

8 Miserator & misericors Dominus: patiens & multum misericors.

9 Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius.

10 Confiteantur tibi Dñe omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi.

11 Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur:

12 Vt notã faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.

13 Regnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generatione.

Fidelis Dñs in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

14 Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.

15 Oculi omnium in te sperant: & tu das escam illorũ in tempore opportuno.

16 Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione.

17 Iustus Dñs in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

18 Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.

19 Voluntatem timentium se faciet,& deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.

20 Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet.

21 Laudationẽ Dñi loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum, & in seculum seculi.

Hallelu-ia, Aggęi & Zachariæ.

Lat. CXLV. *Heb.* CXLVI.

1 LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero.

3 Nolite confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non est salus.

4 Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

5 Beat⁹ cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius:

6 qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

7 Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus.

8 Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos.

9 Dominus custodit aduenas, pupillũ & viduam suscipiet:& vias peccatorum disperdet.

10 Regnabit Dominus in secula Deus tuus Sion, in generatione & generationem.

Hallelu-ia.

Lat. CXLVI. *Heb.* CXLVII.

1 LAudate Dominum, quoniã bonus est psalmus Deo nostro: sit iucunda decoraque laudatio.

2 Ædificans Ierusalem Dominus: dispersiones Israëlis congregabit.

3 Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

4 Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocans.

5 Magnus Dñs noster,& magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus.

6 Suscipiens mansuetos Dñs: humilians aũt peccatores vsque ad terram.

7 Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.

8 Qui operit cælum nubibus,& parat terræ pluuiam.

Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.

9 Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorum inuocantibus eum.

10 Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei:

11 Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

Hallelu-ia.

Lat. CXLVII.

12 LAuda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion.

13 Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

14 Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

15 Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

16 Qui dat niuẽ sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

17 Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

18 Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius,& fluent aquę.

19 Qui annuntiat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israël.

20 Non fecit taliter omni nationi:& iudicia sua nõ manifestauit eis. Hallelu-ia.

Hallelu-ia. CXLVIII.

1 LAudate Dominum de cælis:laudate eum in excelsis.

2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

3 Laudate eũ sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.

4 Laudate eum cæli cęlorum: & aquę quæ super cælos sunt,

5 laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit,& facta sunt: ipse mãdauit, & creata sunt.

6 Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: præceptũ posuit,& non præteribit.

7 Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi.

8 Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius:

9 Montes & omnes colles,ligna fructifera, & omnes cedri.

10 Bestię,& vniuersa pecora,serpentes, & volucres pennatæ:

11 Reges terræ,& omnes populi, principes, & omnes iudices terræ:

12 Iuuenes & virgines,senes cum iuniori-

subdis MS. Hier. subijciens Hil. G. H. C.

Iob.8, 9. & 14,2.

Act.14, 15 Apo.14,7.

iustitia tuam MS. Hil. Q.

dirigit o.

viam 8 MS. R. Hil. Hier. Aug. G. H. C.

Iob 39, 3.

dat MS. Aug. redemit MS. Aug. suum MS. Aug. G. H. C.

nouella plãtationis MS. nouellæ plantatæ R. Aug. G. plantationes auctæ M.

crassi MS. Hier. G. M.

Psal. 147.

MS. R. Hier. Aug. G. H. C.

Dñi MS. Hie.

nec in MS. G. H. C. Hilar. in & sine non longe

Dan. 3, 58.

Dan. 3, 59. 60.

seculum MS. R. Hier. Aug.

ribus, [s]laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius. 13

Confessio eius super cælũ & terram: 14

[s]& 'exaltauit' cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israël populo appropinquanti sibi. Hallelu-ia.

[s]exaltabit MS.R. Hilar. G. Verùm Tertull. suffraganur H. & c.

Hallelu-ia. CXLIX.

CAntate Domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. 1

[s]Lætetur Israël in eo qui fecit eum: & 'filiæ' Sion exultent in rege suo. 2

[s]Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei: 3

[s]Quia beneplacitum est Domino in populo suo, & 'exaltauit' mansuetos 'in salutem'. 4

[s]Exultabunt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis. 5

[s]'Exultationes' Dei in gutture eorũ, & gladij ancipites in manibus eorum: 6

[s]Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: 7

[s]Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. 8

[s]Vt 'faciant' in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnib⁹ sanctis eius. Hallelu-ia. 9

[s]filij 8 MS. R. Hier. Aug. G.H.C.

[s]exaltabit 3 MS. R.G.H.C.

[s]in salute 1 MS.R. G.H.C.

[s]Exaltationes 1 MS.G.H. [s]Laudes c.

[s]faciat Q.n.

Hallelu-ia. CL.

LAudate Dñm in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. 1

[s]Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. 2

[s]Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara. 3

[s]Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo. 4

[s]Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: 5

[s]omnis spiritus laudet Dominum. Hallelu-ia. 6

LIBER PROVERBIORVM,

QVEM HEBRÆI

MISLE APPELLANT.

CAPVT PRIMVM.

PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Israël: 1

[s]ad sciendam sapientiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ, [s]& suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatem: [s]vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia & intellectus. [s]Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens, gubernacula possidebit: [s]Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientum, & ænigmata eorum. 2 3 4 5 6

[s]Timor Domini, principium sapientiæ. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. [s]Audi fili mi disciplinã patris tui, & ne dimittas legem matris tuę: [s]vt 7 8

Eccli.18, 1. Eccli.1, 16.

[s]vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. 9

Prou.2, 10. [s]Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. 10

[s]Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra: 11

[s]deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum. 12

[s]Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis. 13

[s]Sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum. 14

[s]Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. 15

Ysai.59.7. [s]'Pedes enim illorũ ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. 16

[s]Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. 17

[s]Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. 18

[s]Sic semitæ omnis auari, animas possidentium rapiunt. 19

[s]Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: 20

[s]in capite turbarũ clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens, 21

[s]Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam? 22

[s]Conuertimini ad correptionẽ meam: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. 23

Isai.65, 12. 66,4. Ierem.7, 13. 35,15. [s]Quia vocaui, & renuistis: extendi manũ meam, & non fuit qui aspiceret. 24

[s]Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. 25

[s]Ego quoq. in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id quod timebatis aduenerit; 26

[s]Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tẽpestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia. 27

[s]Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non inuenient me: 28

[s]eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, 29

[s]nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ. 30

[s]Comedent igitur fructus viæ suæ, suisq. consiliis saturabuntur. 31

[s]auersio paruulorũ interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. 32

[s]Qui autem me audierit, absque terrore requiescet & abundantia perfruetur, timore malorum sublato. 33

CAP. II.

FIli mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te, 1

[s]vt audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. 2

[s]Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ: 3

[s]si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: 4

[s]tunc intelliges timorẽ Domini, & scientiam Dei inuenies. 5

[s]quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia. 6

[s]Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, 7

[s]seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens. 8

[s]Tunc intelliges iustitiam & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam. 9

[s]Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit: 10

[s]consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, 11

[s]vt eruaris à via mala, 'ab homine qui peruersa loquitur: 12

[g]MS.B. H. Additur autem à G. & G.

[s]qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas: 13 14

[s]qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis: 15

[s]quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum. 16

[s]Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit sermones suos, 17

[s]& relinquit ducem pubertatis suę, & pacti Dei sui oblita est. 18

[s]inclinata est enim ad mortem dom⁹ eius, & ad inferos semitæ ipsius. 19

[s]omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ. 20

[s]Vt ambules in via bona: & calles iustorum custodias. 21

[s]Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. 22

Iob 18,17. [s]'Impij verò de terra perdentur: & qui iniquè agunt, auferentur ex ea.

CAP. III.

FIli mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat. 1

Deut.8, 1. 30,16. [s]'longitudinẽ enim dierum, & annos vitæ & pacem apponẽt tibi. 2

[s]Misericordia & veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: 3

[s]& inuenies gratiam & disciplinam 4

plinam bonam coram Deo & hominibus. *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. *In omnibus viis tuis cogita illum, Rom.12,16 & ipse diriget gressus tuos. *' Ne sis sapiens apud temetipsum: time Deum, & recede à malo. *sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum.

Tob.4,7. Luc.14,13. *' Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugũ tuarum*: *& implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. *da pauperibus MSq. Hebr.12,5. Apoc.3,19. *' Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias cùm ab eo corriperis. *quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio cõplacet sibi.

*Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui "affluit prudentia'. *melior est acquisitio eius negotiatione "auri & argenti, primi & purissimi' fructus eius. "effluit prudentiam 5 MS.Q.n. "argento & auro primo 6 MS.R. "argenti, & auri primi & purissimi. 14 MS. Q.n.

*pretiosior est cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. *Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. *Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ. *Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam: & qui "tenuerit eam, beatus'. *Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cęlos prudentia. *Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt. *Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem atq. consilium: *& erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. *tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. *si dormieris, non timebis: quiescs, & suauis erit somnus tuus. *ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi "potentias' impiorum. "tenuerint eam beati MS. R.C. "tenuerint eam beatus H. "ruinas R.Q.n.

*Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedẽ tuum ne capiaris. *Noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales, & ipse benefac. *Nec dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi: cùm statim possis dare. *Ne moliaris amico tuo malũ, cùm ille in te habeat fiduciam. *Ne contendas aduersus hominem frustra, cùm ipse tibi nihil Ipsal.36,1.2 mali fecerit. *' Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius: *quia abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius.

*Egestas à Domino in domo impij: habitacula autem iustorum benedicentur. *Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. *Gloriam sapientes possidebunt: stultorum "exultatio', ignominia. "exaltat R.H.C. scripsere modò posteriores duo.

CAP. IIII.

AVdite filij disciplinam patris, & attendite: vt sciatis prudentiam. *Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. *Nam & ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea: *& docebat me, atque dicebat, Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea & vives. *Posside sapientiam, posside prudentiam: ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei. *Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te. *Principium sapientiæ, posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam. *arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cũ eam fueris amplexatus. *dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te. *Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. *Viam sapientiæ "monstrabo' tibi, "ducam' te per semitas æquitatis: *quas cùm ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. *Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est via tua. *Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. *Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina & defere eam. *non enim dormiunt nisi malefecerint: & "non' rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint. *comedunt panẽ impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. *Iustorum autem semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectam diem. *Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. *Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. *ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: *vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni sanitas. *Omni "tenebr. MS.B.C. "Verum pro sensu antiquo hoc per errorem.

*Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. *Remoue à te os prauũ, & detrahentia labia sint procul à te. *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. *Dirige semitam pedibus tuis, & omnes vię tuę stabilientur. *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: auerte pedem tuum à malo. "vias enim quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersę verò sunt quæ à sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet'. R.H.C. In MS. autem & G. legentur; atque à B. exponuntur.

CAP. V.

FIlli mi, attende ad sapientiam meam, & prudentię meæ inclina aurẽ tuam: *vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent. *'Fauus enim stillãs labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. *nouissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps. *Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant. *Per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. *Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. *Ne intenderis fallaciæ mulieris MS.B.G. Verùm in antiquis MS.R.H. & C. pars ipsa non reperitur.

*Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. *Ne des alienis honorẽ tuum, & annos tuos crudeli. *ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, *& gemas in nouissimis quando cõsumpseris carnes tuas & corpus tuum, & dicas, *Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, *nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam? *Penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ & synagogæ. *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. *Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. *Sit vena tua benedicta, & lætare cũ muliere adolescentiæ tuæ: *cerua charissima, & gratissimus hinnulus. hubera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter. *Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? *' Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus eius considerat. Iob 31,4. & 34,21. *Iniquitates suæ "capiunt' impium, & funibus peccatorum suorum "constringitur'. *Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitiæ suæ decipietur. "capient MS.H. "cõstringetur MS. H.C. Similiter autem Textui exposuerũt G.

CAP. VI.

FIlli mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, *illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. *Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum: *ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. *Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de "manu' aucupis'. *Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: *quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, *parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. *vsquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo? *Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus vt dormias: *& veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. *Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longè fugiet à te'. *Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, *annuit oculis, terit pede, digito loquitur, *prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. *huic extemplò veniet perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit vltrà medicinam. *Sex sunt quę odit Dñs, & septimum detestatur anima eius, *Oculos sublimes, Linguam mendacem, Manus effundentes innoxium sanguinem, *Cor machinans cogitationes pessimas, Pedes veloces ad currendũ in malum, *Proferentem mendacia testem fallacem, Et eum qui seminat inter fratres discordias. *Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. *Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. *Cùm ambulaueris gradian- Infr.24,33. "insidiis 19 MS. "laqueo 2. C.G.Quæ in Textu est, lectio respondet H. *ea 4 MS. H.C. Omittitur autem à 9. R.H.C. G. Verùm à Ms. B. & Gq. non omittunt.

tur tecum: cùm dormieris, custodiant
te, & euigilans loquere cum eis. *quia 23
mandatum lucerna est, & lex lux, & via
vitæ increpatio disciplinæ, *Vt custo- 24
diant te à muliere mala, & à blanda lin-
gua extraneæ. *Non concupiscat pul- 25
chritudinem eius cor tuum, ne capiaris
nutibus illius. *pretium enim scorti 26
vix est vnius panis: mulier autem viri,
pretiosam animam capit. *Nunquid 27
potest homo abscondere ignem in sinu
suo, vt vestimenta illius non ardeant?
*aut ambulare super prunas, vt nõ com- 28
burantur plantæ eius? *sic qui ingre- 29
ditur ad mulierem proximi sui, non erit
mundus cùm tetigerit eam. *Non grã- 30
dis est culpa, cùm quis furatus fuerit, fu-
ratur enim vt esurientem impleat ani-
mam: *deprehensus quoque reddet 31
septuplum, & omnem substantiam do-
mus suæ tradet'. *Qui autem adulter 32
est, propter cordis inopiam perdet ani-
mam suam: *turpitudinem & igno- 33
miniam congregat sibi, & opprobrium
illius non delebitur. *quia zelus & fu- 34
ror viri non parcet in die vindictæ,
*nec acquiescet cuiusquam preci- 35
bus, nec suscipiet pro redemptione do-
na plurima.

'& liberabit se MS. B. G. Verùm à R. H. & C. non agnoscitur.

CAP. VII.

FIli mi, custodi sermones meos, & 1
præcepta mea reconde tibi. Fili, ho-
nora Dominum, & valebis: præter eum
verò ne timueris alienum'. *Serua man- 2
data mea, & viues: & legem meam quasi
pupillam oculi tui. *liga 'eam' in digi- 3
tis tuis, scribe 'illam' in tabulis cordis tui.
*Dic sapientiæ, soror mea es: & pru- 4
dentiam voca amicã tuam, *Vt custo- 5
diat te à muliere extranea, & ab aliena
quæ verba sua dulcia facit. *De fenestra 6
enim domus meæ per cãcellos prospexi,
*& video paruulos, considero vecor- 7
dem iuuenem, *qui transit per plateas 8
iuxta angulum, & prope viam domus il-
lius, graditur *in obscuro aduespera- 9
scente die, in noctis tenebris, & caligine.
*Et ecce occurrit illi mulier ornatu 10
meretricio, præparata ad 'decipiendas'
animas, *garrula & vaga, quietis im- 11

* 14 MS. R. H. C. desumpsens est autem versus iste ex G.

'ea 2 MS. H. 'illa R.

'capiendas 14 MS B.

patiens, nec valens in domo consistere
pedibus suis, *nunc foris, nunc in pla- 12
teis, nunc iuxta angulos insidians.
*Apprehensumq. deosculatur iuue- 13
nem, & procaci vultu blanditur, dicens,
*Victimas pro salute deuoui, hodie 14
reddidit vota mea. *idcirco egressa 15
sum in occursum tuum, desiderans te
videre, & reperi. *Intexui funibus le- 16
ctulum meum, straui tapetibus pictis
ex Ægypto. *aspersi cubile meum 17
myrrha, & aloë, & cinnamómo. *Veni 18
inebriemur huberibus, 'et fruamur cu-
pitis amplexibus, donec illucescat dies'.
*non est enim vir in domo sua, abiit 19
via longissima. *sacculum pecuniæ se- 20
cum tulit: in die plenæ lunæ reuersurus
est in domũ suam. *Irretiuit eum mul- 21
tis sermonibus, & blanditiis labiorum
protraxit illum. *Statim eam sequitur 22
quasi bos ductus ad victimam, & quasi
agnus lasciuiens, & 'ignorans' quòd ad
vincula stultus trahatur: *donec trans- 23
figat sagitta iecur eius: velut si auis festi-
net ad laqueum, & nescit quòd de peri-
culo animæ illius agitur. *Nunc ergo 24
fili mi, audi me, & attende verbis oris
mei. *Ne abstrahatur in viis illius mens 25
tua: neq. decipiaris semitis eius. *mul- 26
tos enim vulneratos deiecit, & fortissi-
mi quique interfecti sunt ab ea. *Viæ 27
inferi domus eius, penetrantes 'interio-
ra' mortis.

'Dolores incertos dies, & fruatur cupitis amplexibus Hier.

'in inferiora M. Hieron. ita legit: Deiecit ad penetralia mortis.

CAP. VIII.

NVnquid non sapientia clamitat, & 1
prudentia dat vocem suam? *In 2
summis excelsisq. verticib⁹ supra viam,
in mediis semitis stans, *iuxta portas 3
ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens,
*O viri ad vos clamito, & vox mea ad 4
filios hominum. *Intelligite paruuli 5
astutiam, & insipientes animaduertite.
*Audite, quoniam de rebus magnis 6
locutura sum: & aperientur labia mea,
vt recta prædicent. *Veritatem medi- 7
tabitur guttur meum, & labia mea dere-
stabuntur impium. *Iusti sunt omnes 8
sermones mei, non est in eis prauũ quid,
neque peruersum. *recti sunt intelli- 9
gentibus, & æqui inuenientibus scien-
tiam. *Accipite disciplinam meam, 10

& non

& non pecuniam: doctrinã magis, quàm
aurũ eligite. *Melior est enim sapien- 11
tia cunctis 'opibus' pretiosissimis: &
omne desiderabile, ei non potest com-
parari. *Ego sapientia habito in consi- 12
lio, & eruditis interfum cogitationibus.
*Timor Domini odit malum: arro- 13
gantiam & superbiam & viam prauam,
& os bilingue detestor. *Meũ est con- 14
siliũ & æquitas, mea est prudentia, mea
est fortitudo. *Per me reges regnant, 15
& legum conditores iusta decernunt.
*Per me principes imperant, & poten- 16
tes decernunt iustitiam. *Ego diligen- 17
tes me, diligo: & qui manè vigilant ad
me, inuenient me. *Mecum sunt di- 18
uitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia.
*Melior est enim fructus meus auro & 19
lapide pretioso, & genimina mea argen-
to electo. *In viis iustitiæ 'ambulo' in 20
medio semitarum iudicij, *vt ditem di- 21
ligentes me, & thesauros eorũ repleam.
*Dominus possedit me in initio via- 22
rum suarum, antequam quicquam fa-
ceret à principio. *Ab æterno ordina- 23
ta sum, & ex antiquis antequam terra
fieret. *Nondum erant abyssi, & ego 24
iam concepta eram: necdũ fontes aqua-
rum eruperant. *Necdum montes gra- 25
ui mole constiterant, ante *colles ego
parturiebar: *adhuc terram non fece- 26
rat, & flumina, & cardines orbis terræ.
*Quando præparabat cælos, aderam: 27
quando certa lege & gyro vallabat abys-
sos. *quando æthera firmabat sursum, 28
& librabat fontes aquarum. *quando 29
circundabat mari terminum suum, &
legem ponebat aquis, ne transirent fines
suos: quando appendebat fundamenta
terræ. *Cum eo eram cuncta compo- 30
nens: & delectabar per singulos dies,
ludens coram eo omni tẽpore: *ludens 31
in orbe terrarum: & deliciæ meæ, esse
cum filiis hominum. *Nunc ergo filij 32
audite me, Beati qui custodiunt vias
meas. *Audite disciplinam, & estote sa- 33
pientes, & nolite abiicere eam. *Beatus 34
homo qui audit me, qui vigilat ad fores
meas quotidie, & obseruat ad postes ostij
mei. *Qui me inuenerit, inueniet vi- 35

'ambulabo MS. R. H. Consentiunt antiqui & G. legit Textus. Sap. 9, 9.

*omnes MS. R. G. Vnum ex duobus Textus, sic & B. H. & C. non legitur.

tam, & hauriet salutem à Domino: *qui 36
autem in me peccauerit, lædet animam
suam. Omnes qui me oderunt, diligunt
mortem.

CAP. IX.

SApientia ædificauit sibi domum, ex- 1
scidit columnas septem. *Immolàu- 2
it victimas suas, miscuit vinum, & pro-
posuit mensam suam. *Misit ancillas 3
suas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia
ciuitatis, *Siquis est paruulus, veniat 4
ad me. Et insipientibus locuta est: *Ve- 5
nite comedite panem meum, & bibite
vinum quod miscui vobis. *Relinqui- 6
te infantiam, & viuite, & ambulate per
vias prudentiæ. *Qui erudit derisorem, 7
ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit
impium, sibi maculam generat. *Noli 8
arguere derisorem, ne oderit te. Argue
sapientem, & diliget te. *Da sapienti 9
occasionem, & addetur ei sapientia. Do-
ce iustũ, & festinabit accipere. *'Prin- 10
cipium sapiẽtiæ timor Domini: & scien-
tia sanctorũ prudentia. *Per me enim 11
multiplicabuntur dies tui, & addentur
tibi anni vitæ. *Si sapiens fueris, tibi- 12
metipsi eris: si autem illusor, solus porta-
bis malum. *Mulier stulta & clamosa, 13
plenaque illecebris, & nihil omnino
sciens: *sedit in foribus domus suæ su- 14
per sellã in excelso vrbis loco, *vt vo- 15
caret transeuntes 'per' viam, & pergen- 16
tes itinere suo, *Quis est paruulus, de-
clinet ad me. Et vecordi locuta est,
*Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & pa- 17
nis absconditus suauior. *Et ignorà- 18
uit quòd ibi sint gigantes, & in pro-
fundis inferni conuiuæ eius. 'Qui
enim applicabitur illi, descendet ad
inferos: nam qui abscesserit ab ea,
saluabitur'.

Sap. 1, 7. P∫. 110, 10. Eccl. 1, 16. Iob 28, 28.

'per' MS. H. C. G.

'14 MS. R. H. C. G. Nec à Beda explicatur.

PARABOLÆ SALOMONIS.

CAP. X.

FIlius sapiens lætificat patrem: filius
verò stultus mœstitia est matris suæ.
*Nil proderunt thesauri impietatis: 2
iustitia verò liberabit à morte.

*Non

*Non affliget Dñs fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet.
*Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat.
-17 MS. R.H.C.G. Q.n. 'Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volantes'. *Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis.
-5 MS. R. H.C. Additum est ex versu 6. *Benedictio 'Dñi' super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas.
*Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet.
*Sapiens corde præcepta suscipiet: stultus cæditur labiis.
*Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit.
Eccl.27,25. *'Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labiis verberabitur.
*Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatem. 2 Pet.4,8. 1 Co.13,4. *'Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas.
*In labiis sapientis inuenitur sapiẽtia, & virga in dorso eius qui indiget corde.
*Sapientes abscondunt scientiam: os autem stulti confusioni proximum est.
*Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum.
*Opus iusti, ad vitam: fructus autem impij, ad peccatum.
*Via vitæ, custodiẽti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.
*Abscondunt odium labia mẽdacia: qui profert contumeliam, insipiens est.
*In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.
*Argentum electum, lingua iusti: cor autem impiorum pro nihilo.
*Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. *Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur 'eis' afflictio.
'ei R. H. C.G. *Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia.
*Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustis dabitur.
*Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum.
*Sicut acetũ dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum'.
*Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.
*Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit.
*Fortitudo simplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum.
*Iustus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram. *Os iusti parturiet sapientiam, 'lingua prauorum peribit.
'&c.vt.H.C. *Labia iusti considerant placita, & os impiorum peruersa.

CAP. XI.

STatêra dolosa abominatio est apud Deũ, & pondus æquũ voluntas eius.
*Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.
*Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos.
*'Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte.
*Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius.
*Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidiis suis capientur iniqui.
*'Mortuo homine impio nulla erit vltrà spes, & expectatio solicitorum peribit. *Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo.
*Simulator ore decipit amicũ suum: iusti autem liberabuntur scientia.
'exhibit. a.M.S. R.H.C. *In bonis iustorũ 'exaltabitur' ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio.
*Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur.
*Qui despicit amicum suũ, indigens corde est: vir autem prudens tacebit.
'amici M.S.H.C. G.Q.n. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat 'amici' commissum.
*Vbi nõ est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia.
*Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, securus erit.
*Mulier gratiosa inueniet gloriam, & robusti habebunt diuitias.

*Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autẽ crudelis est, etiam propinquos abiicit.
*Impi' facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis.
'præparauit MS. 'præparabit MS. *Clementia 'præparat' vitam: & sectatio malorum mortem.
*Abominabile Domino cor prauum, & voluntas eius in iis qui simpliciter ambulant.
*Manus in manu non erit innocens malus: semen autem iustorum saluabitur.
*Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.
*Desiderium iustorum omne bonum est: præstolatio impiorum furor.
*Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.
*Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.
*Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.
*Bene consurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.
*Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt.
*Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est, seruiet sapienti.
*Fructus iusti lignum vitæ: & qui suscipit animas, sapiens est.
Ph.4,18. *'Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator!

CAP. XII.

QVi diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est.
'sibi MS. Q.R. *Qui bonus est hauriet 'gratiã à Domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, impiè 'agit'.
'agit H.C. *Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorum non commouebitur.
*Mulier diligens corona est viro suo: & putredo in ossibus eius quæ confusione res dignas gerit.
*Cogitationes iustorum, iudicia: & consilia impiorum, fraudulenta.
*Verba impiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos.
*Verte impios, & non erunt: domus autem iustorum permanebit.
'noscetur MS.H.Pro Textu autem faciunt B. R.C.& G. *Doctrina sua 'noscitur' vir: qui autẽ vanus & excors est, patebit contemptui.
Eccl.10,30. Eccl.20,30. *'Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & indigens pane.
*Nouit iustus iumentorum suorum animas: viscera autem impiorum crudelia.
Infr.28,19. *'Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.
-25 MS. R.H.C. Q.n. 'Qui suauis est in vini moderationib. in suis munitionibus relinquit contumeliam'.
'munimentum Q.n. *Desiderium impij 'monumentum' est pessimorum: radix autem iustorum proficiet.
*Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugit autem iustus de angustia.
*De fructu oris sui vnusquisq. replebitur bonis, & iuxta opera manuũ suarum retribuetur ei.
*Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia.
*Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est.
'index 14 MS. H.C. G. *Qui quod nouit loquitur, 'iudex' iustitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus.
-H.C.G. 'conscientiã. Hoc mõdo Beda, aut legisse aut intellexisse videtur. *Est qui promittit, & quasi gladio pungitur 'conscientiæ': lingua autem sapientium sanitas est.
*Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij.
*Dolus in corde cogitantiũ mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.
*Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: impij autem replebuntur malo.
*Abominatio est Domino labia mendacia:

dacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.

Homo versutus celat scientiam: & cor insipientium prouocat stultitiam.

Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet.

Mœror in corde viri humiliabit illũ, & sermone bono lætificabitur.

Qui negligit damnum propter amicum, iustus est: iter autem impiorũ decipiet eos.

Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri pretium.

In semita iustitiæ, vita: iter autẽ deuium ducit ad mortem.

CAP. XIII.

Filius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cùm arguitur.

Sup.12,14. - 12 MS. H.G. Adiectum est autem à c.

De fructu oris 'sui' homo satiabitur bonis: anima autem præuaricatorum iniqua.

Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autẽ inconsideratus est ad loquendũ, sentiet mala.

Vult & nõ vult piger: anima autem operantium impinguabitur.

Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & cõfundetur.

Iustitia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorem supplantat.

Est quasi diues cùm nihil habeat: & est quasi pauper, cùm in multis diuitiis sit.

Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet.

Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur.

Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.

Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.

Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens.

- 26 MS. R.H.C. Versum istũ, MS. quædam Latina, & codices quidã Græci, habent post versum huius capitis finem.

Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur.

Animæ dolosæ errant in peccatis: iusti autem misericordes sunt & miserantur.

Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.

Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago.

Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperit stultitiam.

Nuntius impij cadet in malum: legatus autem fidelis, sanitas.

Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.

Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala.

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.

Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona.

Bonus relinquit hæredes filios & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris.

Multi cibi in noualibus patrum: & 'aliis' congregantur absque iudicio.

aliis MS.B.C. Textus omnes habent.

Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit.

Iustus comedit, & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis.

Isa.13,25. Eccl.34,19.

CAP. XIIII.

Sapiens mulier ædificat domũ suam: insipiens extructam quoque manibus destruet.

Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via.

Eccl.19,4.

In ore stulti virga superbiæ: labia autem sapientum custodiunt eos.

Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.

Testis fidelis non mentietur: profert autem mendacium dolosus testis.

Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis.

Vade contra virũ stultum, & 'nescit' labia prudentiæ.

'nescio 4 MS. Pro Tom. sunt labia.

Sapientia callidi est intelligere viam suam: & imprudẽtia stultorum errans.

Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia.

Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extra-

traneus.

Domus impiorum delebitur: tabernacula 'iustorũ germinabunt.

*verò 6 MS. H.C.G. Isa.16,25.

Est via quæ videtur homini iusta: nouissima autem eius deducũt ad mortem.

Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.

Viis suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus.

Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos.

Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius.

24 MS. R.B.H.C.G. Sententiam istam legunt cum Græcis, Latini quidam codices, proximè post decimamtertiam sapientiæ capitis versum. 'tranlit, 1 MS. Q.n. 'verbosus o.

Sapiens timet, & declinat à malo: stultus 'transilit' & confidit.

Impatiens operabitur stultitiam: & vir 'versutus' odiosus est.

Possidebunt paruuli stultitiã, & expectabunt astuti scientiam.

Iacebunt mali ante bonos: & impij ante portas iustorum.

Etiam proximo suo pauper odiosus 'erit': amici verò diuitum multi.

'est 6 MS. R. Textus omnes lectio respondet H. & accedit G.

Qui despicit proximum suum, peccat: qui autem miseretur pauperis, beatus erit.

4 MS. R.H.C. In codicibus autẽ G. subsequenter versus proximus hac caret:

Qui credit in Domino, misericordiam diligit.

Errant qui operantur malum: misericordia & veritas præparant bona.

Non sciunt misericordiã & fidem fabricatores malorum: misericordia autem & fides apud fabricatores bonos.

6 MS. R. H.C.G.

In omni opere bono 'erit' abundantia: vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.

Corona sapientum, diuitiæ eorum: fatuitas stultorum imprudentia.

Liberat animas testis fidelis: & profert mendacia versipellis.

Isa.17,5.

In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit spes.

Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.

In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.

Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autẽ impatiens est, exaltat stultitiam suam.

Vita carniũ, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia.

Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis.

In malitia sua expelletur impius: sperat autem iustus in morte sua.

In corde prudentis requiescit sapientia, & indoctos 'quoque' erudiet.

'quoque 16 MS. Q.n.

Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum.

Acceptus est regi minister intelligens: iracundiã eius inutilis sustinebit.

CAP. XV.

Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem.

Isa.25,15.

Lingua sapientum ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam.

In omni loco oculi Domini, cõtemplantur bonos & malos.

Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum.

Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes astutior fiet.

- 12 MS. R. H. C. Additur autem libris G.

In abundanti iustitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur.

Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio.

Labia sapientũ disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit.

Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia.

Eccl.34,21

Abominatio est Domino via impij: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo.

'deserenti 5 MS. H. -8 MS. R. H. C. G.

Doctrina mala 'deserentium' viam 'vitæ': qui increpationes odit, morietur.

Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum?

Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur.

Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur spiritus.

Iesu.17,22.

Cor sapientis quærit doctrinam: & os stultorum pascitur imperitia.

Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi iuge conuiuium.

Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni & insatiabiles.

Melius

*Melius est "vocari' ad olera' cũ charitate: quàm ad vitulum saginatum cum odio.

*Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas.

"vocare 4 MS. Beda, G. "conuiuium oleris H.C.

*Iter "pigrorum' quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo.

"impiorũ M S q.

*Filius sapiens lætificat patrẽ: & stultus homo despicit matrem suam.

*Stultitia gaudium stulto: & vir prudens dirigit gressus suos.

*Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarij, confirmantur.

*Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus.

*Semita vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo.

*Domum superborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ.

*Abominatio Domini cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo'.

-1 MS.R. H.C.G. Legunter autem à Beda.

*Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet.

Bas.16,6. -16 MS. R.H.C. Versus iste à Græcis quidẽ hoc loco legitur; à Latinis autem, Hebræis & Chaldæis, capite proximè sequenti. "meditatur MS. "sapientiã 21 MS. R.Q.n.

*Per misericordiã & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo'.

*Mens iusti "meditabitur' "obedientiam': os impiorum redundat malis.

*Longè est Domin' ab impiis: & orationes iustorum exaudiet.

*Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat ossa.

*Auris quæ audit increpationes vitę, in medio sapientum commorabitur.

*Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.

*Timor Domini, disciplina sapientię: & gloriam præcedit humilitas.

CAP. XVI.

HOminis est animam præparare, & Domini gubernare linguam.

"hominũ 15 MS.B. Verùm Textus H.& C. conformis est.

*Omnes viæ "hominis' patent oculis eius: spirituum ponderator est Dñs.

*Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.

*Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum.

*Abominatio Domini est omnis arrogans: etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens.

Initium viæ bonæ, 'facere iustitiam: accepta est autem apud Deum magis, quàm immolare hostias'.

Isa.33. -11 MS. R.H.C. Legendum sine dubio cum 16. Sap.15.

*Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo.

*Cùm placuerint Domino vię hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.

*Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate.

*Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.

*Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius.

*Pondus & statêra iudicia Dñi sunt: & opera eius omnes lapides 'seculi'.

'Iacob MS.B. Q.n.

*Abominabiles regi qui agunt impiè: quoniam iustitia firmatur solium.

*Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, "dirigetur'.

"diligen R.H.C. Gabelen sus in Isai.

*Indignatio regis, nuntij mortis: & vir sapiens placabit eam.

†In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus.

*Possîde sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento.

*Semita iustorum declinat mala, custos animæ suæ seruat viam suam.

*Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus.

*Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis.

*Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino, beatus est.

*Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, maiora "reperiet'.

'prece MS.B.

*Fons vitæ eruditio possidentis: doctrina stultorum, fatuitas.

*Cor sapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam.

*Fauus mellis composita verba, dulcedo

cedo animæ *sanitas ossium.

*&5 MS. H. Sap.14,12.

*Est via quæ videtur homini recta, & "nouissima eius ducunt' ad mortem.

"nouissimum eius ducit 16 MS.H.C.

*Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum:

*insipiens MS. R. G. Verùm H. & C. pro Texu faciunt.

*vir "impius' fodit malum, & in labiis eius ignis ardescit.

*Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes.

*Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.

*Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua "perficit' malum.

"perficiet MS.R.B. "perficit H.

*Corona dignitatis senectus quæ in viis iustitiæ reperietur.

*Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.

*Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.

CAP. XVII.

MElior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.

Eccl.10,28. Infr.27,21.

*Seruus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet.

*Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.

*Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labiis mendacibus.

Sap.14,31.

*Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.

*Corona senum filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum.

*Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.

*Gemma gratissima, expectatio prę stolantis: quocunque se vertit, prudenter intelligit.

"amicitiã MS.H. C.G.

*Qui celat delictum, quærit "amicitias': qui altero sermone repetit, separat fœderatos.

*Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum.

*Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.

*Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua.

Ro.12,17. 1 Per.3,9. 1 The.5,15 Infr.20,22.

*Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.

*Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit.

Isai.5,23.

*Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum.

*Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere non possit?

-25 MS. R.H.C. Q.n.

Qui altam facit domum suam, quærit ruinam: & qui euitat discere, incidet in mala'.

*Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur.

*Stultus homo plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo.

*Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat "os suum', quærit ruinam.

"ostium suum R. H.C.G.q.

*Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum.

*Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec pater in fatuo lætabitur.

Sup.15,13.

*Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa.

*Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.

Eccl.2,14. 8,1.

*In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ.

*Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum.

*Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat.

Iac.1,19.

*Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus.

*Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.

CAP. XVIII.

OCcasiones quærit qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis.

*Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius.

‡Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium.

‡Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ.

‡Accipere personam impij in iudicio non est bonum, vt declines à veritate iudicij.

‡Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat.

‡Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius.

‡Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa perueniũt vsque ad interiora vẽtris.

‡Pigrum deiicit timor: animæ autem effœminatorum esurient.

‡Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.

‡Turris fortissima, nomen Domini: ad ipsam currit iustus, & exaltabitur.

‡Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circundãs eum.

‡Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur.

‡Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.

‡Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere?

‡Cor prudens possidebit scientiam: & auris sapientium, quærit doctrinam.

‡Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit.

‡Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eum.

‡Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat.

‡Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbium.

‡De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum.

‡Mors & vita, in manu linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius.

‡Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino.

‡Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.

‡Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigidè.

‡Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit, quàm frater.

CAP. XIX.

MElior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua & insipiens.

‡Vbi non est scientia animæ, non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet.

‡Stultitia hominis supplantat gressus eius: & contra Deum feruet animo suo.

‡Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit separantur.

‡Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

‡Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.

‡Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo.

‡Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inueniet bona.

‡Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit.

‡Non decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus.

‡Doctrina viri per patientiã noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi.

‡Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.

‡Dolor patris filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier.

‡Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Dño autẽ propriè vxor prudens.

‡Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet.

‡Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam mortificabitur.

‡Fœneratur Dño, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.

‡Erudi

‡Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionẽ autem eius ne ponas animam tuam.

‡Qui impatiens est, sustinebit damnum: & cùm rapuerit, aliud apponet.

‡Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.

‡Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit.

‡Homo indigens misericors est: & melior est pauper, quàm vir mendax.

‡Timor Domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessimi.

‡Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam.

‡Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.

‡Qui affligit patrẽ, & fugit matrem, ignominiosus est & infelix.

‡Non cesses fili audire doctrinam, nec ignores sermones scientiæ.

‡Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deuorat iniquitatem.

‡Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percutientes stultorum corporibus.

CAP. XX.

LVxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumq. his delectatur, non erit sapiens.

‡Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam.

‡Honor est homini qui separat se à contẽtionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis.

‡Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi.

‡Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud.

‡Multi homines misericordes vocantur: virum autẽ fidelem quis inueniet?

‡Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.

‡Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.

‡Quis potest dicere, Mundum est cor meum, purus sum à peccato?

‡Pondus & pondus, mẽsura & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum.

‡Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius.

‡Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit vtrumque.

‡Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus.

‡Malum est, malũ est, dicit omnis emptor: & cùm recesserit, tunc gloriabitur.

‡Est aurũ, & multitudo gemmarum: vas autem pretiosum labia scientiæ.

‡Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.

‡Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo.

‡Cogitationes consiliis roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella.

‡Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulẽter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.

‡Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lucerna eius in mediis tenebris.

‡Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.

‡Ne dicas, Reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te.

‡Abominatio est apud Dñm pondus & pondus: statêra dolosa non est bona.

‡A Domino diriguntur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam?

‡Ruina est homini deuotare sanctos: & post vota retractare.

‡Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem.

‡Lucerna Dñi spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris.

‡Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. ‡Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas senum canities.

‡Liuor vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris.

CAP. XXI.

SIcut diuisiones aquarum, ita cor re-
gis in manu Domini: quocunque vo-
luerit inclinabit illud.
*Omnis via viri recta sibi videtur: ap-
pendit autem corda Dominus.
*Facere 'misericordiam' & iudicium
magis placet Domino, quàm victimæ.
*Exaltatio oculorum 'est' dilatatio
cordis, lucerna impiorum peccatum.
*Cogitationes robusti semper in abun-
dantia: omnis autem piger semper in
egestate est.
*Qui cõgregat thesauros lingua men-
dacij, vanus & excors est, & impingetur
ad laqueos mortis.
*Rapinæ impiorum detrahent eos,
quia noluerunt facere iudicium.
*Peruersa via viri, aliena est: qui au-
tem mundus est, rectum opus eius.
*'Melius est sedere in angulo doma-
tis, quàm cum muliere litigiosa, & in
domo communi.
*Anima impij desiderat malum, non
miserebitur proximo suo.
*'Mulctato pestilente sapientior erit
parulus: & si sectetur sapientem, sumet
scientiam.
*Excogitat iustus de domo impij, vt
detrahat impios 'à malo'.
*Qui obturat aurem suam ad clamo-
rem pauperis, & ipse clamabit, & non
exaudietur.
*Munus absconditum extinguit iras:
& donũ in sinu indignationẽ maximam.
*Gaudium iusto est facere iudicium:
& pauor operantibus iniquitatem.
*Vir qui errauerit à via doctrinæ, in
cœtu gigantum commorabitur.
*Qui diligit epulas, in egestate erit:
qui amat vinũ & pinguia, non ditabitur.
*Pro iusto 'dabitur' impius: & pro re-
ctis iniquus.
*'Melius est habitare in terra deserta,
quàm cum muliere rixosa & iracunda.
*Thesaurus desiderabilis, & oleum in
habitaculo iusti: & imprudens homo
dissipabit illud.
*Qui sequitur iustitiam & misericor-
diam, inueniet vitã, iustitiã & gloriam.

*Ciuitatem fortium ascendit sapiens,
'destruxitque' robur fiduciæ eius.
*Qui custodit os suum, & linguam
suam, custodit ab angustiis animã suam.
*Superbus & arrogans vocatur indo-
ctus, qui in ira operatur superbiam.
*Desideria occidunt pigrum: nolue-
runt enim quicquã manus eius operari:
*tota die concupiscit & desiderat: qui
autem iustus est tribuet, & non cessabit.
*'Hostiæ impiorum abominabiles,
'quæ' offeruntur ex scelere.
*Testis mendax peribit: vir obediens
loquetur victoriam.
*Vir impius procaciter obfirmat vul-
tum suum: qui autem rectus est, corri-
git viam suam.
*Non est sapientia, non est prudentia,
non est consilium contrà Dominum.
*Equus paratur ad diem belli: Dñs
autem salutem tribuit.

CAP. XXII.

MElius est nomen bonum, quàm
diuitiæ multæ: super argentum &
aurum, gratia bona.
*Diues & pauper obuiauerunt sibi:
vtriusque operator est Dominus.
*Callidus videt malum, & abscondit
se: innocens pertransiit, & afflictus est
damno.
*Finis modestiæ timor Domini, diui-
tiæ & gloria & vita.
*Arma & gladij in via 'peruersi': cu-
stos autẽ animæ suæ longè recedit ab eis.
*Prouerbium est, Adolescens iuxta
viam suam, etiam cùm senuerit, nõn
recedet ab ea. *Diues pauperibus im-
perat: & qui accipit mutuum, seruus
est fœnerantis.
*Qui seminat iniquitatẽ, metet 'ma-
la', & virga iræ suæ consummabitur.
*'Qui pronus est ad misericordiam,
benedicetur: de panibus enim suis dedit
pauperi.
Victoriam & honorem acquiret qui
dat munera: animam autem aufert ac-
cipientium.
*Eiice derisorem, & exibit cum eo
iurgiũ, cessabuntq. causæ & cõtumeliæ.
*Qui diligit cordis munditiã, propter
gratiam

gratiam labiorum suorum habebit ami-
cum regem.
*Oculi Domini custodiunt scientiam,
& supplantantur verba iniqui.
*Dicit piger, Leo est foris, in medio
platearum occidendus sum.
*Fouea profunda os alienæ: cui iratus
est Dominus, incidet in eam.
*Stultitia colligata est in corde pueri,
& virga disciplinæ fugabit eam.
*Qui calumniatur pauperem, vt au-
geat diuitias suas, dabit ipse ditiori, &
egebit.
*'Fili mi', inclina aurem tuam, & au-
di verba sapientium: appone autem cor
ad doctrinam meam. *quæ pulchra erit
tibi cùm seruaueris eam in ventre tuo,
& redundabit in labiis tuis.
*Vt sit in Domino fiducia tua, vnde
& ostendi eam tibi hodie.
*Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in
cogitationibus & scientia: *vt ostende-
rem tibi firmitatem & eloquia veritatis,
respondere ex his illis qui miserunt te.
*Non facias violentiam pauperi, quia
pauper est: neque conteras egenum in
porta,
*quia iudicabit Dñs causam eius, &
confliget eos qui cõfixerunt animã eius.
*Noli esse amicus homini iracundo,
neque ambules cum viro furioso: *ne
forte discas semitas eius, & sumas scan-
dalum animæ tuæ.
*Noli esse cum his qui defigunt ma-
nus suas, & qui vades se offerunt pro de-
bitis: *si enim non habes vnde restituas,
quid causæ est vt tollat 'operimentũ *de
cubili tuo'?
*Ne transgrediaris terminos antiquos,
quos posuerunt patres tui.
*Vidisti virum velocem in opere suo?
coram regibus stabit, nec erit ante igno-
biles.

CAP. XXIII.

QVando sederis vt comedas cũ prin-
cipe, diligenter attende quæ appo-
sita sunt ante faciem tuam:
*& statue cultrum in gutture tuo, si
tamen habes in potestate animã tuam,
*ne desideres de cibis eius, in quo est
panis mendacij.

*Noli laborare vt diteris: sed pruden-
tiæ tuæ pone modum.
*ne erigas oculos tuos ad opes quas
non potes habere: quia facient sibi pen-
nas quasi aquilæ, & volabunt in cælum.
*Ne comedas cum homine inuido, &
ne desideres cibos eius: *quoniam in si-
militudinem arioli & coniectoris æsti-
mat quòd ignorat. Comede & bibe, di-
cet tibi: & mens eius non est tecum.
*cibos quos comederas euomes, &
perdes pulchros sermones tuos.
*In auribus insipientium ne loquaris:
quia despicient doctrinam eloquij tui.
*Ne attingas paruulorum terminos,
& agrum pupillorum ne introeas:
*propinquus enim illorũ fortis est: &
ipse iudicabit contra te causam illorum.
*Ingrediatur ad doctrinam cor tuum,
& aures tuæ ad verba scientiæ.
*'Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non
morietur. *tu virga percuties eum: &
animam eius de inferno liberabis.
*Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus,
gaudebit tecum cor meum:
*& exultabunt renes mei, cùm locuta fuerint recta labia tua.
*Non æmuletur cor tuũ peccatores,
sed in timore Domini esto tota die:
*quia habebis spem in nouissimo, &
præstolatio tua non auferetur.
*Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige
in via animum tuum.
*Noli esse in conuiuiis potatorũ, nec
in comessationibus eorum qui carnes ad
vescendum conferunt:
*quia vacantes potib⁹, & dantes sym-
bola consumentur, & vestietur pannis
dormitatio.
*Audi patrem tuum qui genuit te: &
ne contemnas cùm senuerit mater tua.
*Veritatem eme, & noli vendere sa-
pientiã, & doctrinam, & intelligentiam.
*Exultat gaudio pater iusti: qui sa-
pientem genuit, lætabitur in eo.
*gaudeat pater tuus, & mater tua, &
exultet quæ genuit te.
*Præbe fili mi cor tuum mihi, & ocu-
li tui vias meas custodiant.

*fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.
*Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viderit interficiet.
*Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? Cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum?
*nónne his qui cõmorantur in vino, & studentcalicibus epotandis?
*Ne intuearis vinum quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, *sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.
*Oculi tui videbunt 'extraneas', & cor tuum loquetur peruersa.
*Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo: *& dices, Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

'extraneas' MS. Textus lectioni suffragantur B. & G. vtramque admittunt H. & C.

CAP. XXIIII.

Sup.23, 17. NE æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis: *quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.
*Sapiẽtia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. *in doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima.
*Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & validus.
*Quia cum dispositione initur bellum: & erit salus vbi multa consilia sunt.
*Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.
*Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.
*Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio hominum detractor.
'lassus 10 MS. H. C. *Si desperaueris 'lapsus' in die angustiæ: imminuetur fortitudo tua.
Psal.81,4. *' Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.
*Si dixeris, Vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuę nihil fallit, reddetq́. homini iuxta opera sua.
*Comede fili mi mel, quia bonũ est, & fauum dulcissimum gutturi tuo:
*sic & doctrina sapientiæ, animæ tuę: quam cùm inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit.
*Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiẽ eius.
*Septies enim *cadet iustus, & resurget: impij autem corruent in malum. *Iudas Mss.
*Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: *ne fortè videat Dñs, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.
*Ne contendas cũ pessimis, nec æmuleris impios: *quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur.
*Time Dominum, fili mi, & regem: & cum detractoribus non *commisceaberis: *quoniã repente consurget perditio eorum: & ruinam vtriusq. quis nouit?
*Hæc quoque sapientibus,
'Cognoscere personam in iudicio non est bonum. Lxx. Deut. 16, 19. Eccli. 42.
*Qui dicunt impio, Iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. *qui arguunt 'eum', laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio. -um. R.H.C. G.
*Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.
*Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam.
*Ne sis testis frustra cõtra proximum tuum, nec lactes quenquam labiis tuis.
*' Ne dicas, Quo modo fecit mihi, sic faciam ei: reddam vnicuique secundum opus suum. Sup.24,29.
*Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti: *& ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat.
*Quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.
' Vsquequo piger dormies? vsquequo de somno consurges'? Sup.6,9. -10 MS. R.H.C. G.
*Parum inquam dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres, vt quiescas:
*& veniet

*& veniet tibi quasi cursor, egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus.

CAP. XXV.

HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechię regis Iuda.
*Gloria Dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem.
*Cælum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile.
*Aufer rubiginẽ de argento, & egredietur vas purissimum: *aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.
*Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris.
*meli' est enim vt dicatur tibi, Ascende huc: quàm vt humilieris coram principe.
*Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgio citò: ne postea emendare non possis, cùm dehonestaueris amicum tuum. *Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles:
*ne fortè insultet tibi cùm audierit, & exprobrare non cesset.
'Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias'. -16 MS. R.H.C. Desumptus autem versiculus iste, ex Græcis libris quibus & hoc additur, *Sed custodi vias tuas placide.
*Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.
*Inauris aurea, & margaritũ fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem. *Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam ipsius requiescere facit.
*Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.
Sup.15,1. *Patientia lenietur princeps, & 'lingua mollis confringet duritiam.
*Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud.
*Subtrahe pedẽ tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.
*Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.
*Dens putridus, & pes lassus, qui speratsuper infideli in die angustiæ,
*& amittit pallium in die frigoris.

Acetum in nithro, *qui cantat carmina cordi pessimo. *& 12 MS. Beda, H.
Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi'. -10 MS. R.H.Q.n.
*' Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere: *prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. Rom.12, 20
*Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.
*Melius est sedere in angulo domatis, quàm cũ muliere litigiosa, & in domo communi. *Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. Sup.21,9. 19.
*Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.
*Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: 'sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Eccl.3,22.
*Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

CAP. XXVI.

QVomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe: sic indecens est stulto gloria.
*' Sicut auis ad 'alta' transuolans, & passer quò libet vadens: sic maledictum frustrà prolatum in quempiam superueniet. *Nam 21 MS. B. Verùm à R. H. C. & G. non additur. 'alia 3 MS. H.
*Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.
*Ne respõdeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.
*Respõde stulto iuxta stultitiã suam, ne sibi sapiens esse videatur.
*Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.
*Quomodò pulchras frustrà habet claudus tibias: sic indecẽs est in ore stultorum parabola.
*Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem. *Quomodò si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum. *Iudicium determinat causas: & qui imponit stulto silentium, iras mitigat. *' Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam. 2 Pet.2,22.

*Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens. 12
*Dicit piger, Leo est in via, & leæna in itineribus: *sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. 13 14
Sup.19,24. *'Abscondit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suum eas conuerterit. *Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. 15 16
*Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit impatiens, & commiscetur rixæ alterius. 17
*Sicut noxius est qui mittit sagittas, & lanceas in mortem: *ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & cùm fuerit deprehensus dicit, Ludens feci. 18 19
*Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescunt. 20
Eccl.8,13. *'Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. 21
*Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima ventris. 22
*Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumẽtia cum pessimo corde sociata. 23
*Labiis suis intelligitur inimicus, cùm in corde tractauerit dolos. *quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius. 24 25
*Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in 'consilio'. 26
*concilio MS. R.B. H.C.G.
*'Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. 27
Eccl.10,8. Eccl.27,29.
*Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas. 28

CAP. XXVII.

NE glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. 1
*Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. 2
Eccl.22,18. *'Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. 3
*Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati 4
- 20 MS. B.H.C.G. 'spiritus' ferre quis poterit?
*Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus. 5
*Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. 6
*Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. 7 Infra.
*Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. 8
*Vnguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici consiliis anima dulcoratur. 9
*Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. 10
Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul.
*Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt possim exprobranti respondere sermonem. 11
*Astutus videns malum, absconditus est: paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia. 12
*'Tolle vestimentum eius qui spopondit pro extraneo, & pro alienis aufer ei pignus. 13 Supra.
*Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit. 14
*'Tecta 'perstillantia' in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur: *qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ suæ, 'vocabit'. 15 16 'exercebo.
*Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui. 17
*Qui seruat ficum, comedet fructus eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur. 18
*Quo modo in aquis resplendent vultus prospicientiũ, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. 19
*'Infernus & perditio nunquam implentur: similiter & oculi hominum insatiabiles. 20 Eccl.14,17
*Quo modo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis. 21 Sup.17,3
'Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam'. - 18 MS. R.H.C.G. Legendum non dubium.
*Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. 22
*Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera: 23
*non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur *in generatione & generationem. 24
*cibi MS. R.B. Verum ab H.C.& G. non additur.
*Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de montibus. 25
*'Agni *ad vestimentum tuum: & hœdi, *agri pretium. 26
1 Tim.6,8. *sunt MS. R.B. *ad MS. R.B.C. Subaudiuntur autẽ hæc aut his similia in antiquis MSS & H.
*Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ: & ad victum ancillis tuis. 27

CAP. XXVIII.

FVgit impius nemine persequente: iustus autẽ quasi leo confidens absque terrore erit. 1
*Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit. 2
*Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi in quo paratur fames. 3
*Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum. 4
*Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia. 5
Sup.19,1. *'Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus. *Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum. 6 7
*Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. 8
*Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. 9
*Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona 'eius'. 10
*R.H.C.G.
*Sapiens sibi videtur vir diues: pauper autem prudens scrutabitur eum. 11
*In exultatione iustorũ multa gloria est: regnantibus impiis ruinę hominum. 12
*Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. 13
*Beat' homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum. 14
*Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. 15
*Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui aũt odit auaritiam, longi fient dies eius. 16
*Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet. 17
*Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur viis, concidet semel. 18 19
Sup.12,11. Eccl.20,30.
*'Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate.
*Vir fidelis multum laudabitur: 'qui autem festinat ditari, non erit innocens. 20
Sup.13,11. 20,21,23,4
*Qui cognoscit in iudicio faciẽ, non benefacit: iste & pro buccella panis deserit veritatem. 21
*Vir qui festinat ditari, & aliis inuidet, ignorat quòd egestas superueniet ei. 22
*Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit. 23
*Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est. 24
*Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in Dño, sanabitur. 25
*Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse 'lauabitur'. 26
*'saluabitur' ō MS. R.H.C.G.
*Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. 27
*Cùm surrexerint impij, abscondentur homines: cũ illi perierint, multiplicabuntur iusti.

CAP. XXIX.

VIro qui corripientem dura ceruice contẽnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. 1
*In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: cùm impij sumpserint principatum, gemet populus. 2
*Vir qui amat sapientiã, lætificat patrem suum: 'qui autem nutrit scorta, perdet substantiam. *Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam. 3 Luc.15,13. 4
*Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus 'eius'. 5
*suis MS. C.G. Vtrumque ex H. reddi potest.

*Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabit atque gaudebit.
*Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam.
*Homines pestilentes dissipant ciuitatẽ, sapientes verò auertunt furorem.
*Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem.
*Viri sanguinum oderũt simplicem: iusti autem quærunt animam eius.
*Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt, & reseruat in posterum.
*Princeps qui libenter audit verba mendacij, õnes ministros habet impios.
*Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtriusque illuminator est Dominus.
*Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.
*Virga atq. 'correptio' tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.
*In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt.
*Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ.
*Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui verò custodit legem, beatus est.
*Seruus verbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit.
*Vidisti hominẽ velocem ad loquendum? 'stultitia' magis speranda est, quàm illius 'correptio'.
*Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem.
*Vir iracũdus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior.
*'Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.
*Qui cum fure participat, odit animam suam: adiurantem audit, & non indicat.
*Qui timet hominem, citò corruet: qui sperat in Domino, subleuabitur.
*Multi requirunt faciem principis, & iudicium à Dño egreditur singulorum.
*Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij 'eos qui in' recta sunt via'.
Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

CAP. XXX.

VErba Congregantis filij Vomentis. Visio quam locutus est vir cum quo est Deus, & qui Deo secum morante confortatus, ait:
*Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum.
*Non didici sapientiã, & 'noui scientiam sanctorum.
*Quis ascendit in cælũ atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in vestimento? quis suscitauit omnes terminos terræ? quod nomen est eius, & quod nomen filij eius, si nosti?
*'Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se: *'ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarísque mendax.
*Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar.
*Vanitatem, & verba mendacia longè fac à me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria.
*ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.
*Ne accuses seruum ad dñm suum, ne fortè maledicat tibi, & corruas.
*Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit.
*Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis.
*Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ.
*Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.
*Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, Affer, Affer.

Tria

Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, Sufficit.
*Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua: ignis verò nunquam dicit, Sufficit.
*Oculum qui subsannat patrẽ, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.
*Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro.
*Viam aquilæ in cælo, viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in 'adolescentia'.
*Talis est & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit, Non sum operata malum.
*Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere.
*Per seruum cùm regnauerit: per stultum cùm saturatus fuerit cibo: *per odiosam mulierem cùm in matrimonio fuerit assumpta: & per ancillã cùm fuerit hæres dominæ suæ.
*Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus: *formicæ populus infirmus, 'qui præparat' in messe cibum 'sibi': *lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum:
*regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: *stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.
*Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartũ quod incedit feliciter: *leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum: *gallus succinctus lumbos: & aries, 'nec est rex' qui resistat ei.
*Et qui stultus 'apparuit' postquam eleuatus est in sublime: si enim intellexisset, ori 'suo' imposuisset manum.
*Qui aũt fortiter premit hubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem; & qui prouocat iras, producit discordias.

VERBA
LAMVELIS REGIS
VISIO QVA ERVDIVIT
EVM MATER SVA.

CAP. XXXI.

QVid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum?
*Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & 'diuitias' tuas ad delendos reges.
*Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas.
*ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis.
*Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo:
*bibant, & oblitiscãtur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.
*Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt:
*aperi os tuum, decerne quod iustum est, & 'iudica' inopem & pauperem.
*Mulierem fortẽ quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius.
*Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.
*Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ.
*Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.
*Facta est quasi nauis institoris delonge portans panem suum.
*Et de nocte surrexit, dedítque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. *Considerauit agrum, & emit eum, de fructu manuum suarum plantauit vineam.
*Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum.
*Gustauit '& vidit' quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. *Manũ suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum.
*Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.
*Non timebit domui suæ à frigoribus niuis:

'adolescentiula' MS. H. Q. n.

'quæ ptæparant' IO MS. H. C. d.

'suum' 4 MS. R. H. ẽ.

'ô. Nec nec est H. Q. n.

'apparuit MS. R. H. Q. n.

'J MS. H.

'vias R. H. C.

'vindica MS. R. Lectioni Textus volúit B. H. c & G.

'R. H. C. G. Nec Beda, se legisse, ostendit. Est autem, eius quod præcedit, expositio.

niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.
22 *Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius.
23 *Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.
24 *Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.
25 *Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.
26 *Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.
27 *Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit.
28 *Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerũt: vir eius, & laudauit eam.
29 *Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas.
30 *Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dñm ipsa laudabitur.
31 *Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

ECCLESIASTES,
QVI AB HEBRÆIS
COHELETH
APPELLATVR.

CAP. I.

1 VERBA Ecclesiastæ filij Dauid regis Ierusalem.
2 *Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum '&' omnia vanitas.
3 *Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole?
4 *Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat.
5 *Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibiq́ renascens,
6 *gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem: lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.
7 *Omnia flumina intrant in mare, & mare nõ redundat: ad locũ vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluant.
8 *Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.
9 *Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est.
10 *Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere, Ecce hoc recens est. iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos.
11 *Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo.
12 *Ego Ecclesiastes fui rex Israël in Ierusalem,
13 *& proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea.
14 *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.
15 *Peruersi difficilè corrigũtur, & stultorum infinitus est numerus.
16 *Locutus sum in corde meo, dicens, Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalem, & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici.
17 *Dediq́ cor meum vt scirem prudentiam atque doctrinam, erroresq́ue & stultitiam: & agnoui quòd in his quoque esset labor,
18 & afflictio spiritus, *eò quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & 'laborem'.

CAP. II.

1 DIxi 'ergo' in corde meo, vadam & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset vanitas.
2 *Risum reputaui errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis?
3 *Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animũ meum transferrem ad sapientiam, deuitarémque stultitiam, donec viderem quid esset, vtile filiis hominum, 'quo' facto opus est sub
4 sole numero dierum vitæ suæ. *Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos,
5 & plantaui vineas. *feci hortos & pomaria, & cõseui ea cuncti generis arboribus.
6 *Et extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem siluam lignorum germinantium:
7 *Possedi seruos & ancillas, multámque familiam habui: armenta quoque

ta quoque & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem.
8 *Coaceruaui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & vrceos in ministerio ad vina fundenda.
9 *Et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerũt in Ierusalem, sapientia quoque perseuerauit mecum.
10 *Et omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quę præparaueram: & hanc ratus sum partem meam, si viterer labore meo.
11 *Cũmque me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionẽ animi, & nihil permanere sub sole.
12 *Transiui ad contemplandam sapientiam, erroresq́ue & stultitiam (quid est, inquam, homo vt sequi possit regem factorem suum?)
13 *& vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à
Ioh.1.1. 8.12.17,24. tenebris.
14 *Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. & didici quòd vnus vtriusque esset interitus.
15 *Et dixi in corde meo, Si vnus & stulti & meus occasus erit, quid mihi prodest, quòd maiorem sapientiæ dedi operam? Locutúsq. cum mẽte mea, animaduerti quòd hoc quoque esset vanitas.
16 *Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient: moritur doctus similiter vt indoctus.
17 *Et idcirco tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus.
18 *Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissimè laboraui, habiturus hæredem post me,
19 *quem ignoro, vtrum sapiens an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & solicitus fui. & est quicquam tam vanum?
20 *Vnde cessaui; renuntiauitq́ue cor meum vltrà laborare sub sole.
21 *Nam cùm alius laboret in sapientia & doctrina & solicitudine, homini otioso quæsita dimittit. & hoc 'ergo', vanitas & magnum malum.
22 *Quid enim proderit homini de vniuerso labore suo & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est?
23 *Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. & hoc nonne vanitas est?
24 *Nónne melius est comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? & hoc de manu Dei est.
25 *Quis ita deuorabit, & deliciis affluet
26 vt ego? *Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam, & scientiam, & lætitiam: peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam, vt addat & congreget & tradat ei qui placuit Deo: sed & hoc vanitas est, & cassa solicitudo mentis.

CAP. III.

1 OMnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo.
2 *Tempus nascẽdi, & tẽpus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est.
3 *Tempus occidendi, & tempus sanandi: tempus destruendi, & tempus ædificandi.
4 *Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tẽpus saltandi.
5 *Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.
6 *Tẽpus acquirendi, & tẽpus perdẽdi. Tẽpus custodiendi, & tẽpus abiiciẽdi.
7 *Tẽpus scindẽdi, & tẽpus consuendi. Tempus tacẽdi, & tempus loquendi.
8 *Tempus dilectionis & tempus ödij. Tempus belli & tempus pacis.
9 *Quid habet amplius homo de labo-
10 re suo? *Vidi afflictionem quam dedit Deus filiis hominũ, vt distendãtur in ea.
11 *Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsq. ad finẽ.
12 *Et cognoui quòd non esset melius nisi lætari & facere bene in vita sua.

*Omnis

*Omnis enim homo qui comedit & bibit,& videt bonum de labore ſuo,hoc donũ Dei eſt. *Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuum. non poſſumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur. *Quod factum eſt, ipſum permanet:quæ futura ſunt,iam fuerunt: & Deus inſtaurat quod abiit. *Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem. *Et dixi in corde meo,Iuſtum & impium iudicabit Deus,& tempus omnis rei tunc erit.

*Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos Deus,& oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis. *Idcirco vnus interitus eſt hominis & iumentorum, & æqua vtriuſq. conditio. ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. ſimiliter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius.cuncta ſubiacent vanitati: *Et omnia pergunt ad vnum locum:de terra facta ſunt,& in terram pariter reuertuntur. *Quis nouit ſi ſpiritus filiorũ Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum? *Et deprehendi nihil eſſe melius quàm lętari hominem in opere ſuo,& hanc eſſe partem illius. Quis enim eum adducet, vt poſt ſe futura cognoſcat?

CAP. IIII.

VErti me ad alia, & vidi calumnias quæ ſub ſole gerũtur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem:nec poſſe reſiſtere eorum violentię, cunctorum auxilio deſtitutos. *Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes:

*& feliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus eſt, nec vidit mala quæ ſub ſole fiunt. *Rurſum contemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animaduerti patêre inuidiæ proximi. & in hoc ergo vanitas, & cura ſuperflua eſt. *Stultus complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas, dicens: *Melior eſt pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi. *Conſiderans reperi& aliam vanitatem ſub ſole. *vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitiis: nec recogitat, dicens, Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in hoc quoq. vanitas eſt, & afflictio peſſima. *Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ: *ſi vnus ceciderit,ab altero fulcietur. væ ſoli: quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. *Et ſi dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus quomodo calefiet? *Et ſi quiſpiam prævaluerit contra vnum, duo reſiſtunt ei: funiculus triplex difficilè rumpitur. *Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto, qui neſcit prævidere in poſterum. *Quòd de carcere, cateniſque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno,inopia conſumatur.

*Vidi cunctos viuentes qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo qui conſurget pro eo. *Infinitus numerus eſt populi omniũ qui fuerunt ante eum: & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo. ſed & hoc vanitas & afflictio ſpiritus. *Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. Multo enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorũ victimæ,qui neſciunt quid faciunt mali.

CAP. V.

NE temerè quid loquaris,neque cor tuum ſit velox ad proferendũ ſermonem coram Deo. Deus enim in cęlo, & tu ſuper terram, idcirco ſint pauci ſermones tui. *Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. *Siquid vouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. ſed quodcunque voueris redde. *multoque melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere. *Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam: neque dicas coram angelo, Non eſt prouidentia: ne fortè iratus Deus contra ſermones tuos,diſſipet cuncta opera manuum tuarum. *Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri: tu verò Deum time. *Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, non mireris ſuper hoc negotio: quia excelſo excelſior eſt alius,& ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij, *& inſuper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti.

*Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. & hoc ergo vanitas. *Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis? *Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire. *Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole: diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. *Pereunt enim in afflictione peſſima. generauit filium,qui in ſumma egeſtate erit.

*Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. *Miſerabilis prorſus infirmitas: quomodò venit, ſic reuertetur. Quid ergo prodeſt ei quòd laborauit in ventum? *Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque triſtitia.

*Hoc itaque viſum eſt mihi bonum vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo quo laborauit ipſe ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus, & hæc eſt pars illius. *Et omni homini cui dedit Deus diuitias,atq. ſubſtantiam, poteſtatemque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donũ Dei.

*Non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ, eo quòd Deus occupet deliciis cor eius.

CAP. VI.

EST & aliud malũ quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines:

*Vir cui dedit Deus diuitias,& ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miſeria magna eſt. *Si genuerit quiſpiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturaq. careat: de hoc ego pronuntio quòd melior illo ſit abortiuus. *Fruſtra enim venit,& pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. *Non vidit ſolem, neque cognouit diſtantiã boni & mali: *etiam ſi duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis: nónne ad vnum locum properant omnia? *Omnis labor hominis in ore eius: ſed anima eius non implebitur. *Quid habet amplius ſapiens à ſtulto? & quid pauper niſi vt pergat illuc vbi eſt vita? *Melius eſt videre quod cupias, quàm deſiderare quod neſcias. ſed & hoc vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus. *Qui futurus eſt,iam vocatum eſt nomen eius: & ſcitur quòd homo ſit,& non poſſit contra fortiorem ſe in iudicio contendere. *Verba ſunt plurima, multamque in diſputando habentia vanitatem.

CAP. VII.

QVid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cùm ignoret quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuæ, & tempore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid poſt eum futurum ſub ſole ſit? *Melius eſt nomen bonum, quàm vnguenta pretioſa: & dies mortis die natiuitatis. *Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum ſit. *Melior eſt ira riſu: quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. *Cor ſapientium vbi triſtitia eſt, & cor ſtultorum vbi lætitia.

*Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi. *quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. ſed & hoc vanitas. *Calumnia cõturbat ſapientẽ,& perdet robur cordis illius. *Melior eſt finis orationis, quàm principiũ. Melior eſt patiens arrogante. *Ne ſis velox ad iraſcendum: quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. *Ne dicas, Quid putas cauſæ eſt quòd priora tẽpora meliora fuere quàm nunc ſunt? ſtulta

Hier. H. G. Addunt alii &c.

Sap. 2, 20.

Iob 1, 21. 1 Tim. 6, 7.

omni 2 MSS. Hier. H. G.

Pro. 22, 1.

futurus 3 MS. Hebraicè legitur: Et viuens dabit ad cor ſuum.

ſtulta enim eſt huiuſcemodi interrogatio. *Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis, 12
& magis prodeſt videntibus ſolem.
*Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & ſapientia, quòd vitam tribuunt 13
poſſeſſori ſuo. *Conſidera opera Dei, 14
quòd nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. *In die bona fruere bonis, 15
& malã diem præcaue. ſicut enim hanc, ſic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iuſtas querimonias.
*Hæc quoque vidi in diebus vanitatis 16
meę: Iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſua.
*Noli eſſe iuſtus multùm: neque plus 17
ſapias, quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas.
*Ne impiè agas multum: & noli eſſe 18
ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo.
"iuſtum H.c. *Bonum eſt te ſuſtentare "iuſtum', ſed 19
& ab illo ne ſubtrahas manũ tuam: quia qui timet Deum, nihil negligit. *Sa- 20
pientia confortauit ſapientem, ſuper decem principes ciuitatis. *' Non eſt enim 21
3 Reg.8,46 2 Par.6,36. Pron.20,9. 1 Ioan.1,8. homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. *Sed & cunctis ſermo- 22
nibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne fortè audias ſeruum maledicentem tibi. *ſcit enim conſcientia tua 23
quia & tu crebrò maledixiſti aliis. *Cun- 24
cta tentaui in ſapientia. Dixi, Sapiens efficiar: & ipſa longius receſſit à me,
*multo magis quàm erat: & alta pro- 25
funditas, quis inueniet eam? *Luſtraui vniuerſa animo meo, vt ſcirẽ & conſiderarem, & quærerem ſapientiam & rationem, & vt cognoſcerem impietatem ſtulti, & errorem imprudentium: 26
*& inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius, vincula ſunt manus illius. qui placet Deo, effugiet illã: qui autem peccator eſt, capietur ab illa. *Ecce hoc 27 28
inueni, dixit Eccleſiaſtes, vnum & alterum, vt inuenirem rationem, *quam 29
adhuc quęrit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. *Solummodo 30
hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum: & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. Quis talis vt ſapiens eſt? & quis cognouit ſolutionem verbi?

CAP. VIII.

1 'SApiẽtia hominis lucet in vultu eius, Sap.6,24. & potentiſſimus faciem illius commutabit. *Ego os regis obſeruo, & præ- 2
cepta iuramenti Dei. *Ne feſtines recedere à facie eius, neq. permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit fa- 3 4
ciet, *& ſermo illius poteſtate plenus eſt: nec dicere ei quiſquam poteſt, Quare ita facis? *Qui cuſtodit præceptũ, non 5
experietur quicquam mali. Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit.
*Omni negotio tempus eſt, & oppor- 6
tunitas, & multa hominis afflictio:
*quia ignorat præterita, & futura nul- 7
lo ſcire poteſt nuntio. *Non eſt in ho- 8
minis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello, neq. ſaluabit impietas impium. *Omnia hæc 9
conſideraui, & dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt ſub ſole. Interdum dominatur homo homini in ma- 10
lum ſuum. *Vidi impios ſepultos: qui etiam cùm adhuc viuerent, in loco ſancto erant, & laudabãtur in ciuitate quaſi iuſtorum operum. ſed & hoc vanitas 11
eſt. *Etenim quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala.
*Attamen peccator ex eo quòd cen- 12
ties facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognoui quod erit bonum timentibus Deum qui verentur faciem 13
eius. *Non ſit bonum impio, nec prolongentur dies eius, ſed quaſi vmbra tranſeant qui non timent faciem Domi- 14
ni. *Eſt & alia vanitas, quæ ſit ſuper terram. ſunt iuſti quibus "mala proueniunt, quaſi opera egerint impiorum: & ſunt impij qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum 15
facta habeant. ſed & hoc vaniſſimum iudico. *Laudaui igitur lætitiam, quòd non eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quòd comederet, & biberet, atque gauderet: & hoc ſolum ſecum auferret de labore ſuo in diebus vitæ ſuæ quos dedit 16
ei Deus ſub ſole. *Et appoſui cor meum vt ſcirem

"mala euenire MS. Vatic. G. Iun. Tornef. pro Oliu. Lat.

vt ſcirem ſapientiam, & intelligere "diſtentionem' quæ verſatur in terra: eſt homo qui diebus & noctibus ſomnum non capit oculis. *Et intellexi quòd 17
omnium operum Dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt ſub ſole: & quanto plus laborauerit ad quærendũ, tanto minus inueniat: etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire.

"diſſenſionẽ o.

CAP. IX.

OMnia hæc tractaui in corde meo, vt 1
curioſè intelligerem: Sunt iuſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit: *ſed omnia in 2
futurũ ſeruantur incerta, eo quòd vniuerſa æquè eueniant iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti. ſicut bonus, ſic & peccator: vt periurus, ita & ille qui verum deierat.
*Hoc eſt peſſimum inter omnia quæ 3
ſub ſole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita ſua, & poſt hæc ad inferos "deducentur'.
*Nemo eſt qui ſemper viuat, & qui 4
huius rei habeat fiduciam: melior eſt canis viuus leone mortuo. *Viuentes 5
enim ſciunt ſe eſſe morituros, mortui verò nihil nouerũt amplius, nec habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita eſt memoria eorum. *Amor quoq., & 6
odium, & inuidiæ ſimul perierunt, nec habent partem in hoc ſeculo, & in opere quod ſub ſole geritur. *Vade ergo, 7
& comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua. *Omni tempore 8
ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. *Perfruere 9
vita cum vxore quam diligis, cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole omni tẽpore vanitatis tuę. hæc eſt enim pars in vita, & in labore tuo quo laboras ſub ſole. *Quodcunq. 10
facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò

"deducuntur 2 MS. Hieron. hic.

"tu properas. *Verti me "ad aliud, & vidi' ſub ſole, nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam: ſed tempus, caſumque in 12
omnibus. *Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues laqueo comprehenduntur: ſic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplò ſuperuenerit.
*Hanc quoque ſub ſole vidi ſapien- 13 14
tiam, & probaui maximam: *Ciuitas parua, & pauci in ea viri. venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio. *Inuentúſque eſt in ea 15
vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis.
*Et dicebam ego, meliorem eſſe ſa- 16
pientiam fortitudine: quomodo ergo ſapientia pauperis contempta eſt, & verba eius non ſunt audita? *Verba ſapien- 17
tium audiuntur in ſilentio, plus quàm clamor principis inter ſtultos. *' Melior eſt ſapientia, quàm arma bellica: & 18
qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

"aliò, vidique MS.

CAP. X.

MVſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Pretioſior eſt ſa- 1
pientia "& gloria, parua' ad tempus ſtultitia. *Cor ſapientis in dextera eius, & 2
cor ſtulti in ſiniſtra illius. *Sed & in via 3
ſtultus ambulans, cùm ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. *Si ſpiritus po- 4
teſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris: quia curatio faciet ceſſare peccata maxima. *Eſt 5
malum quod vidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens à facie principis: *poſi- 6
tum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. *Vidi ſeruos in 7
equis: & principes ambulãtes ſuper terram quaſi ſeruos. *Qui fodit foueam, 8
incidet in eam: & qui diſſipat ſepẽ, mordebit eum coluber. *Qui tranſfert lapi- 9
des, affligetur in eis: & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis. *Si retuſum fuerit 10
ferrum, & hoc non vt prius, ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, &

"parua q. gloria o. Q.n.

Pro.26,27. Eccl.10,8. Eccl.27,29

post industriam sequetur sapientia. [11] Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. [12] Verba oris sapientis, gratia: & labia insipientis præcipitabunt eum. [13] Initiũ verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. [14] Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit: & quid post se futurũ sit quis ei poterit indicare? [15] Labor stultorũ affliget eos, qui nesciũt in vrbem pergere. [16] Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes manè comedũt. [17] Beata terra, cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tẽpore suo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. [18] In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus. [19] In risum faciunt panem, & vinum vt epulentur 'bibentes': & pecuniæ obediunt omnia. [20] In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia 'et aues cæli portabunt' vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam. CAP. XI.

[1] MItte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illũ. [2] Da 'partem' septem, nec non & octo': quia ignoras quid futurum sit mali super terram. [3] Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. [4] Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet. [5] Quo modo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei qui fabricator est omnium. [6] Manè semina semen tuũ, & vesperè ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud: & si vtrumque simul, melius erit. [7] Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. [8] Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. [9] Lætare ergò iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorũ tuorũ: & scirò quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudiciũ. [10] Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiã à carne tua. Adolescẽtia enim & voluptas vanã sunt. CAP. XII.

[1] MEmento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquẽt anni, de quibus dicas, [2] Non mihi placent, antequam tenebrescãt sol, & lumen, & luna, & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam: [3] quando cõmouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi, & otiosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina: [4] Et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, & consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis. [5] Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes. [6] Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam, [7] & reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. [8] Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, & 'omnia vanitas'. [9] Cùmque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas. [10] Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. [11] Verba sapientiũ sicut stimuli, & quasi claui in altũ defixi, quæ per magistrorũ 'cõsilium' data sunt à pastore vno. [12] His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis: frequensq. meditatio carnis afflictio est. [13] Finẽ loquendi, pariter omnes audiamꝰ. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo: [14] Et cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni 'errato', siue bonum, siue malum sit.

CAN-

CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS,

QVOD HEBRAICE DICITVR

SIR HASIRIM.

CAPVT PRIMVM.

[2] SCVLETVR me 'ósculo oris sui: quia meliora sunt hubera tua vino, [3] fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te. [4] Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum'. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus & lætabimur in te, memores huberum tuorum super vinum: recti diligunt te. [5] Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. [6] Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decolorauit me sol: filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem vineis: vineam meam non custodiui. [7] Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. [8] Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum*, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. [9] Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. [10] Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collũ tuum sicut monilia. [11] Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. [12] Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. [13] Fasciculus myrrhæ dilectꝰ meus mihi, inter hubera mea commorabitur. [14] Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis En-gaddi. [15] Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. [16] Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decôrus. Lectulus noster floridus: [17] tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

'ab osculis R.H.G.

*2 MS. R. H. Legunturautem verba ista in codicibus G. & exponuntur à D. Gregorio.

*uiorum MSq. R.

CAP. II.

[1] EGo flos campi, & liliũ conuallium. [2] Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. [3] Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. [4] Introduxit me* in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. [5] Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. [6] Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. [7] Adiuro vos filiæ Ierusalẽ per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit. [8] Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: [9] Similis est dilectꝰ meus capreæ, hinnuloque ceruorum. en ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. [10] "Et' dilectus meus loquitur mihi, Surge, propera amica mea, 'columba mea', formosa mea, & veni. [11] Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. [12] Flores apparuerunt in terra 'nostra', tempus putationis aduênit: vox turturis audita est in [13] terra nostra: 'ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem*. Surge, 'amica mea, speciosa mea, & veni. [14] 'Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostẽde mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decôra. [15] 'Capite nobis vulpes paruulas quę demoliuntur vineas. nam vinea nostra floruit. [16] 'Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, [17] 'donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere: similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloq. ceruorum super montes 'Bether'.

*rex MSq.

*suum MS q. *propera MS. R. Q.n.

'7 MS. R. H. G.

"En MS. R.

-R.H.C. *Verum à* MS. Greg. *&* G. *addunt.*

"Bether 4 MS. H. 'cõcauitatũ G. *Similiter Textui legit* Gregorius

CAP. III.

[1] IN lectulo meo per noctes quęsiui quẽ diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. [2] Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & platéas quærã quem 'diligit' anima mea. 'quæsiui illum, & [3] non inueni. [4] Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, Num quem "diligit' anima mea, vidistis? [5] Paululum

"dilexit MS. H. G. *Infr. 5, 6.* "dilexit MS. H. G. *Textus autẽ lectio huius est exposita.*

cùm pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam, donec introducã illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. ‡ Adiuro vos filiæ Ieruſalem, per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neq. euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. ‡ Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? ‡ En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël: ‡ omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi: vniuſcuiuſq. enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos. ‡ Ferculũ fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani. ‡ Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media charitate cõſtrauit propter filias Ieruſalem.

‡ Egredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illũ mater ſua in die 'deſponſationis' illius, & in die lætitiæ cordis eius.

'desponsionis MS.

CAP. IIII.

QVàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui colũbarum, abſque eo quod intrinſecus latet. 'Capilli tui ſicut greges caprarũ quæ aſcenderunt de monte Galaad. ‡ Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas. ‡ Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum, dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet.

Iuſt. 6, 4.

‡ Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. ‡ Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis, ‡ donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Vadam ad montẽ myrrhæ, & ad collem thuris. ‡ Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

‡ Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. ‡ Vulneraſti cor meum ſoror mea, ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

‡ Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa! pulchriora 'ſunt' hubera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. ‡ Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. ‡ Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. ‡ Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorũ cum pomorum fructibus. Cypri cũ nardo, ‡ nardus & crocus, fiſtula & cinnamomũ cum vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis. ‡ Fons hortorum: puteus aquarum viuentiũ, quæ fluunt impetu de Libano. ‡ Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

'est MS.

CAP. V.

VENIAT dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum. Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinũ meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi. ‡ Ego dormio, & cor meũ vigilat: vox dilecti mei pulſantis, Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. ‡ Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

‡ Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. ‡ Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. ‡ Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atq. tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt 'locutus eſt: quæſiui, & non inueni illũ: vocaui, & non reſpondit mihi. ‡ Inuenerunt me cuſtodes qui circumeunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meũ mihi cuſtodes murorum. ‡ Adiuro vos filiæ Ieruſa-

'dilectus MS. Sup. 5, 6.

Sup. 5, 2.

Sup. 3, 1. 2.

lem, ſi inueneritis dilectũ meum, vt nuntietis ei quia amore langueo.

‡ Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos? ‡ Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. ‡ Caput eius aurum optimum. Comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus.

‡ Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. ‡ Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentariis. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. ‡ Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, diſtinct⁹ ſapphiris. ‡ Crura illius columnæ marmoreæ quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species eius vt Libani, electus vt cedri. ‡ Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis. tãlis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem. ‡ Quò abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

CAP. VI.

DIlectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam 'aromatum', vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.

'aromatis MS. H. G.

‡ Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia. ‡ Pulchra es amica mea, ſuauis & decõra ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. ‡ Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt. 'Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. ‡ Dentes tui ſicut grex ouium quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.

Sup. 4, 1.

‡ Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque occultis tuis. ‡ Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.

‡ Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. ‡ Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? ‡ Deſcendi in hortum 'nucum', vt videre pomata 'conuallium', & 'inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.

'meum o. 'conuallis 10 MS. Greg, H. G. 'vt 9 MS. H. G.

‡ Neſciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. ‡ Reuertere reuertere 'Sunamitis': reuertere reuertere, vt intueamur te.

'Sulamitis 5 MS. H. G.

CAP. VII.

QVid videbis in 'Sunamite', niſi choros caſtrorum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis! Iuncturæ feminum tuorum, ſicut monilia quæ fabricata ſunt manu artificis. ‡ Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis. ‡ Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. ‡ Collum tuũ ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. ‡ Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis tui, ſicut purpura regis 'vincta' canalibus. ‡ Quàm pulchra es, & quàm decora chariſſima, in deliciis! ‡ Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & hubera tua botris. ‡ Dixi, Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt hubera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui ſicut malorum. ‡ Guttur tuum ſicut vinum optimum; dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum. ‡ Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. ‡ Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. ‡ Manè ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi hubera mea. ‡ Mandragoræ dederunt odorem. In portis noſtris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi.

'Sulamite 5 MS. H. G. Conformiter. Textui legit Greg.

'iuncta MS. R. Q. n.

'odor MS. R. C. Verum. & Greg. H. & G. non repetitur.

CAP. VIII.

QVis mihi det te fratrem meum, ſugentem hubera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat? ‡ Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ.

'etiam 2 MS. H. C. ‡ & in cubiculum genitricis meæ MS. Gq. Q. n.

Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. [1] Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. [2] Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. [3] Quæ est ista quę ascendit in deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. [4] Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarum. [5] Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. [6] Soror nostra parua, & hubera non habet. quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? [7] Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. [8] Ego murus: & hubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. [9] Vinea fuit pacifico, in ea quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos. [10] Vinea mea coram me est. Mille tui Pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius. [11] Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. [12] Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloq. ceruorum super montes aromatum. [13] [14]

Sup. 2, 6.
Sup. 2, 7. 3, 5. & 5, 8.

LIBER SAPIENTIÆ.

CAP. I.

[1] Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: [2] quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. [3] peruersæ enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes. [4] quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. [5] Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. [6] Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum à labiis suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor. [7] Quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. [8] Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latêre, nec præteriet illum corripiens iudicium. [9] In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum autê illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. [10] Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. [11] Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem quod mentitur, occidit animam. [12] Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. [13] Quoniâ Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. [14] Creauit enim, vt essent, omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarû: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. [15] Iustitia enim perpetua est, & immortalis. [16] Impij autem manibus & verbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam digni sunt qui sunt ex parte illius.

Sap. 2, 6.
Sap. 2, 7. 3, 5. & 5, 8.
Pacifice 1 MS. Q. n.

CAP. II.

[1] Dixerunt enim cogitantes apud se non rectè, Exiguũ, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: [2] quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tamquam

3 Reg. 3, 9. Isai. 56, 1.
Sap. 1, 4.

tamquam non fuerimus: quoniam fumus flatus est in naribus nostris: & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum: [3] quia extincto cinis erit corpus nostrũ, & spiritus diffundetur tamquam mollis aër, & transibit vita nostra tamquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis Solis, & à calore illius aggrauata: [4] & nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operũ nostrorum. [5] Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo reuertitur. [6] Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. [7] Vino pretioso & vnguẽtis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. [8] Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. [9] Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors. [10] Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec veterano, nec reuereamur canos multi temporis. [11] Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ. quod enim infirmum est, inutile inuenitur. [12] Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. [13] Promittit se scientiã Dei habere, & filium Dei se nominat. [14] Factus est nobis in traductionẽ cogitationum nostrarum. [15] Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ eius. [16] Tamquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrẽ se habere Deum. [17] Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. [18] Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus

afflatus MS. R. afflatio.
quia extincta MS. G. Q. n.
vestigia 1 MS. G.
Psa. 89, 10.
Sap. 5, 15.
Iosue 22, 13. 56, 12. 1 Esd. 5, 32.
noſtrum 10 MS. G.
noſtra MS Q. R. hæc, 5, 11.
veterani reuereamur 12 MS. G.
Iuſtitiæ 6 MS. G.
Mat. 27, 43.
Ioan. 5, 7.
Sap. 2, 15.
manu 5 MS. G.

[19] contrariorum. Cõtumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. [20] Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. [21] Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excęcauit enim illos malitia eorum. [22] Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. [23] Quoniam Deus creauit hominẽ inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. [24] Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. [25] imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

Psal. 21, 9. Isa. 11, 10.
Eccl. 17, 1. Gen. 3, 1.
Gen. 1, 27. 2, 7. 5, 1.

CAP. III.

[1] Vstorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. [2] Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata est afflictio, exitus illorum. [3] Et ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminij: illi autẽ sunt in pace. [4] Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. [5] In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. [6] Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. [7] Fulgebunt iusti, & tamquam scintillę in arundineto discurrent. [8] Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. [9] Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis eius. [10] Impij autem secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserunt. [11] Sapientiam enim, & disciplinam qui abiicit, infelix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. [12] Mulieres eorũ insensatæ sunt, & nequissimi filij eorum. [13] Maledicta creatura eorum: quoniam felix est sterilis & incoinquinata, quæ nescriuit tho-

Psal. 21, 9. Isa. 11, 10.
Et 3 MS. G.
holocausta hostiæ 4 Ms. holocaustum hostiæ G.
Mat. 13, 43. 2 MS. G. 1 Co. 6, 2.
illorum Dominus 3 MS. G.
4 MS. G.

rum in delicto, habebit fructum in re-
Isa.56.4. spectione animarum sanctarum, ‡¹ & 14
spado qui non operatus est per manus
suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus
*Dominum 2 MS.G. 'Deum' nequissima. dabitur enim illi fi-
dei donum electum, & sors in templo
*Domini 3 MS.G. 'Dei' acceptissima. ‡ Bonorum enim 15
laborum glorioſus est fructus, & quæ
*concidat 5 MS. non 'concidit' radix sapientiæ. ‡ Filij 16
autem adulterorum in consummatione
erunt, & ab iniquo thoro semen exter-
minabitur. ‡ Etsi quidem longæ vitæ 17
erunt, in nihilum computabuntur, &
sine honore erit nouissima senectus illo-
rum. ‡ Et si celerius defuncti fuerint, 18
non habebunt spem, nec in die agnitio-
*Nationis 2 MS.G. nis allocutionem. ‡¹ 'Nationes' enim 19
iniquæ, diræ sunt *'consummationis'.
*consummationes 2 MS.G.

CAP. IIII.

O Quam pulchra est casta generatio 1
cum claritate! immortalis est enim
memoria illius: quoniam & apud Deum
nota est, & apud homines ‡ Cùm præ- 2
sens est, imitantur illã: & desiderant eam
cùm se eduxerit, & in perpetuum coro-
nata triumphat incoinquinatorum cer-
taminum præmium vincens. ‡ Multi- 3
gena autem impiorum multitudo non
*adulterinæ plãtationes 12 MS.G. Q.n. erit vtilis, & 'spuria vitulamina' non da-
bunt radices altas, nec stabile firmamen-
tum collocabunt. ‡¹ Et si in ramis in 4
Ier.17,5. Mat.7,27. tempore germinauerint: infirmiter po-
sita à vento cõmouebuntur, & à nimie-
tate ventorum eradicabuntur. Con- 5
fringentur enim rami inconsummati,
& fructus illorum inutiles, & acerbi ad
manducandum, & ad nihilum apti ‡ Ex 6
iniquis enim omnes filij qui nascuntur,
testes sunt nequitiæ aduersus parentes
in interrogatione sua. ‡ Iustus autem si 7
morte præoccupatus fuerit, in refrige-
rio erit. ‡ Senectus enim venerabilis 8
est non diuturna, neque annorum nu-
mero computata. cani autem sunt sen-
sus hominis, ‡ & ætas senectutis vita im- 9
Heb.11,5. maculata. ‡¹ Placens Deo factus dile- 10
ctus, & viuens inter peccatores transla-
tus est. raptus est, ‡ ne malitia mutaret in 11
-2 MS.G. tellectũ eius, aut ne fictio deciperet ani-
mã illius. ‡ Fascinatio enim nugacitatis 12
obscurat bona, & 'inconstantia' concu- inconstantia MS.
piscentiæ transuertit sensum sine mali-
13 tia. ‡ Consummatus in breui expleuit
14 tempora multa. ‡ placita enim erat
Deo anima illius: propter hoc prope-
rauit educere illum de medio iniqui-
15 tatum. ‡ populi autem videntes,
& non intelligentes, nec ponentes in-
16 præcordiis talia: ‡ Quoniam gratia
Dei & misericordia 'in sanctos eius, & in Rom.
respectus in electos illius. ‡ Condem- 17 Dan.
nat autem iustus mortuus viuos impios,
& iuuentus celerius consummata, lon-
18 gam vitam iniusti. ‡ Videbunt enim
finem sapientis, & non intelligent quid
cogitauerit de illo Deus, & quare mu-
19 nierit illum Dns. ‡ Videbunt enim,
& contemnent eum: illos autem Do-
20 minus irridebit. ‡ & erunt post hæc
decidentes sine honore, & in contume-
lia inter mortuos in perpetuum: quo-
niam disrumpet illos inflatos sine voce,
& commouebit illos à fundamentis, &
vsque ad supremum desolabuntur: &
erunt gementes, & memoria illorum
21 'periet'. ‡ Venient in cogitatione pec- periet MS.
catorum suorum timidi, & traducent
illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

CAP. V.

TVnc stabũt iusti in magna constan- 1
tia aduersus eos qui se angustiaue-
runt, & qui abstulerunt labores eorum.
2 ‡ Videntes turbabuntur 'timore' hor- timore MS.
ribili, & mirabuntur in subitatione in-
3 sperataæ salutis, ‡¹ 'dicentes' intra se, pœ- dicent MS.
nitentiam agentes, & præ angustia spiri-
tus gemẽtes, Hi sunt quos habuimus ali-
4 quando in derisum, & in similitudinem
improperij. ‡¹ Nos insensati vitam il- Sap.
lorum æstimabamus insaniam, & finem
5 illorum sine honore: ‡¹ 'ecce' quomodò ecce MS.
computati sunt inter filios Dei, & inter
6 sanctos sors illorum est. ‡ Ergo errauimus
à via veritatis, & iustitiæ lumen non
luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est
7 ortus nobis. ‡ Lassati sumus in via ini- lassamur MS.
quitatis & perditionis, & 'ambulauimus' ambulauimus per
vias difficiles, viam autem Domi- MS.
8 ni ignorauimus. ‡ Quid nobis profuit quid MS.G.
superbia? aut diuitiarum iactantia quid

contulit nobis? ‡¹ Transierunt omnia 9
Sap.2,5. 1Pa.29,15 illa tanquam vmbra, & tanquam nun-
tius præcurrens: ‡ & tanquam nauis 10
*præteriit 1 MS. quæ pertransit fluctuantem aquam: cu-
ius, cùm 'præterierit', non est vestigium
inuenire, neque semitam carinæ illius
*tãquam 6 MS.G. in fluctibus. ‡ aut 'auis quæ transuolat' 11
*ἀφύλακτον διατέλεσεν. Pro.30,19. -5 MS.G. -G. in aêre, 'cuius nullum inuenitur argu-
mentum itineris illius', sed tantum so-
nitus alarum verberans leuem ventum:
& scindens per vim itineris aërem, com-
motis alis transuolauit, & post hoc nul-
lum signum inuenitur itineris illius.
‡ aut tanquam sagitta emissa in locum 12
destinatum diuisus aër continuò in se re-
clusus est, vt ignoretur transitus illius:
‡ sic & nos nati continuò desiuimus 13
esse. ‡ & virtutis quidem nullũ signum 14
valuimus ostendere: in malignitate au-
tem nostra consumpti sumus. Talia di-
xerunt in inferno hi qui peccauerunt:
Pro.11,7. ‡¹ quoniam spes impij tamquam lanu- 15
go est, quæ à vento tollitur: & tãquam
spuma gracilis, quæ à procella dispergi-
tur: & tamquam fumus qui à vento dif-
fusus est: & tamquam memoria hospitis
vnius diei prætereuntis. ‡ Iusti autem 16
in perpetuum viuent, & apud Domi-
num est merces eorum, & cogitatio il-
lorum apud Altissimum. ‡ Ideo accì- 17
pient regnum decoris, & diadema spe-
ciei de manu Domini: quoniam dexte-
*-6 MS.G. ra sua teget eos, & 'in' brachio sancto suo
*-7 MS.G. Ephes.6,13. Isa.59,17. Ephes.6,17. defendet illos. ‡¹ 'Et' accipiet armatu- 18
ram zelus illius, & armabit creaturam
ad vltionem inimicorum. ‡¹ Induet 19
pro thorace iustitiam, & accipiet pro ga-
lea iudicium 'certum'. ‡ sumet scutum 20
*rectum 5 MS. inexpugnabile æquitatem: ‡ acuet au- 21
*'diuersarrov, id est, non fictum, simplex, sincerum. tem diram iram in lanceam, & pugna-
bit cum illo orbis terrarum contra in-
sensatos. ‡ Ibunt directè emissiones ful- 22
*habenæ o. gurum, & tamquam 'à bene' curuato
arcu nubium exterminabuntur, & ad
certum locum insilient. ‡ Et à petrosa 23
ira plenè mittentur grandines, excan-
descet in illos aqua maris, & flumina
concurrent duriter. ‡ Contra illos sta- 24
bit spiritus virtutis, & tamquam turbo
venti diuidet illos: & ad eremum perdu-
cet omnem terrã 'iniquitatis' illorum', 'iniquitas 10 MS.G. -1 MS.G.
& malignitas euertet sedes potentium.

CAP. VI.

1 MElior est sapientia, quàm vires: & Eccl.9,18.
2 vir prudens 'quàm fortis'. ‡ Au- *magis 9 MS.
dite ergo reges, & intelligite, discite iu-
3 dices finium terræ. ‡ Præbete aures vos -G. Multa MS. amnes-tiunt capiti præcedenti.
qui continetis multitudines, & placetis
4 vobis in turbis nationum: ‡¹ quoniam Rom.13,1.
data est à Domino potestas vobis, & vir-
tus ab Altissimo, qui interrogabit opera
vestra, & cogitationes scrutabitur:
5 ‡ quoniam cùm essetis ministri regni
illius, non rectè iudicastis, nec custodi-
stis legem iustitiæ, neque secundum vo-
6 luntatem Dei ambulastis. Horrendè
& citò apparebit vobis: quoniam iudi-
cium durissimum in his qui præsunt, fiet.
7 ‡ Exiguo enim conceditur misericor-
dia: potentes autem potenter tormenta
8 patientur. ‡¹ Non enim subtrahet per- Deu.10,17. 2 Par.19,7. Iob 34,19. Eccl. 35,16. Rom.2,11. Gal.2,6. Ephes.6,9. Col.3,25. Act.10,34. 1 Pet.1,17.
sonam cuiusquam 'Deus', nec verebitur
magnitudinem cuiusquam: quoniam
pusillum & magnũ ipse fecit, & æquali-
9 ter cura est illi de omnibus. ‡ Fortio-
ribus autem fortior instat cruciatio.
*Dominus 7 MS. Q.n.
10 ‡ Ad vos ergo reges sunt hi sermones
mei, vt discatis sapientiam, & 'non' ex- 'ne 2 MS.R.
11 cidatis. ‡ Qui enim custodierint iusti- 'iustificabuntur 9 MS. 9. Q.n.
am, iustè 'iudicabuntur': & qui didice-
rint iusta, inuenient quid respondeant.
12 ‡ Concupiscite ergo sermones meos,
diligite illos, & habebitis disciplinam.
13 ‡ Clara est, & 'quæ nunquam 'mar- 'ἀμάραντος. 'marcescet 4 MS.
cescit' sapientia, & facile videtur ab his
qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui
14 quærunt illam. ‡ Præoccupat qui se
concupiscunt, vt illis se 'prior' ostendat. 'priorem 2 MS.
15 ‡ Qui de luce vigilauerit ad illam, non
laborabit: assidentem enim illam fori-
16 bus suis inueniet. ‡ Cogitare ergo de
illa, sensus est consummatus: & qui vigi-
lauerit propter illam, citò securus erit.
17 ‡ Quoniam dignos se, ipsa circuit quę-
rens, & in viis 'ostendet' se illis hilariter, 'ostendit 2 MS.Φ. occurrit. o.
& in omni prouidentia 'occurret' illis.
18 Initium enim illius verissima est disci-
19 plinæ concupiscentia. ‡ Cura 'ergo' disciplinæ, dilectio est: & dilectio, custo- -autem 1 MS.O.
dia legum illius 'est': custoditio autem -1 MS.O.

legum, consummatio incorruptionis
est: [s]incorruptio autem facit esse pro- 20
ximum Deo. [s]Concupiscentia itaque 21
sapientiæ deducit ad regnũ perpetuum.

3 Reg.3,9. *in 4 MS.G. *perpetuis 2 MS.Verùm G. libris non additur. -4 MS.G.

[s]Si ergo delectamini 'sedibus', & 22
sceptris ô' reges populi, diligite sapien-
tiam, vt in perpetuum regnetis. [s]dili- 23
gite lumen sapientiæ omnes qui præestis
populis. [s]quid est autem sapientia, & 24
quemadmodum facta sit, referã: & non
abscondam à vobis sacramenta Dei, sed
ab initio natiuitatis inuestigabo, & po-
nam in lucem scientiam illius, & non
præteribo veritatem: [s]neque cum in- 25
uidia tabescente iter habebo: quoniam
talis homo non erit particeps sapientiæ.

[s]Multitudo autem sapientium, sani- 26
-1 MS. G. tas 'est' orbis terrarum: & rex sapiens
stabilimentum populi est. [s]Ergo acci- 27
pite disciplinam per sermones meos, & 28
proderit vobis.

CAP. VII.

SVm quidem & ego mortalis homo, 1
*terreni 4 MS.G. similis omnibus, & ex genere 'terre-
no' illius qui prior factus est, & in ventre
Iob 10,10. matris figuratus sum caro, [s]decẽ men- 2
sium tempore, coagulatus sum in san-
guine, ex semine hominis, & delecta-
mento somni conueniente. [s]Et ego na- 3
tus accepi communem aërem, & in si-
militer factam decidi terram, & primam
vocem similem omnibus emisi plorans.
[s]in inuolumentis nutritus sum, & cu- 4
ris magnis. [s]Nemo enim ex regibus 5
Iob 1,21. aliud habuit natiuitatis initiũ. [s]Vnus 6
1 Tim.6,7. ergo introitus est omnibus ad vitam, &
similis exitus. [s]Propter hoc optaui, & 7
-1 MS. G. datus est mihi sensus: & 'inuocaui, & ve-
-1 MS.G. nit in me spiritus sapientiæ: [s]& 'præ- 8
posui illam regnis & sedibus, & diuitias
nihil esse duxi in comparatione illius.

Iob 28,15. Pro.8,10. [s]nec comparaui illi lapidem pretio- 9
sum: quoniam omne aurum in compa-
ratione illius, arena est exigua, & tan-
quam lutum æstimabitur argentum in
conspectu illius. [s]Super salutem & spe- 10
ciem dilexi illam, & proposui pro luce
habere illam: quoniam inextinguibile
2 Reg.3,18. Sap.6,23. Eccl.1,20. est lumen illius. [s]Venerunt autem 11
mihi omnia bona pariter cum illa, & in-
numerabilis honestas per manus illius,
12 [s]& lætatus sum in omnibus: quoniam
antecedebat me ista sapientia, & ignora-
13 bam quoniam horum omnium mater
est. [s]Quam sine fictione didici, & sine
inuidia communico, & honestatẽ illius
14 non abscondo. [s]Infinitus enim thesau-
rus est hominibus: quo qui vsi sunt, par-
ticipes facti sunt amicitiæ Dei, propter
15 disciplinæ dona commendati. [s]Mihi
autem dedit Deus dicere ex sententia, &
præsumere 'digna' horum quæ 'mihi' dantur: quoniam 'ipse' sapientiæ dux
16 est, & sapientium emendator: [s]in manu
enim illius & nos, & sermones nostri, &
omnis sapientia, & operum 'scientiæ di-
17 sciplina'. [s]Ipse enim dedit mihi horum
quæ sunt, scientiam veram: vt sciam di-
spositionem orbis terrarũ, & 'virtutes'
18 elementorum, [s]initium & consumma-
tionem & medietatem temporum, vi-
cissitudinum permutationes, & cõsum-
19 mationes temporum, [s]morum muta-
tiones, & diuisiones temporum', anni
20 cursus, & stellarum dispositiones, [s]na-
turas animalium, & iras bestiarum, vim
ventorum, & cogitationes hominum,
differentias 'virgultorum', & virtutes
21 radicum, [s]& quæcumque sunt absconsa & improuisa, didici. omnium enim
22 artifex docuit me sapientia. [s]est enim in
illa spiritus intelligentię, sanctus, vnicus,
multiplex, subtilis, 'disertus, mobilis,
incoinquinatus, certus, suauis, amans
bonum, acutus, qui nihil 'vetat' bene-
23 facere, [s]humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem,
omnia prospiciens, & qui capiat omnes
'spiritus: intelligibilis', 'mundus, subti-
24 lis'. [s]Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem vbique
25 propter suam munditiam. [s]Vapor 'est'
enim virtutis Dei, & emanatio quędam
'est' claritatis omnipotentis Dei sincera:
& ideò nihil inquinatum in eam incur-
26 rit. [s]candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, &
27 imago bonitatis illius. [s]Et cũ sit vna,
omnia potest: & 'in se permanens' omnia innouat, & per nationes in animas
sanctas

sanctas se transfert, amicos Dei & pro-
phetas constituit. [s]Neminem enim di- 28
ligit Deus, nisi eum qui cum sapientia
inhabitat. [s]Est enim hæc speciosior So- 29
le, & super omnem dispositionem stel-
larum, luci comparata inuenitur prior.
[s]Illi enim succedit nox, sapientiam au- 30
tem non vincit malitia.

CAP. VIII.

ATtingit ergo à fine vsque ad finem 1
fortiter, & disponit omnia suauiter.
-2 MS.R. 6. [s]Hanc amaui, & exquisiui 'eam' à iu- 2
uentute mea, & quæsiui sponsam mihi
eam assumere, & amator factus sum for-
-1 MS.G. mæ illius. [s]Generositatem 'illius' glori- 3
ficat, contubernium habens Dei: sed &
omnium Dominus dilexit illam. [s]do- 4
ctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix
operum illius. [s]Et si diuitiæ appetuntur 5
in vita: quid sapientia locupletius, quæ
operatur omnia? [s]Si autem sensus ope- 6
ratur: quis horum quę sunt, magis quam
illa est artifex? [s]Et si iustitiam quis di- 7
*labores huius sunt 6. ligit: 'labores huius magnas habent', vir-
tutes: sobrietatem enim & prudentiam
docet, & iustitiam, & virtutem, quibus
vtilius nihil est in vita hominibus. [s]Et 8
si multitudinem scientiæ desiderat quis:
scit præterita, & de futuris æstimat: scit
versutias sermonum, & dissolutiones ar-
gumentorum: signa & monstra scit an-
tequam fiant, & euentus temporum &
seculorum. [s]Proposui ergo hanc adduce- 9
re mihi ad conuiuendum: sciens quo-
niam mecum cõmunicabit de bonis, &
erit allocutio cogitationis & tædij mei.

[s]Habebo propter hanc claritatem ad 10
turbas, & honorem apud seniores iuue-
nis: [s]& acutus inueniar in iudicio, & 11
in cõspectu potentium admirabilis ero,
-0. '& facies principum mirabuntur me'.
[s]tacente me sustinebunt, & loquen- 12
tem me respicient, & sermocinante me
plura, manus ori suo imponent. [s]Præ- 13
terea habebo per hãc, immortalitatem:
& memoriam æternam his qui post me
futuri sunt, relinquam. [s]Disponam po- 14
*subiectæ 5 MS. pulos: & nationes mihi erunt 'subditę'.
[s]Timebunt me audientes reges hor- 15
rendi: in multitudine videbor bonus, &
16 in bello fortis. [s]Intrans in domũ meam,
conquiescam cum illa. non enim habet
amaritudinem conuersatio 'illius', nec "eius 1 MS. tædium conuictus 'illius', sed lætitiam "ipsius 7 MS.
17 & gaudium. [s]Hæc cogitans apud me,
& commemorans in corde meo quo-
niam 'immortalis' est in cogitatione 'sa- "immortalitas 18 MS G.
18 pientiæ', [s]& in amicitia illius delectatio "sapientia 12 MS.R. Q.n.
bona, & in operibus manuum illius ho-
nestas sine defectione, & in certamine
loquelæ illius sapientia, & præclaritas in
communicatione sermonum ipsius: 'cir- "circuiui 1 MS.
19 cuibam' quærens, vt mihi illam assume-
20 rem. [s]Puer autem eram ingeniosus, &
sortitus sum animam bonam. [s]Et cùm
21 essem magis bonus, veni ad corpus in-
coinquinatum. [s]Et vt sciui quoniã ali- "possum 6 MS.
ter non 'possem' esse cõtinens, nisi Deus "erat sapientiæ G Ms.Ang. G. *sumpsi MS q.R.
det, & hoc ipsum 'erat' sapientia', scire
cuius esset hoc donum: adij Dominum,
& deprecatus sum illum, & dixi ex totis
præcordiis meis.

CAP. IX.

1 DEus 'patrum' meorum, & Domi- "parentum 1 MS.
ne misericordiæ, qui fecisti omnia
2 verbo tuo, [s]& sapientia tua constituisti 3 Reg.3,9. 12.
homine, vt dominaretur creaturæ quæ
3 à te facta est, [s]vt disponat orbem ter- "& 1 MS. G.
rarum in æquitate & iustitia, & in dire-
4 ctione cordis iudicium iudicet: [s]da
mihi sedium tuarum assistricem sapien-
tiam, & noli me reprobare à pueris tuis:
5 [s]quoniam seruus tuus sum ego, & fi- Esai.43, 10.
lius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exi-
gui temporis, & minor ad intellectum
6 iudicij & legum. [s]Et si quis erit con- *Nam 1 MS.G.
summatus inter filios hominum, si ab
illo abfuerit sapientia tua, in nihilum
7 computabitur. [s]Tu elegisti me regem 1 Par. 28, 4.5. 2 Par.1,9.
populo tuo, & iudicem filiorũ tuorum,
8 & filiarum: [s]& dixisti 'me' ædificare -8 MS.G.
templum in monte sancto tuo, & in ci-
uitate habitationis tuæ 'altare', similitu- *aram 1 MS.
dinem tabernaculi sancti tui quod præ-
parasti ab initio: [s]& tecum sapientia Pro.8,12. 27. Ioan.1,1.
'tua' quæ nouit opera tua, quæ & affuit -4 MS.G.
'tunc' cùm orbem terrarum faceres, & -1 MS.G.
sciebat quid esset placitum oculis tuis, &
10 quid directum in præceptis tuis. [s]Mitte
illam de cęlis sanctis tuis & à sede magni-

tudinis

tudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, vt sciam quid acceptũ sit apud te. [11] Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potentia. [12] Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè, & ero dignus sedium patris mei. [13] Quis enim hominum poterit scire consiliũ Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? [14] Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. [15] Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. [16] Et difficilè æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cælis sunt, quis inuestigabit? [17] Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis: [18] & si correctæ sint semitæ eorũ qui sunt in terris, & quę tibi placent didicerint homines? [19] Nam per sapientiam sanati sunt, quicunque placuerunt tibi Domine à principio.

CAP. X.

[1] HÆc, illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarũ, cùm solus esset creatus, custodiuit, [2] & eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia. [3] Ab hac vt recessit iniustus in ira sua, per iram homicidij fraternitas deperiit. [4] Propter quod cùm aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. [5] Hæc & in consensu superbiæ cùm se nationes extulissent, sciuit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & in filiis misericordiam fortem custodiuit. [6] Hęc, iustum à pereuntibus impiis liberauit, fugientem descendente igne in pentapolim: [7] quibus in testimonium nequitię fumigabunda constat deserta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentũ salis. [8] Sapientiam enim prætereuntes non tantum in hoc lapsi sunt vt ignorarent bona: sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his quæ peccauerunt, nec latêre potuissent. [9] Sapientia autem hos qui se obseruant, à doloribus liberauit.

[10] Hæc autem, profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnũ Dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. [11] In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honestum fecit illum. [12] Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniã omnium potentior est sapientia. [13] Hæc, venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam, [14] & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. [15] Hæc, populum iustum, & semen sine querela liberauit à nationibus quæ illum deprimebant. [16] Intrauit in animam serui Dei, & stetit contra reges horrendos in portentis & signis. [17] Et reddidit iustis mercedem laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctẽ. [18] & transtulit illos per Mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam. [19] Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerũt spolia impiorum, [20] & decantauerunt Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter. [21] quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

CAP. XI.

[1] DIrexit opera eorum in manibus prophetæ sancti. [2] Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur: & in locis desertis fixerunt casas. [3] Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt. [4] Sitierunt, & inuocauerũt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. [5] Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorũ, in

defectione potus sui: cùm abundarent filij Israël, lætati sunt. [6] Per hæc, cùm illis deesset, bene cum illis actum est.

[7] Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. [8] Qui cùm minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperatè:

[9] ostendens per sitim quæ tunc fuit, quemadmodũ tuos exaltares, & aduersarios illorũ necares. [10] Cùm enim tentati sunt, & quidẽ cum misericordia disciplinam accipientes, scierũt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. [11] Hos quidem tanquam pater monens probasti: illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti. [12] Absentes enim & presentes similiter torquebantur. [13] Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum. [14] Cùm enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus. [15] Quem enim in expositione praua proiectum derisérunt, in finem euentus mirati sunt: non similiter iustis faciens: [16] pro cogitationibus autem insensatis iniquitates illorum. Quod quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam: [17] vt scirent quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. [18] Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leones, [19] aut noui generis ira plenas aut ignotas bestias, aut vaporem ignium spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes: [20] quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere. [21] Sed & sine his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuę: sed omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. [22] Multum enim valere, tibi soli superat semper: & virtuti bra-

[23] chij tui quis resistet? [24] Quoniam tanquam momentum statéræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram. [24] Sed misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. [25] Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quę fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. [26] Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatũ non esset, conseruaretur? [27] Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.

CAP. XII.

[1] OQuàm bonus & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus! [2] Ideoq. eos qui exerrant, partibus corripis, & de quibus peccant, admones & alloqueris: vt relicta malitia, credant in te Domine. [3] Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti, [4] quoniam odibilia opera tibi faciebant, per medicamina, & sacrificia iniusta, [5] & filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscerum hominum, & deuoratores sanguinis, à medio sacramento tuo, [6] & auctores parentes animarum inauxiliatarum, perdere voluisti per manus parentum nostrorum, [7] vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, [8] quæ tibi omnium charior est terra. Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, [9] vt illos paulatim exterminarent. Non quia impotens eras in bello subiicere impios iustis, aut bestiis sæuis, aut verbo [10] duro simul exterminare: sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorũ in perpetuum. [11] Semen enim erat maledictum ab initio: nec timens aliquem, veniã dabas peccatis illorum. [12] Quis enim dicet tibi, Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit,

---

[&] 6 MS. G.

[11] Sci. 49, 13. Rom. 11, 34 1 Cor. 2, 16

[17] sciuit 2 MS. G. scit 1 MS.

[18] sic 5 MS. G. sunt 4 MS. G. didicerunt 2 MS. G.

Gen. 1, 27. 2, 7.

[2] & eduxit illum de limo terræ MS. R. Q. n. Gen. 4, 8.

[4] fraternitatis 12 MS. Q. n.

[4] quem MS. G. Q. n. Gen. 6, 7. 7, 2. Gen. 11, 2. 31, 12. 1.

[5] nequitiæ MS. G.

[5] contulissent 4 MS. Q. n.

[6] misericordia 2 3 5 MS.

[6] misericordiæ 1 MS. Q. n. Gen. 19, 17.

[6] descendentem igitur G.

[7] cuius 7 MS. G. Q. n.

[7] in certo 6.

[1] olim 2 MS. G.

[2] fuerunt G. Q. n. Iuf. 12, 24

[2] iniquitatis 5 MS. G. Q. n.

[3] Lin. 26, 22. Iuf. 16, 1.

[4] Iud. 6.

[5] & 3 MS. R. G.

[6] fulgurantes G.

[8] & 6. [9] fuberat 1 MS. [9] fuperat 3 MS. R.

[8] in eis MS. R. G. Q. n.

[9] miratentur forte legendum eſt. turbantur G.

[10] Sap. 11, 6.

[10] acceperunt 4. MS. Textus conformior eſt G.

Gen. 18, 25. Iuf. 10, 11.

Gen. 18, 25. Iuf. 10, 11.

[11] Num. 21, 6. Sap. 16, 5.

[12] Gen. 18, 25. Iuf. 10, 11.

[13] Gen. 42, 38. 44, 29. 31.

[15] Exo. 32, 14. Num. 14, 12. Deu. 9, 14. 32, 39. Pſal. 77, 38. Ioel. 2, 13. Ion. 4, 2.

[16] Exo. 7, 10. 8, 16. 9, 23. 10, 12. 14, 21.

[17] Exo. 15, 5. Pſal. 105, 9. Iſa. 63, 13.

[18] Exo. 14, 28. Pſal. 135, 15.

[19] Exo. 15, 10. Pſal. 105, 11.

[20] Exo. 15, 1. Pſal. 105, 12.

[21] Pſal. 8, 3. Matt. 21, 16.

[1] Pſal. 106, 20. 107, 20. 147, 15. 18.

[2] Num. 20, 1. Deu. 8, 15.

[3] Exo. 17, 1. Num. 20, 2. Deu. 8, 15. Pſal. 78, 15. 105, 41. 1 Cor. 10, 4.

[4] Exo. 15, 23. Num. 33, 8.

[5] Exo. 1, 22. Pſal. 106, 37. Ezech. 16, 20. 23, 37.

[6] errant ex partibus, corripis, 2 MS. Q. n.

[6] Etenim 1 MS. G.

[6] MS. G. Deut. 9, 5. 12, 29, 31. 18, 12.

[6] odiens 1 MS.

[6] à medio sacramẽto tuo 6 MS. R. Q. n.

[7] percipere 2 MS. G.

Exo. 23, 30. Deu. 7, 22.

[9] iniqua 3 MS.

[10] ἀπόθεμα γὰρ ἦν κατηραμένον ἀπ' ἀρχῆς, διὰ συναλείμματος.

[12] in conſpectum tuum 6 MS. G.

putabit, si perierint nationes quas tu fecisti? [13] Non enim est alius Deus quàm tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniã non iniustè iudicas iudicium.

[14] Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti. [15] Cùm ergo sis iustus, iustè omnia disponis: ipsum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas à tua virtute. [16] Virtus enim tua, iustitiæ initium est: & ob hoc quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.

[17] Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & horum qui te nesciunt, audaciam traducis. [18] Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. subest enim tibi cùm volueris, posse. [19] Docuisti autem populũ tuum per talia opera, quoniam oportet iustũ esse & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ. [20] Si enim inimicos seruorũ tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attẽtione, & liberasti, dans tempus & locum, per quæ possent mutari à malitia: [21] cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & cõuentiones dedisti bonarum promissionum? [22] Cùm ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cùm de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam.

[23] Vnde & illis qui in vita sua insensatè & iniustè vixerunt, per hæc quæ coluerunt dedisti summa tormenta. [24] Et enim in erroris via diutius errauerunt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantiũ insensatorum more viuentes. [25] Propter hoc tanquam pueris insensatis iudiciũ in derisum dedisti. [26] Qui autem ludibriis & increpationibus non sunt correpti, dignum Dei iudiciũ experti sunt. [27] in his enim quæ patiebantur, molestè ferebant: in quibus patientes indignabãtur, per hæc quos putabant deos, in ipsis cùm exterminarentur videntes, illum quem olim

Sap. 11, 16. Rom. 1, 23.

negabant se nosse, verum Deum agnouerunt: propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

CAP. XIII.

[1] VAni autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neq. operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex: [2] sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrũ stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt. [3] Quorum si specie delectati, deos putauerunt: sciant quanto his dominator eorũ speciosior est. speciei enim generator hæc omnia constituit. [4] Aut si virtutem, & opera eorũ mirati sunt: intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis: [5] à magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. [6] sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum quærentes, & volentes inuenire. [7] Etenim cùm in operibus illius conuersentur, inquirunt: & persuasum habent quoniam bona sunt quæ videntur. [8] Iterum autem nec his debet ignosci. [9] Si enim tantum potuerunt scire, vt possent æstimare seculum: quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt? [10] Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. [11] Aut, siquis artifex faber, de sylua lignum rectũ secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus, diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ, [12] reliquiis aũt eius operis, ad præparationem escæ abutatur: [13] & reliquum horum, quod ad nullos est vsus faciat, lignum curuum, & verticibus plenum, sculpat diligenter per vacuitatẽ suam, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud [14] imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo est perliniens: [15] & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, [16] ne fortè cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se: imago enim est, & opus est illi adiutorium. [17] Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptus votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est: [18] & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat: [19] & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operãdo, & de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

Gen. 1, 4. 12. 18. 21. 25. 31.

Baruch. 3, 9. Psal. 113, 8.

CAP. XIIII.

[1] ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se fragilius lignum inuocat. [2] Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua. [3] Tua autem, pater, prouidentia gubernat: quoniam dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam, [4] ostendens quoniam potens es ex omnibus sanare, etiam si sine rate aliquis adeat mare. [5] Sed vt non essent vacua sapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt: [6] sed & ab initio cùm perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit seculo semen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata.

[7] Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. [8] Per manus autem quod fit idôlum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus est: illud autem cùm esset fragile, Deus cognominatus est. [9] Similiter autem odio sunt Deo, impius & impietas eius. [10] Etenim quod factum est, cum illo qui fecit tormenta patietur.

[11] Propter hoc & idôlis nationum non erit respectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. [12] Initium enim fornicationis, est exquisitio idolorum: & adinuentio illorum, corruptio vitæ est. [13] neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. [14] Superuacuitas enim hominum hæc adinuenit in orbem terrarum: & ideò breuis illorum finis est inuentus. [15] Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem: & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter [16] seruos suos sacra & sacrificia. [17] Deinde interueniente tempore conualescente iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. [18] Et hos quos in palam homines honorare non poterant, propter hoc quod lõgè essent, è longinquo figura eorum allata, euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: vt illum qui aberat, tanquam præsentẽ colerent sua solicitudine. [19] Prouexit autem ad horum culturam & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia. [20] Ille enim volens placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret: [21] Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimauerunt. [22] Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui aut regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt.

[23] Et non sufficerat erasse eos circa Dei scientiam, sed & in magno viuentes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. [24] Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes, [25] neque vitam, neque nuptias mundas iam custodiunt, sed alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat: [26] & omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio, & periurium, tumultus, bonorum, Dei immè-

Exod. 7, 9.

immemoratio, animarum inquinatio,
natiuitatis immutatio, nuptiarũ incon-
stantia, inordinatio mœchiæ & impu-
dicitiæ. Infandorum enim idolorum
cultura, omnis mali causa est, & initiũ &
finis. Aut enim dum lætantur, insa-
niunt: aut certè vaticinantur falsa, aut
viuunt iniustè, aut peierãt citò. Dum
enim confidunt in idolis quæ sine anima
sunt, malè iurãtes noceri se non sperant.
Vtraque ergo illis euenient dignè,
quoniam malè senserunt de Deo, atten-
dentes idolis, & iurauerunt iniustè, in
dolo contemnentes iustitiam. Non
enim iurantium est virtus, sed peccan-
tium pœna perambulat semper iniusto-
rum præuaricationem.

CAP. XV.

TV autem Deus noster, suauis & ve-
rus es, patiens, & in misericordia
disponens omnia. Etenim si peccauе-
rimus, tui sumus, scientes magnitudi-
nem tuam: & si non peccauerimus, sci-
mus quoniam apud te sumus computa-
ti. Nosse enim te, cõsummata iustitia
est: & scire iustitiam, & virtutem tuam,
radix est immortalitatis. Non enim
in errorem induxit nos hominum malæ
artis excogitatio, nec vmbra picturæ la-
bor sine fructu, effigies sculpta per va-
rios colores, cuius aspectus insensato
dat concupiscentiam, & diligit mortuæ
imaginis effigiem sine anima. Malo-
rum amatores, digni sunt qui spem ha-
bent in talibus & qui faciũt illos, & qui
diligunt, & qui colunt. Sed & figu-
lus mollem terram premens laboriosè
fingit ad vsus nostros vnumquodq. vas,
& de eodem luto fingit quæ munda sunt
in vsum vasa, & similiter quæ his sunt
contraria. horum autẽ vasorum quis sit
vsus, iudex est figulus. Et cum labore
vano Deum fingit de eodem luto: ille
qui paulo antè de terra factus fuerat, &
post pusillum reducit se vnde acceptus
est, repetitus animæ debitum quam ha-
bebat. Sed cura est illi, non quia la-
boraturus est, nec quoniam breuis illi
vita est, sed concertatur aurificibus &
argentariis: sed & ærarios imitatur, &
gloriam præfert, quoniam res superua-
cuas fingit. Cinis est enim coreius,
& terra superuacua spes illius, & luto vi-
lior vita eius: quoniam ignorauit qui
se finxit, & qui inspirauit illi animã quæ
operatur, & qui insufflauit ei spiritum
vitalem. Sed & æstimauerunt lu-
sum esse vitam nostram, & conuersatio-
nem vitę compositam ad lucrũ, & opor-
tere vndecunqve etiam ex malo acqui-
rere. Hic enim scit se super omnes de-
linquere, qui ex terræ materia fragilia
vasa, & sculptilia fingit. Omnes enim
insipientes, & infelices supra modum
animæ superbi, sunt inimici populi tui,
& imperantes illi: quoniam omnia
idola nationũ deos æstimauerunt, qui-
bus neq. oculorum visus est ad viden-
dum, neque nares ad percipiendum spi-
ritum, neque aures ad audiendum, ne-
que digiti manuum ad tractandum, sed
& pedes eorum pigri ad ambulandum.
homo enim fecit illos: & qui spiritum
mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim
sibi similem homo poterit Deum finge-
re. Cùm enim sit mortalis, mortuum
fingit manibus iniquis. Melior enim est
ipse his quos colit, quia ipse quidem vi-
xit, cùm esset mortalis, illi autem nun-
quam. Sed & animalia miserrima co-
lunt: insensata enim comparata his illis
sunt deteriora. Sed nec aspectu aliquis
ex his animalibus bona potest conspice-
re. Effugerunt autem Dei laudem, & be-
nedictionem eius.

CAP. XVI.

PRopter hæc & per his similia passi
sunt dignè tormenta, & per multi-
tudinem bestiarum exterminati sunt.
Pro quibus tormentis bene dispo-
suisti populum tuum, quibus dedisti
concupiscentiam delectamenti sui no-
uum saporem, escam parans eis ortygo-
metram: vt illi quidem concupiscen-
tes escam propter ea quæ illis ostensa &
missa sunt, etiam à necessaria concupi-
scentia auerterentur. Hi autem in breui
inopes facti, nouam gustauerunt escam.
Oportebat enim illis, sine excusa-
tione quidem superuenire interitum
exercentibus tyrannidem: his autem
tantum

tantum ostendere quemadmodum ini-
mici eorum exterminabantur. Et-
enim cùm illis superuenit sæua bestiã-
rum ira, morsibus peruersorum colu-
brorum exterminabantur. Sed non
in perpetuum ira tua permansit, sed ad
correptionem in breui turbati sunt, si-
gnum habentes salutis ad commemora-
tionem mandati legis tuæ. Qui enim
conuersus est, non per hoc quod videbat
sanabatur, sed per te omnium saluato-
rem: & in hoc autem ostendisti inimi-
cis nostris quia tu es qui liberas ab omni
malo. Illos enim locustarum, & mu-
scarum occiderunt morsus, & non est
inuenta sanitas animæ illorum: quia di-
gni erant ab huiusmodi exterminari.
Filios autem tuos, nec draconum ve-
nenatorum vicerunt dentes, misericor-
dia enim tua adueniens sanabat illos.
In memoria enim sermonum tuo-
rum examinabantur, & velociter sa-
luabantur, ne in altã incidentes obliuio-
nem, non possent tuo vti adiutorio. Et-
enim neque herba, neque malagma sa-
nauit eos, sed tuus Domine sermo, qui
sanat omnia. Tu es enim Domine,
qui vitæ & mortis habes potestatem, &
deducis ad portas mortis & reducis:
homo autem occidit quidem per ma-
litiam animam suam, & cùm exierit spi-
ritus, non reuertetur, nec reuocabit ani-
mam quæ recepta est. sed tuã manum
effugere impossibile est. Negantes
enim te nosse impij, per fortitudinem
brachij tui flagellati sunt: nouis aquis, &
grandinibus, & pluuiis persecutionem
passi, & per ignem consummati.
Quod enim mirabile erat in aqua,
quæ omnia extinguit, plus ignis valebat:
vindex est enim orbis iustorum. Quo-
dam enim tẽpore, mansuetabatur ignis,
ne conburerentur quæ ad impios missa
erant animalia: sed vt ipsi videntes sci-
rent, quoniam Dei iudicio patiuntur
persecutionem. Et quodam tempore
in aqua supra virtutẽ ignis, exardesce-
bat vndique, vt iniquæ terræ nationem
exterminaret. Pro quibus angelorum
esca nutristi populũ tuum, & paratum
panem de cælo præstitisti illis sine la-
bore omne delectamentum in se ha-
bentem, & omnis saporis suauitatem.
Substantiam enim tuam & dulcedi-
nem tuam quam in filios habes ostende-
bas: & deseruiens vniuscuiusque vo-
luntati, ad quod quisque volebat con-
uertebatur. Nix autem & glacies su-
stinebant vim ignis, & non tabescebant:
vt scirent, quoniam fructus inimicorum
exterminabat ignis ardens in grandine
& pluuia coruscans. Hoc autẽ ite-
rum, vt nutrirentur iusti, etiam suæ vir-
tutis oblitus est. Creatura enim tibi
factori deseruiens, exardescit in tor-
mentum aduersus iniustos: & lenior fit
ad bene faciendum pro his qui in te con-
fidunt. Propter hoc & tunc in omnia
transfigurata omnium nutrici gratię tuę
deseruiebant, ad voluntatem eorum
qui à te desiderati sunt: vt scirent filij
tui, quos dilexisti Domine, quoniã non
natiuitatis fructus pascunt homines, sed
sermo tuus hos qui in te crediderint con-
seruat. Quod enim ab igne non po-
terat exterminari, statim ab exiguo ra-
dio solis calefactum tabescebat: vt no-
tum omnibus esset, quoniam oportet
prẽuenire solem, ad benedictionẽ tuam,
& ad orientem lucis te adorare. In-
grati enim fides tanquam hybernalis
glacies tabescet, & disperiet tanquam
aqua superuacua.

CAP. XVII.

MAgna sunt enim iudicia tua Dñe,
& inenarrabilia verba tua, pro-
pter hoc indisciplinatæ animæ errauẽ-
runt. Dum enim persuasum habẽt
iniqui, posse dominari nationi sanctæ:
vinculis tenebrarum & longæ noctis
cõpediti, inclusi sub tectis, fugitiui per-
petuæ prouidentiæ iacuerunt. Et
dum putant se latere in obscuris pecca-
tis: tenebroso obliuionis velamento dis-
persi sunt, pauentes horrendè, & cum
admiratione nimia perturbati. Neq.
enim quæ continebat illos spelunca, si-
ne timore custodiebat: quoniam soni-
tus descendens perturbabat illos, & per-
sonæ tristes illis apparẽtes, pauorem il-
lis præstabant. Et ignis quidem nulla
vis pote-

vis poterat illis lumen præbere, nec siderũ limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendã. [6] Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore percussi illius quæ non videbatur faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur: [7] & magicæ artis appositi erant derisus, & sapientiæ gloria correptio cum contumelia. [8] Illi enim qui promittebant, timores & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant. [9] Nam, etsi nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animalium & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant: & aërẽ, quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre. [10] Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia. [11] Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis: semper enim præsumit sæua, perturbata conscientia. [12] Nihil enim est timor, nisi præsumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum. [13] Et dum ab intus minor est expectatio, maiorẽ computat scientiam eius causæ de qua tormentum præstat. [14] Illi autem qui impotentẽ vere noctem, & ab infimis & ab altissimis inferis superueniẽtem, eundem somnum dormientes, [15] aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animę deficiebant traductione. subitaneus enim illis & insperatus timor superuenerat. [16] Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. [17] Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset: ineffugibilem sustinebat necessitatem. [18] Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos auium sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, [19] aut sonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus Echo: deficientes faciebant illos præ timore.

[20] Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impe- [21] ditis operibus continebatur. Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

CAP. XVIII.

[1] SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non & ipsi per eadem passi erant, ma- [2] gnificabant te: & qui antè læsi erant, quia non lędebantur, gratias agebant: & vt esset differentia, donum pete- [3] bant. Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitij [4] præstitisti. Digni quidem illi carere luce & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptũ legis lumen [5] seculo dari. Cùm cogitarent iustorum occidere infantes: & vno exposito filio, & liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida.

[6] Illa enim nox antè cognita est à patribus nostris: vt verè scientes quibus iuramentis crediderunt, animæquiores essent. [7] Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio.

[8] Sicut enim læsisti aduersarios: sic & nos prouocans magnificasti. [9] Abscondè enim sacrificabant iusti puerbonorum, & iustitiæ legẽ in concordiam diſpoſuerunt: similiter & bona & mala recepturos iustos, patri omnium decantantes laudes. [10] Resonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. [11] Simili autem pœna seruus cum domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus. [12] Similiter ergo omnes, vno nomine mortis, mortuos habebãt innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum viui sufficiebant: quoniam vno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est. [13] De omnibus

omnibus enim non credentes propter beneficia, tunc cùm primum fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt populum Dei se esse. [14] Cùm enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium [15] iter haberet, omnipotens sermo tuus exiliens de cælo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit, [16] gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad cælum attingebat stans in terra. [17] Tunc continuò visus somniorum malorum turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperatis. [18] Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebatur causam demonstrabat mortis. [19] Visiones enim quæ illos turbauerunt, hęc præmonebant, ne, inscij quare mala patiebantur, perirent. [20] Tetigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu permansit ira tua. [21] Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suę scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati: ostẽdens quoniam tuus est famulus. [22] Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiæ, sed verbo illũ qui se vexabat subiecit, iuramenta parentum, & testamentum cõmemorans. [23] Cùm enim iam aceruatim cecidissent super alterutrũ mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam quæ ad viuos ducebat viam. [24] In veste enim podêris, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentũ magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat. [25] His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit. erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

CAP. XIX.

[1] IMpiis autem vsque in nouissimũ sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorum: [2] quoniam cùm ipsi permisissent vt se educerent, & cum magna solicitudine premisissent illos, consequebantur illos pœnitentię actus. [3] Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem insciențię: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebantur. [4] ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas: & horum quę acciderant commemorationem amittebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio. [5] & populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem nouam mortem inuenirent.

[6] Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi. [7] Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ antè erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de [8] profundo nimio: per quem omnis natio transiuit quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra.

[9] Tanquam enim equi depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt, magnificantes te Domine, qui liberasti illos. [10] Memores enim erant adhuc eorum quæ in incolatu illorũ facta fuerant, quemadmodum pro natione animaliũ eduxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum. [11] Nouissimè autem viderunt nouam creaturam auium, cùm adducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis. [12] In allocutione enim desiderij, ascendit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus superuenerũt, non sine illis quæ antè facta erant argumentis per vim fluminum; iustè enim patiebantur secundùm suas nequitias. [13] Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt. alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant. [14] Et non solùm hæc, sed & alius quidem respectus illorum erat: quòniam inuiti recipiebant extraneos. [15] Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem vsi erant iustitiis sæuis-

simis afflixerunt doloribus. *Percutli 16
Gen.19,11. sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus iusti, cùm subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque transitum ostij sui quærebat. *In se enim elementa dum 17
conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suũ sonum custodiunt: vnde 'æstimari' ex ipso 'visu certò' potest'. *Agrestia enim in aqua- 18
'est æstimare 4 MS.G. -6 MS.G. q.n. 'certò visu MS. 'terra 4 MS.R.
tica conuertebantur: & quæcumque erant natantia, in 'terram' transibant.
*Ignis in aqua valebat supra suam vir- 19
tutẽ, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. *Flammæ econtrario, cor- 20
ruptibilium animalium nõ vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam quæ facilè dissoluebatur, sicut glacies bonam escam. In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti, in omni tẽpore, & in omni loco assistẽs eis.

IN ECCLESIASTICVM IESV FILII SIRACH

PROLOGVS.

MVLTORVM NOBIS ET MAgnorum per legem & propheras aliosque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est: in quibus oportet laudare Israël doctrinæ & sapientiæ causa: quia non solùm ipsos 'loquentes' necesse est esse peritos, sed etiam extra-
-1 MS. 6 q. 'legentes eq. 'dicentes MS.6 q.
neos posse & 'discentes' & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus, postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarũ, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinã & sapientiam pertinent: vt desiderantes discere, & illorum periti fieri, magis magisque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur sequentes
-eq. -MS.R. 6 q.
imaginem sapientiæ, & deficere in verborũ compositione. Nam deficiunt &

verba Hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam. Non aũt solùm hæc, sed & ipsa lex, & prophetæ, cæteraque 'aliorum' librorum, non paruam -MS.q habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octauo & tricesimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis, postquam perueni in Ægyptum: & cùm multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos, non paruæ, neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & necessarium putaui & ipse aliquam 'addere' diligentiam & laborem 'adhibere MS. adhibere q.
interpretandi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis ad illa quæ ad finem ducunt, librũ istum dare, & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oportet instituere mores, qui secundum legem Domini proposuerint vitam agere.

ECCLESIASTICVS.

CAPVT PRIMVM.

OMNIS sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. *Arenam maris & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? *Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigauit? *Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo.
*Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna.
*Radix sapientiæ cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? *'Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? *Vnus est altissimus creator 'omnipotens,' & 'rex potẽs & metuendus nimis, sedens super thronum illius & dominans Deus. *Ipse creauit illam 'in' Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est. *Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundùm datũ suum: & præbuit

& præbuit illam diligentibus se. *Ti- 11
mor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. *Timor Do- 12
mini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium 'in' longitudinem dierum.
*& 4 MS. G. *Timenti Dominum bene erit in ex- 13
tremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. *Dilectio Dei honorabilis 14
sapientia. *Quibus autem apparuerit 15
in visu, diligunt eam in visione, & in
Ps.110,10. Prou.1,7. 9,10. agnitione magnalium suorum. *Ini- 16
tium sapientiæ, timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, & cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur. *Timor Domi- 17
.6. ni, scientiæ religiositas. *Religiositas 18
'vilificabit MS. custodiet & 'iustificabit' cor, iucunditatem atque gaudium dabit. *Timenti 19
Dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. *Ple- 20
nitudo sapiẽtiæ est timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. *Omnem do- 21
mum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius. *Coro- 22
na sapientiæ, timor Domini, replens pacem, & salutis fructum: *& vidit, & 23
dinumerauit eam. vtraque autem sunt dona Dei. *Scientiam, & intellectum 24
prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se, exaltat. *Radix 25
*& 1 MS. R.G. -MS.R. 6. -G. continẽt. eadem quæ versus 21. & 32. sapientiæ est, timere Dominum: 'rami enim' illius longæui. *In thesauris sa- 26
pientiæ intellectus, & scientiæ religiositas, execratio autẽ peccatoribus sapientia'. *Timor Dñi expellit peccatum. 27
*nam qui sine timore est, non poterit 28
iustificari: iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est. *Vsq. in tem- 29
.6. pus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. *Bonus sensus' vsque in 30
tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius.
*In thesauris sapientiæ significatio di- 31
sciplinæ: *execratio autem peccatori, 32
'mittata e. cultura Dei. *Fili, concupiscens sapien- 33
tiam, conserua 'iustitiam', & Deus præbebit illam tibi. *Sapientia enim & di- 34
sciplina timor Domini: *& quod bene- 35
.6. placitum est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. *Ne sis in- 36

credibilis' timori Domini: & ne accesse- 'incredulus MS.
37 ris ad illum duplici corde. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominũ, & non
38 scandalizeris in labiis tuis. *Attende in illis: ne fortè cadas, & adducas animæ
39 tuæ inhonorationem, *& reuelet Deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te: *quoniam accessisti malignè ad
40 Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

CAP. II.

1 FIli, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara
2 animam tuam ad tentationem. *Deprime cor tuum, & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tempore obductionis.
3 *Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. *Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine,
4 & in humilitate tua patientiam habe:
5 *quoniam in igne probatur aurum & -G. argentum', homines verò 'receptibiles' 'acceptabiles MS.
6 in camino humiliationis. *Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, &
7 in illo veterasce. *Metuentes Dominum sustinete misericordiã eius: & noli
8 deflectatis ab illo ne cadatis. *Qui timetis Dominum credite illi: & non euacuabitur merces vestra. *Qui timetis
9 Dominum, sperate in illum: & in oblectationem veniet vobis misericordia.
10 *Qui timetis Dominũ diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. *Re-
11 spicite filij nationes hominum: & scitote quia nullus sperauit in Dño, & confu-
12 sus est. *'Quis enim permansit in man- Ps.36,25. datis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? *Quo-
13 niam pius & misericors est Deus, & 'remittit' in die tribulationis peccata: & 'remittit I MS.R. G. protector est omnibus exquirentibus se
14 in veritate. *Væ duplici corde, & labiis sceleste', & manibus malefacienti- -G.
15 bus, & peccatori terram ingredienti dubius viis. *Væ dissolutis corde, 'qui' 'quoniã MS.G.
16 non credunt Deo: & ideò non protegentur ab eo. *Væ his qui perdide-

runt sustinentiam, & qui dereliquerunt
vias rectas, & diuerterunt in vias pra-
uas. *Et quid facient' cùm inspicere
cœperit Dominus? *Qui timent Do-
minum, non erunt incredibiles verbo il-
lius: & qui diligunt illum, conseruabunt
viam illius. *Qui timent Dominum,
inquirent quæ beneplacita sunt ei: & qui
diligunt eum, replebuntur lege ipsius.
*Qui timent Dominum, præparabunt
corda sua, & in conspectu illius sanctifi-
cabunt animas suas. *Qui timent Do-
minum, custodiunt mandata illius, &
patientiam habebunt vsque ad inspe-
ctionem illius, *dicentes, Si pœniten-
tiam non egerimus, incidemus in ma-
nus Domini, & nõ in manus hominum.
*Secundum enim magnitudinem
ipsius, sic & misericordia illius cum ipso
est. CAP. III.
FIlij sapientiæ, ecclesia iustorum: &
natio illorum, obedientia & dile-
ctio'. *Iudicium patris audite filij, &
sic facite vt salui sitis. *Deus enim ho-
norauit patrem in filiis: & iudicium ma-
tris exquirens, firmauit in filios. *Qui
diligit Deum, exorabit pro peccatis, &
continebit se ab illis, & in oratione die-
rum exaudietur. *Et sicut qui thesau-
rizat, ita & qui honorificat matrẽ suam.
*Qui honorat patrem suum, iucun-
dabitur in filiis, & in die orationis suæ
exaudietur. *Qui honorat patrẽ suum,
vita viuet longiore: & qui obedit patri,
refrigerabit matrem. *Qui timet Do-
minum honorat parentes, & quasi do-
minis seruiet his qui se genuerunt. *In
opere & sermone, & omni patientia
honora patrem tuum, *vt superueniat
tibi benedictio à Deo, & benedictio il-
lius in nouissimo maneat. *Benedictio
patris firmat domos filiorum: maledi-
ctio autem matris eradicat fundamenta.
*Ne glorieris in contumelia patris tui:
non enim est tibi gloria, sed confusio.
*gloria enim hominis ex honore pa-
tris sui, & dedecus filij pater sine honore.
*Fili, suscipe senectam patris tui, &
non contristes eum in vita illius: *& si
defecerit sensu, veniam da, & ne sper-
nas eũ in virtute tua. eleemosyna enim
patris non erit in obliuione. *Nam pro
peccato' matris restituetur tibi bonum,
& in iustitia ædificabitur tibi, *& in die
tribulationis commemorabitur tui: &
sicut in sereno glacies, soluentur peccata
tua. *Quàm malæ famæ est qui dere-
linquit patrem: & est maledictus à Deo,
qui exasperat matrem. *Fili in man-
suetudine opera tua perfice, & super ho-
minum gloriam diligeris. *Quantò
magnus es, humilia te in omnibus, & co-
ram Deo inuenies gratiam, *quoniam
magna potentia Dei solius, & ab humili-
bus honoratur. *Altiora te ne quæsie-
ris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed
quæ præcepit tibi Deus, illa cogita sem-
per, & in pluribus operibus eius ne fue-
ris curiosus. *Non est enim tibi neces-
sarium ea quæ abscondita sunt, videre
oculis tuis. *In superuacuis rebus noli
scrutari multipliciter, & in pluribus ope-
ribus eius non eris curiosus. *Plurima
enim super sensum hominum ostensa
sunt tibi. *Multos enim supplantauit
suspicio illorum, & in vanitate detinuit
sensus illorum. *Cor durum habebit
malè in nouissimo: & qui amat pericu-
lum, in illo peribit. *Cor ingrediens
duas vias, non habebit successus', & pra-
uus corde in illis scandalizabitur. *Cor
nequam grauabitur in doloribus, & pec-
cator adiiciet ad peccandum. *Syna-
gogæ superborum non erit sanitas: fru-
tex enim peccati eradicabitur in illis, &
non intelliget. *Cor sapientis intel-
ligitur in sapientia, & auris bona audiet
cum omni concupiscentia sapientiam.
*Sapiens cor, & intelligibile abstinebit
se à peccatis, & in operibus iustitiæ suc-
cessus habebit. *Ignem ardentem ex-
tinguit aqua, & eleemosyna resistit pec-
catis: *& Deus prospector est eius qui
reddit gratiam. Meminit' in posterum,
& in tempore casus sui inueniet firmia-
mentum. CAP. IIII.
'FIli, eleemosynam pauperis ne de-
fraudes, & oculos tuos ne transuer-
tas à paupere. *Animam esurientem
ne despexeris: & non exasperes paupe-
rem

*facietis 5 MS. Rab. G. Verum, cum à persona tertia Interpres cœperit, vera fortasse ea est lectio quæ Textum accepit.

-G.

Exo.20,12. Deut 5,16.

Mat.15,4. Marc.7,10. Ephe.6,2. Gen.27,27. 49,2.

rem in inopia sua. *Cor inopis ne
afflixeris, & non protrahas datum au-
gustianti. *Rogationem contribu-
lari ne abiicias: & non auertas faciem
tuam ab egeno. *Ab inope ne auertas
oculos tuos propter iram: & non relin-
quas quærentibus tibi retro maledicere.
*maledicentis enim tibi in amaritudi-
ne animæ exaudietur deprecatio illius:
exaudiet autem eum qui fecit illum.
*Congregationi pauperum affabilem
te facito, & presbytero humilia animã
tuam, & magnato humilia caput tuum.
*Declina pauperi sine tristitia aurem
tuam, & redde debitũ tuum, & respon-
de illi 'pacificè' in mansuetudine. *Li-
berà eum qui iniuriam patitur de manu
superbi: & non 'acidè' feras in anima tua.
*In iudicando esto pupillis misericors
vt pater, & pro viro matri illorum: *&
eris tu velut filius Altissimi obediens, &
miserebitur tui magis quàm mater. *Sa-
pientia filiis suis vitã inspirat, & suscipit
inquirentes se, & præibit in viã iustitiæ.
*&' qui illam diligit, diligit vitam: &
qui vigilauerint ad illam, complectẽ-
tur 'placorem' eius. *Qui tenuerint
illam, vitam hæreditabunt: & quò 'in-
troibit', benedicet Deus. *Qui ser-
uiunt ei, obsequentes erunt sancto: &
eos qui diligunt illam, diligit Deus.
*Qui audit illam, iudicabit Gentes:
& qui intuetur illam, 'permanebit' con-
fidens. *Si crediderit ei, hæreditabit
illam, & erunt in confirmatione creatu-
ræ 'illorum'. *quoniam in tentatione
ambulat cum eo, & in primis eligit eum.
*Timorem & metum, & probatio-
nem inducet super illum: & cruciabit
illum in tribulatione doctrinæ suæ, do-
nec tentet eum in cogitationibus suis,
& credat animæ illius. *Et firmabit
illum, & iter adducet directũ ad illum,
& lætificabit illum, *& denudabit
absconsa sua illi, & thesaurizabit super
illum scientiam & intellectum iustitiæ.
*Si autem oberrauerit, derelinquet
eum, & tradet eum in manus inimici
sui. *Fili, conserua tempus, & deuita à
malo. *Pro anima tua ne confundaris
dicere verum. *Est enim confusio ad-
ducens peccatum, & est confusio addu-
cens gloriam & gratiam. *Ne accipias
faciem aduersus faciem tuam, nec ad-
uersus animam tuã mendacium. *Ne
reuerearis proximum tuum in casu suo:
*nec retineas verbum in tempore sa-
lutis. Non abscondas sapientiam tuam
in decore 'suo'. *In lingua enim sa-
pientia dignoscitur: & sensus, & scientia,
& doctrina in verbo sensati, & firma-
mentum in operibus iustitiæ. *Non
contradicas verbo veritatis vllo modo,
& de mendacio ineruditionis tuæ con-
fundere. *Non confundaris confiteri
peccata tua, & ne subiicias te omni ho-
mini pro peccato. *Noli resistere con-
tra faciem potentis, nec coneris contra
ictum 'fluuij'. *'Pro iustitia agonizare
pro anima tua, & vsque ad mortem cer-
ta pro iustitia', & Deus expugnabit pro
te inimicos tuos. *Noli citatus esse in
lingua tua: & inutilis, & remissus in ope-
ribus tuis. *Noli esse sicut leo in do-
mo tua, euertens domesticos tuos, &
opprimens subiectos tibi. *Non sit
porrecta manus tua ad accipiendum, &
ad dandum collecta. CAP. V.
NOli attendere ad possessiones ini-
quas, & ne dixeris, Est mihi suffi-
ciens vita. nihil enim proderit in tem-
pore vindictæ & obductionis. *Ne se-
quaris in fortitudine tua concupiscentiam
cordis tui: *& ne dixeris, Quomodò
potui? aut quis me subiiciet propter fa-
cta mea? Deus enim vindicans vindica-
bit. *Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi
accidit triste? Altissimus enim est patiẽs
'redditor. *De 'propitiato peccato' noli
esse sine metu, neq. adiicias peccatũ su-
per peccatum. *Et ne dicas, Miseratio
Dñi magna est, multitudinis peccato-
rum meorum miserebitur. *Misericor-
dia enim, & ira ab illo citò proximãt, &
in peccatores respicit ira illius. *Non tar-
des conuerti ad Dominum, & ne diffe-
ras de die in diem. *subitò enim veniet
ira illius, & in tempore vindictæ disper-
det te. *Noli anxius esse in diuitiis in-
iustis. non enim proderunt tibi in die

'pacifica MS.G.

'accidè MS.

-O.

'placatorem o. 'introibunt 1 MS. Græcis, & sic fuit præcedentia verba singulariter immẽo.

'κατασκηνώσει habitabit, manebit.

'illius 1 Mſ. Gq.

-MS. Rab. G.

'fulminis O. 'ἕως θανάτου ἀγωνίσαι περὶ τῆς δικαιοσύνης.

'& MS. Infr. 16, & 21.

'propitiatu peccatorum MS.G.

obductionis & vindictæ. [11] Non ventiles te in omnē ventum, & non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. [12] Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. [13] Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas: & cum sapiētia proferas responsum verum. [14] Si est tibi intellectus, respondeproximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. [15] Honor & gloria in sermone sensati, lingua verò imprudentis subuersio est ipsius. [16] Non appellēris susurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris. [17] Super furem enim est confusio & pœnitentia, & deuotatio pessima super bilinguem: susurratori aūt odium, & inimicitia, & contumēlia. [18] Iustifica pusillū, & magnum similiter.

CAP. VI.

[1] NOli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. [2] Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: [3] ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridū in eremo. [4] Anima enim nequā disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum. [5] Verbū dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. [6] Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. [7] Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facilè credas ei. [8] Est enim amicus secundū tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. [9] Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odium & rixam, & conuitia denudabit. [10] Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. [11] Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. [12] si humiliauerit se contra te, & à facie tua abscōderit se, vnanimem habebis amicitiam bonam. [13] Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. [14] Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. [15] Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. [16] Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inuenient illum. [17] Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundùm illum erit amicus illius. [18] Fili, à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. [19] Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. in opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. [20] Quàm aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. [21] Quasi lapidis virtus probationis erit in illis, & non demorabuntur proicere illam. [22] Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta. quibus aūtē cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei. [23] Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abiicias consilium meum. [24] Inuice pedem tuum in cōpedes illius, & in torques illius collum tuum. [25] subiice humerum tuum, & porta illam, & ne accedieris vinculis eius. [26] In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius. [27] Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam. [28] in nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationē. [29] Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ. [30] decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutaris. [31] Stola gloriæ indues eam, & coronam gratulationis superpones tibi. [32] Fili, si attenderis mihi, disces; & si accommodaueris animum tuum, sapiens eris. [33] Si inclinaueris aūtē tuam, excipies doctrinā: & si dilexeris audire, sapiens

Pro. 10, 4. 11, 29. MS. G. omni vento MS. G. omni via MS. G. MS. Rab. G.

MS. Rab. G.

in vita tua MS. R. Rab. Gq.

denotatio MS. R. G. denuotatio. 29.

comedet MS. comedes e. perdet MS. perdes e. relinqueris MS. G. dedet I MS. G.

gratiosa 6 MS. emulus e. abundabit MS. R. G q.

teipsum MS. R. Rab. G. Omittur autem Gq.

MS. G.

Ecclesiastici 6. Vacuum 2 MS. Gq.

Hinc deficiunt Simon. MS. 2. G. Impune MS. 2. cum seq. 2.

sapiens eris. [34] In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationē Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. [35] Et si videris sensatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus. [36] Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

CAP. VII.

[1] NOli facere mala, & non te apprehendent. [2] Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. [3] Fili, nō semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. [4] Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. [5] Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes regem noli velle videri sapiens. [6] Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. [7] Non pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum, [8] neque alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. [9] Noli esse pusillanimis in animo tuo: exorare, [10] & facere eleemosynā ne despicias. [11] Ne dicas, In multitudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. [12] Non irrideas hominem in amaritudine animæ: est enim qui humiliat & exaltat, circumspector Deus. [13] Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. [14] Noli velle mentiri omne mendaciū: assiduitas enim illius non est bona. [15] Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & nō iteres verbum in oratione tua. [16] Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo. [17] Non te reputes in multitudine indisciplinatorū. [18] Memento iræ, quoniā non tardabit. [19] Humilia valdè spiritum tuum: quoniā vindicta carnis impij ignis & vermis. [20] Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro spreueris. [21] Noli discedere à muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore Domini: gratia enim verecundię illius super aurum. [22] Non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. [23] Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum. [24] Pecora tibi sunt? attende illis: & si sunt vtilia, perseuerent apud te. [25] Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. [26] Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. [27] Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. [28] Mulier si est tibi secundum animam tuam, non proicias illam: & odibili non credas te. [29] in toto corde tuo. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. [30] Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi. [31] In tota anima tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica. [32] In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas. [33] Honora Deum ex totā animā tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis. [34] Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis. [35] Datum brachiorum tuorum & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum: [36] & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. [37] Gratia datus in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. [38] Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugētibus ambula. [39] Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. [40] In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

CAP. VIII.

[1] NOn litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. [2] Non contendas cum viro locuplete,

Inf. 4, 9.

discedet MS. G. Domino. Inf. 4, 2. Eccl. 7, 17. Sap. 1, 20. Luc. 18, 11. G.

agilitate e.

multitudinem Rab. G. Inf. 12, 3.

pecunia differenti MS. Gq.

1 Reg. 2, 7.

scare e.

Deu. 12, 18.

& propugnato cum br. MS. G. Leu. 2, e. Nu. 18, 15.

χάριτος δίματος. dati 2 MS. Rab. Rom. 12, 15

Mat. 25, 36.

Mat. 5, 25.

ne fortè contra te constituat litem tibi.
Infr.31,6. [1] multos enim perdidit aurum & argentum, & vsque ad cor regum extendit, & conuertit. [2] Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. [3] Non communices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur. [4] Ne despicias hominẽ auertentem se à peccato, neque improperes ei. memento quoniam omnes in correptione sumus. [5] Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt. [6] Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium volumus venire.
Gal.6,1. 2 Cor.2,6. corruptione o. Lam.19,32.
G. noluimus venire 12 MS.Rab. Sup.6,35. MS.Rab. G.
[7] Ne despicias narrationẽ presbyterorum sapientum, & in prouerbiis eorum conuersare. [8] ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. [9] Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. [10] quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tẽpore necessitatis dabis responsum. [11] Non incẽdas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. [12] Ne contra faciem stes contumelioso, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. [13] Noli fœnerari homini
& MS. Rab. G.
dare 2 MS. G. Rab. Pro.26,21. peccatoris c. illius c.
Infr.29,4. fortiori te: quod si fœneraueris, quasi perditum habe. [14] Non spondeas super virtutem tuam: quòd si spoponderis, quasi restituens cogita. [15] Non iudices contra iudicem: quoniam secundum quod iustum est, iudicat. [16] Cum audace non eas in via, ne fortè grauet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries. [17] Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te. [18] Cum fatuis consilium non habeas. non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent. [19] Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet. [20] Non omni homini cor tuum manifestes: ne fortè inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi.
dignum MS. Rab. c. Gen.4,8. Pro.22,24.

CAP. IX.

[1] NOn zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. [2] Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. [3] Ne respicias mulierem multiuolam: ne fortè incidas, in laqueos illius. [4] Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. [5] Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decôre illius. [6] Ne des fornicariis animam tuam in vllo: ne perdas te, & hæreditatẽ tuam. [7] Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. [8] Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. [9] propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. [10] Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. [11] Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit. [12] Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum: [13] & non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem. [14] Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi. [15] Vinum nouum, amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud. [16] Non zeles gloriam, & opes peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio. [17] Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius. [18] Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis. [19] & si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam. [20] Communionem mortis scito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentiũ arma ambulabis. [21] Secundùm virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta. [22] Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio, [23] & in sensu sit tibi cogitatus Dei, &
Gen.6,1. Pro.5,3. Mat.13,3. abominibus peccatorum MS.B. respici (it) ne pro pone aspice, a radice Genesis lege.

Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi. [24] In manu artificũ opera laudabuntur, & princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum. [25] Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit.
G.

CAP. X.

[1] IVdex sapiens iudicabit populũ suum, & principatus sensati stabilis erit.
terribilis MS. ordinatus eq. protensus G. Pro.29,12.
[2] Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. [3] Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium.
3 Re.12,15. potentium G.
[4] In manu Dei potestas terræ: & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam. [5] In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. [6] Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. [7] Odibilis coram Deo est & hominibus superba: & execrabilis omnis iniquitas gentium.
G. repetitque versus sequentes. Lev.19,17. 1 MS. Rab. G.
[8] Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. [9] Auaro autem nihil est scelestius. Quid superbit terra & cinis? [10] Nihil est iniquius quàm amare pecuniam. hic enim & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. [11] Omnis potentatus breuis vita. Languor prolixior grauat medicum. [12] Breuem languorem præcidit medicus: sic & rex hodie est, & cras morietur. [13] Cùm enim morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. [14] Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo: [15] quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius. quoniam initium omnis peccati est superba: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. [16] Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. [17] Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. [18] Radices gentium superbarũ arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus.
Dan.4,14. 23.
enim 1 MS. superbit terra 2. superbis MS.R. 60.
[19] Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum. [20] arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra. [21] Memoriam superborũ perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu. [22] Non est creata hominibus superbia: neque iracundia nationi mulierum. [23] Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: semen autẽ hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini. [24] In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius. [25] Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei est: [26] non despicere hominem iustum pauperem, & non magnificare virum peccatorẽ diuitem. [27] Magnus est iudex, & potens est in honore: & non est maior illo qui timet Deum.
despicias MS. noli MS. Magnus & G.Q.n.
[28] Seruo sensato liberi seruient: & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur. [29] Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ. [30] Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. [31] Fili, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. [32] Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suam? [33] Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam. [34] Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? & qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.
Pro.17,2.

CAP. XI.

[1] SApientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum considere illum faciet. [2] Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. [3] breuis in volatilibus est apis, & initiũ dulcoris habet fructus illius. [4] In vestitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius.
Gen.41,4. Dan.6,3. Ioan.7,18. Act.12,21. 1 Re.15,28.

illius. * Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portauit diadema.

6 * Multi potentes oppreſſi ſunt "valide", & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. * Priuſquam interroges, ne vituperes quenquã: & cùm interrogaueris, corripe iuſtè. * Priuſquam audias, ne reſpondeas verbum, & in medio "seniorum' ne adiicias loqui. * De ea re, quæ te non moleſtat, ne "certeris': & in iudicio peccantium ne conſiſtas. * Fili, ne in multis ſint actus tui: & ſi diues fueris, non eris immunis à delicto. ſi enim ſecutus fueris, non apprehendes: & non effugies, ſi præcucurreris. * Eſt homo laborans, & feſtinans, & dolens impius: & tanto magis non "abundabit'. * Eſt homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: * & oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius: & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum. * Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt. * Sapientia & diſciplina, & ſcientia legis apud Deum. Dilectio, & viæ bonorum apud ipſum. * Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt: qui autem exultant in malis, conſeneſcunt in malo'.

17 * Datio Dei permanet iuſtis, & profectus illius ſucceſſus habebit in æternum.

18 * Eſt qui locupletatur parcè agendo, & hæc eſt pars mercedis illius * in eo 19 quod dicit: 'Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis ſolus.

20 * "& neſcit quod tempus prætereat", "& mors appropinquet', & "relinquat' omnia aliis, "& morietur'. * Sta in te- 21 ſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veterasce. * Ne manſeris in operibus pecca- 22 torum. Confide autem in Deo, & mane in "loco' tuo. * Facile eſt enim in oculis 23 Dei ſubitò honeſtare pauperem. * Bene- 24 dictio Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in "honore' veloci proceſſus illius fructificat. * Ne dicas, Quid eſt mihi opus, 25 & quæ erunt mihi ex hoc bona? * Ne di- 26 cas, Sufficiens mihi ſum: & quid ex hoc

Eſth. 6, 7.

"valde 2 MS. R. "σφόδρα G.

Deut. 13, 14. 27, 6. Pro. 18, 13. "ſermonũ 1 MS. Rab. G. "certaueris 21 MS. Q. n. 2 Tim. 6, 9.

Pro. 10, 23.

"abundat MS. Rab. Iob 42, 10.

Iob 1, 21.

-31 MS. Rab. G q. Q. n.

"bona e.

CAP. XII.

SI bene feceris, ſcito cui feceris, & erit 1 gratia in bonis tuis multa. * Benefac iuſto, & inuenies retributionem 2 magnam: & ſi non ab ipſo, certè à Domino. * Non eſt "enim' ei bene qui aſ- -MS. Rab. G. ſiduus eſt in malis, & eleemoſynas non danti: quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitentibus. * Da miſericordi, & ne ſuſcipias Ecclus. 12, 1. peccatorem: & impiis & peccatoribus "reddet' vindictam, cuſtodiens eos in "redde G. Q. n. diem vindictæ. * Da bono, & non receperis peccatorem. * Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes "illi dare' ne in ipſis potentior te ſit. "Illi dare MS. Rab. Rom. & ne dederis

* nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcunque feceris illi: quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.

8 * Non agnoſcetur in bonis amic', & non 9 abſcondetur in malis inimicus. * In bonis viri, inimici illius: in triſtitia & in malitia illius, amicus agnitus eſt.

* Non ere-

peſſimabor? * In die bonorum ne im- Iaſ. 11, 3. memor ſis malorum: & in die malorum 28 ne immemor ſis bonorum: * quoniam facile eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas.

29 * Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denuda- 30 tio operũ illius. * Ante mortem ne laudes hominem quenquam, quoniam in 31 filiis ſuis agnoſcitur vir. * Non omnẽ hominem inducas in domum tuam: multę enim ſunt inſidiæ doloſi. * Sicut enim -6. eructant præcordia "fœtentium', & ſicut "fœtentium MS. perdix inducitur in caueã, & vt caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborũ, & ſicut "proſpector' videns caſum proximi ſui. "proſpectator MS. Rab. 33 * Bona enim in mala cõuertens inſidia- 34 tur, & in electis imponet maculam. * A ſcintilla "enim' vna augetur ignis, & ab -MS. Rab. G. vno doloſo augetur ſanguis: homo verò 35 peccator ſanguini inſidiatur. * Attende tibi à peſtifero, fabricat enim mala: nè 36 fortè inducat ſuper te ſubſannationẽ in perpetuũ. * Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à "viis' propriis. "tuis MS. Rab. G.

CAP. XII.

Ecclus. 13, 25.

Ecclus. 7, 34.

"reddet G. Q. n.

"Illi dare MS. Rab. Rom. & ne dederis

-Rab. G. "ſtultitia 5 MS. R. Q. q. "ſtultitia MS. Pro Textu Rab. facit. Eſt autem verſus ipſe, penè idem cum præcedente, nec Græcis recipitur.

* Non credas inimico tuo in æter- 10 num. ſicut enim æramentum, æruginat nequitia illius. * & ſi humiliatus vadat 11 curuus, adiice animum tuum, & cuſtodi te ab illo. * Non ſtatuas illum penes te, 12 nec ſedeat ad dexteram tuam, nè conuerſus ſtet in loco tuo: ne fortè cõuerſus in locum tuũ, inquirat cathedram tuam: & in nouiſſimo cognoſcas verba mea, & in ſermonibus meis ſtimuleris. * Quis 13 miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo, & omnibus qui appropiãt beſtiis? ſic & qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus eſt in peccatis eius. * Vna hora 14 tecum permanebit: ſi aũt declinaueris, nõ ſupportabit. * In labiis ſuis indulcat 15 inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, vt ſubuertat te in foueã. * In oculis ſuis la- 16 chrymatur inimicus: & ſi inuenerit tempus, non ſatiabitur ſanguine: * & ſi in- 17 currerint tibi mala, inuenies eum illic priorem. * "In oculis ſuis lachrymatur 18 inimicus', & quaſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas. * Caput ſuum mouebit, 19 & plaudet manu, & multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum.

Ecclus. 12, 18.

-1 MS. R. Rab. G.

CAP. XIII.

QVi tetigerit picem, inquinabitur ab 1 ea: '& qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. * Pondus ſuper 2 ſe "tollet', qui honeſtiori ſe communicat. Et "ditiori' te ne ſocius fueris. * Quid 3 communicabit cacabus ad ollam? quando enim ſe colliſerint, confringetur.

Deut. 7, 2-4.

"tollit 6 MS. R. Rab. "fortiori 1 MS. G.

* Diues iniuſtè egit, & fremet: pauper 4 autem læſus tacebit. * Si largitus fueris, 5 aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet te. * Si habes, conuiuet tecum, & 6 euacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te.

* Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit 7 te, & ſubridens ſpem dabit, narrans tibi bona, & dicet, Quid opus eſt tibi? * Et 8 confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis, & ter: & in nouiſſimo deridebit te: & poſtea videns derelinquet te, & caput ſuum mouebit ad te. * Humiliare Deo, & expecta manus eius'. 9

* Attende, ne ſeductus in "ſtultitiam' 10 humilieris. * Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus in "ſtultitiam' 11

12 ſeducaris. * Aduocatus à potentiore diſcede: ex hoc enim magis te aduocabit.

13 * Ne improbus ſis, ne impingaris: & ne longè ſis abeo, ne eas in obliuionem.

14 * Ne retineas ex æquo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius. ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens 15 interrogabit te "de abſcõditis tuis. * Immitis animus illius conſeruabit' verba tua: & non parcet de malitia, & de vin- 16 culis. * Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum ſubuerſione 17 tua "ambulas. * Audiens "verò' illa, "qua- 18 ſi in ſomnis vide: & vigilabis'. * Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in 19 ſalute tua. * Omne animal diligit ſimile ſibi: ſic & omnis homo proximum ſibi.

"De abſcond. tuis immittis animo illius, & cõſeruabit MS. Q. n. "ambulas, audiẽs verba Rab. "verba MS. -G. "in ſomno tuo vigila Iuſp. 27, 10.

20 * Omnis caro ad ſimilem ſibi "coniungetur', & omnis homo ſimili ſui ſociabi- 21 tur. * "Si' communicabit lupus agno 22 "aliquando', ſic peccator iuſto. * Quæ communicatio "ſancto homini' ad carnem? aut quæ "pars' diuiti ad pauperem? 23 * Venatio leonis onager in eremo: ſic 24 & paſcua diuitum, ſunt pauperes. * Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas: 25 ſic & execratio diuitis pauper. * Diues commotus confirmatur ab amicis ſuis: humilis autem cùm ceciderit, "expelle- 26 tur' & à notis. * Diuiti decepto multi recuperatores: locutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illum. * humilis deceptus 27 eſt, inſuper & arguitur: locutus eſt ſenſa- 28 tè, & non eſt datus ei locus. * Diues locutus eſt, & omnes tacuerũt, & verbum illius vſque ad nubes perducent. * pau- 29 per locutus eſt, & dicunt, Quis eſt hic? & 30 ſi offenderit, ſubuertent illum. * Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia: & nequiſſima paupertas in 31 ore impij. * Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bona, ſiue in mala. 32 * Veſtigium cordis boni, & faciem bonam * difficile inuenies, & cum labore.

"coniungitur MS. Rab. G. "Sicut MS. R. Pro Textu Rab. facit. "Quid e. -G. "ſancti MS. "ὑπόστασις hyænæ G. "pax 8 MS. G.

* & inuentione parabolarũ MS. Græce legitur: Veſtigium cordis in bonis, facies virens (aut hilaris:) & inuentio parabolarum, cogitatio cũ labore. Iuſp. 19, 16. 23, 11.

CAP. XIIII.

BEatus vir qui non eſt lapſus verbo 1 ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in 2 triſtitia delicti. * Felix qui non habuit animi ſui triſtitiam, & non excidit à ſpe ſua. * Viro cupido & tenaci, ſine ratione 3

eſt ſub-

est substantia, & homini liuido ad quid aurum? *Qui aceruat ex animo suo in- 4
iustè, aliis congregat, & in bonis illius
alius luxuriabitur. *Qui sibi nequam 5
est, cui alij bonus erit? & non iucundabi-
tur in bonis suis. *Qui sibi inuidet, nihil 6
est illo nequius, & hæc redditio est mali-
tiæ illius: *& si bene fecerit, ignoran- 7
ter, & non volens facit: & in nouissimo
"manifestabit MS. G. "manifestat' malitiam suam. *Nequam 8
est oculus liuidi, & auertens faciẽ suam,
Prò.27,20. & despiciens animam suam. *' Insatia- 9
bilis oculus cupidi, in parte iniquitatis;
non satiabitur, donec consumat arefa-
Prò.27,20. "nequam & inuidus MS. "& indigens 1 MS. Rab. G. "& in tristitia 3 MS. Q.n. ciens animam suam. *Oculus "malus 10
ad mala: *' &' non satiabitur pane, "indi-
gens & in tristitia' erit super mensam
suam. *Fili, si habes, benefac tecum, 11
& Deo dignas oblationes offer. *Me- 12
mor esto, quoniam mors non "tardat', &
testamentum inferorum 'quia' demon-
"tardabit MS. G. "quod MS. Rab. Q.n. Sap.4,1. Tob.4,7. Eccl.14,13 stratum est tibi: testamentũ enim huius
mundi morte morietur: *' Ante mor- 13
tem benefac amico tuo, & secundum
vires tuas exporrigẽs da pauperi. *Non 14
defrauderis à die bono, & particula boni
doni non te prætereat. *Nónne aliis re- 15
linques dolores & labores tuos in diui-
sione sortis? *Da & accipe, & iustifica 16
animam tuam. *Ante obitũ tuum ope- 17
rare iustitiam: quoniam non est apud in-
Isai.40,7. Iac.1,10. 1 Pet.1,24. feros inuenire cibum. *' Omnis caro 18
sicut "fœnum' "veterascet', & sicut fo-
"testimentum G. "veterascit MS. G. liũ fructificans in arbore viridi. *' Alia 19
generantur, & alia deiiciuntur: sic gene-
ratio carnis & sanguinis, alia finitur, &
alia nascitur. *Omne opus corruptibi- 20
le in fine deficiet: & qui illud operatur,
-G. ibit cum illo. *' Et omne opus electum 21
iustificabitur: & qui operatur illud, ho-
Psalm. 1,2. -MS. norabitur in illo'. *' Beatus vir qui in 22
sapientia morabitur: & qui in iustitia' sua'
*suo MS. R. G. meditabitur: & in sensu *cogitabit cir- 23
cunspectionem Dei. *Qui excogitat
vias illius in corde suo, & in abscónditis
suis intelligens, vadens post illam quasi
inuestigator, & in viis illius consistens:
*qui respicit per fenestras illius, & in 24
ianuis illius audiens: *qui requiescit iu- 25
xta domum illius, & in parietibus illius
figens palum statuet casulam suam ad
manus illius, & "requiescent' in casula "requiescet G. 'eam MS. G.
26 illius bona 'per "æuum': *statuet filios
suos sub tegmine illius, & sub ramis eius
27 morabitur. *protegetur sub tegmine
illius à feruore, & in gloria eius requie-
scet. CAP. XV.

QVi timet Deum faciet "bona': & "illud 19 MS. Rab. qq.q.q. qui continens est iustitiæ, appre-
2 hendet illam, *& obuiabit illi qua-
si mater honorificata, & quasi mulier
3 à virginitate susceptet illum. *Cibabit
illum pane vitæ & intellectus, *& aqua Eccl.4,11.
sapientiæ salutaris potabit illum: & fir-
4 mabitur in illo, & non flectetur: *&
continebit illum, & non confundetur:
& exaltabit illum apud proximos suos,
5 *& in medio ecclesiæ aperiet os eius,
& adimplebit illum spiritu sapientiæ &
intellectus, & stola gloriæ vestiet illum.
6 *Iucunditatem & exultationem the-
saurizabit super illum, & nomine æter-
no hæreditabit illum. *Homines stul-
7 ti non apprehendent illam, & homines
sensati obuiabunt illi, homines stulti
non videbunt eam: longè enim abest à
8 superbia & dolo. *viri mendaces non
erunt illius memores: & viri veraces in-
uenientur in illa, & successum habebunt
9 vsque ad inspectionem Dei. *Non est
10 speciosa laus in ore peccatoris': *quo- 'etiam est Deo immoniã- fus Rt. R.Salom. Q.n. niam à Deo profecta est sapientia. sa-
pientiæ enim 'Dei' astabit laus, & in ore - M1.6.
fideli abũdabit, & dominator dabit eam
11 illi. *Non dixeris, Per Deum abest.
12 quæ enim odit ne feceris. *Non dicas,
Ille me implanauit: non enim necessarij
13 sunt ei homines impij. *Omne exe- - MS.G.
cramentum 'erroris' odit Dominus, &
non erit amabile timentibus eum.
Gen.1,27. 14 *' Deus ab initio constituit hominem,
& reliquit illum in manu consilij sui.
15 'Adiecit mandata & præcepta sua'. -G.
Mat.19,17. 'conse- uare & MS. - 1 MS. Q.n. 16 *' si volueris mandata "seruare', con-
seruabunt te, & in perpetuum fidem pla-
17 citam facere. *Appósuit tibi aquam
& ignem: ad quod volueris, porrige ma-
18 num tuam. *' Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placue-
19 rit ei, dabitur illi. *quoniam multa sa-
pientia

pientia Dei, & fortis in potentia, 'videns
*& MS. G. Psal.33,16. Iob.4,13. omnes sine intermissione. *' Oculi Do- 20
mini ad timentes eum, & ipse agnoscit
omnem operam hominis. *Nemini 21
mandauit impiè agere, & nemini dedit
spatium peccandi. *non enim concu- 22
piscit multitudinem filiorum infide-
lium & inutilium. CAP. XVI.

NE iucunderis in filiis impiis, si mul- 1
tiplicentur: nec oblectẽris super
ipsos, si non est timor Dei in illis. *Non 2
credas vitæ illorum, & ne respexeris in
labores eorum. *Melior est enim vnus 3
timens Deum, quàm mille filij impij.
*Et vtile est mori sine filiis, quàm re- 4
linquere filios impios. *Ab vno sensato 5
tribus impiorum G. inhabitabitur patria, & "à tribus impiis'
deseretur. *Multa talia vidit oculus 6
meus, & fortiora horum audiuit auris
Dsi.21,10. mea. *' In synagoga peccantium exar- 7
debit ignis, & in gente incredibili exar-
Gen.6,4. descet ira. *' Non exorauerunt pro pec- 8
catis suis antiqui gigantes, qui destructi
sunt confidentes suæ virtuti: *& non 9
"Lot G. pepercit peregrinationi "illorum', & exe-
*MS.G. cratus est eos præ superbia 'verbi' illo-
rum. *Non misertus est illis gentem 10
-MS.G. totam perdens, "& 'extollentẽ se in pec-
Nu.14,20. 26,51. &c. catis suis. *' Et "sicut' sexcenta millia 11
peditum qui congregati sunt in duritia
cordis sui: & si vnus fuisset ceruicatus,
mirum si fuisset immunis. *misericor- 12
dia enim & ira est cum illo. *' Potens 13
*ἀνὴρ στὺς ἐξιλασμός. exoratio', & effundẽs iram: *secundum 14
misericordiam suam, sic correptio illius
hominem secundum opera sua iudi-
cat. Non effugiet in rapina peccator, &
"tardabit 2 MS. "sufferen- tiam MS. q.q. Rom.2,6. "meritũ 1 MS. Hæc plurima, cæsis 15. pars Græcè non legitur. non "retardabit' "sufferentia' misericor-
diam facientis. *Omnis misericordia 15
faciet locum 'vnicuique secundum me-
ritum operum suorum, & secundũ "in-
tellectum' peregrinationis ipsius. *Non 16
dicas, A Deo abscondar, & ex summo
quis mei memorabitur? *In populo 17
magno non agnoscar: quæ est enim ani-
ma mea in tam immẽsa creatura? *Ecce, 18
cælum, & cæli cælorum, abyssus, & vni-
uersa terra, & quæ in eis sunt, in conspe-
ctu illius commouebuntur, *montes 19
simul, & colles, & fundamenta terræ: &
cùm cõspexerit illa Deus, tremore con- 20
cutientur. *Et in omnibus his insensa-
tum est cor: & omne cor intelligitur ab
21 illo: *& vias illius quis intelligit, & pro-
cellam quam nec oculus videbit homi-
22 nis? *Nam plurima illius opera sunt in
absconsis: sed opera iustitiæ eius quis
enuntiabit? aut quis sustinebit? Longè
enim est testamentũ à quibusdam, & in-
terrogatio "hominũ' in consummatione "omnium 5 MS. Rab. G. 23 est. *Qui minoratur corde, cogitat ina-
nia: & vir imprudens & errans cogitat
24 stulta. *Audi me fili, & disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in
25 corde tuo, *& dicam in æquitate disci-
plinã, & scrutabor enarrare sapientiam:
& in verbis meis attende in corde tuo, &
dico in æquitate spiritus virtutes quas
posuit Deus in opera sua ab initio, & in
26 veritate enuntio scientiam eius. *' In iu- *& 5 MS. Rab. G.
dicio Dei opera eius ab initio, & ab insti-
tutione ipsorũ distinxit partes illorum,
27 & initia eorum in gentibus suis. *Or-
nauit in æternum opera illorum, nec
esurierunt, nec laborauerunt, & non de-
28 stiterunt ab operibus suis. *Vnusquisq. proximum sibi non "angustiabit' vsque "angu- stiauit MS. G. *& vsque in æternum non erunt inobedientes G. - MS. Rabban. G. 29 in æternum. *Non sis incredibilis' ver-
bo illius. Post hæc Deus in terram respe-
30 xit, & impleuit illam bonis suis. *Ani-
ma "autem' 'omnis vitalis' "denuntiabit' "παντὸς ζῴου. "denuntiauit MS. R. Rab. G. ante faciem "ipsius', & in ipsa' iterum re-
uersio illorum.

CAP. XVII.

D'EUS creauit de terra hominem, & "εἰς αὐτὴν. Gen.1,27. 2,7.3,1. Sap.2,23. 1 secundùm imaginem suam fecit il-
2 lum. *Et iterum conuertit illum in
ipsam, & secundum se vestiuit illum vir-
3 tute. *Numerum dierum & tempus
dedit illi, & dedit illi potestatem eorum
4 quę sunt super terram. *Posuit timorem
illius super omnem carnem, & domina-
5 tus est bestiarum & volatilium. *' Crea- 1 Co.11,8. Col.3,16. Gen.1,22. uit ex ipso adiutorium simile sibi: consi-
lium & linguam, & oculos, & aures, &
6 cor dedit illis excogitandi: & disciplina
intellectus repleuit illos. *Creauit illis
scientiam spiritus, sensu impleuit cor il-
lorum, & mala & bona ostendit illis. "oculos suos MS.
7 *Posuit "oculum "ipsorum' super cor- "suum 4 MS. G.
da illorum

da illorum ostendere illis magnalia operum suorum, ‡vt nomen sanctificationis collaudent: & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operũ eius. 8

‡Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos. ‡Testamentum 9 10
-3 MS. G. æternum constituit cum illis, ' & iustitiam' & iudicia sua ostendit illis. ‡ Et 11 1
magnalia honoris eius vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis, Attendite ab omni 2
iniquo. ‡Et mandauit illis vnicuique 12 3
de proximo suo. ‡Viæ illorum coram 13 4
illo sunt semper, non sunt absconsæ ab
Rom. 13, 2. oculis ipsius. ‡ In vnamquanque gentem præposuit rectorem: ‡& pars Dei, 14 5 15
-G q. -4 MS. 'manifesta Israël, facta est ' manifesta. ‡ Et' omnia opera illorum velut Sol in conspectu 16 6
Dei: & oculi eius sine intermissione inspicientes in viis eorum. ‡Non sunt absconsa testamenta 'per' iniquitatem illo- 17 7
'super MS. 'propter MS. R. Insp. 29, 16. rum, & omnes iniquitates eorũ in conspectu Dei. ‡ Eleemosyna viri quasi 18 8
'signaculum MS. Rab. G. Mat. 25, 35. 'sacculus' cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. ‡ '& postea 19 9
'& conteret MS. 'in inferiores MS. -G. resurget, & retribuet illis retributionẽ, vnicuique in caput ipsorum, ' & con- 10
uertet' in interiores' partes terræ'. ‡Pœnitentibus autem dedit viam iustitiæ, & 20
'conrogauit 2 MS. 'hortatus est G. 'confirmauit' deficientes sustinere, & destinauit illis sortem veritatis. ‡Conuer- 21
'eius 4 MS. 'Dei MS. Rab. -G. -3 MS. G. tere ad Dominum, & relinque peccata tua: ‡ precare ante faciem ' Domini', & 22
minue offendicula. ‡ Reuertere ad Do- 23
minum, & auertere ab iniustitia ' tua', & nimis odito execrationem: ‡& cognosce iustitias & iudicia Dei, & sta in sorte 24
propositionis, & orationis altissimi Dei.
Isai. 38, 19. ‡ In ' partes vade seculi sancti, cum viuis & dantibus confessionem Deo. 25
Psal. 6, 6. ‡Non demoreris in errore impiorum, 26
-6 MS. Q. n. -23 MS. Q. n. ' ante mortẽ confitere'. A mortuo quasi nihil, perit ' confessio'. ‡Confiteberis 27
viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius. ‡Quàm magna mise- 28
ricordia Dñi, & propitiatio illius conuertentibus ad se! ‡ Nec enim omnia 29
possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, & in vani-

30 tate malitiæ placuerunt. ‡ Quid lucidius sole? & hic ' deficiet'. Aut quid ne- 'deficit MS. G.
quius ' excogitauit' caro & sanguis? & 'quàm MS. quod MS. R. 'excogitabit MS. 6.
31 hoc arguetur. ‡ Virtutem altitudinis cæli ipse conspicit: & omnes homines terra & cinis.

CAP. XVIII.

QVi viuit in æternum, ' creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur, & manet inuictus rex in æternum. Gen. 1, 1.

‡Quis sufficit enarrare opera illius? 2
‡Quis enim ' inuestigabit' magnalia 3 'inuestigauit Lab. G.
eius? ‡ Virtutem autem magnitudinis 4
eius quis enuntiabit? aut quis adiiciet enarrare misericordiam eius? ‡ Non est 5
minuere, neque adiicere, nec est inuenire magnalia Dei. ‡ Cùm consummauerit homo, tunc incipiet: & cùm quie- 6
uerit, operabitur. ‡ Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid est bonum, 7
aut quid nequam illius? ‡ ' Numerus Psal. 89, 11. 8
dierum hominum, vt multum centum anni: quasi ' guttæ' aquæ ' maris' ' deputati sunt': & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. ‡ Propter hoc patiens 9
est Deus in illis, & ' effundit' super eos misericordiam suam. ‡ Vidit præsumptionem cordis eorum quoniam mala 10
est, & cognouit subuersionem illorum quoniam nequam est. ‡ ideò adimpleuit propitiationẽ suam in illis, & ostendit eis viam æquitatis. ‡ Miseratio hominis circa proximum suum: misericordia autem Dei super omnem carnem. 11 12

‡ Qui misericordiam habet, docet, & 13
erudit quasi pastor gregem suum. ‡ Mi- 14 'Misertur erudiens MS. Rab. & Q. n. 'festinat MS.
sereatur excipiens ' doctrinam miserationis, & qui ' festinant' in iudiciis eius.
‡ Fili, in bonis non des querelam, & in 15
omni dato non des tristitiam verbi mali.
‡ Nónne ardorem refrigerabit ros? sic 16
& verbum melius quàm datum. ‡ Nónne ecce verbum super datum bonum? 17 '& MS. G.
'sed' vtraque cum homine iustificato.
‡ Stultus acriter improperabit, & da- 18
tus indisciplinati tabescere facit oculos.
‡ Ante iudicium para iustitiam tibi, & 19
antequam loquaris disce. ‡ Ante lan- 20 1 Cor. 11, 28. Iac. 1, 19.
guorem adhibe medicinam, & ' ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei

ctu Dei inuenies propitiationẽ. ‡ Ante 27
languorem humilia te, & in tempore infirmitatis ostende conuersationẽ tuam.
Luc. 18, 1. 1 Thes. 5, 17. 'vereamini MS. Rab. 'pectes G. ‡ ' Non impediaris orare semper, & ne 22
' veteris' vsque ad mortem iustificari:
quoniã merces Dei manet in æternum.
‡ Ante orationem præpara ánimam 23
tuam, & noli esse quasi homo qui tentat
Sap. 7, 18. Deum. ‡ ' Memento iræ in die consum- 24
'conuersione faciet 4 MS. Rab. G. 'temporis finis G. mationis, & temp' retributionis in 'conuersatione facies'. ‡ ' Memento 'paupertatis' in tempore abundantiæ, & ' neces- 25
Sap. 11, 27. 'necessitatum 1 MS. 'mutatur 3 MS. G. 'metuet 2 MS. sitatẽ' paupertatis in die diuitiarum. ‡ A 26
mane vsque ad vesperam 'immutabitur' tempus, & hæc omnia citata in oculis
Dei. ‡ Homo sapiens in omnibus ' metuit', & in diebus delictorum attendet 27
ab inertia. ‡ Omnis astutus agnoscit sa- 28
pientiam, & inuenienti eam dabit con-
-G. 'impluerãt G. Rom. 6, 13. 11, 14. fessionem. ‡ Sensati in verbis & ipsi sa- 29
pienter egerunt: & ' intellexerunt veritatem & iustitiam', & ' implorauerunt' prouerbia & iudicia. ‡ ' Post concupi- 30
scentias tuas non eas, & à voluntate tua
'nec immodicis delecteris MS. auertere. ‡ Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium ini- 31
micis tuis. ‡ Ne oblecteris in turbis ' nec 32
in modicis': assidua enim est commissio
'nihil e. -1 MS. G. 'saeculo MS. Rab. G. illorum. ‡ Ne fueris mediocris in con- 33
tentione ex fœnore; & ' non' est tibi ' nihil' in ' seculo': eris enim inuidus vitæ
tuæ.

CAP. XIX.

OPerarius ebriosus non locupletabi- 1
tur: & qui spernit modica, paulatim
1 Reg. 11, 1. decidet. ‡ Vinum & ' mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos: 2
‡& qui se iungit fornicariis, erit ne- 3
quam. putredo & vermes hæreditabunt
Isai. 22, 11. illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. ‡ ' Qui 4
credit citò, leuis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in animam suam,
-G q. Textus tamque Regiorum Bibl. Graecus huius loco alia legit. -G. insuper habebitur. ‡ Qui gaudet ini- 5
quitate, denotabitur: ' & qui odit correptionem, minuetur vita': & qui odit lo-
quacitatem, extinguit malitiam. ‡ Qui 6
peccat in animam suam, pœnitebit: &
qui iucundatur in malitia, denotabitur'.
‡ Ne iteres verbum nequam & durum, 7
& non minoraberis. ‡ Amico & inimi- 8

co noli narrare sensum tuum: & si ' est 'non G.
9 tibi delictum, noli denudare. ‡ audiet
enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatum odiet te, & sic aderit tibi
10 semper. ‡ Audisti verbũ aduersus proximum tuum? commoriatur in te, fidẽs
11 quoniam non te dirumpet. ‡ A facie
verbi parturit fatuus, tamquam gemi-
12 tus partus infantis. ‡ Sagitta infixa femori ' carnis': sic verbum in corde stulti. 'canis G.
13 ‡ ' Corripe amicum, ne fortè non in- Leu. 19, 17. Mat. 18, 15. Luc. 17, 3.
tellexerit, & dicat, Non feci. aut si fece-
14 rit, nè iterum addat facere. ‡ Corripe
proximum, ne fortè non dixerit: & si
15 dixerit, ne fortè iteret. ‡ Corripe ami-
16 cum: sæpe enim fit commissio. ‡ Et non
omni verbo credas. est qui làbitur lin- Iacob. 3, 2.
17 gua, sed non ex animo. ' Quis est enim
qui non deliquerit in lingua sua? ‡ Cor-
18 ripe proximum antequam comminẽris.
‡ Et da locum timori Altissimi: quia
omnis sapientia timor Dei, & in illa ti-
19 mere Deum, & in omni sapientia dispositio legis. ‡ ' Et' non est sapientia, nequi- -G.
20 tiæ disciplina: & non est, ' cogitatus peccatorum', prudentia. ‡ Est nequitia, & 'ὅσιον βλὴ ἁμαρτωλῶν. -2 MS. G.
' in' ipsa execratio: & est insipiens, qui mi-
21 nuitur sapientia. ‡ Melior est homo qui
minuitur sapientia, & deficiens sensu in
22 timore, quã qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi. ‡ Est solertia
23 certa, & ipsa iniqua. ‡ Et est qui emittit
verbum certum enarrans veritatem. Est
qui nequiter humiliat se, & interiora
24 eius plena sunt dolo. ‡ ' & est iustus qui se -G. -MS.
nimium submittit ' à' multa humilitate: -1 MS. Rab. G.
& est iustus' qui inclinat faciem ' suam', & fingit se non videre quod ignoratum
25 est: ‡ & si ab imbecillitate virium ve- '& vbi nõ fuerit agnitus, anticipabit te. MS. Q. q.
tetur peccare, si inuenerit tempus male-
26 faciendi, malefaciet. ‡ Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognosci-
27 tur sensatus. ‡ Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. ‡ Est correptio mendax in
28 ira contumeliosi: & est iudicium quod
non probatur esse bonum: & est tacens,
& ipse est prudens.

CAP. XX.

1 QVàm bonum est arguere, quàm
8 irasci! & confitentem in oratione

non prohibere. ‡Concupiscentia spa- 2
donis deuirginabit iuuenculam: ‡sic 3
qui facit per vim iudicium iniquum.
‡Quàm bonum est correptum mani- 4
festare pœnitentiam! sic enim effugies
voluntarium peccatum. ‡Est tacens, 5
qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui
procax est ad loquendum. ‡Est autem 6
tacens, non habens sensum loquelæ: &
est tacens, sciens tempus apti temporis.
Eccl.3,7. Inf.32,6. ‡'Homo sapiens tacebit vsque ad tem- 7
pus: lasciuus autem, & imprudens non
'seruabit' seruabunt tempus. ‡Qui multis vti- 8
tur verbis, lædet animam suam: & qui
potestatem sibi sumit iniustè, odietur.
‡Est processio in malis viro indiscipli- 9
nato, & est inuentio in detrimentum.
‡Est datum quod non est vtile: & est 10
datum, cuius retributio duplex. ‡Est 11
propter gloriam minoratio: & est qui ab
'leuauit' humilitate 'leuabit' caput. ‡Est qui 12
multa redimat modico pretio, & resti-
tuens ea in septuplum. ‡Sapiens in ver- 13
bis seipsum amabilẽ facit: gratiæ autem
fatuorum effundentur. ‡Datus insi- 14
pientis non erit vtilis tibi: oculi enim il-
lius septemplices sunt. ‡exigua dabit, 15
& multa improperabit: & apertio oris
illius inflammatio est. ‡Hodie fœne- 16
ratur quis, & cras expetit, & odibilis est
homo huiusmodi. ‡Fatuo non erit 17
amicus, & non erit gratia bonis illius.
‡qui enim edunt panem illius: falsæ 18
linguæ sunt. Quoties, & quanti irride-
bunt eum? ‡Neque enim quod haben- 19
dum erat, directo sensu distribuit: simili-
ter & quod non erat habendũ. ‡Lapsus 20
falsæ linguæ, quasi qui 'in' pauimento
'cadens': sic casus malorum festinanter
'venient'. ‡Homo 'acharis' quasi fabu- 21
la vana, in ore indisciplinatorum assidua
erit. ‡Ex ore fatui reprobabitur para- 22
bola: non enim dicit illam in tempore
suo. ‡Est qui vetatur peccare præ inopia, 23
& in requie sua stimulabitur. ‡Est qui 24
perdet animã suam præ confusione, &
ab imprudẽti persona perdet eam': per-
sonæ autem acceptione perdet se'. ‡Est 25
qui præ confusione promittit amico, &
lucratus est eum inimicum gratis. ‡Op- 26

-2 MS. Rab. 'a c. 'cadet 1 MS. 'veniet 1 MS.G. 'ingratus 6 MS. Videtur hæc non subjuncta vt interpretatio Græca dictionis, quam interpres reliquerat. -G. -6q.

probrium nequã in homine mendacij, & in ore indisciplinatorum assiduè erit.
27 ‡Potior fur quàm assiduitas viri men- 27
dacis. perditionem autem ambo hære-
28 ditabunt. ‡Mores hominum menda- 28
cium sine honore: & confusio illorum,
29 cum ipsis sine intermissione. ‡Sapiens 29
in verbis producet seipsum, & homo
30 prudẽs placebit magnatis. ‡'Qui opera- 30 Prv.12,11. C.28,19. Nunc. -6.
tur terram suam, inaltabit aceruum fru-
gum': & qui operatur iustitiam, ipse ex-
altabitur': qui verò placet magnatis,
31 effugiet iniquitatem. ‡'Xenia' & 31 'Munera 2 MS. Ecc.20,1. Dec.16,19
dona excæcant oculos iudicum, & qua-
si 'mutus in ore auertit' correptiones 'eorum in ore-
32 eorum. ‡'Sapientia absconsa & the- 32 mento MS.G. Inf.40,31.
saurus inuisus: quæ vtilitas in vtrisque?
33 ‡Melior est qui celat insipientiam 33
suam, quàm homo qui abscondit sa-
pientiam suam.

CAP. XXI.

1 FIlli, 'peccasti? non adiicias iterum: 1 Sup.55.
'sed' & de pristinis deprecare vt tibi
2 dimittantur. ‡Quasi à facie colubri fu- 2 MS.R.
ge peccata: & si accesseris ad illa, susci-
3 pient te. ‡Dentes leonis dentes eius, 3
4 interficientes animas hominum. ‡Quasi 4
rom phæa bis acuta omnis iniquitas, pla-
5 gæ illius non est sanitas. ‡Obiurgatio 5 'Complementum 3 MS.Rab. Q.n. Videtur dictionem declinare G.Q.n.
& iniuriæ annullabunt substantiam: &
domus quæ nimis locuples est, annul-
labitur superbia: sic substantia superbi
6 eradicabitur'. ‡Deprecatio pauperis 6 -1 MS.R. 'Deus. Similiter In marsia Rab.G.
ex ore vsque ad aures 'eius' perueniet,
7 & iudicium festinato adueniet illi. ‡Qui 7
odit correptionem, vestigium est pecca-
toris: & qui timet Deum, conuertetur
8 ad cor suum. ‡Notus à longè potens 8
lingua audaci: & sensatus scit labi se ab
9 ipso. ‡Qui ædificat domum suam im- 9
pendiis alienis, quasi qui colligit lapides
10 suos in hyeme. ‡'Stupa collecta syna- 10 Sup.55.
goga peccantium, & consummatio il-
11 lorum flamma ignis. ‡Via peccantium 11 'complantata' MS.R. Rab. 'infecta' MS.Rab. G. 'situm.
'complantata lapidibus, & in finem il-
lorum' inferi, & tenebræ, & pœnæ.
12 ‡Qui custodit iustitiam, continebit 12
13 sensum eius. ‡Consummatio timoris 13
14 Dei sapientia & sensus. ‡Non erudie- 14
tur,

tur, qui non est sapiens in bono. ‡Est 15
autem 'insipientia' quæ abundat in ma-
lo: & non est sensus vbi 'est' amaritudo.
'sapientia MS.G. 'abundat 2 MS.Rab. Versus iste Græce legitur ad hunc modum: Et autem calliditas multiplicans amaritudinem.
16 ‡Scientia sapientis tanquã inundatio 16
abundabit, & consilium illius sicut fons
17 vitæ permanet. ‡Cor fatui quasi vas con- 17
fractum, & omnem sapientiam non te-
18 nebit. ‡Verbum sapiens quodcunque 18
audierit scius laudabit, & 'adiiciet: audi-
uit luxuriosus, & displicebit illi, & pro-
19 iiciet illud post dorsum suum. ‡Narra- 19
tio fatui quasi sarcina in via. nam in la-
biis sensati inuenietur gratia. ‡Os pru- 20
dentis quæritur in ecclesia, & verba il-
lius cogitabunt in cordibus suis. ‡Tan- 21
quam domus exterminata, sic fatuo sa-
pientia: & scientia insensati inenarra-
bilia verba. ‡Compedes in pedibus, 22
stulto doctrina, & quasi vincula ma-
nuum super manum dextram. ‡Fa- 23
tuus in risu exaltat vocem suam: vir au-
tem sapiens vix tacitè ridebit. ‡Orna- 24
mentum aureum prudenti doctrina, &
quasi brachiale in brachio dextro.
‡Pes fatui facilis in domum proximi: 25
& homo peritus confundetur à persona
potentis. ‡Stultus à fenestra respiciet 26
in domum: vir autem eruditus foris sta-
bit. ‡Stultitia hominis auscultare per 27
ostium: & prudens grauabitur contu-
melia. ‡Labia imprudentum stulta 28
narrabunt: verba autem prudentium
statéra ponderabuntur. ‡In ore fatuo- 29
rum cor illorum: & in corde sapientium
os illorum. ‡Dum maledicit impius 30
diabolũ: maledicit ipse animam suam.
'qui cum eo manserit 2 MS. 'quimanserit MS. Rab. 'qui mãserit. Versus iste in G. legitur. Solutus colligan. ioũ, & vbicumq; vestitus fuerit, odio erit. Ipse autem ap-pro. 'alpernatione MS. Rab.
‡Susurro coinquinabit animam suam, 31
& in omnibus odietur: & 'qui perman-
serit', odiosus erit: tacitus & sensatus
honorabitur. CAP. XXII.
1 IN lapide 'luteo' lapidatus est piger, & 1
omnes loquentur super 'aspernatio-
nem' illius. ‡De stercore boum lapi- 2
datus est piger: & omnis qui tetigerit
eum, excutiet manus. ‡Confusio pa- 3
tris est de filio indisciplinato: 'filia au-
tem 'in deminoratione fiet. ‡Filia pru- 4
dens hæreditas viro suo. nam quæ con-
fundit, in contumeliam fit genitoris.
‡Patrem & virum confundit audax, 5
& ab impiis non minorabitur': ab vtris- -6.
6 que autem inhonorabitur. ‡Musica in
luctu importuna narratio: flagella &
doctrina in omni tempore 'sapientia'. 'sapientię Rab.G.
7 ‡Qui docet fatuum, quasi qui conglu- 7
8 tinat testam. ‡Qui narrat verbum non 8
'audienti' quasi qui excitat dormiẽtem 'attendenti 7 MS.Rab.
9 de graui somno. ‡Cum dormiente lo- 9 'qui enumerat stulto, & in fine dicit 12 MS. Rab.Q.n. Infr.38, 16. 'defecit MS.G. 'sensus eius MS. Rab.Q.n.
quitur, 'qui enarrat stulto sapientiam:
10 ‡& in fine narrationis dicit', Quis est 10
hic? 'Supra mortuũ plora, defecit enim
lux eius: & supra fatuum plora, 'deficit'
11 enim 'sensu': ‡Modicum plora supra 11
12 mortuum, quoniam requieuit'. ‡Ne- 12 'plurimũ verò super vitã fatui MS.q. Gen.50, 10. πικρον δε θ. ασεβους. Illius G.
quissimi enim nequissima vita, super
13 mortem fatui. ‡Luctus mortui septem 13 Pro.23,9.
dies: 'fatui autem & impij' omnes dies
14 vitæ 'illorum'. ‡'Cum stulto ne mul- 14
tum loquaris, & cum insensato ne abie-
15 ris. ‡Serua te ab illo, vt non moles- 15
tiam habeas, & non coinquinaberis
16 peccato illius. ‡Deflecte ab illo, & 16
inuenies requiem, & non acediaberis in
17 stultitia illius. ‡Super plumbum quid 17 Prov.27,3.
grauabitur? & quod illi aliud nomen,
18 quàm fatuus? ‡'Arenam & salem, & 18
massam ferri facilius est ferre, quàm ho-
minem imprudentem, & fatuum, &
19 impium. ‡Loramentum ligneum col- 19 'in MS. G.Q.n.
ligatum 'fundamento ædificij non dis-
soluetur: sic & cor confirmatum in co-
20 gitatione consilij. ‡Cogitatus sensati in 20
omni tempore 'vel' metu nõ deprauabi- 'MS.G.
21 tur. ‡'Sicut 'paleæ' in excelsis, & cæmen- 21 'Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, & MS.R. Q.n.
ta sine impensa posita cõtra faciem ven-
22 ti non permanebunt: ‡sic & cor timi- 22 'pali 5 MS.G.
dum in cogitatione stulti contra impe-
23 tum timoris nõ resistet. ‡'Sicut' cor tre- 23 'Sicut ornatus ar. in par. limpido, sic & MS. Rab. 'fatui. Omni MS.Q.n. -MS.
pidum in cogitatione 'fatui, omni' tem-
pore non metuet: sic & 'qui in præceptis
24 Dei permanet semper. ‡Pungens ocu- 24
lum deducit lachrymas: & qui pungit
25 cor, profert sensum. ‡Mittens lapi- 25
dem in volatilia, deiiciet illa: sic & qui
conuitiatur amico, dissoluit amicitiam.
26 ‡Ad amicum etsi produxeris gladium, 26 'Ad amicum si G.
non desperes: est enim regressus 'ad ami-
27 cum. ‡Si 'aperuerit' os triste, non ti- 27 'aperueris Rab.G.
meas. est enim concordatio: excepto
conuitio, & improperio, & superbia, &

mysterij reuelatione, & plaga dolosa, in his omnibus effugiet amicus. ‡ Fidem 28
proximo ≥ MS. Rab. G. possidecum 'amico' in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris. ‡ In tempo- 29
re tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres sis.
‡ Ante ignem camini vapor & fumus 30
ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ.
confundar MS. Rab. G. ‡ Amicum salutare non 'confundaris', 31
G. à facie illius non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo'. ‡ Omnis qui audiet, cauebit se ab 32
Ps.140,3. eo. ‡ 'Quis dabit ori meo custodiam, 33
& super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me?

CAP. XXIII.

DOmine pater & dominator vitæ 1
meæ ne derelinquas me in consilio
in illam exprobrationem MS. eorum: nec sinas me cadere 'in illa exprobratione'. ‡ Quis 'superponit' in co- 2
in illis MS. Rab. G. superponet MS. G. superponat MS. * in I MS. G. gitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ, vt 'ignorationibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorum, ‡ & ne adincres- 3
cant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conspectu aduersariorum
24 MS. G. 'meorum', & gaudeat inimicus meus?
‡ Domine pater, & Deus vitæ meæ, ne 4
derelinquas me in cogitatu illorum.
‡ Extollentiam oculorum meorum 5
ne dederis mihi, & omne desiderium auerte à me. ‡ Aufer à me ventris con- 6
animo itr. & infrunito MS. cupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, & 'animæ irreuerenti & infrunitæ' ne tradas me.
‡ Doctrinam oris audite filij: & qui 7
apprehendetur 3 MS. G. custodierit illam non periet labiis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis. In vanitate sua 'apprehenditur' peccator, & superbus & maledicus scandalizabitur in illis. ‡ 'Iurationi non as- 8
Exod.20,7. Insp.27,15. Matt.5,33. suescat os tuum. ‡ multi enim casus in 9
illa. ‡ Nominatio verò Dei non sit as- 10
siduain ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. ‡ Sicut enim seruus 11
Insp.27,15. interrogatus assiduè, à liuore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans,
12 in toto à peccato non purgabitur. ‡ Vir multum iurans implebitur iniquitate, 13
& non discedet à domo illius plaga. ‡ Et si frustrauerit, delictū illius super ipsum 14
erit: & si dissimulauerit, delinquit dupliciter: ‡ & si in vacuum iurauerit, non iustificabitur. replebitur enim retribu- 15
tione 'domus illius. ‡ Est & alia loque- 'posui MS. Rab.
la contraria morti, non inueniatur in 16
hæreditate Iacob. ‡ Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in 17
delictis non volutabuntur. ‡ Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum: 18
est enim in illa verbum peccati. ‡ Memento patris & matris tuæ, in medio 19
enim magnatorum consistis: ‡ ne fortè obliuiscatur te Deus in conspectu illorum, & assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ maledicas.
20 ‡ 'Homo assuetus in verbis impro- 21 legitij
perij, in omnibus diebus suis non erudietur. ‡ Duo genera abundant in pecca- 22
tis, & tertium adducet iram, & perditionem. ‡ Anima calida quasi ignis ar- 23
dens non extinguetur, donec aliquid glutiat: ‡ & homo nequam in ore car- 24
nis suæ non desinet donec incendat ignem. ‡ Homini fornicario omnis 25 cessabit MS. Rab.
panis dulcis, non 'fatigabitur' transgrediens vsque ad finem. ‡ Omnis homo
MS. Rab. qui transgreditur lectum suum, contemnens 'in' animam suam, & dicens, 26
Ps.13,3,4. ‡ 'Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur
intelligit MS. Rab. G. Altissimus. ‡ Et non 'intelligit' quoniam omnia videt oculus illius, quo- 27
niam expellit à se timorem Dei, huiusmodi hominis timor', & oculi hominum 'timentes illum': ‡ & non cogno- 28 Ecce illa G.
uit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda in-
‡ Do- 29
tuentes in absconditas partes. mino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita: sic & post perfectum
Eccles. 42,18. 30 respicit omnia. ‡ 'Hic in plateis ciuitatis vin-

tis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur: & vbi nō sperauit, apprehendetur. ‡ Et erit dedecus omnibus, eò 31
quòd non intellexerit timorem Domini. ‡ Sic & mulier omnis relinquens 32
virum suum dereliquit' 1 MS. G. 'virum suum' & stabuens hæreditatem ex alieno matrimonio. ‡ primò enim 33
in lege Altissimi incredibilis fuit: & secundò 'virum suum dereliquit': tertiò in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi. ‡ Hæc in ecclesiam 34
adducetur, & in filios eius respicietur.
derelinquēt MS. R. Rab. relinquetur MS. memoria MS. ‡ Non tradent filij eius radices, & ra- 35
mi eius non dabunt fructum. ‡ 'dere- 36
linquet' in maledictū 'memoriam' eius, & dedecus illius non delebitur. ‡ Et 37
agnoscent qui derelicti sunt, quoniā nihil melius est, quàm timor Dei: & nihil dulcius, quàm respicere in mandatis Domini. ‡ Gloria magna est sequi Do- 38
assumit te G. minum: longitudo enim dierum 'assumetur' ab eo.

CAP. XXIIII.

G. SApientia laudabit animam suam, & 1
in Deo honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur, ‡ & in ecclesiis Al- 2
G. tissimi aperiet os suum, & in conspectu virtutis illius gloriabitur, ‡ & in medio 3
populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur, ‡ & in multitudi- 4
ne electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur, ‡ dicens', Ego 5
G. ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. ‡ Ego feci in 6
cælis vt oriretur lumen indeficiens, & quasi 'nebula' texi omnem terram.
Ecclus. 24,6. ‡ Ego in altissimis habitaui, & thro- 7
nus meus in columna nubis. ‡ Gyrum cæli circuiui sola, & profundum 8
abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti. ‡ Et 9
in omni populo, ‡ & in omni gente 10
primatum habui: ‡ & omnium excel- 11
eius MS. Rab. eminentiæ G. lentium & humilium corda virtute calcaui: & in his omnibus requiem quæ- siui, & in hæreditate 'Domini' morabor. ‡ Tunc præcepit, & dixit mihi 12
creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, ‡ & di- 13
xit mihi, In Iacob inhabita, & in Israël hæreditare, & in electis meis mit-
14 te radices. ‡ Ab initio 'ante secula creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam: & in habitatione san- 15
cta coram ipso ministraui. ‡ Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem 16
potestas mea. ‡ Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum 17
detentio mea. ‡ Quasi cedrus exaltata 18
sum in Libano: ‡ & quasi cypressus in monte 'Sion'. quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Ieri- 19
cho. ‡ Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta 20
aquam in plateis. ‡ Sicut cinnamomum, & 'balsamum' aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa, dedi 21
suauitatem odoris: ‡ & quasi 'storax' & galbanus, & vngula, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus'. ‡ Ego quasi 22
terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. ‡ Ego 23
quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. ‡ Ego mater pulchræ dilectio- 24
nis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. ‡ In me gratia omnis 'vitæ' & ve- 25
viæ MS. Hic versus Græcè non legitur: sed in quibusdā quidem codicibus, pro ipso, alius, idipsum de v.34. contingit. Ps.18,11. ritatis, in me omnis spes vitæ & virtu- 26
tis. ‡ Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis 27
implemini. ‡ 'Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel 28
& fauum. ‡ Memoria mea in generatio- 29
Ioan. 6. nes seculorum. ‡ 'Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc 30
sitient. ‡ Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non pec- 31
G. cabunt. ‡ 'Qui elucidant me, vitam 32
G. æternam habebunt'. ‡ Hæc omnia liber vitæ, & testamentū Altissimi' & agnitio veritatis'. ‡ Legem mandauit Moyses 33
in præceptis iustitiarum, & hæreditatem domui Iacob, & Israël promissiones. ‡ Posuit Dauid puero suo excitare 34
regem ex ipso fortissimum, & in throno honoris sedentem in sempiternum. 35
Gen.2,11. ‡ 'Qui implet' quasi Phison sapien- ἐμφυτεύων.

tiam,& ſicut Tigris in diebus nouorum.
36 *Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum: 'qui multiplicat quaſi Iordanis in
Ioſ.3,15. tempore meſſis. 37 *Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, & aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiæ. 38 *Qui perficit primus ſcire ipſam, & infirmior non inue-
"abundauit 4 MS. Rab. G. "ab MS. Rab. G. ſtigabit eam. 39 *A mari enim "abundabit' cogitatio eius, & conſilium illius 'in' abyſſo magna. 40 *Ego ſapientia effudi flumina. 41 *Ego quaſi trames aquæ im-
"vorax 3 MS. Q. n. menſæ de fluuio, ego quaſi fluuius "Dorix', & ſicut aquę ductus exiui de paradiſo. 42 *dixi, Rigabo hortum meum plan-
"pratus 3 MS. G. tationum, & inebriabo "partus' mei fructum. 43 *Et ecce factus eſt mihi trames abundans, & fluui meus appropinquauit ad mare. 44 *quoniam doctrinã quaſi antelucanũ illumino omnibus, & enarrabo illam vſque ad longinquum. 45 *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes' ſperantes in Domino.
-5 MS. Rab. Hic verſus in Græco cod. non legitur. 46 *Adhuc doctrinam quaſi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus ſapientiam, & non deſinam in progenies illorum vſque in æuum ſanctum.
Inſ.33,18. 47 *' Videte quoniam non ſoli mihi laboraui, ſed omnibus exquirentibus veritatem.

CAP. XXV.

1 IN tribus placitũ eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominib': 2 *Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene ſibi conſentientes. 3 *Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum, 4 *Pauperem ſuperbum: & diuitem mendacem: & ſemen "fatuum' & inſenſatum. 5 *' Quæ' in iuuentute tua non congregaſti, * quomodo in ſenectute tua inuenies? 6 *Quàm ſpecioſum canitiei iudicium, & presbyteris cognoſcere conſilium! 7 *Quàm ſpecioſa veteranis ſapientia, & "glorioſus' intellectus, & conſilium! 8 *Corona ſenum multa peritia: & gloria illorum timor Dei. 9 *Nouem "'inſuſpicabilia cordis' magnificaui, & decimum dicam in lingua hominibus,
10 *Homo qui iucundatur in filiis, viuens & videns ſubuerſionem inimicorũ ſuorum. 11 *' Beatus qui habitat cum mulierе ſenſata,' & qui lingua ſua non eſt lapſus, & qui non ſeruiuit indignis ſe.
Inſ.25,1. Sap.4,13. 19,16. Ier.3,2. 12 *Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iuſtitiam auri audienti.
13 *Quàm magnus qui inuenit ſapientiam & ſcientiam! ſed non eſt ſuper timentem Dominum. 14 *timor Dei ſuper omnia "' ſe' ſuperpoſuit. 15 *beatus homo, cui donatum eſt habere timorem Dei': 16 qui tenet illum, cui aſſimilabitur? 17 *Timor Dei initiũ dilectionis eius: fidei autem initium "agglutinandũ' eſt ei. 18 *Omnis plaga, triſtitia cordis eſt: & omnis malitia, nequitia mulieris. 19 *Et' omnem plagam, & non plagam ' videbit' cordis: 20 *& omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris: 21 *& omnem obductum, & non obductum odientium: 22 *& omnem vindictam, & non vindictam inimicorũ. 23 *Non eſt caput nequius ſuper caput colubri: *& nõ eſt ira ſuper iram "mulieris'. Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam. 24 *Nequitia mulieris immutat faciem eius: & "obcæcabit' vultum ſuum tanquam vrſus: & quaſi ſaccum "oſtendet' in medio proximorum eus. 25 *Ingemuit vir eius, & audiens ſuſpirauit modicum'. 26 *Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieris, ſors peccatorum cadat ſuper illam. 27 *Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier linguata homini quieto. 28 *Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & non concupiſcas mulierem in ſpecie. 29 *Mulieris ira, & irreuerentia, & confuſio magna. 30 *Mulier ſi primatũ habeat, contraria eſt viro ſuo. 31 *Cor humile, & facies triſtis, & plaga "mortis', mulier nequam. 32 *Manus debiles, & genua diſſoluta, mulier quæ non beatificat virum ſuum. 33 *' A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. 34 *Non des aquę tuæ exitũ, nec modicũ: nec mulieri nequã veniam prodeundi. 35 *Si non ambulauerit ad manũ tuam, "confundet te in conſpectu inimicorum'. 36 *A carnibus tuis abſcinde illã, ne ſemper te abutatur.
"agglutinatio MS. "ad glutinandum MS. Gryph. "odios inimicos. "gloriatio. "obcæcat MS. G. "oblinet MS. Rab. "deuiauit cor eius a veritate, & in errore ambulauit. "mortis. "Gen.3.6.

CAP.

CAP. XXVI.

Sap.25,11. "illius G. 1 MVlieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum "illorum' duplex. 2 *Mulier fortis oblectat virum ſuum, & annos vitæ illius in pace implebit.
-MS.G. 3 *Pars bona, mulier bona; in parte bona' timentiũ Deum dabitur viro pro factis bonis: 4 *diuitis autẽ, & pauperis cor bonum, in omni tẽpore vultus illorum hilaris. 5 *A tribus "timuit' cor meum, & in quarto "facies mea metuit', 6 *Delaturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacẽ, ſuper mortem, omnia grauia. 7 *Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. 8 *' In muliere "zelotypa' flagellum linguæ, omnibus communicans. 9 *Sicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier nequã: qui tenet illam, quaſi qui apprehendit ſcorpionem: 10 *Mulier ebriоſa ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. 11 *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur. 12 *' In filia non auertente ſe, firma cuſtodiam: ne inuẽta occaſione vtatur ſe. 13 *Ab omni irreuerentia "oculis' caue, & ne mireris ſi te neglexerit. 14 *ſicut viator ſitiens, ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum ſedebit, & contra omnem ſagittam aperiet pharetram, donec deficiat. 15 *Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit. 16 *Diſciplina illius datum Dei eſt 17 *Mulier' ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ. 18 *Gratia ſuper grãtiam mulier ſancta, & pudorata. 19 *Omnis autem ponderatio nõ eſt digna continentis animæ. 20 *Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamento domus eius.
21 *lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum, & ſpecies faciei ſuper ætatem ſtabilem. 22 *Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, & pedes "firmi' ſuper plantas "ſtabilis' mulieris. 23 *Fundamenta æterna ſupra petrã ſolidam, & mandata Dei in corde mulieris ſanctæ. 24 *In duobus contriſtatum eſt cor meũ, & in tertio iracundia mihi aduẽnit, 25 *Vir bellator deficiens per inopiam: & vir ſenſatus 26 contemptus: *& qui tranſgreditur à iuſtitia ad peccatum, Deus parauit eum ad 27 romphæam. 28 *Duæ ſpecies difficiles & periculoſæ mihi apparuerunt, difficilè exuitur negotians à negligẽtia: & non iuſtificabitur caupo à peccatis 'labiorum'.
2 MS. G. 'oculorũ eius MS. R. Simp.diſcip.illius. Datũ Dei eſt mulier Ms.d. "formoſa c. "ſtabiles MS.G. Pro Textu ſerunt R. & Gq. -G.

CAP. XXVII.

1 PRopter inopiam multi deliquerunt: '& qui quærit locupletari, auertit 1 Tim.6,9. 2 oculum ſuum. *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: ſic & inter medium venditionis & emptionis anguſtiabitur "peccatis'. 3 *' Conteretur cum delinquente delictum'. 4 *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. 5 *Sicut in percuſſura cribri remanebit "puluis': ſic 6 aporia hominis in cogitatu illius. 7 *' Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. 8 *' Sicut ruſticatio dẽ ligno oſtendit fructum illius: ſic verbum "ex cogitatu "cordis' hominis.
"peccatũ 2 MS.G. -G. "ſtercus 2 MS. Pro.27,21. Mat.7,15. "excogitatus MS. G. "cor MS. Q. n. 9 *Ante ſermonem non laudes virum: hæc enim tentatio eſt hominum. 10 *Si ſequaris iuſtitiam apprehendens illam: & indues quaſi podẽrem honoris *, & inhabitabis cum ea, & proteget te in ſempiternum, & in die agnitionis inuenies 11 firmamentum. 12 *' Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt: & veritas ad eos qui operantur illam, reuertetur. 13 *Leo venationi inſidiatur ſemper: ſic "peccata' 14 operantibus iniquitates. *Homo ſanctus in ſapiẽtia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur. 15 *In medio inſenſatorum ſeruat verbum tempori: in medio autem cogitãtium aſſiduus eſto.
"illam MS. G. Sap.13,19. "peccatũ 1 MS. G. 16 *Narratio peccantium odioſa, & riſus illorum in "delictis' peccati. 17 *' Loquela multum iurans, horripilationem capiti ſtatuet: & irreuerentia ipſius obthuratio 18 aurium. 19 *Effuſio ſanguinis in rixa ſuperborum: & maledictio illorum audi- 20 tus grauis. *Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicũ ad 21 animum ſuum. 22 *Dilige proximum, & 23 coniungere fide cum illo. *Quòd ſi denudaueris abſconſa illius, "non' "perſequẽris' poſt eum. 24 *Sicut enim homo
"delicijs c. Sap.23,11. "ne 1 Ms. "perſequaris 1 MS. G. Sap.19,18. 22,27.

qui perdit amicum' suum: sic & qui perdit amicitiam proximi sui. [21] Et sicut qui dimittit auem de manu sua: sic dereliquisti proximum tuum, & non eum capies. [22] non illum sequaris, quoniam longè abest: effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniã vulnerata est anima eius.

[23] vltra eum non poteris colligare, & maledicti est concordatio. [24] denudare autẽ amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. [25] Annuens oculo fabricat iniquà, & nemo eum abiiciet: [26] in conspectu oculorum tuorum "conculcabit' os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. [27] Multa 'audiui', & non coæquaui ei, & Dominus odiet illum. [28] Qui in altum mittit lapidẽ, super caput eius cadet: & plaga dolosa 'dolosi' diuidet vulnera. [29] Et qui foueam fodit, incidit in eam: & qui statuit lapidem proximo', offendet in eo': & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. [30] Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi.

[31] Illusio & improperium superborum, & vindicta sicut leo insidiabitur illi. [32] Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos antequam moriantur. [33] Ira & furor vtraque execrabilia sunt, & vir peccator cõtinens erit illorum.

CAP. XXVIII.

[1] QVi vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. [2] Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. [3] Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? [4] In hominem similem sibi non habet misericordiam: & de peccatis suis deprecatur? [5] Ipse dum caro sit, reseruat iram: & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? [6] Memento nouissimorum, & desine inimicari. [7] "Tabitudo' enim & mors imminent in mandatis eius'. [8] Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo. [9] Memorare testamentum Altissimi, & despice [10] ignorantiam proximi. [11] Abstine te à lite, & minues peccata. [12] homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. [13] Secundùm enim ligna syluæ, sic ignis exardescit: & secundùm virtutẽ hominis, sic iracundia illius erit, & secundũ substantiam suam exaltabit iram suam.

[14] Certamen festinatũ incendit ignem: & lis festinans effundit sanguinẽ: & lingua testificans adducit mortem. [15] Si sufflaueris, "quasi ignis' exardebit: & si expueris super 'illam', extinguetur, 'vtraq. ex ore proficiscuntur. [16] Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. [17] Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. [18] ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit. [19] Virtutes populorũ concidit, & gentes fortes dissoluit. [20] Lingua tertia mulieres 'viratas' eiecit, & priuauit illas laboribus suis. [21] qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat'. [22] Flagelli plaga liuorem facit: plaga autẽ linguæ comminuet ossa. [23] Multi cecederunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam 'suam'. [24] Beatus qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus: [25] iugũ enim illius, iugum ferreum est: & vinculum illius, vinculũ æreum est. [26] Mors illius, mors nequissima: & vtilis poti' inferus, quàm illa. [27] Perseuerantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum: & in flammâ sua non comburet iustos.

[28] Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. [29] Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis'. [30] Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito statêram, & frenos ori tuo rectos: [31] & attende ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspe-

conspectu inimicorũ insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.

CAP. XXIX.

[1] QVi facit misericordiam, fœneratur proximo suo: & qui præualet manu, mandata seruat. [2] Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterum redde proximo in tempore suo. [3] Confirma verbum, & fideliter age cum illo: & in omni tempore inuenies quod tibi necessarium est. [4] Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt. [5] Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam: [6] Et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba "tædij' & murmurationum, & tempus causabitur. [7] si autem potuerit reddere, "aduersabitur, solidi' vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem. [8] sin autem, fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis: [9] & conuitia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. [10] Multi "non' causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. [11] Veruntamen, super humilem, animo fortior esto, & pro eleemosyna non trahas illum. [12] Propter mandatum assume pauperem: & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum.

[13] Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abscondas illam sub lapide in perditionem. [14] Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum. [15] Conclude eleemosynam in "corde' pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. [16] Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. [17] & postea resurget, & retribuet illis retributionem, vnicuiq. in caput illorum'. [18] Super scutum potẽtis, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit. [19] Vir bonus fidẽ facit 'proximo suo: & qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi. [20] Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit [21] enim pro te animam suam. [22] Repromissorẽ fugit peccator & immundus. [23] Bona repromissoris sibi adscribit peccator: & ingratus sensu derelinquet liberãtem se. [24] Vir repromittit de proximo suo: & cùm perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo'. [25] Repromissio nequissima multos perdidit "dirigentes', & commouit illos quasi fluctus maris. [26] Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis. [27] Peccator transgrediens mandatum Domini, incidet in promissionem nequam: & qui conatur multa agere, incidet in iudicium. [28] Recupera proximum secundùm virtutem tuam, & attende tibi ne incidas.

[29] Initium vitæ hominis, aqua & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. [30] Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quàm epulæ splendidæ in peregrè sine domicilio. [31] "Minimum pro magno' placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. [32] Vita nequam hospitandi de domo in domum: & vbi hospitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os. [33] Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet;

[34] Transi hospes, & orna mensam: & quæ in manu habes, ciba cæteros. [35] Exi à facie honoris amicorum meorum. necessitudine domus meæ, hospitio mihi factus "est' frater. [36] Grauia hæc homini habẽti sensum; Correptio domus, & improperium fœneratoris.

CAP. XXX.

[1] QVi diligit filium suum, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo, & non palpet proximorum ostia. [2] Qui docet' filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum [3] in illo gloriabitur. [4] Qui docet' filium suum, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. [5] Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus. similem enim reliquit sibi post se. [6] In vita sua vidit, & lætatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis. [7] Reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.

*Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbabuntur viscera eius. *Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadet præceps. *Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te. *Non corrideas illi: ne doleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui. *Non des illi potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius.

Sup.7,25. *'Curua ceruicē eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans est: ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. *Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. *Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quàm dines imbecillis & flagellatus malitia. *Salus animæ in sanctitate iustitiæ, & melior est omni auro & argento: & corpus validum, quàm 'sensus' immensus. *Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium. *Melior est mors, quàm vita amara: & requies æterna, quàm languor perseuerans. *Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. *'Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabitur: *sic qui effugatur à Domino, & portans mercedes iniquitatis. *Videns oculis, & ingemiscens, sicut spado complectens virginem, & suspirans. *'Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. *Iucunditas cordis, hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis: & exultatio viri est longæuitas. *Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine, & congrega cor tuum in sanctitate eius: & tristitiam longè expelle à te. *Multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. *Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. *Splendidum cor, bonum in epulis est: epulæ enim illius diligenter fiunt.

- MS. G. census MS. R. Rab. G. Dan.14,6. Pro.12,25. 15,13. & 17,22.

CAP. XXXI.

*'tabefaciet MS. G. VIgilia honestatis 'tabefaciet' carnes, & cogitatus illius aufert somnum. *Cogitatus præscientiæ auertit sensum, & infirmitas grauis sobriam facit animam. *Laborauit dines in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis suis. *Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit. *Qui aurum diligit, non iustificabitur: & qui insequitur consumptionem, replebitur ex ea. *'Multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie ipsius perditio illorum. *Lignum offensionis est aurum sacrificantium. væ illis qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo. *Beatus dives qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. *Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. *'Quis' probatus est in illo, & perfectus 'est, & erit illi' gloria æterna'? qui potuit transgredi, & non est transgressus: & facere mala, & non fecit. *ideò stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosynas illius enarrabit 'omnis' Ecclesia sanctorum. *Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior. *Non dicas, 'si multa' sunt quæ super illā sunt. *Memēto quoniam malus est oculus nequam. *Nequius oculo quid creatum est? ideo ab omni facie 'sua' lachrymabitur 'cùm viderit. *Ne' extendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erubescas. *Ne comprimaris in conuiuio. *Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. *Vtere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur: & non cùm manducas multum, odiò habearis. *Cessa prior, causa disciplinæ: & noli nimius esse, ne fortè offendas. *Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam: nec prior poscas bibere.

Sup.4,3. 'Qui MS. R. inuentus MS. R. Q. n. 'in 10 MS. G. 'gloria æterna' MS. G. 'quis' MS. G. 'MS. 'malignatus' MS. 2 MS. Q. n. 'Cum te cerit, 2 MS.

*Quàm sufficiens est homini erudito 'vinum' exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem. *Vigilia & cholera, & tortura viro infrunito: *somnus sanitatis in homine parco. dormiet vsque in manè, & anima illius cum ipso delectabitur. *Et si coactus fueris in edendo multum, surge è medio

-a.

medio, & vome: & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem.

Pro.22,9. *Audi me fili, & ne spernas me: & in nouissimo inuenies verba mea. *In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. *'Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele. *'In nequissimo pane' murmurabit ciuitas, & testimonium nequitiæ illius verum est. *'Diligentes' in vino noli prouocare': multos enim exterminauit vinum. *Ignis probat ferrum durum': sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatū. *Æqua vita hominibus, vinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius. *Quæ vita est 'quæ' minuitur vino? *'Quid defraudat 'vitam? Mors'. *'Vinum in iucunditatem creatum est, & non 'in ebrietatem, ab initio. *Exultatio animæ & cordis vinū moderatè potatum.

*Nequissimo in pane c. 'Delectātes Rab. 'In vino ne vinum te præbeas G. 'in iunctura G. 'ei qui Rab. G. -G. 'vitam mors? Reben. Pſ.103,15. Pro.31,4.

*Sanitas est animæ & corpori sobrius potus. *Vinum multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas facit. *Amaritudo animæ vinum multum potatum. *Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera. *In conuiuio vini non arguas proximum: & non despicias eum in iucunditate illius: *verba improperij non dicas illi: & non premas illum in repetendo.

CAP. XXXII.

REctorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. *Curam illorum habe, & sic 'considera', & omni cura tua explicita recumbe: *vt læteris propter illos, & 'ornamentum gratiæ' accipias coronam, 'et 'dignationem' consequaris 'corrogationis'. *Loquere maior natu: decet enim te. *primū verbum 'diligenti' scientiam, & non impedias musicam. *'Vbi auditus non est, non effundas sermonem, & importunè noli extolli in sapiētia tua. *Gemmula carbunculi in ornamento auri, & 'comparatio' musicorū in conuiuio vini. *Sicut in fabricatione auri 'signum est' smaragdi: sic 'numerus' musicorum in iucundo & moderato vino.

*consīde c. ornamentri grauia c. -G. 'dignitatem MS. 'congregationis MS. Rab. 'diligentis MS. Q. n. Eccl.3,7. Sup.20,7. 'συγκρισις. 'αριθμος ἡδύσμου.

*Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. *Adolescēs loquere in tua causa vix. *Si bis interrogatus fueris, 'habeat caput' responsum tuum. *In multis esto quasi inscius, 'et audi tacens simul & 'quærens'. *'In medio magnatorum 'non præsumas': & vbi sunt senes, non multum loquaris. *Ante 'grandinem' præibit coruscatio: & ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. *Et hora surgendi non 'te trices': præcurre autem 'prior' in domum tuam, & illic 'auocare', & illic lude, *& age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo. *Et super his omnibus benedicito Dominū qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis. *Qui timet Dominum, excipiet doctrinā eius: & qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionem. *Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui insidiosè agit, scandalizabitur ab ea. *Qui timent Dominum, inuenient iudicium iustum, & iustitias quasi lumen accendent. *Peccator homo vitabit correptionem, & secundùm voluntatē suam inueniet comparationem. *Vir consilij non dispertiet intelligentiam, alienus & superbus non pertimescet timorē. *etiam postquam fecit cum eo sine consilio, & suis insectationibus arguetur. *Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. *In via ruinæ non eas, & non offendes in lapides: nec credas te viæ 'laboriosæ', ne ponas animæ tuæ scandalum. *Et à filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende. *In omni opere 'tuo' crede 'ex fide' animæ tuæ, hoc est enim conseruatio mandatorum. *Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur.

'κεφαλαίωσον. '& simul tacens c. -Rab. Iob 22,6. 'loqui MS. R. Rab. 'ne te exæques G. 'conitruum G. 'tetrices MS. 'te tristes MS. 'te frices R. 'sis vltimus G. -I MS. 'aduocare MS. R. Q. n. 'sine offendiculo c. - MS. Rab. G q. 'bono c. -G.

CAP. XXXIII.

TImenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis. *Sapiens non odit mandata & iustitias, & non illudetur quasi in procella nauis.

*Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fide-

illi fidelis. *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, & sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, & tunc respondebit. *Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis versatilis cogitatus illius. *Equus emissarius, sic & amicus subsannator, sub omni supra sedente hinnit. *Quare dies diem superat, 'et' iterum lux lucem, & annus annum à sole? *'A' Domini scientia separati sunt, facto sole, & præceptum custodiente. *Et immutauit tempora, & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebrauerunt ad horam. *Ex ipsis exaltauit & 'magnificauit' Deus, & ex ipsis posuit in numerum dierum. Et omnes homines, de solo, & ex terra vnde creatus est Adam. *In multitudine disciplinæ 'Domini' separauit eos, & immutauit vias eorum. *Ex ipsis benedixit, & exaltauit: & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit. & ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum. *'Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. *Omnes viæ eius secundùm dispositionē eius: sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundùm iudicium suum. *Contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi. 'Duo' 'contra' duo, & vnum contra vnum. *Et ego nouissim' euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores. *In benedictione Dei & ipse speraui: & quasi qui vindemiat, repleui torcular. *'Respicite quoniam non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam.

*Audite me magnati, & omnes' populi', & rectores Ecclesiæ auribus percipite. *Filio & mulieri, fratri & amico non des potestatem super te in vita tua: & non dederis alij possessionem tuam: ne fortè pœniteat te, & deprecer is pro illis. *Dum adhuc superes & aspiras, non immutabit te omnis caro: *Melius est enim vt filij tui te rogent, quàm tereſpicere in manus filiorum tuorum. *In omnibus operibus tuis precellens esto. *Ne dederis maculam in 'gloriam tuam'. In die consummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam. *Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina & opus seruo. *Operatur in disciplina, & quærit requiescere: laxa manus illi, & quærit libertatem. *Iugum & lorum curuant collum durum, & 'seruum inclinant operationes assiduæ'. *Seruo maleuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet. *multam enim malitiam docuit otiositas. *In opera constitue eum: sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit, curua illum compedibus, & non amplifices super omnem carnem: verùm sine iudicio nihil facias graue. *'Si est tibi seruus', sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ comparasti illum. *Si læseris eum iniustè, in fugam conuertetur. *'&' si 'extollens' discesserit: quē quæras, & in qua via quæras illum, nescis.

CAP. XXXIIII.

VAna spes, & mendaciū viro insensato: & somnia extollunt imprudētes. *Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum: sic & qui attendit ad visa mendacia. *hoc secundum hoc visio somniorum, ante faciem hominis similitudo 'alterius' hominis. *Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur? *Diuinatio erroris & auguria, mendacia, & somnia malefacientium, vanitas est. *Et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum.

*multos enim errare fecerūt somnia, & exciderunt sperantes in illis. *Sine mendacio consummabitur 'verbum legis', & sapientia in ore fidelis 'complanabitur'. *-Qui non est tentatus, quid scit'? Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum. *Qui non est expertus, pauca recognoscit: qui autem in multis 'factus' est, 'multiplicat' malitiam. *-Qui tentatus non est, qualia scit? qui implanatus est,

natus est, 'abundabit nequitia'. *Multa vidi 'enarrando', & plurimas verborum consuetudines. *Aliquoties vsq. ad mortem periclitatus sum horum causa, & liberatus sum gratia Dei. *Spiritus timentium Deum 'quæritur', & in respectu illius 'benedicetur'. *Spes enim illorum in saluantem illos, & oculi Dei in diligentes se. *Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius. *Timentis Dominū beata est anima eius. *Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? *'Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani, *deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam & benedictionem. *'Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitę subsannationes iniustorum. *Dominus solus sustinentibus se in via veritatis & iustitiæ. *'Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. *Qui offert sacrificiū ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. *Panis egentium, vita 'pauperum' est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. *Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximū suum. *'Qui effundit sanguinem, & qui fraudē facit mercenario, fratres sunt. *Vnus ædificans, & vnus destruens: quid prodest illis, nisi labor? *Vnus orans, & vnus maledicēs: cuius vocem exaudiet Deus? *Qui baptizatur à mortuo, & iterū tangit 'eum', quid proficit lauatio illius? *sic homo qui ieiunat in peccatis suis: & iterū eadem faciens, quid proficit humiliādo se? orationem illius quis exaudiet? CAP. XXXV.

QVi conseruat 'legem', multiplicat orationem. *'Sacrificium 'salutare' est' attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate: *'&' propitiationem litare sacrificijs super iniustitias': & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. *Retribuet gratiam qui offert similaginem: & qui facit misericordiam, offert sacrificium. *Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate: & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia'. 'Non apparebis ante conspectum Domini vacuus. *Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt. *Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in cōspectu Altissimi. *Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius' non obliuiscetur Dominus. *Bono animo gloriam redde Deo: & non minuas primitias manuum tuarum. *'In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. *'Da Altissimo secundùm datum eius, & in bono oculo 'adinuentionem' facito manuum tuarum: *quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. *'Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa. *Et noli 'inspicere' sacrificium iniustum, quoniam Dominus iudex est, '& non est apud illum gloria personæ. *'Non accipiet Dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet. *Non despiciet preces 'pupilli': nec viduam, si effundat loquelam gemitus. *Nónne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? *'A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & Dominus exauditor 'delectabitur in illis'. *Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec Altissimus aspiciat. *Et Dominus non elongabit, sed iudicabit, iustos, & faciet iudicium: & Fortissimus non habebit in illis patientiam, 'vt' contribulet dorsum 'ipsorum': *'&' Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum: & sceptra iniquorum contribulet, *donec reddat hominibus secundum actus suos: & 'secundum opera Adæ, &' secundum præsumptionem 'illius', *donec

nec iudicet iudicium plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua. *Speciosa misericordia Dei: in tempore tribulationis quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

CAP. XXXVI.

MIserere nostri Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum, *& immitte timorem tuum super Gentes quæ non exquisierunt te: vt cognoscant quia non est Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua. *Alleua manum tuam super Gentes alienas, vt videant potentiam tuam. *Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis: *vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus quoniam non est Deus præter te Domine. *Innoua signa, & immuta mirabilia. *Glorifica manum, & brachium dextrum. *Excita furorem, & effunde iram. *Extolle aduersarium, & afflige inimicum. *Festina tempus', & memento finis, vt enarrent mirabilia tua.

*In ira flammæ deuoretur qui saluatur: & qui pessimant plebem tuam, inueniant perditionem. *Contere caput principum, inimicorum dicentium, Non est alius præter nos. *Congrega omnes tribus Iacob: & cognoscant quia non est Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio. *Miserere plebi tuæ, super quam inuocatum est nomen tuum: & Israël, 'quem coæquasti primogenito tuo.

Exo.4,22.

*Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei tuæ. *Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populum tuum. *Da testimonium 'quia' ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita 'precationes' quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores.

'qui 3 MS. G. 'prædicationes 1 MS. 'prophetias G q. Q. n.

*Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur: 'et exaudi orationes seruorum tuorum.

'Et exaudi orat. ser. t. secundum 1 MS. G.

*Secundum' benedictionem Aaron 'da' populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ, & sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspector seculorum. *Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior. *Fauces contingunt cibũ feræ, & cor 'insensatum' verba mendacia. *Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. *Omnem masculum excipiet mulier: & est filia melior filia. *Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium. *Si est lingua curationis, 'est' & mitigationis & misericordiæ: non est vir illius secundum filios hominum. *Qui possidet mulierem 'bonam', inchoat possessionem: adiutorium secundum illum est, & columna 'vt' requies'. *Vbi non est sepes, diripietur possessio: & vbi non est mulier, ingemiscit egens. *'Cui' credit, qui non habet nidum, & deflectens vbicunque obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.

'sensatum MS. Rab. G.

'& 2 MS. requies.

'Qui MS. Qui 1 MS. G.

CAP. XXXVII.

OMnis amicus dicet, Et ego amicitiam copulaui. sed est amicus solo nomine amicus. Nónne tristitia inest vsque ad mortem? *Sodalis 'autem' & amicus ad inimicitiam 'conuertentur'.

'2 MS. 'conuertetur Rab. G.

*O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius? *Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. *Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum. *Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in 'operibus' tuis. *Noli consiliari cum 'socero tuo', & à zelantibus te absconde consilium. *Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso. *A consiliario serua animam tuam. prius scito quæ sit illius necessitas: & ipse enim' animo suo cogitabit'. *ne forte mittat 'sudem in terram', & dicat tibi, *Bona est via tua, & stet è contrario videre quid tibi eueniat. *Cum viro 'irreligioso' tracta' de sanctitate, & cum iniusto de iustitia', & cum muliere de 'his' quæ æmulatur: cum timido de bello, cum negotiatore de traiectione, cum emptore de vẽditione, cum viro liuido de

'opibus' MS. G.

'vir qui frequenter habet G q.

'eterum ipse 1 MS. G. '& qui ipse in animo suo cogitabit 10 MS.

Q. n.

'vipere G.

'reuocet 2 MS. 'nolite filium meum Rab. G. q. 3 Rab. G.

uido de gratiis agendis, *cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum operario agrario de omni opere, *cum operario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro de multa operatione. non attendas his in omni consilio. *Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantẽ timorem Dei, *cuius anima est secundùm animam tuam: 'quicunque titubauerit in tenebris, non condolebit tibi'. *Et cor boni consilij statue tecum: non est enim tibi aliud pluris illo. *Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quàm septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. *Et in his omnibus deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam. *Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnẽ actum consilium stabile. *Verbum nequam immutabit cor: 'ex quo' partes quatuor oriũtur, bonum & malum, vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua. *'Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suauis est'. *Qui sophisticè loquitur, odibilis est: 'in' omni re defraudabitur.

*quicùm titubauerit in tenebris cõdolebit tibi Rab. G.

15 MS. G.

'Et vir astutus multo rum eruditor, & animæ sue in mulis est G. MS. Rab. G.

*non est enim illi data à Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est. *Est sapiens, animæ suæ sapiens: & fructus sensus illius laudabilis. *Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt. *Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt. *Vita viri in numero dierum: dies autẽ Israël innumerabiles sunt. *Sapiens in populo hæreditabit honorẽ, & nomen illius erit viuens in æternum. *Fili, in vita tua tenta animam tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatem: *non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet. *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnẽ escam. *in multis enim escis erit infirmitas, & 'auiditas' appropinquabit vsque ad choleram. *Propter 'crapulam' multi obierunt: qui aũt abstinens est, adiiciet vitam.

3 Q. 6, 12. 21, 23.

'apletia MS. G.

'apletiã MS. G. 'epulationem MS.

CAP. XXXVIII.

HOnora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit Altissimus. *A Deo est enim omnis medela, & à rege accipiet donationem. *Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatorum collaudabitur. *Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. *'Nónne à ligno indulcata est aqua amara'? *Ad agnitionem hominum virtus illorum', & dedit hominib. scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. *In his curans mitigabit dolorem, '& vnguentarius faciet pigmenta' suauitatis, & 'vnctiones' cõficiet sanitatis', & non consummabuntur opera eius. *Pax enim Dei super faciem terræ. *'Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. *Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. *Da suauitatem & memoriam similaginis, & impingua oblationem, & da locum medico. *etenim illum Dominus creauit: & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. *Est enim tempus quando in manus illorũ incurras: *ipsi verò Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & sanitatem, propter conuersationem illorum. *Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.

Exo. 15, 25. *& 2 MS. vt cognosceretur virtus eius ab homine? G.

'vnguentarius in his faciet mixtionem G. 'pigmentum MS. Rab. 'vnctionem MS. Rab. Isai. 38, 3.

*'Fili, in mortuũ produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundùm iudiciũ contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius. *Propter delaturã autem' amarè fer luctum illius vno die, & consolare propter tristitiam, *& fac luctum secundùm meritum eius vno die, vel duobus propter detractionẽ. *'A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit ceruicem. *In 'abductione' permanet tristitia: & substantia inopis secundùm cor eius. *Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te: & memento nouissimorum, *noli obliuisci. neque enim est conuersio, & huic nihil proderis, & teipsum pessimabis.

Sup. 22, 10.

7 MS. Rab. G. q. n.

Pro. 15, 13. & 17, 22.

'obductione 1 MS. G. Pro Textu facimus R. Rab. & G q.

*Memor

*Memor esto iudicij mei: sic enim erit & tuum. mihi heri, & tibi hodie. *' In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolare illum' in exitu spiritus sui. *' Sapientiã scribe' in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, sapientiam percipiet: quia sapientia replebitur. *Qui tenet arátrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum. *Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum. *Sic omnis faber & architectus, qui noctẽ tanquam diem transigit, qui sculpit signaculo 'sculptilia', & assiduitas eius variat picturam: cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficiet opus.

*Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri: Vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur: *Vox mallei innouat aurem eius, & contra similitudinem vasis oculus eius: *Cor suum dabit in consummationem operum, & vigilia sua ornabit 'imperfectionem'. *Sic figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est semper propter opus suum, & innumera est omnis operatio eius: *In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutem suam: *Cor suum dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem. *Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisque in arte sua sapiens est. *sine his omnibus non ædificatur ciuitas.

*Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in ecclesiam non transilient.

*Super sellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent, neque palam facient disciplinam & iudicium, & in parabolis non inuenientur:

*sed creaturam æui confirmabunt: & deprecatio illorum in operatione artis 'accommodantes animã suam, & 'conquirentes' in lege Altissimi.

CAP. XXXIX.

*SApientiam omnium antiquorũ exquiret 'sapiens', & in prophetis vacabit. *Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarũ simul introibit. *Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur. *In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. *In terram alienigenarum gentium pertransiet. bona enim & mala in 'omnibus' tentabit. *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. *Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. *Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum: *& ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Domino. *' Et ipse diriget consiliũ eius & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur.

*Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamẽti Domini gloriabitur. *Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsque in seculum non delebitur. *Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem. *Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit ecclesia. *Si permanserit, nomen derelinquet plus quã mille: & si requieuerit, proderit illi. *Adhuc consiliabor, vt enarrẽ: vt furore enim repletus sum. *' In voce dicit', Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plãtata super riuos aquarum fructificate. *Quasi Libanus odorem suauitatis habete. *Florete flores, quasi lilium, & date odorẽ, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite Dominũ in operibus suis.

*Date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis, & sic dicetis in confessione,

*' Opera Domini vniuersa bona valde.

*' In verbo eius stetit aqua, sicut congeries: & in sermone oris illius, sicut exceptoria aquarum: *quoniam in præcepto ipsius 'placor' fit, & non est minoratio in salute ipsius. *Opera omnis carnis coram illo, & non est quicquam abscondi-

tum ab oculis eius. *A seculo vsq. in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius. *Non est dicere, Quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim in tempore suo quærentur. *Benedictio illius quasi 'fluuius 'inundabit': *& quo modo cataclysmus aridam inebriauit.

Sic ira ipsius gentes quæ non exquisierunt eũ, hæreditabit: *' quo modo conuertit aquas 'in siccitatem', & siccata est terra. Et viæ illius 'viis illorum' directæ sunt: sic peccatoribus offensiones in ira eius. *Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis 'bona & mala. *' Initiũ necessariæ rei vitæ hominũ, aqua, ignis, & ferrum, 'sal', lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & vestimentum. *Hæc omnia sanctis in bona, sic & impiis & peccatoribus in mala conuertentur. *Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua: *in tempore consummationis effundent virtutem: & furorem eius qui fecit illos, 'confundent'. *' Ignis, grando, 'fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt. *bestiarum dentes, & scorpij, & serpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios. *In mandatis eius 'epulabuntur', & super terram in 'necessitate' præparabuntur, & in temporibus suis non præterient verbum. *Propterea ab initio confirmatus sum, & 'consiliatus sum & cogitaui', & *'' scripta' dimisi. *' Omnia opera Domini bona, & omne opus hora sua 'subministrauit'.

*Non est dicere, Hoc illo nequius est: omnia enim in tempore suo comprobabuntur. *Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Dñi.

CAP. XL.

OCcupatio magna creata est omnib. hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ, in matrem omnium. *Cogitationes eorum, & timores cordis, adinuentio expectationis, & dies finitionis: *'' residentes' super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra & cinere: *ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum qui operitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans, & cõtentio, *& in tempore refectionis in cubili somnus 'noctis' immutat scientiam eius. *Modicum tanquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectus'. *Conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui euaserit in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullũ timorem: *cum omni carne, ab homine vsq. ad pecus, & super peccatores septuplũ. *' Ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones, fames, & contritio, & flagella:

*super iniquos creata sunt hęc omnia, '& propter illos factus est cataclysmus. *' Omnia enim' quæ de terra sunt, in terram conuertentur, & 'omnes aquæ' in mare conuertentur. *Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in seculũ stabit. *Substantiæ iniustorum sicut fluuius 'siccabuntur', & sicut tonitruum magnum in pluuia 'personabunt'. *In aperiendo manus suas, lætabitur: sic præuaricatores in cõsummatione tabescent.

*Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ '' sonant'. *Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur. *Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet. *' Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur, & 'in ea' inuenies' thesaurum. *Filij, 'ædificatio ciuitatis 'cõfirmabit' nomen, & super 'hanc' mulier immaculata computabitur. *Vinum & musica lætificant cor: & super vtraq. dilectio sapientiæ. *' Tibiæ' & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraq. lingua suauis. *Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hoc virides sationes. *Amicus & sodalis in tempore conuenientes, & super vtrosque mulier cum viro. *Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit. *Aurum & argentum 'est constitutio pedum': & super

Ecclus. 38,21 — 1 MS. Vt illo c. — Sapientia scribæ c. — Qua sapientia replebitur, qui MS. G.Q.n. — signacula MS.R. Rab. — sculpturas signaculum c. — in perfectionem MS.Rab. 6. — Accommodantes an.&c. 2 MS. — accommodantis 2 MS. G.Q.n. — conquirens c. -G. — Gen.7,27. inundauit Rab. G. — Ecc.14,21. -7 MS. Rab.Q.n. — spis c. — o. — Sap.29,28. — 1 MS.G. Inf.42,9. Ecc.9,23. 4 Re 6,25. Ier.24,10. — placabunt 1 MS.G. — præsidente MS.R. — Confidente G. — hominibus MS. Rab. G. — terræ Rab. G. — Ecce c. — Ecce MS. -1 MS. Q.n. — scripturæ c. Gen.1,31. — subministrabit 4 MS.Rab. R.G. — Gen.1,31. Matth.Gen.1. — placor MS.Rab. placabilis c. — constabuntur c. — necessitatem 4 MS.Gq. non c. non alis χρείας sed eis χρεῖ-ος legunt. ὧν ὁ ἐγγρα-φεὺς ἔγρα-ψεν. in 2 MS.G. — siccabitur 4 MS. — personabit MS. — manabunt 5 MS.Rab. Q.n. — sonabit MS. -G. — super vtraque inuenient c. — inueniet MS.Rab. & G. — confirmauit MS.Rab. — confirmant G. — hæc Rab. — vtraque G.q. — Tibia 4 MS.Rab. G. — constituet pede MS.Rab. — cõstituit pedem 2 MS. — statuent pedem c. — 1 Tim.6,6.

ἐυδοκιμήσατε. victus o. βίος. vtrunq. consilium 'beneplacitum'. *Facultates & 'virtutes' exaltant cor, & super hæc timor Domini. *Non est in timore Domini minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium. *Timor Domini sicut paradisus benedictionis, & super omnẽ gloriam operuerunt illum.

ἐγκαταλίν. *Fili, in tempore vitę tuæ ne 'indigeas'. melius est enim mori, quàm 'indigere'.

*Vir respiciens in mensam alienã, non est vita eius in cogitatione victus. alit enim animam suam cibis alienis. *Vir autem disciplinatus, & eruditus custodiet se. *In ore 'imprudentis' 'condulcabitur' inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

CAP. XLI.

OMors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis: *viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, *& adhuc valenti accipere cibum! *O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili 'qui perdit sapientiam'. *Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni: *& 'quid superueniet tibi' in beneplacito Altissimi? siue decem, siue centum, siue mille anni. *Non est enim in inferno accusatio vitæ. *Filij abominationum fiunt filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum. *Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij. *De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio. *Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini Altissimi. *Et si nati fueritis, in 'maledictione' nascemini: si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. *'Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur: sic impij à maledicto in perditionem. *Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur. *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni.

*& qui perdidit patientiam G.

*quæ superueniẽt tibi MS. R. Rab. *qui superueniẽt tibi MS. *quid superueniet 3 MS. *quid renuis G.

maledictionem c.

Sup.40,11.

*Bonæ vitæ numerus dierũ: bonum autem nomen permanebit in æuum.

*Disciplinam in pace conseruate filij. 'sapientia enim abscondita, & thesaurus 'inuisus', quæ vtilitas in vtrisque?

*Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam. *Veruntamen 'reuertimini' in his quæ procedunt de ore meo. *Non est enim bonum omnem 'irreuerentiam' obseruare: & non omnia omnibus bene placent in fide. *Erubescite à patre & à matre de fornicatione: & à præsidente & à potente de mendacio: *à principe & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: *à socio & amico de iniustitia: & 'de' loco in quo habitas: *De furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti: *à salutantibus de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione vultus cognati. *Ne auertas faciem à proximo tuo', & ab auferendo partem & non restituendo. *Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. **Ab amicis de sermonibus improperij: & cùm dederis, ne improperes.

Ecclus.3,5 Deut.5, 16,17. Prou.2,2. Iacob.4.

c. ἀπὸ τῶν MS.G.

Cor MS.G.

CAP. XLII.

NOn duplices sermonem auditus, de reuelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione, & inuenies gratiam in conspectu omnium hominum: ne pro his omnibus confundaris. '& ne accipias personam, vt delinquas. *De lege Altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium, *de verbo sociorum & viatorum, & de datione hæreditatis amicorum, *de æqualitate stateræ & ponderum, de acquisitione multorum & paucorum, *de 'corruptione' emptionis & negotiatorum, & de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanguinare. *Super mulierem nequam bonum est 'signum'. *Vbi manus multæ sunt, claude, & quodcunq. trades, numera, & appende: datum verò, & acceptum omne describe. *De disciplina insensati & fatui, & de se-

Leuit.19 Deut.1,17. Prou.24,23. Ecclus.7,6.

corruptione MS.G.

signum c.

de senioribus qui iudicantur ab adolescentibus: & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium 'virorum'. *Filia 'patris' abscondita est vigilia, & solicitudo eius aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua 'adultera' efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: *nequando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis grauida inueniatur: ne fortè cum viro commorata transgrediatur, aut certè sterilis efficiatur. *Super filiam luxuriosam cõfirma custodiam: ne quãdo faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & cõfundat te in multitudine populi. *Omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari. *de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. *Melior est 'enim' iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium. *Memor ero igitur operum Domini, & quæ vidi annuntiabo in sermonibus Domini opera eius. *Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenũ est opus eius. *Nõnne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ cõfirmauit Dñs omnipotens stabilire in gloria sua? *Abyssum, & cor hominum inuestigauit: & in astutia eorũ excogitauit. *Cognouit enim Dñs omnem scientiã, & inspexit in signum æui, annuntians quæ præterierũt & quæ superuentura sunt, reuelans vestigia occultorum. *Non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se à eo vllus sermo. *Magnalia sapientiæ suæ decorauit: qui est ante seculum & vsque in seculum, *neque adiectum est, neque minuitur, & non eget alicuius consilio. *Quàm desiderabilia omnia opera eius, & tanquam 'scintillam' quæ est considerare! *Omnia hæc viuunt, & manent in seculum, & in omni necessitate omnia obaudiunt ei. *'Omnia duplicia, vnum contra vnũ, & non fecit quicquam deesse. *Vniuscuiusque confirmauit bona. Et quis satiabitur videns gloriam eius?

virorum c. patri o. adulter a o.

Sup.26,15.

scintillam MS.

Sup.33,15.

CAP. XLIII.

ALtitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species cæli in visione gloriæ. *Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile opus excelsi. *In meridiano exurit terrã, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris. *tripliciter sol exurens mõtes, radios igneos exufflans & refulgens, radiis suis obcæcat oculos. *Magnus Dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter. *Et luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signum æui. *A luna signum diei festi, luminare quod minuitur in cõsummatione. *Mensis secundum nomen eius est crescens mirabiliter in 'consummatione' 'mensis'. *Vas castrorum in excelsis, in firmamento cæli resplendens 'gloriose'. *Species cæli gloria stellarũ, 'mundum' illuminans in excelsis 'Dominus'. *In verbis 'sanctis' stabũt ad iudicium, & non 'deficient' in vigiliis suis. *Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum: valde speciosus est in splẽdore suo. *Gyrauit cælum in circuitu gloriæ suæ, manus excelsi aperuerunt illum. *Imperio suo accelerauit niuem, & accelerat coruscationes emittere iudicij sui. *Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ sicut aues. *In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis. *In 'conspectu eius commouebuntur mõtes, & in voluntate eius aspirauit Notus. *Vox tonitrui eius 'verberauit' terram, tẽpestas aquilonis, & cõgregatio spiritus: *'& sicut auis deponens ad sedendum, 'aspergit' niuem, & sicut locusta demergens descensus eius. *Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & super imbrem eius expauescit cor. *Gelu sicut salem 'effundet' super terram: & dum 'gelauerit' fiet tamquam 'cacumina' tribuli. *Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua, super omnẽ congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis. *Et deuorabit montes, & exuret desertum, & extin-

Gen.9,13.

ὀπτασία.

exprobrabit 3 MS. Rab. G q.Q.n. MS. Rab. G. dispergit. I MS.G.

effundit I MS.G. flauerit o. acumina 3 MS. Rab.Q.n.

& extinguet, viride sicut ignem'. [24] Medicina omnium in festinatione nebulæ: & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum'. [25] In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit illum Dominus IESVS. [26] Qui nauigant mare, enarrant pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimur'. [27] Illic præclara opera, & mirabilia: varia bestiarũ genera, & omnium pecorum, & creatura beluarum. [28] Propter ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone eius composita sunt omnia. [29] Multa dicemus, & deficiemus in verbis; consummatio autem sermonũ, ipse est in omnibus. [30] Gloriãtes ad quid valebimus? ipse enim omnipotẽs super omnia opera sua. [31] Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius. [32] Glorificantes Dñm quantumcumque potueritis, superalebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius'. [33] Benedicentes Dñm, exaltate illum quantum potestis. maior enim est omni laude. [34] Exaltãtes eum replemini virtute. Ne laboretis: non enim cõprehendetis'. [35] Quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio? [36] Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius. [37] Omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam.

ighe MS. Rab. -ere. ardori MS. Rab. ab ardore exhilarabit G. periculum MS. Rab. G. admiramur MS. Rab. G. Psal. 46,3. 95,4. -Rab. -1 MS. -2 Q. n. peruenietis MS. habebitis 2 MS. Rab. Psal. 105, 2. vidit MS. e.

CAP. XLIIII.

LAudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua'. [1] Multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua à ſeculo. [2] Dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute, & prudentia ſua præditi, nuntiantes in prophetis dignitatẽ prophetarum, [3] & imperantes in præſenti populo, & virtute prudentiæ populis ſanctiſſima verba. [4] In peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina ſcripturarum'. [5] Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes: pacificantes in domibus ſuis. [6] Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus [7] ſuis habentur in laudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: [8] & ſunt quorum non eſt memoria: perierunt quaſi qui non fuerint, & nati ſunt, quaſi non nati, & [9] filij ipſorum cum ipſis. [10] Sed illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt': [11] cum ſemine eorum permanent bona, [12] hæreditas ſancta nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum': [13] & filij eorum propter illos vſque in æternum manent: ſemen eorum & gloria eorum non derelinquetur. [14] Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuit in generationem & generationem. [15] Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciet eccleſia. [16] Henoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam. [17] Noë inuentus eſt perfectus iuſtus, & in tempore iracũdiæ factus eſt reconciliatio: [18] Ideo dimiſſum eſt reliquum terræ, cùm factum eſt diluuium. [19] Teſtamenta ſeculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio omnis caro. [20] Abrahã magnus pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria, qui conſeruauit legem Excelſi, [21] & fuit in teſtamento cum illo. In carne eius ſtare fecit teſtamentum, & in tentatione inuentus eſt fidelis. [22] Ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente ſua, creſcere illũ quaſi terræ cumulum, [23] & vt ſtellas exaltare ſemen eius, & hæreditare illos à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos terræ. [24] Et in Iſaac eodẽ modo fecit propter Abraham patrem eius. [25] Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & teſtamentum confirmauit ſuper caput Iacob. [26] Agnouit eum in benedictionibus ſuis, & dedit illi hæreditatem, & diuiſit illi partẽ in tribubus duodecim. [27] Et conſeruauit illi homines miſericordiæ, inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

generationem e. potentatibus MS. regnis G. -3 MS. -2 MS. Rab. G. in dignitate 3 MS. Q. n. consilius G. populi MS. G. prudentia MS. pueritia MS. R. Rab. ætatibus in scriptura 3 MS. G q. pietas nõ defuit 1 MS. pietas nõ defuit 1 MS. pietates non defuerunt MS. -MS. Rab. -G. -MS. Q. n. & nepotum illorũ semen in testitutit MS. G. Q. n. narrant MS. nuntiat MS. Ecclus 44,22. Gen 5,22. Heb 11,5. Ge 6,9. 7,1 Heb 11,7. ipsorum MS. Gen 7,23. Gen 12,3. Gen 17,5. Gen 22,17. Gal 3,8. Heb 11,8. Gen 22,18. semen 16 MS. Rab. Q. n.

CAP. XLV.

DIlectus Deo & hominibus Moyſes, cuius memoria in benedictione eſt. [1] Eccli 46,1.

CAP. XLV. ECCLESIASTICI. CAP. XLVI.

ne eſt. [2] Similem illum fecit in gloria ſanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis ſuis monſtra placauit. [3] Glorificauit illum in conſpectu regum, & iuſſit illi coram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam. [4] In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. [5] Audiuit enim eum, & vocẽ ipſius, & induxit illum in nubem. [6] Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & diſciplinæ docere Iacob teſtamentum ſuum, & iudicia ſua Iſraël. [7] Excelſum fecit Aaron fratrem eius, & ſimilem ſibi de tribu Leui. [8] Statuit ei teſtamentum æternum, & dedit illi ſacerdotium gentis: & beatificauit illum in gloria, [9] & circumcinxit eum zona gloriæ, & induit eum ſtolam gloriæ, & coronauit eum in vaſis virtutis. [10] Circumpedes & femoralia, & humerale poſuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, [11] dare ſonitum in inceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo in memoriam filiis gentis ſuæ. [12] Stola ſancta, auro, & hyacintho, & purpura, opus textile, viri ſapientis, iudicio & veritate præditi: [13] Torto cocco opus artificis, gemmis pretioſis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarij ſculptis in memoriam ſecundũ numerum tribuum Iſraël. [14] Coronam auream ſuper mitram eius expreſſam ſigno ſanctitatis: & gloria honoris, & opus virtutis, deſideria oculorum ornata. [15] Sic pulchra ante ipſum non fuerunt talia vſque ad originem. [16] Non eſt indutus illa alienigena aliquis, ſed tantùm filij ipſius ſoli; & nepotes eius per omne tempus. [17] Sacrificia ipſius conſumpta ſunt igne quotidie. [18] Compleuit Moyſes manus eius, & vnxit illum oleo ſancto. [19] Factum eſt illi in teſtamentum æternum, & ſemini eius ſicut dies cæli, fungi ſacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum ſuum in nomine ſuo. [20] Ipſum elegit ab omni viuente, offerre ſacrificium Deo, incenſum, & bonum odorem, in memoriam placare pro populo ſuo: [21] & dedit illis in præceptis ſuis poteſtatem, in teſtamentis iudiciorum, docere Iacob teſtimonia, & [22] in lege ſua lucem dare Iſraël. Quia contra illum ſteterunt alieni, & propter inuidiam circumdederunt illum homines in deſerto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia. [23] Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & conſumpti ſunt in impetu iracundiæ. [24] Fecit illis monſtra, & conſumpſit illos in flamma ignis. [25] Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum terræ diuiſit illi. [26] Panem ipſis in primis parauit in ſatietatem: nam & ſacrificia Domini edent, quæ dedit illi, & ſemini eius. [27] Cæterùm in terra gentes non hæreditabit, & pars non eſt illi in gente: ipſe eſt enim pars eius, & hæreditas. [28] Phinees filius Eleazari tertius in gloria eſt, [29] imitando eum in timore Domini: & ſtare in reuerentia gentis: in bonitate & alacritate animæ ſuæ placuit Deo Iſraël. [30] Ideò ſtatuit illi teſtamentum pacis, principem ſanctorum & gentis ſuæ, vt ſit illi & ſemini eius ſacerdotij dignitas [31] in æternum. Et teſtamentum Dauid regi filio Ieſſæ de tribu Iuda, hæreditas ipſi & ſemini eius, vt daret ſapientiam in cor noſtrum iudicare gentem ſuam in iuſtitia: ne abolerentur bona ipſorum, & gloriam ipſorum in gentem eorum æternam fecit.

Exo 7,9.10. Nu 12,3-7. Heb 3,5. -6 MS. Rab. G. -2 MS. Q. n. Exo 19,& 20. corum præcepta MS. G. Exo 4,14. Exo 28,3. iustitiæ MS. Pro Tribu G. fecit. Circumpedilibus MS. impoſuit ei MS. -G. Scolam sanctam MS. Rab. -d MS. G. illi 3 MS. R. Rab G. ipsius MS. R. Rab. -G. gens MS. gentis G. Num. 25,7. 1 Ma. 2,54 in Rab. G. plavauit pro G.

CAP. XLVI.

FOrtis in bello Ieſus Naue ſucceſſor Moyſi in prophetis, qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum, [2] maximus in ſalutem electorum Dei, expugnare inſurgentes hoſtes, vt conſequeretur hæreditatem Iſraël. [3] Quam gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas, & iactando contra ciuitates romphæas? [4] Quis ante illum ſic reſtitit? Nam hoſtes ipſe Dominus perduxit: [5] Aut non in iracundia eius impeditus eſt Sol, & vna dies facta eſt quaſi duo? [6] Inuocauit Altiſſimum potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit illum magnus & ſanctus Deus in ſaxis grandinis virtutis valde fortis. [7] Impe-

prophetis G. -G. ſalute MS. G. Num. 16,1. 26,9. percuſſit MS. q. Rab. Ioſ. 10,14. An MS.

tum fecit contra gentem hostilem, & in descensu perdidit contrarios, ut cognoscant gentes potentiam eius, quia contra Deum pugnare non est facile. Et secutus est à tergo potentes, & in diebus Moysi misericordiam fecit ipse & Caleb filius Iephone, stare contra hostem, & prohibere gẽtem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. Et ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt à numero sexcentorum millium peditum, inducere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac & mel. Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & vsq. in senectutẽ permãsit illi virtus, vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatem: vt viderent omnes filij Israël quia bonum est obsequi sancto Deo. Et iudices singuli suo nomine, quorũ non est corruptum cor, qui non auersi sunt à Domino, vt sit memoria illorũ in benedictione, & ossa eorum pullulent de loco suo, & nomen eorũ permaneat in æternum, permanens ad filios illorum sanctorum virorum gloria. Dilectus à Dño Deo suo Samuel propheta Dñi, renouauit imperium, & vnxit principes in gente sua.

In lege Domini congregationem iudicauit, & vidit Deum Iacob, & in fide sua probatus est propheta. Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis, & inuocauit Dominum omnipotentem, in oppugnando hostes circumstantes vndique in oblatione viri inuiolati. Et intonuit de cælo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocem suam, & contriuit principes Tyriorum, & omnes duces Philisthiim: Et ante tempus finis vitæ suæ & seculi, testimonium præbuit in conspectu Domini, & Christi, pecunias & vsque ad calciamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo. Et post hoc dormiuit, & notũ fecit regi, & ostendit illi finẽ vitæ suæ, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

CAP. XLVII.

POst hæc surrexit Nathan propheta in diebus Dauid. Et quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filiis Israël. Cum leonibus lusit quasi cum agnis: & in vrsis similiter fecit sicut in agnis ouium in iuuentute sua. Nunquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente? In tollendo manum in saxo fundæ deiecit exultationem Goliæ, vbi inuocauit Dominum omnipotentem, & dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis suæ. Sic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriæ. contriuit enim inimicos vndique, & extirpauit Philistiim cõtrarios vsque in hodiernũ diem: contriuit cornu ipsorum vsque in æternum. In omni opere dedit confessionem Sancto, & Excelso in verbo gloriæ. De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam. & stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsque ad cõsummationem vitæ, vt laudarent nomen sanctum Domini, & amplificarent manè Dei sanctitatem. Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius: & dedit illi testamentum regum, & sedem gloriæ in Israël. Post ipsum surrexit filius sensatus, & propter illũ deiecit omnem potẽtiam inimicorum. Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum, quemadmodum eruditus est in iuuentute sua. Et impletus, est quasi flumen sapientia, & terram retexit anima sua. Et replesti in comparationibus ænigmata: ad insulas lõgè diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua. In cantilenis & prouerbiis, & comparationibus, & interpretationibus miratæ sunt terræ; & in nomine Domini Dei, cui est cognomen, Deus Israël. Collegisti quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum compleſti argentum, & inclinasti femora tua

tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum, inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris stultitiam tuam, vt faceres imperium bipartitum, & ex Ephraim imperare imperium durum. Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet, nec delebit opera sua, neque perdet à stirpe nepotes electi sui: & semen eius qui diligit Dominum, non corrumpet. Dedit autem reliquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe. Et finem habuit Salomon cum patribus suis. Et dereliquit post se, de semine suo, gentis stultitiam, & imminutum à prudentia, Roboam, qui auertit gentem consilio suo: & Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israël, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorũ. Valde auerterunt illos à terra sua. Et quæsiuit omnes nequitias, vsque dum perueniret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos.

CAP. XLVIII.

ET surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem, & imitantes illum inuidia sua, pauci facti sunt, non enim poterãt sustinere præcepta Domini. Verbo Domini continuit cælum, & deiecit à se ignem terræ. sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui sustuliſti mortuum ab inferis, de sorte mortis, in verbo Domini Dei. Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti facilè potentiam ipsorũ, & glorioſos de lecto suo. Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis. Qui vngis reges ad pœnitẽtiam, & prophetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. Qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini: conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt.

nam nos vita viuimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Elias qui in turbine tectus est, & in Eliseo cõpletus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum. nec superauit illum verbum aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. In omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis vsque dum eiecti sunt de terrá sua, & dispersi sunt in omnem terram. & relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo: alij autem multa cõmiserũt peccata. Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rabsacen, & sustulit manũ suam contra illos, & extulit manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua. Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt quasi parturientes mulieres. Et inuocauerunt Dominum misericordem, & expandẽtes manus suas, extulerunt ad cælum: & sanctus Dominus Deus audiuit citò vocem ipsorum. Non est commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis suis, sed purgauit eos in manu Isaiæ sancti prophetæ. Deiecit castra Assyriorum, & contriuit illos angelus Domini. nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter iuit in via Dauid patris sui, qua mandauit illi Isaias propheta magnus, & fidelis in conspectu Dei. In diebus ipsius retrò rediit Sol, & addidit regi vitam. Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes in Sion, vsque in sempiternum. Ostendit futura & abscondita antequam euenirent.

CAP. XLIX.

MEmoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini.

*Ipse est directus diuinitus in pœnitentia gẽtis, & tulit abominationes impietatis. *Et gubernauit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorũ corroborauit pietatem. *Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum cõmiserunt: *nam reliquerunt legem Altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem Dei. *Dederunt enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ genti. *Incenderunt electam sanctitatis ciuitatẽ, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremiæ. *Nam malè tractauerunt illum, qui à ventre matris cõsecratus est propheta, euertere & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare. *Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ, quam ostẽdit illi in curru Cherubim. *Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostenderunt rectas vias.

*Et duodecim prophetarum ossa pullulẽt de loco suo. nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis.

*Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signũ in dextera manu Israël: *Et Iesum filium Iosedec? qui in diebus suis ædificauerũt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratũ in gloriam sempiternam.

*Et Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras. *Nemo natus est in terra qualis Henoch. nam & ipse receptus est à terra. *Et Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi: *& ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt.

*Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt: &, super omnem animam, in origine, Adam.

CAP. L.

SImon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulcit domum, & in diebus suis corroborauit templum.

*Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & excelsi parietes templi. *In diebus ipsius ema-

nauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. *Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. *Qui prævaluit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis: & ingressum domus & atrij amplificauit. *Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. *Et quasi Sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.

*Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. *Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. *Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum cõsummatione virtutis. *In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. *In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram. *Circa illum corona fratrum: & quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua. *Oblatio aũt Dñi in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israël. & consummationem fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis *porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ.

*Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi. *Tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo. *Tunc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum Deum suum, & dare preces omnipotenti Deo excelso. *Et amplificauerunt psallentes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus. *Et rogauit populus Dominum excelsum in prece, vsquedum perfectus est honor Domini, & munus suum perfecerunt.

*Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israël

Israël dare gloriam Deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari: *& iterauit orationẽ suam, volens ostendere virtutem Dei. *Et plus orauit Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscum secundùm suam misericordiam, *det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israël per dies sempiternos: *credere Israël nobiscum esse Dei misericordiam, vt liberet nos in diebus suis. *Duas gentes odit anima mea; tertia autem non est gens quã oderim: *qui sedent in monte Seir, & Philisthiim: & stultus populus qui habitat in Sichimis. *Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo.

*Beatus qui in istis versatur bonis. qui *ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. *Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit. quia lux Dei, vestigium eius est.

Oratio Iesu filij Sirach.

CAP. LI.

COnfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorẽ meum.

*Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, *& liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. *Et liberasti me secundùm multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad escam. *de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum quæ circundederunt me: *à pressura flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. *De altitudine vẽtris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. *Laudabit vsq. ad mortem anima mea Dominum, *& vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. *Circundederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. *Memoratus sum misericordiæ tuæ Domine, & cooperationis tuæ

quæ à seculo sunt. *quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium. *Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum. *Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio. *Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. *Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. *Propterea confitebor & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini. *Cùm adhuc iunior essem, priusquam oberrarem, quæsiui sapientiã palàm in oratione mea. *Ante templum postulabam pro illa, & vsque in nouissimis inquiram eam, & florebit tamquam præcox vua. *Lætatum est cor meum in ea. ambulauit pes meus iter rectum, à iuuentute mea inuestigabam eam. *Inclinaui modicè aurem meam, & excepi illam. *Multam inueni in meipso sapientiam, & multum profeci in ea. *Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. *Consiliatus sum enim vt facerẽ illam: zelatus sum bonum, & non confundar. *Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum. *Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit. *Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam. *Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar. *Venter meus conturbatus est quærendo illam: propterea bonam possidebo possessionẽ. *Dedit enim mihi Dominus linguam mercedẽ meam: & in ipsa laudabo eum. *Appropiate ad me indocti, & cõgregate vos in domum disciplinæ. *quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehementer. *Aperui os meum, & locutus sum, Comparate vobis sine argento, *& collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam. in proximo est enim inuenire eam. *Videte oculis vestris quia modicum laboraui,

& inueni mihi multam requiem. [36] *Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea. [37] *Lætetur anima vestra in misericordia 'eius', & non confundemini in laude 'ipsius'. [38] *Operamini opus vestrũ ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

PROPHETIA ISAIÆ.

CAP. I.

[1] VISIO Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam & Ierusalem in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda. [2] *Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est, Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. [3] *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israël autem 'me' nõ cognouit, & populus meus non intellexit. [4] *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, filiis sceleratis, dereliquerunt Dñm, blasphemauerunt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum. [5] *Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens. [6] *A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. vulnus, & liuor, & plaga tumens: non est circumligata, nec curata medicamine, nèque fota oleo. [7] *Terra vestra deserta: ciuitates vestræ succensæ igni: regionem vestram coram vobis alieni deuorant: & desolabitur sicut in vastitate hostili. [8] *Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tuguriũ in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. [9] *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, 'quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. [10] *Audite verbũ Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ. [11] *Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? 'plenus sum. holocausta arietum & adipem 'pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. [12] *Cùm 'veniretis' ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atriis meis? ne 'afferatis' vltrà sacrificiũ frustra: incensum abominatio est mihi. [13] *Neomeniã, & sabbatum, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri: [14] *calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. [15] *Et cùm extenderitis manus vestras, auertã oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam. 'manus enim' vestræ sanguine plenæ sunt. [16] *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè, [17] *discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. [18] *Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana 'alba' erunt. [19] *Si volueritis, & audieritis 'me', bona terræ comedetis. [20] *Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Domini locutũ est. [21] *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. [22] *Argentum tuum versum est in scoriã: vinum tuum mistum est aqua. [23] *Principes tui 'infideles', socij furum. omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. 'Pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad illos. [24] *Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israël, Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. [25] *Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum. [26] *Et restituam iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. [27] *Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia: [28] *& conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum, consumentur. [29] *Confundentur enim ab idolis quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis quos elegeratis, [30] *cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua. [31] *Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrunque simul, & non erit qui extinguat.

CAP. II.

[1] VERBũ quod vidit Isaias filius Amos super Iudam & Ierusalem. [2] *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes. [3] *Et ibunt populi multi, & dicent, Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. [4] *Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium. [5] *Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. [6] *Proiecisti enim populum tuum domum Iacob: quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philisthiim, & pueris alienis adhæserunt. [7] *Repleta est terra *argento & auro: & non est finis thesaurorum eius: [8] *& repleta est terra eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eius idõlis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. [9] *Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. [10] *Ingredere in petram, & abscondere in fossã humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. [11] *Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in die illa. [12] *Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. [13] *Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan. [14] *Et super omnes montes excelsos, & [15] super omnes colles eleuatos. *Et super omnem turrim excelsam, & super [16] omnem murum munitum: *Et super omnes naues Tharsis, & super omne [17] quod visu pulchrum est. *Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum: & eleuabitur [18] Dominus solus in die illa. *Et idôla [19] penitus conterentur. *[1] & introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit [20] percutere terram. *In die illa proiiciet homo idôla argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas & vespertiliones. [21] *Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere

cutere terram. *Quiescite ergo ab ho- 22
mine cuius spiritus in naribus eius est:
quia excelsus reputatus est ipse.

CAP. III.

ECce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem & à 1
Iuda validum & fortem, omne robur
panis, & omne robur aquæ: *fortem, 2
& virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem: *Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. *Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. *Et irruet populus, vir ad vi- 3
rum, & vnusquisque ad proximum
suũ: tumultuabitur puer contra senem,
& ignobilis contra nobilem. *Appre- 4
hendet enim vir fratrem suum domesti-
cum patris sui, *Vestimentum tibi est, 5
princeps esto noster, ruina autem hæc
sub manu tua. *Respondebit in die illa, 6
dicens, Non sum medicus, & in domo
mea non est panis, neque vestimentum:
nolite constituere me principem populi.
*Ruit enim Ierusalem, & Iudas con- 8
cidit: quia lingua eorum & adinuentio-
nes eorum contra Dominum, vt prouo-
carent oculos maiestatis eius. *Agni- 9
tio vultus eorum respondit eis: & pecca-
tum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala.
*Dicite iusto quoniam bene, quo- 10
niam fructum adinuentionum suarum
comedet. *Væ impio in malum: retri- 11
butio enim manuum eius fiet ei. *po- 12
pulum meũ exactores sui spoliauerunt,
& mulieres dominatæ sunt eis. Populo
meus, qui te beatum dicunt, ipsi te de-
cipiunt, & viam gressuum tuorum dissi-
pant. *'Stat ad iudicandum Dominus, 13
& stat ad iudicandos populos. *Do- 14
minus ad iudicium veniet cum senibus
populi sui, & principibus eius: vos enim
depasti estis vineam*, & rapina pauperis
in domo vestra. *Quare atteritis pō- 15
pulum meum, & facies pauperum com-
molitis, dicit Dominus Deus exerci-
tuum? *Et dixit Dominus, Pro eo quòd 16
eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt
extento collo & nutibus oculorum,
ibant & plaudebant, ambulabant, &
pedibus suis composito gradu incede-
bant: *Decaluabit Dominus verticem 17
filiarum Sion, & Dominus crinem ea-
rum nudabit. *In die illa auferet Do- 18
minus ornamentum calceamentorum,
& lunulas, *& torques, & monilia, & 19
armillas, & mitras, & discriminalia, &
periscelidas, & murenulas, & olfacto-
riola, & inaures, *& annulos, & gem- 20
mas *in fronte pendentes, *& mu- 21
tatoria, & palliola, & linteamina, & acus, 22
*& specula, & sindones, & vittas, & 23
theristra. *Et erit pro suaui odore fœ- 24
tor, & pro zona funiculus, & pro cri-
spanti crine caluitium, & pro fascia pe-
ctorali cilicium. *Pulcherrimi quo- 25
que viri tui gladio cadent, & fortes
tui in prœlio. *Et mœrebunt atque lu- 26
gebunt portæ eius, & desolata in terra
sedebit.

CAP. IIII.

ET apprehendent septem mulieres 1
virum vnum in die illa, dicentes,
Panem nostrum comedemus, & vesti-
mentis nostris operiemur: tantummo-
do inuocetur nomen tuum super nos,
aufer opprobrium nostrum. *In 2
die illa erit germen Domini in magnifi-
centia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint
de Israël. *Et erit: omnis qui relictus 3
fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem,
sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est
in vita in Ierusalem. *Si abluerit Do- 4
minus sordes filiarum Sion, & sangui-
nem Ierusalem lauerit de medio eius in
*spiritu iudicij & spiritu ardoris. *Et 5
creabit Dominus super omnem locum
Mõtis Sion, & vbi inuocatus est, nubem
per diem, & fumum & splẽdorem ignis
flammãtis in nocte. super omnem enim
gloriam protectio. *Et tabernaculum 6
erit in vmbraculum diei ab æstu, & in se-
curitatem & absconsionem à turbine &
à pluuia.

CAP. V.

CAntabo dilecto meo canticum pa- 1
truelis mei vineæ suæ. 'Vinea facta
est dilecto meo in cornu filio olei. *Et 2
sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, &
plãtauit eam electam, & ædificauit tur-
rim in medio eius, & torcular extruxit
in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fe-
cit labruscas. *Nunc ergo habitatores 3
Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me
& vineam meam. *Quid est quod de- 4
bui vltrà facere vineæ meæ, & non feci
ei? an quod expectaui vt faceret vuas, &
fecit labruscas? *Et nunc ostendam vo- 5
bis quid ego faciam vineæ meæ, auferam
sepem eius, & erit in direptionem: di-
ruam maceriam eius, & erit in concul-
cationem. *'Et ponam eam desertam: 6
non putabitur, & non fodietur: & ascen-
dent *vepres & spinæ: & nubibus man-
dabo ne pluant super eam imbrem.
*Vinea enim Domini exercituum, 7
domus Israël est: & vir Iuda, germen eius
delectabile: & expectaui vt faceret iudi-
cium, & ecce iniquitas: & iustitiam, &
ecce clamor. *Væ, qui coniungitis do- 8
mum ad domum, & agrum agro copu-
latis vsque ad terminum loci. nunquid
habitabitis vos soli in medio terræ? *In 9
auribus meis sunt 'hæc, dicit Dominus
exercituum; Nisi domus multæ desertæ
fuerint grandes & pulchræ, absque habi-
tatore. *Decem enim iugera vinearum 10
facient lagunculam vnam, & triginta
modij semẽtis facient modios tres. *Væ, 11
qui consurgitis manè ad ebrietatem se-
ctandam, & potandum vsque ad vespe-
ram, vt vino æstuetis. *Cithara, & lyra, 12
& tympanum, & tibia, & vinum in con-
uiuijs vestris: & opus Domini non respi-
citis, nec opera manuum eius consideratis. *Propterea captiuus ductus est po- 13
pulus meus, quia non habuit scientiam,
& nobiles eius interierunt fame, & mul-
titudo eius siti exaruit. *Propterea di- 14
latauit infernus animã suam, & aperuit
os suum absque vllo termino: & descen-
dent fortes eius, & populus eius, & sub-
limes glorioſiq. eius ad eum. *Et incur- 15
uabitur homo, & humiliabitur vir, & o-
culi sublimium deprimentur. *Et ex- 16
altabitur Dñs exercituum in iudicio, &
Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.
*Et pascentur agni iuxta ordinem 17
suum, & deserta in hubertatẽ versa ad-
uenæ comedent. *Væ, qui trahitis ini- 18
quitatem in funiculis vanitatis, & quasi
vinculũ plaustri peccatum. *Qui dici- 19
tis, Festinet, & citò veniat opus eius, vt
videamus: & appropiet, & veniat consi-
lium sancti Israël, & sciemus illud. *Væ, 20
qui dicitis malum bonum, & bonum
malum: ponentes tenebras lucem, &
lucem tenebras: ponentes amarum in
dulce, & dulce in amarum. *'Væ, qui 21
sapientes estis in oculis vestris, & coram
vobismetipsis prudentes. *Væ, qui po- 22
tentes estis ad bibendum vinum, & viri
fortes ad miscendam ebrietatem. *Qui 23
iustificatis impium pro muneribus, &
iustitiam iusti aufertis ab eo. *Propter 24
hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis,
& calor flammæ exurit: sic radix eorum
quasi fauilla erit, & germen eorum vt
puluis ascẽdet. Abiecerunt enim legem
Domini exercituum, & eloquium sancti
Israël blasphemauerunt. *Ideò iratus 25
est furor Domini in populum suum, &
extẽdit manum suam super eum, & per-
cussit eum: & conturbati sunt montes,
& facta sunt morticina eorũ quasi ster-
cus in medio platearum. In his omnibus
non est auersus furor eius, sed adhuc ma- 26
nus eius extenta. *Et eleuabit signum
in nationibus procul, & sibilabit ad eum
de finibus terræ: & ecce festinus veloci- 27
ter veniet. *Non est deficiens, neque
laborans in eo. non dormitabit, neque
dormiet, neque soluetur cingulum re-
num eius, nec rumpetur corrigia calcea-
menti eius. *Sagittæ eius acutæ, & om- 28
nes arcus eius extenti. Vngulæ equorum
eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus
tempestatis. *Rugitus eius vt leonis, ru- 29
giet vt catuli leonum: & frendet, & te-
nebit prædam, & amplexabitur, & non
erit qui eruat. *Et sonabit super eum 30
in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus
in terram, & ecce tenebræ tribulatio-
nis, & lux obtenebrata est in caligine
eius.

CAP. VI.

IN anno quo mortuus est rex Ozias, vi- 1
di Dominum sedentem super solium
excelsum

*dicens MS.G.C. Verũ, in H. non exprimitur.

*Respondebitque MS.R. Hier.G. At ab H. & C. cõsentio non additur

*meam MS. Hier. G.C. Veritus, à R. & H. omittitur.

Apo.1,7.

Ier.2,21. Mat.21,33.

*hæc Domini exercituum 20 MS. Hier. Q.

*super eam MS. Hier. R.G. Veritus H. hæc additur.

Pro.3,7. Rom.12,16

excelſum & eleuatum: & ea quæ ſub ipſo erãt, replebant templum. [2] Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. [3] Et clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus ſanctus ſanctus Dominus Deus exercituũ, plena eſt omnis terrà gloria eius. [4] Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo. [5] Et dixi, Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habẽtis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis. [6] Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. [7] Et tetigit os meum, & dixit, Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. [8] Et audiui vocem Domini dicẽtis, Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me. [9] Et dixit, Vade, & dices populo huic, Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere. [10] Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua: & oculos eius claude: ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanẽ eum. [11] Et dixi, Vſque quo Domine? Et dixit, Donec deſolentur ciuitates abſque habitatore, & domus ſine homine: & terra relinquetur deſerta. [12] Et longè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ. [13] Et adhuc in ea decimatio, & cõuertetur, & erit in oſtenſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus quæ expandit ramos ſuos: ſemen ſanctum erit id quod ſteterit in ea.

& plena erat domus à maieſtate eius o. q. n.

clamabat MS. Hier. H. G q. dicebat MS. Hier. H. Textus autem, conformis eſt C. & G. Apo. 4, 8. 3 MS. Hier. H. G. C.

tetigit 3 MS. R. H. G.

Mat. 13, 14 Mar. 4, 12. Luc. 8, 10. Ioan. 12, 40. Act. 28, 26. Rom. 11, 8.

CAP. VII.

4 Re. 16, 5. ET factum eſt in diebus Achaz filij Ioatham, filij Oziæ regis Iuda, aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſraël, in Ieruſalem, ad prœliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam. [2] Et nuntiauerunt domui Dauid, dicentes, Requieuit Syria ſuper Ephraim, & commotum eſt cor eius, & cor populi eius: ſicut mouentur [3] ligna ſyluarum à facie venti. Et dixit Dominus ad Iſaiam, Egredere in occurſum Achaz tu, & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus, ad extremum aquæ ductus piſcinæ ſuperioris in via Agri fullonis. [4] Et dices ad eum, Vide vt ſileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium iſtorum in ira furoris Raſin regis Syriæ, & 6 M. Hier. H. & filij Romeliæ: [5] eò quòd conſilium inierit contra te Syria in malũ, Ephraim, [6] & filius Romeliæ, dicentes, Aſcendamus ad Iudam, & ſuſcitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filiũ Tabeel. [7] Hæc dicit Dñs Deus, Non ſtabit, & non erit [8] iſtud: ſed caput Syriæ Damaſcus, & caput Damaſci Raſin: & adhuc ſexaginta & quinque anni, & deſinet Ephraim [9] eſſe populus: & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credideritis, nõ permanebitis. [10] Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicẽs, [11] Pete tibi ſignum à Dño Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſuprà. [12] Et dixit Achaz, Non petam & non tentabo Dominum. [13] Et dixit, Audite ergo domus Dauid, Nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? [14] Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce, virgo cõcipiet & pariet filium, & Mat. 1, 23. Luc. 1, 31. vocabitis 11 MS. vocatis 11 MS. Hier. H. G. C. vocabitur nomẽ eius Emmanuel. [15] Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum. [16] Quia antequam ſciat puer reprobare malum, & eligere bonũ, derelinquetur terra quam tu deteſtaris à facie duorum regum ſuorum. [17] Adducet Dominus ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper domum patris tui dies qui non venerũt à diebus ſeparationis Ephraim à Iuda cum rege Aſſyriorum. [18] Et erit in die illa: ſibilabit Dominus muſcæ quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api quæ eſt in terra [19] Aſſur: & venient, & requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & [20] in vniuerſis foraminibus. In die illa radet

radet Dominus in nouacula conducta 4 Re. 19, 33 in his qui trans flumen ſunt; in rege Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam. [21] Et erit in die illa: nutriet homo vaccam boum, & duas oues, [22] & præ hubertate lactis comedet butyrum: butyrum enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ. [23] Et erit in die illa: omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in ſpinas & in vepres erunt. [24] Cum ſagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim & ſpinæ erunt in vniuerſa terra. [25] Et omnes montes qui in ſarculo ſarrientur, non veniet illuc terror ſpinarum & veprium, & erit in paſcua bouis, & in conculcationem pecoris.

CAP. VIII.

ET dixit Dominus ad me, Sume tibi librum grãdem, & ſcribe in eo ſtylo hominis, Velociter ſpolia detrahe, citò prædare. [2] Et adhibui mihi teſtes fideles Vriam ſacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ: [3] & acceſſi ad prophetiſſam, & concepit & peperit filium. Et dixit Dominus ad me, Voca nomen eius Accelera ſpolia detrahere, Feſtina prædari. [4] Quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum. [5] Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens, [6] Pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Raſin, & filium Romeliæ: [7] propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius: & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius, [8] & ibit per Iudam, inundans, & tranſiens vſque ad collum veniet. Et erit extenſio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuël. [9] Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuerſæ procul terræ: confortamini & vincimini, accingite vos & vincimini. [10] Inite conſilium, & diſſipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiſcum Deus. [11] Hæc enim ait Dominus ad me, Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi huius, [12] dicens, Non dicatis, coniuratio. omnia enim quæ loquitur populus iſte, coniuratio eſt: & timorem eius ne timeatis, [13] neque paueatis. Dominum exercituum ipſum ſanctificate: ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. [14] Et erit vobis in ſanctificationem. In lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſraël in laqueum & in ruinam habitantibus Ieruſalem. [15] Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irrerientur, & capientur. [16] Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis. [17] Et expectabo Dominum qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum. [18] Ecce, ego & pueri mei quos dedit mihi Dominus in ſignum, & in portentum Iſraël à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion. [19] Et cùm dixerint ad vos, Quærite à pythonibus, & à diuinis qui ſtrident in incantationibus ſuis: Nunquid non populus à Deo ſuo requiret viſionem? pro viuis à mortuis? [20] Ad legem magis, & ad teſtimonium. Quòd ſi non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. [21] Et tranſibit per eam, corruet, & eſuriet: & cùm eſurierit, iraſcetur, & maledicet regi ſuo, & Deo ſuo, & ſuſpiciet ſurſum. [22] Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ, diſſolutio & anguſtia, & caligo perſequens, & non poterit auolare de anguſtia ſua.

Heb. 2, 13. 9 MS. H. G. C.

3 MS. Hier. H. G. C.

CAP. IX.

[1] PRimo tempore alleuiata eſt Terra Zabulon & Terra Nephthali, & nouiſſimò aggrauata eſt via maris trãs Iordanem Galilææ Gentium. [2] Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. [3] Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. [4] Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrũ exactoris eius ſuperaſti, ſicut Iud. 7, 22. in die

Mat. 4, 15. Gẽtium populus

in die Madian. [5] Quia omnis violenta
prædatio cum tumultu, & vestimẽtum
mistum sanguine, erit in cõbustionem
Isa.2,7. & cibus ignis. [6] PARVVLVS enim NA-
TVS est nobis, & filius datus est nobis, &
factus est principatus super humerum
eius: & vocabitur nomen eius Admira-
bilis, cõsiliarius, Deus, fortis, pater futuri
seculi, princeps pacis. [7] Multiplicabitur
eius imperium, & pacis non erit finis: su-
9 MS.R. per solium Dauid, & super regnũ eius se-
Hier. H. debit: vt confirmet illud, & corroboret
Q. C. in iudicio & iustitia amodò & vsque in
sempiternũ. zelus Domini exercituum
faciet hoc. [8] Verbum misit Dominus
in Iacob, & cecidit in Israël. [9] Et sciet
omnis populus Ephraim, & habitantes
Samariam, in superbia & magnitudine
cordis dicentes, [10] Latere ceciderunt,
sed quadris lapidibus ædificabimus: sy-
comoros succiderunt, sed cedros immu-
tabimus. [11] Et eleuabit Dominus hostes
Rasin super eum, & inimicos eius in tu
multum vertet: [12] Syriam ab Oriente, &
Philisthiim ab Occidẽte: & deuorabunt
Israël toto ore. In omnibus his non est
auersus furor eius, sed adhuc manus eius
extenta: [13] & populus non est reuersus
ad percutientem se, & Dominum exer-
cituum non inquisierunt. [14] Et disperdet
Dominus ab Israël caput & caudam, in-
curuantem & refrenantẽ die vna. [15] Lon-
deprauantem MS. R. Hier. Q. n. gæuus & honorabilis, ipse est caput: &
propheta docens mendacium, ipse est
cauda. [16] Et erunt, qui beatificant popu-
lum istum seducentes, & qui beatifican-
tur, præcipitati. [17] propter hoc super a-
dolescentulis eius non lætabitur Domi-
nus: & pupillorũ eius, & viduarum non
miserebitur: quia omnis hypocrita est &
nequam, & vniuersum os locutum est
stultitiam. In omnibus his nõ est auersus
furor eius, sed adhuc manus eius extẽta.
[18] Succensa est enim quasi ignis impie-
tas, veprem & spinã vorabit: & succen-
detur in densitate saltus, & conuoluetur
superbia fumi. [19] In ira Domini exerci-
tuum conturbata est terra, & erit popu-
lus quasi esca ignis: vir fratri suo non par-
cet. [20] Et declinabit ad dexteram, & e-
suriet: & comedet ad sinistram, & non
saturabitur: vnusquisque carnem bra-
21 chij sui vorabit: [21] Manasses Ephraim,
& Ephraim Manasses, simul ipsi contra
Iudam. In omnibus his non est auersus
furor eius, sed adhuc manus eius extẽta.

CAP. X.

1 VAe qui cõdunt leges iniquas: & scri-
2 bentes, iniustitiam scripserunt: [2] vt
opprimerent in iudicio pauperes, & vim
facerent causæ humilium populi mei: vt
essent viduæ præda eorum, & pupillos
3 diriperent. [3] Quid facietis in die visita-
tionis, & calamitatis delonge venientis?
ad cuius confugietis auxilium? & vbi de-
4 relinquetis gloriam vestram, [4] ne in-
curuemini sub vinculo, & cum inter-
fectis cadatis? Super omnibus his non
est auersus furor eius, sed adhuc manus
5 eius extẽta. [5] Væ Assur, virga furoris mei
& baculus ipse est, in manu eorum indi-
6 gnatio mea. [6] Ad gentem fallacem mit-
tam eum, & cõtra populum furoris mei
mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat
prædam, & ponat illum in conculcatio-
7 nem quasi lutum platearum. [7] Ipse au-
tem non sic arbitrabitur, & cor eius non
ita existimabit: sed ad conterendum erit
8 cor eius, & ad internecionem gentium
non paucarum. [8] Dicet enim, Nun-
quid non principes mei simul reges sunt?
9 [9] Nunquid non vt Charcamis, sic Ca-
lano: & vt Arphad, sic Emath? nunquid
10 non vt Damascus, sic Samaria? [10] Quo
modo inuenit manus mea regna idoli,
sic & simulachra eorum de Ierusalem &
11 de Samaria. [11] Nunquid non sicut feci
Samariæ & idolis eius, sic faciam Ieru-
12 salem & simulachris eius? [12] Et erit: cùm
impleuerit Dominus cuncta opera sua
in monte Sion & in Ierusalẽ, visitabo su-
per fructum magnifici cordis regis [1] As- 4 Reg.19.
sur, & super gloriam altitudinis oculo- Isa.37.38.
13 rum eius. [13] Dixit enim, In fortitudine
manus meæ feci, & in sapientia mea in-
tellexi: & abstuli terminos populorum,
& principes eorum depredatus sum, &
14 detraxi quasi potens in sublimi residen-
tes. [14] Et inuenit quasi nidum manus
mea fortitudinem populorum: & sicut
colligun-

colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic
vniuersam terram ego congregaui: &
non fuit qui moueret pennam, & aperi-
ret os, & ganniret. [15] Nunquid gloria-
bitur securis contra eum qui secat in ea?
aut exaltabitur serra contra eum à quo
trahitur? quomodo si eleuetur virga
contra eleuantem se, & exaltetur bacu-
lus qui vtique lignum est. [16] Propter hoc
mittet dominator Dominus exercituũ,
in pinguibus eius tenuitatem: & subtus
gloriam eius succensa ardebit quasi com
bustio ignis. [17] Et erit lumen Israël in
igne, & Sanctus eius in flamma: & suc-
cendetur, & deuorabitur spina eius, &
vepres in die vna. [18] Et gloria saltus eius,
& carmeli eius ab anima vsq. ad carnem
consumetur, & erit terrore profugus.
[19] Et reliquiæ ligni saltus eius præ pau-
citate numerabuntur, & puer scribet
eos. [20] Et erit in die illa: non adiiciet re-
siduum Israël, & hi qui fugerint de do-
mo Iacob, inniti super eo qui percutit
eos: sed innitetur super Dominum san-
'In veri- ctum Israël, 'in veritate. [21] Reliquiæ
tate reli- conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob
quiæ 14 MS. In co- ad Deum fortem. [22] Si enim fuerit po-
dicibus antiq. H. G. & C. aliq. Hier. commentatus est, ea distinctio, quæ in Texte. Rom.9,27. Isa.11,11. pulus tuus Israël quasi arena maris, reli-
quiæ conuertentur ex eo, consummatio
abbreuiata inundabit iustitiam. [23] Con-
summationem enim & abbreuiationem
Dominus Deus exercituũ faciet in me-
dio omnis terræ. [24] Propter hoc, hæc di-
cit Dominus Deus exercituum, Noli ti-
mere populus meus habitator Sion, ab
Assur: in virga percutiet te, & baculum
suum leuabit super te in via Aegypti.
[25] Adhuc enim paululum modicũque, &
consummabitur indignatio & furor
Isa.37,36. meus super scelus eorum. [26] Et susci-
tabit super eum Dominus exercituum
Iudi.7,25. flagellum, 'iuxta plagam Madian in Pe-
tra-Oreb, & virgam suam super mare,
& leuabit eam in via Aegypti. [27] Et erit
in die illa: auferetur onus eius de humе-
ro tuo, & iugũ eius de collo tuo, & con-
putrescet iugum à facie olei. [28] Veniet
in Aiath, transibit in Magron: apud
Machmas cõmendabit vasa sua. [29] Tran-
sierunt cursim Gaba sedes nostra: obstu-
puit Rama, Gabaath Saulis fugit. [30] Hin-
ni voce tua filia Gallim, attende Laisa,
[31] paupercula Anathoth. [32] Migrauit Me-
demena: habitatores Gabim conforta-
mini. [32] Adhuc dies est, vt in Nobe ste-
tur: agitabit manum suam super mon-
[33] tem filiæ Sion, collem Ierusalem. [33] Ec-
ce, dominator Dominus exercituũ con-
fringet lagunculam in terrore, & excelsi
statura succidẽtur, & sublimes humilia-
[34] buntur. [34] Et subuertentur cõdensa sal-
tus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

CAP. XI.

Act.13,23. 1 ET 'egredietur virga de radice Iesse,
2 & flos de radice eius ascendet. [2] Et
requiescet super eum spiritus Domini,
spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus
consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ
3 & pietatis. [3] & replebit eum spiritus
timoris Domini: non secundum visio-
nem oculorum iudicabit, neque secun-
4 dum auditum aurium arguet. [4] Sed iu-
dicabit in iustitia pauperes, & arguet in
æquitate pro mansuetis terræ: '& per- 2 Thess.2,8.
cutiet terram virga oris sui, & spiritu la-
biorum suorum interficiet impium.
5 [5] Et erit iustitia cingulum lumborum
eius: & fides cinctorium renum eius.
Inf.65,25. 6 [6] 'Habitabit lupus cum agno: & par-
dus cum hœdo accubabit: vitulus & leo,
& ouis simul morabuntur, & puer par-
7 uulus minabit eos. [7] Vitulus, & vrsus pa-
scẽtur: simul requiescent catuli eorum:
8 & leo quasi bos comedet paleas. [8] Et de-
lectabitur infans ab hubere super fora-
mine aspidis: & in 'cauerna' reguli, qui 'cauer-
nam 2 MS. Hier. H. G.
ablactatus fuerit, manum suam mittet.
9 [9] Non nocebunt, & non occident in
vniuerso monte sancto meo: quia repleta
est terra scientia Domini, sicut aquæ
10 maris operientes. [10] In die illa radix Iesse,
'qui stat in signum populorum, ipsum Rom.15,12
gentes deprecabuntur, & erit sepul-
11 chrum eius gloriosum. [11] 'Et erit in die Sup.10,22
illa: adiiciet Dominus secundò manum
suam ad possidendum residuum populi
sui, quod relinquetur ab Assyriis, & ab
Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiopia,
& ab Ælam, & à Sennaar, & ab Emath,
12 & ab insulis maris. [12] Et leuabit signum

in nationes, & congregabit profugos Iſraël, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. ‡Et auferetur zelus Ephráim, & hoſtes Iuda peribũt: Ephráim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephráim. ‡Et volabunt in humeros Philiſthiim per mare, ſimul prædabuntur filios Orientis: Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt. ‡Et deſolabit Dominus linguam maris Ægypti, & leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui: & percutiet eum in ſeptem riuis, ita vt tranſeant per eum calceati. ‡Et erit via reſiduo populo meo, qui relinquetur ab Aſſyriis: ſicut fuit Iſraëli 'in die illa qua aſcendit de Terra-Ægypti.

Exo.14,29.

CAP. XII.

ET dices in die illa, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me. ‡Ecce Deus ſaluator meus, fiducialiter agam, & nõ timebo: quia 'fortitudo mea, & laus mea Dominus*, & factus eſt mihi in ſalutem. ‡Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. ‡Et dicetis in die illa, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelſum eſt nomen eius. ‡Cantate Domino quoniam magnificè fecit: annuntiate hoc in vniuerſa terra. ‡Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël.

Exo.15,2. Pſa.117,14 * Deus 10 MS.R. Hier.H.C. Pro Textu autem, G. facimus.

CAP. XIII.

ONus Babylonis, quod vidit Iſaias filius Amos. ‡Super montẽ caliginoſum leuate ſignũ, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediãtur portas duces. ‡Ego mandaui ſanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. ‡Vox multitudinis in mõtibus, quaſi populorũ frequentium, vox ſonitus regum & gentium congregatarum: Dominus exercituum 'præcepit' militiæ belli, ‡venientibus de terra procul, à ſummitate cæli: Dominus, & vaſa furoris eius, vt diſperdat omnem terram. ‡Vlulate, quia propè eſt dies Domini: quaſi vaſtitas à Dño veniet. ‡Propter hoc omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis contabeſcet ‡& conteretur. Torſiones & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt: vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit, facies combuſtę vultus eorum. ‡Ecce dies Domini 'veniet', crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furoriſque, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. ‡'Quoniam ſtellæ cæli, & ſplendor earum non expandent lumen ſuum: 'obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo. ‡Et viſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. ‡Pretioſior erit vir auro, & homo mundo obrizo. ‡Super hoc, cælum turbabo: & mouebitur terra de loco ſuo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. ‡Et erit quaſi damula fugiens, & quaſi ouis: & non erit qui congreget: vnuſquiſque ad populum ſuum conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient. ‡Omnis quiinuentus fuerit, occidetur: & omnis qui ſuperuenerit, cadet in gladio. ‡'Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. ‡Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint: ‡ſed ſagittis paruulos interficient, & lactentibus vteri non miſerebuntur, & ſuper filios non parcet oculus eorum. ‡Et erit Babylon in illa glorioſa in regnis, inclyta ſuperbia Chaldæorum, 'ſicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham. ‡Non habitabitur vſque in finem, & non fundabitur vſque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi. ‡Sed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi: ‡& reſpondebunt

'præcipit 2 MS.H.C. Textus autem conformis eſt R.Hier. & G.

'venit 4 MS.Hier. H.G.C.

Exo.32,7. Iud.3,15. Mat.24,29 Mar.13,24 Luc.21,25.

Gen.19,24

debunt ibi vlulæ in ædibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis.

CAP. XIIII.

PROpè eſt vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Miſerebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Iſraël, & requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. ‡Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum ſuum: & poſſidebit eos domus Iſraël ſuper terram Domini in ſeruos & ancillas: & erunt capientes eos qui ſe ceperant, & ſubiicient exactores ſuos. ‡Et erit in die illa: cùm requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à conCuſſione tua, & à ſeruitute dura qua antè ſeruiſti, ‡ſumes parabolam iſtam contra regem Babylonis, & dices, Quomodò ceſſauit exactor, quieuit tributum? ‡Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, ‡cædentem populos in indignatione, plaga inſanabili, ſubiicientem in furore gentes, perſequentem crudeliter. ‡Conquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt & exultauit: ‡abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te, & cedri Libani. ex quo dormiſti, non aſcendit qui ſuccidat nos. ‡Infernus ſubter conturbatus eſt in occurſum aduentus tui, ſuſcitauit tibi gigantes. Omnes principes terræ ſurrexerunt de ſoliis ſuis, omnes principes nationum. ‡Vniuerſi reſpondebunt, & dicent tibi, Et tu vulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es. ‡Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. ‡Quomodò cecidiſti de cælo lucifer, qui manè oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? ‡qui dicebas in corde tuo, In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, 'ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. ‡Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. ‡Veruntamen ad infernum detraheris in profundũ laci. ‡Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proſpicient, Nunquid iſte eſt vir qui conturbauit terram, qui concuſſit regna: ‡Qui poſuit orbem deſertum, & vrbes eius deſtruxit, vinctis eius non aperuit carcerẽ? ‡Omnes reges gentium vniuerſi dormierunt in gloria, vir in domo ſua. ‡Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti ſunt gladio, & deſcenderunt ad fundamenta laci, quaſi cadauer putridum. ‡Non habebis conſortiũ neque cum eis in ſepultura: tu enim terram tuam diſperdidiſti, tu populum tuum occidiſti: non vocabitur in æternum ſemen peſſimorum. ‡Præparate filios eius occiſioni in iniquitate patrum ſuorũ: non conſurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum. ‡Et conſurgam ſuper eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem: dicit Dominus. ‡Et ponam eam in poſſeſſionem ericij, & in paludes aquarum, & ſcopabo eam in ſcopa terens, dicit Dominus exercituum. ‡Iurauit Dominus exercituum, dicens, Si non vt putaui, ita erit: & quomodò mente tractaui, ‡ſic eueniet, Vt conteram Aſſyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur. ‡Hoc conſilium quod cogitaui ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper vniuerſas gentes. ‡Dominus enim exercituum decreuit: & quis poterit infirmare? & manus eius extenta: & quis auertet eam? ‡In anno quo mortuus eſt rex Achaz, factũ eſt onus iſtud, ‡Ne læteris Philiſtæa omnis tu, quoniam comminuta eſt virga percuſſoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & ſemen eius abſorbens volucrem. ‡Et paſcentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requieſcent: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam. ‡Vlula porta, clama ciuitas: proſtrata eſt Philiſtæa omnis: ab Aquilone enim

'& 1 MS. R.H.C. At in codicibus G. & Hier. non additur.

fumus veniet, & non eſt qui effugiet agmen eius. ‡Et quid reſpondebitur nuntiis gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in 'ipſa' ſperabunt pauperes populi eius.

'ipſo MS. G Textus autem lectio constanter R. Hier. H. & C.

CAP. XV.

ONus Moab. quia nocte vaſtata eſt Ar-Moab, conticuit: quia nocte vaſtatus eſt Murus-Moab, conticuit.

‡Aſcendit domus & Dibon ad excelſa in planctũ: ſuper Nabo, & ſuper Medaba, Moab vlulabit: 'in cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur. ‡'In triuiis eius accincti ſunt ſacco:

Ieremiæ 48, 37.

Ezech. 7, 18.

'vlulat 4 MS. H. G. C.

ſuper tecta eius, & in plateis eius omnis 'vlulatus', deſcendit in fletum. ‡Clamabit Heſebon & Eleale, vſque Iaſa audita eſt vox eorum. ſuper hoc expediti Moab vlulabũt, anima eius vlulabit ſibi.

‡Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius vſq. ad Segor vitulam 'conſternantẽ'. per aſcenſum enim Luith flens aſcendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt. ‡Aquæ enim Nemrim deſertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.

'conternantem 7 MS. Hier. 'trieuem H. C. G.

‡Secundùm magnitudinem operis & viſitatio eorum: ad torrentem ſalicum ducent eos. ‡Quoniã circuibit clamor terminum Moab: vſque ad Gallim vlulatus eius, & vſque ad Puteum-Elim clamor eius. ‡Quia aquæ Dibon repletæ ſunt ſanguine: ponam enim ſuper Dibon additamenta: his qui fugerint de Moab leonem, & 'reliquiis' terræ.

'reliquis 12 MS.

CAP. XVI.

(EMitte agnum 'Domine' dominatorẽ terræ, de Petra deſerti ad montem filiæ Sion.) ‡Et erit: ſicut auis fugiens, & pulli de nido auolãtes, ſic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Arnon. ‡Ini conſilium, coge concilium: pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie: abſconde fugientes, & vagos ne prodas.

-10 MS. Hier. H. G. C.

‡Habitabunt apud te profugi mei: Moab eſto latibulum eorum à facie vaſtatoris: finitus eſt enim puluis, conſummatus eſt miſer; defecit, qui conculcabat terram. ‡Et præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate in tabernaculo Dauid iudicans & quærens iudiciũ, & velociter reddens, quod iuſtum eſt. ‡'Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde: ſuperbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius pluſquam fortitudo eius. ‡Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuerſus vlulabit: his qui lætantur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas. ‡Quoniam ſuburbana Heſebon deſerta ſunt, & vineam Sabama domini Gentium exciderunt flagella eius: vſq. ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deſerto, propagines eius relictę ſunt, tranſierunt mare.

Ieremiæ 48, 29.

‡Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama: inebriabo te lachryma mea Heſebon, & Eleale: quoniam ſuper vindemiã tuam, & ſuper meſſem tuam vox calcantium irruit. ‡Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit. vinum in torculari non calcabit qui calcare conſueuerat: vocem calcantium abſtuli. ‡Super hoc venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris. ‡Et erit: cùm apparuerit quod laborauit Moab ſuper excelſis ſuis, ingredietur ad ſancta ſua vt obſecret, & non valebit. ‡Hoc verbum quod locutus eſt Dominus ad Moab extunc. ‡Et nunc locutus eſt Dominus, dicens, In tribus annis quaſi anni mercenarij auferetur gloria Moab ſuper omni populo multo, & relinquetur * paruus & modicus, nequaquam multus.

* in ea ſicut racemus. Deſumptum videri poſſit ex capite præcedenti 24 verſu.

CAP. XVII.

ONus Damaſci. Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas, & erit ſicut aceruus lapidum in ruina. ‡Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & requieſcent ibi, & non erit qui exterreat. ‡Et ceſſabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damaſco: & reliquiæ Syriæ, ſicut gloria filiorum Iſraël erunt: dicit Dominus exercituum. ‡Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marceſcet. ‡Et erit ſicut congregans in meſſe quod reſtiterit, & brachium eius ſpicas leget: & erit ſicut quęrens ſpicas in valle Raphaim. ‡Et relinque-

linquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio oleæ duarum vel trium oliuarum in ſummitate rami, ſiue quatuor aut quinq. in cacuminibus eius fructus eius, dicit Dominus Deus Iſrael. ‡In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum, & oculi eius ad ſanctum Iſraël reſpicient: ‡& non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius: & quæ operati ſunt digiti eius non reſpiciet, lucos & delubra. ‡In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictę ſicut aratra, & ſegetes quæ derelictæ ſunt à facie filiorum Iſraël, & 'eris' deſerta. ‡Quia oblita es Dei ſaluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plantabis plantationem 'fidelem', & germen alienum ſeminabis. ‡In die plantationis tuæ 'labruſca', & manè ſemen tuum florebit: ablata eſt meſſis in die hæreditatis, & dolebit grauiter. ‡Væ 'multitudo' populorũ multorum, vt multitudo maris ſonantis: & tumultus turbarum, ſicut ſonitus aquarum multarum. ‡Sonabunt populi ſicut ſonitus aquarũ inundantium, & increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur ſicut puluis montium à facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate. ‡In tempore veſpere, & ecce turbatio: in matutino, & non ſubſiſtet. hæc eſt pars eorum qui vaſtauerunt nos, & ſors diripientium nos.

'erit 7 MS. R. H. G.

'infidelem MS. C. Verùm, Hier. R. H. & C. In editione Textus ſegregatur.

'labruſcas MS. Q. n.

'multitudini 10 MS. R.

CAP. XVIII.

VÆ terræ cymbalo alarum quæ eſt trans flumina Æthiopię, ‡qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam: ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius: ad gentem expectantem * & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius*:

*expectãtem 16 MS. H. Q. n. *ad montẽ nominis Domini exercituũ, montem Sion o. Pertinet autem ad huius capitis finẽ.

‡Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, cùm eleuatum fuerit ſignum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis: ‡quia hæc dicit Dominus ad me, Quieſcam, & conſiderabo in loco meo ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſſis.

‡Ante meſſem enim totus 'effloruit', & immatura perfectio 'germinabit', &

'efflorebit 1 MS. 'germinauit MS. Q. n.

præcidentur ramuſculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abſcindentur, & excutientur. ‡Et relinquentur ſimul auibus montium, & beſtiis terræ: & ęſtate perpetua erunt ſuper eum volucres, & omnes beſtiæ terræ ſuper illum hyemabunt. ‡In tẽpore illo deferetur munus Domino exercituũ à populo diuulſo & dilacerato: à populo terribili, poſt quem non fuit alius, à gente expectante, 'expectante', & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis Domini exercituum montem Sion.

-13 MS. R. Q. n.

CAP. XIX.

ONus Ægypti. Ecce Dñs aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur ſimulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabeſcet in medio eius. ‡Et concurrere faciã Ægyptios aduerſus Ægyptios: & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum, ciuitas aduerſus ciuitatem, regnũ aduerſus regnum.

‡Et dirumpetur ſpiritus Ægypti in viſceribus eius, & conſilium eius præcipitabo: & interrogabunt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos, & pythones, & ariolos. ‡Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum. ‡Et areſcet aqua de mari, & fluuius deſolabitur atque ſiccabitur. ‡Et deficient flumina: 'attenuabuntur, & ſiccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus marceſcet, ‡nudabitur alueus riui à fonte ſuo: & omnis ſementis irrigua ſiccabitur, areſcet, & non erit. ‡Et mœrebunt piſcatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete ſuper faciem aquarum emarceſcent. ‡Confundentur qui operabantur linum 'plectentes', & texentes ſubtilia. ‡Et erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces. ‡Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. quomodò dicitis Pharaoni, Filius ſapientium ego, filius regum antiquorum? ‡Vbi nunc ſunt ſapientes tui? annũtient tibi, & indicent

* & 10 MS. C. Verùm in R. Hier. & H. non additur.

'plectentes 12 MS. 'peſtinatum H. C. G.

quid cogitauerit Dominus exercituum
super Ægyptum. [13] *Stulti facti sunt prin-
cipes Taneos, emarcuerunt principes
Mempheos, deceperunt Ægyptum, an-
gulum populorum eius. [14] *Dominus
miscuit in medio eius spiritum vertigi-
nis: & errare fecerunt Ægyptũ in omni
opere suo, sicut errat ebrius & vomens.
[15] *Et non erit Ægypto opus quod faciat
caput & caudam incuruantem & refrę-
nantem. [16] *In die illa erit Ægyptus qua-
si mulieres, & stupebunt, & timebunt
à facie commotionis manus Dñi exerci-
tuum, quam ipse mouebit super eam.
[17] *Et erit Terra Iuda Ægypto in pauo-
rem: omnis qui illius fuerit recordatus,
pauebit à facie consilij Domini exerci-
tuum, quod ipse cogitauit super eam.
[18] *In die illa erunt quinque ciuitates in
Terra-Ægypti, loquentes lingua Cha-
náan, & iurantes per Dominum exerci-
tuum: Ciuitas solis vocabitur vna. [19] *In
die illa erit altare Domini in medio Ter-
ræ-Ægypti, & titulus Domini iuxta ter-
minum eius. [20] *& erit in signum & in
testimonium Domino exercituum in
Terra-Ægypti. Clamabunt enim ad
Dominum à facie tribulantis, & mittet
eis saluatorem & propugnatorem qui li-
beret eos. [21] *Et cognoscetur Dominus
ab Ægypto, & cognoscent Ægyptij Do-
minum in die illa, & colent eum in ho-
stiis & in muneribus: & vota vouebunt
Dño, & soluent. [22] *Et percutiet Domi-
nus Ægyptum plaga, & sanabit eam, &
reuertentur ad Dominum, & placabitur
eis, & sanabit eos. [23] *In die illa erit via
de Ægypto in Assyrios, & intrabit Assy-
rius Ægyptum, & Ægyptius in Assy-
rios, & seruient Ægyptij Assur. [24] *In die
illa erit Israël tertius Ægyptio & Assy-
rio: benedictio in medio terræ, [25] *cui be-
nedixit Dominus exercituum, dicens,
Benedictus populus meus Ægypti, &
opus manuum mearum "Assyrio', hære-
ditas autem mea Israël.

*Assyrius 4 MS.R. Hier.l.7. *Assur H.

CAP. XX.

IN anno quo ingressus est Tharthan in
Azôtum, cùm misisset eum Sargon
rex Assyriorum, & pugnasset contra
Azôtum, & cepisset eam: [2] *in tempore
illo locutus est Dominus in manu Isaiæ
filij Amos, dicens, Vade, & solue saccum
de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle
de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nu-
dus, & discalceatus. [3] *Et dixit Dominus,
Sicut ambulauit seruus meus Isaias nu-
dus, & discalceatus, trium annorum si-
gnum & portentũ erit super Ægyptum
& super Æthiopiam: [4] *sic minabit rex
Assyriorum captiuitatem Ægypti, &
transmigrationem Æthiopię, iuuenem
& senem', "nudam & discalceatam', dis-
coopertis natibus ad ignominiã Ægy-
pti. [5] *Et timebunt, & confundentur ab
Æthiopia spe sua, & ab Ægypto gloria
sua. [6] *Et dicet habitator insulæ huius in
die illa, "Ecce hæc' erat spes nostra, ad
quos confugimus in auxilium, vt "libe-
rarent' nos à facie regis Assyriorum: &
quomodò effugere poterimus nos?

'iuuenũ & senum 6 MS.H. G.C. 'nudum & decal-ceatum 7 MS. G. C. Q. R.

*Hęccine MS.R.Tr. xus ædimi-colæ H. G.C. "liberare 7 MS. "liberemur n.c.

CAP. XXI.

ONus deserti maris. Sicut turbines
ab Aphrico veniunt, de deserto ve-
nit, de terra horribili. [2] *Visio dura nun-
tiata est mihi: qui incredulus est, infide-
liter agit: & qui depopulator est, vastat.
Ascende Aelam, obside Mede: omnem
gemitum eius cessare feci. [3] *Propterea
repleti sunt lumbi mei dolore, angustia
possedit me sicut angustia parturientis:
corrui cùm audirem, conturbatus sum
cùm viderem. [4] *Emarcuit cor meum,
tenebræ stupefecerunt me: Babylon di-
lecta mea, posita est mihi in miraculum.
[5] *Pone mensam, cõtemplare in specula:
comedentes & bibentes surgite princi-
pes, arripite clypeum. [6] *Hæc enim dixit
mihi Dominus, Vade, & pone specula-
torem: & quodcunque viderit, annun-
tiet. [7] *Et vidit currum duorum equi-
tum, ascensorem asini, & ascensorem ca-
meli: & contẽplatus est diligenter mul-
to intuitu. [8] *Et clamauit leo, Super spe-
culam Domini ego sum, stans iugiter
per diem: & 'super custodiam meam e-
go sum, stans totis noctibus. [9] *Eccè, iste
venit ascensor vir bigæ equitum, & re-
spondit, & dixit, 'Cécidit, cécidit Baby-
lon, & omnia sculptilia deorũ eius con-
trita

Habac.2. Apoc.14.

trita sunt in terram. [10] *Tritura mea, &
'filia' areæ meæ, quæ audiui à Domino
exercituum Deo Israël, annũtiaui vobis.
[11] *Onus Duma. Ad me clamat rex Seir,
Custos quid de nocte? custos quid de no-
cte? [12] *Dixit custos, Venit manè & nox: si
quæritis, quærite: conuertimini, venite.
[13] *Onus in Arabia. In saltu ad vesperam
dormietis, in semitis Dedanim. [14] *Oc-
currentes sitienti ferte aquam, qui habi-
tatis terram Austri, cum panibus occur-
rite fugienti. [15] *A facie enim gladiorum
fugerunt, à facie gladij imminentis, à fa-
cie arcus extenti, à facie grauis prælij:
[16] *quoniam hæc dicit Dominus ad me,
Adhuc in vno anno, quasi in anno mer-
cenarij, & auferetur omnis gloria Cedar.
Et reliquiæ numeri sagittariorum for-
tium de filiis Cedar imminuentur: Do-
minus enim Deus Israël locutus est.

*filij n. *filiæ n.

CAP. XXII.

ONus vallis visionis. Quidnam quo-
que tibi est, quia ascendisti & tu
omnis in tecta? [2] *clamoris plena, vrbs
frequens, ciuitas exultans: interfecti
tui, non interfecti gladio, nec mortui
'in bello. [3] *Cuncti principes tui fu-
gerunt simul, dureque ligati sunt: om-
nes qui inuenti sunt, vincti sunt pari-
ter, procul fugerunt. [4] *Propterea dixi,
Recedite à me, amarè flebo: nolite in-
cumbere vt consolemini me super vasti-
tate filiæ populi mei. [5] *Dies enim inter-
fectionis & conculcationis & fletuum
Domino Deo exercituum in valle visio-
nis, scrutans murum, & magnificus su-
per montem. [6] *Et Aelam sumpsit pha-
retram, currum hominis equitis, & pa-
rietem nudauit clypeus. [7] *Et erunt e-
lectæ valles tuæ plenæ quadrigarum, &
equites ponent sedes suas in porta. [8] *Et
reuelabitur operimentum Iudæ, & 'vi-
debis' in die illa armamentarium domus
saltus. [9] *Et scissuras ciuitatis Dauid vi-
debitis, quia multiplicatæ sunt: & con-
gregastis aquas piscinæ inferioris, [10] *&
domos Ierusalem numerastis, & destru-
xistis domos ad muniendum murum.
[11] *Et lacũ fecistis inter duos muros, "&' a-
quam piscinæ veteris: & non suspexistis
ad eum qui fecerat eam, & operatorem
eius delongè non vidistis. [12] *Et vocabit
Dominus Deus exercituum in die illa
ad fletum, & ad planctũ, ad caluitium,
& ad cingulũ sacci: [13] *& ecce, gaudium &
lætitia occidere vitulos, & iugulare arie-
tes, comedere carnes, & bibere vinum,
'Comedamus & bibamus, cras enim
moriemur. [14] *Et reuelata est in auribus
meis vox Dñi exercituum, Si dimittetur
iniquitas hæc vobis donec moriamini:
dicit Dominus Deus exercituum. [15] *Hæc
dicit Dominus Deus exercituum, Vade,
ingredere ad eum qui habitat in taber-
naculo, ad Sobnam præpositum templi,
[16] & dices ad eum, *Quid tu hîc, aut qua-
si quis hîc? quia excidisti tibi hîc sepul-
chrum, excidisti in excelso memoriale
diligenter, in petra tabernaculum tibi.
[17] *Ecce, Dominus asportari te faciet, sicut
asportatur gallus gallinaceus, & qua-
si amictum sic subleuabit te. [18] *Coro-
nans coronabit te tribulatione, quasi pi-
lam mittet te in terram latam & spatio-
sam: ibi morieris, & ibi erit currus glo-
riæ tuæ, ignominia domus Domini tui.
[19] *Et expellam te de statione tua, & de
ministerio tuo deponam te. [20] *Et erit in
die illa: vocabo seruum meum Eliacim
filium Helciæ, [21] *& induam illum tuni-
ca tua, & cingulo tuo confortabo eum,
& potestatem tuam dabo in manu eius:
& erit quasi pater habitantibus Ieruśa-
lem, & domui Iuda. [22] *'Et dabo clauem
domus Dauid super humerum eius: &
aperiet, & non erit qui claudat: & clau-
det, & non erit qui aperiat. [23] *Et figam
illum paxillum in loco fideli, & erit in
solium gloriæ domui patris sui. [24] *Et sus-
pendent super eum omnem gloriã do-
mus patris eius, vasorum diuersa genera,
omne vas paruulum à vasis craterarum
vsque ad omne vas musicorum. [25] *In die
illa, dicit Dominus exercituum, auferе-
tur paxillus qui fixus fuerat in loco fide-
li: & frangetur, & cadet, & peribit quod
pependerat in eo, quia Dominus locu-
tus est.

Sap.2,6. 1 Co.15,32 Isa.56,12.

Apoc.3,7. Iob 12,14.

CAP. XXIII.

ONus Tyri. Vlulate naues maris,
quia vastata est domus vnde venire

'tui, mor tui MS. G. Varios quos in Textu dil lectio R. Hier. H. & c. consor-mis est.

'videbitis MS.R. Q.n.

'ad t MS.R. M.C.

consueuerant: de Terra-Chetim reuelatum est eis. ‡Tacete qui habitatis in insula: negotiatio Sidonis transfretantes mare, repleuerunt te. ‡In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius: & facta est negotiatio gentium. ‡Erubesce Sidon, ait enim mare, fortitudo maris, dicens, Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. ‡Cùm auditũ fuerit in Ægypto, dolebunt cùm audierint de Tyro. ‡Transite maria, vlulate qui habitatis in insula, ‡Nunquid nõ vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum. ‡Quis cogitauit hoc super Tyrũ quondam coronatã, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ? ‡Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ. ‡Transi terram tuam quasi flumen, filia maris, non est cingulum vltrà tibi. ‡Manum suam extendit super mare, conturbauit regna: Domin⁹ mandauit aduersus Chanaan, vt contereret fortes eius, ‡& dixit, Non adiicies vltrà vt glorieris, calumniam sustinens virgo filia Sidonis: in Cethim cõsurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.

‡Ecce, terra Chaldæorum talis populus non fuit, Assur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam. ‡Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra. ‡Et erit in die illa: in obliuione eris, ô Tyre, septuaginta annis, sicut dies regis vnius: post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis. ‡Sume citharam, *circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit. ‡Et erit post septuaginta annos, visitabit Domin⁹ Tyrum, & reducet eam ad merces suas: & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciem terræ. ‡Et erunt 'negotiationes' eius, & 'mercedes' eius sanctificatæ Domino. non condentur, neque reponentur: quia his qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

*& MS q.

'negotiatio 7 MS. Hier. H. G. C.

'merces (numero sing.) t MS. R. Hier. H. G. C.

CAP. XXIIII.

‡ECce, Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius. ‡Et erit sicut populus sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut emẽs, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. ‡Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc. ‡Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. ‡Et terra 'infecta' est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. ‡Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabũt habitatores eius. ideóque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. ‡Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. ‡Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. ‡Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam. ‡Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. ‡Clamor erit super vino in plateis: deserta est omnis lætitia: translatum est gaudium terræ. ‡Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. ‡Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum, quo modo si paucæ oliuæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cùm fuerit finita vindemia. ‡Hi leuabũt vocem suam, atque laudabunt: cùm glorificatus fuerit Dñs, hinnient de mari. ‡Propter hoc in doctrinis glorificate Dñm: in insulis maris nomen Domini Dei Israël. ‡A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et dixi, Secretum meum mihi, secretum meum mihi, væ mihi: præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorum

'infecta' MS. Tigurina.

sorum præuaricati sunt. ‡Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ. ‡Et erit: qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ. ‡Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra: ‡agitatione agitabitur terrà sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis: & grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adiiciet vt resurgat. ‡Et erit: in die illa visitabit Dñs super militiam cæli in excelso: & super reges terræ qui sunt super terram. ‡Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur. ‡Et erubescet luna, & confundetur sol, cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

10.45.44.

CAP. XXV.

DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amen. ‡Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum: vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. ‡Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te. ‡Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, vmbraculum ab æstu. spiritus enim robustorũ quasi turbo impellens parietem. ‡Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies. ‡Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. ‡Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam ordituś est super omnes nationes. ‡Præcipitabit mortẽ in sempiternum: & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobriũ populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dominus locutus est. ‡Et dicet in die illa, Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus, & lætabimur in salutari eius. ‡Quia requiescet manus Domini in monte isto: & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in plaustro. ‡Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriã eius cum allisione manuum eius. ‡Et munimenta sublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad puluerem.

Apoc. 7, 27. 21, 4.

CAP. XXVI.

‡IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda.

Vrbs fortitudinis nostræ Sion', saluator ponetur in ea murus & antemurale. ‡Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem. ‡Vetus error abiit: seruabis pacem: pacem: quia in te sperauimus. ‡Speraſtis in Domino in seculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum. ‡Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem. ‡Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum. ‡Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. ‡Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. ‡Anima mea desideraui te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te: cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. ‡Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. ‡Domine, exaltetur manus tua, "-" & 'non videant: videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.

8 MS. R. Hier. H. G. C.

'vt MS. R. -H. C.

*Domine dabis pacem nobis: omnia 12
enim opera nostra operatus es nobis.
*Domine Deus noster, possederunt 13
nos domini absq. te, tantùm in te recor-
demur nominis tui.
*Morientes non viuant, gigantes non 14
resurgant: propterea visitasti & contri-
uisti eos, & perdidisti omnem memo-
riam eorum.
*Indulsisti genti Domine, indulsisti 15
genti: nunquid glorificatus es? elonga-
sti omnes terminos terræ.
*Dñe in angustia requisierunt te, in 16
tribulatione murmuris doctrina tua eis.
*Sicut quæ concipit, cùm appropin- 17
quauerit ad partũ, dolens clamat in do-
loribus suis: sic facti sumus à facie tua
Domine.
*Concepimus, & quasi parturiuimus, 18
& peperimus 'spiritum: salutes' non fe-
cimus in terra; ideò non ceciderunt ha-
bitatores terræ.
*Viuent mortui tui, interfecti mei re- 19
surgent: expergiscimini, & laudate qui
habitatis in puluere: quia ros lucis ros
tuus, & terram gigantum detrahes in
ruinam.
*Vade populus meus, intra in cubicu- 20
la tua, claude ostia tua super te, abscon-
dere modicum ad momentum, donec
pertranseat indignatio.
Mich.1,3. *Ecce enim Dominus egredietur de 21
loco suo, vt visitet iniquitatem habitato-
ris terræ contra eum: & reuelabit terra
sanguinem suum, & non operiet vltrà
interfectos suos.

CAP. XXVII.

IN die illa visitabit Dominus in gladio 1
suo duro, & grandi, & forti, super Le-
uiathan serpentem vectem, & super Le-
uiathan serpentem tortuosum, & occî-
det cetum qui in mari est. *In die illa 2
vinea meri cantabit ei. *Ego Dominus 3
qui seruo eam, repentè propinabo ei: ne
fortè visitetur contra eam, nocte & die
seruo eam. *Indignatio non est mihi: 4
quis dabit me spinam & veprem in præ-
lio: gradiar super eam, succendam eam
pariter? *An potius tenebit fortitudi- 5
nem meam, faciet pacem mihi, pacem
6 faciet mihi? *Qui 'ingrediũtur impetu 'egredien
tur impe-
tu à 10
MS. R.
'egredi-
tur de ra-
dice Hier.
Q.n.
ad' Iacob, florebit & germinabit Israël,
& implebunt faciem orbis semine.
7 *Nunquid iuxta plagam percutientis
se percussit eum? aut sicut occîdit inter-
8 fectos eius, sic occisus est? *In mensura
contra mensuram cùm abiecta fuerit,
'iudicabis' eam: 'meditata' est in spiritu 'iudica-
bit 10 MS.
R.Q.n.
9 suo duro per diem æstus. *Idcirco su- 'medita-
tus MS.
per hoc dimittetur iniquitas domui Ia- R.Hier.
cob: & iste omnis fructus vt auferatur H.C.
peccatum eius, cùm posuerit omnes la-
pides altaris sicut lapides cineris allisos
10 non stabunt luci & delubra. *Ciuitas
enim munita desolata erit, speciosa re-
linquetur, & dimittetur quasi desertum:
ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, &
11 consumet summitates eius. *In sicci-
tate messes illius conterentur, mulieres
venientes, & docentes 'eas': non est enim 'eam MS.
R.Hier.H.
populus sapiens, propterea non miseré- vos C.
bitur eius qui fecit eum: & qui formauit
12 eum, non parcet ei. *Et erit: in die illa
percutiet Dominus ab alueo fluminis
vsque ad torrẽtem-Aegypti, & vos con-
13 gregabimini vnus & vnus filij Israël. *Et
erit: in die illa clangetur in tuba magna,
& venient qui perditi fuerant de terra
Assyriorum, & qui eiecti erant de Terra
Ægypti, & adorabunt Dominum in
monte sancto in Ierusalem.

CAP. XXVIII.

VÆ coronæ superbiæ, ebriis Ephrá- 1
im, & flori decidenti, gloriæ exulta-
tionis eius, qui erant in vertice vallis pin-
guissimæ, errantes à vino. *Ecce vali- 2
dus & fortis Dominus, sicut impetus
grandinis: turbo confringens, sicut im-
petus aquarum multarum inundãtium,
& emissarum super terram spatiosam.
*Pedibus conculcabitur corona super- 3
biæ ebriorum Ephraim. *Et erit flos 4
décidens gloriæ exultationis eius, qui est
super verticem vallis pinguium, quasi
temporaneum ante maturitatẽ autum-
ni: quod cùm aspexerit videns, statim vt
5 manu tenuerit, deuorabit illud. *In die
illa erit Dominus exercituum corona
gloriæ, & sertum exultationis residuo
6 populi sui: *& spiritus iudicij sedẽti su-
per iu-

'spiritum salutis MS. Verum Textus lectio, consentit R.Hier. & H. septuaginta autem etiam Hier. reste vertemus, spiritum salutis tuæ quem fecimus in terra.

per iudicium, & fortitudo reuertẽtibus
de bello ad portam. *Verùm hi quoque 7
præ vino nescierunt, & præ ebrietate er-
rauerunt. sacerdos & propheta nesciе-
runt præ ebrietate, absorpti sunt à vino,
errauerunt in ebrietate, nescierũt viden-
tem, ignorauerunt iudicium. *Omnes 8
enim mensæ repletæ sunt vomitu sor-
diumque, ita vt non esset vltrà locus.
*Quem docebit scientiam? & quem 9
intelligere faciet auditum? ablactatos à
lacte, auulsos ab huberibus. *Quia 10
manda remanda, manda remanda, ex-
pecta reexpecta, expecta reexpecta, mo-
1Co.14,21 dicum ibi, modicum ibi. *' In loquela 11
enim labij, & lingua altera loquetur ad
populum istum. *Cui dixit, Hæc est 12
requies mea, reficite lassum, & hoc est
meum refrigerium: & noluerunt audi-
re. *Et erit eis verbum Domini, Man- 13
da remanda, manda remanda, expecta
reexpecta, expecta reexpecta, modicum
ibi, modicum ibi: vt vadant, & cadant
retrorsum, & conterantur, & illaqueen-
tur, & capiantur. *Propter hoc audite 14
verbum Dominiviri illusores, qui domi-
namini super populum meum qui est in
Ierusalem. *Dixistis enim, Percussimus 15
fœdus cum morte, & cum inferno feci-
mus pactum. Flagellum inundans cùm
transierit, non veniet super nos: quia po-
suimus mendacium spem nostram, &
mendacio protecti sumus. *Idcirco hæc 16
Ps.117,22 dicit Dominus Deus, ' Ecce ego mittam
in fundamentis Sion lapidem, lapidem
probatum, angularẽ, pretiosum in fun-
Mat.21,42 damento fundatum. ' qui crediderit,
Act.4,11. 1Pet.2,6. Rom.9,33. non festinet. *Et ponam in pondere 17
iudicium, & iustitiã in mensura: & sub-
uertet grando spem mendacij: & prote-
ctionem aquæ inundabunt. *Et dele- 18
bitur fœdus vestrum cum morte, & pa-
ctum vestrum cum inferno non stabit:
flagellum inundans cùm transierit, eri-
tis ei in conculcationẽ. *Quandocun- 19
que pertransierit, tollet vos: quòniam
manè diluculo pertransibit in die & in
nocte, & tantummodò sola vexatio in-
tellectum dabit auditui. *Coangusta- 20
tum est enim stratum, ita vt alter deci-
dat: & pallium breue vtrunque operire
21 non potest. *' Sicut enim in monte di- 2 Re.5,20. 1 Pa.14,11 Ios.10,10.
uisionum stabit Dominus: sicut ' in valle
quæ est in Gabaon irascetur: vt faciat
opus suum, alienum opus eius: vt opere-
tur opus suum, peregrinũ est' opus eius 1 MS.H.
G.
22 ab eo. *Et nunc nolite illudere, ne for-
tè constringantur vincula vestra. con-
summationem enim & abbreuiationem
audiui à Domino Deo exercituum super
23 vniuersam terram. *Auribus percipite,
& audite vocem meam, attendite, & au-
24 dite eloquium meum. *Nunquid tota
die arabit arans vt serat, proscindet &
25 sarriet humum suam? *Nónne cùm
adæquauerit faciem eius, seret gith, &
cyminum sparget, & ponet triticum per
ordinem, & hordeum, & milium, & vi-
26 ciam in finibus suis? *Et erudiet illum
in iudicio, Deus suus docebit illum.
27 *Non enim in serris triturabitur gith,
nec rota plaustri super cyminum circui-
bit: sed in virga excutietur gith, & cymi-
28 num in baculo. *Panis autem commi-
nuetur: verùm non in perpetuum tritu-
rans triturabit illum, neq. vexabit eum
rota plaustri, nec vngulis suis cõminuet
29 eum. *Et hoc à Domino Deo exerci-
tuum exiuit, vt mirabile faceret consi-
lium, & magnificaret iustitiam.

CAP. XXIX.

1 VÆ Ariel, Ariel ciuitas quam expu-
gnauit Dauid: additus est annus ad
2 annum, solennitates euolutæ sunt. *Et
circũuallabo Ariel, & erit tristis & mœ-
3 rens, & erit mihi quasi Ariel. *Et cir-
cundabo quasi sphæram in circuitu tuo,
& iaciam contra te aggerem, & muni-
4 menta ponam in obsidionẽ tuam. *Hu-
miliaberis, de terra loquêris, & de humo
audietur eloquium tuum: & erit quasi
pythonis de terra vox tua, & de humo
5 eloquium tuum mussitabit. *Et erit sic-
ut puluis tenuis multitudo ventilan-
tium te: & sicut fauilla pertransiẽs mul-
titudo eorum qui contra te præualue-
6 runt: eritque repentè confestim. *A
Domino exercituum visitabitur in to-
nitruo, & commotione terræ, & voce
magna turbinis & tempestatis, & flam-
ma ignis

ma ignis deuorantis. ‡Et erit ſicut ſom- 7
nium viſionis nocturnæ multitudo om-
nium Gentium, quæ dimicauerunt con-
tra Ariel, & omnes qui militauerunt, &
obſederunt, & prævaluerunt aduerſus
eam. ‡Et ſicut ſomniat eſuriens & com- 8
edit, cùm autem fuerit expergefactus,
vacua eſt anima eius: & ſicut ſomniat ſi-
tiens & bibit, & poſtquam fuerit exper-
gefactus, laſſus adhuc ſitit, & anima eius
vacua eſt: ſic erit multitudo omnium
Gentiũ, quæ dimicauerunt contra mon-
tem Sion. ‡Obſtupeſcite, & admirami- 9
ni: fluctuate, & vacillate: inebriamini,
& non à vino: mouemini, & non ab
ebrietate. ‡Quoniam miſcuit vobis Do- 10
minus ſpiritum ſoporis: claudet oculos
veſtros: prophetas & principes veſtros
qui vident viſiones, operiet. ‡Et erit 11
vobis viſio omnium ſicut verba libri ſig-
nati: quem cùm dederint ſcienti lite-
ras, dicent, Lege iſtum: & reſpondebit,
Non poſſum, ſignatus eſt enim. ‡Et 12
dabitur liber neſcienti literas, diceturq.
ei, Lege: & reſpondebit, Neſcio literas.
Mat.15,8. Mat.7,6. ‡Et dixit Dominus, 'Eò quòd appro- 13
pinquat populus iſte ore ſuo, & labiis
ſuis glorificat me, cor autem eius longè
eſt à me, & timuerunt me mandato ho-
minum & doctrinis: ‡Ideò, ecce ego 14
addam vt admirationem faciam populo
1 Co.1,19. huic miraculo grandi & ſtupendo: 'peri-
bit enim ſapientia à ſapiẽtibus eius, & in-
tellectus prudentium eius abſcondetur.
Abd.1,3. ‡'Væ, qui profundi eſtis corde, vt à Do- 15
mino abſcondatis conſilium, quorum
Eccl.25,25. ſunt in tenebris opera, & dicunt, 'Quis
videt nos, & quis nouit nos? ‡Peruerſa 16
eſt hæc veſtra cogitatio: quaſi ſi lutum
contra figulum cogitet, & dicat opus fa-
ctori ſuo, Non feciſti me: & figmentum
dicat fictori ſuo, Non intelligis. ‡Nonne 17
adhuc in modico & in breui cõuertetur
Libanus in charmel, & charmel in ſaltũ
reputabitur? ‡Et audient in die illa ſur- 18
di verba libri, & de tenebris & caligine
oculi cæcorum videbunt. ‡Et addent 19
mites in Domino lætitiam, & pauperes
homines in ſancto Iſraël exultabunt:
‡Quoniã defecit qui prævalebat, con- 20
ſummatus eſt illuſor, & ſucciſi ſunt om-
nes qui vigilabant ſuper iniquitatem,
21 ‡qui peccare faciebãt homines in ver-
bo, & arguentem in porta ſupplanta-
bant, & declinauerunt fruſtra à iuſto.
22 ‡Propter hoc, hæc dicit Dominus ad
domum Iacob, qui redemit Abraham,
Non modò cõfundetur Iacob, nec mo-
23 dò vultus eius erubeſcet: ‡ſed cùm vi-
derit filios ſuos, opera manuum mea-
rum in medio ſui ſanctificantes nomen
meum, & ſanctificabũt ſanctum Iacob,
24 & Deum Iſraël prædicabunt, ‡& ſcient
errantes ſpiritu intellectum, & muſſita-
tores diſcent legem.

CAP. XXX.

1 VÆ filij deſertores, dicit Dominus,
vt faceretis cõſilium, & non ex me:
& ordiremini telam, & non per ſpiritum
meum, vt adderetis peccatũ ſuper pec-
2 catum. ‡qui ambulatis vt deſcendatis
in Ægyptum, & os meum non interro-
gaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine
Pharaonis, & habentes fiduciam in vm-
3 bra Ægypti. ‡Et erit vobis fortitudo
Pharaonis in confuſionem, & fiducia
4 vmbræ Ægypti in ignominiam. ‡'E- 'Iterato.
rant' enim in Tani principes tui, & nun-
tij tui vſque ad Hanes peruenerunt.
5 ‡Omnes confuſi ſunt ſuper populo
qui eis prodeſſe non potuit: non fuerunt
in auxilium, & in aliquam vtilitatem, ſed
6 in confuſionẽ, & in opprobrium. 'Onus
iumentorum Auſtri. In terra tribulatio-
nis & anguſtiæ, leæna & leo ex eis, vipe-
ra & regulus volans portantes ſuper hu-
meros iumẽtorum diuitias ſuas, & ſuper
gibbum camelorum theſauros ſuos ad
populum qui eis prodeſſe non poterit.
7 ‡Ægyptus enim fruſtrà & vanè auxi-
liabitur: ideò clamaui ſuper hoc. Super-
8 bia tantùm eſt, quieſce. ‡Nunc ergo' MS.R. Hier. H.C. Addunt G.
ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum, & in li-
bro diligenter exara illud, & erit in die
9 nouiſſimo in teſtimoniũ vſque in æter-
num. ‡populus enim ad iracundiam
prouocans eſt, & filij mendaces, filij no-
10 lentes audire legem Dei. ‡Qui dicunt
videntibus, Nolite videre: & aſpicienti-
bus, Nolite aſpicere nobis ea quæ recta
ſunt:

ſunt: loquimini nobis placentia, videte
nobis errores. ‡Auferte à me viã, decli- 11
nate à me ſemitam, ceſſet à facie noſtra
ſanctus Iſraël. ‡Propterea hæc dicit ſan- 12
ctus Iſraël, Pro eo quòd reprobaſtis ver-
bum hoc, & ſperaſtis in calumnia & in
tumultu, & innixi eſtis ſuper eo: ‡pro- 13
ptereà erit vobis iniquitas hæc ſicut in-
terruptio cadẽs, & requiſita in muro ex-
celſo, quoniam ſubitò, dum non ſpera-
tur, veniet contritio eius. ‡Et cõminue- 14
tur, ſicut cõteritur lagena figuli contri-
tione perualida: & non inuenietur de
fragmentis eius teſta, in qua portetur
igniculus de incendio, aut hauriatur
parum aquæ de fouea. Quia hæc dicit 15
Dominus Deus 'Iſraël, Si reuertamini &
*ſanctus MS.R. Hier. H. G.G. quieſcatis, ſalui eritis: in ſilentio & in ſpe
erit fortitudo veſtra. Et noluiſtis: ‡& di- 16
xiſtis, Nequaquam, ſed ad equos fugie-
mus: ideò fugietis. Et ſuper veloces a-
ſcendemus. ideò velociores erunt, qui
perſequentur vos. ‡Mille homines à 17
facie terroris vnius: & à facie terroris
quinque fugietis, donec relinquamini
quaſi malus nauis in vertice montis, &
quaſi ſignum ſuper collem. ‡Propterea 18
expectat Dominus vt miſereatur veſtri:
& ideò exaltabitur parcens vobis: quia
Iſa.30,18. Deus iudicij Dominus: 'beati omnes qui
expectant eum. ‡Populus enim Sion 19
habitabit in Ieruſalem: plorans nequa-
quã plorabis, miſerans miſerebitur tui:
ad vocem clamoris tui ſtatim vt audie-
rit, reſpondebit tibi. ‡Et dabit vobis 20
Dominus panẽ arctum, & aquam bre-
uem: & non faciet auolare à te vltrà do-
ctorem tuum: & erũt oculi tui videntes
præceptorem tuum. ‡Et aures tuæ au- 21
dient verbum poſt tergum monentis,
Hæc eſt via, ambulate in ea: & non de-
clinetis neque ad dexteram, neque ad ſi-
niſtram. ‡Et contaminabis laminas 22
ſculptilium argenti tui, & veſtimentum
conflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut
immunditiam menſtruatæ. ‡Egredere, 23
dices ei. Et dabitur pluuia ſemini tuo,
vbicumque ſeminaueris in terra, & pa-
nis frugũ terræ erit huberrimus, & pin-
guis. paſcetur in poſſeſſione tua in die il-
24 lo agnus ſpatiosè: ‡& tauri tui, & pul-
li aſinorum qui operantur terram, com-
miſtum migma comedent ſicut in area
25 ventilatũ eſt. ‡Et erunt ſuper omnem
montẽ excelſum, & ſuper omnem col-
lem eleuatum riui currentium aquarum
in die interfectionis multorũ cùm ceci-
26 derint turres. ‡Et erit lux lunæ ſicut
lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter,
ſicut lux ſeptem dierum in die qua al-
ligauerit Dominus vulnus populi ſui, &
27 percuſſuram plagæ eius ſanauerit. ‡Ec-
ce nomen Domini venit de longinquo,
ardens furor eius, & grauis ad portan-
dum: labia eius repleta ſunt indignatio-
ne, & lingua eius quaſi ignis deuorans.
28 ‡Spiritus eius velut torrens inundans
vſque ad mediũ colli, ad perdendas gen-
tes in nihilum, & frenum erroris quod
29 erat in maxillis populorum. ‡Canticum
erit vobis ſicut 'vox' ſanctificatæ ſolem- 'nox 4 MS.R. H.C.
nitatis, & lætitia cordis ſicut qui pergit
cum tibia, vt intret in montem Domini
30 ad fortem Iſraël. ‡Et auditam faciet
Dominus gloriam vocis ſuę, & terrorem
brachij ſui oſtendet in cõminatione fu-
roris, & flamma ignis deuorantis: allîdet
31 in turbine & in lapide grandinis. ‡A
voce enim Domini pauebit Aſſur virga
32 percuſſus. ‡Et erit tranſitus virgæ fun-
datus, quam requieſcere faciet Domi-
nus ſuper eum in tympanis & citharis: &
33 in bellis prȩcipuis expugnabit eos. ‡Præ-
parata eſt enim ab heri Tophet, à rege
præparata, profunda & dilatata. Nutri-
menta eius, ignis & ligna multa: flatus
Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccen-
dens eam.

CAP. XXXI.

1 VÆ qui deſcendunt in Ægyptum ad
auxilium, in equis ſperantes, & ha-
bentes fiduciam ſuper quadrigis, quia
multæ ſunt: & ſuper equitibus, quia
prævalidi nimis: & non ſunt confiſi ſu-
per ſanctum Iſraël, & Dominum non
2 requiſierunt. ‡Ipſe autem ſapiens ad-
duxit malum, & verba ſua non abſtulit:
& conſurget contra domum peſſimo-
rum, & contra auxilium operantiũ ini-
3 quitatem. ‡Ægyptus, homo, & non
Deus:

Deus: & equi eorum, caro, & non ſpiritus, & Dominus inclinabit manũ ſuam, & corruet auxiliator, & cadet cui præſtatur auxilium, ſimulque omnes conſumentur. ‡Quia hæc dicit Dominus ad 4
me, quomodo ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper prædam ſuam, cùm occurrerit ei multitudo paſtorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non pauebit: ſic deſcendet Dominus exercituum, vt prœlietur ſuper montem Sion, & ſuper collem eius.

‡Sicut aues volantes, ſic proteget Dominus exercituũ Ieruſalem, protegens & liberans, tranſiens & ſaluans. ‡Con- 6
uertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſraël. ‡In die enim illa abii- 7
Sup. 2. 18. ciet vir idôla argenti ſui, & idôla auri ſui, quæ fecerunt vobis manus veſtrę in peccatum. ‡Et cadet Aſſur in gladio non 8
viri, & gladi⁹ non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij, & iuuenes eius vectigales erunt: ‡& fortitudo eius 9
à terrore tranſibit, & pauebunt fugientes principes eius: dixit Dominus, cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Ieruſalem.

CAP. XXXII.

ECce, in iuſtitia regnabit rex, & prin- 1
cipes in iudicio præerunt. ‡Et erit 2
vir ſicut qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate, ſicut riui aquarum in ſiti, & vmbra petræ prominentis in terra deſerta. ‡Non caligabunt oculi vi- 3
dentium, & aures audientium diligenter auſcultabunt. ‡Et cor ſtultorum 4
intelliget ſcientiam, & lingua balborum velociter loquetur & planè. ‡Non vo- 5
cabitur vltrà is qui inſipiẽs eſt, princeps: neque fraudulẽtus appellabitur maior.

‡ſtultus enim fatua loquetur, & cor 6
eius faciet iniquitatẽ, vt perficiat ſimulationẽ, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam eſurientis, & potum ſitienti auferat. ‡Fraudulenti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim co- 7
gitationes cõcinnauit ad perdendos mites in ſermone mendacij, cùm loqueretur pauper iudicium. ‡Princeps verò, 8
ea quæ digna ſunt principe cogitabit, & ipſe ſuper duces ſtabit. ‡Mulieres opu- 9
lentæ ſurgite, & audite vocem meam: filiæ confidentes percipite auribus elo-
quium meum. ‡Poſt dies enim & an- 10
num vos cõturbamini confidentes: conſummata eſt enim vindemia, collectio
vltrà non veniet. ‡Obſtupeſcite opu- 11
lentæ, conturbamini confidentes: exuite vos, & confundimini, accingite lumbos veſtros. ‡Super hubera plangite, 12
ſuper regione deſiderabili, ſuper vinea
fertili. ‡Super humum populi mei ſpi- 13
næ & vepres aſcendent: quantò magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? ‡Domus enim dimiſſa eſt, 14
multitudo vrbis relicta eſt, tenebræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpeluncas vſq. in æternum. Gaudiũ onagrorum paſcua
gregum, ‡donec effundatur ſuper nos 15
ſpiritus de excelſo: & erit deſertum in charmel: & charmel in ſaltum reputa-
bitur. ‡Et habitabit in ſolitudine iudi- 16
cium, & iuſtitia in charmel ſedebit. ‡Et 17
erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. ‡Et ſedebit populus meus in 18
pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. ‡Gran- 19
do autem in deſcenſione ſaltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. ‡Beati qui 20
ſeminatis ſuper omnes aquas, immittentes pedem bouis & aſini.

CAP. XXXIII.

VÆ qui prædaris, nónne & ipſe præ- 1
daberis? & qui ſpernis, nónne & ipſe ſpernêris? cùm conſummaueris deprædationem, deprædaberis: cùm fatigatus deſieris contemnere, contemnêris.

‡Domine, miſerere noſtri: te enim ex- 2
pectauimus: eſto brachium noſtrum in manè, & ſalus noſtra in tempore tribulationis. ‡A voce angeli fugerunt populi, 3
& ab exaltatione tua diſperſæ ſunt gentes. ‡Et congregabuntur ſpolia veſtra 4
ſicut colligitur bruchus, velut cùm foſſę plenæ fuerint de eo. ‡Magnificatus eſt 5
Dominus, quoniam habitauit in excelſo: impleuit Sion iudicio & iuſtitia. ‡Et 6
erit fides in temporibus tuis: diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia: timor Domini ipſe eſt

ipſe eſt theſaurus eius. ‡Ecce, videntes 7
clamabunt foris, angeli pacis amarè flebunt. ‡Diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit 8
tranſiens per ſemitam, irritum factum eſt pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. ‡Luxit, & elanguit ter- 9
ra: confuſus eſt Libanus, & obſurduit, & factus eſt Saron ſicut deſertum: & concuſſa eſt Baſan, & Carmelus. ‡Nũc con- 10
ſurgam, dicit Dominus: nunc exaltabor, nunc ſubleuabor. ‡Concipietis ardo- 11
rem, parietis ſtipulam: ſpiritus veſter vt ignis vorabit vos. ‡Et erunt populi qua- 12
ſi de incendio cinis, ſpinæ congregatæ igni comburentur. ‡Audite qui longè 13
eſtis, quæ fecerim; & cognoſcite vicini fortitudinẽ meam. ‡Conterriti ſunt in 14
Sion peccatores, poſſedit tremor hypocritas, quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex
Pſal. 14. 2. vobis cum ardoribus ſempiternis? ‡ⁱQui 15
ⁱveritates 4 MS. Hieron. H. ambulat in iuſtitiis, & loquitur ⁱveritatem', qui proiicit auaritiã ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obthurat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum: ‡Iſte in excelſis habitabit, mu- 16
nimenta ſaxorum ſublimitas eius: panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt. ‡Re- 17
gem in decôre ſuo videbunt oculi eius, cernẽt terram delongè. ‡Cor tuum me- 18
1 Cor. 1, 20 ditabitur timorem: ⁱvbi eſt literatus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum? ‡Populũ imprudentem 19
non videbis, populum alti ſermonis: ita vt non poſſis intelligere diſertitudinem linguæ eius, in quo nulla eſt ſapientia.

‡Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis 20
noſtræ: oculi tui videbunt Ieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur:

‡quia ſolummodo ibi magnificus eſt 21
Dominus noſter: locus fluuiorum riui latiſſimi & patentes: non tranſibit per eum nauis remigum, neque trieris magna tranſgredietur eum. ‡Dominus 22
enim iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter: ipſe ſaluabit nos. ‡Laxati ſunt funiculi tui, ſed non 23
prævalebunt: ſic erit malus tuus, vt dilatare ſignum non queas. Tunc diuidentur ſpolia prædarum multarum: claudi
diripient rapinam. ‡Nec dicet vicinus, 24
Elangui. populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

CAP. XXXIIII.

ACcedite Gentes, & audite, & popu- 1
li attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius.

‡Quia indignatio Domini ſuper om- 2
nes Gẽtes, & furor ſuper vniuerſam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occiſionem. ‡Interfecti eorum proiicientur, & de cadaueribus eorũ aſcendet fœtor: tabeſcent montes à ſanguine
eorum. ‡Et tabeſcet omnis militia cæ- 4
lorum, & complicabuntur ſicut liber cæli: & omnis militia eorum defluet ſicut defluit folium de vinea & de ficu.

‡Quoniam inebriatus eſt in cælo gla- 5
dius meus: ecce ſuper Idumeam deſcendet, & ſuper populũ interfectionis meæ
ad iudicium. ‡Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe, de 6
ſanguine agnorum & hircorum, de ſanguine medullatorum arietum: victima enim Dñi in Boſra, & interfectio magna
in Terra-Edom. ‡Et deſcendent vni- 7
cornes cum eis, & tauri cum potẽtibus: inebriabitur terra eorum ſanguine, &
humus eorum adipe pinguium. ‡ⁱquia 8
Inſ. 63, 4. dies vltionis Domini, annus retributionum iudicij Sion. ‡Et conuertentur tor- 9
rentes eius in picem, & humus eius in ſulphur: & erit terra eius in picẽ ardentem. ‡Nocte & die non extinguetur, 10
in ſempiternum aſcendet fumus eius: à generatione in generationem deſolabitur, in ſecula ſeculorũ non erit tranſiens
per eam. ‡Et poſſidebunt illam ono- 11
crotalus & ericius: & ibis, & coruus habitabunt in ea: & extendetur ſuper eam mẽſura, vt redigatur ad nihilum, & per- 12
pendiculum in deſolationem. ‡Nobiles eius non erũt ibi: regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in
nihilum. ‡Et orientur in domibus eius 13
ſpinæ & vrticæ, & paliurus in munitionibus

nibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionum. [14] Et occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiẽ. [15] Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in vmbra eius: illuc congregati sunt milui, alter ad alterũ. [16] Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnum ex eis non defuit, alter alterum nõ quæsiuit. quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea. [17] Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in æternum possidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

CAP. XXXV.

[1] LÆtabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. [2] Germinãs germinabit, & exultabit lætabunda & laudãs: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.

[3] Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. [4] Dicite pusillanimis, Confortamini, & nolite timere. ecce Deus vester vltionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit vos. [5] Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebũt. [6] Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine.

[7] Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. [8] Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. [9] Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint. [10] Et redempti à Domino, conuertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

pusillanimes MS. G. Q. n. - 19 MS. H. G. nostrer MS. G. nos MS. R. G. Mat. 15, 30.

CAP. XXXVI.

[1] ET factũ est: in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. 4 Re. 18, 13. 2 Par. 32, 1. [2] Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Ierusalem, ad regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæ ductu piscinæ superioris in via Agri-fullonis. [3] Et egressus est ad eum Eliacim filius Helciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba, [4] & Ioahe filius Asaph à cõmentariis. Et dixit ad eos Rabsaces, Dicite Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia qua confidis? [5] aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me? [6] Ecce, confidis super baculum arundineum confractum istum, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: sic Pharao rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo. [7] Quòd si responderis mihi, In Domino Deo nostro confidimus: nonne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalem, Coram altari isto adorabitis? [8] Et nunc trade te dño meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorũ, nec poteris ex te prębere ascensores eorũ. [9] Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex seruis dñi mei minoribus? Quòd si cõfidis in Ægypto, [10] in quadrigis, & in equitibus: [11] & nunc nunquid sine Domino ascẽdi ad terram istam vt disperderem eam? Dominus dixit ad me, Ascende super terram istam, & disperde eam. [12] Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabsacen, Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim. ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui est super murum. [13] Et dixit ad eos Rabsaces, Nunquid ad Dominum tuum & ad te misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista; & non potius ad viros qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum vobiscum? [14] Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit, Audite verba regis magni, regis Assyriorum. [15] Hæc dixit rex, Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos. [16] Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicẽs, Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur ciuitas ista in manu regis Assyriorum. [17] Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineam suam, & vnusquisque ficum suam: & bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ, [18] donec veniam & tollam vos ad terram quæ est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terrã panum & vinearum. Nec conturbet vos Ezechias, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium vnusquisque terram suam de manu regis Assyriorum? [19] Vbi est Deus Emath & Arphad? vbi est Deus Sepharuaim? nũquid liberauerunt Samariam de manu mea? [20] Quis est ex omnibus diis terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, vt eruat Dominus Ierusalem de manu mea? [21] Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim rex, dicens, Ne respondeatis ei. [22] Et ingressus est Eliacim filius Helciæ qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à cõmentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

dis MS. Hier. Versus in R. H. G. & C. non leguntur.

CAP. XXXVII.

4 Re. 19, 1. 2 Par. 32, 21. [1] ET factum est: cùm audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domũ Domini. [2] Et misit Eliacim qui erat super domum, & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Isaiam filium Amos prophetam, [3] & dixerunt ad eum, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & correptionis, & blasphemiæ dies hæc: quia venerũt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi. [4] Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus ad blasphemãdum Deum viuentem, & exprobrãdum sermonibus quos audiuit Dominus Deus tuus: leua

ergo orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt. [5] Et venerunt serui regis Ezechiæ ad Isaiam. [6] & dixit ad eos Isaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit Dominus, Ne timeas à facie verborum quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. [7] Ecce, Ego dabo ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua. [8] Reuersus est autem Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum prœliantem aduersus Lobnam. Audierat enim quia profectus esset de Lachis, [9] & audiuit de Tharáca rege Æthiopiæ, dicentes, Egressus est vt pugnet contra te. Quod cùm audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens, [10] Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ, loquentes, Nõ te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens, Non dabitur Ierusalem in manum regis Assyriorum. [11] Ecce, tu audisti omnia quæ fecerunt reges Assyriorũ omnibus terris quas subuerterũt, & tu poteris liberari? [12] Nunquid eruerunt eos dij Gẽtium, quos subuerterunt patres mei Gozam, & Harã, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thalassar? [13] Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuáim, Ana & Aua? [14] Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & ascendit in domum Domini, & expãdit eos Ezechias coram Domino. [15] Et orauit Ezechias ad Dominum, dicens, [16] Domine exercituum Deus Israël, qui sedes super cherubim: tu es Deus solus omniũ regnorum terræ, tu fecisti cælum & terram. [17] Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sẽnacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum viuẽtem. [18] Verè enim Domine desertas fecerũt reges Assyriorum terras, & regiones earum. [19] Et dederunt deos earum igni: non enim erant dij, sed opera manuum hominũ, lignum & lapis, & comminuerunt eos. [20] Et nunc Dñe Deus noster salua nos de manu eius: & cognoscant omnia regna terræ quia tu es Dominus solus. [21] Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens:

Hæc dicit Dñs Deus Iſraël, Pro quibus rogaſti me de Sẽnacherib rege Aſſyriorum, [22] hoc eſt verbum quod locutus eſt Dominus ſuper eum, Deſpexit te, & ſubſannauit te, virgo filia Sion: poſt te caput mouit, filia Ieruſalem. [23] Cui exprobraſti, & quẽ blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem, & leuaſti altitudinem oculorum tuorum? Ad ſanctum Iſraël. [24] In manu ſeruorum tuorum exprobraſti Domino: & dixiſti, In multitudine quadrigarum mearũ ego aſcendi altitudinem montium, iuga Libani: & ſuccîdam excelſa cedrorum eius, & electas abietes illi⁹, & introibo altitudinem ſummitatis eius, ſaltum Carmeli eius.

[25] Ego fodi, & bibi aquam, & exiccaui veſtigio pedis mei omnes riuos aggerum. [26] Nunquid non audiſti quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plaſmaui illud: & nunc adduxi: & factũ eſt in eradicationem collium compugnantium, & ciuitatum munitarum. [27] Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confuſi ſunt: facti ſunt ſicut fœnum agri, & gramen paſcuę, & herba tectorum quæ exaruit antequam matureſceret. [28] Habitationem tuam, & egreſſum tuum & introitum tuum cognoui, & inſaniam tuam contra me. [29] Cùm fureres aduerſum me, ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam veniſti.

[30] Tibi autẽ hoc erit ſignum, Comede hoc anno quæ ſpontè naſcuntur, & in anno ſecundo pomis veſcere: in anno autem tertio ſeminate & metite, & plantate vineas, & comedite fructũ earum.

[31] Et mittet id quod ſaluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum eſt, radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum, [32] quia de Ieruſalem exibunt reliquiæ, & ſaluatio de monte Sion: zelus Domini exercituũ faciet iſtud. [33] Propterea hæc dicit Dominus de rege Aſſyriorum, non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi ſagittã: & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem.

[34] In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. [35] Et protegam ciuitatẽ iſtam, vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. [36] Egreſſus eſt autem angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Et ſurrexerunt manè, & ecce omnes cadauera mortuorum. [37] Et egreſſus eſt, & abiit. & reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & habitauit in Niniue. [38] Et factum eſt, cùm adoraret in templo Neſroch Deum ſuum, Adramélech & Saráſar filij eius percuſſerunt eum gladio; fugeruntq. in Terram Ararat, & regnauit Aſarhaddon filius eius pro eo.

Sup. 19, 12. 4 Re. 19, 35. Tob. 1, 21. Eccl. 48, 24. 2 Mach. 7. 41. 2 Mac. 8, 19.

CAP. XXXVIII.

[1] IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſq. ad mortem: & introiuit ad eum Iſaias filius Amos propheta, & dixit ei, Hęc dicit Dominus, Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. [2] Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem, & orauit ad Dominum, [3] & dixit, Obſecro Dñe, memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. [4] Et factum eſt verbum Domini ad Iſaiam, dicens, [5] Vade, & dic Ezechiæ, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationẽ tuam, & vidi lachrymas tuas. ecce, ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos, [6] & de manu regis Aſſyriorum eruam te & ciuitatem iſtam, & protegam eam. [7] Hoc aũt tibi erit ſignum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc quod locutus eſt: [8] Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas deſcenderat in horologio Achaz in ſole, retrorſum decem lineis. Et reuerſus eſt ſol decem lineis per gradus quos deſcenderat.

[9] Scriptura Ezechiæ regis Iuda cùm ægrotaſſet, & conualuiſſet de infirmitate ſua.

[10] Ego dixi, In dimidio dierũ meorum vadã ad portas inferi: quæſiui reſiduum annorum meorum.

[11] Dixi, Non videbo Dominum Deum in terra

4 Re. 20, 1. 2 Par. 32, 24.

- MS. R. H. C. Texerunt autem, vt hoc, & proxima loca reſponde G.
- lachrymã tuam
- MS. H.

in terra viuentium, non aſpiciam hominem vltrà, & habitatorem quietis.

[12] Generatio mea ablata eſt; & conuoluta eſt à me, quaſi tabernaculum paſtorũ: præciſa eſt, velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, ſuccidit me: de manè vſque ad veſperam finies me.

[13] Sperabam vſque ad manè, quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea: de manè vſque ad veſperam finies me.

[14] Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba: attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum: Domine vim patior, 'reſponde' pro me.

- 'ſponde 1 MS. R. H. Q. n.

[15] Quid dicam aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe 'fecerit'? recogitabo 'omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

- 'fecerim Q. n.
- 'tibi o Q. n.

[16] Domine 'si' ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me.

- '7 MS. 'sic 4 MS. Q. n.

[17] Ecce, in pace amaritudo mea amariſſima: tu autem eruiſti animam meam vt non periret, proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

[18] Quia non infernus confitebitur tibi, neq. mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum, veritatẽ tuam.

[19] Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

[20] Domine ſaluum me fac, & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.

[21] Et iuſſit Iſaias vt tollerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur.

[22] Et dixit Ezechias, Quod erit ſignum quia aſcendam in domum Domini?

CAP. XXXIX.

4 Reg. 20, 12

[1] IN 'tempore illo miſit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotaſſet, & conualuiſſet.

- 'tempore illo MS. R. H. C. G.

[2] Lætatus eſt autem ſuper eis Ezechias, & oſtendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas ſupellectilis ſuæ, & vniuerſa quæ inuenta ſunt in theſauris eius. Non fuit verbum quod non oſtenderet eis Ezechias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua.

[3] Introiuit autem Iſaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei, Quid dixerunt viri iſti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. [4] Et dixit, Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias, Omnia quę in domo mea ſunt, viderunt: non fuit res quam non oſtenderim eis in theſauris meis. [5] Et dixit Iſaias ad Ezechiam, Audi verbum Domini exercituum: [6] Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizauerunt patres tui vſque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quicquam, dicit Dominus.

[7] Et de filiis tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi [8] in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Iſaiam, Bonum verbũ Domini quod locutus eſt. Et dixit, Fiat tantùm pax & veritas in diebus meis.

CAP. XL.

[1] CONſolamini conſolamini populę meus, dicit Deus veſter. [2] Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam: quoniam completa eſt 'malitia' eius, dimiſſa eſt iniquitas illius: ſuſcepit de manu Dñi duplicia pro omnibus peccatis ſuis. [3] 'Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. [4] Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. [5] Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt.

- 'milida H. Q. n.
- Mat. 3, 3. Mar. 1, 3. Luc. 3, 4. Ioan. 1, 23.

[6] Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? 'Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. [7] Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo. Verè fœnum eſt populus: [8] exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: 'Verbũ autem 'Domini' noſtri manet in æternum. [9] Super montem excelſum aſcẽde tu 'qui' euangelizas Siõ: exalta in fortitudine vocem tuam, 'qui' euangelizas Ieruſalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatib⁹ Iudæ, Ecce

- Eccl. 14, 18. Iac. 1, 10. 1 Pe. 1, 24.
- 'Dei Ms. R. H. G. G.
- Mat. 5, 18. 24, 35. Mat. 13, 31. Luc. 16, 13.
- 'quæ 2 MS. Hier. H. Q. n.

Deus veſter: *ecce Dominus Deus in 10
fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce, merces eius cum eo, &
Ier.10,11. & c.ec.34, 23,37,24. opus illius coram illo. *Sicut paſtor, 11
gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. *Quis menſus eſt pu- 12
gillo aquas, & cælos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere mõtes, & col-
Ro.11,34. 1 Co.2,16. Sap.9,13. les in ſtatéra? *Quis adiuuit ſpiritum 13
Domini? aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi? *Cum quo iniit conſi- 14
lium, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam iuſtitiæ, & erudiuit eum ſcientiam, & viam prudentiæ oſtendit illi?
*Ecce, Gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtatéræ reputatæ ſunt: ecce, inſulæ quaſi puluis exiguus. *Et li- 16
banus non ſufficiet ad ſuccendendum, & animalia eius non ſufficient ad holocauſtum. *Omnes gentes quaſi non 17
ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum
Act.17,29. & inane reputatæ ſunt ei. *Cui ergo ſi- 18
milem feciſtis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? *Nunquid ſculptile 19
conflauit faber? aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argenteis argentarius? *Forte lignum, & imputribile 20
elegit: artifex ſapiens quærit quomodò ſtatuat ſimulachrum quod non moueatur. *Nunquid non 'ſcitis'? nunquid 21
non 'audiſtis'? nunquid non annuntiatum eſt vobis ab initio? nunquid non intellexiſtis fundamenta terræ? *Qui ſe- 22
det ſuper gyrum terræ, & habitatores eius ſunt quaſi locuſtæ: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos ſicut tabernaculum ad inhabitandum. *Qui 23
dat ſecretorũ ſcrutatores quaſi non ſint, iudices terræ velut inane fecit: *'Equi- 24
dem' neque 'plantatus, neque ſatus, neque radicatus in terra truncus' eorum: repentè flauit in eos, & aruerunt, & turbo quaſi ſtipulam auferet eos. *Et cui 25
aſſimilaſtis me, & adæquaſtis, dicit ſanctus? *Leuate in excelſum oculos ve- 26
ſtros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine

'ſcietis MS. Hier. R.H.G. 'audietis MS. R. Hier. H. G. Præteritis expoſuit C.

'Et quidem MS. R. 'plãtato neque ſato, neque radicato in terra trunco. 25 MS. R. 'plantatos, neq. ſatos neq. radicato in terra trunco 2 MS. H. Q. n.

fortitudinis & roboris, virtutiſque eius, 27
neque vnum reliquum fuit. *Quare dicis Iacob, & loqueris Iſraël, Abſcondita eſt via mea à Domino, & à Deo meo 28
iudicium meum 'tranſiuit'? *Nunquid 'tranſiit 7 MS. R. Hier. H. C. Præterijt eueniet exp. ſutura G.
neſcis, aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ: non deficiet, neque laborabit, nec eſt 29
inueſtigatio ſapientiæ eius. *Qui dat laſſo virtutẽ: & his qui non ſunt, fortitu- 30
dinem, & robur multiplicat. *Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infir- 31
mitate cadent. *Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pẽnas ſicut aquilæ, current & non laborabũt, ambulabũt & non deficient.

CAP. XLI.

TAceant ad me inſulæ, & Gẽtes mutent fortitudinem: accedãt, & tunc 1
loquantur, ſimul ad iudiciũ propinquemus. *Quis ſuſcitauit ab Oriente iu- 2
ſtum, vocauit eum vt ſequeretur ſe? dabit in conſpectu eius Gentes, & reges obtinebit: dabit quaſi puluerẽ gladio eius, *& 3 M. G. Verũ R. H. C. non addit.
'ſicut ſtipulam vento raptam arcui eius.
*Perſequetur eos, tranſibit in pace, ſe- 3
mita in pedibus eius nõ apparebit. *Quis 4
hæc operatus eſt, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, pri- Inſ.44,6. 48,12. Apoc.1,18. 22,13.
mus & nouiſſimus ego ſum. *Viderunt 5
inſulæ, & timuerunt, extrema terræ obſtupuerunt, appropinquauerunt, & acceſſerunt. *Vnuſquiſque proximo ſuo 6
auxiliabitur, & fratri ſuo dicet, Confortare. *Confortauit faber ærarius, per- 7
cutiens malleo, eum qui cudebat tunc temporis, dicens, Glutino bonum eſt: & confortauit eum clauis, vt non moueretur. *Et tu Iſraël ſerue meus, Iacob 8
quem elegi, ſemẽ Abraham amici mei, *in quo apprehẽdi te ab extremis terræ, 9
& à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi, Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te. *Ne timeas, quia ego tecũ ſum: 10
ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera iuſti mei. *Ecce confun- 11
dentur & erubeſcẽt omnes qui pugnant aduerſum te: erunt quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicũt tibi. *Quæ- 12
res eos

res eos, & non inuenies, viros rebelles tuos. erunt quaſi non ſint: & veluti conſumptio 'hominis bellãtis' aduerſum te.
'homines bellantes R. Hier. H. G. G.
*Quia ego Dñs Deus tuus apprehen- 13
dens manum tuam, dicenſque tibi, Ne timeas, ego adiuui te. *Noli timere ver- 14
mis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſraël: ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus; & redemptor tuus ſanctus Iſraël. *Ego 15
poſui te quaſi plauſtrũ triturans nouum, habens roſtra ſerrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quaſi puluerem pones. *Ventilabis eos, & ven- 16
tus tollet, & turbo diſperget eos: & tu exultabis in Domino, in ſancto Iſraël lætaberis. *Egeni, & pauperes quærunt a- 17
quas, & non ſunt: lingua eorum ſiti aruit. Ego Dñs exaudiam eos, Deus Iſraël non derelinquam eos. *Aperiam in 'ſupi- 18
'ſupremis 1 MS. nis' collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. *Dabo in ſolitudinem ce- 19
drum & ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponã in deſerto abietem, vlmum, & buxum ſimul: *Vt videant, & ſciant, 20
& recogitent, & intelligant pariter; quia manus Dñi fecit hoc, & ſanctus Iſraël creauit illud. *Propè facite iudicium 21
veſtrum, dicit Dominus: afferte, ſiquid fortè habetis, dixit rex Iacob. *Accedant, & nuntient nobis quæcũque ventura ſunt: priora quæ fuerunt nuntiate: & ponemus cor noſtrum, & ſciemus noui- 22
ſſima eorum, & quæ ventura ſunt indicate nobis. *Annuntiate quæ ventu- 23
ra ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis vos. bene quoque aut malè, ſi poteſtis, facite: & loquamur, & videamus ſimul. *Ecce, vos eſtis ex nihilo, & opus 24
veſtrum ex eo quod nõ eſt: abominatio eſt qui elegit vos. *Suſcitaui ab Aquilo- 25
ne, & veniet ab Ortu ſolis: vocabit nomen meũ, & adducet magiſtratus quaſi lutum, & velut plaſtes conculcans humum. *Quis annuntiauit ab exordio, 26
vt ſciamus: & à principio, vt dicamus, Iuſtus es? non eſt neque annuntians, neque prædicens, neque audiens ſermones veſtros. *Primus ad Sion dicet, Ecce 27
adſum, & Ieruſalem euangeliſtam dabo.
*Et vidi, & non erat neque ex iſtis quiſ- 28
quam qui iniret conſilium, & interrogatus reſponderet verbum. *Ecce omnes 29
iniuſti, & vana opera eorum, ventus & inane ſimulachra eorum.

CAP. XLII.

'ECce 'ſeruus meus, ſuſcipiam eum: Mat.12,18.
electus meus, complacuit ſibi in illo 1
anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudiciũ Gentibus proferet. *Non 2
clamabit, neque accipiet perſonam, nec audietur vox eius foris. *Calamum 3
quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. *Non erit triſtis, neque 4
turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius inſulæ expectabunt.
*Hæc dicit Dominus Deus creans cæ- 5
los, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo qui eſt ſuper eam, & ſpiritum cal- 6
cantibus eam. *Ego Dominus vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manũ tuam, & ſeruaui te. Et 'dedi te in fœdus popu- Inſ.49,6.
li, in lucem Gentium: *Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes 7
in tenebris. *Ego Dñs, hoc eſt nomen 8
meum: 'gloriam meam alteri non dabo, Inſ.48,11.
& laudem meam ſculptilibus. *Quæ 9
prima fuerũt, ecce venerunt: noua quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam. *Cantate Domi- 10
no canticum nouum, laus eius ab extremis terræ, qui deſcenditis in mare, & plenitudo eius: inſulæ, & habitatores earũ.
*Subleuetur deſertum & ciuitates eius: 11
in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt. *Ponent Domino gloriam: 12
& laudem eius in inſulis nuntiabunt.
*Dominus ſicut fortis egredietur, 'ſic- *& 7 MS. G. Verum R. Hier. H. & C. non addunt.
ut vir prœliator ſuſcitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: ſuper inimi- 13
cos ſuos confortabitur. *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo, & abſorbebo ſimul. 14
*Deſertos faciam montes, & colles; 15
& omne gramen eorum exiccabo: &

ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. [16] Et ducam cæcos in viam quam nesciunt: & in semitis quas ignorauerũt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta. hæc verba feci eis, & non dereliqui eos.

[17] Conuersi sunt retrorsum: confundantur cõfusione, qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili, Vos dij nostri.

[18] Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. [19] Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuntios meos misi? quis cæcus, nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini? [20] Qui vides multa, nónne custodies? qui apertas habes aures, nónne audies? [21] Et Dominus voluit vt sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret. [22] Ipse autem populus direptus, & vastatus: laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat: in direptionẽ, nec est qui dicat, Redde.

[23] Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura? [24] Quis dedit in direptionem Iacob, & Israël vastantibus? nónne Dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius. [25] Et effudit super eum indignationẽ furoris sui, & fortè bellum, & combussit eum in circuitu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

CAP. XLIII.

[1] Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israël: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. [2] Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non comburêris, & flamma non ardebit in te: [3] Quia ego Dñs Deus tuus sanctus Israël saluator tuus, dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam & Saba pro te. [4] Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua. [5] Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. [6] Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. [7] Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. [8] Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdũ, & aures ei sunt. [9] Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus: quis in vobis annuntiet istud, & quæ prima sunt, audire nos faciet? dent testes eorum, & iustificẽtur, & audiant, & dicant, Verè. [10] Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus quem elegi: vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. ante me non est formatus Deus, & post me non erit. [11] Ego sum, ego sum Dñs, & non est absque me saluator. [12] Ego annuntiaui, & saluaui: auditum feci, & non fuit in vobis alienus. vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus. [13] Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud? [14] Hæc dicit Dominus redemptor vester, sanctus Israël, Propter vos emisi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes. [15] Ego Dominus sanctus vester, creans Israël rex vester. [16] Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam. [17] Qui eduxit quadrigã & equum: agmen & robustum, simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum, & extincti sunt. [18] Ne memineritis priorũ, & antiqua ne intueamini. [19] Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in inuio flumina. [20] Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. [21] Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit.

[22] Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israël. [23] Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure. [24] Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. [25] Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuorum non recordabor. [26] Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes vt iustificeris. [27] Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me. [28] Et contaminaui principes sanctos, dedi ad internecionem Iacob, & Israël in blasphemiam.

CAP. XLIIII.

[1] Et nunc audi Iacob seruе meus, & Israël quem elegi: [2] Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime quẽ elegi. [3] Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semẽ tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. [4] Et germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. [5] Iste dicet, Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua, Domino: & in nomine Israël assimilabitur.

[6] Hæc dicit Dominus rex Israël, & redemptor eius Dominus exercituũ, Ego primus, & ego nouissimus, & absq. me non est Deus. [7] Quis similis mei? vocet & annuntiet: & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura & quæ futura sunt annuntient eis. [8] Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci, & annuntiaui: vos estis testes mei. nunquid est Deus absque me, & formator quem ego non nouerim? [9] Plastæ idôli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. ipsi sunt testes eorum, quia non vident neq. intelligunt vt confundantur.

[10] Quis formauit Deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile? [11] Ecce, omnes participes eius cõfundentur: fabri enim sunt ex hominibus: conuenient omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. [12] Faber ferrarius lima operatus est: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esuriet & deficiet, non bibet aquam, & lassescet. [13] Artifex lignarius extẽdit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. [14] Succîdit cedros, tulit ilicem, & quercum quæ steterat inter ligna saltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit. [15] Et facta est hominibus in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est: & succendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus est deum, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud. [16] Medium eius combussit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit, Vah, calefactus sum, vidi focum. [17] Reliquum autem eius deũ fecit & sculptile sibi: curuatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat, dicens, Libera me, quia Deus meus es tu. [18] Nescierunt, neq. intellexerunt: obliti enim sunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo. [19] Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt dicant, Medietatẽ eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idôlum faciam? ante truncum ligni procidam? [20] Pars eius cinis est: cor insipiens adorauit illud, & non liberabit animam suam, neque dicet, Fortè mendacium est in dextera mea. [21] Memento horum Iacob & Israël, quoniam seruus meus es tu. formaui te, seruus meus es tu Israël, non obliuiscaris mei. [22] Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulã peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te. [23] Laudate cæli, quoniam misericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ: resonate montes laudationem, saltus & omne lignũ eius, quoniam redemit Dominus Iacob, & Israël gloriabitur. [24] Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero, Ego sum Dñs faciens omnia, extendens cęlos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. [25] Irrita faciens signa

diuino-

diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum: & scientiam eorum stultam faciens. [25] Suscitans verbum serui sui, & consilium nuntiorum suorũ complens. Qui dico Ierusalem, Habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, Ædificabimini, & deserta eius suscitabo. [27] Qui dico profundo, Desolare, & flumina tua arefaciam. [28] Qui dico Cyro, Pastor meus es: & omnem voluntatẽ meam complebis. Qui dico Ierusalem, Ædificaberis; & templo, Fundaberis.

CAP. XLV.

HÆc dicit Dñs christo meo Cyro, [1] cuius apprehẽdi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius Gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. [2] Ego ante te ibo: & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. [3] Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Israël. [4] Propter seruum meum Iacob, & Israël electum meum, & vocaui te *nomine tuo: assimilaui te, & non cognouisti me. [5] Ego Dominus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognouisti me: [6] vt sciant hi qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam absque me non est. Ego Dominus, & non est alter: [7] formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc. [8] Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustũ: aperiatur terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. ego Dominus creaui eum. [9] Væ qui contradicit "factori' suo, testa de samiis terræ. 'nunquid dicet lutũ figulo suo, Quid facis, & opus tuum absque manibus est? [10] Væ qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, Quid parturis? [11] Hæc dicit Dominus sanctus Israël plastes eius, Ventura interrogate me: super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. [12] Ego feci terram: & hominem super eam creaui ego: manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum [13] mandaui. Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, nõ in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus [14] exercituum. Hæc dicit Dominus, Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopię, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt & tui erunt: Post te ambulabunt, vincti manicis pergent: & te adorabunt, teque deprecabuntur: Tantum in te est Deus, [15] & non est absque te Deus. Verè tues Deus absconditus, Deus Israël saluator. [16] Confusi sunt & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. [17] Israël saluatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & non erubescetis vsque in seculum seculi. [18] Quia hæc dicit Dominus creans cælos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam: vt habitaretur formauit eam. ego Dominus, & non est alius. [19] Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso: non dixi semini Iacob, Frustra quærite me. ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta. [20] Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluati estis ex Gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem. [21] Annuntiate, & venite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prędixit illud? nunquid non ego Dominus, & non est vltrà Deus absque me? Deus iustus & saluans non est præter me. [22] Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius. [23] In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur: quia 'mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. [24] Ergo in Domino, dicet, meæ sunt iustitię & imperiũ: ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. [25] In Dño iustificabitur & laudabitur omne semen Israël.

CAP. XLVI.

[1] COnfractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestiis & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem. [2] Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit. [3] Audite me domus Iacob, & omne residuũ domus Israël, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. [4] Vsq. ad senectã ego ipse, & vsq. ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo. [5] Cui assimilastis me, & adæquastis & comparastis me, & fecistis similem? [6] Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statéra ponderatis: conducentes aurificem, vt faciat deum: & procidunt & adorant. [7] 'Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo, & stabit, ac de loco suo non mouebitur. sed & cùm clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione nõ saluabit eos. [8] Mementote istud, & confundamini: redite pręuaricatores ad cor. [9] Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum Deus, & non est vltrà Deus, nec est similis mei: [10] Annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ nec-dum facta sunt, dicens, Consiliũ meum stabit, & omnis voluntas mea fiet: [11] Vocans ab Oriente 'auem', & de terra longinqua virum voluntatis meæ. & locutus sum, & adducam illud: creaui, & faciam illud. [12] Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia. [13] Propè feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & Israëli gloriam meam.

CAP. XLVII.

DEscende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltrà non vocaberis mollis & tenera. [2] Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. [3] 'Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non resistet mihi homo. [4] Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, sanctus Israël. [5] Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltrà domina regnorum. [6] Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde. [7] Et dixisti, In sempiternum ero domina. non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui. [8] Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, 'Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. [9] 'Venient tibi duo hæc subitò in die vna, sterilitas & viduitas. vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. [10] Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti, Non est qui videat me. Sapientia tua & scientia tua, hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo, Ego sum, & præter me non est altera. [11] Veniet super te malum, & nescies ortum eus: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repentè miseria quam nescies. [12] Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorũ in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. [13] Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. [14] Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus, vt sedeant ad eum. [15] Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraueras: negotiatores tui ab adolescẽtia tua, vnusquisque in via sua errauerunt: non est qui saluet te.

CAP. XLVIII.

[1] AVdite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israël, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israël recordamini non in [2] veritate neque in iustitia. De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deum

*in 16 MS.H.C. Omissum est autem à G.

"factori 16 MS. Rom.9,20. Ier.18,6.

Rom.14, Phil.2,10

Rdm.3,5.

Apo.18,7.

Infr.51,19.

Israël constabiliti sunt: Dominus exercituum nomen eius. ‡ Priora ex tunc 3
annuntiaui, & ex ore meo exierunt, &
audita feci ea: repente operatus sum, &
venerunt. ‡ Sciui enim quia durus es 4
tu, & neruus ferreus ceruix tua, &
frons tua ærea. ‡Prædixi tibi extunc: an- 5
tequam venirent indicaui tibi, ne fortè
diceres, Idôla mea fecerunt hæc, &
sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista. ‡ Quæ audisti, vide omnia: 6
vos autem num annuntiastis? Audita
feci tibi noua extunc, & conseruata sunt
quæ nescis: ‡ nunc creata sunt, & non 7
extunc: & ante diem, & non audisti ea,
ne fortè dicas, Ecce ego cognoui ea.
‡ Neque audisti, neque cognouisti, ne- 8
que extunc aperta est auris tua. scio enim
quia præuaricãs pręuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te. ‡ Propter 9
nomen meum longè faciam furorem
meum: & laude mea infrænabo te, ne
intereas. ‡ Ecce, excoxi te, sed non qua- 10
si argentum, elegi te in camino paupertatis. ‡ Propter me, propter me faciam, 11
Sup.42.8. vt non blasphemer: ' & gloriam meam
alteri non dabo. ‡ Audi me Iacob, & Is- 12
Sup.41,4. 44.6. raël quem ego voco. ' ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. ‡ Manus quo- 13
que mea fundauit terrã, & dextera mea
mensa est cælos: ego vocabo eos, & stabunt simul. ‡ Congregamini omnes 14
vos, & audite: quis de eis annũtiauit hęc?
Domin⁹ dilexit eum, faciet voluntatem
suam in Babylone, & brachium suum in
Chaldæis. ‡ Ego ego locutus sum, & vo- 15
caui eum: adduxi eum, & directa est via
eius. ‡ Accedite ad me, & audite hoc: 16
non à principio in abscondito locutus
sum: ex tempore antequam fieret, ibi
eram, & nunc Dñs Deus misit me, & spiritus eius. ‡ Hæc dicit Dñs redemptor 17
tuus sanctus Israël, Ego Dominus Deus
tuus docens te vtilia, gubernans te in via
qua ambulas. ‡ Vtinã attendisses man- 18
data mea: facta fuisset sicut flumen pax
tua, & iustitia tua sicut gurgites maris.
‡ & fuisset quasi arena semen tuum, & 19
stirps vteri tui vt lapilli eius: non interisset, & non fuisset attritum nomen eius
20 à facie mea. ‡ ' Egredimini de Baby- Ier.32,6.
lone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, &
efferte illud vsque ad extrema terræ. ' Di- Exo.17,6. Nu.20,11.
cite, Redemit Dominus seruum suum
21 Iacob. ‡ Non sitierunt in deserto, cùm
educeret eos: ' aquam de petra produxit Infr.48,21.
eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ.
22 ‡ Non est pax impiis, dicit Dominus.

CAP. XLIX.

1 AVdite insulæ, & attendite populi
délonge: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. ‡ Et posuit os Infr.51,16.
meum quasi gladium acutum: in vmbra manus suæ protexit me, & posuit
me sicut sagittam electam: in pharetra
3 sua abscondit me. ‡ Et dixit mihi, Seruus meus es tu Israël, quia in te gloriabor. ‡ Et ego dixi, In vacuum laboraui,
sine causa, & vanè fortitudinem meam
consumpsi: ergo iudicium meum cum
Domino, & opus meum cum Deo meo.
5 ‡ Et nunc dicit Dominus, formans me
ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob
ad eum, & Israël non congregabitur: &
glorificatus sum in oculis Dñi, & Deus
6 meus factus est fortitudo mea. ‡ Et dixit, Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël con- Sup.42,6. Act.13,47.
uertẽdas. ' Ecce, dedi te in lucem gentiũ,
vt sis salus mea vsq. ad extremum terræ.
7 ‡ Hæc dicit Dominus redemptor Israël,
sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, &
consurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, & sanctũ Israël qui elegit te. ‡ Hæc dicit Do- Ca.42.
minus, ' In tempore placito exaudiui te,
& in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas: ‡ vt diceres his qui vincti
9 sunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. Super vias pascentur, & in-
10 omnibus planis pascua eorum. ‡ ' Non Apo.7,16.
esurient, neque sitient, & non percutiet
eos æstus & sol: quia miserator eorũ reget portabit
eos, & ad fontes aquarum ' potabit eos. 4 MS. B. C. Q. D.
‡ Et ponam

11 ‡ Et ponam omnes montes meos in
viã, & semitæ meæ exaltabuntur. ‡ Ecce 12
isti délongè venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi.
13 ‡ Laudate cæli, & exulta terra, iubilate montes laudem: quia consolatus est
Dominus populum suum, & pauperum
suorum miserebitur. ‡ Et dixit Sion, 14
Dereliquit me Dominus, & Dominus
oblitus est mei. ‡ Nunquid obliuisci po- 15
test mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. ‡ Ecce, 16
in manibus meis descripsi te: muri tui
coram oculis meis semper. ‡ Venerunt 17
structores tui: destruentes te, & dissipantes à te exibunt. ‡ ' Leua in circuitu ocu- 18
Infr.60,4. los tuos, & vide, omnes isti congregati
sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestiêris, & circundabis tibi eos
quasi sponsa. ‡ Quia deserta tua & soli- 19
tudines tuæ, & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longè
fugabuntur qui absorbebant te. ‡ Ad- 20
huc dicẽt in auribus tuis filij sterilitatis
tuæ, Angustus est mihi locus, fac spatium mihi vt habitem. ‡ Et dices in cor- 21
de tuo, Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens, transmigrata &
captiua: & istos quis enutriuit? ego destituta & sola: & isti vbi hîc erant? ‡ Hæc 22
dicit Dominus Deus, Ecce, leuabo ad
Gentes manum meam, & ad populos
exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt. ‡ Et erunt reges nu- 23
tritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu
in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorũ lingent. Et scies quia
ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum. ‡ Nunquid 24
tolletur à forti præda? aut quod captum
fuerit à robusto, saluum esse poterit?
‡ Quia hæc dicit Dominus, Equidem 25
& captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos
verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo,
& filios tuos ego saluabo. ‡ Et cibabo 26
hostes tuos carnibus suis: & quasi musto,
sanguine suo inebriabũtur: & sciet omnis caro, quia ego Dominus saluans te,
& redemptor tuus fortis Iacob.

CAP. L.

1 HÆc dicit Dominus, Quis est hic liber repudij matris vestræ, quò dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui
vendidi vos? ecce in iniquitatibus vestris
venditi estis, & in sceleribus vestris di- 2
misi matrem vestram. ‡ Quia veni, &
non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret. ' nunquid abbreuiata & paruula Infr.59,1. Nu.11,23.
facta est manus mea, vt non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce, in increpatione mea de-
sertum faciam mare, ponam flumina in
siccum: cõputrescent pisces sine aqua, &
3 morientur in siti. ‡ Induam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum
4 eorum. ‡ Dominus dedit mihi linguam
eruditam, vt sciam sustentare eum qui
lassus est, verbo: erigit manè, manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magi-
5 strum. ‡ Dominus Deus aperuit mihi
aurem, ego autem non contradico; re-
6 trorsum non abij. ‡ ' Corpus meum dedi Mat.26,67
percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuẽtibus*. ‡ Dominus *in me o.
7 Deus auxiliator meus, ideò nõ sum confusus: ideò posui faciem meam, vt petram durissimam, & scio quoniam non
8 confundar. ‡ ' Iuxtà est qui iustificat Rom.8,33.
me, quis cõtradicet mihi? stemus simul.
quis est aduersarius meus? accedat ad
9 me. ‡ Ecce Dominus Deus, auxiliator
meus: quis est qui condemnet me? Ecce
omnes quasi vestimentum conterentur,
10 tinea comedet eos. ‡ Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui
sui, qui ambulauit in tenebris, & non est
lumen ei? speret in nomine Domini, &
11 innitatur super Deum suum. ‡ Ecce vos
omnes accendentes ignẽ accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, &
in flammis quas succendistis: de manu
mea factum est hoc vobis, in doloribus
dormietis.

CAP. LI.

1 AVdite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum: attendite

tendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis.
2 ‡ Attendite ad Abraham patrem vestrũ, & ad Saram quæ peperit vos: quia vnũ vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. 3 ‡ Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. 4 ‡ Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet. 5 ‡ Propè est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt: me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. 6 ‡ Leuate in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt: 'Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. 7 ‡ Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorũ: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. 8 † Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea: 'Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum.
9 ‡ Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?
10 ‡ 'Nunquid nõ tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati?
11 ‡ Et nunc qui redempti sunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudiũ & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus. 12 ‡ Ego ego ipse consolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet? 13 ‡ Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cælos, & fundauit terram: & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum: 14 vbi nunc est furor tribulantis? ‡ Citò veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vsque ad internecionem, nec 15 deficiet panis eius. ‡ Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui cõturbo mare, & intumescunt fluctus eius: Dominus 16 execituum nomẽ meum. ‡ 'Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cælos, & fundes terrã: & dicas ad Sion, Populus meus 17 es tu. ‡ Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. 18 ‡ Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit: & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. 19 ‡ 'Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis contristabitur super te? vastitas, & contritio, & fames, & gladius, quis consolabitur te? 20 ‡ Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus: pleni indignatione Domini, increpatione Dei 21 tui. ‡ Idcirco audi hoc pauperula & 22 ebria non à vino. ‡ Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnabit pro populo suo, Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adiicies vt bibas 23 illum vltrà. ‡ Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt, & dixerũt animæ tuæ, Incuruare, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

Psal.36, 31. 39.

Psal.36, 31. 39.

Exo.14,21.

Sap.4,16.

CAP. LII.

1 COnsurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas sancti; quia non adiiciet vltrà vt pertranseat per 2 te incircumcisus & immundus. ‡ Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion. 3 ‡ Quia hæc dicit Dominus, Gratis venundati estis, & sine argento 4 redimemini. ‡ Quia hæc dicit Dominus Deus, 'In Ægyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absque vlla causa calumniatus est eum. 5 ‡ Et nunquid mihi est hic, dicit Dominus: quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus, '& iugiter tota die nomen meum blasphematur.
6 † Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. 7 ‡ 'Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, 'Regnabit' Deus tuus! 8 ‡ Vox speculatorum tuorum, leuauerunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt cùm conuerterit Dñs Sion.
9 ‡ Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalem: quia consolatus est Dominus populum suũ, redemit Ierusalem. 10 ‡ Parauit Dominus brachium sanctũ suum in oculis omniũ Gentium: '& videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.
11 ‡ Recedite, recedite, exite inde, 'pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini. 12 ‡ Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israël. 13 ‡ Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. 14 ‡ Sicut obstupuerunt super te multi: sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. 15 ‡ Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum: 'quia quibus non est narratum de eo, viderunt: & qui non audierunt, contemplati sunt.

Rom.2,24 Ezec.36,20.

Rom.10,15. Nah.1,15.

'Regnauit 9 MS. R.Hier. H. C. Terum autem lectio suprà scripta est G.

Rom.15,21

CAP. LIII.

Iob.12,38. Rom.10,16

1 QVis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? 2 Et 'ascendet' sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: ‡ non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus 3 eum: ‡ 'Despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum & scientẽ infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus

'ascendit 4 MS. H. Futurum reddit G.

Matt.9,12.

4 eum. ‡ 'Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & per- 5 cussum à Deo & humiliatum. ‡ 'Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attrit9 est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & li- 6 uore eius sanati sumus. ‡ Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viã suam declinauit: & posuit Dominus 7 in eo iniquitatẽ omnium nostrũ. ‡ Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & 'non aperiet os suum.
8 ‡ De angustia & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum.
9 ‡ Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: 'eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in 10 ore eius. ‡ Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animã suam, videbit semen longæuũ, & voluntas Domini in manu eius 11 dirigetur. ‡ Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in sciẽtia sua iustificabit ipse iustus 'seruus meus' multos, & iniquitates eorum ipse por- 12 tabit. ‡ Ideò dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, '& cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & 'pro transgressoribus rogauit.

Matt.8, 17. & 2, 24.

1 Pet.2,22. 1 Ioan.3,5.

'seruos meos Ms. R.Q.n.

Mar.15,28.

Luc.22,37. Luc.23,34.

CAP. LIIII.

1 "LAuda sterilis quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non paries: quoniam multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet virũ, dicit Dominus. 2 ‡ Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & 3 clauos tuos consolida. ‡ Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis: & semen tuũ Gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. 4 ‡ Noli timere, quia non confundêris, neque erubescas: non enim te pudebit, quia confusionis adolescen-

"Lætare 3 MS.G. Luc.23, 29. Gal.4,27.

leſcentiæ tuæ obliuiſcêris, & opprobrij viduitatis tuæ nõ recordaberis amplius.

5 *Quia dominabitur tui qui fecit te, Luc.1,32. 'Dominus exercituum nomen eius: & redẽptor tuus ſanctus Iſraël, Deus omnis terræ vocabitur. 6 *Quia vt mulierem derelictam & mœrentem ſpiritu vocauit te Dominus, & vxorẽ ab adoleſcentia abiectam, dixit Deus tuus.

7 *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. 8 *In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redẽptor tuus Dominus.

9 *Sicut in 'diebus Noë iſtud mihi eſt, Gen.9,15. cui iuraui ne inducerem aquas 'Noë' vltrà ſupra terram: ſic iuraui vt non iraſcar tibi, & non increpem te. 10 *Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit miſerator tuus Dominus.

11 *Paupercula tempeſtate conuulſa, abſque vlla cõſolatione. Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris, 12 *& ponam iaſpidẽ propugnacula tua: & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles: Iob.8,45. 13 *'Vniuerſos filios tuos doctos à Domino: & multitudinem pacis filiis tuis. 14 *Et in iuſtitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi. 15 *Ecce, accola veniet. qui non erat mecum, aduena quõdam tuus adiungetur tibi. 16 *Ecce, ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum, & ego creaui interfectorem ad diſperdendum. 17 *Omne vas quod fictum eſt contra te, non dirigetur: & omnen linguam reſiſtentem tibi in iudicio, iudicabis. Hæc eſt hæreditas ſeruorum Domini, & iuſtitia eorum apud me, dicit Dominus.

CAP. LV.

Eccl.51,33. OMnes 'ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, propè- Apo.22,17. rate, emite & comedite: 'venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac. 2 *Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. 3 *Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, 'miſericordias Dauid fide- Act.13,34. les. 4 *Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac prẽceptorem Gentibus. 5 *Ecce, gentem quã neſciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & ſanctũ Iſraël; quia glorificauit te. 6 *Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt. 7 *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum: quoniam multus eſt ad ignoſcendũ. 8 *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: neque viæ veſtræ, 9 viæ meæ, dicit Dominus. *Quia ſicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes 10 meæ à cogitationibus veſtris. *Et quomodo deſcendit imber, & nix de cælo, & illuc vltrà nõ reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panẽ comedenti: 11 *Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunq. volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi 12 illud. *Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & om- 13 nia ligna regionis plaudent manu. *Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus: & erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur.

CAP. LVI.

1 HÆc dicit Dominus, 'Cuſtodite iu- Sap.1,1. dicium, & facite iuſtitiam: quia 2 iuxtà eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. *Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet iſtud: cuſtodiens ſabbathun ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas ne faciat omne malum. 3 *Et non dicat filius aduenæ qui adhæret Dño, dicens, Separatione diuidet me Dñs à populo ſuo. Et non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum aridũ. 4 *Quia hæc dicit Dñs Eunuchis, Qui cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: 5 *Dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomẽ ſempiternum dabo eis, quod non peribit. 6 *Et filios aduenæ qui adhærent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt ſint ei in ſeruos: omnem cuſtodientem ſabbathũ ne polluat illud, & tenentẽ fœdus meũ:

7 *Adducam eos in montem ſanctum meũ, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum, & victimæ Mat.21,13. Mar.11,17. Luc.19,46 eorum placebunt mihi ſuper altari meo: quia 'domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. 8 *Ait Dominus Deus qui congregat diſperſos Iſraël, Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. 9 *Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandũ, vniuerſæ beſtiæ ſaltus. 10 *Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes ſomnia. 11 *Et canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores Is.6,13. 4,11. ignorauerunt intelligentiam: 'omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſq. ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque ad nouiſſimum. 12 *'Venite, ſumamus vinũ, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius.

CAP. LVII.

1 IVſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordiæ colliguntur, quia non eſt qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. 2 *Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo qui ambulauit in directione ſua. 3 *Vos autem accedite huc filij auguratricis, ſemẽ adulteri, & fornicariæ. 4 *Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam? nunquid non vos filij ſceleſti, ſemẽ mendax? 5 *qui conſolamini in diis ſubter omne lignũ frondoſum, immolantes paruulos in torrentibus, ſubter eminentes petras? 6 *In partibus torrentis pars tua, hæc eſt ſors tua: & ipſis effudiſti libamẽ, obtuliſti ſacrificium. nũquid ſuper his non indignabor? 7 *Super montem excelſum & ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcendiſti, vt immolares hoſtias. 8 *Et poſt oſtium, & retro poſtem poſuiſti memoriale tuum: quia iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum: dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus: dilexiſti ſtratũ eorũ manu aperta. 9 *Et ornaſti te regio vnguento, & multiplicaſti pigmẽta tua. Miſiſti legatos tuos procul, & humiliata 10 es vſque ad inferos. *In multitudine vię tuę laboraſti: non dixiſti, Quieſcam: vitam manus tuę inueniſti, propterea nõ 11 rogaſti. *Pro quo ſolicita timuiſti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitaſti in corde tuo? quia ego tacens, & quaſi nõ videns, & mei oblita es. 12 *Ego annuntiabo iuſtitiam tuam, & 13 opera tua non proderunt tibi. *Cùm clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & poſſidebit montem ſanc- Inf.62,10. 14 tum meum. *Et dicam, 'Viam facite, præbete iter, declinate de ſemita, auferte 15 offendicula de via populi mei. *Quia hæc dicit excelſus, & ſublimis habitans æternitatem: & ſanctum nomen eius in excelſo & in ſancto habitans, & cũ contrito & humili ſpiritu: vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contri- 16 torum. *Non enim in ſempiternum litigabo, neque vſque ad finem iraſcar: quia ſpiritus à facie mea egredietur, & 17 flatus ego faciam. *Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi eum: abſcondi 'à te faciem meam, & indignatus ſum: & abijt vagus in via cor- 18 dis ſui. *Vias eius vidi, & ſanaui eum, & reduxi eum, & reddidi conſolationes 19 ipſi, & lugentibus eius. *Creaui fructũ labiorum pacem, pacem ei qui longè eſt & qui propè, dixit Dominus, & ſanaui 20 eum. *Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant

13 MS. R. Hier. H. 'maieſtatem meam ab eis c. 'faciem meam ab eo G. atq. hoc, Hier. ſubaudiri docet.

dundant fluctus eius in conculcationem & lutum. ‡ ' Non est pax impiis', dicit Dominus meus*.

Sup.48,22. -*impiis 6 MS. Hier. H. C. In G. autem is est verborum finis, qui in Texto.

CAP. LVIII.

CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ' scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. ‡ Me etenim de die in diẽ quærũt, & scire vias meas volunt: quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt. ‡ Quare ieiunauimus, & nõ aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. ‡ Ecce, ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. ‡ ' Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suã? nunquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? nunquid istud vocabis ieiuniũ, & diem acceptabilem Domino? ‡ Nónne hoc est magis ieiuniũ quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. ‡ ' Frange esurienti panem tuũ, & egenos vagosque induc in domum 'tuam': cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. ‡ Tunc erumpet quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur, & anteibit faciẽ tuã iustitia tua, & gloria Domini colliget te. ‡ Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum. si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. ‡ Cùm effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictã repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. ‡ Et requiem tibi dabit Dominus *semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. ‡ ' Et ædificabuntur in te deserta seculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepiũ, auertens semitas in quietem. ‡ Si auerteris à sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbathũ delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem: ‡ Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. os enim Domini locutum est.

Zach.7,5. Exo.18,16 Mat.25,35. -2 MS. Hier. H.C. Additur autem G. Inf.61,4. * Deus MS q.

CAP. LIX.

ECce, ' non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat: ‡ Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. ‡ ' Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatẽ fatur. ‡ Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè: sed cõfidunt in nihili, & loquuntur vanitates: ' conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. ‡ Oua aspidũ ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum. ‡ Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorũ. ‡ ' Pedes eorũ ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocẽtem: cogitationes eorũ cogitationes inutiles: vastitas & contritio in viis eorum. ‡ Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. semitæ eorũ incuruatę sunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. ‡ Propter hoc elongatum est iudiciũ à 'vobis', & non apprehendet 'vos' iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulauimus. ‡ Palpauimus sicut cæci, parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris,

Sap.1,11. Sap.3,2. Sap.3,11. Ier.15,35. Prou.1,16. Rom.3,15. *nobis 6 MS.R. Hier.H.C. *eius. *nos 9 MS.R. Hier.H.C. *nos 6.

nebris, in caliginosis quasi mortui. ‡ Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis. ‡ Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderũt nobis. quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus, ‡ peccare & mentiri contra Dominum: & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacij. ‡ Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. ‡ Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium. ‡ & vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat: & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum. ‡ ' Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius: indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. ‡ Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicẽ reddet. ‡ Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab Ortu solis, gloriam eius: cùm venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit: ‡ ' & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. ‡ Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedẽt de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo & vsq. in sempiternum.

Sap.59,11. Eph.6,17. 1 Thes.5,8. Rom.11,26

CAP. LX.

*SVrge illumina Ierusalem': quia venit lumen tuum, & gloria Dñi super te orta est. ‡ Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. ‡ Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. ‡ ' Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui délonge venient, & filiæ tuæ de latere surgent. ‡ Tunc videbis, & affluues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. ‡ Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. ‡ Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. ‡ Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? ‡ Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos délonge: argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & sancto Israël, quia glorificauit te. ‡ Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui. ‡ ' Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudẽtur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur. ‡ Gens enim & regnum quod non seruierit tibi, peribit: & Gentes solitudine vastabuntur. ‡ Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. ‡ Et venient ad te curui filij eorũ qui humiliauerunt te, & adorabũt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebãt tibi, & vocabunt te Ciuitatem Domini, Sion sancti Israël. ‡ Pro eo quòd fuisti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generationẽ & generationem. ‡ & suges lac Gentium, & mamilla regum lactaberis: & scies quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. ‡ Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum: & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam visi-

Apo.21,25.

*6 MS. R. Hier. H. Additum est autem à G. 60.

tationem tuam pacẽ, & præpositos tuos iustitiam. ‡ Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros
18 tuos, & portas tuas laudatio. ‡ ¶ Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splẽdor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, &
19 Deus tuus in gloriam tuam. ‡ ¶ Non occidet vltrà sol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dñs in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus
20 tui. ‡ Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hæreditabũt terram, germen plãtationis meæ, opus manus meæ
21 ad glorificandum. ‡ Minimus erit in mille, & paruulus in gentẽ fortissimam: ego Dominus in tempore eius subitò faciam istud.

CAP. LXI.

1 ‡ ¶ SPiritus Domini super me, eò quòd vnxerit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem:
2 ‡ Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro:
3 ¶ vt consolarer omnes lugentes: ‡ Vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plan-
4 tatio Dñi ad glorificandum. ‡ ¶ Et ædificabunt deserta à seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationẽ & generationẽ. ‡ Et stabunt alieni, & pascent
5 pecora vestra: & filij peregrinorũ, agricolæ & vinitores vestri erunt. ‡ Vos autem sacerdotes Dñi vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria
6 earum superbietis. ‡ Pro cõfusione vestra duplici & rubore laudabunt partem eorum: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.
7 ‡ Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holo-
8 causto: & dabo opus eorũ in veritate, & fœdus perpetuũ feriam eis. ‡ Et scient
9 in Gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorũ: omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti
10 sunt semen cui benedixit Dñs. ‡ Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circundedit me, quasi spõsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatã
11 monilibus suis. ‡ Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semẽ suum germinat: sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis Gentibus.

CAP. LXII.

1 PRopter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescã, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator
2 eius vt lampas accendatur. ‡ Et videbunt Gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nomi-
3 nauit'. ‡ Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei
4 tui. ‡ Non vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua non vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua "inhabitabitur'. quia cõplacuit Domino in te: & terra tua inhabita-
5 bitur. ‡ Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, & gau-
6 debit super te Deus tuus. ‡ Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini Domini,
7 ne taceatis, ‡ & ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalẽ
8 laudem in terra. ‡ Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ, Si dedero triticum tuũ vltrà cibum inimicis tuis: & si biberint filij alieni vi-
9 num tuum in quo laborasti. ‡ Quia qui cõgregabunt illud, comedent, & laudabunt Dominum: & qui cõportant illud,
10 bibent in atriis sanctis meis. ‡ Transite, transite per portas, ¶ præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate signum ad Populos.
11 ‡ ¶ Ecce Dominus auditum fecit in extremis

-3 MS. H. C. Legitur autem in R. Hier. & G.

"inhabitata MS. R. Hier. & G. C.

Sup. 57, 19.

Mat. 21, 5. Zach. 9, 9.

tremis terræ, ¶ dicite filiæ Sion, Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum
12 eo, & opus eius coram illo. ‡ Et vocabunt eos Populus sanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis, Quæsita ciuitas, & non Derelicta.

CAP. LXIII.

1 QVis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.
2 ‡ ¶ Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? ‡ Torcular calcaui solus, & de Gentib⁹ non est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumẽta mea inquinaui. ‡ ¶ Dies
4 enim vltionis in corde meo annus "retributionis' meæ venit. ‡ Circunspexi, &
5 non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachiũ meum, & indignatio mea ipsa auxiliata
6 est mihi. ‡ Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutẽ eorum. ‡ Miserationum Domini recor-
7 dabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israël, quæ largitus est eis secundùm indulgentiam suam, & secundùm multitudinem
8 misericordiarum suarum. ‡ Et dixit, Veruntamen populus meus est, filij non
9 negantes: & factus est eis saluator. ‡ In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi. ‡ Ipsi
10 autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritũ "sancti' eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. ‡ Et recordatus est dierum se-
11 culi Moysi "& populi sui: Vbi est qui 'eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius
12 spiritum sancti sui? ‡ Qui "eduxit' ad

Sap. 34, 8. "retributionis 14. MS. R. Hier. H. G. C.

"sanctum 3 MS. G. "sanctitatis H.

"15 MS. Hier. H. Esa. 14, 29.

'duxit 2 MS. R.

dexterã Moysen brachio maiestatis suæ: qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi
13 nomen sempiternum. ‡ Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non
14 impingentem. ‡ Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuum,
15 vt faceres tibi nomen gloriæ. ‡ ¶ Attende de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo & "gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super
16 me continuerunt se. ‡ Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israël ignorauit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster, à seculo nomen
17 tuum. ‡ Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis: indurasti cor nostrum, ne timeremus te? cõuertere propter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. ‡ Quasi
18 nihilum possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam. ‡ Facti sumus quasi
19 in principio, cùm non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

Deu. 26, 15. Bar. 2, 16.

*fólio 6.

CAP. LXIIII.

1 VTinã dirumperes cælos, & descenderes: à facie tua mõtes defluerent:
2 ‡ Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuũ inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur. ‡ Cùm feceris mirabilia, non
3 sustinebimus: descendisti, & à facie tua
4 montes defluxerunt. ‡ ¶ A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus absque te, quæ
5 præparasti expectantibus te. ‡ Occurristi lætanti, & facienti iustitiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce, tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuimus semper,
6 & saluabimur. ‡ Et facti sumus vt "immundus' omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ: & cecidimus quasi folium vniuersi, & ini-
7 quitates nostræ quasi ventus abstulerunt
8 nos. ‡ Non est qui inuocet nomẽ tuum: qui consurgat, & teneat te: abscondisti faciẽ tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. ‡ Et nunc Domi-

1 Cor. 2, 9.

"immundi MS. G. Verùm quæ in Textu est lectio, conformis est R. Hier. H. & C.

ne, pater noster es tu, nos verò lutũ: & fictor noster tu, & opera manuũ tuarũ omnes nos. Psal.78,8. [8] Ne iraſcaris Dñe ſatis, & ne [9]
vltrà memineris iniquitatis noſtræ: ecce, reſpice, populus tuus omnes nos. [10]
-1 MS. Hieron. H. C. Addit autem in codicibus G. Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta, Sion deſerta facta eſt, Ieruſalẽ deſolata eſt. [11]
Domus ſanctificationis noſtrę & gloriæ noſtrę, vbi laudauerũt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionẽ ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. [12]
Nunquid ſuper his continebis te Dñe, tacebis & affliges nos veheméter? CAP. LXV.

Rom.10,20. QVæſierunt me qui antè non interrogabant; inuenerunt qui non quęſierunt me. dixi, Ecce ego, ecce ego, ad Gentem quæ non inuocabat nomen meum. [1]
Expandi manus meas tota die [2]
ad populum incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas:
Populus qui ad iracundiam prouocat [3]
me ante faciem meam ſemper: qui immolant in hortis, & ſacrificant ſuper lateres: qui habitant in ſepulchris, & in [4]
delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem ſuillam, & ius profanum in vaſis eorum.
Qui dicunt, Recede à [5]
me, non appropinques mihi, quia immundus es: iſti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.
Ecce ſcriptum eſt coram me: non tacebo, ſed reddam & retribuam in ſinum eorũ iniquitates veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum ſimul, dicit Dominus, qui ſacrificauerunt ſuper montes, & ſuper colles exprobrauerunt mihi, & remetiar opus eorũ primum in ſinu eorum. [6] [7]
Hæc dicit Dñs, Quomodo ſi inueniatur granũ in botro, & dicatur, Ne diſſipes illud, quoniam benedictio eſt: ſic faciam propter ſeruos meos, vt nõ diſperdam totũ.
Et educam de Iacob ſemen, [8] [9]
& de Iuda poſſidentem montes meos: & hęreditabũt eam electi mei, & ſerui mei habitabunt ibi.
Et erunt campeſtria in [10]
caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requiſierunt me.
Et vos qui dereliquiſtis Dñm, [11]
qui obliti eſtis mõtem ſanctum meum, qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis

[12] ſuper eam.
Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis: pro eo quòd vocaui, & non reſpõdiſtis: locutus ſum, & non audiſtis, & faciebatis malum in oculis meis: & quæ nolui, elegiſtis.
Propter hoc hæc dicit Dñs Deus, Ecce, ſerui mei comedent, & vos eſurietis: ecce, ſerui mei bibent, & vos ſitietis: Ecce, ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce, ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis.
Et dimittetis nomen veſtrũ in iuramentum electis meis: & interficiet te Dñs Deus, & ſeruos ſuos vocabit nomine alio.
In quo qui benedictus eſt ſuper terram, benedicetur in Deo amẽ: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditæ ſunt angſtiæ priores, & quia abſconditæ ſunt ab oculis noſtris.
Ecce enim ego creo cęlos nouos, & terram nouã: & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor.
Sed gaudebitis & exultabitis vſque in ſempiternum in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Ieruſalem exultationem, & populum eius gaudium.
Et exultabo in Ieruſalẽ, & gaudebo in populo meo: & nõ audietur in eo vltrà vox fletus & vox clamoris.
Non erit ibi amplius infans dierum, & ſenex qui nõ impleat dies ſuos: quoniam puer cẽtum annorum morietur, & peccator cẽtum annorũ maledictus erit.
Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.
Non ædificabũt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: ſecundũ enim dies ligni, erũt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt electi mei. Non laborabunt fruſtrà, neque generabunt in conturbatione: quia ſemen benedictorum Domini eſt, & nepotes eorum cũ eis.
Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.
Lupus & agnus paſcentur ſimul, & leo & bos comedent paleas, & ſerpenti puluis panis eius: non nocebunt neque occidẽt in omni monte ſancto meo, dicit Dominus.

Pm.1,24. Ier.7,23. Inf.66,4.

Inf.66,21. Apoc.21,1

Pſal.31,6

Sup.11,6.

CAP.

CAP. LXVI.

Act.7,49. HÆc dicit Dominus, Cælum ſedes [1]
mea, terra autẽ ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta Domus quã ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locꝰ quietis meæ?
Omnia hæc manus mea fecit, [2]
& facta ſunt vniuerſa iſta, dicit Dominꝰ. ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementẽ ſermones meos?
Qui immolat [3]
bouem, quaſi qui interficiat virum. qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canẽ. qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat. qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerũt in viis ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt.
Vnde & ego eligam illuſiones eorum: & quæ timebant, adducam eis: [4]
Pm.1,24. Ier.7,13. Sup.65,12. quia vocaui, & non erat qui reſponderet: locutus ſum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quę nolui elegerunt.
Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres veſtri odiẽtes vos, & abijcientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia veſtra: ipſi autem confundentur.
Vox [6]
fremitus populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis.
Antequã parturiret, peperit: [7]
antequam veniret partus eius, peperit maſculum.
Quis audiuit vnquam [8]
tale? & quis vidit huic ſimile? nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens ſimul, quia parturiuit & peperit Siõ filios ſuos?
Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus? ſi ego, qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus?
Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuerſi qui lugetis ſuper eam,
vt ſugatis, & repleamini ab hubere conſolationis eius: vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius.
Quia hæc dicit Dominus, Ecce [12]
ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam ſugetis: ad hubera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis.
Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, [13]
& in Ieruſalem conſolabimini.
Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis.
Quia ecce [15]
Dñs in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis:
quia in igne Dñs diiudicabit, & in gladio ſuo ad omnẽ carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino.
Qui ſanctificabantur, & [17]
mundos ſe putabant in hortis poſt ianuam intrinſecus, qui comedebant carnem ſuillam, & abominationẽ & murem: ſimul cõſumentur, dicit Dominus.
vnam 17 MS.H. Q.n.
Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum: venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient [18]
& videbunt gloriam meam.
Et ponam [19]
in eis ſignum, & mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad Gẽtes in mare, in Africam, & Lydiam tenentes ſagittam: in Italiam & Græciam, ad inſulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus,
& adducent [20]
omnes fratres veſtros de cunctis Gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem ſanctum meum Ieruſalem, dicit Dominus, quo modo ſi inferant filij Iſraël munus in vaſe mundo
in domum Domini.
Et aſſumam ex [21]
eis in ſacerdotes, & leuitas, dicit Dominus:
Quia ſicut cæli noui & terra [22]
noua, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum.
Et erit menſis ex [23]
menſe, & ſabbathũ ex ſabbatho: veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dominus.
Et egredientur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vſq. ad ſatietatem viſionis omni carni.

Sup.65,17. Apoc.21,1.

Mar.9,44.

PROPHETIA IEREMIÆ.

CAP. I.

VERBA IEREMIÆ FILII 1
Helciæ, de ſacerdotibus qui fuerũt in Anathoth, in Terra-Ben-iamin. ‡Quod factum 2
eſt verbum Domini ad eum in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. ‡Et factum eſt in die- 3
bus Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, vſq. ad conſummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad tranſmigrationẽ Ieruſalem, in menſe quinto.

‡Et factum eſt verbum Dñi ad me, 4
dicens, ‡Priuſquam te formarem in vte- 5
ro, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te. ‡Et dixi, A, a, a, Domine 6
Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego 7
ſum. ‡Et dixit Dominus ad me, Noli dicere, Puer ſum: quoniã ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuerſa quæcumque 8
mandauero tibi, loquêris. ‡Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego ſum vt 9
eruam te, dicit Dñs. ‡Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me, 'Ecce, dedi verba Iſa.51,16. 59,21.
10 mea in ore tuo: ‡ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna: 'vt euellas, Inf.18,7. & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. ‡Et factum eſt ver- 11
bum Domini ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgam vigilantem 12
ego video. ‡Et dixit Dominus ad me, Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper ver- 13
bo meo vt faciam illud. ‡Et factũ eſt verbum Domini ſecundò ad me, dicens, Quid tu vides? Et dixi, Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilo- 14
nis. ‡Et dixit Dñs ad me, 'Ab Aquilo- Inf.4,6. 25,9.
ne pandetur *malum ſuper omnes habi- *omne.
15 tatores terræ. ‡quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dñs: & venient, & ponẽt vnuſquiſq. ſoliũ ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda.
16 ‡Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerũt diis alienis, & adorauerunt opus manuum ſuarum. ‡Tu 17
ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorũ: nec enim
18 timere te faciam vultum eorum. ‡'Ego Inf.6,27. 15,20.
quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, & ſacerdo-
19 tibus, & *populo terræ. ‡Et bellabunt *omnia.
aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum, ait Dñs, vt liberem te.

CAP. II.

1 ET factum eſt verbum Domini ad
2 me, dicens, ‡Vade, & clama in auribus Ieruſalem, dicens, Hæc dicit Dominus, Recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminatur.
3 ‡Sanctus Iſraël Domino, primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala venient ſuper eos, dicit Dominus. ‡Audite verbum Domini 4
domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſraël: ‡hæc dicit Dñs, 'Quid inue- 5
Iſa.6,3. nerũt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? ‡Et 6
non dixerunt, Vbi eſt Dñs qui aſcendere nos fecit de Terra-Ægypti: qui traduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram ſitis & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo? ‡Et induxi vos in terram Carmeli, 7
vt comederetis fructum eius & optima illius: & ingreſſi contaminaſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem. ‡Sacerdotes non 8
dixerunt, Vbi eſt Dominus? & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me: & prophetæ prophetauerũt in Baal, & idôla ſecuti ſunt. ‡Pro- 9
pterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, ait Dominus: & cum filiis veſtris diſceptabo. ‡Tranſite ad inſulas Ce- 10
thim, & videte: & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer: & videte ſi factũ eſt huiuſcemodi: ‡Si mutauit gens 11
*MS. Hebr. H. C. Additur eccm à R. & G. deos *ſuos*, & certè ipſi non ſunt dij: populus verò meus mutauit gloriam ſuam in idôlũ. ‡Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, 12
& portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus. ‡Duo enim mala fecit 13
populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas: ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. ‡Nunquid ſeruus 14
eſt Iſraël, aut vernaculus? quare ergo factus eſt in prædam? ‡Super eum rugie- 15
runt leones, & dederunt vocem ſuam, poſuerunt terram eius in ſolitudinem: ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt qui habitet in eis. ‡Filij quoque Mempheos 16
& Taphnes conſtuprauerũt te vſque ad verticem. ‡Nunquid non iſtud factum 17
eſt tibi, quia dereliquiſti Dñm Deum tuum eo tempore quo ducebat te per
18 viam? ‡Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorũ, vt bibas aquam
19 fluminis? ‡Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito, & vide quia malum & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem mei apud te: dicit Dominus Deus
20 exercituum. ‡A ſeculo confregiſti iugum meũ, rupiſti vincula mea: & dixiſti, Non ſeruiam. 'In omni enim colle ſub- Inf.3,6: Iſai.5,1.
limi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix. ‡Ego autem plan- Matt.21,33:
21 taui te vineam electam, omne ſemen verum. quomodo ergo conuerſa es mihi in
22 prauum vinea aliena? ‡Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram
23 me, dicit Dominus Deus. ‡Quomodo dicis, Non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? vide vias tuas in cõualle, ſcito quid feceris: curſor leuis explicans vias
24 ſuas. ‡Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui: nullus auertet eam: omnes qui quærunt eam, nõ deficient: in men-
25 ſtruis eius inuenient eam. ‡Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti. Et dixiſti, Deſperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & poſt
26 eos ambulabo. ‡Quomodo cõfunditur fur quando deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſraël, ipſi & reges eorum,
27 principes & ſacerdotes, & prophetæ eorum: ‡dicentes ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me genuiſti. 'verterunt ad Inf.32,33:
me tergum, & nõ faciem: & in tempore afflictionis ſuæ dicent, Surge, & libera
28 nos. ‡Vbi ſunt dij tui quos feciſti tibi? ſurgant & liberent te in tẽpore afflictionis tuæ: 'ſecundum numerum quippe Inf.11,13:
ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda.
29 ‡Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquiſtis me, dicit Do-
30 minus. ‡Fruſtrà percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt: deuorauit gladius veſter prophetas veſtros, quaſi
31 leo vaſtator ‡generatio veſtra. Videte verbum Domini, Nunquid ſolitudo factus

ctus sum Israëli, aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus, Recessimus, nõ veniemus vltrà ad te? 32 Nunquid obliuiscetur virgo ornamẽti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebꝰ innumeris. 33 Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, 34 & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum? non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ supra memoraui. 35 Et dixisti, Absq. peccato & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce, ego iudicio contendam tecum, eo quòd dixeris, Non peccaui. 36 Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas! & ab Ægypto confundêris, sicut confusa es ab Assur.

37 Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.

CAP. III.

1 VVlgo dicitur, Si dimiserit vir vxorẽ suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: nũquid reuertetur ad eam vltra? numquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus. 2 Leua oculos tuos in directum, & vide vbi 'non' prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: & polluisti terrã in fornicationibꝰ tuis, & in malitiis tuis.

3 Quam ob rem prohibitæ sunt 'stillæ' pluuiarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. 4 Ergo saltẽ amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. 5 Nunquid irascêris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce, locuta es, & fecisti mala, & potuisti. 6 Et dixit Dñs ad me in diebus Iosiæ regis, 'Numquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israël? abiit sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. 7 Et dixi cùm fecisset hæc omnia, Ad me reuertere: & non est reuersa. 8 Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quòd mœchata esset auersatrix Israël, dimisissem eã, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa.

9 Et facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum 10 lapide & ligno. Et in omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eiꝰ Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, 11 ait Dominus. Et dixit Dominus ad me, Iustificauit animam suam auersatrix Israël, comparatione prẽuaricatricis Iudæ.

12 Vade, & clama sermones istos contra Aquilonẽ, & dices, Reuertere auersatrix Israël, ait Dominus, & nõ auertam faciem meam à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & nõ irascar in perpetuum. 13 Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuũ prẽuaricata es: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait Dominus. 14 Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester: & assumam vos vnũ de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. 15 Et dabo vobis pastores iuxta cor meũ, & pascent vos scientia & doctrina. 16 Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltrà, Arca testamenti Dñi: neque ascendet super cor, neq. recordabuntur illius: nec visitabitur, nec fiet vltrà. 17 In tempore illo vocabunt Ierusalem Soliũ Domini: & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatẽ cordis sui pessimi. 18 In diebus illis ibit domus Iuda ad domũ Israël, & venient simul de terra Aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris. 19 Ego autem dixi, Quomodo ponam te in filios, & tribuã tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituũ Gentium? Et dixi, Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. 20 Sed quo modo si contemnat mulier amatorẽ suum, sic contempsit me domus Israël, dicit Dominus. 21 Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israël: quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. 22 Conuertimini filij reuertẽtes, & sanabo auersiones vestras. Ecce, nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. 23 Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israël.

24 Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescẽtia nostra, greges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorum. 25 Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra vsque ad diem hanc: & non audiuimus vocem Dñi Dei nostri.

CAP. IIII.

1 SI reuertêris Israël, ait Dñs, ad me cõuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. 2 Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum Gentes, ipsumque laudabunt. 3 Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & Ierusalem, 'Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: 4 circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. 5 Annuntiate in Iuda, & in Ierusalem auditũ facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signum in Sion. 6 Confortamini, nolite stare, 'quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. 7 Ascẽdit leo de cubili suo, & prædo Gentiũ se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinẽ: ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore. 8 Super hoc accingite vos ciliciis, plangite & vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini à 'vobis'. 9 Et erit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor regis, & cor principum: & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabuntur. 10 Et dixi, Heu heu heu Domine Deus, ergóne decepisti populum istum & Ierusalem, dicens, Pax erit vobis: & ecce 11 peruênit gladius vsque ad animam? In tempore illo dicetur populo huic & Ierusalẽ, Ventus vrens in viis quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandũ, & ad purgandũ. 12 Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nũc ego *loquar iudicia mea cum eis. 13 Ecce, quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis 14 quoniam vastati sumus. Laua à malitia cor tuũ Ierusalem, vt salua fias: vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? 15 Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idôlum de monte Ephraim. 16 "Concitate Gentes', Ecce, auditum est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam. 17 Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus. 18 Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. 19 Ventrem meum, ventrẽ meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: nõ tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorẽ prœlij. 20 Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repente vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ. 21 Vsquequo videbo fugientem, audiam vocẽ buccinæ? 22 Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & vecordes: sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. 23 Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat lux in eis. 24 Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati sunt. 25 Intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile cæli recessit. 26 Aspexi, & ecce Charmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius. 27 Hæc enim dicit Dñs, Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam. 28 Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper:

*& ego suscipiam te 18 MS. Verum in R. Hier. H. C. G. non legitur.

"nunc o.

'stellæ o.

Sap. 2, 20.

'habitatori MS. G. C. Verum R. Hier. & H. non addunt. Osee 10, 12.

Isa. 1, 14. & 59, 9.

'nobis 7 MS. Hier. R. H. G. C. Similiter Teram, legunt 6. atque ita translulerunt, Hieronymus reste, septuaginta.

"Dicite Gentibus MS. R. Hier. Q. n.

Sa. 1, 3, 5.

super: eo quòd locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. [29] A voce equitis, & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes: vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo. [30] Tu autem vastata quid facies? cùm vestieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos: frustra componêris, contempserunt te amatores tui, animã tuam quærẽt. [31] Vocem enim quasi parturientis audiui, angustias vt puerperæ. Vox filiæ Sion "inter morientes, expandentesq;' manus suas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

*intermorientis expãdentisque 6 MS.H. G.C.

CAP. V.

CIrcuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei. [2] Quòd si etiam Viuit Dominus, dixerint: & hoc falsò iurabunt. [3] Domine oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. [4] Ego autem dixi, Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui. [5] Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudiciũ Dei sui. & ecce, magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula.

[6] Idcirco percussit eos leo de syl ua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum: omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur, quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum.

[7] Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt dij: saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. [8] Equi amatores*, & emissarij facti sunt: 'Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. [9] 'Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gẽte tali non vlciscetur anima mea? [10] Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem aũt nolite facere: auferte

*in fœminas MS. Hier. R. Q. n. Eze. 22, 11. Infr. 9, 9.

[11] propagines eius, quia non sunt Dñi. Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israël, & domus Iuda, ait Dñs. [12] Negauerunt Dominum, & dixerunt, 'Non est ipse: neque veniet super nos malum: gladium & famem non videbimus. [13] Prophetæ fuerunt in ventum "locuti', & responsum non fuit in eis: hæc ergo euenient illis. [14] Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Quia locuti estis verbum istud: ecce ego do verba mea in ore tuo "in' ignem, & populum istum ligna, & vorabit eos. [15] Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israël, ait Dominus: gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. [16] Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes. [17] Et comedet segetes tuas, & panẽ tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuũ, & armenta tua: comedet vineã tuam & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. [18] Veruntamen in diebus illis, ait Dñs, non faciam vos in consummationem. [19] 'Quòd si dixeritis, Quare fecit nobis Dñs Deus noster hæc omnia? dices ad eos, Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra: sic seruietis alienis in terra non vestra. [20] Annuntiate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes, [21] Audi populo stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis. [22] Me ergo non timebitis, ait Dominus: & à facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptũ sempiternum quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt: & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud: [23] populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans, recesserunt & abierunt. [24] Et non dixerunt in corde suo, Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo: plenitudinem annuæ messis custodientem nobis. [25] Iniquitates 'vestræ' declinauerunt hæc: & peccata 'vestra'

Infr. 14, 13. 27, 17.

*MS. H. G. C.

Isai. 1, 23. Zach. 7, 10. *2 MS. R. Hier. Hebraicis c.

*1 MS. G. H. G.

'nostra 2a MS.

'nostra' vestra' prohibuerũt bonum à 'vobis': [26] Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. [27] Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideò magnificati sunt & ditati. [28] Incrassati sunt & impinguati: & præterierũt sermones meos pessimè. 'Causam "viduæ' non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperũ non iudicauerunt. [29] Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiusce modi non vlciscetur anima mea? [30] Stupor & mirabilia facta sunt in terra: [31] prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?

*nostra 2a MS. R. *nobis 2a MS. R. Verùm 51. c & G. Textus lectionem comprobant.

CAP. VI.

COnfortamini filij Ben-iamin in medio Ierusalẽ, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacârem leuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna. [2] Speciosę & delicatæ assimilaui filiam Sion. [3] Ad eam venient pastores, & greges eorum: fixerũt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt.

[4] Sanctificate super eam bellum: consurgite, & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi. [5] Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius. [6] Quia hæc dicit Dominus exercituũ, Cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. [7] Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga. [8] Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam terram inhabitabilem. [9] Hæc dicit Dominus exercituũ, Vsque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israël: conuerte manum tuam, quasi vindemiator ad cartallum. [10] Cui loquar? & quem contestabor,

[11] vt audiat? ecce, incircũcisæ aures eorum, & audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium: & non suscipient illud. [12] Idcirco furore Domini plenus sum, laboraui sustinens: effunde super paruulum foris, & super cõsilium iuuenum simul: vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum. [13] Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus. [14] 'A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ studẽt: & à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. [15] Et curabant contritionẽ filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax: & non erat pax. [16] Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. quam ob rem cadẽt inter ruentes: in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus. [17] Hæc dicit Dominus, State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: '& inuenietis refrigeriũ animabus vestris. Et dixerunt, Non ambulabimus. [18] Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt, Non audiemus. [19] Ideo audite Gentes, & cognosce congregatio, quanta ego faciam eis. [20] Audi terra, Ecce ego "adducam' mala super populum istum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. [21] 'Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua? holocautomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. [22] Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filij simul, vicinus & proximus, & peribunt. [23] Hæc dicit Dominus, Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ. Sagittam & scutum arripiet: crudelis est, & non miserebitur. vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, præpaati quasi vir ad prœlium, aduersum te filia

Mat. 11, 29

*adduco MS. H. G. C.

Isai. 1, 11. Infr. 8, 10.

te filia Sion. [24] Audiuimus famam eius, 24
dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio
apprehendit nos, dolores vt parturien-
tem. [25] Nolite exire ad agros, & in via 25
ne ambuletis: quoniam gladius inimici
pauor in circuitu. [26] Filia populi mei ac- 26
cingere cilicio, & conspergere cinere:
luctum vnigeniti fac tibi plactum amа-
rum, quia repentè veniet vastator super
'nos.' [27] Probatorem dedi te in populo 27
meo robustũ: & scies, & probabis viam
eorum. [28] Omnes isti principes decli- 28
nantes, ambulantes fraudulenter, æs &
ferrum: vniuersi corrupti sunt. [29] De- 29
fecit sufflatorium, in igne consumptum
est plumbum, frustra conflauit conflа-
tor: malitiæ enim eorum non sunt con-
sumptæ. [30] Argentum reprobum vo- 30
cate eos, quia Dominus proiecit illos.

CAP. VII.

VERBVM quod factum est ad Iere- 1
miam à Domino, dicens, [2] Sta in 2
porta domus Domini, & prędica ibi ver-
bum istud, & dic, Audite verbum Do-
mini omnis Iuda, qui ingredimini per
portas has, vt adoretis Dominũ. [3] Hæc 3
dicit Dominus exercituum Deus Israël,
Iust.26,15. 'Bonas facite vias vestras, & studia ve-
stra: & habitabo vobiscum in loco isto.
[4] Nolite confidere in verbis mendacij, 4
dicentes, Templum Domini, templum
Domini, templum Domini est. [5] Quo- 5
niam si 'bene direxeritis' vias vestras, &
studia vestra: si feceritis iudiciũ inter vi-
rum & proximum eius, [6] aduenæ & pu- 6
pillo & viduæ non feceritis calumniam,
nec sanguinem innocentem effuderitis
in loco hoc, & post deos alienos non am-
bulaueritis in malum vobismetipsis:
[7] habitabo vobiscum in loco isto, in 7
terra quam dedi patribus vestris à seculo
'&' vsque in seculum. [8] Ecce, vos con- 8
fiditis vobis in sermonibus mẽdacij, qui
non proderunt vobis: [9] furari, occidere, 9
adulterari, iurare mẽdaciter, libare Baa-
lim, & ire post deos alienos quos ignora-
tis. [10] Et venistis, & stetistis coram me 10
in domo hac, in qua inuocatum est no-
men meum, & dixistis, Liberati sumus,
eo quòd fecerimus omnes abominatio-
11 nes istas. [11] Nunquid ergo spelunca la- Mat.21,13
tronum facta est domus ista, in qua in- Mar.11,17
uocatum est nomen meum in oculis ve- Luc.19,46
stris? ego ego sum: ego vidi, dicit Domi-
12 nus. [12] Ite ad locũ meum in Silo, vbi ha-
bitauit nomen meum à principio: & vi-
dete quæ fecerim ei propter malitiam
13 populi mei Israël. [13] & nunc quia feci stis
omnia opera hæc, dicit Dominus: & lo-
cutus sum ad vos manè consurgens, &
loquens, & non audistis: [14] & vocaui vos, Prou.1,24.
14 & non respondistis: [15] Faciam domui Isai.65,11.
huic in qua inuocatũ est nomen meum,
& in qua vos haberis fiduciam: & loco
quem dedi vobis & patribus vestris, sic- 1 Reg.4,2.
15 ut feci Silo: [16] Et proiiciam vos à facie 16.
mea, sicut proieci omnes fratres vestros
16 vniuersum semen Ephráim. [17] Tu ergo Iust.11,14
noli orare pro populo hoc, nec assumas 14,11.
pro eis laudem & orationem, & non ob-
17 sistas mihi: quia non exaudiã te. [18] Nónne vides quid isti faciunt in ciuitatibus
18 Iuda, & in plateis Ierusalem? [19] Filij col- Iust.44,17
ligunt ligna, & patres succẽdunt ignem, 19.
& mulieres conspergunt adipem, vt fa-
ciant placentas reginæ cęli, & libent diis
alienis, & me ad iracundiam prouocent.
19 [20] Nunquid me ad iracundiam prouo-
cant, dicit Dominus? nonne semetipsos
20 in confusionem vultus sui? [21] Ideò hæc
dicit Dominus Deus, Ecce furor meus,
& indignatio mea cõflatur super locum
istum, super viros, & super iumenta, &
super lignũ regionis, & super fruges ter-
ræ, & succendetur, & non extinguetur.
21 [22] Hæc dicit Dñs exercituum Deus Is-
raël, Holocautomata vestra addite victi-
22 mis vestris, & comedite carnes. [23] Quia
non sum locutus cum patribus vestris,
& non præcepi eis in die qua eduxi eos
de Terra-Ægypti, de verbo holocauto-
23 matum & victimarum. [24] Sed hoc ver-
bum præcepi eis, dicens, Audite vocem
meam, & ero vobis Deus, & vos eritis
mihi populus: & ambulate in omni via
quam mandaui vobis, vt bene sit vobis.
24 [25] Et non audierunt, nec inclinauerunt
aurem suam: sed abierunt in 'voluptati- 'voluп-
bus', & in prauitate cordis sui mali: facti- tatibus
25 que sunt retrorsum & non in antè, [26] à H.C.

die qua

'vos MS. G. Textus autem, consentit R. Hier. H. & C. Sup.1,18. Iust.15,20.

'vt 6 MS. G q.

'vt qui-miscet C.

'n R. autem Hier. H. & G. nihil addunt.

'benedixeritis MS. Hier. 'bonas faciendo bonas feceritis H. 'dirigentes direxeritis G. C.

-9 MS. R. Hier. Venim H. G. & C. addunt.

die qua egressi sunt patres eorũ de Terra-Ægypti, vsque ad diem hanc. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens.
[26] Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt cervicẽ suam: '& peius operati sunt, quàm Iust.16,12.
patres eorũ. [27] Et loquêris ad eos omnia 27
verba hæc, & non audient te: & vocabis
eos, & non respondebunt tibi. [28] Et di- 28
ces ad eos, Hæc est gens quæ non audiuit
vocem Domini Dei sui, nec recepit dis-
ciplinam: periit fides, & ablata est de ore
eorum. [29] Tonde capillum tuum, & pro- 29
iice, & sume in directũ planctum: quia
proiecit Dominus, & reliquit generatio-
nẽ furoris sui, quia fecerunt filij Iuda
malum in oculis meis, dicit Dominus.
[30] Posuerunt offendicula sua in domo in 30
qua inuocatum est nomen meũ, vt pol-
luerent eam: [31] & ædificauerunt excel- 31
sa Topheth, quę est in valle filij Ennom:
vt incenderent filios suos, & filias suas
igni: quæ non præcepi nec cogitaui in
corde meo. [32] Ideò ecce dies venient, 32
dicit Dominus, & non dicetur amplius,
Topheth, & Vallis filij Ennom: sed Val-
lis interfectionis: & sepeliẽt in Topheth,
eo quòd non sit locus. [33] Et erit morti- 33
cinum populi huius in cibos volucribus
cæli, & bestiis terræ, & non erit qui abi- Baruc.6,13
gat. [34] Et quiescere faciam de vrbibus 34
Iuda, & de plateis Ierusalem vocem gau-
dij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi &
vocem sponsæ: in desolatione enim erit
terra.

CAP. VIII.

IN illo tempore, ait Dominus, eiicient 1
ossa 'regis' Iuda, & ossa principum eius,
& ossa sacerdotũ, & ossa prophetarum,
& ossa eorum qui habitauerunt Ieruса-
lem, de sepulchris suis: [2] Et expandent 2
ea ad solem, & lunam, & omnem mili-
tiam cæli quæ dilexerunt, & quibus ser-
uierunt, & post quæ ambulauerunt, &
quæ quæsierunt & adorauerũt: non col-
ligentur, & non sepelientur: in sterqui-
linium super faciem terræ erũt. [3] Et eli- 3
gent magis mortẽ quàm vitam omnes
qui residui fuerint de cognatione hac
pessima in vniuersis locis quæ derelicta

sunt, ad quæ eieci eos, dicit Dominus
4 exercituum. [4] Et dices ad eos, Hæc di-
cit Dominus, Nunquid qui cadit, non
resurget? & qui auersus est, non reuerte-
5 tur? [5] Quare ergo auersus est populus
iste in Ierusalem auersione contentiosa?
Apprehenderũt mendacium, & nolue-
6 runt reuerti. [6] Attendi, & auscultaui:
nemo quod bonum est loquitur, nullus
est qui agat pœnitentiam super peccato
suo, dicens, Quid feci? Omnes conuersi
sunt ad cursum suum, quasi equus im pe-
7 tu vadens ad prœlium. [7] Miluus in cæ-
lo cognouit tempus suum: turtur & hi-
rundo, & ciconia custodierunt tempus
aduentus sui: populus autem meus non
8 cognouit iudicium Domini. [8] Quo-
modo dicitis, Sapientes nos sumus, & lex
Domini nobiscum est? verè mẽdacium
operatus est stylus mendax Scribarum.
9 [9] Confusi sunt sapientes, perterriti &
capti sunt: verbum enim Domini proie-
10 cerunt, & sapientia nulla est in eis. [10] Pro-
pterea dabo mulieres eorum exteris,
agros eorum hæredibus: quia 'à minimo Isai.56,11:
vsque ad maximum omnes auaritiam Sup.6,13.
sequuntur: à propheta vsque ad sacerdo-
11 tem cuncti faciunt mendacium. [11] Et sa-
nabant contritionem filiæ populi mei ad
ignominiam, dicentes, Pax, pax: cùm
12 non esset pax. [12] Confusi sunt quia abo-
minationem fecerunt: quinimo confu-
sione non sunt confusi, & erubescere
nescierũt: idcirco cadent inter corruen-
tes, in tempore visitationis suæ corruent,
13 dicit Dominus. [13] Congregans congre-
gabo eos, ait Dominus: non est vua in vi-
tibus, & non sunt ficus in ficulnea, fo-
lium defluxit: & dedi eis quæ præter-
14 gressa sunt. [14] Quare sedemus? conueni-
te, & ingrediamur ciuitatem munitam,
& sileamus ibi: quia Dominus Deus
noster silere nos fecit, & potum dedit
nobis aquam fellis: peccauimus enim
15 Domino. [15] Expectauimus pacem, & Iust.14,19.
non erat bonũ: tempus medelæ, & ecce
16 formido. [16] A Dan auditus est fremitus
equorum eius, à voce hinnituũ pugna-
torum eius commota est omnis terra. &
venerunt, & deuorauerunt terram, &

plenitu-

'regum & MS. R. B. C. G.

plenitudinem eius: vrbem & habitatores eius. [17] Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus.

[18] dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens. [19] Ecce, vox clamoris filiæ populi mei de terra lõginqua, Nunquid Dñs non est in Sion: aut rex eius non est in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis? [20] Transiit messis, finita est æstas: & nos saluati non sumus. [21] Super contritione filiæ populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me. [22] Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?

CAP. IX.

QVis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? [2] Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorũ, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cœtus præuaricatorum. [3] Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij & non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. [4] Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.

[5] Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerũt enim linguam suam loqui mendacium: vt iniquè agerent, laborauerunt. [6] Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus. [7] Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego cõflabo, & probabo eos: quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei?

[8] Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. [9] Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentẽ huiusmodi non vlciscetur anima mea? [10] Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt, eo quòd non sit vir pertransiens: & non audierunt vocem possidentis: à volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerunt & recesserunt. [11] Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eo quòd non sit habitator. [12] Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat vt annuntiet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eò quòd non sit qui pertranseat? [13] Et dixit Dominus, Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea: [14] & abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim, quod didicerunt à patribus suis: [15] Idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Ecce ego cibabo populum istum *Infr.23,15.* absinthio, & potum dabo eis aquam fellis. [16] Et dispergam eos in Gentibus quas non nouerunt ipsi & patres eorum: & mittam post eos gladium, donec consumantur. [17] Hæc dicit Dominus exercituum *, Contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniant: & ad eas quæ sapientes sunt, mittite, & properẽt: [18] festinent, & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis.

[19] Quia vox lamentationis audita est de Sion, Quomodo vastati sumus & confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam "deiecta' sunt tabernacula nostra. [20] Audite ergo mulieres verbum Domini: & "assumat auris vestra' sermonem oris eius: & docete filias vestras lamentum: & vnaquæque proximam suam planctum: [21] quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. [22] Loquere, Hæc dicit Dominus, Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat. [23] Hæc dicit Dominus: Non glorietur sapiens in sapien-

& MS 9. R. *Deus Israël MS 9.* *"deserta MS. Q. "assumãt aures vestræ MS. R. G. Tr. xtq; auris suspiret Hier. H. Ø c.* *1 Cor.1,31 2 Co.10,17*

in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis: [24] sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait Dominus. [25] Ecce dies venient, dicit Dominus, & visitabo super omnem qui circuncisum habet præputium, [26] super Ægyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comã, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israël incircuncisi sunt corde.

CAP. X.

AVdite verbũ quod locutus est Dominus super vos domus Israël.

[2] Hæc dicit Dominus, Iuxta vias Gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes: [3] quia leges populorum vanæ sunt: quia lignum de saltu præcîdit opus manus artificis in ascia. [4] Argento & auro decorauit illud: *Ier.10,11. Ier.46.* clauis & malleis compegit, vt non dissoluatur. [5] In similitudinem palmę fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non valent. nolite ergo timere ea, quia nec malè possunt facere, nec bene. [6] Non est similis tui *Ier.10,12.* Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. [7] Quis non *Apoc.15,4.* timebit te ô rex gentium? tuum est enim decus: inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui. [8] Pariter insipientes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum est. [9] Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz: opus artificis, & manus ærarij: hyacinthus & purpura indumentum eorum. opus artificum vniuersa hæc. [10] Dominus autem Deus verus est: ipse Deus viuens, & rex sempiternus. ab indignatione eius commouebitur terra: & non sustinebunt Gentes cõminationem eius.

[11] Sic ergo dicetis eis, Dij qui cælos & *Gen.1,9. Ier.51,15.* terram non fecerunt, pereant de terra & de his quæ sub cælo sunt. [12] Qui fecit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos. [13] Ad vocem suam dat multitudinẽ aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de thesauris suis. *Psal.134,7. Infr.51,16.* [14] Stultus factus est omnis homo à scientia, cõfusus est artifex omnis in sculptili: quoniã falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis. [15] Vana sunt, & opus risu dignum: in tempore visitationis suæ peribunt. [16] Non est his similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est: & Israël virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen illi. [17] Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione. [18] quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego lõgè proijciam habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos, ita vt non' inueniantur. [19] Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi, Planè hæc infirmitas mea est, & portabo illam [20] Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt: filij mei exierunt à me, & nõ subsistunt: non est qui extẽdat vltrà tentorium meum, & erigat pelles meas. [21] Quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. [22] Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda solitudinem, & habitaculum draconum. [23] Scio Domine quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. [24] Corripe me *Psal.6,2.* Domine, veruntamen in iudicio: & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. [25] Effunde indignationem tuam *Psal.78,6.* super Gentes quæ non cognouerunt te, & super prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, & deuorauerũt eum, & consumpserunt illũ, & decus eius dissipauerunt.

1 MS. Hier. R. Ha G. Paraphrastes Chaldæus reddidit: Vt recipiant vindictam peccatorum suorum. p. c. arorum suorum.

CAP. XI.

VErbum quod factum est à Domino ad Ieremiam, dicens, [2] Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalem, [3] & dices ad

ces ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius, ‡quod præcepi patribus veſtris in die qua eduxi eos de Terra-Ægypti, de fornace ferrea, dicens, Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum:

‡Vt ſuſcitem iuramentum quod iraui patribus veſtris daturum me eis, terram fluentem lacte & melle, ſicut eſt dies hæc. Et reſpondi, & dixi, Amen Domine. ‡Et dixit Dominus ad me, Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalē, dicens: Audite verba pacti huius, & facite illa: ‡quia conteſtans cōteſtatus ſum patres veſtros in die qua eduxi eos de Terra-Ægypti vſque ad diem hanc: manè conſurgens conteſtatus ſum, & dixi, Audite vocem meam. ‡& non audierunt, nec inclinauerunt aurē ſuam: ſed abierunt vnuſquiſque in prauitate cordis ſui mali: & induxi ſuper eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt. ‡Et dixit Dominus ad me, Inuenta eſt coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſalem. ‡Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priores, qui noluerunt audire verba mea. & hi ergo abierunt poſt deos alienos, vt ſeruirent eis: irritum fecerunt domus Iſraël, & domus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus eorum. ‡Quam ob rem hæc dicit Dñs, Ecce, ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. ‡Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalem, & clamabunt ad 'eos' quibus libant, & non ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorum. ‡'Secundùm numerū enim ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda: & ſecundùm numerum viarum 'Ieruſalē poſuiſti aras confuſionis, aras ad libandum Baalim. ‡'Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem & orationē: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. ‡Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas in quibus gloriata es? ‡Oliuam huberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelæ, grandis exarſit ignis in ea, & combuſta ſunt fruteta eius. ‡Et Dominus exercituum qui plantauit te, locutus eſt ſuper te malum: pro malis domus Iſraël & domus Iuda, quæ fecerunt ſibi ad irritandum me, libantes Baalim.

‡Tu autem Dñe demonſtraſti mihi, & cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum. ‡Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimā; & non cognoui quia cogitauerunt ſuper me conſilia, 'dicentes', Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentiū, & nomen eius non memoretur amplius. ‡Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda, videam vltionē tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meā. ‡Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam, & dicunt, Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus noſtris. ‡Propterea hęc dicit Dominus exercituum, Ecce, ego viſitabo ſuper eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum & filiæ eorum morientur in fame. ‡Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum ſuper viros Anathoth, annum viſitationis eorum.

9 MS. Hier. H. Addam & exemi &c. &c.

Ier. 17, 10. & 20, 12.

CAP. XII.

IVſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum: verumtamen iuſta loquar ad te; 'Quare via impiorū proſperatur: bene eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt? ‡Plantaſti eos, & radicem miſerunt: proficiunt & faciunt fructum: propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Et tu Domine noſti me, vidiſti me & probaſti cor meum tecum: congrega eos quaſi gregem ad victimā, & ſanctifica eos in die occiſionis. ‡Vſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiam habitantium in ea? conſumptū eſt animal, & volucre, quoniam dixe-

Iob 21, 7. Pſal. 1, 1.

*deos 4 MS. R. Hier. H. G. C. Sap. 2, 22.

*uarum MS q. R. Sap. 7, 16. Infr. 14, 11.

dixerunt, Non videbit nouiſſima noſtra. ‡Si cum peditibus currens laborauiſti: quomodo contendere poteris cum equis? cùm autem in terra pacis ſecurus fueris, quid facies in ſuperbia Iordanis? ‡Nam & fratres tui & domus patris tui, etiam ipſi pugnauerunt aduerſum te, & clamauerunt poſt te plena voce: ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona. ‡Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. ‡Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylua: dedit contra me vocem, ideò odiui eam. ‡Nūquid auis diſcolor hæreditas mea mihi? nunquid auis tincta per totum? venite, congregamini omnes beſtiæ terræ, properate ad deuorandum. ‡Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis. ‡Poſuerunt eam in diſſipationem, luxitque ſuper me. deſolatione deſolata eſt omnis terra: quia nullus eſt qui recogitet corde. ‡Super omnes vias deſerti venerunt vaſtatores, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius: non eſt pax vniuerſæ carni. ‡Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus veſtris, propter iram furoris Domini. ‡Hæc dicit Dominus aduerſum omnes vicinos meos peſſimos, qui tangunt hæreditatem, quam diſtribui populo meo Iſraël: Ecce, ego euellam eos de terra ſua, & domum Iuda euellam de medio eorum. ‡Et cùm euulſero eos, conuertar, & miſerebor eorum: & reducam eos, virū ad hæreditatem ſuam, & virum in terram ſuam. ‡Et erit: ſi eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo, Viuit Dominus, ſicut docuerunt populum meum iurare in Baal: ædificabūtur in medio populi mei. Quòd ſi non audierint, euellam gentem illam euulſione & perditione, ait Dominus.

CAP. XIII.

‡Hæc dicit Dominus ad me, Vade, & poſſide tibi lumbare lineum, & pones illud ſuper lumbos tuos, & in aquam non inferes illud. ‡Et poſſedi lumbare iuxta verbum Dñi, & poſui circa lumbos meos. ‡Et factus eſt ſermo Domini ad me ſecundò, dicens: ‡Tolle lumbare quod poſſediſti, quod eſt circa lumbos tuos, & ſurgens vade ad Euphraten, & abſconde ibi illud in foramine petræ. ‡Et abij, & abſcondi illud in Euphrāte, ſicut præceperat mihi Dominus. ‡Et factum eſt poſt dies plurimos, dixit Dominus ad me, Surge, vade ad Euphrāten: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi vt abſconderes illud ibi. ‡Et abij ad Euphrāten, & fodi, & tuli lumbare de loco vbi abſconderam illud: & ecce, computruerat lumbare, ita vt nulli vſui aptum eſſet. ‡Et factum eſt verbum Dñi ad me, dicens, ‡Hæc dicit Dominus, Sic putreſcere faciam ſuperbiā Iuda, & ſuperbiam Ieruſalem multam: ‡Populum iſtū peſſimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis ſui: abieruntque poſt deos alienos, vt ſeruirent eis, & adorarent eos: & erunt ſicut lumbare iſtud, quod nulli vſui aptum eſt. ‡Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſraël, & omnem domum Iuda, dicit Dominus: vt eſſent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt. ‡Dices ergo ad eos ſermonem iſtum, Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te, Nunquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino? ‡Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges qui ſedent de ſtirpe Dauid ſuper thronum eius, & ſacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ieruſalē, ebrietate: ‡& diſpergam eos virum à fratre ſuo, & patres & filios pariter, ait Dominus: non parcam, & non concedam: neque miſerebor vt non diſperdam eos. ‡Audite, & auribus percipite. Nolite

eleuari, quia Dñs locutus est. ‡Date Domino Deo vestro gloriam antequã contenebrescat, & antequàm offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucẽ, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem. ‡Quòd si hoc non audieritis, in abscondito plorabit
Thre.1,2. anima mea à facie superbię: plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus est grex Domini.

‡Dic regi & dominatrici, Humiliamini, sedete: quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ. ‡Ciuitates Austri clausæ sunt, & nõ est qui aperiat: translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. ‡Leuate oculos vestros, & videte qui venitis ab Aquilone: vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? ‡Quid dices cùm visitauerit te? tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. nunquid non dolores apprehendent te, quasi mulierẽ parturientem? ‡Quod si dixeris in corde
Iosf.30,14. 15. tuo, Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecũdiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. ‡Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. ‡Et dissẽminabo eos quasi stipulam quæ vento raptatur in deserto.

‡Hæc sors tua parsque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. ‡vnde & ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitꝰ tuus scelus fornicationis tuæ: super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me: vsquequo adhuc?

CAP. XIIII.

QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis. ‡Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit. ‡Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua: confusi sunt & afflicti, & operuerunt capita sua. ‡Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua: ‡Nam & cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba. ‡Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerũt oculi eorum, quia non erat herba. ‡Si iniquitates nostræ responderint nobis: Domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus: ‡Expectatio Israël, saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? ‡Quare futurus es velut vir vagus, vt fortis qui nõ potest saluare? tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. ‡Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorũ, & visitabit peccata eorum.
Sup.7,16. 11,14. ‡Et dixit Dominus ad me, Noli orare pro populo isto in bonũ. ‡Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocautomata & victimas, non suscipiam ea: quoniã gladio & fame & peste consumam eos. ‡Et dixi, A, a, a, Domine Deus, Prophetæ dicunt eis, Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. ‡Et dixit Dominus ad me, Falso prophetæ vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. ‡Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes, Gladius & fames non erit in terra hac: In gladio & fame cõsumentur prophetæ illi. ‡Et populi quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos; ipsi & vxores eorum, filij & filiæ eorum, & effundã super eos malum suum.
Sup.5,12. Inf.23,17. Inf.23,21. 27,15.29. ‖& fraudulentam 4 MS.B. C.C. Thre.1,16. 2,11.
‡Et dices ad eos verbum istud, Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem,

& diem, & non taceant: quoniam contritione magna cõtrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. ‡Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. Propheta ‖namque & sacerdos abierunt in terram quam ignorabant. ‡Nunquid proiiciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? expectauimus pacem, & non est bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio. ‡Cognouimus Domine impietates nostras, ‖iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. ‡Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. ‡Nũquid sunt in sculptilibus Gentiũ qui pluant? aut cæli possunt dare imbres? nónne tu es Dñs Deus noster quẽ expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

‖quoque & MS.R. Hier. ‖namque etiam, etiam B.C.
sup.8,15.
‖iniquitatem 2 MS. Hier. & Ar. plerũ numero legunt S. & c.

CAP. XV.

ET dixit Dominus ad me, Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eiice illos à facie mea, & egrediantur. ‡Quòd si dixerint ad te, Quò egrediemur? dices
Iob.11,9. ad eos, Hæc dicit Dñs, Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.
‡Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus, Gladiũ ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum. ‡& dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ: propter Manassen
4Reg.21,11 filium Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem. ‡Quis enim miserebitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? ‡Tu reliquisti me, dicit Dominus: retrorsum abiisti: & extendam manum meam super te, & interficiã te: laboraui rogans. ‡Et dispergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi. ‡Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris: induxi eis super matrẽ adolescentis vastatorem meridie: misi super ciuitates repentè terrorem. ‡Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius. occidit ei sol, cùm adhuc esset dies: Amos 8,9.
confusa est, & erubuit: & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus. ‡Væ mihi mater mea: quare genuisti me virũ rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam. omnes maledicunt mihi. ‡Dicit Dominus, Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicum. ‡Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs? ‡Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionẽ dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.
Rom.10,19. Deu.32,22. ‡Et adducam inimicos tuos de terra quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit. ‡Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me: noli in patientia tua suscipere me: scito quoniã sustinui propter te opprobrium.
‡Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbũ tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me Domine Deus exercituum.
Psal.1,1. 25,4. ‡Non sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ: solus sedebam, quoniã comminatione replesti me.
Inf.30,15. ‡Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. ‡Propter hoc hæc dicit Dominus, Si conuertêris, cõuertam te, & ante faciem meã stabis: & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertêris ad eos.
Sup.1,18. 6,27. ‡Et dabo te populo huic in murũ æreum, fortem: & bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum vt saluem te, & eruam te, dicit Dominus. ‡Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

CAP. XVI.

ET factum est verbum Dñi ad me, 1
dicens, *Non accipies vxorem,& 2
non erunt tibi filij & filiæ in loco isto.

*Quia hæc dicit Dominus super filios 3
& filias, qui generantur in loco isto, &
super matres eorũ quæ genuerunt eos:
& super patres eorum, de quorum stirpe
sunt nati in terra hac: *Mortibus ægro- 4
tationum morientur: non plangentur,
& non sepelientur, in sterquilinium su-
per faciem terræ erunt: & gladio & fame
consumentur: & erit cadauer eorum in
escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.

*Hæc enim dicit Dominus, Ne ingre- 5
diaris domum conuiuij, neque vadas ad
plangendum, neque consoleris eos: quia
abstuli pacem meam à populo isto, dicit
Dominus, misericordiam & miseratio-
nes. *Et morientur grandes, & parui 6
in terra ista: non sepelientur neque plan-
gentur, & non se incident, neque calui-
tium fiet pro eis. *Et non frangent in- 7
ter eos lugenti panem ad consolandum
super mortuo: & non dabunt eis potum
calicis ad consolandum super patre suo
& matre. *Et domum conuiuij non 8
ingrediaris, vt sedeas cum eis, & come-
das & bibas: *quia hæc dicit Dñs exer-
cituũ Deus Israël, Ecce, ego auferam de
loco isto in oculis vestris, & in diebus ve-
stris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vo-
cem sponsi & vocem sponsæ. *Et cùm 10
annuntiaueris populo huic omnia ver-
Sup.7,26. ba hæc, & dixerint tibi, 'Quare locutus
est Dñs super nos omne malum grande
istud? quæ iniquitas nostra? & quod pec-
catum nostrum quod peccauimus Do-
mino Deo nostro? *Dices ad eos, Quia 11
dereliquerunt me patres vestri, ait Do-
minus: & abierunt post deos alienos, &
seruierunt eis, & adorauerunt eos: & me
dereliquerunt, & legem meam non cu-
Sup.5,10. stodierunt. *'Sed & vos peius operati 12
estis, quàm patres vestri. ecce enim am-
bulat vnusquisque post prauitatem cor-
dis sui mali, vt me non audiat. *Et eii- 13
ciam vos de terra hac, in terram quam
ignoratis vos, & patres vestri: & seruie-
tis ibi diis alienis die ac nocte, qui non
dabunt vobis requiem. *'Propterea Inf.23,7.
ecce dies veniunt, dicit Dominus, &
non dicetur vltrà, Viuit Dominus qui
eduxit filios Israël de Terra-Ægypti:
*sed, Viuit Dominus, qui eduxit filios
Israël de Terra Aquilonis, & de vniuer-
sis terris ad quas eieci eos: & reducam
eos in terram suam, quam dedi patribus
eorum. *Ecce, ego mittam piscatores
multos, dicit Dominus, & piscabuntur
eos: & post hæc mittam eis multos vena-
tores, & venabũtur eos de omni monte,
& de omni colle, & de cauernis petra-
rum. *Quia oculi mei super omnes
vias eorum: non sunt absconditæ à facie
mea, & non fuit occultata iniquitas eo-
rum ab oculis meis. *Et reddam pri-
mùm duplices iniquitates, & peccata
eorum: quia contaminauerunt terram
meam in morticinis idolorum suorum,
& abominationibus suis impleuerunt
hæreditatem meam. *Domine fortitu-
do mea, & robur meum, & refugium
meum in die tribulationis: ad te Gentes
venient ab extremis terræ, & dicẽt, Verè
mendacium possederunt patres nostri,
vanitatem quæ eis non profuit. *Nun-
quid faciet sibi homo deos, & ipsi non
sunt dij? *Idcirco ecce ego ostendam
eis per vicem hãc, ostendam eis manum
meam, & virtutem meam, & scient quia
nomen mihi Dominus.

CAP. XVII.

PEccatum Iuda scriptum est stylo fer-
reo in vngue adamantino, exaratum
super latitudinem cordis eorum, & in
cornibus ararum eorum. *Cùm recor-
dati fuerint filij eorum ararum suarum,
& lucorum suorum, lignorumque fron-
dentium in montibus excelsis, *sacrifi-
cantes in agro: fortitudinem tuam &
omnes thesauros tuos in direptionem
dabo, excelsa tua propter peccata in vni-
uersis finibus tuis. *Et relinquêris sola
ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & ser-
uire te faciã inimicis tuis in terra quam
ignoras: quoniam ignem 'succendisti' 'succen-
in furore meo, vsque in æternum arde- disti 3
bit. *Hæc dicit Dominus, 'Maledictus Isa.31,2.
homo qui confidit in homine, & ponit
carnem

carnem brachium suum, & à Domino
recedit cor eius. *'Erit enim quasi 6
Inf.48,7. Inf.48,6. myricæ in deserto, & non videbit cùm
venerit bonum: sed habitabit in siccitate
in deserto in terra salsuginis & inhabita-
bili. *Benedictus vir qui confidit in 7
Domino, & erit Dominus fiducia eius.
Psal.1,3. *'Et erit quasi lignum quod transplan- 8
tatur super aquas, quod ad humorem
mittit radices suas: & non timebit cùm
venerit æstus. Et erit folium eius viride,
& in tempore siccitatis nõ erit solicitum,
nec aliquando desinet facere fructum.
'omniũ 9 MS. Hier. super omnia e.c. 3 Reg.11,7. Psal.7, 10. Sap.11,20. Apoc.2, 23. *Prauum est cor 'hominis' & inscruta- 9
bile: quis cognoscet illud? *'Ego Do- 10
minus scrutans cor, & probans renes:
qui do vnicuiq. iuxta viam suam, & iuxta
fructum adinuentionum suarum.

*Perdix fouit quæ non peperit: fecit 11
diuitias, & non in iudicio: in dimidio
dierum suorum derelinquet eas, & in
nouissimo suo erit insipiens. *Solium 12
gloriæ altitudinis à principio, locus san-
ctificationis nostræ. *Expectatio Israël 13
Domine, omnes qui te derelinquunt,
confundentur: recedentes à te, in terra
scribentur: quoniam dereliquerunt ve-
nam aquarum viuentium Dominum.

*Sana me Domine, & sanabor: saluum 14
me fac, & saluus ero: quoniam laus mea
tu es. *Ecce, ipsi dicunt ad me, Vbi est 15
verbum Domini? veniat. *Et ego non 16
sum turbatus, te pastorem sequens: &
diem hominis non desideraui, tu scis.
Quod egressum est de labiis meis, re-
ctum in conspectu tuo fuit. *Non sis 17
tu mihi formidini, spes mea tu in die af-
flictionis. *Confundantur qui me per- 18
sequuntur, & non confundar ego: pa-
ueant illi, & non paueã ego: induc super
eos diem afflictionis, & duplici contri-
tione contere eos. *Hæc dicit Domi- 19
nus ad me, Vade, & sta in porta filiorum
populi per quam ingrediuntur reges Iu-
da, & egrediuntur, & in cunctis portis
Ieruſalem: *& dices ad eos, Audite 20
verbum Domini reges Iuda, & omnis
Iuda, cunctique habitatores Ieruſalem
qui ingredimini per portas istas. *Hæc 21
dicit Dñs, Custodite animas vestras, &
nolite portare põdera in die sabbati: nec
inferatis per portas Ieruſalem. *Et nolite 22
eiicere onera de domibus vestris in die
sabbathi, & omne opus non facietis: san-
ctificate diem sabbathi, sicut præcepi
patribus vestris. *Et non audierunt, 23
nec inclinauerunt aurẽ suam: sed indu-
rauerunt ceruicẽ suam, ne audirent me,
& ne acciperent disciplinam. *Et erit: 24
si audieritis me, dicit Dominus, vt non
inferatis onera per portas ciuitatis huius
in die sabbathi: & si sanctificaueritis
diem sabbathi, ne faciatis in eo omne
opus. *Ingredientur per portas ciuita- 25
tis huius reges & principes, sedentes su-
per solium Dauid, & ascendentes in cur-
ribus & equis, ipsi & principes eorum,
viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: &
habitabitur ciuitas hæc in sempiternum.
*Et venient de ciuitatibus Iuda, & de 26
circuitu Ieruſalem, & de terra Ben-ia-
min, & de campestribus, & de montuo-
sis, & ab Austro, portãtes holocaustum,
& victimam, & sacrificium, & thus, &
inferent oblationem in domum Domi-
ni. *Si autem non audieritis me, vt san- 27
ctificetis diem sabbathi, & ne portetis
onus, & ne inferatis per portas Ieruſalem
in die sabbathi: succẽdam ignem in por-
tis eius, & deuorabit domos Ieruſalem,
& non extinguetur.

CAP. XVIII.

VErbum quod factum est ad Iere- 1
miam à Domino, dicens, *Surge, 2
& descende in domum figuli, & ibi au-
dies verba mea. *Et descendi in domum 3
figuli, & ecce, ipse faciebat opus super
rotam. *Et dissipatum est vas quod ipse 4
faciebat è luto manibus suis: conuersus-
que, fecit illud, vas alterum, sicut pla-
cuerat in oculis eius vt faceret. *Et fa- 5
ctum est verbũ Domini ad me, dicens,
*'Nunquid sicut figulus iste, non po- 6
tero vobis facere, domus Israël? ait Isai.45,9; Rom.9,20;
Dominus, ecce sicut lutum in manu figuli,
sic vos in manu mea, domus Israël.
*Repentè loquar aduersum gentem 7
& aduersus regnum, 'vt era dicem & de- Sup.1,10.
struam & disperdam illud. *Si pœni- 8
tentiam egerit gens illa à malo suo quod

locutus sum aduersus eam: agam & ego
pœnitentiam super malo quod cogitaui
vt facerem ei. [9] Et subitò loquar de gen-
te & de regno, vt ædificem & plantem
illud. [10] Si fecerit malum in oculis meis,
vt non audiat vocem meam: pœniten-
tiam agam super bono quod locutus
sum vt facerem ei. [11] Nunc ergo dic vi-
ro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, di-
Infr 25,5. 35,15. Ioan.3,8. cens, Hæc dicit Dominus, Ecce, ego
fingo contra vos malum, & cogito con-
tra vos cogitationem: reuertatur vnus-
quisque à via sua mala, & dirigite vias
vestras & studia vestra. [12] Qui dixe-
runt, Desperauimus: post cogitationes
enim nostras ibimus, & vnusquisq. prau-
itatem cordis sui mali faciemus.
[13] Ideò hæc dicit Dominus, Interroga-
te Gentes, Quis audiuit talia horribilia,
quæ fecit nimis virgo Israël? [14] Nunquid
deficiet de petra agri nix Libani? aut
euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ,
& defluentes? [15] Quia oblitus est mei
populus meus, frustra libantes, & im-
pingentes in viis suis, in semitis seculi, vt
ambularent per eas in itinere non trito:
Infr.19,8. 49,13. 50,13. [16] vt fieret terra eorum in desolatio-
nem, & in sibilum sempiternum: omnis
qui præterierit per eam, obstupescet, &
mouebit caput suum. [17] Sicut ventus
vrens dispergam eos coram inimico: dor-
sum, & non faciem ostendam eis in die
perditionis eorum. [18] Et dixerunt, Ve-
nite & cogitemus contra Ieremiam co-
gitationes: non enim peribit lex à sacer-
dote, neque consilium à sapiente, nec
sermo à propheta: venite, & percutia-
mus eum lingua, & non attendamus ad
vniuersos sermones eius. [19] Attende Do-
mine ad me, & audi vocem aduersario-
rum meorum. [20] Nunquid redditur pro
bono malum, quia foderunt foueam
animæ meæ? Recordare quòd steterim
in conspectu tuo, vt loquerer pro eis
bonum, & auerterem indignationem
tuam ab eis. [21] Propterea da filios eorum
in famem, & deduc eos in manus gladij:
fiant vxores eorum absque liberis, & vi-
duæ: & viri earum interficiantur morte:
iuuenes eorum confodiantur gladio in
[22] prœlio. Audiatur clamor de domibus
eorum; adduces enim super eos latro-
nem repentè: quia foderunt foueam, vt
caperent me, & laqueos absconderunt
[23] pedibus meis. Tu autem Domine
scis omne consilium eorum aduersum
me in mortem: ne propitieris iniquitati
eorum, & peccatum eorum à facie tua
non deleatur: fiant corruentes in con-
spectu tuo, in tempore furoris tui abute-
re eis.

CAP. XIX.

[1] HÆc dicit Dominus, Vade, & acci-
pe lagunculam figuli testeam à se-
nioribus populi, & à senioribus sacerdo-
[2] tum: Et egredere ad vallem filij En-
nom, quę est iuxta introitum portæ ficti-
lis: & prædicabis ibi verba quæ ego lo-
[3] quar ad te. Et dices, Audite verbum
Domini reges Iuda, & habitatores Ieru-
salem: hæc dicit Dominus exercituum,
Deus Israël, Ecce, ego inducã afflictio-
nem super locũ istum: ita vt omnis qui
[4] audierit illam, tinniant aures eius: Eo
quòd dereliquerint me, & alienum fe-
cerint locum istum: & libauerunt in eo
diis alienis, quos nescierunt ipsi, & patres
eorum, & reges Iuda: & repleuerunt lo-
[5] cum istum sanguine innocentum. Et
ædificauerunt excelsa Baalim ad com-
burendos filios suos igni in holocaustum
Baalim: quæ non præcepi, nec locutus
sum, nec ascenderunt in cor meum.
[6] Propterea ecce dies veniunt, dicit Do-
minus: & non vocabitur amplius locus
iste, Topheth, & Vallis filij Ennom, sed
[7] Vallis occisionis. Et dissipabo consi-
lium Iuda & Ierusalem in loco isto: &
subuertam eos gladio in conspectu ini-
micorum suorum, & in manu quæren-
tium animas eorum: & dabo cadauera
eorum escam volatilibus cæli, & bestiis
[8] terræ. Et ponam ciuitatem hanc, in Sup.18,16. Infr.49,13. & 50,13.
stuporem, & in sibilum: omnis qui præ-
terierit per eam, obstupescet, & sibilabit
[9] super vniuersa plaga eius. Et cibabo vniuer-sas plagas 4 MS. R. Pro Toto fatione lite. &c.
eos carnibus filiorum suorum, & carni-
bus filiarum suarum: & vnusquisq. car-
nem amici sui comedet in obsidione, &
in angustia in qua concludet eos inimici
eorum, & qui quærunt animas eorum.
Et

[10] Et conteres lagunculam in oculis vi-
rorum qui ibunt tecum: [11] Et dices ad
eos, Hæc dicit Dominus exercituũ, Sic
conteram populum istum & ciuitatem
istam, sicut conteritur vas figuli quod
nõ potest vltrà instaurari: & in Topheth
sepelientur, eo quòd non sit alius locus
ad sepeliendum. [12] Sic faciam loco huic,
ait Dñs, & habitatoribus eius: & ponam
ciuitatẽ istam sicut Topheth. [13] Et erunt
domus Ierusalem & domus regum Iuda
sicut locus Topheth, immundæ: omnes
domus, in quarum domatibus sacrifica-
uerunt omni militiæ cæli, & libauerunt
libamina diis alienis. [14] Venit autem Ie-
remias de Topheth, quò miserat eum
Dominus ad prophetandum, & stetit in
atrio domus Domini, & dixit ad omnem
populum: [15] Hæc dicit Dominus exer-
cituum Deus Israël, Ecce, ego inducam
super ciuitatem hanc, & super omnes
vrbes eius vniuersa mala quę locut⁹ sum
aduersum eam: quoniam indurauerunt
ceruicem suam, vt non audirent sermo-
nes meos.

CAP. XX.

[1] ET audiuit Phassur filius Emmer sa-
cerdos, qui constitut⁹ erat princeps
in domo Domini, Ieremiam prophetan-
tem sermones istos. [2] Et percussit Phas-
sur Ieremiam prophetam, & misit eum
in neruũ, quod erat in porta Ben-iamin
superiori, in domo Domini. [3] Cumq.
illuxisset in crastinum, eduxit Phassur
Ieremiam de neruo. & dixit ad eum Ie-
remias, Non Phassur vocauit Dominus
nomen tuum, sed pauorem vndique.
[4] Quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego
dabo te in pauorem, te & omnes amicos
tuos: & corruent gladio inimicorũ suo-
rum, & oculi tui videbunt: & omnem
Iudam dabo in manum regis Babylonis:
& traducet eos in Babylonem, & percu-
tiet eos gladio. [5] Et dabo vniuersam sub-
stantiam ciuitatis huius, & omnem la-
borem eius, omneque pretium, & cun-
ctos thesauros regum Iuda dabo in ma-
nu inimicorum eorum: & diripient eos,
& tollent, & ducent in Babylonem.
[6] Tu autem Phassur, & omnes habita-
tores domus tuæ ibitis in captiuitatem;
& in Babylonem venies, & ibi morieris:
ibique sepelieris tu, & omnes amici tui
[7] quibus prophetasti mendacium. Se-
duxisti me Domine, & seductus sum:
fortior me fuisti, & inualuisti: factus sum
in derisum tota die, omnes subsannant
[8] me. Quia iam olim loquor, vocife-
rans iniquitatem, & vastitatem clamito:
& factus est mihi sermo Domini in op-
[9] probrium, & in derisum tota die. Et
dixi, Non recordabor eius, neq. loquar
vltrà in nomine illius. & factus est in
corde meo quasi ignis exæstuans, clau-
susque in ossibus meis: & defeci, ferre
[10] non sustinens. Audiui enim contu-
melias multorum, & terrorem in circui-
tu, Persequimini, & persequamur eum:
ab omnibus viris qui erant pacifici mei,
& custodientes latus meũ: si quo modo
decipiatur, & pręualeam⁹ aduersus eum,
[11] & consequamur vltionem ex eo. Do-
minus autem mecum est quasi bellator
fortis: idcirco qui persequuntur me, ca-
dent, & infirmi erunt: confundentur ve-
hementer, quia non intellexerunt op- Infr.23,40:
probrium sempiternũ quod nunquam
[12] delebitur. Et tu Domine exercituum
probator iusti, qui vides renes & cor: vi- Supr.11,20: 17,10.
deam quæso vltionem tuam ex eis: tibi
[13] enim reuelaui causam meam. Cante
te Domino, laudate Dominum: quia li-
berauit animam pauperis de manu ma-
[14] lorum. Maledicta dies in qua natus Iob 3,1.
sum: dies in qua peperit me mater mea,
[15] non sit benedicta. Maledictus vir qui
annuntiauit patri meo, dicens, Natus
est tibi puer masculus: & quasi gaudio
[16] lætificauit eum. Sit homo ille vt sunt
ciuitates quas subuertit Dñs, & non
pœnituit eum: audiat clamorem manè,
[17] & vlulatũ in tempore meridiano: qui' quia 3 MS. R. G. O. n.
non me interfecit à vulua, vt fieret mi-
hi mater mea sepulchrum, & vulua eius
[18] conceptus æternus. Quare de vulua
egressus sum, vt viderem laborem &
dolorem, & consumerentur in confu-
sione dies mei?

CAP. XXI.

[1] VErbum quod factũ est ad Ieremiam
à Dño, quando misit ad eum rex Se-

decias Phassur filiũ Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens,
2 ‡Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis prœliatur aduersum nos: si fortè faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis. 3 ‡Et dixit Ieremias ad eos, Sic dicetis Sedeciæ:
4 ‡Hæc dicit Dñs Deus Israël, Ecce, ego conuertã vasa belli quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius.
5 ‡Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. 6 ‡Et percutiam habitatores ciuitatis huius: homines & bestiæ pestilentia magna morientur. 7 ‡Et post hoc, ait Dominus, dabo Sedeciam regem Iuda, & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum: & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet, nec miserebitur.
8 ‡Et ad populum hunc dices, Hæc dicit Dñs, Ecce, ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. Inf.38,2. 9 ‡'Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua, quasi spolium.
10 ‡Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus: in manu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. 11 ‡Et domui regis Iuda, Audite verbum Domini,
12 ‡Domus Dauid, hæc dicit Dominus, Inf.22,3. 'Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorũ vestrorum.
13 ‡Ecce, ego ad te habitatricem vallis solidæ atque campestris, ait Dominus: qui dicitis, Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos nostras? 14 ‡Et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus: & succendam ignem in saltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

CAP. XXII.

1 HÆc dicit Dominus: Descende in domum regis Iuda, & loquêris ibi
2 verbum hoc, ‡& dices, Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super solium Dauid: tu & serui tui, & populus tuus,
3 qui ingredimini per portas istas. ‡Hæc dicit Dominus, 'Facite iudicium & iustitiam: & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenã, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque oprimatis iniquè: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. Sup.21,12.
4 ‡Si enim facientes feceritis verbum istud: ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi
5 & serui, & populus eorum. ‡Quod si nõ audieritis verba hæc: in memetipso iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc.
6 ‡Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda, Galaad tu mihi caput Libani: si nõ posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles.
7 ‡Et sanctificabo super te interficientem virum & arma eius: & succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem.
8 ‡Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc: & dicet vnusquisque proximo suo, 'Quare fecit Dominus sic Deu.29,34 3 Reg.9.8.
9 ciuitati huic grandi? ‡Et respondebũt, Eo quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, & adorauerint deos alie-
10 nos, & seruierint eis. ‡Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu: plangite eum qui egreditur, quia non reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuitatis suæ.
11 ‡Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto. Non reuertetur
12 huc amplius: ‡sed in loco ad quẽ transtuli eum, ibi morietur, & terram istam
13 non videbit amplius. ‡Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicum suum opprimet

primet frustra, & mercedem eius non
14 reddet ei. ‡Qui dicit, Ædificabo mihi domum latã, & cœnacula spacioſa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque sinopide. 15 ‡Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid non comêdit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc cùm bene erat ei? 16 ‡Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum: nunquid non ideo quia cognouit me, dicit Dominus? 17 ‡Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.
18 ‡Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Iosiæ regem Iuda, Non plangent eum, Væ frater & væ soror: non concrepabunt ei, Væ Domine, & væ inclyte. 19 ‡Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.
20 ‡Ascende Libanum, & clama: & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui.
21 ‡Locutus sum ad te in abundantia tua: dixisti, Non audiam: hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocẽ meam: 22 ‡Omnes pastores tuos pascet ventus; & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confundêris, & erubescas ab omni malitia tua.
23 ‡Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuisti cùm venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis? 24 ‡Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.
25 ‡Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. 26 ‡Et mittam te, & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibiq; moriemini: 27 ‡& in terram ad quam ipsi leuant animam suam, vt reuertantur illuc: non reuertentur.
28 ‡Nunquid vas fictile atque cõtritum vir iste Iechonias? nunquid vas absque omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt?
29 ‡Terra, terra, terra, audi sermonem
30 Domini. ‡Hæc dicit Dominus, Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltrà in Iuda.

CAP. XXIII.

1 'VÆ pastoribus qui dispperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Ezec.13,3. 34,2.
2 Dominus. ‡Ideò hæc dicit Dominus Deus Israël ad pastores qui pascunt populum meum, Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce, ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus.
3 ‡Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad rura sua: & crescent & multiplicabun-
4 tur. ‡Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: *non formidabunt *& 1 MS. H.G.c. vltrà, & non pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dñs.
5 ‡'Ecce, Isai.4,2. 40,11. dies veniũt, dicit Dominus: & suscitabo 45,8. Inf 33,14. Dauid germen iustum: & regnabit rex, Eze.34,11. & sapiens erit: & faciet iudicium & iu- 24. Dan.9,24.
6 stitiam in terra. ‡In diebus 'illis' saluabitur Iuda, & Israël habitabit confiden- Ioh.1,45. 'illius t MS.H. G.c.
7 ter: & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. ‡'Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent vltrà, Viuit Dominus, qui eduxit filios Israël de Terra Ægypti: Sup.16,14.
8 ‡Sed, 'Viuit Dominus qui eduxit & Deu.33,28. adduxit semen domus Israël de Terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc: & habitabunt in ter-
9 ra sua. ‡Ad prophetas, Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino, à facie Domini, & à facie verborum
10 sanctorum eius. ‡Quia 'adulteris' repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorum malus, & fortitu-
11 do eorum dissimilis. ‡Propheta namque & sacerdos polluti sunt: & in domo

mea inueni malum eorum, ait Dominus. [12] Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus. [13] Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem: & prophetabãt in Baal, & decipiebant populum meum Israël.

-7 MS. Hier. H. G. C.

[14] Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij: & cõfortauerunt manus pessimorum vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua: facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha. [15] Propterea hæc dicit Dñs exercituum ad prophetas, Ecce, ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super omnẽ terram. [16] Hæc dicit Dominus exercituum, Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. [17] Dicunt his qui blasphemant me, Locutus est Dominus, Pax erit vobis. & omni qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt, Non veniet super vos malum. [18] Quis enim affuit in consilio Domini, & vidit & audiuit sermonem eius? quis considerauit verbum illius & audiuit? [19] Ecce, turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens: super caput impiorũ veniet. [20] Non reuertetur furor Domini vsque dum faciat, & vsque dum compleat cogitationẽ cordis sui. in nouissimis diebus intelligetis consilium eius. [21] Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. [22] Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo: auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. [23] Putásne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus? & non Deus délonge? [24] Si occultabitur vir in absconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? nunquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? [25] Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes, Somniaui, somniaui. [26] Vsquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium & prophetantiũ seductiones cordis sui? [27] Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorũ quæ narrat vnusquisque ad proximum suum: sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal. [28] propheta qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. quid paleis ad triticum, dicit Dñs? [29] Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus: & quasi malleus cõterens petram? [30] Propterea ecce ego ad prophetas, ait Domin⁹: qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo. [31] Ecce ego ad prophetas, ait Domin⁹: qui assumunt linguas suas, & aiunt, Dicit Dominus. [32] Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait Dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populũ meum in mendacio suo, & in miraculis suis: cùm ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dñs. [33] Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens, Quod est onus Domini? dices ad eos, Vt quid vobis onus? proiiciam quippe vos, dicit Dominus. [34] Et propheta & sacerdos, & populus qui dicit, Onus Domini: visitabo super virum illum, & super domum eius. [35] Hæc dicetis vnusquisque ad proximũ & ad fratrem suum, Quid respondit Dominus? Et quid locutus est Dominus? [36] Et onus Domini vltrà non memorabitur: quia onus erit vnicuique sermo suus: & peruertistis verba Dei viuentis, Dñi exercituum Dei nostri. [37] Hæc dices ad prophetam, Quid respondit tibi Dominus? & quid locutus est Dominus? [38] Si autem onus Domini dixeritis: propter hoc hęc dicit Dominus, Quia dixistis sermonem istũ, Onus Domini: & misi ad vos, dicens, Nolite dicere Onus Domini: [39] Propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus vestris à facie mea.

Sup. 5, 12. 14, 13.

Inf. 30, 14.

"egreditur 6 MS. G. C.

Sup. 14, 14. Inf. 27, 15. & 29, 9.

Sup. 16, 11.

cie mea. [40] Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiã ęternam, quæ nunquam obliuione delebitur.

CAP. XXIIII.

OStendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Domini, postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim regem Iuda, & principes eius, & fabrum, & inclusorem de Ierusalẽ, & adduxit eos in Babylonem. [2] Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis: vt solent ficus esse primi temporis. & calathus vnus, ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quòd essent malæ. [3] Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Ficus, ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde; quæ comedi non possunt, eo quòd sint malæ. [4] Et factum est verbum Domini ad me, dicens, [5] Hæc dicit Dominus Deus Israël, Sicut ficus hæ bonæ: sic cognoscam transmigrationẽ Iuda, quam emisi de loco isto in Terram Chaldæorum, in bonum. [6] Et ponam oculos meos super eos ad placandũ: & reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos, & non destruã: & plantabo eos, & non euellam. [7] Et dabo eis cor, vt sciant me, quia ego sum Dominus: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo. [8] Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt, eò quòd sint malæ: hęc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in Terra-Ægypti. [9] Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionẽ in vniuersis locis ad quæ eieci eos. [10] Et mittam in eis gladium, & famem, & pestem: donec consumatur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

Jer. 29, 17.

CAP. XXV.

VErbum quod factũ est ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, (ipse est annus prim⁹ Nabuchodonosor regis Babylonis.) [2] Quod locutus est Ieremias propheta ad omnem populũ Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem, dicens, [3] A tertiodecimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda vsque ad diem hãc; iste tertius & vicesimus annus, factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte cõsurgens & loquens: & non audistis. [4] Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, consurgens diluculo, mittensque: & non audistis, neque inclinastis aures vestras vt audiretis, [5] cùm diceret, Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris: & habitabitis in terra quam dedit Dominus vobis, & patribus vestris à seculo & vsque in seculum. [6] Et nolite ire post deos alienos, vt seruiatis eis, adoretisque eos: neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum vestrarum, & non affligam vos. [7] Et non audistis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum in malum vestrum. [8] Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Pro eo quòd non audistis verba mea, [9] ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas. [10] Perdamque ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ. [11] Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem & in stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. [12] Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudines sempiternas. [13] Et adducam super terram illam omnia verba mea quę locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quæcunque prophetauit Ieremias

"Quæ & MS. Similiter Textui legunt Hier. & G.

4 Re. 17, 13. Sup. 18, 11. Inf. 25, 3. 35, 15.

Dan 9, 2. Inf. 26, 12. & 29, 10. 2 Pa. 36, 22. 2 Esd 1, 1. & 6, 3.

3 Esd. 1, 57. & 2, 1. & 6, 24.

Ieremias aduersum omnes gentes:

14 *Quia seruierunt eis cùm essent gentes multæ & reges magni: & reddam eis secundum opera eorum, & secundum facta manuum suarum. 15 *Quia sic dicit Dominus exercituum Deus Israël, Sume calicem vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te. 16 *Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij quem ego mittam inter eos.

17 *Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus ad quas misit me Dominus: 18 *Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus eius & principibus eius: vt darem eos in solitudinem, & in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem, sicut est dies ista: 19 *Pharaoni regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, 20 *& vniuersis generaliter: cunctis regibus terræ Ausitidis, & cunctis regibus terræ Philisthiim, & Ascalonis, & Gazæ, & Accarõ, & reliquiis Azoti, 21 *& Idumææ, & Moab, & filiis Ammon: 22 *Et cunctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidônis: & regibus terræ insularum qui sunt trans mare. 23 *Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis qui attonsi sunt in comam. 24 *Et cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deserto. 25 *Et cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum: 26 *cunctis quoque regibus Aquilonis de prope & de longe, vnicuiq. contra fratrem suum: & omnibus regnis terræ, quæ super faciem eius sunt: & rex Sesach bibet post eos. 27 *& dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, neque surgatis, à facie gladij quem ego mittam inter vos. 28 *Cumque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Bibentes bibetis: 29 *quia ecce, in ciuitate in qua inuocatum est nomẽ meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes. gladiũ enim ego voco super

1 Pet. 4, 17.

omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum. 30 *Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: 'Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decôrem suum: celeusma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ. 31 *Peruênit sonitus vsque ad extrema terræ: Quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse cũ omni carne, impios tradidi 32 gladio, dicit Dominus. *Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce, afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ. 33 *Et erunt interfecti Domini in die illa à summo terræ vsque ad summum eius: non plangentur, & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinium super 34 faciem terræ iacebunt. *Vlulate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia cõpleti sunt dies vestri, vt interficiamini: & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa.

35 *Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis. 36 *Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua 37 eorum. *Et conticuerunt arua pacis à 38 facie iræ furoris Domini. *Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

Ioel 3, 16. Amos 1, 2.

CAP. XXVI.

1 IN principio regni Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbũ istud à Do- 2 mino, dicens: *Hæc dicit Dominus, Sta in atrio domus Domini, & loquêris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in domo Domini, vniuersos sermones quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos: noli subtrahere ver- 3 bum, *si fortè audiant & conuertantur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis pro- 4 pter malitiam studiorum eorum. *Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea 5 quam dedi vobis: *vt audiatis sermones seruo-

rum meorum Prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, & dirigens, & non audistis: 6 *Dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentib⁹ terræ. 7 *Et audierunt sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini. 8 *Cumque complesset Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei Dominus, vt loqueretur ad vniuersum populum: apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens, Morte moriatur. 9 *Quare prophetauit in nomine Domini, dicens, Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs ista desolabitur, eò quòd non sit habitator? Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo Domini. 10 *Et audierunt principes Iuda verba hæc: & ascenderunt de domo regis in domum Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini nouæ. 11 *Et locuti sunt sacerdotes & prophetæ ad principes, & ad omnem populum, dicentes, Iudicium mortis est viro huic: quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris.

12 *Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuersum populum, dicens, 'Dominus misit me vt prophetarem ad domum istam, & ad ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis. 13 *Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri: & pœnitebit Dominum mali quod locutus est aduersum vos. 14 *Ego autẽ ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum & rectum est in oculis vestris: 15 *Veruntamen scitote & cognoscite quod si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam, & habitatores eius. in veritate enim misit me Domin⁹ ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. 16 *Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & ad prophetas, Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. 17 *Surrexerunt ergo viri de seniorib⁹ terræ: & dixerunt ad omnem

Sap. 25, 12. 2 Par. 36, 21.

18 cœtum populi, loquentes: *Michæas de Morasthi fuit propheta in dieb⁹ Ezechiæ regis Iuda, & ait ad omnem populum Iudæ, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum: 'Sion quasi ager arabitur: & Ierusalem in aceruum lapidum erit: & mons domus *in excelsa syluarum. 19 *Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? nunquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciẽ Domini: & pœnituit Dominum mali quod locutus fuerat aduersum eos? Itaque "nos facimus" malum grande contra animas nostras.

Mich. 3, 12.

*Domini Ms q. *sanctuarij c.

"non faciamus Ms. Q. n.

20 *Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias fili⁹ Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terrã hanc iuxta 21 omnia verba Ieremiæ. *Et audiuit rex Ioacim, & omnes potentes, & principes eius verba hæc: & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fu- 22 gitque, & ingressus est Ægyptum. *Et misit rex Ioacim viros in Ægyptum, Elnathan filium Achobor, & viros cum 23 eo in Ægyptũ. *Et eduxerunt Vriam de Ægypto: & adduxerunt eum ad regem Ioacim, & percussit eum gladio: & proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi 24 ignobilis. *Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

CAP. XXVII.

1 IN principio regni Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud ad 2 Ieremiam à Domino, dicens, *Hæc dicit Dominus ad me, Fac tibi vincula & catenas: & pones eas in collo tuo.

3 *Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis: in manu nuntiorũ qui venerunt 4 Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda. *Et præcipies eis vt ad dominos suos loquantur, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Hæc dicetis ad dominos 5 vestros, *Ego feci terram, & homines, & iumẽta, quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei qui placuit

in oculis

in oculis meis. *Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. 6

*Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius: & seruient ei gentes multæ & reges magni. *Gens autem & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicunque nõ curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus: donec consumam eos in manu eius. *'Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicunt vobis, Non seruietis regi Babylonis. *Quia mendacium prophetant vobis: vt longè vos faciant de terra vestra, & eiiciãt vos & pereatis. *Porrò gens quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei: dimittam eam in terra sua, dicit Dominus: & colet eam, & habitabit in ea. *Et ad Sedeciam regẽ Iuda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicens, Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, & populo eius, & viuetis. 7 8 9 10 11 12

*Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gentem quæ seruire noluerit regi Babylonis? *Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, Non seruietis regi Babylonis: quia mendacium ipsi loquuntur vobis. *'Quia non misi eos, ait Dominꝰ: & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eiiciant vos, & pereatis tam vos, quã prophetæ qui vaticinantur vobis. *Et ad sacerdotes, & ad populum istum locutus sum, dicens, Hæc dicit Dominus, Nolite audire verba prophetarũ vestrorum, qui prophetant vobis, dicentes, Ecce, vasa* Domini reuertentur de Babylone nunc citò, mendaciũ enim prophetant vobis. *Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. quare datur hæc ciuitas in solitudinem? *Et si prophetæ sunt, & est verbum Domini in eis: occurrant Domino exercituum, vt non veniant vasa quæ derelicta fuerant in domo Dñi, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem, in Babylonem. *Quia hæc dicit Dominus exercituum 'ad columnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorũ, quæ remanserunt in ciuitate hac: *quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, 'cùm transferret Iechoniam filium Ioacim regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ierusalem. *Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël ad vasa quæ derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis Iuda & Ierusalem: *'In Babylonem transferẽtur, & ibi erunt vsq. ad diem visitationis suæ, dicit Dominus: & afferri faciam ea, & restitui in loco isto. 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

Sup.23,16. Infr.29,8.

*domus R.H.C. G q.

4 Re.25,13 4 Re.24,16 4 Re.25,13

CAP. XXVIII.

ET factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mẽse quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon, in domo Domini coram sacerdotibus & omni populo, dicens, *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Contriui iugum regis Babylonis. *Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem. *Et Iechoniam filiũ Ioacim regem Iuda, & omnem trãsmigrationem Iudæ, qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertam ad locum istum, ait Dominus: conteram enim iugum regis Babylonis. *Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi qui stabat in domo Domini. *& ait Ieremias propheta, Amen, sic faciat Dominus: suscitet Dominus verba tua quæ prophetasti: vt referantur vasa in domum Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum. *Veruntamen audi verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi, *Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt super terras multas, & super regna magna, de

gna, de prœlio & de afflictione, & de fame. *Propheta qui vaticinatus est pacem: cùm venerit verbum eius, scietur propheta quem misit Dominus in veritate. *Et tulit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, & confregit eam. *Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens, Hæc dicit Dominus, Sic confringã iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium. *Et abiit Ieremias propheta in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, postquam confregit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, dicens, *Vade, & dices Hananiæ, Hæc dicit Dominus, Catenas ligneas contriuisti: & facies pro eis catenas ferreas. *Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Iugum ferreum posui super collum cunctarum Gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruient ei: insuper & bestias terræ dedi ei. *Et dixit Ieremias propheta ad Hananiã prophetam, Audi Hanania: non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio. *Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce, ego mittam te à facie terræ: hoc anno moriêris: aduersum enim Dominum locutus es. *Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mense septimo. 5 9 10 11 12 13 14 15 16 17

CAP. XXIX.

'quem 1 MS. Hier. Sedfor Tecum addidere LXX.

ET hæc sunt verba libri 'quę' misit Ieremias propheta de Ierusalem ad reliquias seniorum transmigrationis, & ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonem: *postquam egressus est Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iuda, & Ierusalem, & faber, & inclusor de Ierusalem: *in manu Elasa filij Saphan, & Gamariæ filij Helciæ, quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens, *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël omni transmigrationi quam transtuli de Ierusalem in Babylonem, 1 2 3 4

*Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum. *Accipite vxores, & generate filios & filias: & date filiis vestris vxores, & filias vestras date viris, & pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero. *Et quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis. *Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israel: 'Non vos seducant prophetæ vestri qui sunt in medio vestrum, & diuini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra quę vos somniatis: *Quia falsò ipsi prophetant vobis in nomine meo: & non misi eos, dicit Dominus. *'Quia hæc dicit Dominus, Cùm cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum. 5 6 7 8 9 10

Sup.14,13. 23,16. 27,9.

R. H. C. Additur autem M S. & G.

Sup 25,12. & 26,22. 2 Pa.36,21 1 Esd.1,1. Dan.9,2.

*Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam. *Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & ego exaudiam vos. *Quæretis me, & inuenietis: cùm quæsieritis me in toto corde vestro. *Et inueniar à vobis, ait Dominus: & reducam captiuitatem vestram: & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quę expuli vos, dicit Dominus: & reuerti vos faciam de loco ad quem transmigrare vos feci. 11 12 13 14

3 Esd.1,47.

*Quia dixistis, "Suscitabit' nobis Dominus prophetas in Babylone: *Quia hæc dicit Dominus ad regem qui sedet super solium Dauid, & ad oẽm populum habitatorem vrbis huius, ad fratres vestros, qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem: *Hæc dicit Dominus exercituum, 'Ecce, mittam in eos gladium, & famẽ, & pestem: '& ponam eos quasi ficus malas quæ comedi non possunt, eo quòd pessimæ sint. *Et persequar eos in gladio, & in fame, & in pestilentia: & dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ: in maledictionẽ, & in stuporem, & in sibilũ, & in opprobrium cunctis Gentibus ad quas ego eieci eos: 15 16 17 18

"Suscitauit 1 MS. H.G.C.

Sup.24,10.

Sup.24,8.

*Eò quòd

15 *Eò quòd nõ audierint verba mea, dicit Dominus: quæ misi ad eos per seruos meos prophetas de nocte consurgens & mittens: & non audistis, dicit Dominus.

20 *Vos ergo audite verbum Domini omnis transmigratio, quam emisi de Ierusalem in Babylonem. 21 *Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israël ad Achab filium Coliæ, & ad Sedeciam filium Maasię, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter, Ecce, ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis: & percutiet eos in oculis vestris.

22 *Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudę quæ est in Babylone, dicentium, Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab quos frixit rex Babylonis in igne, 23 * pro eo quòd fecerint stultitiam in Israël, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter quod non mandaui eis. ego sũm iudex & testis, dicit Dominus. 24 *Et ad Semeian Nehelamiten dices: 25 *Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël, Pro eo quòd misisti in nomine tuo libros ad omnem populum qui est in Ierusalem, & ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, & ad vniuersos sacerdotes, dicens, 26 *Dominus dedit te sacerdotẽ pro Ioiade sacerdote: vt sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitium & prophetantem, vt mittas eum in nervum & in carcerem. 27 *Et nunc quare non increpasti Ieremiam Anathothiten qui prophetat vobis? 28 *Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens, Longum est: ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorum. 29 *Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus Ieremiæ prophetæ. 30 *Et factum est verbum Domini ad Ieremiã, dicens: 31 *Mitte ad omnem transmigrationem, dicens, Hæc dicit Dominus ad Semeian Nehelamiten: Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum: & fecit vos confidere in mendacio: 32 *idcirco hæc dicit Dominus, Ecce, ego visitabo super Semeian Nehelamiten, & super semẽ eius: non erit ei vir sedens in medio populi huius, & non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait Dominus, quia præuaricationem locutus est aduersus Dominum.

CAP. XXX.

1 HOc verbum quod factum est ad Ieremiam à Dño, dicens: 2 *Hæc dicit Dominus Deus Israël, dicens: Scribe tibi omnia verba quæ locutus sum ad te, in libro. 3 *Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, & conuertam conuersionem populi mei Israël & Iuda, ait Dominus: & conuertam eos ad terram quam dedi patribus eorum, & possidebunt eam. 4 *Et hæc verba quæ locutus est Dominus ad Israël & ad Iudam:

5 *Quoniam hæc dicit Dominus, Vocem terroris audiuimus: formido, & non est pax. 6 *Interrogate, & videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum sũum, quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem? 7 *Væ, quia magna dies illa, nec est similis eius: tempusque tribulationis est Iacob, & ex ipsa saluabitur. 8 *Et erit in die illa, ait Dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni: 9 *sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo quem suscitabo eis.

10 *Tu ergo non timeas serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israël: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & nõ erit quem 11 formidet: *Quoniam tecum ego sum, ait Dominus, vt saluem te. faciam enim consummationem in cunctis Gentibus in quibus dispersi te: te aũt non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius.

12 *Quia hæc dicit Dominus: Insanabilis 13 fractura tua, pessima plaga tua. *Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum: curationum vtilitas non est 14 tibi. *Omnes amatores tui obliti sunt tui, teque non quærent. plaga enim inimici

mici percussi te castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. 15 *Quid clamas super cõtritione tua? insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi. 16 *Propterea omnes qui comedunt te, deuorabũtur: & vniuersi hostes tui in captiuitatẽ ducentur: & qui te vastant, vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam. 17 *Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia eiectam vocauerunt te Sion, Hæc est quæ non habebat requirentem. 18 *Hæc dicit Dominus, Ecce, ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor, & ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. 19 *Et egredietur de eis laus, voxque ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur. 20 *Et erunt filij eius sicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit: & visitabo aduersum omnes qui tribulant eum. 21 *Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. quis enim iste est, qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi, ait Dominus? 22 *Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. 23 *Ecce, turbo Domini, furor egrediens, procella ruens: in capite impiorum conquiescet. 24 *Non auertet iram indignationis Dominus: donec faciat & compleat cogitationem cordis sui. in nouissimo dierum intelligetis ea.

CAP. XXXI.

1 IN tempore illo, dicit Dominus, Ero Deus vniuersis cognationibus Israël, & ipsi erunt mihi in populum. 2 *Hæc dicit Dominus, Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio: vadet ad requiem suam Israël. 3 *Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te, miserans. 4 *Rursumq. ædificabo te, & ædificaberis virgo Israël: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium. 5 *Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantãtes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt: 6 *Quia erit dies in qua clamabunt custodes *in monte Ephraim, Surgite, & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum. 7 *Quia hæc dicit Dominus, Exultate in lętitia Iacob, & hinnite contra caput Gentium: personate, & canite, & dicite: Salua Domine populum tuum reliquias Israël. 8 *Ecce, ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ: inter quos erũt cæcus & claudus, & prægnans & pariens simul, cœtus magnus reuertentium huc. 9 *In fletu venient: & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea: quia factus sum Israëli pater, & Ephraim primogenitus meus est. 10 *Audite verbum Domini Gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite, Qui dispersit Israël, congregabit eum: & custodiet eum sicut pastor gregẽ suum. 11 *Redemit enim Dominus Iacob, & liberabit eum de 12 manu potentioris. *Et venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini super frumẽto, & vino, & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient. 13 *Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul: & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo. 14 *Et inebriabo animam sacerdotũ pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.

15 *Hæc dicit Dominus, Vox in excelso audita est lamẽtationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos: & nolentis 16 consolari super eis, quia non sunt. *Hæc dicit Dñs, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est merces operi tuo, ait Dñs, & reuertẽtur de terra 17 inimici. *Et est spes nouissimis tuis, ait Dñs, & reuertẽtur filij ad terminos suos.

18 *Audiẽs audiui Ephraim transmigrantem, Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. cõuerte me, &

cõuertar: quia tu Dominus Deus meus.
19 *Postquam enim cõuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. 20 *Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcircò conturbata sunt viscera mea super eum: miserans miserebor eius, ait Dominus. 21 *Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israël, reuertere ad ciuitates tuas istas. 22 *Vsquequo deliciis dissoluêris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram: FOEMINA CIRCVNDABIT VIRVM. 23 *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm conuertero captiuitatẽ eorum, Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus: & habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ & minantes greges. 25 *Quia inebriaui animam lassam: & omnem animam esurientem saturaui. 26 *Ideò quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi. 27 *Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & seminabo domum Israël & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum. 28 *Et sicut vigilaui super eos vt euellerem, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic vigilabo super eos vt ædificem, & plantem, ait Dominus. 29 *In diebus illis non dicent vltrà, 'Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. 30 *Sed vnusquisq. in iniquitate sua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbã, obstupescent dentes eius.

Exod.18,2.

Heb.8,8. 31 *'Ecce, dies venient, dicit Dñs: & feriam domui Israël & domui Iuda fœdus nouum: 32 *non secũdùm pactum quod pepigi cũ patribus 'vestris' in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de Terra-Ægypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dñs. 33 *Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit Dominus: 'Dabo legẽ meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi 34 erunt mihi in populum. *Et non 'docebit' vltrà vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, 'Cognosce' Dominum. omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsq. ad maximum, ait Dominus: 'quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. 35 *Hæc dicit Dominus qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi. 36 *Si defecerint leges istæ corã me, dicit Dominus: tunc & semen Israël deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. 37 *Hæc dicit Dominus, Si mensurari potuerint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abijciam vniuersum semen Israël, propter omnia quæ fecerũt, dicit Dominus. 38 *Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel vsq. ad portam anguli. 39 *Et exibit vltrà 'norma' mensurę in conspectu eius super collem 40 Gareb: & circuibit Goatha, *Et omnem vallem cadauerum, & cineres, & vniuersam regionem mortis, vsq. ad angulum portæ equorum Orientalis: & vsque ad torrentẽ Cedron, sanctum Domini non euelletur, & non destruetur vltrà in perpetuum.

Hebr.11,16.

Sap.2,13.

'docebit M.S. Hier. H.G.C.

'Cognoscite 10 M.S. Hier. H.C. Tertio exemplo iidem cognoscit R. & G.

Act.10,43.

'normam M.S.R. Q.R.

CAP. XXXII.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Dño in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor. 2 *Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis 3 Iuda. *Clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens, Quare vaticinaris, dicens, Hęc dicit Dñs, Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis Babylonis, & capiet eam? 4 *Et Sedecias rex Iuda nõ effugiet de manu Chaldęorũ: sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius

los illius videbunt. 5 *Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus. si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis. 6 *Et dixit Ieremias, Factum est verbũ Domini ad me, dicẽs, 7 *Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens, Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate vt emas. 8 *Et venit ad me Hanameel filius patrui mei secundum verbum Domini ad vestibulum carceris, & ait ad me, Posside agrũ meum qui est in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt possideas. Intellexi autẽ quòd verbum Domini esset. 9 *Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei qui est in Anathoth: & appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos. 10 *Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes: & appendi argentum in statera. 11 *Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus.
12 *Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis, in oculis omnium Iudæorum qui sedebant in atrio carceris. 13 *Et præcepi Baruch coram eis, dicens: 14 *Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israël, Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est: & pone illos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. 15 *Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israël, Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista. 16 *Et oraui ad Dominum postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens, 17 *Heu, heu, heu, Dñe Deus: ecce tu fecisti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum: 18 *'Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos, Fortissime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi.

Ier.34,7.

19 *Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorũ Adam: vt reddas vnicuiq. secundum vias suas, & secundum fructum adinuentionũ eius. 20 *Qui posuisti signa & portẽta in Terra-Ægypti vsq. ad diem hanc, & in Israël, & in hominibus, & fecisti tibi nomẽ sicut est 21 dies hæc. *Et eduxisti populũ tuũ Israël de Terra-Ægypti, in signis, & in portentis, & in manu robusta, & in brachio extento, & in terrore magno. 22 *Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum vt dares eis terram fluentẽ lacte 23 & melle. *Et ingressi sunt, & possederunt eam; & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandasti eis, vt facerent, non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hæc.
24 *Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatem, vt capiatur: & vrbs data est in manus Chaldæorũ, 'qui prœliantur aduersus eam à facie gladij, & famis, & pestilentiæ: & quæcunq. locutus 25 es acciderunt, vt tu ipse cernis. *Et tu dicis mihi Dñe Deus, Eme agrum argẽto, & adhibe testes: cùm vrbs data sit in manus Chaldæorum? 26 *Et factũ est verbum 27 Dñi ad Ieremiã, dicens, *Ecce, ego Dñs Deus vniuersæ carnis: nunquid mihi 28 difficile erit omne verbum? *Propterea hæc dicit Dñs, Ecce, ego tradam ciuitatẽ istam in manus Chaldæorũ, & in manus 29 regis Babylonis, & capient eam. *Et venient Chaldæi prœliantes aduersum vrbem hanc, & succendent eam igni, & comburent eam, & domos, in quarum domatibus sacrificabãt Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me.
30 *Erant enim filij Israël & filij Iuda iugiter facientes malũ in oculis meis ab adolescentia sua: filij Israël qui vsque nunc exacerbant me in opere manuũ suarum, 31 dicit Dñs. *Quia in furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem istam, qua auferetur de conspectu 32 meo. *Propter malitiam filiorum Israël & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipsi & reges

'& in manus regis Babylonis, 6.

eorum, principes eorũ, & ſacerdotes eorum, & prophetæ eorũ, viri Iuda & habitatores Ieruſalem. Sap.2,26. [33] ‡ Et verterunt ad me terga & non facies: cùm docerẽ eos diluculo & erudirẽ, & nollent audire vt [34] 1 Reg. 21,4 acciperent diſciplinam. ‡ Et poſuerunt idôla ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meũ, vt polluerent eã. [35] ‡ Et ædificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Ennõ: vt initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch: quod non mãdaui eis, nec aſcendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc, & in peccatũ deducerent Iudam. [36] ‡ Et nunc propter iſta, hæc dicit Dñs Deus Iſraël ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quòd tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peſte. [37] ‡ Ecce, ego congregabo eos de vniuerſis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducã eos ad locum iſtum, & habitare eos faciã confidenter. [38] ‡ Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Ezec.11,19. 36,26. [39] ‡ Et dabo eis cor vnum, & viam vnã, vt timeant me vniuerſis diebus: & bene ſit eis, & filiis eorũ poſt eos. [40] ‡ Et feriam eis pactũ ſempiternum, & nõ deſinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me. [41] ‡ Et lætabor ſuper eis, cùm bene eis fecero: & plantabo eos in terra iſta in veritate in toto corde meo & in tota anima mea. [42] ‡ Quia hæc dicit Dñs, Sicut adduxi ſuper populũ iſtum omne malum hoc grande: ſic adducam ſuper eos omne bonũ quod ego loquor ad eos. [43] ‡ Et poſſidebuntur agri in terra iſta: de qua vos dicitis quòd deſerta ſit, eò quòd non remanſerit homo & iumentum, & data ſit in manus Chaldæorum. [44] ‡ Agrementur pecunia, & ſcribentur in libro, & imprimetur ſignum, & teſtis adhibebitur: in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: quia cõuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

CAP. XXXIII.

[1] ET factum eſt verbum Dñi ad Ieremiam ſecundò, cùm adhuc clauſus [2] eſſet in atrio carceris, dicens, ‡ Hæc dicit Dñs qui facturus eſt, 'ſ' formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius. ‡ Dominus ſ Ms. H. C. Textus lectionis ſuſtinuerunt Rab. & c. [3] ‡ Clama ad me, & exaudiam te: & annuntiabo tibi grandia, & firma quæ neſcis. [4] ‡ Quia hæc dicit Dñs Deus Iſrael ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda quæ deſtructæ ſunt, & ad munitiones, & ad gladiũ [5] ‡ venientium vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominũ, quos percuſſi in furore meo & in indignatione mea, abſcondens faciem meã à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. [6] ‡ Ecce, ego obducam 'eis' cicatricẽ & ſanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis. [7] ‡ Et conuertam conuerſionem Iuda, & conuerſionem 'Ieruſalem': & ædificabo eos ſicut à principio. [8] ‡ Et emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerunt mihi, & ſpreuerunt me. [9] ‡ Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationẽ cunctis gentibus terræ quæ audierint omnia bona quæ ego facturus ſum eis: & pauebunt, & turbabuntur in vniuerſis bonis, & in omni pace quam ego faciam eis. [10] ‡ Hæc dicit Dominus, Adhuc audietur in loco iſto (quem vos dicitis eſſe deſertum, eò quòd non ſit homo nec iumentum: in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, quæ deſolatæ ſunt abſque homine, & abſque habitatore & [11] abſque pecore) ‡ vox gaudij & vox lætitiæ, vox ſponſi & vox ſponſæ, vox dicentium, Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum miſericordia eius: & portãtium vota in domum Domini. reducam enim conuerſionem terræ ſicut [12] à principio, dicit Dñs. ‡ Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc erit in loco iſto deſerto abſq. homine, & abſq. iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum paſtorum accubantium gregum. [13] ‡ In ciuitatibus montuoſis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: & in terra Ben-iamin, & in

& in circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus.

Sap.23,5. [14] ‡ Ecce dies venient, dicit Dominus: & ſuſcitabo verbum bonum quod locutus ſum ad domum Iſraël & ad domum Iuda. [15] ‡ In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet iudiciũ & iuſtitiam in terra. [16] ‡ In diebus illis ſaluabitur Iuda, & 'Ieruſalem' habitabit confidenter: & 'hoc eſt nomen quod vocabunt eum', Dominus iuſtus noſter. 'Iſraël. MS. Rab. 'hoc eſt quod vocabit eam' MS. H. q.n. [17] ‡ Quia hæc dicit Dominus, Non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſraël. [18] ‡ Et de ſacerdotibus & de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocautomata, & incendat ſacrificium, & cædat victimas omnibus diebus. [19] ‡ Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens, [20] ‡ Hæc dicit Dominus, Si irritum poteſt fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non ſit dies & nox in tempore ſuo: [21] ‡ Et pactum meum irritũ eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & ſacerdotes miniſtri mei. [22] ‡ Sicuti enumerari non poſſunt ſtellæ cæli, & metiri arena maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtros meos. [23] ‡ Et factum eſt verbũ Domini ad Ieremiam, dicens: [24] ‡ Nunquid non vidiſti quid populus hic locutus ſit, dicens, Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abiectæ ſunt: & populum meum deſpexerunt, eo quòd non ſit vltrà gens coram eis. [25] ‡ Hæc dicit Dominus, Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cælo & terræ non poſui: [26] ‡ equidem & ſemen Iacob, & Dauid ſerui mei proiiciam, vt non aſſumam de ſemine eius principes ſeminis Abraham, Iſaac, & Iacob. reducam enim conuerſionem eorum, & miſerebor eis.

CAP. XXXIIII.

[1] VErbum quod factũ eſt ad Ieremiam à Domino, quando Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuerſaque regna terræ quæ erant ſub poteſtate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ieruſalem, & contra omnes vrbes eius, dicens, [2] ‡ Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Vade, & loquere ad Sedeciam regem Iuda: & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Ecce, ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & ſuccẽdet eam igni. [3] ‡ Et tu non effugies de manu eius: ſed comprehẽſione capiêris, & in manu eius tradêris: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis. [4] ‡ Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Iuda, Hæc dicit Dominus ad te, Non moriêris in gladio, [5] ‡ ſed in pace moriêris, & ſecundum combuſtiones patrum tuorum regum priorũ qui fuerunt ante te, ſic comburent te: & væ Dñe, plangent te: quia verbum ego locutus ſum, dicit Dominus. [6] ‡ Et locutus eſt Ieremias propheta ad Sedeciam regem Iuda vniuerſa verba hæc in Ieruſalem. [7] ‡ Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ieruſalem, & contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant cõtra Lachis, & contra Azecha: hæ enim ſupererant de [8] ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ. ‡ Verbum quod factũ eſt ad Ieremiam à Dño, poſtquam percuſſit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ieruſalem, prædicans, [9] ‡ Vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam, Hebræum & Hebræam liberos: & nequaquam dominraentur eis, id eſt [10] in Iudæo & fratre ſuo. ‡ Audierunt ergo omnes principes, & vniuerſus populus, qui inierant pactum, vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam liberos, & vltrà non dominarentur eis. audierunt igitur, [11] & dimiſerunt. ‡ Et conuerſi ſunt deinceps: & retraxerunt ſeruos & ancillas 'ſuas', quos dimiſerant liberos, & ſubiugauerunt in famulos & famulas. 'ſ MS. H. G.C. [12] ‡ Et factum eſt verbum Domini ad [13] Ieremiam à Domino, dicens, ‡ Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Ego percuſſi fœdus cum patribus veſtris in die qua eduxi eos de Terra Ægypti de do-

Exo 21,2. Deu.15,12. mo ſeruitutis,dicens: *Cùm completi fuerint ſeptem anni, dimittat vnuſquiſque fratrem ſuum Hebræum,qui vẽditus eſt ei, & ſeruiet tibi ſex annis: & dimittes eum à te liberum. & non audierunt patres veſtri me, nec inclinauerunt aurem ſuam. *Et conuerſi eſtis vos hodie, & feciſtis quod rectum eſt in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſq. ad amicum ſuũ: & iniſtis pactum in conſpectu meo,in domo in qua inuocatum eſt nomẽ meum ſuper eam. *Et reuerſi eſtis, & commaculaſtis nomen meum: & reduxiſtis vnuſquiſq. ſeruum ſuum,& vnuſquiſq. ancillam ſuam quos dimiſeratis vt eſſent liberi & ſuæ poteſtatis: & ſubiugaſtis eos vt ſint vobis ſerui & ancillæ. *Propterea hæc dicit Dominus, Vos non audiſtis me,vt prædicaretis libertatem vnuſquiſq. fratri ſuo, & vnuſquiſq. amico ſuo: ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad peſtem, & ad famem: & dabo vos in cõmotionem cunctis regnis terræ. *Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, & non obſeruauerunt verba fœderis,quibus aſſenſi ſunt in cõſpectu meo, vitulum quem cõciderunt in duas partes, & tranſierunt inter diuiſiones eius, *Principes Iuda & principes Ieruſalem, eunuchi & ſacerdotes, & omnis populus terræ, qui tranſierunt inter diuiſiones vituli: *Et dabo eos in manus inimicorum ſuorum, & in manus quærentium animam eorum: & erit morticinum eorum in eſcam volatilibus cæli & beſtiis terræ. *Et Sedeciam regem Iuda & principes eius dabo in manus inimicorum ſuorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis,qui receſſerunt à vobis. *Ecce, ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & prœliabuntur aduerſus eam, & capient eam, & incendent igni: & ciuitates Iuda dabo in ſolitudinem, eò quòd non ſit habitator.

CAP. XXXV.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in diebus Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, dicens, *Vade ad domum Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domum Domini in vnam exedram theſaurorũ, & dabis eis bibere vinum. *Et aſſumpſi Iezoniam filium Ieremiæ filij Habſaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuerſam domum Rechabitarum. *Et introduxi eos in domum Domini, ad gazophylacium filiorum Hanan filij Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum, ſuper theſaurum Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos veſtibuli. *Et poſui coram filiis domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos, Bibite vinum. *Qui reſponderunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noſter, præcepit nobis, dicens, Non bibetis vinum vos & filij veſtri vſque in ſempiternum. *Et domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cũctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ in qua vos peregrinamini. *Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab, patris noſtri, in omnibus quæ præcepit nobis: ita vt nõ biberemus vinum cunctis diebus noſtris nos & mulieres noſtræ, filij & filiæ noſtræ: *& non ædificaremus domos ad habitandum: & vineam & agrum & ſementem non habuimus: *ſed habitauimus in tabernaculis, & obediẽtes 'fuimus' iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noſter. *Cùm aũt aſcendiſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis ad terram noſtram, diximus, Venite, & ingrediamur Ieruſalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & manſimus in Ieruſalem. *Et factum eſt verbum Dñi ad Ieremiam, dicens, *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus Ieruſalem, Nunquid non recipietis diſciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? *Prævaluerunt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis ſuis vt non biberent vinum: & non biberunt

'fecimus' MS. H. G. C.

biberunt vſque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris ſui: ego autem locutus ſum ad vos, de manè conſurgens & loquens, & non obediſtis mihi. *Miſíque ad vos omnes ſeruos meos prophetas, conſurgens diluculo, mittensque & dicens: 'Conuertimini vnuſquiſque à 26.18, 11. 25,5. via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra: & nolite ſequi deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus veſtris: & non inclinaſtis aurẽ veſtram, neq. audiſtis me. *Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris ſui quod præceperat eis: populus autẽ iſte non obediuit mihi. *Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſraël: Ecce ego 'adducam' ſuper Iudam & ſuper omnes habitatores Ieruſalem vniuerſam afflictionem quam locutus ſum aduerſum illos, eo quòd locutus ſum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non reſponderunt mihi. *Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſraël, Pro eo quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis: *Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

'adduco MS. H. G. C.

CAP. XXXVI.

ET factum eſt in anno quarto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda: factum eſt verbum hoc ad Ieremiã à Domino, dicens: *Tolle volumem libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſraël & Iudam, & aduerſum omnes gentes: à die qua locutus ſum ad te ex diebus Ioſiæ vſque ad diem hanc: *Si fortè audiẽte domo Iuda vniuerſa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorum. *Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ: & ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ omnes ſermones Dñi quos locutus eſt ad eum in volumine libri. *& præcepit Ieremias Baruch, dicens, Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi domum Domini. *Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo verba Domini, audiente populo in domo Domini in die ieiunij: inſuper & audiente vniuerſo Iuda, qui veniunt de ciuitatibus ſuis, leges eis: *Si fortè cadat oratio eorum in conſpectu Domini, & reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: quoniam magnus furor & indignatio eſt, quam locutus eſt Dominus aduerſus populum hunc. *Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine ſermones Domini in domo Domini. *Factum eſt autem in anno quinto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, in menſe nono: prædicauerunt ieiunium in conſpectu Domini omni populo in Ieruſalem, & vniuerſæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalem. *Legitque Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcribæ, in veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ nouæ domus Domini, audiente omni populo. *Cumque audiſſet Michæas filius Gamariæ filij Saphan omnes ſermones Domini ex libro: *deſcendit in domum regis ad gazophylacium ſcribæ: & ecce, ibi omnes principes ſedebant, Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananię, & vniuerſi principes. *Et nuntiauit eis Michæas omnia verba quæ audiuit, 'legentem' Baruch ex volumine in auribus populi. *Miſerunt itaque omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ, filij Chuſi, dicentes, Volumen ex quo legiſti audiente populo, ſume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu ſua, & venit ad eos. *Et dixerunt ad eum, Sede, & lege hæc in auribus noſtris. Et legit Baruch in auribus eorum. *Igitur cùm audiſſent omnia verba, obſtupuerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & dixerunt ad Baruch,

'legente H. G. C.

Nuntiare debemus regi omnes ſermones iſtos. [17] *Et interrogauerunt eum, dicentes, Indica nobis quomodò ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius.

[18] *Dixit autem eis Baruch: Ex ore ſuo loquebatur quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos: & ego ſcribebam in volumine atramento. [19] *Et dixerunt principes ad Baruch, Vade, & abſcondere tu & Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis.

[20] *Et ingreſſi ſunt ad regem in atrium: porrò volumen commendauerunt in gazophylacio Eliſamæ ſcribæ: & nuntiauerunt audiente rege omnes ſermones. [21] *Miſitq. rex Iudi, vt ſumeret volumen: qui tollens illud de gazophylacio Eliſamæ ſcribæ, legit audiente rege, & vniuerſis principibus qui ſtabant circa regem. [22] *Rex autem ſedebat in domo hyemali in menſe nono: & poſita erat arula coram eo plena prunis. [23] *Cumque legiſſet Iudi tres pagellas vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ: & proiecit in ignem qui erat ſuper arulam: donec conſumeretur omne volumen igni qui erat in arula. [24] *Et non timuerunt, neq. ſciderunt veſtimẽta ſua rex, & omnes ſerui eius qui audierunt vniuerſos ſermones iſtos. [25] *Veruntamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi ne combureret librum: & non audiuit eos. [26] *Et præcepit rex Ieremiel filio Amélech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt comprehenderẽt Baruch ſcribam, & Ieremiam prophetam: abſcondit autem eos Dominus. [27] *Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam, poſtquam combuſſerat rex volumen & ſermones quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens: [28] *Rurſum tolle volumen aliud: & ſcribe in eo omnes ſermones priores, qui erant in primo volumine, quod combuſſit Ioacim rex Iuda. [29] *Et ad Ioacim regem Iuda dices, Hæc dicit Dominus, Tu combuſſiſti volumen illud, dicens, Quare ſcripſiſti in eo annuntians, Feſtinus veniet rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc: & ceſſare faciet ex illa hominem & iumentum?

[30] *Propterea hæc dicit Dominus contra Ioacim regem Iuda, Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: & cadauer eius proiicietur ad æſtum per diem, [31] & ad gelu per noctem. *Et viſitabo contra eum, & contra ſemen eius, & contra ſeruos eius iniquitates ſuas, & adducam ſuper eos & ſuper habitatores Ieruſalem, & ſuper viros Iuda omne malum quod locutus ſum ad eos: & non [32] audierunt. *Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quẽ combuſſerat Ioacim rex Iuda igni: & inſuper additi ſunt ſermones multo plures, quàm anteà fuerant.

CAP. XXXVII.

[1] ET regnauit rex Sedecias filius Ioſiæ pro Iechonia filio Ioacim: quem conſtituit regem Nabuchodonoſor rex [2] Babylonis in Terra-Iuda: *Et non obediuit ipſe, & ſerui eius, & populus terræ verbis Domini quæ locutus eſt in [3] manu Ieremiæ prophetæ. *Et miſit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem ad Ieremiam prophetam, dicens, Ora pro nobis Dominum Deum noſtrum.

[4] *Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi. non enim miſerant eum in cuſtodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egreſſus eſt de Ægypto: & audientes Chaldæi qui obſidebant Ieruſalem, huiuſcemodi nuntium, receſſe-[5] runt ab Ieruſalem. *Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam, [6] dicens, *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Sic dicetis regi Iuda, qui miſit vos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis, qui egreſſus eſt vobis in auxilium, reuertetur in terram ſuam in [7] Ægyptum. *& redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hanc: & capient eam, & ſuccendent eam igni.

[8] *Hæc dicit Dominus, Nolite decipere animas veſtras, dicentes, Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi, quia [9] non abibunt. *Sed & ſi percuſſeritis omnẽ exercitum Chaldęorum qui prœliantur

liantur aduerſum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: ſinguli de tentorio ſuo conſurgent, & incendent ciuitatem hanc igni. [10] *Ergo cùm receſſiſſet exercitus Chaldęorum ab Ieruſalem propter exercitum Pharaonis,

[11] *Egreſſus eſt Ieremias de Ieruſalem vt iret in Terram-Beniamin, & diuideret [12] ibi poſſeſſionem in conſpectu ciuium. *Cumq. perueniſſet ad portam Beniamin, erat ibi cuſtos portæ per vices, nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ: & apprehendit Ieremiam prophetam, dicens, Ad Chaldæos profugis.

[13] *Et reſpondit Ieremias, Falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum: ſed cõprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes. [14] *Quam ob rem irati principes contra Ieremiam, cæſum eum miſerunt in carcerem qui erat in domo Ionathan ſcribæ. ipſe enim præpoſitus erat ſuper carcerem. [15] *Itaq. ingreſſus eſt Ieremias in domum laci & in ergaſtulum: & ſedit ibi Ieremias diebus multis. [16] *Mittens autem Sedecias rex tulit eum: & interrogauit eum in domo ſua abſconditè, & dixit, Putáſne eſt ſermo à Domino? Et dixit Ieremias, Eſt. Et ait, In manus regis Babylonis tradêris. [17] *Et dixit Ieremias ad regem Sedeciam, Quid peccaui tibi & ſeruis tuis, & populo tuo, quia miſiſti me in domum carceris? [18] *Vbi ſunt prophetæ veſtri qui prophetabant vobis, & dicebant, Non veniet rex Babylonis ſuper vos, & ſuper terram hanc? [19] *Nunc ergo audi obſecro, domine mi rex, Valeat deprecatio mea in conſpectu tuo: & ne me remittas in domum Ionathan ſcribæ, ne moriar ibi. [20] *Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias in veſtibulo carceris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec conſumerentur omnes panes de ciuitate: & manſit Ieremias in veſtibulo carceris.

CAP. XXXVIII.

[1] AVdiuit autem Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phaſſur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phaſſur filius Melchiæ, ſermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populum, dicens, [2] *Hæc dicit Dominus, Quicumque mãſerit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peſte: qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius ſoſpes & viuens. [3] *Hæc dicit Dominus, Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet [4] eam. *Et dixerunt principes regi, Rogamus vt occidatur homo iſte: de induſtria enim diſſoluit manus virorum bellantium, qui remanſerunt in ciuitate hac, & manus vniuerſi populi, loquens ad eos iuxta verba hæc: ſiquidem homo iſte non quærit pacem populo huic, [5] ſed malum. *Et dixit rex Sedecias, Ecce ipſe in manibus veſtris eſt: nec enim fas eſt regem vobis quicquam negare. [6] *Tulerunt ergo Ieremiam & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Amélech qui erat in veſtibulo carceris: & ſubmiſerunt Ieremiam in funibus in lacum in quo non erat aqua, ſed lutum. deſcẽdit itaq. Ieremias in cœnum. [7] *Audiuit autem Abdemélech Æthiops vir eunuchus qui erat in domo regis, quòd miſiſſent Ieremiam in lacum: porrò rex [8] ſedebat in porta Ben-iamin. *Et egreſſus eſt Abde mélech de domo regis, & [9] locutus eſt ad regem, dicens, *Domine mi rex, malefecerunt viri iſti omnia quæcunque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame, nõ ſunt enim [10] panes vltrà in ciuitate. *Præcepit itaque rex Abde-mélech Æthiopi, dicens, Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetã de lacu, antequam [11] moriatur. *Aſſumptis ergo Abde-mélech ſecum viris, ingreſſus eſt domum regis, quæ erat ſub cellario: & tulit inde veteres pannos & antiqua quæ computruerant, & ſubmiſit ea ad Ieremiam [12] in lacum per funiculos. *Dixitque Abde-mélech Æthiops ad Ieremiam, Pone veteres pannos, & hæc ſciſſa & putrida ſub cubito manuum tuarum, & ſuper funes. fecit ergo Ieremias ſic. [13] *Et extraxerunt Ieremiam funibus, &

funibus & in lacu non 12. MS. H. C. funibus in lacum, & in lacu non e.

veſtimẽta o.

ſubter 4 MS. H. 6.

eduxerunt eum de lacu. manſit autẽ Ieremias in veſtibulo carceris. ‡Et miſit 14
rex Sedecias: & tulit ad ſe Ieremiã prophetam ad oſtium tertium quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiã, Interrogo ego te ſermonem, ne abſcondas à me aliquid. ‡Dixit autem Ieremias ad Sedeciam, Si annuntiauero tibi, 15
nunquid non interficies me? & ſi conſilium dedero tibi, non me audies. ‡Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clàm, dicẽs, Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc, ſi occidero te, & ſi tradidero 16
te in manus virorum iſtorum qui quærunt animam tuam. ‡Et dixit Ieremias 17
ad Sedeciam, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non ſuccendetur igni: & ſaluus eris tu, & domus tua.
‡Si autem non exieris ad principes re- 18
gis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & ſuccẽdent eam igni: & tu non effugies de manu eorum.
‡Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam, 19
Solicitus ſum propter Iudæos, qui tranſfugerunt ad Chaldæos: ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi.
‡Reſpondit autem Ieremias, Non te 20
tradent. audi quæſo vocem Dñi, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. ‡Quod ſi nolueris egre- 21
di: iſte eſt ſermo quem oſtẽdit mihi Dominus: ‡Ecce omnes mulieres quæ re- 22
manſerunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis: & ipſæ dicent, Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſum te viri pacifici tui, demerſerunt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & receſſerunt à te. ‡Et omnes vxores 23
tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, ſed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatem hanc comburet igni. ‡Dixit er- 24
go Sedecias ad Ieremiam, Nullus ſciat verba hæc, & non morieris. ‡Si au- 25
tem audierint principes quia locutus ſum tecum; & venerint ad te, & dixerint tibi, Indica nobis quid locutus ſis cum rege, ne celes nos, & non te interficiemus: & quid locutus eſt tecum rex:
‡Dices ad eos, Proſtraui ego preces 26
meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer.
‡Venerunt ergo omnes principes ad 27
Ieremiam, & interrogauerunt eum: & locutus eſt eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, & ceſſauerunt ab eo:
nihil enim fuerat auditum. ‡Manſit 28
verò Ieremias in veſtibulo carceris, vſq. ad diem quo capta eſt Ieruſalem: & factum eſt vt caperetur Ieruſalem.

CAP. XXXIX.

ANno nono Sedeciæ regis Iuda, mẽſe decimo, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem, & obſidebant eam. 4 Reg. 25, 1. Infr. 52, 4.
‡Vndecimo autem anno Sedeciæ, men- 2
ſe quarto, "quinta' menſis aperta eſt ci- "nona R. H.G.C.
uitas. ‡Et ingreſſi ſunt omnes prin- 3
cipes regis Babylonis, & ſederunt in porta media: Neregel, Sereſer, Semegar-nabu, Sar-ſachim, Rabſares, Neregel, Seréſer, Reb-mag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. ‡Cumque vi- 4
diſſet eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egreſſi ſunt ad viam deſerti.
‡Perſecutus eſt autem eos exercitus 5
Chaldæorum: & comprehenderunt Sedeciam in campo ſolitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Reblátha, quæ eſt in Terra-Emath: & locutus eſt ad eum iudicia. ‡Et occî- 6
dit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblátha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occîdit rex Babylonis. ‡Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum 7
compedibus, vt duceretur in Babylonem. ‡Domum quoque regis, & do- 8
mum vulgi ſuccenderunt Chaldæi igni: & murum Ieruſalem ſubuerterunt.
‡Et reliquias populi, qui remanſerant 9
in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad eum, & ſuperfluos vulgi qui remanſerant, tranſtulit Nabuzardan magiſter militum in Babylonem.
‡Et de

‡Et de plebe pauperum, qui nihil pe- 10
nitus habebant, dimiſit Nabuzardan magiſter militum in Terra-Iuda: & dedit eis vineas & ciſternas in die illa.
‡Præceperat autem Nabuchodono- 11
ſor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardan magiſtro militum, dicens: ‡Tolle 12
illum, & pone ſuper eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: ſed vt voluerit, ſic facias ei. ‡Miſit ergo Nabuzardan prin- 13
ceps militiæ, & "Nabuſezbaz' & Rabſares, & Neregel, & Seréſer, & Rebmag, & omnes optimates regis Babylonis, ‡miſerunt, & tulerunt Ieremiam 14
de veſtibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphan, vt intraret in domũ, & habitaret in populo. ‡Ad Ieremiam autem factus fue- 15
rat ſermo Domini, cùm clauſus eſſet in veſtibulo carceris, ‡dicens, Vade, & dic 16
Abdemélech Æthiopi, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, Ecce, ego inducam ſermones meos ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum: & erunt in conſpectu tuo in die illa. ‡Et liberabo te in die illa, ait Do- 17
minus: & non tradêris in manus virorum quos tu formidas: ‡Sed eruens li- 18
berabo te, & gladio non cades: ſed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait Dominus.

"Nabu & ſesban o. "Nabuſizban 1 MS. H.C. 6.

CAP. XL.

SErmo qui factus eſt ad Ieremiam à 1
Domino, poſtquã dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ieruſalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem. ‡Tollens ergo princeps mili- 2
tiæ Ieremiam, dixit ad eum, Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum, ‡& adduxit: & fecit Do- 3
minus ſicut locutus eſt, quia peccaſtis Domino, & non audiſtis vocem eius, & factus eſt vobis ſermo hic. ‡Nunc ergo 4
ecce ſolui te hodie de catenis quæ ſunt in manibus tuis: ſi placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni: & ponam oculos meos ſuper te. ſi autem diſplicet tibi venire mecum in Babylonem, reſi-
de: ecce omnis terra in conſpectu tuo eſt, quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge. ‡Et mecum noli 5
venire: ſed habita apud Godoliã filium Ahicam filij Saphan, quem præpoſuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocumque placuerit tibi vt vadas, vade.
Dedit quoque ei magiſter militiæ cibaria, & munuſcula, & dimiſit eum. ‡Ve- 6
nit autem Ieremias ad Godoliam filium Ahicam in Maſphath: & habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra. ‡Cumq. audiſſent omnes prin- 7
cipes exercitus, qui diſperſi fuerant per regiones, ipſi & ſocij eorum, quòd præfeciſſet rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ, & quòd commendaſſet ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ qui non fuerant tranſlati in Babylonem: ‡Veneruntad Go- 8
doliam in Maſphath & Iſmahel filius Nathaniæ, & Iohanan, & Ionathan filij Caree, & Sareas filius Thanehumeth, & filij Ophi qui erant de Netophathi, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & viri eorum. ‡' Et iurauit eis Godolias filius 9
Ahicam filij Saphan, & comitibus eorum, dicens, Nolite timere ſeruire Chaldæis: habitate in terra, & ſeruite regi
Babylonis, & bene erit vobis. ‡Ecce 10
ego habito in Maſphath, vt reſpondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, & meſſem & oleum, & condite in vaſis veſtris: & manete in vrbibus veſtris quas
tenetis. ‡Sed & omnes Iudæi qui erant 11
in Moab, & in "filiis' Ammõ, & in Idumæa, & in vniuerſis regionibus, audito quòd dediſſet rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præpoſuiſſet ſuper eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan:
‡reuerſi ſunt inquam omnes Iudæi 12
de vniuerſis locis ad quæ profugerant, & venerunt in Terram Iuda ad Godoliam in Maſphath: & collegerũt vinum,
& meſſem multam nimis. ‡Iohanan 13
autem filius Caree: & omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Maſphath.

"finibus o.

4 Reg. 25, 24.

phath. ‡Et dixerunt ei, Scito quòd Baa- 14
lis rex filiorum Ammon misit Ismahel
filium Nathaniæ percutere animã tuam.
Et non credidit eis Godolias filius Ahi-
cam. ‡Iohanan autem filius Caree di- 15
xit ad Godoliam seorsum in Masphath,
loquens, Ibo, & percutiam Ismahel fi-
lium Nathaniæ nullo sciente: ne interfi-
ciat animam tuam, & dissipentur omnes
Iudæi qui congregati sunt ad te, & peri-
bunt reliquiæ Iuda. ‡Et ait Godolias 16
filius Ahicam ad Iohanan filium Caree,
Noli facere verbum hoc: falsum enim
tu loqueris de Ismahel.

CAP. XLI.

ET factum est in mense septimo, ve- 1
nit Ismahel filius Nathaniæ, filij Elisama de semine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliã filium Ahicam in Masphath: & comederunt ibi panes simul in Masphath. ‡Surrexit autem Ismahel filius Nathaniæ, & 2
decem viri qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerũt eum, quem præfecerat rex Babylonis terræ.

‡Omnes quoq. Iudæos qui erant cum 3
Godolia in Masphath, & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismahel. ‡Secundò autem die 4
postquam occiderat Godoliã nullo adhuc sciente, ‡Venerunt viri de Sichem, 5
& de Silo, & de Samaria octoginta viri: rasi barba, & scissis vestibus, & squalentes: & munera & thus habebant in manu, vt offerrent in domo Dñi. ‡Egres- 6
sus ergo Ismahel filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphath, incedens & plorans ibat: cùm autem occurrisset eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliam filium Ahicam. ‡Qui cùm venissent ad 7
medium ciuitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipsi & viri qui erant cum eo. ‡Decem 8
autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel, Noli occidere nos: quia habem' thesauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et cessauit: & non interfecit eos cum fratribus suis. ‡Lacus autem in quem proie- 9
cerat Ismahel omnia cadauera virorum quos percussit propter Godoliam, ipse est quem fecit rex Asa, propter Baasa regem Israël: ipsum repleuit Ismahel fi- 10
lius Nathaniæ occisis. ‡Et captiuas duxit Ismahel omnes reliquias populi, qui erant in Masphath: filias regis, & vniuersum populum qui remanserat in Masphath: quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ, Godoliæ filio Ahicam. Et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ: & abiit, vt transiret ad filios 11
Ammon. ‡Audiuit autem Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ.

‡Et assumptis vniuersis viris, profe- 12
cti sunt vt bellarent aduersum Ismahelem filium Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Ga- 13
baon. ‡Cumque vidisset omnis populus qui erat cum Ismahel, Iohanan filium Caree, & vniuersos principes bellatorum qui erant cum eo, lætati sunt.

‡Et reuersus est omnis populus, quem 14
ceperat Ismahel, in Masphath: reuersusque abiit ad Iohanan filium Caree.

‡Ismahel autem filius Nathaniæ fu- 15
git cum octo viris à facie Iohanan, & abiit ad filios Ammon. ‡Tulit ergo Io- 16
hanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, vniuersas reliquias vulgi, quas reduxerant ab Ismahel filio Nathaniæ de Masphath, postquam percussit Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad prœlium, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos 17
reduxerat de Gabaon. ‡Et abierunt, & sederunt peregrinantes in Chamaam, quæ est iuxta Beth-lehem: vt pergerent, & introirent Ægyptum à facie Chal- 18
dæorum: ‡timebant enim eos, quia percusserat Ismahel filius Nathanię Godoliam filium Ahicam, quẽ præposuerat rex Babylonis in Terra-Iuda.

CAP. XLII.

ET accesserunt omnes principes bel- 1
latorum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius 'Osaiæ', & reliquum vulgus

'Osiæ 8 MS. 'Iosiæ 9. Quia Textus ab hoc loco usque ad finem lib. H. G. G.

vulgus à paruo vsq. ad magnum: ‡Di- 2
xeruntque ad Ieremiam prophetam, Cadat oratio nostra in conspectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deũ tuum pro vniuersis reliquiis istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur: ‡Et annuntiet nobis 3
Dominus Deus tuus viam per quã pergamus, & verbum quod faciamus. ‡Di- 4
xit autem ad eos Ieremias propheta, Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum secundùm verba vestra. omne verbum quodcunque responderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quicquam. ‡Et illi dixerunt ad Ieremiam, 5
Sit Dñs inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus. ‡Siue bonum est, siue malum, 6
voci Domini Dei nostri ad quem mittimus te, obediemus: vt bene sit nobis cùm audierimus vocem Dñi Dei nostri.

‡Cùm autem completi essent decem 7
dies, factũ est verbum Dñi ad Ieremiam.

‡Vocauitque Iohanan filium Caree, 8
& omnes principes bellatorũ, qui erant cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnum. ‡Et dixit ad eos, 9
Hæc dicit Dñs Deus Israël, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius, ‡Si quiescentes man- 10
seritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam; plantabo, & non euellam: iam enim placat' sum super malo quod feci vobis. ‡Nolite timere à facie regis 11
Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius. ‡Et 12
dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra. ‡Si autem dixeritis vos, Non 13
habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri, ‡dicentes, 14
Nequaquam, sed ad Terram-Aegypti pergemus: vbi non videbimus bellum, & clangorem tubę non audiemus, & famem non sustinebimus: & ibi habitabimus. ‡Propter hoc nunc audite ver- 15
bum Domini reliquiæ Iuda, Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Si posueritis faciem vestram, vt ingrediamini Ægyptum, & intraueritis vt ibi 16
habitetis: ‡gladius quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in Terra-Aegypti: & fames pro qua estis soliciti, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. ‡Omnesque viri, qui posuerint 17
faciẽ suam vt ingrediantur Aegyptum, vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego affe- 18
ram super eos. ‡Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël, Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Aegyptum, & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & nequaquam vltrà videbitis locum istum.

‡Verbum Domini super vos reliquiæ 19
Iuda: Nolite intrare Aegyptum: scientes scietis quia obtestatus sum vos hodie, 20
‡quia decepistis animas vestras: vos enim misistis me ad Dominum Deum 'nostrum' dicentes, Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia quæcunque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus. ‡Et annuntiaui vobis hodie, 21
& non audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis pro quibus misit me ad vos. ‡Nunc ergo scientes scietis quia 22
gladio & fame & peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

'vestrum 5 MS. R. H. G. G.

CAP. XLIII.

FActum est autem, cùm complesset 1
Ieremias loquens ad populum vniuersos sermones Domini Dei eorũ, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc: ‡dixit 2
Azarias filius 'Iosiæ', & Iohanan filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam, Mendacium tu loqueris: non misit te Dñs Deus noster, dicens, Ne ingrediamini Aegyptũ, vt habitetis illic. ‡Sed Baruch filius Neriæ incitat te 3
aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæo-

'Osiæ 4 MS. H. G. c. 'Osiæ 4 MS. R.

Chaldæorum, vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem. 4 ‡Et non audiuit Iohanan filius Caree, & omnes 3
principes bellatorum, & vniuersus populus, vocem Domini vt manerent in Terra Iuda. 5 ‡Sed tollens Iohanan filius Caree, & vniuersi principes bellatorum vniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fuerant de cunctis Gẽtibus ad quas fuerant antè dispersi, vt habitarent in Terra Iuda: 6 ‡viros & mulieres, & paruulos, & filias regis: & omnem animam quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam filij Saphan: & Ieremiam prophetam, & Baruch filium Neriæ. 7 ‡Et ingressi sunt Terram-Aegypti, quia non obedierunt voci Dñi: & venerunt vsque ad Taphnis.

8 ‡Et factus est sermo Domini ad Ieremiam in Taphnis, dicens, 9 ‡Sume lapides grandes in manu tua, & abscondes eos in crypta quæ est sub muro latericio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris Iudæis. 10 ‡Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Ecce, ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & ponam thronum eius super lapides istos quos abscondi, & statuet solium suum super eos. 11 ‡Venienſque percutiet Terram-Aegypti: quos in mortem, in mortem; & quos in captiuitatem, in captiuitatem; & quos in gladium, in gladium. 12 ‡Et succendet ignem in delubris deorum Aegypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur Terra-Aegypti, sicut amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace. 13 ‡Et conteret statuas domus Solis quæ sunt in Terra-Aegypti: & delubra deorum Aegypti comburet igni.

CAP. XLIIII.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam, ad omnes Iudæos qui habitabant in Terra-Aegypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in Terra Phatures, dicens, 2 ‡Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Ieruſalem, & super omnes vrbes Iuda: & ecce desertæ sunt hodie, 3 & non est in eis habitator: ‡ Propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent, & irent, & sacrificarent, & colerent deos alienos quos nesciebant & illi & vos & patres vestri.

4 ‡Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas de nocte consurgens, mittensq., & dicens, Nolite facere verbum abominationis ˢhuiusquã odi ˢ huiuscemodi ˢquã odi. 5 ui'. ‡Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam vt conuerterentur à malis suis, & non sacrificarent diis alienis. 6 ‡Et conflata est indignatio mea & furor meus: & succensa est in ciuitatibus Iuda, & in platéis Ieruſalem: & versæ sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc. 7 ‡Et nunc hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Quare vos facitis malum grande ˢhoc contra animas vestras: vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis 8 quicquam residuum: ‡ Prouocantes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando diis alienis in Terra-Aegypti, in quam ingressi estis vt habitetis ibi: & dispereatis, & sitis in maledictionem & in opprobrium cunctis gentibus terræ? 9 ‡ Nunquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala regum Iuda, & mala vxorum ˢeius', & mala vestra, & mala vxorum vestrarum, quæ fecerunt in Terra Iuda, & in regionibus Ieruſalem? 10 ‡Non sunt mundati vsque ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus vestris. 11 ‡Ideò hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: & disperdam omnem Iudam. 12 ‡Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur Terram-Aegypti, & habitarent ibi: & consumentur omnes in Terra-Aegypti: cadent in gladio & in fame: & consumentur à minimo vsque ad maximum, in gladio & in fame morientur: & erunt in iusiu-

ˢ huius quã odi 2 Ms. ˢ 24 MS. Rab. Venet in R. H. G. & c. legunt.

ˢ 8 Ms. H. c.

ˢ eorum 6 MS. R. Venet. Textus lectio confirmatur H. & c.

Amos 9, 4. Infr. 27.

in iusiurandum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium. 13 ‡Et visitabo ˢhabitatores terræ Ægypti, sicut visitaui super Ieruſalem, in gladio, & fame, & peste. 14 ‡Et non erit qui effugiat, & sit residuus de reliquiis Iudæorum qui vadunt vt peregrinẽtur in Terra-Aegypti: & reuertantur in Terram Iuda ad quam ipsi eleuant animas suas, vt reuertantur & habitent ibi. non reuertentur nisi qui fugerint. 15 ‡Responderunt autem Ieremiæ omnes viri scientes quòd sacrificarent vxores eorum diis alienis: & vniuersæ mulieres quarũ stabat multitudo grandis: & omnis populus habitantium in Terra-Aegypti in Phatures, dicentes, 16 ‡Sermonem quem locutꝰ es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te: 17 ‡ sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginę cęli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda, & in platéis Ieruſalem: & saturati sumus panibus & bene nobis erat, malumque non vidimus.

18 ‡Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, ˢindigemus' omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. 19 ‡Quod si nos sacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina: nunquid sine viris nostris fecimus ei placentas ad colendum eam, & libandum ei libamina? 20 ‡Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersum viros, & aduersum mulieres, & aduersum vniuersam plebem, qui responderant ei verbum, dicens, 21 ‡Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda & in plateis Ieruſalem vos & patres vestri, reges vestri & principes vestri & populus terræ, horum recordatus est Dominus, & ascendit super cor eius? 22 ‡Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominationes quas feciſtis: & facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eò quòd non sit habitator, sicut est dies hæc. 23 ‡Propter-

ˢsuper 4 MS. R. H. 6. c.

ˢindigui-mus 1 MS. Reb. R. H. G. C. Infr. 7, 18.

ea quòd sacrificaueritis idôlis, & peccaueritis Domino: & non audieritis vocem Domini, & in lege & in præceptis & in testimoniis eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc, 24 sicut est dies hæc. ‡Dixit autem Ieremias ad omnem populum & ad vniuersas mulieres, Audite verbum Domini omnis Iuda, qui estis in Terra-Aegypti: 25 ‡Hæc inquit Dominus exercituum Deus Israël, dicens, Vos & vxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes, Faciamus vota nostra quæ vouimus, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina. implestis vota vestra, & opere perpetrastis 26 ea. ‡Ideò audite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis in Terra-Aegypti, Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquam vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis, Viuit Dominus Deus, 27 in omni Terra-Aegypti. ‡ Ecce ego vigilabo super eos in malum, & non in bonum: & consumentur omnes viri Iuda, qui sunt in Terra-Aegypti, gladio & fame, donec penitus consumantur. Sup. 11.

28 ‡Et qui fugerint gladium, reuertentur de Terra-Aegypti in Terram Iuda viri pauci: & scient omnes reliquiæ Iuda ingredientiũ Terram-Aegypti, vt habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus, 29 an illorum. ‡Et hoc vobis signum, ait Dominus, quòd visitem ego super vos in loco isto: vt sciatis quia verè complebuntur sermones mei contra vos in ma- 30 lum. ‡Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonẽ Ephree regem Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.

CAP. XLV.

1 VErbum quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cùm scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, dicens: 2 ‡Hæc dicit Dominus Deus Israël ad te Baruch,

‡Dixisti

3 *Dixisti, Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. 4 *Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum, Ecce, quos ædificaui, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuersam terram hanc. 5 *Et tu quæris tibi grandia? noli quærere. quia ecce ego adducam malum super omnẽ carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

CAP. XLVI.

1 QVod factum est verbũ Domini ad Ieremiam prophetam contra Gentes 2 *ad Ægyptũ aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Euphráten in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filij Iosiæ regis Iuda. 3 *Præparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum. 4 *Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. 5 *Quid igitur? vidi ipsos pauidos & terga vertentes, fortes eorum cæsos: fugerunt conciti, nec respexerunt: terror vndique, ait Dominus.

6 *Non 'fugiat' velox, nec saluari se putet fortis: Ad Aquilonem iuxta flumen Euphráten victi sunt, & ruerunt. 7 *Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti fluuiorum, intumescunt gurgites eius? 8 *Ægyptus, fluminis instar ascendit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius, & dicet, Ascendens operiam terram: perdam ciuitatem, & habitatores eius. 9 *Ascendite equos, & exultate in curribus, & procedant fortes, Æthiopia & Libyes tenentes scutum, & Lydij arripientes, & iacientes sagittas.

10 *Dies autem ille Domini Dei exercituum dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in Terra Aquilonis iuxta flumen Euphráten. 11 *Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Ægypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non

'fugiet MS.R. Rab. Similiter Textui reddiderunt G.

12 erit tibi. *Audierunt Gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & 'ambo pariter conciderunt. 13 *Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quòd venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus Terram-Ægypti: 14 *Annuntiate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis: dicite, Sta, & præpara te: quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt. 15 *Quare computruit fortis tuus? non stetit: quoniam Dominus subuertit eum. 16 *Multiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum: & dicent, Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladij columbæ.

17 *Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti tumultum, adduxit tempus.

18 *Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen eius) quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet. 19 *Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti:

20 *quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit. Vitula elegans atque formosa Aegyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. 21 *Mercenarij quoque eius qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt; quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum. 22 *Vox eius quasi æris sonabit; quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna. 23 *Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. 24 *Confusa est filia Aegypti, & tradita in 'manum' populi Aquilonis. 25 *Dixit Dominus exercituum Deus Israël, Ecce, ego visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Pharaonem, & super Aegyptum, & super deos eius, & super reges eius, & super Pharaonem, & super eos qui confidunt in eo. 26 *Et dabo eos in 'manum' quærentium animam eorum, & in 'manum' Nabuchodonosor regis Babylonis, & in 'manum' seruorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus. 27 *'Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israël: quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & semẽ tuum de terra captiuitatis suæ: & reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur, & non erit qui exterreat eum. 28 *Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

'manus 8. MS.R. Rab. Lectio Textus emendatis est H.G.C.& G

6 MS.R. H. G. C.

Ier.43.1. 44.1. Sup.39,10.

CAP. XLVII.

1 QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Palæsthinos, antequam percuteret Pharao Gazam, 2 *Hæc dicit Dominus, Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans: & operient terram & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius: clamabunt homines, & 'vlulabunt omnes habitatores' terræ,

'vlulabit omnis habitator 3 MS. Rab. n. Textui eorum consonare videntur G. & G.

3 *'à strepitu pompæ armorũ, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis, 4 *pro aduentu diei in quo vastabuntur omnes Philisthiim, & dissipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis suis. depopulatus est enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ. 5 *Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalõ, & reliquię vallis earum, vsquequo concidêris. 6 *O mucro Domini? vsquequo nõ quiesces? Ingredere in vaginam tuam: refrigerare, & sile. 7 *Quomodo quiescet cùm Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersum maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

CAP. XLVIII.

1 AD Moab. Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israël, Væ super Nabo, quoniam vastata est & confusa: capta est Cariathaim: cõfusa est fortis, & tremuit. 2 *Non est vltrà exultatio in Moab cõtra Hesebon: cogitauerunt malum. Venite, & disperdamus eam de gente. ergo silens conticesces, sequeturque te gladius.

3 *Vox clamoris de Oronaim: vastitas, 4 & cõtritio magna. *Contrita est Moab: annuntiate clamorem paruulis eius.

5 *Per ascensum enim Luith plorans ascẽdet in fletu: quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt, 6 *Fugite, saluate animas vestras: & 'eritis quasi myricæ in deserto.

Sup.17,6.

7 *'Pro eo enim quòd habuisti fiduciam in munitionib. tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capiêris: & ibit Chamos in trãsmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul. 8 *Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur campestria. quoniam dixit Dominus,

Sup.17,5.

9 *Date florẽ Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius desertæ erunt, & inhabitabiles. 10 *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.

11 *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcib' suis: nec transfusus est de vase in vas, & in trãsmigrationem non abiit: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.

12 *Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatores & stratores laguncularum, & sternẽt eum: & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. 13 *Et confundetur Moab à Chamos, 'sicut cõfusa est domus Israël à Beth-el, in qua habebat fiduciam.

3 Re.12.16 29.

14 *Quomodo dicitis, 'Fortes sumus, & viri robusti ad prœliandum? 15 *Vastata est Moab, & ciuitates illius "succenderunt': & electi iuuenes eius descenderũt in occisionem: ait rex, Dominus exercituum nomen eius. 16 *Propè est interitus Moab, vt veniat: & malum eius velociter accurret nimis. 17 *Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius, & vniuersi qui scitis nomen eius: dicite, Quomodo confracta est virga fortis, baculus glorioſus? 18 *Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibõ: quoniam vastator Moab "ascendet' ad te, "dissipabit' munitiquæren-

Isai.16,6.

"ascenderunt 14 MS.R.H Aliàs legitur succiderunt; atq. & hoc vox Hebræa significat.

"ascendit (præt.tẽp.) 2 MS.H.G C. "dissipauit 1 MS.H.C. euertens g.

munitiones tuas. [19] In via ſta,& proſpice habitatio Aroër: interroga fugientem: & ei qui euaſit dic, Quid accidit? [20] Confuſus eſt Moab,quoniã victꝰ eſt: vlulate, & clamate,annuntiate in Arnon quoniã vaſtata eſt Moab. [21] Et iudicium venit ad terram campeſtrẽ: ſuper Helõ,& ſuper Iaſa,& ſuper Mephàath, [22] & ſuper Dibõ, & ſuper Nabo, & ſuper domum Deblathàim, [23] & ſuper Cariathaim, & ſuper Beth-gamul,& ſuper Beth-maõ,& ſuper Carioth,& ſuper Boſra: [24] & ſuper omnes ciuitates terræ Moab,quę longè,& propè ſunt. [25] Abſciſſum eſt cornu Moab, & brachium eius contritum eſt, ait Dominus. [26] Inebriate eum, quoniam contra Dñm erectꝰ eſt:& allidet manum Moab in vomitu ſuo,& erit in deriſum etiã ipſe: [27] fuit enim in deriſum tibi Iſraël: quaſi inter fures reperiſſes eum propter verba ergo tua quæ aduerſum illum locutus es, captiuus ducêris. [28] Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab,& eſtote quaſi columba nidificãs in ſummo ore foraminis. [29] Audiuimus ſuperbiam Moab,ſuperbus eſt valde: ſublimitatem eius & arrogantiam,& ſuperbiam, & altitudinem cordis eius. [30] Ego ſcio,ait Dñs, iactantiam eius:& quòd nõ ſit iuxta eam virtꝰ eius, nec iuxta quod poterat conata ſit facere. [31] Ideo ſuper Moab eiulabo,& ad Moab vniuerſam clamabo, ad viros muri fictilis lamentãtes. [32] De plãctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ tranſierũt mare,vſque ad mare Iazer peruenerũt: ſuper meſſem tuã,& vindemiam tuã prædo irruit. Iſa.16,10. [33] Ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo & de Terra Moab, & vinum de torcularibus ſuſtuli: nequaquã calcator vuæ ſolitũ celeuſma cantabit. [34] De clamore Heſebon vſque Eleale & Iaſa,dederunt vocẽ ſuam: à Segor vſque ad Oronáim "vitulam "contern-antẽ: aquæ quoque Nemrim peſſimæ erunt. [35] Et auferam de Moab,ait Dñs, offerentẽ in excelſis, & ſacrificantem diis eius. [36] Propterea cor meum ad Moab quaſi tibia *reſonabit:& cor meum ad viros muri fictilis dabit ſonitum tibiarum: quia plꝰ fecit quàm potuit,idcirco perierunt. [37] Omne enim caput caluitium,& omnis barba raſa erit: in cũctis manibus colligatio,& ſuper omne dorſum ciliciũ. Iſa.15,2. Ezec.7,18. [38] Super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus: quoniam contriui Moab ſicut vas inutile, ait Dñs. [39] Quomodo victa eſt,& vlulauerũt?quomodo deiecit ceruicem Moab, & confuſus eſt? eritq. Moab in deriſum & in exemplum omnib. in circuitu ſuo. [40] Hæc dicit Dñs: Ecce quaſi aquila volabit,& extẽdet alas ſuas ad Moab. [41] Capta eſt Carioth,& munitiones cõprehenſæ ſunt:& erit cor fortiũ Moab in die illa,ſicut cor mulieris parturientis. [42] Et ceſſabit Moab eſſe populus: quoniam contra Dominum gloriatus eſt. [43] Pauor & fouea & laqueus ſuper te ô habitator Moab, dicit Dominus. [44] Qui fugerit à facie pauoris,cadet in foueam:& qui conſcenderit de fouea, capietur laqueo: adducam enim ſuper Moab annũ viſitationis eorum, ait Dñs. Iſa.24,18. [45] In vmbra Heſebõ ſteterunt de laqueo fugiẽtes: quia ignis egreſſus eſt de Heſebõ,& flãma de medio Sion:& deuorauit partẽ Moab,& verticẽ filiorũ tumultus. [46] Væ tibi Moab,periſti populе Chamos: quia comprehẽſi ſunt filij tui,& filiæ tuæ in captiuitatẽ. [47] Et cõuertã captiuitatem Moab in noniſſimis diebus, ait Dñs.

Hucuſque iudicia Moab.

CAP. XLIX.

[1] AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus, Nunquid non filij ſunt Iſraël? aut hæres nõ eſt ei?Cur igitur hæreditate poſſedit Melchom,Gad; & populus eius in vrbibus eius habitauit? [2] Ideo ecce dies veniunt,dicit Dominus:& auditum faciam ſuper Rabbath filiorum Ammõ fremitum prœlij, & erit in "tumultum" diſſipata, filiæque eius igne ſuccendentur,& poſſidebit Iſraël poſſeſſores ſuos, ait Dominus. [3] Vlula Heſebon, quoniã vaſtata eſt Hai. clamate filiæ Rabbath, accingite vos ciliciis: plangite & circuite per ſepes: quoniam Melchom in tranſmigrationem ducetur, ſacerdotes eius, & principes eius ſimul. [4] Quid gloriaris in vallib⁹?defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in theſauris tuis, & dicebas, Quis veniet ad me? [5] Ecce ego inducam ſuper te terrorẽ, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui ſunt in circuitu tuo: & diſpergemini ſinguli à conſpectu veſtro,nec erit qui congreget fugientes. [6] Et poſt hæc reuerti faciam *captiuos filiorũ Ammon,ait Dominus. [7] Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum: Nunquid non vltrà eſt ſapientia in Theman? Periit conſilium à filiis: inutilis facta eſt ſapientia eorum. [8] Fugite & terga vertite,deſcendite in voraginem habitatores Dedã: quoniam perditionẽ Eſau adduxi ſuper eum,tempus viſitationis eius. [9] Si vindemiatores veniſſent ſuper te,non reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte,rapuiſſent quod ſufficeret ſibi. [10] Ego verò diſcooperui Eſau,reuelaui abſcondita eius, & celari non poterit: vaſtatum eſt ſemen eius,& fratres eius, & vicini eius, & non erit. [11] Relinque pupillos tuos: ego faciam eos viuere:& viduę tuæ in me ſperabunt. [12] Quia hæc dicit Dominus, Ecce,quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent: & tu quaſi innocens relinquêris? non eris innocens, ſed bibens bibes. [13] Quia per memetipſum iuraui, dicit Dominus, quòd in ſolitudinem, & in opprobrium, & in deſertum, & in maledictionem erit Boſra:& omnes ciuitates eius erunt in ſolitudines ſempiternas. Abd.1,1. [14] Auditum audiui à Domino,& legatus ad Gentes miſſus eſt, Congregamini, & venite contra eam,& conſurgamus in prœlium: [15] Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus,contemptibilem inter homines. [16] Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ,& apprehendere niteris altitudinẽ collis. Abd.1,4. cùm exaltaueris quaſi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. [17] Et erit Idumæa deſerta: omnis qui tranſibit per eam,ſtupebit, & ſibilabit ſuper omnes plagas eius. [18] Sicut ſubuerſa eſt Sodoma & Gomorrha & vicinæ eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. Gen.19,24 Ier.50,40. [19] Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinẽ robuſtam: quis enim ſimilis mei? & quis ſuſtinebit me? [20] & quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Iob.41,1. Inf.50,44. Propterea audite conſilium Domini quod iniit de Edom: & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Theman, Si non deiecerint eos paruuli gregis,niſi diſſipauerint cum eis habitaculum eorũ. [21] A voce ruinæ eorum cõmota eſt terra: clamor in Mari rubro auditus eſt vocis eius. [22] Ecce quaſi aquila aſcẽdet & auolabit: & expandet alas ſuas ſuper Boſran: & erit cor fortiũ Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris parturientis. [23] Ad Damaſcũ. Confuſa eſt Emath & Arphad: quia auditum peſſimum audierunt, turbati ſunt in mari: præ ſolicitudine quieſcere non potuit. [24] Diſſoluta eſt Damaſcus,verſa eſt in fugam, tremor apprehendit eam: anguſtia & dolores tenuerunt eam quaſi parturientem. [25] Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilẽ, vrbẽ lætitiæ? [26] Ideò cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri prœlij conticeſcent in die illa, ait Dominus exercituum. [27] Et ſuccendam ignem in muro Damaſci, & deuorabit mœnia Ben adad. [28] Ad Cedar,& ad regna Aſor, quæ percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis, hæc dicit Dominus, Surgite,& aſcẽdite ad Cedar,& vaſtate filios Oriẽtis. [29] Tabernacula eorũ,& greges eorum capient: pelles eorum,& omnia vaſa eorum, & camelos eorum tollent ſibi: & vocabunt ſuper eos formidinem in circuitu*. [30] Fugite, abite vehementer, in voraginibus ſedete qui habitatis Aſor, ait Dñs: iniit enim contra vos Nabuchodonoſor rex Babylonis conſilium,& cogitauit aduerſum vos cogitationes. [31] Conſurgite, & aſcendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus, non oſtia, nec vectes eis: ſoli habitant. [32] Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam: & diſpergam eos in omnem ventum, qui ſunt attonſi in comã: & ex omni confinio eorum adducã interitum ſuper eos,ait Dominus. [33] Et erit Aſor in habi-

* fugientes & o.

" vitula contern-nante MS. Q. n. " conſtern-nantẽ o.

* æris o.

" tumulũ MS. R. H. C. tumultum.

* eius o.

habitaculum draconum, deserta vsque
in æternum: non manebit ibi vir, nec in-
colet eã filius hominis. *Quod factum 34
est verbum Domini ad Ieremiam pro-
phetam aduersus Aelam, in principio re-
gni Sedeciæ regis Iuda, dicens, *Hæc 35
dicit Dominus exercituũ, Ecce ego con-
fringam arcum Ælam, & sumam forti-
tudinem eorum. *Et inducam super 36
Ælam quatuor ventos à quatuor plagis
cæli: & ventilabo eos in omnes ventos
istos: & non erit gens ad quam non per-
ueniant profugi Ælã. *Et pauere faciam 37
Ælam coram inimicis suis, & in conspe-
ctu quærentium animam eorum: & ad-
ducam super eos malum, irã furoris mei,
dicit Dominus: & mittam post eos gla-
dium, donec cõsumam eos. *Et ponam 38
solium meum in Ælam, & perdam inde
reges & principes, ait Dominus. *In no- 39
uissimis autẽ diebus reuerti faciã captiuos Ælam, dicit Dominus.

CAP. L.

VErbum quod locutus est Dominus 1
de Babylone, & de terra Chaldæo-
rum in manu Ieremiæ prophetæ. *An- 2
nuntiate in Gentibus, & auditum facite,
leuate signum; prædicate, & nolite ce-
lare: dicite, Capta est Babylon, confusus
est Bel, victus est Merodach, cõfusa sunt
sculptilia eius, superata sunt idola eorum.
*Quoniam ascendit contra eam gens 3
ab Aquilone, quę ponet terrã eius in so-
litudinem: & non erit qui habitet in ea,
ab homine vsque ad pecus, & moti sunt,
& abierunt. *In diebus illis, & in tem- 4
pore illo, ait Dominus, venient filij Israël,
ipsi & filij Iuda simul: ambulãtes & flen-
tes properabunt, & Dñm Deum suum
quærent. *In Sion interrogabunt viam, 5
huc facies eorum: venient, & apponen-
tur ad Dominum fœdere sempiterno,
quod nulla obliuione delebitur. *Grex 6
perditus factus est populus meus: pa-
stores eorum seduxerũt eos, feceruntq.
vagari in montibus: de monte in collem
transierunt, obliti sunt cubilis sui. *Om- 7
nes qui inuenerunt, comederunt eos: &
hostes eorum dixerũt, Nõ peccauimus:
pro eo quòd peccauerunt Domino de-
cori iustitiæ, & expectationi patrum eo-
8 rum Domino. *Recedite de medio Ba-
bylonis, & de terra Chaldæorum egre-
dimini: & estote quasi hœdi ante gregẽ.
9 *Quoniã ecce ego suscito, & adducam
in Babylonem congregationẽ Gentium
magnarum de terra Aquilonis: & præ-
parabuntur aduersus eam, & inde capie-
tur: sagitta eius quasi viri fortis interfe-
10 ctoris, non reuertetur vacua. *Et erit
Chaldæa in prædã: omnes vastantes eam
11 replebuntur, ait Dominus. *Quoniam
exultatis, & magna loquimini, diripien-
tes hæreditatem meam: quoniam effusi
estis sicut 'vitulus' super herbã, & mugi- 'vituli MS. R. G.
12 stis sicut tauri. *Confusa est mater vestra Nonnen sa-
nimis, & adæquata pulueri, quæ genuit gulariter ipsos Reb. H. & C. *& MS. R.
13 vos: ecce nouissima erit in Gẽtibus, 'de-
serta, inuia, & arens. *Ab ira Domini
non habitabitur, sed redigetur tota in so-
litudinem: omnis qui transibit per Ba-
bylonem, stupebit, & sibilabit super
14 vniuersis plagis eius. *Præparamini
contra Babylonem per circuitum om-
nes qui intenditis arcum; debellate eam,
non parcatis iaculis: quia Domino pec-
15 cauit. *Clamate aduersus eam, vbique
dedit manum, ceciderunt fundamenta
eius: destructi sunt muri eius, quoniam
vltio Domini est. vltionẽ accipite de ea:
16 sicut fecit, facite ei. *Disperdite sato-
rem de Babylone, & tenentem falcem
in tempore messis: à facie gladij colũbæ
vnusquisque ad populum suum conuer-
tetur, & singuli ad terram suam fugient.
17 *Grex dispersus Israël, leones eiece-
runt eum: primus comedit eum rex As-
sur: iste nouissimus exossauit eum Na-
18 buchodonosor rex Babylonis. *Pro-
pterea hæc dicit Dominus exercituum
Deus Israël, Ecce, ego visitabo regẽ Ba-
bylonis, & terram eius: sicut visitaui re-
19 gem Assur: *& reducam Israël ad habi- 'Carme-
taculum suum: & pascetur 'Carmelus' lũ 9. MS.
& Basan, & in monte Ephraim & Galaad Ref. H. C. &c.
20 saturabitur anima eius. *In diebus illis
& in tempore illo, ait Dominus, quære-
tur iniquitas Israël, & non erit: & pec-
catum Iuda, & non inuenietur: quo-
niam propitius ero eis quos reliquero.
21 *Super terram dominantiũ ascende, &
super

super habitatores eius visita, dissipa, &
interfice quæ post eos sunt, ait Dominus:
& fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.
*Vox belli in terra, & cõtritio magna. 22
*Quomodo confractus est, & contri- 23
tus malleus vniuersæ terræ? quomodo
versa est in desertum Babylon in Gen-
tibus? *Illaqueaui te, & capta es Baby- 24
lon, & nesciebas: inuenta es & appre-
hensa: quoniam Dominum prouoca
sti. *Aperuit Dominus thesaurum 25
suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam
opus est Domino Deo exercituum in
terra Chaldæorum. *Venite ad eam ab 26
extremis finibus, aperite vt exeant qui
conculcent eam: tollite de via lapides, &
redigite in aceruos, & interficite eam:
nec sit quicquam reliquum. *Dissipate 27
vniuersos fortes eius, descendant in oc-
cisionem: væ eis, quia venit dies eorum,
tempus visitationis eorum. *Vox fu- 28
gientium, & eorum qui euaserunt de
Terra Babylonis: vt annuntient in Sion
vltionem Domini Dei nostri, vltionem
templi eius. *Annuntiate in Babylo- 29
nem plurimis omnibus qui tendunt ar-
cũ: consistite aduersus eum per gyrum,
& nullus euadat: reddite ei secundum
opus suum: iuxta omnia quæ fecit, facite
illi: quia contra Dominum erecta est,
aduersum sanctum Israël. *Idcirco 30
cadent iuuenes eius in plateis eius: & oẽs
viri bellatores eius conticescent in die il-
la, ait Dominus. *Ecce ego ad te su- 31
perbe, dicit Dominus Deus exercituum:
quia venit dies tuus, tempus visitationis
tuæ. *Et cadet superbus, & corruet, & 32
non erit qui suscitet eum: & succendam
ignem in vrbibus eius, & deuorabit
omnia in circuitu eius. *Hæc dicit 33
Dominus exercituum, Calumniam su-
stinent filij Israël & filij Iuda simul: om-
nes qui ceperunt eos, tenent, nolunt di-
mittere eos. *Redemptor eorum for- 34
tis, Dominus exercituum nomen eius,
iudicio defendet causam eorũ, vt exter-
reat terram, & commoueat habitatores
Babylonis. *Gladius ad Chaldæos, ait 35
Dominus, & ad habitatores Babylonis,
& ad principes, & ad sapientes eius.
36 *Gladius ad diuinos eius, qui stulti
erunt: gladius ad fortes illius, qui time-
37 bunt. *Gladius ad equos eius, & ad cur-
rus eius, & ad omne vulgus quod est in
medio eius: & erunt quasi mulieres: gla-
dius ad thesauros eius, qui diripientur.
38 *Siccitas super aquas eius erit, & are-
scent: quia terra sculptilium est, & in
39 portentis gloriantur. *propterea ha-
bitabunt dracones cum fatuis sicariis: &
habitabunt in ea struthiones: & non in-
habitabitur vltrà vsque in sempiternum,
nec extruetur vsque ad generationem
40 & generationem. *‖ Sicut subuertit Gen. 19, 24.
'Dominus' Sodomã & Gomorrham, & Sup. 49, 8.
vicinas eius, ait Dominus: non habita- 'Deus 4 MS. R. H. G.
bit ibi vir, & non incolet eam filius ho-
41 minis. *Ecce populus venit ab Aqui-
lone: & gens magna, & reges multi con-
42 surgent à finibus terræ. *Arcum &
scutum apprehendent: crudeles sunt
& immisericordes: vox eorũ quasi mare
sonabit, & super equos ascendent: sicut
vir paratus ad prœlium contra te filia
43 Babylon. *Audiuit rex Babylonis
famam eorum, & dissolutæ sunt manus
eius: angustia apprehendit eum, dolor
44 quasi parturientem. *Ecce quasi leo
ascendet de superbia Iordanis ad pul-
chritudinem robustam: quia subitò cur-
rere faciam eum ad illam: & quis erit
electus quem præponam ei? quis est
enim similis mei? & quis sustinebit me?
& 'quis est iste pastor qui resistat vul- Iob. 41, 1. Sup. 49, 19.
45 tui meo? *Propterea audite consilium
Domini quod mente concepit aduer-
sum Babylonem: & cogitationes eius
quas cogitauit super terram Chaldæo-
rum, Nisi detraxerint eos paruuli gre-
gum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis
46 habitaculum eorum. A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, &
clamor inter gentes auditus est.

CAP. LI.

1 HÆc dicit Dominus, Ecce, ego sus-
citabo super Babylonem & super
habitatores eius, qui cor suum leuaue-
runt contra me, quasi ventum pesti-
2 lentem. *Et mittam in Babylonem
ventilatores, & ventilabunt eam, & de-
molientur

molientur terram eius: quoniam venerunt super eam vndique in die afflictionis eius. [3] *Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus. nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius. [4] *Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus eius. [5] *Quoniam non fuit viduatus Israël & Iuda à Deo suo Domino exercituum: terra autem eorum repleta est delicto à sancto Israël.

[6] *Fugite de medio Babylonis, "&' saluet vnusquisque animam suam: nolite tacere super iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis "est à' Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei. [7] *Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnẽ terram: de vino eius biberunt Gentes, & ideo commotæ sunt.

[8] *'Subitò cecidit Babylon, & contrita est: vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si fortè sanetur. [9] *Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam: quoniam peruênit vsque ad cælos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. [10] *Protulit Dominus iustitias nostras: venite & narremus in Sion opus Domini Dei nostri.

[11] *Acuite sagittas, implete pharetras: suscitauit Dominus spiritũ regum Medorum: & contra Babylonem mens eius est vt perdat eam, quoniam vltio Domini est, vltio templi sui. [12] *Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiã: leuate custodes, præparate insidias: quia cogitauit Dominus, & fecit quæcumque locutus est contra habitatores Babylonis. [13] *Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris: venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. [14] *'Iurauit Dominus exercituũ per animam suam, Quoniam replebo te hominibus quasi brucho, & super te celeusma cantabitur. [15] *'Qui fecit terram in fortitudine sua, & præparauit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos. [16] *Dante eo vocem multiplicantur aquæ in cælo: 'qui leuat nubes ab extremo terræ, 'fulgura in pluuiam fecit: & produxit ventum de thesauris [17] suis. *Stultus factus est omnis homo à scientia: confusus est omnis conflator in sculptili. quia mendax est conflatio [18] eius, nec est spiritus in eis. *Vana sunt opera, & risu digna, in tempore visitationis suæ peribunt. [19] *Non sicut hæc pars Iacob: quia qui fecit omnia ipse est, & Israël sceptrum hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen eius.

[20] *Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te Gentes, & disperdam in te [21] regna: *Et collidam in te equum, & equitem eius: & collidam in te currum, [22] & ascensorem eius: *Et collidam in te virum & mulierem, & collidam in te senem & puerum, & collidam in te iuuenem & virginem: [23] *Et collidam in te pastorem & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius, & collidam in te duces & magistratus. [24] *Et reddam Babyloni, & cunctis habitatorib. Chaldææ omne malum suum quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Dominus.

[25] *Ecce, ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram: & extendam manum meam super te, & euoluam te de petris, & dabo te in [26] montẽ combustionis. *Et non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, sed perditus in æternum [27] eris, ait Dominus. *Leuate signum in terra: clangite buccina in 'Gentibus': sanctificate super eam Gentes: annuntiate cõtra illam regibus Ararat, Menni, & Ascenez: numerate contra eam Taphsar, adducite equum quasi bruchum aculeatum. [28] *Sanctificate contra eam Gentes, reges Mediæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamque terrã potestatis eius. [29] *Et cõmouebitur terra, & conturbabitur: quia euigilabit contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat Terram Babylonis desertam & inhabitabilem. [30] *Cessauerunt fortes Babylonis à prœlio, habitauerunt in præsidiis: deuoratum est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt vectes [31] eius. *Currens obuiam currenti, veniet:

Vt MS. R

eius MS. R. G. Q. n. MS. H.

Isa 21,9. Apoc. 14,8.

Amos 6,8.

Gen 1, 2.9. Sup. 20, 12.

Psa. 134,7. Sup. 10, 13.

'montibus o.

niet: & nuntius obuius nuntianti: vt annuntiet regi Babylonis quia capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum:

[32] *& vada præoccupata sunt, & paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt. [33] *Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël, Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius: adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius. [34] *Comẽdit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane: absorbuit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea, & eiecit me. [35] *Iniquitas aduersum me, & caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Ierusalem. [36] *Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam: & desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius. [37] *Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum: stupor & sibilus, eo quòd non sit habitator. [38] *Simul vt leones rugient, excutient comas veluti catuli leonum. [39] *In calore eorum ponam potus eorum: & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, & non consurgant, dicit Dominus. [40] *Deducam eos quasi agnos ad victimam, *quasi arietes cum hædis. [41] *Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ? quomodo facta est in stuporem Babylon inter Gentes? [42] *Ascendit super Babylonẽ mare: multitudine fluctuum eius operta est. [43] *Factæ sunt ciuitates eius in stuporem: terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet, nec "transeat' per eam filius hominis. [44] *Et visitabo super Bel in Babylone, & eiiciam quod absorbuerat de ore eius, & non confluent ad eum vltrà Gentes, siquidem & murus Babylonis corruet.

[45] *Egredimini de medio eius populus meus: vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini. [46] *Et ne fortè molescat cor vestrum, & timeatis auditum qui audietur in terra: & veniet in anno auditio, & post hunc annũ auditio: & iniquitas in terra, & dominator super [47] dominatorem. *Propterea ecce dies veniunt, & visitabo super sculptilia Babylonis: & omnis terra eius confundetur, & vniuersi interfecti eius cadent in [48] medio eius. *Et laudabunt super Babylonem cæli & terra, & omnia quæ in eis sunt: quia ab Aquilone venient ei prædones, ait Dominus. [49] *Et quomodo fecit Babylon vt caderẽt occisi in Israël: sic de Babylone cadent occisi in vniuer[50] sa terra. *Qui fugistis gladium, venite, nolite stare: recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. [51] *Confusi sumus, quoniam audiuimus opprobrium: operuit ignominia facies nostras: quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini.

[52] *Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus: & visitabo super sculptilia "eius', & in omni terra eius mugiet vulneratus. [53] *Si ascenderit Babylon in cælum, & firmauerit in excelso robur suum: à me venient vastatores eius, ait Dominus.

[54] *Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de Terra-Chaldæorum: [55] *quoniã vastauit Dominꝰ Babylonem, & perdidit ex ea vocẽ magnam: & sonabunt fluctus eorum quasi aquæ multæ: [56] dedit sonitum vox eorum: *Quia venit super eã, id est super Babylonem prædo, & apprehẽsi sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum: quia fortis vltor Dominus reddens retribuet. [57] *Et inebriabo principes eius, & sapientes eius, & duces eius, & magistratus eius, & fortes eius: & dormiẽt somnum sempiternum, & non expergiscentur, ait rex, Dominus exercituum nomen eius. [58] *Hæc dicit Dñs exercituum, Murus Babylonis ille "latissimus' suffossione suffodietur, & portæ eiꝰ excelsę igne comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentiũ in ignem [59] erunt & disperibunt. *Verbum quod præcepit Ieremias propheta, Saraiæ filio Neriæ filij Maasiæ, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni eius: Saraias autem erat [60] princeps prophetiæ. *Et scripsit Ieremias omne malum quod venturum erat

*& 10. MS. Rab. G. Vnus ab. H. & cum additam.

'transeat MS. R. H. C.

"altissimus MS. Rab. Q. n.

ſuper Babylonem, in libro vno: omnia
verba hæc quæ ſcripta ſunt contra Baby-
lonem. 61 ✠Et dixit Ieremias ad Saraiam,
Cùm veneris in Babylonem, & videris,
& legeris omnia verba hæc, 62 ✠dices, Do-
mine tu locutus es contra locum iſtum
vt diſperderes eum: ne ſit qui in eo ha-
bitet ab homine vſque ad pecus, & vt ſit
perpetua ſolitudo. 63 ✠Cumque com-
pleueris legere librum iſtum, ligabis ad
eum lapidem, & proiicies illum in me-
dium Euphraten: & dices, Sic ſubmer-
getur Babylon, & non conſurget à fa-
cie afflictionis quam ego adduco ſuper
eam, & diſſoluetur. Hucuſque verba Ie-
remiæ.

CAP. LII.

4Re.24,18 2.Pa.36,13 1 FIlius viginti & vnius anni erat Sede-
cias cùm regnare cœpiſſet: & vnde-
cim annis regnauit in Ieruſalem, & no-
men matris eius Amital, filia Ieremiæ de
Lobna. 2 ✠Et fecit malum in oculis Do-
mini, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim.
3 ✠Quoniam furor Domini erat in Ie-
ruſalem & in Iuda, vſquequo proiiceret
eos à facie ſua: & receſſit Sedecias à rege
Sup.39,1. 4.Re.25,1. 4 Babylonis. ✠ ‖Factum eſt autem in
anno nono regni eius, in menſe decimo,
decima menſis: vênit Nabuchodono-
ſor rex Babylonis, ipſe, & omnis exer-
citus eius aduerſus Ieruſalem, & obſede-
runt eam, & ædificauerunt contra eam
munitiones in circuitu. 5 ✠Et fuit ciui-
tas obſeſſa, vſque ad vndecimũ annum
regis Sedeciæ. 6 ✠Menſe autem quarto,
nona menſis, obtinuit fames ciuitatem:
& non erant alimenta populo terræ.
7 ✠Et dirupta eſt ciuitas, & omnes viri
bellatores eius fugerunt, exieruntque
de ciuitate nocte per viam portæ quæ
eſt inter duos muros, & ducit ad hortum
regis (Chaldæis obſidentibus vrbem in
gyro) & abierunt per viam quæ ducit in
erêmum. 8 ✠Perſecutus eſt autem Chal-
dæorum exercitus regem: & apprehen-
derunt Sedeciam in deſerto, quod eſt
iuxta Iericho: & omnis comitatus eius
diffugit ab eo. 9 ✠Cumque comprehen-
diſſent regem, adduxerunt eum ad re-
gem Babylonis in Reblátha, quæ eſt in
terra Emath: & locutus eſt ad eum iudi-
10 cia. ✠Et iugulauit rex Babylonis filios
Sedeciæ in oculis eius: ſed & omnes
principes Iuda occîdit in Reblatha.
11 ✠Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit
eum compedibus, & adduxit eum rex
Babylonis in Babylonem: & poſuit eum
in domo carceris vſque ad diem mortis
12 eius. ✠In menſe autem quinto, deci-
ma menſis, ipſe eſt annus nonuſdeci-
mus Nabuchodonoſor regis Babylo-
nis: vênit Nabuzardan princeps mili-
tiæ, qui ſtabat coram rege Babylonis
13 in Ieruſalem. ✠Et incendit domum
Domini, & domum regis, & omnes
domos Ieruſalem, & omnem domum
14 magnam igne combuſſit. ✠Et totum
murum Ieruſalem per circuitum de-
ſtruxit cunctus exercitus Chaldæorum
15 qui erat cum magiſtro militiæ. ✠De
pauperibus autem populi, & de reli-
quo vulgo quod remanſerat in ciuita-
te, & de perfugis qui transfugerant ad
regem Babylonis, & cæteros de mul-
titudine: tranſtulit Nabuzardan prin-
16 ceps militiæ. ✠De pauperibus verò
terræ reliquit Nabuzardan princeps
militiæ in vinitores & agricolas.
17 ✠Columnas quoque æreas, quę erant
in domo Domini, & baſes, & mare
æneum quod erat in domo Domini,
confregerunt Chaldæi: & tulerunt om-
18 ne æs eorum in Babylonem. ✠Et
lebetes, & creagras, & pſalteria, &
phialas, & mortariola, & omnia vaſa
ærea quæ in miniſterio fuerant, tule-
19 runt: ✠Et hydrias, & thymiama-
teria, & vrceos, & pelues, & cande-
labra, & mortaria, & cyathos: quot-
quot aurea, aurea; & quotquot argen-
tea, argentea: tulit magiſter militiæ,
20 ✠Columnas duas, & mare vnum, H.C. & MS. R.H. G.C
vitulos duodecim æreos, qui erant
ſub baſibus quas fecerat rex Salomon
in domo Domini: non erat pondus
21 æris omnium horum vaſorum. ✠De
columnis autem, decem & octo cu-
biti altitudinis erant in columna vna:
& funiculus duodecim cubitorum cir-
cuibat eam: porrò groſſitudo eius, qua-

tuor digitorum: & intrinſecus caua
erat. 22 ✠Et capitella ſuper vtranque
ærea: altitudo capitelli vnius, quinque
cubitorum: & retiacula, & malogra-
nata ſuper coronam in circuitu, om-
nia ærea. 'Similiter columnæ ſecundæ
& malogranata'. 23 ✠Et fuerunt ma-
logranata nonaginta ſex dependentia:
& omnia malogranata centum, retia-
culis circumdabantur. 24 ✠Et tulit ma-
giſter militiæ Saraiam ſacerdotem pri-
mum, & Sophoniam ſacerdotem ſe-
cundum: & tres cuſtodes veſtibuli.
25 ✠Et de ciuitate tulit eunuchum vnum,
qui erat præpoſitus ſuper viros bellato-
res: & ſeptem viros de his qui vide-
bant faciem regis, qui inuenti ſunt in
ciuitate: & ſcribam principem mili-
tum, qui probabat tyrones: & ſexa-
ginta viros de populo terræ, qui in-
uenti ſunt in medio ciuitatis. 26 ✠Tu-
lit autem eos Nabuzardan magiſter
militiæ: & duxit eos ad regem Baby-
lonis in Reblátha. 27 ✠Et percuſſit eos
rex Babylonis: & interfecit eos in Re-
blátha in terra Emath: & tranſlatus
eſt Iuda de terra ſua. 28 ✠Iſte eſt po-
pulus quem tranſtulit Nabuchodono-
ſor: In anno ſeptimo, Iudæos tria mil-
lia & viginti tres. 29 ✠In anno octauo-
decimo Nabuchodonoſor de Ieruſalem
animas octingentas triginta duas.
30 ✠In anno viceſimotertio Nabucho-
donoſor, tranſtulit Nabuzardan ma-
giſter militiæ animas Iudæorum ſeptin-
gentas quadraginta quinque. omnes er-
go animæ, quatuor millia ſexcentæ.
31 ✠Et factum eſt in triceſimo ſeptimo
anno tranſmigrationis Ioachin regis Iu-
da, duodecimo menſe, viceſimaquin-
ta menſis, eleuauit Euilmerodach rex
Babylonis ipſo anno regni ſui, caput
Ioachin regis Iudæ: & eduxit eum de
domo carceris. 32 ✠Et locutus eſt cum
eo bona: & poſuit thronum eius ſu-
per thronos regum qui erant poſt ſe in
Babylone. 33 ✠Et mutauit veſtimenta
carceris eius, & comedebat panem
coram eo ſemper cunctis diebus vitæ
ſuæ. 34 ✠Et cibaria eius, cibaria perpe-

'Similiter erat columna ſecunda & malogranata. Erant ſuper capitellum in circuitu omnia ærea, ſimiliter colliſione altera ſ. 21. Q.n.

tua dabantur ei à rege Babylonis ſtatuta
per ſingulos dies, vſque ad diem mortis
ſuæ cunctis diebus vitæ eius.

THRENI, ID EST, LAMENTATIONES IEREMIÆ, QVÆ HEBRAICE CINOTH INSCRIBVNTVR.

'Et factum eſt, poſtquam in captiuita- -MS.H. Q.11.
tem redactus eſt Iſraël, & Ieruſalem de-
ſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens,
& planxit lamentatione hac in Ieruſa-
lem, & amaro animo ſuſpirans, & eiu-
lans dixit:'

Aleph. 1 QVOMODO ſedet ſola
ciuitas plena populo:
facta eſt quaſi vidua
domina Gentium? prin
ceps prouinciarum fa-
cta eſt ſub tributo.
Beth. Ier.13,17. 2 ✠‖Plorãs plorauit in nocte, & lachrymę
eius in maxillis eius: non eſt qui conſo-
letur eam ex omnibus charis eius: om-
nes amici eius ſpreuerunt eam, & facti
ſunt ei inimici.
Ghimel. 3 ✠Migrauit Iudas propter afflictio-
nem, & multitudinem ſeruitutis: ha-
bitauit inter gentes, nec inuenit re-
quiem: omnes perſecutores eius ap-
prehenderunt eam inter anguſtias.
Daleth. 4 ✠Viæ Sion lugent, eo quòd non ſint qui
veniant ad ſolennitatem: Omnes portæ
eius deſtructæ: ſacerdotes eius gemen-
tes: virgines eius ſqualidæ, & ipſa op-
preſſa amaritudine.
He. 5 ✠Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici
eius locupletati ſunt: quia Dominus lo-
cutus eſt ſuper eam propter multitudi-
nem iniquitatum eius: paruuli eius du-
cti ſunt in captiuitatem ante faciem tri-
bulantis.
Vau. 6 ✠Et egreſſus eſt à filia Sion omnis de-
cor eius: facti ſunt principes eius velut
arietes non inuenientes paſcua: & abie-
runt abſque fortitudine ante faciẽ ſub-
ſequentis.
Zain. 7 ✠Recordata eſt Ieruſalem dierum affli-

ctionis suæ,& præuaricationis,omnium desiderabilium suorum quæ habuerat à diebus antiquis cùm caderet populus eius in manu hostili,& non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius.

Heth. ‡ Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens,conuersa est retrorsum. 8

Teth. ‡ Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer,non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. 9

Ied. ‡ Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. 10

Caph. ‡ Omnis populus eius gemens,& quærens panem: dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. vide Domine & considera, quoniam facta sum vilis. 11

Lamed. ‡ O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui. 12

Mem. ‡ De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. 13

Nun. ‡ Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manum de qua non potero surgere. 14

Samech. ‡ Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. 15

Ain. Ier.14,17. Isa.2,18. ‡ ' Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator, conuertens animam meam: facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus. 16

Phe. ‡ Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandauit Dominus aduersum Iacob,in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos. 17

Sad. ‡ Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. audite obsecro vniuersi populi,& videte dolorẽ meum: virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. 18

Coph. ‡ Vocaui amicos meos, ipsi deceperunt me: sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent animam suam. 19

Res. ‡ Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus: subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. foris 'interficit 9.MS. orbatis H.C.G. Sin. interficit' gladius,& domi mors similis est. 20

Thau. ‡ Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei. 21

Thau. ‡ Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens. 22

CAP. II.

Aleph. QVomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Israël,& non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. 1

Beth. ‡ Præcipitauit Dominus nec pepercit, omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius. 2

Ghimel. ‡ Confregit in ira furoris omne cornu Israël: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro. 3

Daleth. ‡ Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexterã suam quasi hostis: & occidit

& occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam.

He. ‡ Factus est Dominus velut inimicus: præcipitauit Israël, præcipitauit omnia mœnia eius; dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. 5

Vau. ‡ Et dissipauit quasi hortũ tentorium suum, demolitus est tabernaculũ suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & sabbathum: & in opprobrium & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem. 6

Zain. ‡ Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manus inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solenni. 7

Heth. ‡ Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Siõ: tetendit funiculum suum, & nõ auertit manum suam à perditione: luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. 8

Teth. ‡ Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit vectes eius: regem eius & principes eius in Gentibus: non est lex, & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino. 9

Iod. ‡ Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: cõsperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. 10

Caph. ‡ Defecerũt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meum super contritionem filię populi mei, cùm deficeret paruulus, & lactens in platéis oppidi. 11

Lamed. ‡ Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum & vinum? cùm deficerent quasi vulnerati in platéis ciuitatis: cùm exhalarent animas suas in 'sinu' matrum suarum. 12

'sinum M.S.C. Mem. ‡ Cui comparabo te? vel cui assimilabo te filia Ierusalem: cui exæquabo te, & consolabor te virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui? 13

Nun. ‡ Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebãt iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. 14

Samech. ‡ Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem, Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decôris, gaudium vniuersæ terræ? 15

Phe. ‡ Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt & fremuerunt dentibus, & dixerunt, 'Deuorabimus': en ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. 16

'Deuorauimus 4. MS.H.G. C.

Ain. Ier.20,16. 25. Dan.28,15. ‡' Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit sermonẽ suum quem præceperat à diebus antiquis: destruxit,& nõ pepercit, & lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum. 17

Sade. ‡ Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion: ‡ Deduc quasi torrentẽ lachrymas per diem & noctem: nõ des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. 18

Ier.14,17. Sup.1,16.

Coph. ‡ Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarũ: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Dñi: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum. 19

Res. ‡ Vide Domine, & considera quem vindemiaueris ita. ergóne comedẽt mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ? si 'occiditur' in sanctuario Domini sacerdos & propheta? 20

'occidetur 3.MS H.G.

Sin. ‡ Iacuerunt in terra foris puer & senex: virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es. 21

Thau. ‡ Vocasti quasi ad diem solennem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret & relinqueretur: quos educaui & enutriui, inimicus meus consumpsit eos. 22

CAP. III.

Aleph. EGo vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. 1

Aleph. ‡ Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. 2

Aleph. ‡ Tantùm in me vertit,& cõuertit manum

num ſuam tota die.

Beth. ‡Vetuſtam fecit pellem meam & carnem meam, contriuit oſſa mea. 4

Beth. ‡Ædificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore. 5

Beth. ‡In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos. 6

Ghimel. ‡Circumędificauit aduerſum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum. 7

Ghimel. ‡Sed & cùm clamauero & rogauero, excluſit orationem meam. 8

Ghimel. ‡Concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit. 9

Daleth. ‡Vrſus inſidians factus eſt mihi: leo in 10
"abſcondito MS. q. R. Daleth. "abſconditis'.

‡Semitas meas ſubuertit, & confregit 11
me: poſuit me deſolatam.

Daleth. ‡Tetendit arcum ſuum, & poſuit me 12
quaſi ſignum ad ſagittam.

He. ‡Miſit in renibus meis filias pharetræ 13
ſuæ.

He. ‡Factus ſum in deriſum omni populo 14
meo, canticum eorum tota die.

He. ‡Repleuit me amaritudinibus, ine- 15
briauit me abſinthio.

Vau. ‡Et fregit ad numerum dentes meos, 16
cibauit me cinere.

Vau. ‡Et repulſa eſt *anima mea, oblitus 17
*à pace 6 MS. H. G c. ſum bonorum.

Vau. ‡Et dixi, Periit finis meus, & ſpes mea 18
à Domino.

Zain. ‡Recordare paupertatis & tranſgreſ- 19
ſionis meæ, abſinthij & fellis.

Zain. ‡Memoria memor ero, & tabeſcet in 20
me anima mea.

Zain. "in Deo o ‡Hoc recolens in corde meo, "ideò' 21
ſperabo.

Heth. ‡Miſericordiæ Domini quia non ſu- 22
mus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius.

Heth. "Nouæ 7 MS. Q. n. Heth. ‡"Noui' diluculo, multa eſt fides tua. 23

‡Pars mea Domin⁹, dixit anima mea: 24
propterea expectabo eum.

Teth. ‡Bonus eſt Dominus ſperantibus in 25
eum, animæ quærenti illum.

Teth. ‡Bonum eſt præſtolari cum ſilentio 26
ſalutare Dei.

Teth. ‡Bonum eſt viro cùm portauerit iu- 27
gum ab adoleſcentia ſua.

‡Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia le- 28
uauit *ſuper ſe. Iod. *ſe. MS. Q. n. Iod.

‡Ponet in puluere os ſuũ, ſi fortè ſit ſpes. 29

‡Dabit percutienti ſe maxillam, ſatura- 30
bitur opprobriis. Iod.

‡Quia nõ repellet in ſempiternũ Dñs. 31 Caph.

‡Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecun- 32 Caph.
dum multitudinem miſericordiarum ſuarum.

‡Non enim humiliauit ex corde ſuo, 33 Caph.
& abiecit filios hominum,

‡Vt contereret ſub pedibus ſuis om- 34 Lamed.
nes vinctos terræ,

‡Vt declinaret iudicium viri in con- 35 Lamed.
ſpectu vultus Altiſſimi,

‡Vt peruerteret hominem in iudicio 36 Lamed.
ſuo, Dominus ignorauit.

‡Quis eſt iſte qui dixit vt fieret, Do- 37 Mem. Amos 3, 6.
mino non iubente?

‡Ex ore Altiſſimi nõ egredientur nec 38 Mem. Amos 3, 6.
mala nec bona?

‡Quid murmurauit homo viuens, vir 39 Mem.
pro peccatis ſuis?

‡Scrutemur vias noſtras, & quæramus, 40 Nun.
& reuertamur ad Dominum.

‡Leuemus corda noſtra cum mani- 41 Nun.
bus ad Dominum in cælos.

‡Nos iniquè egimus, & ad iracun- 42 Nun.
diam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.

‡Operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: 43 Samech.
occidiſti, nec pepercifti.

‡Oppoſuiſti nubẽ tibi, ne trãſeat oratio. 44 Samech.

‡Eradicationem & abiectionem poſui- 45 Samech.
ſti me in medio populorum.

‡Aperuerunt ſuper nos os ſuum om- 46 Phe.
nes inimici.

‡Formido & laqueus facta eſt nobis 47 Phe.
vaticinatio & contritio.

‡Diuiſiones aquarum deduxit oculus 48 Phe.
meus in contritione filiæ populi mei.

‡Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, 49 Ain.
eò quòd non eſſet requies,

‡Donec reſpiceret & videret Domi- 50 Ain.
nus de cælis.

‡Oculus meus deprædatus eſt animam 51 Ain.
meam in cunctis filiabus vrbis meæ.

‡Venatione ceperunt me quaſi auem 52 Sad.
inimici mei gratis.

‡Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſue- 53 Sad.
runt

runt lapidem ſuper me.

‡Inundauerũt aquę ſuper caput meũ: 54
dixi, Perij.

‡Inuocaui nomen tuum Domine de 55
lacu nouiſſimo.

‡Vocem meam audiſti: ne auertas au- 56
rem tuam à ſingultu meo & clamoribus.

‡Appropinquaſti in die quãdo inuo- 57
cauite: dixiſti, Ne timeas.

‡Iudicaſti Domine causã animę meę, 58
redemptor vitæ meæ.

‡Vidiſti Domine iniquitatem illorum 59
aduerſum me: iudica iudicium meum.

‡Vidiſti omnem furorem, vniuerſas 60
cogitationes eorum aduerſum me.

‡Audiſti opprobriũ eorum Domine, 61
omnes cogitationes eorũ aduerſum me:

‡Labia inſurgentium mihi; & medita- 62
tiones eorum aduerſum me tota die.

‡Seſſionem eorum, & reſurrectionem 63
eorum vide, ego ſum pſalmus eorum.

‡Reddes eis vicẽ Domine, iuxta opera 64
manuum ſuarum.

‡Dabis eis ſcutũ cordis laborẽ tuum. 65

‡Perſequêris in furore, & conteres eos 66
ſub cælis Domine.

CAP. IIII.

QVomodo obſcuratum eſt aurum, 1
mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum?

‡Filij Siõ inclyti, & amicti auro primo: 2
quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?

‡Sed & lamiæ nudauerũt mammam, 3
lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto.

‡Adhæſit lingua lactentis ad palatum 4
eius in ſiti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

‡Qui veſcebãtur voluptuosè, interie- 5
runt in viis. qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.

‡Et maior effecta eſt iniquitas filię po- 6
puli mei peccato Sodomorum quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus.

Gen. 19, 24 Ia. 49, 16.

‡Candidiores Nazaræi eius niue, niti- 7
diores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores:

‡Denigrata eſt ſuper carbonẽs facies 8 Heth.
eorũ, & non ſunt cogniti in plateis: adhæſit cutis eorum oſſibus: aruit, & facta eſt quaſi lignum.

‡Melius fuit occiſis gladio, quàm in- 9 Teth.
terfectis fame: quoniã iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ.

‡Manus mulierũ miſericordium co- 10 Iod.
xerunt filios ſuos. facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

‡Compleuit Dominus furorem ſuum, 11 Caph.
effudit irã indignationis ſuæ: & ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

‡Non crediderunt reges terræ, & vni- 12 Lamed.
uerſi habitatores orbis quoniam ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Ieruſalem:

‡Propter peccata prophetarũ eius, & 13 Mem.
iniquitates ſacerdotũ eius, qui effuderũt in medio eius ſanguinem iuſtorum.

‡Errauerũt cæci in plateis, polluti ſunt 14 Nun. *intrare o.
ſanguine: cumque non poſſent*, tenuerunt lacinias ſuas.

‡Recedite polluti, clamauerũt eis, rece- 15 Samech.
dite, abite, nolite tangere: iurgati quippe ſunt & commoti: dixerunt inter Gentes, Non addet vltrà vt habitet in eis.

‡Facies Domini diuiſit eos, non addet 16 Phe.
vt reſpiciat eos: facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.

‡Cùm adhuc ſubſiſteremus, defece- 17 Ain.
runt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cùm reſpiceremus attenti ad gentem quæ ſaluare *non poterat. *nos MS. q. R.

‡Lubricauerũt veſtigia noſtra in itine- 18 Sadi.
re platearum noſtrarũ, appropinquauit finis noſter: completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.

‡Velociores fuerunt perſecutores no- 19 Coph.
ſtri aquilis cæli: ſuper montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

‡Spiritus oris noſtri Chriſtus Domin⁹ 20 Res.
captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus, In vmbra tua viuemus in Gentibus.

‡Gaude & lætare filia Edom quæ ha- 21 Sin.
bitas in Terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

‡Completa

Thau. *Completa est iniquitas tua filia Sion, 22
non addet vltrà vt transmigret te: visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua.

ORATIO IEREMIÆ.

CAP. V.

RECordare Domine quid acciderit 1
nobis: intuere & respice opprobrium nostrũ. *Hæreditas nostra versa 2
est ad alienos: domus nostræ ad extraneos. *Pupilli facti sumus absque 3
patre: matres nostræ quasi viduæ.
*Aquam nostram pecunia bibimus: 4
ligna nostra pretio comparauimus.
*Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. *Ægypto dedimus manum, & Assyriis: vt saturaremur pane. *Patres nostri peccauerunt, 7
& non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus. *Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu 8
eorum. *In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladii in deserto. *Pellis nostra, quasi clibanus exusta est à facie tempestatum famis. 10
*Mulieres in Sion humiliauerunt, & 11
virgines in ciuitatibus Iuda. *Principes 12
manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt. *Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. *Senes defecerunt de portis: iu- 14
uenes de choro psallentium. *Defecit 15
gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster. *Cecidit corona 16
capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus. *Propterea mæstum factum est 17
cor nostrum, ideò cõtenebrati sunt oculi nostri, *Propter montem Sion quia 18
disperiit: vulpes ambulauerunt in eo.
*Tu autem Domine in æternum per- 19
manebis, solium tuum in generatione & generationem. *Quare in perpe- 20
tuũ obliuiscéris nostri? derelinques nos
Ier.31,19. in longitudine dierum? *Conuerte nos 21
Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros, sicut à principio. *Sed 22
proiiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

PROPHETIA Baruch.

CAP. I.

ET hæc verba libri quæ 1
scripsit Baruch filio Nerię, filij Maasię, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Helciæ in Babylonia, *in 2
anno quinto, in septimo die mensis, in tẽpore quo ceperũt Chaldæi Ierusalem, & succenderũt eam igni.
*Et legit Baruch verba libri huius ad 3
aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuersi populi venientis ad librum: *& ad aures potentium filiorum 4
regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo vsque ad maximum eorum omnium habitantium in 5
Babylonia, ad flumen Sodi. *Qui audientes plorabant, & ieiunabant, & orabant in conspectu Domini. *Et collegerunt pecuniam, secundum quod po- 7
tuit vniuscuiusque manus: *& miserunt in Ierusalem ad Ioacim filium Helciæ filij Salon sacerdotem, & ad sacerdotes, & ad omnẽ populũ qui inuenti sunt cum 8
eo in Ierusalem: *cùm acciperet vasa templi Domini quæ ablata fuerant de templo, reuocare in Terrã Iuda decima die mensis Siban, vasa argentea quæ fecit Sedecias filius Iosiæ rex Iuda, *postea 9
quàm cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & vinctos, & potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos in Babylonẽ. *Et 10
dixerũt, Ecce, misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad 11
aram Domini Dei nostri: *& orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies 12
eorum sicut dies cæli super terram: *& vt det Dominus virtutẽ nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum.

*Et

*acciperent MS. R. Pio Tex. in fatima G

*cũctos G

*vinctos MS. R. O. omittit antema G.

*Et pro nobis ipsis orate ad Dominum 13
Deum nostrum: quia peccauimus Domino Deo nostro, & nõ est auersus furor
eius à nobis vsque in hunc diem. *Et 14
legite librum istum, quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die solemni, & in die opportuno: *& dicetis, 15
Ier.2,6. *Domino Deo nostro iustitia: nobis autem confusio faciei nostræ, sicut est dies hæc, omni Iuda & habitantibus in Ierusalem, *Regibus nostris, & principibus 16
nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris. *Pec- 17
Ier.3,5. cauimus ante Dominũ Deum nostrum, & non credidimus, diffidentes in eum:
*& non fuimus subiectibiles illi, & 18
non audiuimus vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus in mandatis eius
quæ dedit nobis. *A die qua eduxit pa- 19
tres nostros de Terra-Ægypti, vsque ad diem hanc eramus incredibiles ad Dominum Deum nostrum: & dissipati recessimus, ne audiremus vocem ipsius.
Dan.9,13. *Et adhæserunt nobis multa mala, & 20
maledictiones, quæ constituit Dominus Moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de Terra-Ægypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die. *Et non audiuimus vocem Domini 21
Dei nostri secundùm omnia verba prophetarum quos misit ad nos, *& ad iudi- MS. G.
ces nostros: *& abiuimus vnusquisque 22
in sensum cordis nostri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

CAP. II.

PROpter quod statuit Dominus Deus 1
noster verbũ suum quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros qui iudicauerunt *Israël, & ad reges nostros, & ad *MS q.
principes nostros, & ad omnem Israël, & Iuda: *vt adduceret Dominus super nos 2
mala magna quę non sunt facta sub cælo quemadmodum facta sunt in Ierusalem,
Dan.2,11. secundũ quę scripta sunt in lege Moysi, *vt manducaret homo carnes filij sui, 3
& carnes filiæ suæ. *Et dedit eos sub 4
manu regũ omniũ qui sunt in circuitu nostro in improperium & in desolationem, & in omnibus populis in quibus
5 nos dispersit Dominus. *Et facti sumus subtus, & non supra: quia peccauimus Domino Deo nostro, non obaudiendo
6 voci ipsius. *Domino Deo nostro iu- Sup.1,15.
stitia: nobis autem & patribus nostris
7 confusio faciei, sicut est dies hæc. *Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc quæ venerunt super nos:
8 *& non sumus deprecati faciem Domini Dei nostri, vt reuerteremur vnusquisque nostrum à viis nostris pessimis.
9 *Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia iustus est Dominus in omnibus operibus suis quæ
10 mandauit nobis: *& non audiuimus vocem ipsius, vt iremus in præceptis Domini quę dedit ante faciem nostram.
11 *Et nunc Domine Deus Israël, qui Dan.9,15.
eduxisti populum tuũ de Terra-Ægypti in manu valida, & in signis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut
12 est dies iste: *peccauimus, impiè egimus, iniquè gessimus Domine Deus noster, in omnibus iustitiis tuis.
13 *Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus pauci inter gentes, vbi di-
14 speristi nos. *Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abdu-
15 xerunt: *vt sciat omnis terra quia tu es Dominus Deus noster, & quia nomen tuum inuocatum est super Is-
16 raël, & super genus ipsius. *Respice Deut.26,15.
Domine de domo sancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos.
17 *Aperi oculos tuos, & vide: quia Isa.63,15. 64,9.
non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus Ps.113,17.
suis, dabunt honorem & iustificatio-
18 nem Domino: *sed anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit -1MS.9.
curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam &
19 iustitiam Domino. *Quia non secundum iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces, & petimus misericor- -10MS.
diam ante conspectum tuum Domine G.
20 Deus noster: *sed quia misisti irã tuam,

& furorem

& furorẽ tuum ſuper nos, ſicut locutus
es in manu puerorum tuorum prophe-
tarum, *dicens, Sic dicit Dominus, In- 21
Ier.27,8. 11. clinate humerum veſtrum, & ceruicem
veſtram, & opera facite regi Babylonis:
& ſedebitis in terra quam dedi patribus
veſtris. *Quòd ſi non *audieritis vocem 22
*fecerit is nec MS. R. Verùm in G. codicibus non legitur. Domini Dei veſtri operari regi Babylo-
niæ: defectionem veſtram faciam de ci-
uitatibus Iuda, & à foris Ieruſalem,
*& auferam à vobis vocem iucundi- 23
tatis, & vocem gaudij, & vocem ſponſi,
& vocem ſponſę, & erit omnis terra ſine
veſtigio ab inhabitantibus eam. *& non 24
audierunt vocem tuam, vt operarentur
regi Babylonis: & ſtatuiſti verba tua quę
locutus es in manibus puerorum tuo-
rum prophetarũ, vt transferrentur oſſa
regum noſtrorum & oſſa patrum no-
ſtrorum de loco ſuo, * & ecce proiecta 25
ſunt in calore ſolis, & in gelu noctis: &
mortui ſunt in doloribus peſſimis, in
fame, & in gladio, & in emiſſione. *Et 26
poſuiſti templum, in quo inuocatum
eſt nomen tuum in ipſo, ſicut hæc dies,
propter iniquitatem domus Iſraël, &
domus Iuda. *Et feciſti in nobis Do- 27
mine Deus noſter ſecundùm 'omnem
bonitatem tuam, & ſecundum omnem
miſerationem tuã illam magnam: *ſicut 28
locutus es in manu pueri tui Moyſi in
die qua præcepiſti ei ſcribere legẽ tuam
Leu.26,14. Deu.28,15. coram filiis Iſraël, *dicens, 'Si non au- 29
dieritis vocem meam, multitudo hæc
magna conuertetur in minimam inter
Gentes, quò ego eos diſpergam: *quia 30
ſcio quòd me non audiet populus. popu-
lus eſt enim dura ceruice: & cõuertetur
ad cor ſuum in terra captiuitatis ſuæ: *& 31
ſcient quia ego ſum Dominus Deus eo-
rum, & dabo eis cor, & intelligent: &
aures, & audient. *Et laudabunt me 32
in terra captiuitatis ſuæ, & memores
erunt nominis mei. *Et auertent ſe à 33
dorſo ſuo duro, & à malignitatibus ſuis:
quia reminiſcentur viam patrum ſuo-
rum qui peccauerunt in me. *Et reuo- 34
cabo illos in terram quam iuraui patri-
bus eorum Abraham, Iſaac, & Iacob, &
dominabuntur eius: & multiplicabo eos,
& non minorabuntur. *Et ſtatuam il- 35
lis teſtamentum alterum ſempiternum,
vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in
populum: & non mouebo amplius po-
pulum meum filios Iſraël à terra quam
dedi illis.

CAP. III.

ET nunc Domine omnipotens, Deus
Iſraël, anima in anguſtiis, & ſpiritus 1
auxius clamat ad te: *audi Dñe, & mi- 2
ſerere, quia Deus es miſericors, & miſe-
rere noſtri: quia peccauimus ante te.
* Quia tu ſedes in ſempiternum, & 3
nos peribimus in æuum? *Domine 4
omnipotens, Deus Iſraël, audi nunc
orationem mortuorũ Iſraël, & filiorum
ipſorum, qui peccauerunt ante te, & non
audierunt vocem Domini Dei ſui, & ag-
glutinata ſunt nobis mala. *Noli me- 5
miniſſe iniquitatũ patrum noſtrorum,
ſed memento manus tuæ, & nominis
tui in tempore iſto: *quia tu es Do- 6
minus Deus noſter, & laudabimus te
Domine. *quia propter hoc dediſti ti- 7
morem tuum in cordibus noſtris, & vt
inuocemus nomen tuum, & laudemus
te in captiuitate noſtra, quia conuerti-
mur ab iniquitate patrum noſtrorum
qui peccauerunt ante te. *Et ecce nos 8
in captiuitate noſtra ſumus hodie, qua
nos diſperſiſti in improperium, & in ma-
ledictum, & in peccatum, ſecundum
omnes iniquitates patrum noſtrorum
qui receſſerunt à te Domine Deus no- 9
ſter. *Audi Iſraël mandata vitæ: au-
ribus percipe, vt ſciatis prudentiam.
*Quid eſt Iſraël quòd in terra inimi- 10
corum es? *inueteraſti in terra aliena, 11
coinquinatus es cum mortuis: deputa-
tus es cum deſcendẽtibus in infernum.
* Dereliquiſti fontem ſapientiæ. 12
*nam ſi in via Dei ambulaſſes, habi- 13
taſſes vtique in pace ſuper terram. *Diſ- 14
ce vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit
intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit longi-
turnitas vitæ & victus, vbi ſit lumen
oculorum, & pax. * Quis inuenit lo- 15
cum eius? & quis intrauit in theſauros
eius? *Vbi ſunt principes Gentium & 16
qui dominantur ſuper beſtias quæ ſunt

ſuper terrã? *qui in auibus cæli ludunt, 17
*qui argentum theſaurizant, & aurum 18
in quo confidunt homines, & non eſt fi-
nis acquiſitionis eorum? qui argentum
fabricant & ſoliciti ſunt, nec eſt inuen-
tio operum illorum? *exterminati ſunt, 19
& ad inferos deſcenderunt, & alij loco
eorum exurrexerũt. *Iuuenes viderunt 20
lumen, & habitauerunt ſuper terram:
viam autẽ diſciplinæ ignorauerunt, *ne- 21
que intellexerunt ſemitas eius, neque fi-
lij eorum ſuſceperunt eam, à facie ipſo-
rum longè facta eſt: *non eſt audita in 22
Terra-Chanaã, neq. viſa eſt in Theman.
*Filij quoque Agar qui exquirũt pru- 23
dentiam quæ de terra eſt, negotiatores
terræ, & Theman, & fabulatores, & ex-
quiſitores prudentiæ & intelligentiæ:
viam autem ſapientiæ neſcierunt: neque
commemorati ſunt ſemitas eius. *O Iſ- 24
raël, quàm magna eſt domus Dei, & in-
gens locus poſſeſſionis eius! *Magnus 25
eſt, & nõ habet finẽ: excelſus & immen-
ſus. *Ibi fuerunt gigantes nominati illi 26
qui ab initio fuerunt, ſtatura magna,
ſcientes bellum. *Non hos elegit Dñs, 27
dedit illi 3 MS. 6. neque viam diſciplinæ 'inuenerũt': pro-
pterea perierunt. *Et quoniam non ha- 28
buerunt ſapientiam, interierunt propter
ſuam inſipientiam. *Quis aſcendit in 29
cælũ, & accepit eam, & deduxit eam de
nubibus? *Quis transfretauit mare, & 30
inuenit illam, & attulit illã ſuper aurum
electum? *Non eſt qui poſſit ſcire vias 31
eius, neque qui exquirat ſemitas eius:
*ſed qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & ad- 32
inuenit eam prudentia ſua: qui præpara-
uit terram in æterno tempore, & reple-
uit eam pecudibus & quadrupedibus:
*qui emittit lumen, & vadit: & voca- 33
uit illud, & obedit illi in tremore. *Stel- 34
læ autem dederunt lumen in cuſtodiis
ſuis, & lætatæ ſunt: *vocatæ ſunt, & 35
dixerunt, Adſumus: & luxerunt ei cum
iucunditate, qui fecit illas. *Hic eſt 36
Deus noſter, & non æſtimabitur alius
aduerſus eum. *Hic adinuenit om- 37
nem viam diſciplinæ, & tradidit illam
Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo.
*Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum 38
hominibus conuerſatus eſt.

CAP IIII.

HIc liber mandatorum Dei, & lex 1
quæ eſt in æternum: omnes qui te-
nent eam, peruenient ad vitam: qui au-
tem dereliquerunt eam, in mortem.
*Conuertere Iacob, & apprehẽde eam, 2
ambula per viam ad ſplendorẽ eius con-
tra lumẽ eius. *Ne tradas alteri gloriam 3
tuam, & dignitatem tuam genti alienæ.
*Beati ſumus Iſraël: quia quæ Deo pla- 4
cent, manifeſta ſunt nobis. *Animæ- 5
quior eſto populus Dei, memorabilis Iſ-
raël: *venundati eſtis Gentibus, non in 6
perditionẽ: ſed propter quod in ira Dei
ad iracundiam prouocaſtis Dñm, traditi
eſtis aduerſariis. *Exacerbaſtis enim 7
eum qui fecit vos, Deũ æternum, immo-
lantes dæmoniis, & non Deo. *Obliti 8
enim eſtis eum qui nutriuit vos, & con-
triſtaſtis nutricem veſtram Ieruſalem.
* Vidit enim iracundiã à Deo venien- 9
tem vobis, & dixit: Audite 'cõfines Sion, 'ciuita-tes o.
adduxit enim mihi Deus luctum ma-
gnum: *vidi enim captiuitatem populi 10
mei, filiorum meorũ & filiarum, quam
ſuperduxit illis æternus. *Nutriui enim 11
illos cum iucunditate: dimiſi autem illos
cum fletu & luctu. *Nemo gaudeat ſu- 12
per me viduã & deſolatã: à multis dere-
licta ſum propter peccata filiorũ meorũ,
quia declinauerũt à lege Dei. *Iuſtitias 13
autem ipſius neſcierunt, nec ambulaue-
runt per vias mandatorum Dei, neque
per ſemitas veritatis eius cum iuſtitia in-
greſſi ſunt. * Veniant confines Sion, & 14
memorentur captiuitatem filiorũ & fi-
liarum mearum, quam ſuperduxit illis
æternus. *Adduxit enim ſup illos gen- 15
tem de longinquo, gentem improbam,
& alterius linguæ: *qui nõ ſunt reueriti 16
ſenem, neque puerorũ miſerti ſunt, &
adduxerunt dilectos viduæ, & à filiis vni-
cam deſolauerunt. *Ego autẽ quid poſ- 17
ſum adiuuare vos? *Qui enim adduxit 18
ſuper vos mala, ipſe vos eripiet de mani-
bus inimicorum veſtrorum. *Ambula- 19
te filij, ambulate: ego enim derelicta ſum
ſola. *Exui te ſtola pacis, indui autem 20
me ſacco obſecrationis, & clamabo

ad Altissimum in diebus meis. [21] Animæquiores estote filij, clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. [22] Ego enim speraui in æternum salutem vestram: & venit mihi gaudium à sancto super misericordia, quæ veniet vobis ab æterno salutari nostro. [23] Emisi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Dñs cum gaudio & iucunditate in sempiternum. [24] Sicut enim viderũt vicinæ Sion captiuitatem vestrã à Deo: sic videbunt & in celeritate salutem vestram à Deo, quæ superueniet vobis cum honore magno, & splẽdore æterno. [25] Filij patienter sustinete irã, quæ superuenit vobis: persecutus est enim te inimicus tuus, sed citò videbitis perditionem ipsius: & super ceruices ipsius ascendes. [26] Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim vt grex direptus ab inimicis.

[27] Animæquiores estote filij, & proclamate ad Dominum: erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos. [28] Sicut enim fuit sensus vester vt erraretis à Deo: decies tantùm iterum conuertentes requiretis eum. [29] Qui enim induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra. [30] Animæquior esto Ierusalem, exhortatur enim te qui te nominauit.

[31] Nocentes peribunt, qui te vexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur. [32] ciuitates quibus seruierunt filij tui, punientur: & quæ accepit filios tuos. [33] Sicut enim gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo: sic contristabitur in sua desolatione. [34] Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum.

[35] Ignis enim superueniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dæmoniis in multitudine temporis.

[36] Circumspice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem. [37] Ecce enim veniunt filij tui quos dimisisti dispersos: veniunt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem, in verbo sancti gaudentes in honorem Dei.

Infr. 5,5.

CAP. V.

1 EXue te Ierusalem stola luctus & vexationis tuæ: & indue te decôre & honore eius quæ à Deo tibi est sempiterna gloria. 2 Circundato te diploide à Deo iustitiæ, & impone mitram capiti tuo honoris æterni. 3 Deus enim ostendet splendorem suum in te, qui sub cælo est. 4 Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum, Pax iustitiæ & honor pietatis.

5 Exurge Ierusalem, & sta in excelso: & circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente sole vsque ad Occidentem, in verbo sancti gaudentes Dei memoria. Sap. 4,36.

6 Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honorẽ sicut filios regni. 7 Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem terræ: vt ambulet Israël diligenter in honorem Dei.

8 Obumbrauerunt autem & syluæ, & omne lignum suauitatis Israël mandato Dei. 9 Adducet enim Deus Israël cum iucũditate in lumine maiestatis suę cum misericordia & iustitia quæ est ex ipso.

CAP VI.

Exemplar epistolæ quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi à Deo. abducẽdos 14 MS. R. Q. n.

1 PRopter peccata quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum. Iere. 25,8.

2 Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis & temporibus longis vsque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace. 3 Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos, & lapideos & ligneos in humeris portari, ostentantes metum Gentibus. Isa. 46,1. 46,6.7.

4 Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alienis & metuatis, & metus vos capiat in ipsis. 5 Visa itaque turba de retro & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris, Te oportet adorari Dñe. 6 Angelus enim meus vobiscum est: ipse autem exquiram animas vestras. 7 Nam lingua ipsorũ polita à fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata falsa sunt: & non possunt loqui. 8 Et sicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricati sunt. 9 Coronas certè aureas habent super capita sua dij illorum: vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis. 10 Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant: & iterum cùm receperint illud à meretricibus, ornant deos suos. 11 Hi autem non liberantur ab ærugine & tinea. 12 Opertis autem illis veste purpurea, extergunt faciem ipsorum propter puluerẽ domus, qui est plurimus inter eos. 13 Sceptrum autem habet vt homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit. 14 Habet etiam in manu gladium & securim: se autem de bello & à latronibus non liberat. Vnde vobis notum sit quia non sunt dij. 15 Non ergo veneremini eos. Sicut enim vas hominis confractũ inutile efficitur: tales sunt & dij illorum. 16 Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt puluere à pedib⁹ introeuntium. 17 Et sicut alicui qui regem offendit, circũseptæ sunt ianuæ, aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum: ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur. 18 Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullã videre possunt: sunt autem sicut trabes in domo. 19 Corda verò eorũ dicunt elingere serpentes qui de terra sunt, dum comedunt eos & vestimentũ ipsorum, & non sentiunt. 20 Nigræ fiunt facies eorũ à fumo, qui in domo fit. 21 Supra corpus eorum, & supra caput eorum volant noctuæ & hirundines, & aues etiam, similiter & cattæ.

22 Vnde sciatis quia non sunt dij. Ne ergo timueritis eos. 23 Aurum etiam quod habent, ad speciem est. Nisi aliquis exterserit æruginẽ, non fulgebunt: neq. enim dum conflarentur, sentiebant. Isa. 46,6.7. 24 Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis. Sap. 6,3. 25 Sine pedibus in humeris portantur, ostẽtantes ignobilitatẽ suam hominibus. Confundantur etiam timueritis MS. G. humeri

26 qui colunt ea. 27 Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt: neq. si quis eum statuerit rectum, per semetipsum stabit: sed sicut mortuis munera eorum' illis apponentur. 28 Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, & abutuntur: similiter & mulieres eorum decerpentes, neq. infirmo, neq. mendicanti aliquid impertiunt, 29 de sacrificiis eorum fœtæ & menstruatæ contingunt. Scientes itaq. ex his quia non sunt dij, ne timeatis eos. 30 Vnde enim vocantur dij? Quia mulieres apponunt diis argenteis & aureis, & ligneis: 31 & in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita & barbã rasam, quorum capita nuda sunt. 32 Rugiunt aũt clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui. 33 Vestimenta eorũ auferunt sacerdotes, & vestiunt vxores suas & filios suos. 34 Neq. si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere: neque regem constituere possunt, neq. auferre. 35 Similiter neque dare diuitias possunt, neq. malum retribuere. Si quis illis votũ vouerit, & non reddiderit: neque hoc requirunt. 36 Hominẽ à morte non liberant, neq. infirmum à potentiori eripiunt. 37 Hominem cæcum, ad visum non restituunt: de necessitate hominem non liberabunt. 38 Viduæ non miserebuntur, neq. orphanis benefacient.

39 Lapidibus de monte similes sunt dij illorum, lignei & lapidei, & aurei & argentei. Qui aũt colunt ea, confundentur. 40 Quomodò ergo æstimandũ est, aut dicendum illos esse deos? 41 Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea: qui cùm audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui: 42 quasi possint sentire qui nõ habent motũ, & ipsi cùm intellexerint, relinquent ea: sensum enim non habent ipsi dij illorum. 43 Mulieres autem circundatæ funibus, in viis sedent, succendentes ossa oliuarũ. Cùm autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ

exprobrat quòd ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit.

*Omnia autem quæ illis fiunt, falsa 44
sunt. Quomodo æstimãdum aut dicendum est illos esse deos? *A fabris autem 45
& ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud
erunt, nisi id quod volũt esse sacerdotes.

*Aurifices etiam ipsi qui ea faciũt, non 46
sunt multi tẽporis. Nunquid ergo possunt ea quæ fabricata sũt ab ipsis, esse dij?

*Reliquerunt autem falsa & oppro- 47
briũ postea futuris. *Nam cùm super- 48
uenerit illis prœliũ, & mala: cogitant sacerdotes [post se], vbi se abscõdant cum
MS:R. apud se G. illis. *Quomodo ergo sentiri debeant, 49
quoniã dij sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? *Nam 50
cùm sint lignea, & inaurata, & inargentata, scietur postea quia falsa sunt, ab vniuersis gẽtibus & regibus: quæ manifesta sunt quia nõ sunt dij, sed opera manuum
hominum, & nullum Dei opus cum
illis. *Vnde ergo notum est, quia non 51
sunt dij, sed opera manuũ hominum, & nullũ Dei opus in ipsis est? *Regem re- 52
gioni non suscitant, neq. pluuiam hominibus dabunt. *Iudicium quoque non 53
discernent, neq. regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut corniculæ inter mediũ cæli & terræ. *Etenim 54
cùm inciderit ignis in domum deorum ligneorum, & argenteorũ, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, & liberabuntur: ipsi verò sicut trabes in
medio comburentur. *Regi autem & 55
bello non resistent. Quomodo ergo æstimandum est, aut recipiendum quia dij sunt? *Non à furibus neque à latroni- 56
bus se liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati & inargẽtati, quibus iniqui fortiores sunt. *Aurum & argentũ, & ve- 57
stimentũ quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxiliũ ferent. *Ita- 58
que melius est esse regẽ ostentantem virtutem suã: aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui possidet illud: vel ostiũ in domo, quod custodit quæ in pace sunt:
quàm falsi dij. *Sol quidem & luna, ac 59
sidera, cùm sint splendida & emissa ad vtilitates obaudiunt. *Similiter & ful- 60
gur cùm apparuerit, perspicuum est: id ipsum autem & spiritus in omni regione
61 spirat. *Et nubes quibus cùm imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuersum orbem, perficiunt quod impe-
62 ratum est eis. *Ignis etiam missus désuper vt consumat montes & syluas, facit quod præceptum est ei. Hæc autem, neque speciebus, neque virtutibus vni
63 eorum similia sunt. *Vnde neque existimandum est, neque dicendum illos esse deos quando non possunt neq. iudicium iudicare, neque quicquam facere homi-
64 nibus. *Scientes itaque quia non sunt
65 dij, ne ergo timueritis eos. *Neq. enim regibus maledicent, neque benedicent.
66 *Signa etiam in cælo Gentibus non ostendunt, neq. vt sol lucebunt, neque
67 illuminabũt vt luna. *Bestiæ meliores sunt illis, quæ possũt fugere sub tectum,
68 ac prodesse sibi. *Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dij: pro-
69 pter quod ne timeatis eos. *Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dij illorum lignei, & argentei,
70 & inaurati. *Eodem modo & in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris similes sunt dij illorum lignei,
71 & inaurati, & inargentati. *A purpura quoque & marmore, quæ supra illos teneant, scietis itaque quia non sunt dij. Ipsi etiam postremò comeduntur, & erunt opprobrium in regione.

72 *Melior est homo iustus qui non habet simulachra: nam erit longè ab opprobriis.

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAPVT PRIMVM.

T factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis, cùm
1 essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones
Infr. 3, 23. 10, 20.
Dei. *In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin, *factum

*factum est verbum Domini ad Eze- 3
chielem filium Buzi sacerdotem in terra Infr. 3, 23. 10, 20. Chaldæorum, secus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini.

*Et vidi, & ecce ventus turbinis ve- 4
niebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis: *& ex me- 5
dio eius similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. *Et quatuor facies vni: 6
& quatuor pennæ vni. *Et pedes eo- 7
rum pedes recti, & planta pedis eorum quasi plãta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis. *Et manus 8
hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant. *Iunctæque erant 9
pennæ eorum alterius ad alterum. non reuertebantur cùm incederent: sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. *Similitudo autem vultus 10
eorum, facies hominis: & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & fa-
MS. R. B. G. C. cies aquilæ 'désuper' ipsorum quatuor.

*Et facies eorum, & pennæ eorum 11
extentæ désuper: duæ pẽnæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum: *& vnumquodque eorum co- 12
ram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cùm ambularent. *Et si- 13
militudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonũ ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.

*Et animalia ibant & reuertebantur 14
in similitudinem fulguris coruscantis.

*Cumq. aspicerem animalia, apparuit 15
rota vna super terrã iuxta animalia, habens quatuor facies. *& aspectus rota- 16
rum, & opus earum, quasi visio maris: & vna similitudo ipsarũ quatuor: & aspectus earũ & opera, quasi sit rota in medio rotæ. *Per quatuor partes earum 17
euntes ibant: & non reuertebantur cùm ambularent. *Statura quoq. erat rotis, 18
& altitudo, & horribilis aspectus: *& to- Infr. 10, 12.
tum corpus oculis plenum in circuitu
19 ipsarum quatuor. *Cumq. ambularent animalia, ambulabãt pariter & rotæ iuxta ea: & cùm eleuarentur animalia de
20 terra, eleuabantur simul & rotæ. *Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis.
21 *Cum euntibus ibant, & cum stãtibus stabant: & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ, sequentes ea: quia
22 spiritus vitæ erat in rotis. *Et similitudo super capita animalium, firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & ex-
23 tenti super capita eorum désuper. *Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum: vnumquodq. duabus alis velabat corpus suũ, & alterum
24 similiter velabatur. *Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarũ multarum, quasi sonum sublimis Dei cùm ambularent, quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum. cumq. starẽt, de-
25 mittebantur pennæ eorum. *Nam cùm fieret vox super firmamentũ quod erat super caput eorum, stabant, & submitte-
26 bant alas suas. *Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis désu-
27 per. *Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum: à lumbis eius & désuper, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.
28 *Velut aspectum arcus cùm fuerit in nube in die pluuiæ, hic erat aspectus splendoris per gyrum.

CAP. II.

1 HÆc visio similitudinis gloriæ Domini. & vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquẽtis. Et dixit ad me, Fili hominis sta super pedes
2 tuos, & loquar tecum. *Et ingressus est in me spiritus postquã locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos; & audi-
3 ui loquentem ad me, *& dicentem, Fili hominis, mitto ego te ad filios Israël, ad

Gentes apostatrices, quæ recessêrunt à
* ipsi & 1 MS. Hier. H.G.C. me: *patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc. 4 *Et filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, 5 *Si fortè vel ipsi audiant, & si fortè quiescant, quoniã domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum. 6 *Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neq. sermones eorum metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. verba eorum ne timeas, & vultus eorũ ne formides: quia domus exasperans est. 7 *Loquêris ergo verba mea ad eos, si fortè audiant, & quiescant: quoniã irritatores sunt. 8 *Tu aũt fili hominis audi quæcunq. loquor ad te: & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est: aperi os tuum, & comede quæcunq. ego do tibi. 9 *Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: 10 *& expandit illum coram me, Apo. 5, 1. qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

CAP. III.

1 ET dixit ad me, Fili hominis quodcunque inueneris comede: comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israël. 2 *Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo: 3 *& dixit ad me, Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua cõplebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Apo. 10, 9. 10. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce.

4 *Et dixit ad me, Fili hominis vade ad domum Israël, & loquêris verba mea ad eos. 5 *Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris ad domum Israël: 6 *neque ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te. 7 *Domus autem Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. omnis quippe dom' Israël attrita fronte est, & duro corde. 8 *Ecce, dedi faciem tuam valentiorẽ faciebus eorũ, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.

9 *Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neq. metuas à facie eorum: quia domus exasperans 10 est. *Et dixit ad me, Fili hominis, omnes sermones meos quos loquor ad te, assume in corde tuo, & aurib. tuis audi: 11 *& vade ingredere ad transmigrationem ad filios populi tui, & loquêris ad eos, & dices eis, Hæc dicit Dñs Deus: si 12 fortè audiant & quiescant. *Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnæ, Benedicta gloria 13 Dñi de loco suo. *& vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ. 14 *Spiritus quoq. leuauit me, & assumpsit me: & abij amar' in indignatione spiritus mei: manus enim Dñi erat mecũ, 15 confortans me. *Et veni ad transmigrationem ad Acerruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumẽ Chobar: & sedi vbi illi sedebant: & mansi ibi septẽ diebus mœrens in medio eorum.

16 *Cùm aũt pertransissent septem dies, factum est verbum Dñi ad me, dicens, 17 *' Fili hominis, speculatorẽ dedi te domui Israël: & audies de ore meo verbũ, Isa. 33. 7. 18 & annũtiabis eis ex me. *Si dicente me ad impiũ, Morte morieris: non annuntiaueris ei, neq. locutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem 19 autem eius de manu tua requiram. *Si aũt tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. 20 *Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculũ coram eo, ipse morietur: quia non annuntiasti ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit: sanguinem verò 21 eius de manu tua requiram. *Si autem tu annuntiaueris iusto vt non peccet iustus, & ille non peccauerit: viuens viuet, quia annuntiasti ei, & tu animam 22 tuam liberasti. * Et facta est super me manus Domini, & dixit ad me, Surgens egredere

egredere in campũ, & ibi loquar tecum.
23 *Et surgens egressus sum in campum: & ecce ibi gloria Domini stabat, quasi
Apo. 1, 17. gloria ' quam vidi iuxta fluuium Chobar: & cecidi in faciem meam. 24 *Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos: & locutus est mihi, & dixit ad me, Ingredere, & includere in medio domus tuæ. 25 *Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis: & non egredieris in medio eorum.
26 *Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domur exasperans est.
27 *Cùm autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.

CAP. IIII.

1 ET tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te: & describes 2 in eo ciuitatem Ierusalem. *Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & ponesarietes in gyro. 3 *Et tu sume tibi sar-
' in MS. R. taginem ferream, & pones eam ' murum ferreum inter te & inter ciuitatẽ: & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circũdabis eam: signum est domui Israël. 4 *Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israël super eo numero dierum quibus dormies super illud, & assu-
' iniquitates MS. R. G. C. Numero annorum singulari legunt Hier. & H. mes ' iniquitatẽ eorum. 5 *Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Israël. 6 *Et cùm cõpleueris hæc, dormies super latus tuum dexterum secũdò: & assumes
Nu. 14, 34. ' iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. 7 *Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam, & brachium tuum ' erit extentum': & prophetabis aduersus eam. 8 *Ecce, circundedi te vinculis: & non te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tuæ. 9 *Et tu sume tibi fru-
' erit extentum & MS. Hier. discooperta. H. roborabis G. C.
mentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierũ quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes 10 illud. *Cibus autem tuus quo vescêris, erit in pondere viginti stateres in die: à tempore vsq. ad tempus comedes illud.
11 *Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin: à tempore vsque ad tempus 12 bibes illud. *Et quasi subcineritiũ hordeaceũ comedes illud: & stercore quod egreditur de homine, operies illud in 13 oculis eorũ. *Et dixit Dñs, Si comedẽt filij Israël ' panem suum pollutum inter Ose. 9, 3. 14 gentes ad quas eiiciam eos. *Et dixi, Ah, ah, ah, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta, & morticinum, & laceratum à bestiis non comedi ab infantia mea vsque nunc, & non est ingressa in 15 os meum omnis caro immunda. *Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimum boum pro stercorib' humanis: & facies panem 16 tuum in eo. *Et dixit ad me, Fili homi- Infr. 5, 16. & 14, 13. nis, ' Ecce ego conteram baculum panis in Ierusalem: & comedẽt panem in pondere & in solicitudine: & aquã in men-
17 sura, & in angustia bibent: *Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisque ad fratrem suum, & contabescant in iniquitatibus suis.

CAP. V.

1 ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi statêram 2 ponderis, & diuides eos. *Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionẽ dierum obsidionis: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiã verò aliam disperges in ventum, & gladium nudabo post eos. 3 *Et sumes inde paruum numerum: & ligabis eos in summitate 4 pallij tui. *Et ex eis rursum tolles, & proiicies eos in medio ignis, & cõbures eos igni: & ex eo egredietur ignis in om-
5 nem domum Israël. *Hæc dicit Dominus Deus, Ista est Ierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu

eius terras. [6] *Et cõtempſit iudicia mea, vt plus eſſet impia quàm Gentes: & præcepta mea vltrà quàm terræ quæ in circuitu eius ſunt. iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. [7] *Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Quia ſuperaſtis Gentes quæ in circuitu veſtro ſunt, & in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis, & iuxta iudicia Gentium quæ in circuitu veſtro ſunt, non'eſtis operati:

vo Q.n. [8] *Ideò hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & ipſe ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium: [9] *& faciam in te quod non feci, & quibus ſimilia vltrà non faciam propter omnes abominationes tuas. [10] *Ideò patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres ſuos: & faciam in te iudicia, & ventilabo vniuerſas reliquias tuas in omnem ventum. [11] *Idcirco viuo ego, dicit Dominus Deus, Niſi pro eo quòd ſanctum meum violaſti in omnibus offenſionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miſerebor. [12] *Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam verò partem tuam in omnem ventum diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos. [13] *Et complebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationẽ meam in eis, & conſolabor: & ſciẽt quia ego Dominus locutus ſum in zelo meo, cùm impleuero indignationem meam in eis. [14] *Et dabo te in deſertum & in opprobrium gentibus quæ in circuitu tuo ſunt, in conſpectu omnis prætereuntis. [15] *Et eris opprobrium & blaſphemia, exemplũ & ſtupor in Gentibus quæ in circuitu tuo ſunt, cùm fecero in te iudicia in furore & in indignatione, & in increpationibus iræ. Ego Dominus locutus ſum: [16] *Quando miſero ſagittas famis peſſimas in eos quæ erunt mortiferæ, & quas mittam vt diſperdam vos: & famem congregabo ſuper vos, & conteram in vobis baculũ panis. [17] *Et immittam in vos famem & beſtias peſſimas vſque ad internecionem: & peſtilentia & ſanguis tranſibunt per te, & gladium inducam ſuper te. ego Dominus locutus ſum.

Sup.4,16. Inf.14,13.

CAP. VI.

[1] ET factus eſt ſermo Domini ad me, [2] dicens, *Fili hominis pone faciem tuam ad montes Iſraël: & prophetabis [3] ad eos, *& dices, 'Montes Iſraël audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus montibus & collibus, rupibus & vallibus, Ecce, ego inducam ſuper vos gladiũ, & diſperdam excelſa veſtra, [4] *& demoliar aras veſtras, & confringẽtur ſimulachra veſtra: & deiiciam interfectos veſtros ante idôla veſtra. [5] *Et dabo cadauera filiorum Iſraël ante faciem ſimulachrorum veſtrorum: & diſpergam oſſa veſtra circum aras veſtras [6] *in omnibus habitationibus veſtris. Vrbes deſertæ erunt, & excelſa demolientur & diſſipabuntur: & interibunt aræ veſtræ, & cõfringentur: & ceſſabunt idôla veſtra, & conterentur delubra veſtra, & delebuntur opera veſtra. [7] *Et cadet interfectus in medio veſtri: & ſcietis quia ego ſum Dominus. [8] *Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in Gentibus, cùm diſperſero vos in terris. [9] *Et recordabuntur mei liberati veſtri in Gentibus ad quas captiui ducti ſunt: quia contriui cor eorum fornicans & recedens à me; & oculos eorum fornicãtes poſt idôla ſua: & diſplicebunt ſibimet ſuper malis quæ fecerant in vniuerſis abominationibus ſuis. [10] *Et ſcient quia ego Dominus non fruſtra locutus ſum vt facerem eis malum hoc. [11] *Hæc dicit Dominus Deus, Percute "manum tuam', & allide pedem tuum, & dic, Heu, ad omnes abominationes malorum domus Iſraël: "quia' gladio, fame, & peſte ruituri ſunt. [12] *Qui longè eſt, peſte morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obſeſſus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis. [13] *Et ſcietis quia ego Dominus, cùm fuerint interfecti veſtri in medio idolorum veſtrorum in circuitu ararum veſtrarum, in omni

Inf.36,2.

"manu tua 8 MS. R. Hier. H.G.C.

"qui 15 MS. Hier. Lectiones contrapoſitæ H.G.C.

omni colle excelſo, & in cunctis ſummitatibus montiũ, & ſubtus omne lignum nemoroſum, & ſubtus vniuerſam quercum frondoſam, locũ vbi accenderunt thura redolentia vniuerſis idôlis ſuis. [14] *Et extendam manum meam ſuper eos: & faciam terram deſolatam & deſtitutam à deſerto Deblátha in omnibus habitationibus eorum: & ſcient quia ego Dominus.

CAP. VII.

[1] ET factus eſt ſermo Domini ad me, [2] dicens, *Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Iſraël, Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. [3] *Nunc finis ſuper te, & immittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas. [4] *Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor: ſed vias tuas ponam ſuper te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego Dominus. [5] *Hæc dicit Dominus Deus, Afflictio vna, afflictio ecce venit. [6] *finis venit, venit finis, euigilauit aduerſum te: ecce venit. [7] *Venit "contritio' ſuper te, qui habitas in terra: venit tempus, propè eſt dies occiſionis, & non gloriæ montium. [8] *Nunc de propinquo effundam iram meam ſuper te, & complebo furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia ſcelera tua, [9] *Et non parcet oculus meus, nec miſerebor: ſed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego ſum Dominus percutiens. [10] *Ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt "contritio', floruit virga, germinauit ſuperbia. [11] *Iniquitas ſurrexit in virga impietatis: non ex eis, & non ex populo, neque ex ſonitu eorum: & non erit requies in eis. [12] *Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira ſuper omnem populum eius. [13] *Quia qui vendit, ad id quod vendidit non reuertetur: & adhuc in viuentibus vita eorum. viſio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur: & vir in iniquitate vitæ ſuæ non confortabitur.

'confrafio 7 MS. 'contrafio M.S. Hier.

'confrafio 4 MS. 'contrafio M.S. Hier.

[14] *Canite tuba, præparentur omnes, & non eſt qui vadat ad prœlium: ira enim mea ſuper "vniuerſum populum' eius. [15] *Gladius foris: & peſtis & fames intrinſecus: qui in agro eſt, gladio morietur: & qui in ciuitate, peſtilentia & fame [16] deuorabuntur. *Et ſaluabuntur qui fugerint ex eis: & erunt in montibus quaſi columbæ conuallium omnes trepidi, [17] vnuſquiſque in iniquitate ſua. *Omnes manus diſſoluentur, & omnia genua [18] fluent aquis. *Et accingent ſe ciliciis, & operiet eos formido: & in omni facie confuſio, & in vniuerſis capitibus eorum caluitium. [19] *Argentum eorum foras proiicietur, & aurum eorũ in ſterquilinium erit. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam ſuam non ſaturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia ſcandalum iniquitatis [20] eorum factum eſt. *Et ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt, & imagines abominationum ſuarum & ſimulachrorum fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiam: [21] *& dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terræ in [22] prædam, & contaminabunt illud. *Et auertam faciẽ meam ab eis, & violabunt arcanum meum: & introibunt in illud emiſſarij, & contaminabunt illud.

" omnem multitudinem 3 MS. Hier. H.G.

Iſa.15,2. Ier.48.37. Pro.11.4. Soph.1,18. Eccl.5,10. 13.

[23] *Fac concluſionem: quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum, & ciuitas [24] plena iniquitate. *Et adducam peſſimos de Gentibus, & poſſidebunt domos eorum: & quieſcere faciam ſuperbiam potentium, & poſſidebunt ſanctuaria [25] eorum. *Anguſtia ſuperueniente requirent pacem, & non erit. [26] *Conturbatio ſuper conturbationem veniet, & auditus ſuper auditum: & quærent viſionem de propheta, & lex peribit à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus.

[27] *Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundùm viam eorum faciam eis, & ſecundùm iudicia eorum iudicabo eos: & ſcient quia ego Dominus,

CAP. VIII.

ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me, & cécidit ibi super me manus Domini Dei. *Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborum eius & deorsum, ignis: & à lumbis eius, & sursum, quasi aspectus
Dan. 14.3. splendoris, vt visio electri. *' Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me Spiritus inter terram & cælum: & adduxit me in Ierusalem in visione Dei, iuxta ostiũ interius quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idôlum zeli ad prouocandam æmulationem. *Et ecce ibi gloria Dei Israël secundùm visionem quam videram in campo. *Et dixit ad me, Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portæ altaris idôlum zeli in ipso introitu. *Et dixit ad me: Fili hominis, putásne vides tu quid isti faciunt, abominationes magnas, quas domus Israêl facit hic, vt procul recedã à sanctuario meo? & adhuc conuersus videbis abominationes maiores. *Et introduxit me ad ostiũ atrij: & vidi, & ecce foramen vnum in pariete. *Et dixit ad me, Fili hominis fode parietem. Et cùm fodissem parietem, apparuit ostium vnum. *Et dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.

*Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuersa idôla domus Israel, depicta erant in pariete in circuitu per totum. *Et septuaginta viri de senioribus domus Israël, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante picturas: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat. *Et dixit ad me, Certè 'vides' fili hominis quæ seniores domus Israël faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui: dicunt enim, Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. *Et dixit ad me,

'vidisti 2 MS. H. G. c.

Adhuc conuersus videbis abominationes maiores quas isti faciunt. *Et introduxit me per ostiũ portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. *Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis: adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. *Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare, quasi vigintiquinque viri dorsa habentes contra templum Dñi, & facies ad Orientem: & adorabant ad ortum Solis. *Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis: nunquid leue est hoc domui Iuda, vt facerent abominationes istas quas fecerunt hic: quia replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me? & ecce applicant ramum ad nares suas. *Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor: & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

CAP. IX.

ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens, Appropinquauerũt visitationes vrbis, & vnusquisq. vas interfectionis habet in manu sua. *Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonẽ: & vniuscuiusque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorũ vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum: *Et gloria 'Domini' Israël assumpta est de cherub, quæ erat super eum ad limen domus: & vocauit virũ qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis.

*Et dixit Dñs ad eum, Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem: '& signa thau super frontes virorũ gementium & dolentiũ super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. *Et illis dixit audiente me, Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini. *Senem, adolescentulum & virginem, 'paruulos' & mulieres interficite vsque

'Dei 3 MS. R. Hier. H. G. c.

Exo. 12.7. Apoc. 7.3.

'paruulum Ms. Hier. R. H. c. Nemo autem malitiosus excipiatur G.

vsq. ad internecionem: omnem autem super quem videritis thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. *Et dixit ad eos, Contaminate domũ, & implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate. *Et cæde completa remansi ego: ruiq. super faciem meam, & clamans aio, Heu, heu, heu Domine Deus, ergóne dispersdes omnes reliquias Israël, effundẽs furorem tuum super Ierusalem? *Et dixit ad me, Iniquitas domus Israël & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione: dixerũt enim, Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. *Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor: viam eorum super caput eorum reddam. *Et ecce, vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens, Feci sicut præcepisti mihi.

CAP. X.

ET vidi, & ecce in firmamento quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solij, apparuit super ea. *Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus 'cherubim': & imple manũ tuam prunis ignis quæ sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusq. est in conspectu meo: *cherubim autem stabãt à dextris domus cùm ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius. *Et eleuata est gloria Domini dẽsuper cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ Domini. *Et sonitus alarum cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis. *Cumq. præcepisset viro qui indutus erat lineis, dicens, Sume ignem de medio rotarum quæ sunt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam. *Et extendit cherub manum de medio cherubim, ad ignem qui erat inter cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est. *Et apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pẽnas eorum. *& vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta cherubim: rota vna iuxta cherub vnum, & rota alia iuxta cherub vnum: species autẽ rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi. *& aspectus earum similitudo vna quatuor: quasi sit rota in medio rotæ. *Cumque ambularent, in quatuor partes gradiebantur: '&' non reuertebãtur ambulantes, sed ad locũ ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & cæteræ, nec conuertebantur. *' Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum. *Et rotas istas vocauit volubiles, audiente me. *Quatuor autem facies habebat vnum: facies vna, facies cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ. *Et eleuata sunt cherubim: ipsum est animal quod videram iuxta fluuium Chobar. *Cumq. ambularent cherubim, ibant pariter & rotę iuxta ea: & cùm eleuarent cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, nõ residebant rotæ, sed & ipsæ iuxtà erant. *Stantibus illis, stabant: & cum eleuatis eleuabantur. spiritus enim vitæ erat in eis. *Et egressa est gloria Domini à limine templi: & stetit super cherubim. *Et eleuantia cherubim alas suas, exaltata sunt à terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoq. subsecutæ sunt: & stetit in introitu portæ domus Domini orientalis: & gloria Dei Israel erat super ea. *Ipsum est animal 'quod vidi subter Deum Israël iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia cherubim essent. *Quatuor 'vultus vni, & quatuor alæ vni: & similitudo manus hominis sub alis eorum. *Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

'Cherub 1 MS. Hier. H. c Similiter Tremi legunt c.

- 12 MS. H. G. Additum est autem d c.

Sup. 1, 18.

Sup. 1, 3.

'quatuor 4 MS. R. Hieron. H. c. Textus conformis est codicibus G.

CAP. XI.

ET eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus Dñi orientalem,

talem quæ reſpicit ad Solis ortũ: & ecce,
in introitu portæ viginti quinque viri:
& vidi in medio eorum Iezoniam filium
Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, prin-
cipes populi. [2] Dixitque ad me, Fili ho-
minis, hi ſunt viri qui cogitant iniquita-
tem, & tractant conſilium peſſimum in
vrbe iſta: [3] dicentes, Nónne dudum ędi-
ficatæ ſunt domus? hæc eſt lebes, nos au-
tem carnes. [4] Idcirco vaticinare de eis,
vaticinare fili hominis. [5] Et irruit in me
ſpiritus Domini, & dixit ad me, Loque-
re, Hæc dicit Dominus, Sic locuti eſtis
domus Iſraël, & cogitationes cordis ve-
ſtri ego noui. [6] Plurimos occidiſtis in
vrbe hac, & impleſtis vias eius interfe-
ctis. [7] Propterea hæc dicit Dominus
Deus: Interfecti veſtri, quos poſuiſtis in
medio eius, hi ſunt carnes, & hæc eſt le-
bes: & educam vos de medio eius.
[8] Gladiũ metuiſtis, & gladium indu-
cã ſuper vos, ait Dñs Deus. [9] Et eiiciam
vos de medio eius, daboque vos in ma-
num hoſtium, & faciã in vobis iudicia.
[10] Gladio cadetis: in finibus Iſraël iudi-
cabo vos, & ſcietis quia ego Dominus.
[11] Hæc non erit vobis in lebetem, &
vos non eritis in medio eius in carnes: in
finibus Iſraël iudicabo vos. [12] Et ſcietis
quia ego Dñs: quia in præceptis meis
non ambulaſtis, & iudicia mea non feci-
ſtis, ſed iuxta iudicia gentiũ, quæ in cir-
cuitu veſtro ſunt, eſtis operati. [13] Et fa-
ctum eſt, cùm prophetarem, Pheltias fi-
lius Banaiæ mortuus eſt: & cecidi in fa-
ciem meam clamãs voce magna, & dixi:
Heu, heu, heu Domine Deus: conſum-
mationem tu facis reliquiarum Iſraël?
[14] Et factum eſt verbum Domini ad
[15] me, dicens, Fili hominis, fratres tui*
viri propinqui tui, & omnis dom⁹ Iſraël,
vniuerſi quibus dixerunt habitatores Ie-
ruſalẽ, Longè recedite à Domino, nobis
data eſt terra in poſſeſſionem. [16] Propter-
ea hæc dicit Dominus Deus, quia longè
feci eos in Gentibus, & quia diſperſi eos
in terris: ero eis in ſanctificationem mo-
dicam in terris ad quas venerunt. [17] Pro-
pterea loquere, Hæc dicit Dñs Deus:
Congregabo vos de populis, & adunabo
de terris in quibus diſperſi eſtis: dabo-
[18] que vobis humum Iſraël. [19] Et ingre-
dientur illuc, & auferẽt omnes offenſio-
nes, cunctasque abominationes eius de
illa. [19] Et dabo eis cor vnum, & ſpiri- Ier.31,33. Infr.18,31. 36,26.
tum nouum tribuam in viſceribus eo-
rum: & auferam cor lapideum de carne
[20] eorum, & dabo eis cor carneum: [20] Vt
in præceptis meis ambulent, & iudicia
mea cuſtodiant, faciantque ea: & ſint Infr.24,7. Hebr.8,10.
mihi in populũ, & ego ſim eis in Deum.
[21] Quorum cor poſt offendicula & ab- *autem Ms. Hier. R. H. G. C. Q. O.
ominationes ſuas ambulat, horum viam
in capite ſuo ponã, dicit Dominus Deus.
[22] Et eleuauerunt cherubim alas ſuas,
& rotæ cum eis: & gloria Dei Iſraël erat
[23] ſuper ea. [23] Et aſcendit gloria Domini
de medio ciuitatis, ſtetitque ſuper mon-
[24] tem qui eſt ad Orientem vrbis. [24] Et
ſpiritus leuauit me, adduxitque in Chal- *me 4 MS. H. G. C.
dæam ad tranſmigrationem, in viſione
in ſpiritu Dei: & ſublata eſt à me viſio
[25] quam videram. [25] Et locutus ſum ad
tranſmigrationem omnia verba Domi-
ni quæ oſtenderat mihi. CAP. XII.
[1] ET factus eſt ſermo Dñi ad me, dicẽs:
[2] Fili hominis in medio domus ex-
aſperantis tu habitas: qui oculos habent
ad videndum, & non vident: & aures ad
[3] audiendum, & non audiunt: quia do-
mus exaſperans eſt. [3] Tu ergo fili ho-
minis, fac tibi vaſa tranſmigrationis,
& tranſmigrabis per diem coram eis:
tranſmigrabis autem de loco tuo ad lo-
cum alterum in conſpectu eorum, ſi for-
tè aſpiciant: quia domus exaſperans eſt.
[4] Et efferes foras vaſa tua quaſi vaſa
'tranſmigrantis' per diem in conſpectu *'transmigrationis' Ms. H. G. C.
eorum: tu autem egredieris veſpere co-
[5] ram eis, ſicut egreditur migrans. [5] Ante
oculos eorum perfode tibi parietem: &
[6] egredieris per eum. [6] In conſpectu eo-
rum in humeris portaberis, in caligine
efferêris: faciem tuam velabis, & non
videbis terram: quia portentum dedi te
[7] domui Iſraël. [7] Feci ergo ſicut præce-
perat mihi*: vaſa mea protuli quaſi vaſa *Dominus Ms. R. 'transmigrationis' Ms. H. G. C. Q. O.
'tranſmigrantis' per diem: & veſperè
perfodi mihi parietẽ manu: & in caligi-
ne egreſſus ſum, & in humeris portat⁹ in
conſpectu

conſpectu eorum. [8] Et factus eſt ſer- 8
mo Domini manè ad me, dicens, [9] Fili 9
hominis nunquid non dixerunt ad te
domus Iſraël domus exaſperans, Quid
tu facis? [10] Dic ad eos, Hæc dicit Do- 10
minus Deus: Super ducem onus iſtud,
qui eſt in Ieruſalem, & ſuper omnem
domum Iſraël, quæ eſt in medio eorum.
[11] Dic, Ego portentum veſtrum: quo- 11
modo feci, ſic fiet illis. in tranſmigratio-
nem, & in captiuitatem ibunt. [12] Et dux 12
qui eſt in medio eorum, in humeris por-
tabitur, in caligine egredietur: parietem
perfodient, vt educant eum: facies eius
operietur, vt non videat oculo terram.
Infr.17,20. Ezech.32,3. *Ms. [13] Et extendã rete meum ſuper eum, 13
& capietur in ſagena mea: & adducam
eum in Babylonem in terram Chaldæo-
rum: & ipſam non videbit, ibique mo-
rietur. [14] Et omnes qui circa eum ſunt, 14
præſidiũ eius, & agmina eius diſpergam
in omnem ventum: & gladium euagi-
nabo poſt eos. [15] Et ſcient quia ego Do- 15
minus, quando diſperſero illos in Gentibus, & diſſeminauero eos in terris. [16] Et 16
relinquam ex eis viros paucos à gladio,
& fame, & peſtilentia: vt enarrent om-
nia ſcelera eorum in Gentibus ad quas
ingredientur: & ſcient quia ego Domi-
nus. [17] Et factus eſt ſermo Domini ad 17
me dicens, [18] Fili hominis, panem tuum 18
in cõturbatione comede: ſed & aquam
tuam in feſtinatione & mœrore bibe.
[19] Et dices ad populum terræ, Hęc dicit 19
Dñs Deus ad eos qui habitant in Ieru-
ſalem in terra Iſraël, Panem ſuum in ſo-
licitudine comedent, & aquam ſuam
in deſolatione bibent: vt deſoletur terra
à multitudiue ſua, propter iniquitatem
omnium qui habitant in ea. [20] Et ciui- 20
tates quæ nunc habitantur, deſolatæ
erunt, terraque deſerta: & ſcietis quia
ego Dominus. [21] Et factus eſt ſermo 21
Domini ad me, dicens, [22] Fili hominis, 22
quod eſt prouerbiũ iſtud vobis in terra
Iſraël? dicentium, In longum differen-
tur dies, & peribit omnis viſio. [23] Ideò 23
dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus,
Quieſcere faciam prouerbium iſtud, ne-
que vulgò dicetur vltrà in Iſraël: & lo-
quere ad eos quòd appropinquauerint
[24] dies, & ſermo omnis viſionis. [24] Non
enim erit vltrà omnis viſio caſſa, neque
diuinatio ambigua in medio filiorum
[25] Iſraël. [25] Quia ego Dominus loquar: &
quodcunque locutus fuero verbum, &
fiet, non prolongabitur amplius: ſed in
diebus veſtris domus exaſperans loquar
verbum, & faciam illud, dicit Dominus
[26] Deus. [26] Et factus eſt ſermo Domini ad
[27] me, dicens: [27] Fili hominis, ecce domus
Iſraël dicentium, Viſio quam hic videt,
in dies multos: & in tempora longa iſte
[28] prophetat. [28] Propterea dic ad eos, Hæc
dicit Dominus Deus, Non prolongabi-
tur vltrà omnis ſermo meus: verbum
quod locutus fuero, complebitur, dicit
Dominus Deus. CAP. XIII.
[1] ET factus eſt ſermo Domini ad me,
[2] dicens: [2] Fili hominis, vaticinare
ad prophetas Iſraël, qui prophetant: &
dices prophetantibus de corde ſuo, Au-
[3] dite verbum Domini, [3] Hæc dicit Do-
minus Deus, 'Væ prophetis inſipienti-
bus: qui ſequuntur ſpiritum ſuum & ni- Ier.23,1. Infr.14,9. 34,2.
[4] hil vident. [4] Quaſi vulpes in deſertis,
[5] prophetæ tui Iſraël erant. [5] Non aſcen-
diſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis mu-
rum pro domo Iſraël: vt ſtaretis in præ-
[6] lio in die Domini. [6] Vident vana, & di-
uinant mendacium, dicentes, Ait Domi-
nus: cùm Dominus non miſerit eos: &
perſeuerauerũt confirmare ſermonem.
[7] Nunquid non viſionem caſſam vidi- [7]
ſtis, & diuinationem mendacem locuti
eſtis? & dicitis, ait Dominus: cùm ego
[8] non ſim locutus. [8] Propterea hæc dicit
Dominus Deus, Quia locuti eſtis vana,
& vidiſtis mendacium: ideò ecce ego ad
[9] vos, dicit Dominus Deus: [9] Et erit ma-
nus mea ſuper prophetas qui vident va-
na, & diuinant mendacium: in concilio
populi mei non erunt, & in ſcriptura do-
mus Iſraël non ſcribentur, nec in terram
Iſraël ingredientur: & ſcietis quia ego
[10] Dñs Deus: [10] Eo quòd deceperint popu-
lum meum, dicentes, Pax, & non eſt pax:
& ipſe ædificabat parietem, illi autem li-
[11] niebant eum luto abſque paleis. [11] Dic
ad eos qui liniunt abſque temperatura,
quòd

*fratres tui MS. H. C.

quòd casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes désuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem. ‡Siquidem ecce cecidit paries: nunquid non dicetur vobis, Vbi est litura quam liniſtis? ‡Propterea hæc dicit Dns Deus, Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundãs in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionem.

‡Et destruam parietem quem liniſtis absq. temperamento: & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamẽtum eius: & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum Dominus. ‡Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absque temperamento, dicamque vobis, Non est paries, & non sunt qui liniunt eum.

‡Prophetæ Israël qui prophetant ad Ieruſalem, & vident ei visionem pacis: & non est pax, ait Dominus Deus. ‡Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: & vaticinare super eas, ‡& dic, Hæc dicit Dominus Deus: Væ 'qui' consuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia sub capite vniuersę ætatis ad capiendas animas: & cùm caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum. ‡Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.

‡Propter hoc hęc dicit Dominus Deus, Ecce, ego ad puluillos vestros quibus vos capitis animas volantes: & dirumpam eos de brachiis vestris: & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. ‡Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt vltrà in manibus vestris ad prædandum: & scietis quia ego Dominus. ‡Pro eo quòd mœrere feciſtis cor iusti mendaciter, quem ego non contriſtaui: & confortaſtis manus impij, vt nõ reuerteretur à via sua mala, & viueret: ‡propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populũ meum de manu vestra: & scietis quia ego Dominus.

*quæ R. Hier. H. G. C.

CAP. XIIII.

ET venerunt ad me viri seniorum Israël, & sederunt coram me. ‡Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ‡Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam: nunquid interrogatus respondebo eis? ‡Propter hoc loquere eis, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Homo homo de domo Israël, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciẽ suam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dns respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum: ‡Vt capiatur domus Israël in corde suo quo recesserunt à me in cunctis idòlis suis. ‡Propterea dic ad domũ Israël, Hæc dicit Dominus Deus, Conuertimini, & recedite ab idòlis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. ‡Quia homo homo de domo Israël, & de proselytis quicũque aduena fuerit in Israël, si alienatus fuerit à me, & posuerit idòla sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam vt interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me. ‡Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbium, & disperdam eũ de medio populi mei: & scietis quia ego Dominus. ‡Et propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manũ meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israël. Sup. 13, 9.

‡Et portabunt iniquitatẽ suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit: ‡Vt non erret vltrà domus Israël à me, neque polluatur in vniuersis præuaricationibus suis: sed sint mihi in populũ, & ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituũ. ‡Et factus est ‡sermo Domini ad me, dicens: ‡Fili hominis

hominis, terra cùm peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius: & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum. ‡Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum. ‡Quòd si & bestias pessimas induxero super terram, vt vastem eam; & fuerit inuia, eo quòd nõ sit pertransiens propter bestias: Sup. 4, 16. 5, 16.

‡Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. ‡Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio, Transi per terram: & interfecero de ea hominem & iumentum: ‡Et tres viri isti fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios neque filias: sed ipsi soli liberabuntur. ‡Si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum: ‡Et Noë, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. ‡Quoniam hæc dicit Dominus Deus, Quòd & si quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ieruſalem, vt interficiam de ea hominem & pecus: ‡Tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias: ecce ipsi egredientur ad vos, & videbitis viam eorum & adinuentiones eorũ: & consolabimini super malo quod induxi in Ieruſalem, in omnibus quæ importaui super eam. ‡Et consolabuntur vos, cùm videritis viam eorum & adinuentiones eorum: & cognoscetis quòd non frustra fecerim omnia quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

CAP. XV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens, ‡Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna syluarum? ‡Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? ‡Ecce, igni datum est in escam, vtramque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam: nunquid vtile erit ad opus? ‡Etiam cùm esset integrum, non erat aptum ad opus: quantò magis cùm illud ignis deuorauerit & combusserit, nihil ex eo fiet operis?

‡Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quo modo lignum vitis inter ligna syluarum quod dedi igni ad deuorandum, sic 'tradam' habitatores Ieruſalem. ‡Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos: & scietis quia ego Dominus, Cùm posuero faciem meam in eos, ‡& dedero terram inuiam & desolatam: eo quòd præuaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

"tradidi" M S. H. G. C.

CAP. XVI.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens, ‡Fili hominis, notas fac Ieruſalem abominationes suas, ‡Et dices, Hæc dicit Dominus Deus Ieruſalem: Radix tua & generatio tua de terra Chanáan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa. ‡Et quando nata es, in die ortus tui nõ est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. ‡Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his, misertus tui: sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es. ‡Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo. & dixi tibi cùm esses in sanguine tuo, Viue. dixi, inquam, tibi, In sanguine tuo viue. ‡Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundũ muliebrem: vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confusione plena.

‡Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium: & expandi amictũ meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecũ: ait Dominus Deus;

Deus: & facta es mihi. [9] Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo. [10] Et vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho: & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus. [11] Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum.

[12] Et dedi inaurẽ ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decõris in capite tuo. [13] Et ornata es auro & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multis coloribus: ſimilam & mel & oleum comediſti, & decõra facta es vehemẽter nimis: & profeciſti in regnum.

[14] Et egreſſum eſt nomẽ tuum in Gentes propter ſpeciem tuam: quia perfecta eras in decõre meo, quem poſueram ſuper te, dicit Dominus Deus. [15] Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo: & expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres. [16] Et ſumens de veſtimentis tuis, feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta: & fornicata es ſuper eis, ſicut non eſt factum, neque futurũ eſt. [17] Et tuliſti vaſa decõris tui, de auro meo atque argento meo, quæ dedi tibi: & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis.

[18] Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, & 'operuiſti illas': & oleum meum, & thymiama meum poſuiſti coram eis. [19] Et panem meum quem dedi tibi, ſimilam, & oleum, & mel, quibus enutriui te, poſuiſti in conſpectu eorum in odorem ſuauitatis, & factum eſt, ait Dominus Deus. [20] Et tuliſti filios tuos & filias tuas quas generaſti mihi: & immolaſti eis ad deuorandum. Nunquid parua eſt fornicatio tua? [21] Immolaſti filios meos, & dediſti, illos conſecrans, eis.

[22] Et poſt omnes abominationes tuas & fornicationes', non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, quando eras nuda & confuſione plena, conculcata in ſanguine tuo. [23] Et accidit poſt omnem malitiã tuam (væ væ tibi, ait Dñs Deus) [24] & ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. [25] Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ: & abominabilem feciſti decõrem tuum: & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti fornicationes tuas. [26] Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicaſti fornicationem tuam ad irritandum me. [27] Ecce, ego extendam manum meam ſuper te, & auferam 'iuſtificationẽ tuam': & dabo te in animas odientium te filiarum Palæſtinarum, quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata. [28] Et fornicata es in filiis Aſſyriorum, eo quòd necdum fueris expleta: & poſtquã fornicata es, nec ſic es ſatiata. [29] Et multiplicaſti fornicationẽ tuam in Terra Chanáan cum Chaldæis: & nec ſic ſatiata es. [30] In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus, cùm facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? [31] Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelſum tuum feciſti in omni platéa: nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pretium, [32] ſed quaſi mulier adultera quæ ſuper virum ſuum inducit alienos.

[33] Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum. [34] Factumque eſt in te contra cõſuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te non erit fornicatio: in eo enim quòd dediſti mercedes, & mercedes non accepiſti, factum eſt in te contrarium. [35] Propterea meretrix audi verbum Domini. [36] Hæc dicit Dñs Deus: Quia effuſum eſt æs tuũ, & reuelata eſt ignominia tua in fornicationibus tuis ſuper amatores tuos, & ſuper idòla abominationũ tuarum in ſanguine filiorum tuorum quos dediſti eis: [37] Ecce, ego congregabo omnes amatores tuos quibus commiſta es, & omnes quos dilexiſti cum vniuerſis quos oderas: & congregabo eos ſuper te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuã. [38] Et iudicabo te iudicijs adulterarum & effundentium ſanguinem: & dabo te in ſanguinem furoris & zeli. [39] Et dabo te in manus eorum, & deſtruent lupanar

lupanar tuum: & demolientur proſtibulum tuum: & denudabunt te veſtimentis tuis, & auferent vaſa decoris tui: & derelinquent te nudam plenamque ignominia: [40] Et adducent ſuper te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis ſuis. [41] Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierũ plurimarum: & deſines fornicari, & mercedes vltrà non dabis. [42] Et requieſcet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar amplius. [43] Eo quòd non fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, & prouocaſti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, & non feci iuxta ſcelera tua in omnibus abominationibus tuis. [44] Ecce, omnis qui dicit vulgo prouerbium, in te aſſumet illud dicens, Sicut mater, ita & filia eius. [45] Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum ſuum, & filios ſuos: & ſoror ſororum tuarum es tu, quæ proiecerunt viros ſuos & filios ſuos: mater veſtra Chetæa, & pater veſter Amorrhæus.

[46] Et ſoror tua maior, Samaria, ipſa & filiæ eius quæ habitant ad ſiniſtram tuam: ſoror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ eius. [47] Sed nec in viis earum ambulaſti, neque ſecundum ſcelera earum feciſti pauxillum minus: penè ſceleratiora feciſti illis in omnibus viis tuis. [48] Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma ſoror tua ipſa, & filiæ eius, ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. [49] Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia, & otium ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. [50] Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me: & abſtuli eas ſicut 'vidiſti'. [51] Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: ſed viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es. [52] Ergo & tu porta confuſionem tuam, quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratius agens ab eis: iuſtificatæ ſunt enim à te: ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iuſtificaſti ſorores tuas. [53] Et conuertam reſtituens eas conuerſione Sodomorum cum filiabus ſuis, & conuerſione Samarię & filiarum eius: & conuertam reuerſionem tuam in medio earum, [54] vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus quæ feciſti conſolans eas. [55] Et ſoror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam: & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam': & tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem veſtram. [56] Non fuit autem Sodoma ſoror tua audita in ore tuo, in die ſuperbiæ tuæ, antequam reuelaretur malitia tua: [57] ſicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæſthinarum, quæ ambiunt te per gyrũ. [58] Scelus tuum & ignominiam tuam tu portaſti, ait Dominus Deus. [59] Quia hæc dicit Dominus Deus, Et faciam tibi ſicut deſpexiſti iuramentum, vt irritum facere pactum: [60] & recordabor ego pacti mei tecum in diebus adoleſcentię tuę: & ſuſcitabo tibi pactũ ſempiternum. [61] Et recordaberis viarum tuarum, & cõfundêris: cùm receperis ſorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, ſed non ex pacto tuo. [62] Et ſuſcitabo ego pactum meum tecum: & ſcies quia ego Dominus, [63] vt recorderis & confundaris, & nõ ſit tibi vltrà aperire os præ confuſione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus quæ feciſti, ait Dominus Deus.

CAP. XVII.

[1] ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens, [2] Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam ad domum Iſraël, [3] & dices, Hæc dicit Dñs Deus, Aquila grandis magnarũ alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. [4] Summitatem frondium eius auulſit: & tranſportauit eam in Terram Chanaan, in vrbe negotiatorum poſuit illam. [5] Et tulit de ſemine

terræ, & posuit illud in terra pro semine:
vt firmaret radicem super aquas multas,
in superficie posuit illud. * Cumque 6
germinasset, creuit in vineam latiorem,
humili statura, respicientibus ramis eius
ad eam: & radices eius sub illa erant. fa-
cta est ergo vinea, & fructificauit in pal-
mites, & emisit propagines. * Et facta
est aquila altera grandis, magnis alis, mul-
tisque plumis: & ecce vinea ista quasi
mittens radices suas ad eam, palmites
suos extendit ad illam, vt irrigaret eam
*Quæ Ms q. de areolis germinis sui. * In terra bona 8
super aquas multas plantata est: vt faciat
frondes, & portet fructum, vt sit in vi-
neam grandem. * Dic, Hæc dicit Do- 9
minus Deus, Ergone prosperabitur?
*fructum § MS. Hier. H. &c. nonne radices eius euellet, & 'fructus'
eius distringet, & siccabit omnes pal-
mites germinis eius, & arescet: & non
in brachio grandi, neque in populo mul-
to, vt euelleret eam radicitus? * Ecce, 10
plantata est: ergone prosperabitur? non-
ne cùm tetigerit eam ventus vrens ficca-
bitur, & in areis germinis sui arescet? * Et 11
factum est verbum Domini ad me, di-
cens, * Dic ad domum exasperantem, 12
Nescitis quid ista significent? Dic, Ecce,
venit rex Babylonis in Ierusalem: & as-
sumet regem, & principes eius, & adduc-
cet eos ad semetipsum in Babylonem.
* Et tollet de semine regni, feriet que 13
cum eo fœdus; & ab eo accipiet iusiu-
randum. sed & fortes terræ tollet: * Vt 14
sit regnum humile, & non eleuetur, sed
custodiat pactum eius, vt seruet illud.
* Qui recedens ab eo, misit nuntios 15
ad Ægyptum, vt daret sibi equos, & po-
pulum multum. Nunquid prosperabi-
tur, vel consequetur salutem, qui fecit
hæc? & qui dissoluit pactum, nunquid
effugiet? * Viuo ego, dicit Dominus 16
Deus, quoniam in loco regis qui consti-
tuit eum regem, cuius fecit irritum iura-
mentum, & soluit pactum quod habe-
bat cum eo, in medio Babylonis morie-
tur. * Et non in exercitu grandi, neque 17
in populo multo faciet contra eum Pha-
rao prœlium: in iactu aggeris, & in ex-
tructione vallorum, vt interficiat ani-
mas multas. * Spreuerat enim iura- 18
mentum, vt solueret fœdus, & ecce de-
dit manum suam: & cùm omnia hæc
fecerit, non effugiet. * Propterea hæc 19
dicit Dominus Deus: Viuo ego, quo-
niam iuramentũ quod spreuit, & fœdus
quod præuaricatus est, ponam in caput
eius. * Et expandam super eum rete 20 Sup.12,13. Inf.32,3.
meũ, & comprehẽdetur in sagena mea:
& adducam eum in Babylonem, & iudi-
cabo eum ibi in prœuaricatione qua de-
spexit me. * Et omnes profugi eius cum 21
vniuerso agmine suo, gladio cadent: re-
sidui autem in omnem ventum dispер-
gentur: & scietis quia ego Dominus lo-
cutus sum. * Hæc dicit Dominus Deus, 22
Et sumã ego de medulla cedri sublimis,
& ponam: de vertice ramorum eius te-
nerũ distringam, & plantabo super mon-
tem excelsum & eminentem. * In monte 23
sublimi Israël plantabo illud, & erumpet
in germen, & faciet fructum, & erit in
cedrum magnam: & habitabunt sub ea
omnes volucres & vniuersum volatile,
sub vmbra frondium eius nidificabit.
* Et scient omnia ligna regionis, quia 24
ego Dominus humiliaui lignũ sublime,
& exaltaui lignum humile: & siccaui
lignum viride, & frondere feci lignum
aridum. Ego Dominus locutus sum, &
feci.

CAP. XVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, 1
dicens, * Quid est quod inter vos 2
parabolam vertitis in prouerbium istud
in terra Israël? dicentes, ' Patres come- Ier.31,29.
derunt vuam acerbam, & dentes filio-
rum 'obstupescunt'. * Viuo ego, dicit 3 'obstupuerit MS. Hier. G.
Dominus Deus, si erit vltrà vobis para-
bola hæc in prouerbium in Israël. * Ecce 4
omnes animæ, meæ sunt: vt anima pa-
tris, ita & anima filij, mea est: anima quæ
peccauerit, ipsa morietur. * Et vir, si fue- 5
rit iustus, & fecerit iudicium & iusti-
tiam, * in montibus non comederit, & 6
oculos suos non leuauerit ad idôla do-
mus Israël: & vxorem proximi sui non
violauerit, & ad mulierem menstruatam
non accesserit: * Et hominem nõ con- 7
tristauerit: pignꝰ debitori reddiderit, per
vim

Ia.58,7. Mat.25,35. vim nihil rapuerit, 'panem suum esu-
rienti dederit, & nudum operuerit vesti-
mento: * Ad vsuram non commoda- 8
uerit, & amplius non acceperit: ab ini-
quitate auerterit manum suam, & iudi-
cium verum fecerit inter virum & vi-
*MS.S.R. G.Veriim, Hier. H. &c. non adiunt. rum: * in præceptis meis ambulauerit, & 9
indicia mea custodierit, vt faciat verita-
tem: hic iustus est, vita viuet, ait Domi-
nus Deus. * Quod si genuerit filium la- 10
tronem effundentem sanguinẽ, & fece-
rit vnum de istis: * & hæc quidem om- 11
nia non facientẽ, sed in montibus come-
dentem, & vxorem proximi sui polluen-
tem: * Egenum & pauperẽ contristan- 12
tem, rapientem rapinas, pignus non red-
dentem, & ad idôla leuantẽ oculos suos,
abominationem facientem: * Ad vsu- 13
ram dantẽ, & amplius accipientem: nun-
quid viuet? non viuet. cùm vniuersa hæc
detestanda fecerit, morte morietur, san-
guis eius in ipso erit. * Quòd si genuerit 14
filiũ, qui videns omnia peccata patris sui
quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile
eis: * super montes nõ comederit, & ocu- 15
los suos non leuauerit ad idôla domus
Israël, & vxorem proximi sui non vio-
lauerit: * Et virum non contristauerit, 16
pignus nõ retinuerit, & rapinam non ra-
puerit, panem suum esurienti dederit, &
nudum operuerit vestimento: * A pau- 17
peris iniuria auerterit manum suam; vsu-
ram & superabundantiam nõ acceperit,
*&MS q. R. * iudicia mea fecerit, in præceptis meis
ambulauerit: hic nõ morietur in iniqui-
tate patris sui, sed vita viuet. * Pater eius 18
quia calumniatus est, & vim fecit fratri,
& malum operatus est in medio populi
sui: ecce mortuus est in iniquitate sua.
* Et dicitis, Quare non portabit filius 19
iniquitatem patris? Videlicet, quia filius
iudicium & iustitiam operatus est, om-
nia præcepta mea custodiuit, & fecit
Dm.24,16 4Re.14,6. 2Pa.25,4. illa, viuet vita. * ' Anima quæ peccaue- 20
rit, ipsa morietur: filius non portabit
iniquitatem patris, & pater non portabit
iniquitatem filij: iustitia iusti super eum
erit, & impietas impij erit super eum.
* Si autem impius egerit pœnitentiam 21
ab omnibus peccatis suis quæ operatus
est, & custodierit omnia præcepta mea,
& fecerit iudicium & iustitiam: vita vi-
uet, & non morietur. * Omnium ini- 22
quitatum eius quas operatus est, non re-
cordabor: in iustitia sua quam operatus
est, viuet. * ' Nunquid voluntatis meæ 23 Ps.29,4. Inf.33,11. 2 Pe.3,9.
est mors impij, dicit Dominus Deus, &
non vt conuertatur à viis suis, & viuat?
* Si autem auerterit se iustus à iustitia 24
sua, & fecerit iniquitatem secundum
omnes abominationes quas operari so-
let impius, nunquid viuet? omnes iu-
stitiæ eius quas fecerat, non recordabun-
tur: in prœuaricatione qua prœuaricatus
est, & in peccato suo quod peccauit, in
ipsis morietur. * ' Et dixistis, Non est 25 Inf.33,20.
æqua via Domini. Audite ergo domus
Israël, Nunquid via mea non est æqua,
& non magis viæ vestræ praua sunt?
* Cùm enim auerterit se iustus à iu- 26
stitia sua, & fecerit iniquitatem, morie-
tur in eis: in iniustitia quam operatus
est, morietur. * Et cùm auerterit se 27
impius ab impietate sua quam operatus
est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse
animam suam viuificabit. * Confide- 28
rans enim, & auertens se ab omnibus ini-
quitatibus suis quas operatus est, vita vi-
uet & non morietur. * Et dicunt filij 29
Israël, Non est æqua via Domini. Nun-
quid viæ meæ non sunt æquæ, domus Is-
raël, & non magis viæ vestræ praua?
* Idcirco vnumquemque iuxta vias 30
suas iudicabo domus Israël, ait Dominus
Deus. ' Conuertimini, & agite pœni- Mat.3,2.
tentiam ab omnibus iniquitatibus ve-
stris: & non erit vobis in ruinam iniqui-
tas. * Proiicite à vobis omnes "præua- 31 "iniquitates MS. R.
ricationes' vestras in quibus præuaricati
estis, & facite vobis cor nouum, & spi-
ritum nouum: & quare moriemini do-
mus Israël? * ' Quia nolo mortem mo- 32 Sup.23. Inf.33,11.
rientis, dicit Dominus Deus: reuerti-
mini, & viuite.

CAP. XIX.

ET tu * assume planctum super prin- 1 *fili ho-
cipes Israël, * & dices, Quare mater 2 minis MS. G. q. Verùm à R. Hier. H. C. & G. non adiunt.
tua leæna inter leones cubauit, in medio
leunculorum enutriuit catulos suos?
* Et eduxit vnum de leunculis suis, leo 3

factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere. [4] Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in Terram-Ægypti. [5] Quæ cùm vidisset quoniam infirmata est, & periit expectatio eius: tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum.

[6] Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines deuorare: [7] Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. [8] Et conuenerunt aduersus eum Gentes vndique de prouinciis, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est. [9] Et miserunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miseruntque eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltrà super montes Israël. [10] Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus eius, & frondes eius creuerũt ex aquis multis. [11] Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes: & vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum. [12] Et euulsa est in ira, in terramque proiecta: & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris eius: ignis comêdit eam. [13] Et nunc transplantata est in desertum, in terra inuia & sitienti. [14] Et egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit: & nõ fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

CAP. XX.

[1] ET factũ est in anno septimo, in quinto in decima mensis: venerunt viri de senioribus Israël vt interrogarent Dominum, & sederunt coram me. [2] Et factus est sermo Domini ad me, dicens, [3] Fili hominis loquere senioribus Israël, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid ad interrogandum me vos venistis? viuo ego quia non respondebo vobis, ait Dominus Deus. [4] Si iudicas eos, si iudicas fili hominis: abominationes patrum eorum ostende eis. [5] Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus, in die qua elegi Israël, & leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in Terra-Ægypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens, Ego Dominus Deus vester: [6] in die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de Terra-Ægypti, in terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. [7] Et dixi ad eos, Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiiciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego Dominus Deus vester.

[8] Et irritauerunt me, noluerunt que me audire: vnusquisq. abominationes oculorum suorum non proiecit, nec idôla Ægypti reliquerunt: & dixi vt effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis, in medio Terræ-Ægypti. [9] Et feci propter nomen meum, vt nõ violaretur corã Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerẽ eos de Terra-Ægypti. [10] Eieci ergo eos de Terra-Ægypti, & eduxi eos in desertum. [11] Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quę faciens homo, viuet in eis. Ezech.18. Rom.10. Gal.3. Ezech.20.

[12] Insuper & sabbatha mea dedi eis, vt essent signum inter me & eos: & scirent quia ego Dominus sanctificans eos. Exod.31.

[13] Et irritauerunt me domus Israël in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo viuet in eis: & sabbatha mea violauerunt vehementer: dixi ergo vt effunderẽ furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. [14] Et feci propter nomen meũ, ne violaretur coram Gentibus de quibus eieci eos in cõspectu earum. [15] Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium: [16] Quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbatha mea violauerunt: post idola enim cor eorum gradiebatur. [17] Et pepercit oculus meus super eos, Deut.7.

eos, vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto. [18] Dixi autem ad filios eorum in solitudine, In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini. [19] Ego Dominus Deus vester, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea.

[20] Et sabbatha mea sanctificate, vt sint signum inter me & vos: & sciatur quia ego sum Dominus Deus vester. [21] Et exacerbauerunt me filij, in præceptis meis non ambulauerunt: & iudicia mea non custodierunt, vt facerent ea: quæ cùm fecerit homo, viuet in eis: & sabbatha mea violauerunt: & comminatus sum vt effunderem furorem meum super eos, & implerem iram meam in eis in deserto. [22] Auerti autem manũ meam, & feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, de quib⁹ eieci eos in oculis earum. [23] Iterum leuaui manum meam in eos in solitudine, vt dispergerẽ illos in nationes, & ventilarem in terras: [24] eò quòd iudicia mea non fecissent, & præcepta mea reprobassent, & sabbatha mea violassent, & post idôla patrum suorum fuissent oculi eorum.

[25] Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: [26] Et pollui eos in muneribus suis cùm offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta sua: & scient quia ego Dominus. [27] Quamobrem loquere ad domum Israël fili hominis: & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cùm spreuissent me contemnentes: [28] & induxissem eos in terram super quam leuaui manũ meam vt darem eis: viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi victimas suas: & dederunt ibi irritationem oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ, & libauerunt libationes suas. [29] Et dixi ad eos, Quid est excelsum ad quod vos ingredimini? & vocatum est nomen eius Excelsum, vsque ad hanc diem. [30] Propterea dic ad domum Israël, Hæc dicit Dominus Deus, Certè in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini: [31] Et in oblatione donorum vestrorum, cùm traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idólis vestris vsque hodie: & ego respondebo vobis domus Israël? Viuo ego, dicit Dñs Deus, quia non respondebo vobis. [32] Neque cogitatio mentis vestræ fiet, dicentium, Erimus sicut Gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides.

[33] Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. [34] Et educam vos de populis: & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis, in manu valida & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. [35] Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. [36] Sicut iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto Terræ-Ægypti: sic iudicabo vos, dicit Dominus. [37] Et subiiciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. [38] Et eligam de vobis transgressores & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Israël non ingredientur: & scietis quia ego Dominus. [39] Et vos domus Israël, Hæc dicit Dominus Deus, Singuli post idôla vestra ambulate, & seruite eis. Quòd si & in hoc non audieritis me, & nomen meum sanctum polluetis vltrà in muneribus vestris, & in idolis vestris: [40] in monte sancto meo, in monte excelso Israël, ait Dominus Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israël, omnes, inquam, in terra in qua placebunt mihi, & ibi quæram primitias vestras, & initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris. [41] In odorem suauitatis suscipiam vos, cũ eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris in quas dispersi estis: & sanctificabor in vobis in oculis nationum. [42] Et scietis quia ego Dominus, cùm induxero vos ad terram Israël, in terram pro qua leuaui manum meam, vt darem eam patrib⁹ vestris. [43] Et recordabimini ibi viarũ

Ezech.6. Deus 6 MS.R.H. c.6.

veſtrarum, & omnium ſcelerum veſtrorum, quib. polluti eſtis in eis: & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris quas feciſtis. 44 Et ſcietis quia ego Dominus, cùm benefecero vobis propter nomẽ meum, & non ſecundum vias veſtras malas, neque ſecundum ſcelera veſtra peſſima domus Iſraël, ait Dominus Deus. 45 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, 46 Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Auſtri, & ſtilla ad Aphricũ, & propheta ad ſaltum agri meridiani. 47 Et dices ſaltui meridiano, Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus, Ecce, ego ſuccendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignũ aridum: non extinguetur flamma ſuccenſionis: & comburetur in ea omnis facies ab Auſtro vſque ad Aquilonem. 48 Et videbit vniuerſa caro quia ego Dominus ſuccendi eam, nec extinguetur. 49 Et dixi, Ah, ah, ah, Domine Deus: ipſi dicunt de me, Numquid non per parabolas loquitur iſte?

CAP. XXI.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me, 2 dicens: Fili hominis, pone faciem tuã ad Ieruſalem, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra humum Iſraël: 3 Et dices terræ Iſraël, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & eiiciam gladium meum de vagina ſua, & occidam in te iuſtum & impium. 4 Pro eo autem quòd occidi in te iuſtum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnẽ ab Auſtro vſque ad Aquilonem: 5 Vt ſciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladiũ meum de vagina ſua irreuocabilem. 6 Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemiſce coram eis.

7 Cumque dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Pro auditu: quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus. 8 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, 9 Fili hominis, propheta, & dices, Hæc dicit Dominꝰ Deus, Loquere, Gladius gladius exacutus eſt & limatus. 10 Vt cædat victimas exacutus eſt, vt ſplendeat limatus eſt: qui moues ſceptrũ filij mei, ſuccidiſti omne lignum. 11 Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, vt ſit in manu interficientis. 12 Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſraël qui fugerant: gladio traditi ſunt cum populo meo, idcirco plaude ſuper femur. 13 quia probatus eſt, & hoc cùm ſceptrum ſubuerterit, & non erit, dicit Dominus Deus. 14 Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac tripliceturgladius interfectorum: hic eſt gladius occiſionis magnæ qui obſtupeſcere eos facit, 15 & corde tabeſcere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. 16 Exacuere, vade ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, quocunque faciei tuæ eſt appetitus. 17 Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam: ego Dominus locutus ſum. 18 Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, 19 Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambo: & manu capiet coniecturam, in capite viæ ciuitatis coniiciet. 20 Viam pones, vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudã in Ieruſalem munitiſſimam. 21 Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiſcens ſagittas: interrogauit idola, exta conſuluit. 22 Ad dexteram eius facta eſt diuinatio ſuper Ieruſalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones. 23 Eritque quaſi conſulens fruſtra oraculum in oculis eorum, & ſabbathorum otium imitans: ipſe autem recordabitur 24 iniquitatis ad capiendum. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd recordati eſtis iniquitatis veſtræ, & reuelaſtis præuaricationes veſtras, & apparuerunt peccata veſtra in omnibus cogitationibus veſtris: pro eo, inquam, quòd recordati eſtis, manu capiemini. 25 Tu autem profane impie dux Iſraël cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita: 26 Hæc dicit Dominus Deus, Aufercidarim, tolle coronam: nonne hæc eſt quæ humilem ſubleuauit, & ſublimem humiliauit? 27 Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatẽ ponam eam: & hoc non factum eſt, donec veniret cuius eſt iudicium, & tradam ei. 28 Et tu fili hominis, propheta, & dic, Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum: & dices, Mucro mucro euagina te ad occidendum: lima te vt interficias, & fulgeas. 29 Cùm tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia, vt dareris ſuper colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita. 30 Reuertere ad vaginam tuã, in loco in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, 31 & effundã ſuper te indignationem meam: in igne furoris mei ſufflabo in te, daboque te in manus hominũ inſipientium & fabricantium interitum. 32 Igni eris cibus, ſanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni tradêris: quia ego Dominus locutus ſum.

CAP. XXII.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens, 2 Et tu fili hominis, nonne iudicas, nonne iudicas ciuitatem ſanguinum? & oſtendes ei omnes abominationes ſuas, 3 & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ciuitas effundens ſanguinem in medio ſui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idôla contra ſemetipſam, vt polluereturꝰ 4 In ſanguine tuo qui à te effuſus eſt, deliquiſti: & in idólis tuis quæ feciſti, polluta es: & appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium Gentibus, & irriſionem vniuerſis terris. 5 Quæ iuxta ſunt, & quæ procul à te, triumphabunt de te: ſordida, nobilis, grandis interitu. 6 Ecce principes Iſraël ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te, ad effundendum ſanguinem. 7 Patrem & matrem contumeliis affecerunt in te, aduenam calumniati ſunt in medio tui, pupillum & viduam contriſtauerunt apud te: 8 Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbatha mea polluiſtis. 9 Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem, & ſuper montes comederunt in te, ſcelus operati ſunt in medio tui. 10 Verecundiora patris Lev. 18, 7. diſcooperuerunt in te, immunditiam menſtruatæ humiliauerunt in te. 11 Et Ieré. 5, 8. vnuſquiſque in vxorem proximi ſui operatus eſt abominationẽ, & ſocer nurum ſuam polluit nefariè, frater ſororẽ ſuam filiam patris ſui oppreſſit in te. 12 Munera acceperunt apud te ad effundendum ſanguinem: vſuram, & ſuperabundantiam accepiſti, & auarè proximos tuos calumniabaris: meiq́ue oblita es, ait Dominus Deus. 13 Ecce, complosi manus meas ſuper auaritiam tuam quam feciſti, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt in medio tui. 14 Nunquid ſuſtinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus ſum, & faciam. 15 Et diſpergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiã tuam à te. 16 Et poſſidebo te in cõſpectu Gentium: & ſcies quia ego Dominus. 17 Et factũ eſt verbum Domini ad me, dicens: 18 Fili hominis, verſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriã: omnes iſti ęs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, ſcoria argenti facti ſunt. 19 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd verſi eſtis omnes in ſcoriã, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ieruſalem, 20 congregatione argenti, & æris, & ſtanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: vt ſuccendam in ea ignem ad conflandum. ſic congregabo in furore meo & in ira mea, & requieſcam: & conflabo 21 vos. Et congregabo vos, & ſuccendam vos in igne furoris mei, & conflabimini 22 in medio eius. Vt conflatur argentum in medio fornacis, ſic eritis in medio ei: & ſcietis quia ego Dominus, cùm effuderim

effuderim indignationem meam ſuper
vos. [24] Et factum eſt verbum Domini
ad me, dicens, [25] Fili hominis, dic ei, Tu
es terra immunda, & non compluta in
die furoris. [26] Coniuratio prophetarum
in medio eius: ſicut leo rugiens rapiénſ-
que prædam, animas deuorauerũt, opes
& pretium acceperunt, viduas eius mul-
tiplicauerunt in medio illius. [27] Sacer-
dotes eius contempſerunt legem meam,
& polluerunt ſanctuaria mea: inter ſan-
ctum & profanum non habuerunt di-
ſtantiam: & inter pollutum & mun-
dum non intellexerunt: & à ſabbathis
meis auerterunt oculos ſuos, & coinqui-
Mich.3.11. Sophon.3.3. nabar in medio eorum. [28] Principes eius
in medio illius quaſi lupi rapientes præ-
dam: ad effundendum ſanguinem, & ad
perdendas animas, & auarè ſectanda lu-
cra. [29] Prophetæ autem eius liniebant
eos abſque temperamento, videntes va-
na, & diuinantes [a] eis mendacium, di-
[a] 3. MS. G. [b] 61 MS. Hæc ſunt ſæpe in cauſſam R. H. & C. [c] populi vexæ calumniabantur calumniam 4. MS. G. Q. R.
centes, Hæc dicit Dominus Deus: cùm
Dominus non ſit locutus. [30] Populi ter-
ræ calumniabantur calumniam, & ra-
piebant violenter: egenum & paupe-
rem affligebant, & aduenam opprime-
bant calumnia abſque iudicio. [31] Et quæ-
ſiui de eis virũ qui interponeret ſepem,
& ſtaret oppoſitus contra me pro terra,
ne diſſiparem eam: & non inueni. [32] Et
effudi ſuper eos indignationem meam,
* & MS. Q. R. in igne iræ meæ conſumpſi eos: viam
eorum in caput eorum reddidi, ait Do-
minus Deus.

CAP. XXIII.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, [2]
dicens, [3] Fili hominis, duæ mu-
lieres filiæ matris vnius fuerunt, [4] Et
fornicatæ ſunt in Ægypto, in adoleſcen-
tia ſua fornicatæ ſunt: ibi ſubacta ſunt
hubera earum, & fractæ ſunt mammæ
pubertatis earum. [5] Nomina autem
earum Oolla maior, & Ooliba ſoror eius
[d] MS. R. Hier. H. C. G. Q. [d] minor: & habui eas, & peperérunt fi-
lios & filias. Porrò earum nomina Sa-
maria Oolla, & Ieruſalem Ooliba.
[6] Fornicata eſt igitur ſuper me Oolla,
& inſaniuit in amatores ſuos, in Aſſyrios
propinquantes, [7] Veſtitos hyacintho,
principes & magiſtratus, iuuenes cupi-
dinis vniuerſos, equites, aſcenſores equo-
rum. [8] Et dedit fornicationes ſuas ſuper
eos electos filios Aſſyriorum vniuerſos:
& in omnibus in quos inſaniuit, in im-
munditiis eorum polluta eſt. [9] Inſuper
& fornicationes ſuas quas habuerat in
Ægypto, non reliquit: nam & illi dor-
mierunt cum ea in adoleſcentia eius, &
illi confregerunt hubera pubertatis eius,
& effuderunt fornicationem ſuam ſuper
eam. [10] Propterea tradidi eam in manus
amatorum ſuorum, in manus filiorum
Aſſur, ſuper quorũ inſaniuit libidinem.
[11] [e] Ipſi diſcooperuerunt ignominiam Sup. 16, 38.
eius, filios & filias eius tulerunt, & ipſam
occiderunt gladio: & factæ ſunt famoſæ
mulieres, & iudicia perpetrauerunt in
ea. [12] Quod cùm vidiſſet ſoror eius
Ooliba, pluſquam illa inſaniuit libidine
& fornicationem ſuam ſuper fornicatio-
nem ſororis ſuæ [f] ad filios Aſſyriorum
prædbuit impudenter, ducibus & magi-
ſtratibus ad ſe venientibus indutis veſte
varia, equitibus qui vectabantur equis,
& adoleſcentib' forma cunctis egregia.
[13] Et vide quòd polluta eſſet via vna
[14] ambarum. Et auxit fornicationes ſuas:
cumque vidiſſet viros depictos in pariе-
te, imagines Chaldæorum expreſſas co-
loribus, [15] & accinctos balteis renes, &
tiaras cinctas in capitibus eorũ, formam
ducum omniũ, ſimilitudinem filiorum
Babylonis terræque Chaldæorum in qua
[16] orti ſunt: Inſaniuit ſuper eos concu-
piſcentia oculorum ſuorum, & miſit
nuntios ad eos in Chaldæam. [17] Cumque
veniſſent ad eam filij Babylonis ad cu-
bile mammarum, polluerunt eam ſtu-
pris ſuis, & polluta eſt ab eis, & ſaturata
[18] eſt anima eius ab illis. Denudauit
quoque fornicationes ſuas, & diſcoope-
ruit ignominiam ſuam: & receſſit anima
mea ab ea, ſicut receſſerat anima mea à
[19] ſorore eius. Multiplicauit enim for-
nicationes ſuas, recordans dies adoleſ-
centię ſuę, quibus fornicata eſt in Terra
Ægypti. [20] Et inſaniuit libidine ſuper
cõcubitum eorum, quorum carnes ſunt
vt carnes aſinorũ: & ſicut fluxus [g] equorum
[f] 1. MS. [g] fluxus

fluxus eorum. [21] Et viſitaſti ſcelus ado-
leſcentiæ tuæ, quando ſubacta ſunt in
Ægypto hubera tua, & confractæ ſunt
mammæ pubertatis tuæ. [22] Propterea
Ooliba, hæc dicit Dominus Deus, Ecce,
ego ſuſcitabo omnes amatores tuos con-
tra te, de quibus ſatiata eſt anima tua: &
congregabo eos aduerſum te in circuitu,
[23] Filios Babylonis, & vniuerſos Chal-
dæos, nobiles, tyrannóſque, & principes
omnes filios Aſſyriorum, iuuenes forma
egregia, duces & magiſtratus vniuer-
ſos, principes principum, & nominatos
aſcenſores equorum. [24] Et venient ſu-
per te inſtructi curru & rota, [h] multitu-
[h] 61 MS. H. G. C. Q. do populorum: lorica & clypeo & galea
armabuntur contra te vndique: & dabo
coram eis iudicium, & iudicabunt te
iudiciis ſuis. [25] Et ponam zelum meum
in te, quem exercent tecum in furore:
naſum tuum & aures tuas præcident: &
quæ remanſerint, gladio concident: ipſi
filios tuos & filias tuas capient, & no-
uiſſimum tuum deuorabitur igni. [26] Et
denudabunt te veſtimentis tuis, & tol-
lent vaſa gloriæ tuæ. [27] Et requieſcere
faciam ſcelus tuum de te, & fornicatio-
nem tuam de Terra-Ægypti: nec leua-
bis oculos tuos ad eos, & Ægypti non
recordaberis amplius. [28] Quia hæc di-
cit Dominus Deus, Ecce ego tradam te
in manus eorum quos odiſti, in manus
de quibus ſatiata eſt anima tua. [29] Et
agent tecum in odio: & tollent omnes la-
bores tuos, & dimittent te nudam &
ignominia plenam, & reuelabitur igno-
minia fornicationum tuarũ, ſcelus tuum
& fornicationes tuæ. [30] Fecerunt hæc
tibi quia fornicata es poſt gentes, inter
quas polluta es in idolis earum. [31] In via
ſororis tuæ ambulaſti, & dabo calicem
eius in manu tua. [32] Hæc dicit Domi-
nus Deus, Calicem ſororis tuę bibes pro-
fundum & latum: eris in deriſum & in
ſubſannationem quæ eſt capaciſſima.
[i] calicem 16 MS. Q. [33] [i] Ebrietate & dolore repleberis: 'cali-
ce' mœroris & triſtitiæ, 'calice' ſororis
tuæ Samariæ. [34] Et bibes illum, & epo-
tabis vſque ad fæces, & fragmenta eius
deuorabis. hubera tua lacerabis: quia
ego locutus ſum, ait Dominus Deus.
[35] Propterea hæc dicit Dominus Deus,
Quia oblita es mei, & proieciſti me poſt
corpus tuum, tu quoque porta ſcelus
[36] tuum, & fornicationes tuas. Et ait
Dominus ad me, [k] dicens, Fili hominis, [k] 4 MS. H. G. C.
nunquid iudicas Oollam & Oolibam, &
[37] annuntias eis ſcelera earum? Quia ad-
ulteratæ ſunt, & ſanguis in manibus ea-
rum, & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt:
inſuper & filios ſuos, quos genuerunt
mihi, obtulerunt eis ad deuorandum.
[38] Sed & hoc fecerunt mihi, Polluerunt
ſanctuarium meum in die illa, & ſabba-
[39] tha mea profanauerunt. Cumque
inmolarent filios ſuos idolis ſuis, & in-
grederentur ſanctuarium meum in die
illa vt polluerent illud: etiam hæc fece-
[40] runt in medio domus meæ. Miſerunt
ad viros venientes de longè, ad quos
nuntium miſerant; itaque ecce venerũt:
quibus te lauiſti, & circumliniſti ſtibio
oculos tuos, & ornata es mundo mulie-
[41] bri. Sediſti in lecto pulcherrimo, &
menſa ornata eſt ante te: thymiama
meum, & vnguentum meum poſuiſti
[42] ſuper eam. Et vox multitudinis exul-
tantis erat in ea: & in viris qui de multi-
tudine hominum adducebantur, & ve-
niebant de deſerto, poſuerunt armillas
in manibus eorum, & coronas ſpecioſas
[43] in capitibus eorum. Et dixi ei quæ
attrita eſt in adulteriis, Nunc fornicabi-
[44] tur in fornicatione ſua etiam hæc. Et
ingreſſi ſunt ad eam quaſi ad mulierem
meretricem: ſic ingrediebantur ad Ool-
lam & Oolibam mulieres nefarias.
[45] Viri ergo iuſti ſunt: [l] hi iudicabunt Sup. 16, 38.
eas iudicio adulterarum, & iudicio ef-
fundentium ſanguinem: quia adulteræ
ſunt, & ſanguis in manibus earum. * & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt, MS. verùm R. Hier. H. G. & C. eſt verſus 37. hoc verſu non legunt,
[46] Hæc enim dicit Dominus Deus, Ad-
duc ad eas multitudinem, & trade eas in
[47] tumultum & in rapinam: Et lapiden
tur lapidibus populorum, & confodian-
tur gladiis eorũ: filios & filias earum in-
terficient, & domos earum igne ſuccen-
[48] dent. Et auferam ſcelus de terra, & diſ-
cent omnes mulieres ne faciant ſecun-
[49] dum ſcelus earũ. Et dabunt ſcelus ve-

ſtrum ſuper vos,& peccata idolorum veſtrorum portabitis : & ſcietis quia ego Dominus Deus.

CAP. XXIIII.

ET factum eſt verbũ Domini ad me in anno nono, in menſe decimo, decima die menſis, dicens, *Fili hominis, ſcribe tibi nomen diei huius, in qua cõfirmatus eſt rex Babylonis aduerſum Ieruſalem hodie. *Et dices per prouerbium ad domum irritatricem parabolam,& loquèris ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Pone ollam: pone inquam, & mitte in eam aquam. *Congere fruſta eius in eam, omnem partem bonam, femur & armum, electa & oſſibus plena. *Pinguiſſimum pecus aſſume, cõpone quoque ſtrues oſſium ſub ea: efferbuit coctio eius, & diſcocta ſunt oſſa illius in medio eius. *Propterea hæc dicit Dominus Deus, Væ ciuitati ſanguinum, ollæ cuius rubigo in ea eſt,& rubigo eius non exiuit de ea: per partes & per partes ſuas eiice eam, non cecidit ſuper eam ſors. *Sanguis enim eius in medio eius eſt, ſuper limpidiſſimã petrã effudit illum: non effudit illum ſuper terram, vt poſſit operiri puluere. *Vt ſuperinducerem indignationem meam, & vindicta vlciſcerer: dedi ſanguinẽ eius ſuper petram limpidiſſimã, ne operiretur. *Propterea hæc dicit Dominus Deus, Væ ciuitati ſanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. *Congere oſſa quæ igne ſuccendam: conſumentur carnes, & coquetur vniuerſa compoſitio, & oſſa tabeſcent. *Pone quoque eam ſuper prunas vacuam, vt incaleſcat & liquefiat æs eius: & cõfletur in medio eius inquinamentum eius, & conſumatur rubigo eius: *Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neq. per ignem. *Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis: ſed nec mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam in te. *Ego Dominus locutus ſum, Veniet, & faciam, non tranſeã, nec parcam, nec placabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te, dicit Dñs.

*Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, *Fili hominis, ecce ego tollo à te deſiderabile oculorũ tuorum in plaga: & non planges, neque plorabis, neq. fluent lachrymæ tuæ. *Ingemiſce tacẽs, mortuorum luctum non facies: corona tua circumligata ſit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. *Locutus ſum ergo ad populum manè, & mortua eſt vxor mea veſpere: feciq́ue manè ſicut præceperat mihi. *Et dixit ad me populus, Quare non indicas nobis quid iſta ſignificent quæ tu facis? *Et dixi ad eos, Sermo Domini factus eſt ad me, dicens, *Loquere domui Iſraël: Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego polluam ſanctuarium meum, ſuperbiam imperij veſtri, & deſiderabile oculorum veſtrorum, & ſuper quo pauet anima veſtra: & filij veſtri & filiæ veſtræ quas reliquiſtis, gladio cadent. *Et facietis ſicut feci, Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis. *Coronas habebitis in capitibus veſtris, & calceamenta in pedibus: non plangetis neque flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, & vnuſquiſque gemet ad fratrem ſuum. *Eritq́ue Ezechiel vobis in portentum: iuxta omnia quæ fecit, facietis cùm venerit iſtud: & ſcietis quia ego Dominus Deus. *Et tu fili hominis, ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & deſiderium oculorum eorum ſuper quo requieſcunt animæ eorum, filios & filias eorum: *In die illa cùm venerit fugiens ad te, vt annunciet tibi: *In die inquam illa aperietur os tuum cum eo qui fugit, & loquèris, & non filebis vltrà: eriſque eis in portentum, & ſcietis quia ego Dominus.

CAP. XXV.

ET factus eſt ſermo Dñi ad me, dicẽs, *Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon: & propheta de eis. *Et dices filiis Ammon, Audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dixiſti, Euge, euge, ſuper ſanctuariũ meũ, quia polluta eſt: & ſuper terram Iſraël, quoniam deſolata eſt: & ſuper domum Iuda, quoniam ducti ſunt in captiuitatem: *Idcirco ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas ſuas in te, & ponent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas: & ipſi bibent lac tuum. *Daboq́ue Rabbath in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorum: & ſcietis quia ego Dominus. *Quia hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd plauſiſti manu, & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto affectu ſuper terram Iſraël: *idcirco ecce ego extendam manum meam ſuper te, & tradam te in direptionem Gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & conteram: & *ſcietis quia ego Dñs. *Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir, Ecce, ſicut omnes Gentes, domus Iuda: *idcirco ecce ego aperiam humerũ Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius, & de finibus eius inclytas terræ Beth-ieſimoth, & Beelmeon, & Cariathaim, *Filiis Orientis cum filiis Ammõ, & dabo eam in hæreditatem: vt non ſit vltrà memoria filiorum Ammõ in Gentibus. *Et in Moab faciam iudicia: & ſcient quia ego Dominus. *Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecit Idumæa vltionẽ, vt ſe vindicaret de filiis Iuda, peccauitq́ue delinquens, & vindictam expetiuit de eis: *Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Extendam manũ meã ſuper Idumæam, & auferam de ea hominẽ & iumentum, & faciam eam deſertam ab Auſtro: & qui ſunt in Dedan, gladio cadent. *Et dabo vltionem meam ſuper Idumæam per manum populi mei Iſraël: & facient in Edom iuxta iram meam & furorem meum: & ſcient vindictam meam, dicit Dominus Deus. *Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecerunt Palæſthini vindictam, & vlti ſe ſunt toto animo, interficientes & implentes inimicitias veteres: *propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego extendam manũ meam ſuper Palæſthinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis: *faciamq́ue in eis vltiones magnas arguens in furore: & ſcient quia ego Dominus, cùm dedero vindictam meam ſuper eos.

CAP. XXVI.

ET factum eſt in vndecimo anno, prima menſis, factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, *Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus de Ieruſalẽ: Euge, confractæ ſunt portæ populorum, conuerſa eſt ad me: implebor, deſerta eſt. *Propterea hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego ſuper te Tyre, & aſcendere faciam ad te gentes multas, ſicut aſcendit mare fluctuans. *Et diſſipabunt muros Tyri, & deſtruent turres eius: & radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidiſſimam petram. *Siccatio ſagenarum erit in medio maris, quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem Gentibus. *Filiæ quoque eius quæ ſunt in agro, gladio interficientur: & ſcient quia ego Dominus. *Quia hęc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem Babylonis ab Aquilone regẽ regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoq́ue magno. *Filias tuas quæ ſunt in agro gladio interficiet: & circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum. *Et vineas & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas deſtruet in armatura ſua. *Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum: à ſonitu equitum & rotarũ & curruum mouebuntur muri tui, cùm egreſſus fuerit portas tuas quaſi per introitum vrbis diſſipatæ. *Vngulis equorum ſuorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, & ſtatuæ tuæ nobiles in terram corruent. *Vaſtabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: & deſtruent muros tuos, & domos tuas præclaras ſubuertẽt: & lapides tuos, & ligna tua & puluerem tuum in medio aquarum ponent. *Et quieſcere faciam multitudinem canticorum tuorum, & ſonitus cithararum tuarum non audietur ampliꝰ. *Et dabo te in limpidiſſimam

Nahū. 3. 1. Hab. 2. 12.

Venit 4. MS. Hier. R. C. Venam conſeruate c.

Ecce 2 MS. R. H. G. C.

Fies 6 MS. Hier. H. G. C.

Filios 8 MS. Q. P.

Ierem. 7. 34.

simam petram, siccatio sagenarum eris,
*Dominus M.S. n.c. nec ædificaberis vltrà: quia ego locutus
sum, ait Dominus Deus. ‡Hæc dicit 15
Dominus Deus Tyro, Nunquid nõ à so-
nitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum
tuorum cùm occisi fuerint, in medio tui
commouebuntur insulæ? ‡Et descen- 16
dẽt de sedibus suis omnes principes ma-
ris: & auferẽt exuuias suas, & vestimenta
sua varia abiicient, & induentur stupore,
in terra sedebũt, & attoniti super repen-
tino casu tuo admirabuntur? ‡Et assu- 17
mentes super te lamentum, dicent tibi,
Quomodo periisti quæ habitas in mari,
vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari
cum habitatoribus tuis, quos formida-
bant vniuersi? ‡Nunc stupebunt 18
naues in die pauoris tui: & turbabun-
tur insulæ in mari, eo quòd nullus egre-
diatur ex te. ‡Quia hæc dicit Domi- 19
nus Deus, Cùm dedero te vrbem de-
solatam sicut ciuitates quæ non habi-
tantur: & adduxero super te abyssum,
& operuerint te aquæ multæ: ‡Et de- 20
traxero te cum his qui descendunt in la-
cum ad populum sempiternum, & col-
locauero te in terra nouissima sicut soli-
tudines veteres cum his qui deducun-
tur in lacum, vt non habitẽris, porrò
cùm dedero gloriam in terra viuen-
tium: ‡In nihilum redigam te, & non 21
eris, & requisita non inuenièris vltrà in
sempiternum, dicit Dominus Deus.

CAP. XXVII.

ET factum est verbũ Domini ad me, 1
dicens, ‡Tu ergo fili hominis, assu- 2
me super Tyrum lamentum: ‡& dices 3
Tyro, quæ habitat in introitu maris, ne-
gotiationi populorum ad insulas mul-
tas, Hæc dicit Dominus Deus, O Tyre,
tu dixisti, Perfecti decòris ego sum, ‡& 4
in corde maris sita. Finitimi tui qui te
ædificauerunt, impleuerunt decorem
tuum: ‡abietibus de Sanir extruxerunt 5
te cum omnib⁹ tabulatis maris: cedrum
de Libano tulerunt, vt facerent tibi ma-
lum. ‡Quercus de Basan dolauerunt 6
in remos tuos: & transtra tua fecerunt
tibi ex ebore Indico, & prætoriola de in-
sulis Italiæ. ‡Byssus varia de Ægypto 7
texta est tibi in velum, vt poneretur in
malo: hyacinthus & purpura de insulis
Elisa, facta sunt operimentum tuum.
‡Habitatores Sidõnis & Aradij fue- 8
runt remiges tui: sapientes tui, Tyre, fa-
cti sunt gubernatores tui. ‡Senes Giblij 9
& prudentes eius habuerunt nautas ad
ministerium variæ supellectilis tuæ: om-
nes naues maris & nautæ earum fuerunt
in populo negotiationis tuæ. ‡Persæ, & 10
Lydij, & Libyes erant in exercitu tuo
viri bellatores tui: clypeum & galeam
suspenderunt in te pro ornatu tuo. ‡Filij 11
Aradij cum exercitu tuo erãt super mu-
ros tuos in circuitu: sed & Pigmæi qui
erant in turribus tuis, pharetras suas sus-
penderunt in muris tuis per gyrum:
ipsi cõpleuerunt pulchritudinem tuam.
‡Carthaginenses negotiatores tui, à 12
multitudine cunctarum diuitiarum: ar-
gento, ferro, stãno, plumboque repleue-
runt nundinas tuas. ‡Græcia, Thubal, 13
& Mosoch, ipsi institores tui: mancipia,
& vasa ærea adduxerunt populo tuo.
‡De domo Thogormæ, equos, & 14
equites, & mulos adduxerunt ad forum
tuum. ‡Filij Dedan negotiatores tui: 15
insulæ multæ negociatio manus tuæ:
dentes eburneos & hebeninos commu-
tauerunt in pretio tuo. ‡Syrus nego- 16
tiator tuus propter multitudinẽ operum
tuorum, gemmam & purpuram, & scu-
tulata, & byssum, & sericũ, & chodchod
proposuerunt in mercatu tuo. ‡Iuda 17
& terra Israẽl ipsi institores tui in fru-
mento primo: balsamum, & mel, &
oleum, & resinam proposuerunt in nun-
dinis tuis. ‡Damascenus negotiator 18
tuus in multitudine operum tuorum,
in multitudine diuersarum opum, in vi-
no pingui, in lanis coloris optimi. ‡Dan, 19
& Græcia, & Mosel in nundinis tuis
proposuerunt ferrum fabrefactum: sta-
cte, & calamus in negotiatione tua.
‡Dedan institores tui in tapetibus ad 20
sedendum. ‡Arabia & vniuersi prin- 21
cipes Cedar, ipsi negotiatores man⁹ tuæ:
cum agnis, & arietibus, & hœdis vene-
runt ad te negotiatores tui. ‡Vendito- 22
res Saba, & Reema ipsi negotiatores
tui:

tui: cum vniuersis primis aromatibus, &
lapide pretioso & auro, quod proposue-
runt in mercatu tuo. ‡Harã, & Chene, 23
& Eden, negotiatores tui Saba: Assur, &
Chelmad venditores tui. ‡ipsi negotia- 24
tores tui multiphariam, inuolucris hya-
cinthi, & polymitorum, gazarumque
pretiosarum, quæ obuolutæ & astrictæ
erant funibus: cedros quoque habebant
in negotiationibus tuis. ‡Naues ma- 25
ris, principes tui in negotiatione tua: &
repleta es, & glorificata nimis in corde
maris. ‡In aquis multis adduxerunt 26
te remiges tui: ventus auster contriuit
te in corde maris. ‡Diuitiæ tuæ, & the- 27
sauri tui, & multiplex instrumentum
tuum, nautæ tui & gubernatores tui
qui tenebant supellectilem tuam, & po-
pulo tuo præerant: viri quoque bellato-
res tui qui erant in te, cum vniuersa
multitudine tua quæ est in medio tui:
cadent in corde maris in die ruinæ tuæ.
‡A sonitu clamoris gubernatorum 28
tuorum conturbabuntur classes, ‡Et 29
descendent de nauibus suis omnes qui
tenebant remum: nautæ & vniuersi gu-
bernatores maris in terra stabunt: ‡Et 30
eiulabunt super te voce magna, & cla-
mabunt amarè: & superiacient puluе-
rem capitibus suis, & cinere conspер-
gentur. ‡Et radent super te caluitium, 31
& accingentur ciliciis: & plorabũt te in
amaritudine animæ ploratu amarissi-
mo. ‡Et assument super te carmen 32
lugubre, & plangent te, Quæ est vt
Tyrus, quæ obmutuit in medio maris?
‡Quæ in exitu negotiationũ tuarum 33
de mari, implesti populos multos: in
multitudine diuitiarum tuarum, & po-
pulorum tuorum ditasti reges terræ:
‡Nunc contrita es à mari, in profun- 34
dis aquarum opes tuæ, & omnis multi-
tudo tua quæ erat in medio tui, cecide-
runt. ‡Vniuersi habitatores insula- 35
rum obstupuerunt super te: & reges ea-
rum omnes tempestate percussi muta-
uerunt vultus. ‡Negotiatores popu- 36
lorũ sibilauerũt super te: ad nihilum de-
ducta es, & non eris vsque in perpe-
tuum.

CAP. XXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, 1
dicens, ‡Fili hominis dic principi 2
Tyri, Hæc dicit Domin⁹ Deus, Eo quòd
eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus
ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde
maris: cùm sis homo, & non Deus, &
dedisti cor tuum quasi cor Dei. ‡Ecce 3
sapientior es tu Daniele: omne secretum
non est absconditum à te. ‡In sapien- 4
tia* & prudentia tua fecisti tibi fortitu- *tua 2 MS.H.6, c.
dinem: & acquisisti aurum & argentum
in thesauris tuis. ‡In multitudine sapi- 5
entiæ tuæ, & in negotiatione tua multi-
plicasti tibi fortitudinem: & eleuatum
est cor tuum in robore tuo. ‡Propter- 6
ea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd
eleuatum est cor tuum quasi cor Dei:
‡idcirco ecce ego adducã super te alie- 7
nos robustissimos Gentium: & nudabũt
gladios suos super pulchritudinem sapi-
entiæ tuæ, & polluent decorem tuum.
‡Interficient & detrahent te: & mo- 8
rieris in interitu occisorum in corde ma-
ris. ‡Nunquid dicens loquêris, Deus 9
ego sum, coram interficientibus te: cùm
sis homo, & non Deus, in manu occiden-
tium te? ‡Morte incircumcisorum mo- 10
rieris in manu alienorum: quia ego locu-
tus sum, ait Dominus Deus. ‡Et factus 11
est sermo Domini ad me, dicens, ‡Fili 12
hominis, leua planctum super regẽ Tyri:
& dices ei, Hęc dicit Dominus Deus, Tu
signaculũ similitudinis plenus sapientia,
& perfectus decore. ‡In deliciis paradisi 13
Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operi-
mentum tuũ: sardius, topazius, & iaspis,
chrysolithus, & onyx, & berillus, sapphi-
rus, & carbũculus, & smaragdus: aurum
opus decôris tui: & foramina tua, in die
qua conditus es præparata sunt. ‡Tu 14
cherub extentus & protegens, & posui
te in monte sancto Dei, in medio lapi-
dum ignitorum ambulasti. ‡Perfectus 15
in viis tuis à die conditionis tuæ: donec
inuenta est iniquitas in te. ‡In multi- 16
tudine negotiationis tuæ repleta sunt in-
teriora tua iniquitate, & peccasti: & eieci
te de monte Dei, & perdidi te ô cherub
protegens, de medio lapidũ ignitorum.

Et

* Et eleuatum est cor tuum in decôre tuo: perdidisti sapientiam tuam in decô- 17
re tuo, in terram proieci te: ante faciem
regum dedi te, vt cernerent te. *In mul- 18
titudine iniquitatum tuarum, & iniqui-
tate negotiationis tuæ polluisti sanctifi-
cationem tuam: producam ergo ignem
de medio tui qui comedat te, & dabo te
in cinerem super terrã in conspectu om-
nium videntium te. *Omnes qui 'vide- 19
rint' te in Gentibus, obstupescent super
te: nihili factus es, & non eris in perpe-
tuum. *Et factus est sermo Domini ad 20
me, dicens, *Fili hominis, pone faciem 21
tuam contra Sidonem: & prophetabis
de ea, *& dices, Hæc dicit Dominus 22
Deus, Ecce ego ad te Sidon, & glorifica-
bor in medio tui: & scient quia ego Dñs
cùm fecero in ea iudicia, & sanctificatus
fuero in ea. *Et immittam ei pestilen- 23
tiam & sanguinem in platêis eius: & cor-
ruent interfecti in medio eius gladio per
circuitum: & scient quia ego Dominus.
*Et non erit vltrà domui Israël offen- 24
diculum amaritudinis, & spina dolorem
inferens vndique per circuitum eorum
qui aduersantur eis: & scient quia ego
Dominus Deus. *Hæc dicit Dominus 25
Deus, Quando congregauero domum
Israël de populis in quibus dispersi sunt,
sanctificabor in eis coram Gentibus: &
habitabunt in terra sua quam dedi seruo
meo Iacob. *Et habitabunt in ea securi: 26
& ædificabunt domos, & plantabunt vi-
neas, & habitabunt confidenter, cùm fe-
cero iudicia in omnibus qui aduersantur
eis per circuitum: & scient quia ego Do-
minus Deus eorum.

'nouerint R.H. G.c.

CAP. XXIX.

*in MS. H.C.G. 'duodecimo MS. Gq. "vna 10 MS. Hier. G. "duodecima R.H C.Q.n. -7 MS.H C.G.

IN anno decimo, "decimo' mense, 'vn- 1
decima' die' mensis, factũ est verbum
Domini ad me, dicens, *Fili hominis, 2
pone faciem tuam cõtra Pharaonem re-
gem Ægypti: & prophetabis de eo, & de
Ægypto vniuersa. *Loquere, & dices, 3
Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad
te Pharao rex Ægypti draco magne, qui
cubas in medio fluminũ tuorum: & di-
cis, Meus est fluuius, & ego feci memet-
ipsum. *Et ponam frenum in maxillis 4
tuis: & agglutinabo pisces fluminũ tuo-
rum squamis tuis: & extraham te de me-
dio fluminum tuorum, & vniuersi pisces
tui squamis tuis adhærebunt. *Et proi- 5
ciam te in desertum, & omnes pisces flu-
minis tui: super faciem terræ cades, non
colligêris, neque congregaberis: bestiis
terræ, & volatilibus cæli dedi te ad deuo-
randum. *Et scient omnes habitatores 6
Ægypti quia ego Dominus: pro eo quòd
fuisti baculus arundineus domui Israël.
*Quando apprehenderunt te manu, & 7
cõfractus es, & laceraſti omnem hume-
rum eorum: & innitentibus eis super te,
comminut' es, & dissoluisti omnes renes
eorum. *Propterea hæc dicit Dominus 8
Deus, Ecce ego adducam super te gla-
dium: & interficiam de te hominem &
iumentũ. *Et erit Terra-Ægypti in de- 9
sertum & in solitudinẽ: & scient quia ego
Dñs: pro eo quòd 'dixeris', Fluuius meus
est, & ego feci eum. *Idcirco ecce ego ad 10
te, & ad flumina tua: daboque Terram-
Ægypti in solitudines, gladio dissipatã,
à turre Syenes, vsq. ad terminos Æthio-
piæ. *Non pertransibit eam pes homi- 11
nis, neque pes iumenti gradietur in ea: &
nõ habitabitur quadraginta annis. *Da- 12
boque Terram-Ægypti desertã in me-
dio terrarum desertarum, & ciuitates ei'
in medio vrbium subuersarum, & erunt
desolatę quadraginta annis: & dispergam
Ægyptios in nationes, & ventilabo eos
in terras. *Quia hæc dicit Dñs Deus, 13
Post finem quadraginta annorum con-
gregabo Ægyptum de populis in quibus
dispersi fuerant. *Et reducam captiui- 14
tatem Ægypti, & collocabo eos in terra
Phathures, in terra natiuitatis suę: & erũt
ibi in regnum humile: *inter cætera re- 15
gna erit humilima, & nõ eleuabitur vltrà
super nationes, & imminuam eos ne im-
perent Gentibus. *Neque erunt vltrà 16
domui Israël in cõfidentia, docentes ini-
quitatem, vt fugiant & sequantur eos: &
scient quia ego Dñs Deus. *Et factum 17
est in vicesimo & septimo anno, in pri-
mo, in vna mensis: factum est verbũ Do-
mini ad me, dicens, *Fili hominis, Na- 18
buchodonosor rex Babylonis seruire
fecit

'dixerit a MS.R. Hier.H.c. Pro Tous facient G.

fecit exercitum suum seruitute magna
aduersus Tyrum: omne caput decalua-
tum, & omnis humerus depilatus est: &
merces non est reddita ei, neq. exercitui
eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit
mihi aduersus eam. *Propterea hæc di- 19
cit Dominus Deus: Ecce ego dabo Na-
buchodonosor regem Babylonis in Ter-
ra-Ægypti: & accipiet multitudinem
eius, & deprædabitur manubias eius, &
diripiet spolia eius: & erit merces exer-
citui illius. *Et operi quo seruiuit aduer- 20
sus eam, dedi ei Terram-Ægypti: pro eo
quòd laborauerunt mihi, ait Dominus
Deus. *In die illo pullulabit cornu 21
domui Israël, & tibi dabo apertum os
in medio eorum: & scient quia ego Do-
minus.

CAP. XXX.

ET factum est verbum Domini ad 1
me, dicens, *Fili hominis, propheta 2
& dic, Hęc dicit Dominus Deus, Vlulate,
væ væ diei: *quia iuxtà est dies, & appro- 3
pinquat dies Domini: dies nubis, tem-
pus Gentium erit. *Et veniet gladius in 4
Ægyptum: & erit pauor in Æthiopia,
cùm ceciderint vulnerati in Ægypto, &
ablata fuerit multitudo illius, & destru-
cta fundamenta eius. *Æthiopia, & Li- 5
bya, & Lydi, & omne reliquum vulgus,
& Chub, & filij terræ fœderis, cũ eis gla-
dio cadent. *Hæc dicit Dominus Deus, 6
Et corruent fulcientes Ægyptum, &
destruetur superbia imperij eius: à turre
Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus
Deus exercituum. *& dissipabuntur 7
in medio terrarũ desolatarum, & vrbes
eius in medio ciuitatum 'desertarum'
erunt. *Et scient quia ego Dominus, 8
cùm dedero ignem in Ægypto, & attriti
fuerint omnes auxiliatores eius. *In die 9
illa egredientur nũtij à facie mea in trie-
ribus ad conterendam Æthiopiæ confi-
dentiam, & erit pauor in eis in die Ægy-
pti: quia absque dubio veniet. *Hæc di- 10
cit Dñs Deus, & cessare faciam multitu-
dinem Ægypti in manu Nabuchodo-
nosor regis Babylonis. *Ipse & populus 11
eius cum eo fortissimi Gentiũ adducen-
tur ad disperdendam terram: & euagina-
bunt gladios suos super Ægyptum: &
implebunt terram interfectis. *Et fa- 12
ciam alueos fluminum aridos, & tradam
terram in manus pessimorũ: & dissipabo
terram & plenitudinem eius in manus
alienorum, ego Dñs locutus sum. *Hęc Zach.13,2.
dicit Dominus Deus, Et disperdam si-
mulachra, & cessare faciã idola de Mem-
phis: & dux de Terra-Ægypti non erit
amplius: & dabo terrorẽ in Terra-Ægy-
pti. *Et disperdam terram Phatures, & 14
dabo ignem in Taphnis, & faciam iudi-
cia in Alexandria. *Et effundam indi- 15
gnationem meam, super Pelusiũ robur
Ægypti, & interficiam multitudinem
Alexandriæ. *& dabo ignem in Ægy- 16
pto: quasi parturiens dolebit Pelusium,
& Alexandria erit dissipata, & in Mem-
phis angustiæ quotidianæ. *Iuuenes 17
Heliopoleos, & Pubasti gladio cadent, &
ipsæ captiuæ ducentur. *Et in Taphnis 18
nigrescet dies, cùm cõtriuero ibi sceptra
Ægypti, & defecerit in ea superbia po-
tentiæ eius: ipsam nubes operiet, filiæ
autem eius in captiuitatem ducentur.
* Et iudicia faciam in Ægypto: & 19
scient quia ego Dominus. *Et factum 20
est in vndecimo anno, in primo mense,
in septima mensis, factum est verbum
Domini ad me, dicens, *Fili hominis, 21
brachium Pharaonis regis Ægypti con-
fregi: & ecce non est obuolutum, vt re-
stitueretur ei sanitas, vt ligaretur painns,
& fasciretur linteolis, & recepto robore
possit tenere gladium. *Propterea hęc 22
dicit Dominus Deus, Ecce ego ad Pha-
raonẽ regem Ægypti, & comminuam
brachium eius forte, sed confractum: &
deiiciam gladium de manu eius: *& di- 23
spergam Ægyptum in Gentibus, & ven-
tilabo eos in terris. * Et confortabo 24
brachia regis Babylonis, daboq. gladium
meum in manu eius: & confringã bra-
chia Pharaonis, & gement gemitibus in-
terfecti coram facie eius. *Et confor- 25
tabo brachia regis Babylonis, & brachia
Pharaonis concident: & scient quia ego
Dominus, cùm dedero gladium meum
in manum regis Babylonis, & exten-
derit eum super Terram-Ægypti.

'desolatarum 6 MS.

Et

*Et dispergam Ægyptum in nationes, 26
& ventilabo eos in terras, & scent quia
ego Dominus.

CAP. XXXI.

ET factum est in anno vndecimo, ter- 1
tio mense, vna mensis, factũ est ver-
bum Domini ad me, dicens, *Fili ho- 2
minis, dic Pharaoni regi Ægypti, & po-
pulo eius, Cui similis factus es in magni-
tudine tua? *Ecce Assur quasi cedrus 3
in Libano pulcher ramis, & frondibus
nemorosus, excelsusque altitudine, &
inter condensas frondes eleuatum est
cacumẽ eius. *Aquæ nutrierunt illum, 4
abyssus exaltauit illum: flumina eius
manabant in circuitu radicum eius, &
riuos suos emisit ad vniuersa ligna re-
gionis. *Propterea eleuata est altitudo 5
eius super omnia ligna regionis: & mul-
tiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt
rami eius præ aquis multis. *Cumque 6
extendisset vmbram suam, in ramis
eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli,
& sub frondibus eius genuerunt omnes
bestiæ saltuum, & sub vmbraculo illius
habitabat cœtus gentium plurimarum.
*Eratque pulcherrimus in magnitu- 7
dine sua, & in dilatatione arbustorũ suo-
rum: erat enim radix illius iuxta aquas
multas. *Cedri non fuerunt altiores 8
illo in paradiso Dei, abietes non adæqua-
uerunt summitatem eius, & platani non
fuerunt æquæ frondibus illius: omne
lignum paradisi Dei non est assimila-
tum illi, & pulchritudini eius. *Quo- 9
niam speciosum feci eum, & multis con-
densisque frondibus: & æmulata sunt
eum omnia ligna voluptatis, quæ erant
in paradiso Dei. *Propterea hæc dicit 10
Dominus Deus, Pro eo quòd sublima-
tus est in altitudine, & dedit summita-
tem suam virentem atque condensam,
& eleuatum est cor eius in altitudine sua:
*Tradidi eum in manus fortissimi 11
gentium, faciens faciet ei: iuxta impie-
tatẽ eius eieci eum. *Et succident eum 12
alieni & crudelissimi nationum, & pro-
iicient eum super montes, & in cunctis
cõuallibus corruent rami eius, & cõfrin-
gentur arbusta eius in vniuersis rupibus
terræ: & recedent de vmbraculo eius
omnes populi terræ, & relinquent eum.
*In ruina eius habitauerunt omnia 13
volatilia cæli, & in ramis eius fuerunt
*vniuersæ bestiæ regionis. *Quam ob 14
rem non eleuabuntur in altitudine sua
omnia ligna aquarum, nec ponent sub-
limitatẽ suam inter nemorosa atque fron-
dosa, nec stabunt in sublimitate sua om-
nia quæ irrigantur aquis: quia omnes
traditi sunt in mortem ad terram vlti-
mam in medio filiorũ hominum ad eos
qui descendunt in lacum. *Hæc dicit 15
Dominus Deus, In die quando descendit
ad inferos, induxi luctum, operui eum
abyssо: & prohibui flumina eiº, & coër-
cui aquas multas: contristatus est super
eum Libanus, & omnia ligna agri con-
cussa sunt. *A sonitu ruinæ eius com- 16
moui Gentes, cùm deducerem eum ad
infernũ cum his qui descendebãt in la-
cum: & cõsolata sunt in terra infima om-
nia ligna voluptatis egregia atque præ-
clara in Libano, vniuersa quę irrigaban- irrigatur 5. M.
tur aquis. *Nam & ipsi cum eo descen- 17 R.
dent ad infernum ad interfectos gladio:
& brachium vniuscuiusque sedebit sub
vmbraculo eius in medio nationum.
*Cui assimilatus es ô inclyte atque 18
sublimis inter ligna voluptatis? Ecce, de-
ductus es cũ lignis voluptatis ad terram
vltimam: in medio incircuncisorũ dor-
mies, cum eis qui interfecti sunt gladio
ipse est Pharao, & omnis multitudo eius:
dicit Dominus Deus.

CAP. XXXII.

ET factum est, duodecimo anno, in 1
mense duodecimo, in vna mensis,
factum est verbum Domini ad me, di-
cens, *Fili hominis, assume lamentum 2
super Pharaonem regem Ægypti, & di-
ces ad eum, Leoni Gentium assimilatus
es, & draconi qui est in mari: & ventila-
bas cornu in fluminibus tuis, & contur-
babas aquas pedibus tuis, & cõculcabas
flumina earũ. *Propterea hæc dicit Dñs 3
Deus, Expandam super te rete meum in Sap. 12, 11.
multitudine populorũ multorum, & ex- 17, 20.
trahã te in sagena mea. *Et proiiciã te in 4
terram, super faciem agri abiiciam te: &
habitare

habitare faciam super te omnia volatilia
cæli, & saturabo de te bestias vniuersæ
terræ. *Et dabo carnes tuas super mon- 5
tes & implebo colles tuos sanie tua. *Et 6
irrigabo terrã fœtore sanguinis tui super
montes, & valles implebũtur ex te. *Et 7
Isa. 13, 10. Ioel. 2, 10. 3, 15. Matt. 24, 29. operiam cùm extinctus fueris, cælos: &
nigrescere faciã stellas eius: solem nube
tegam, & luna non dabit lumen suum.
*Omnia luminaria cæli mærere faciam 8
super te: & dabo tenebras super terram
tuam, dicit Dominus Deus. **Et irrita- 9
bo cor populorum multorũ, cùm indu-
xero contritionẽ tuã in Gentibus super
terras quas nescis. *Et stupescere faciam 10
super te populos multos, & reges eorum
horrore nimio formidabunt super te*,
cùm volare cœperit gladius meus super
facies eorum: & obstupescent repentè
singuli pro anima sua in die ruinæ 'suæ'.
*Quia hæc dicit Dominus Deus, Gla- 11
dius regis Babylonis veniet tibi, *in gla- 12
diis fortiũ deiiciã multitudinem tuam,
inexpugnabiles omnes Gentes hæ: & va-
stabũt superbiã Ægypti, & dissipabitur
multitudo eius. *Et perdam omnia iu- 13
mẽta eius quę erãt super aquas plurimas:
& nõ conturbabit eas pes hominis vltrà,
neque vngula iumentorũ turbabit eas.
*Tunc purissimas reddam aquas eo- 14
rum, & flumina eorum quasi oleum ad-
ducam, ait Dominus Deus: *Cùm de- 15
dero Terram Ægypti desolatam: dese-
retur autẽ terra à plenitudine sua, quan-
do percussero omnes habitatores eius:
& scient quia ego Dominus. *Plan- 16
ctus est, & plangent eum: filiæ Gentium
plangent eum, super Ægyptũ, & super
multitudinẽ eius plangent eum, ait Dñs
Deus. *Et factum est in duodecimo an- 17
no, in quintadecima mensis factum est
verbum Dñi ad me, dicens, *Fili homi- 18
nis, cane lugubre super multitudinem
Ægypti: & detrahe eam ipsam, & filias
gentium robustarum ad terrã vltimam
cum his qui descendũt in lacum. *Quo 19
pulchrior es? descende, & dormi cum
incircuncisis. *In medio interfectorum 20
gladio cadent: gladius datus est, attraxe-
runt eam, & omnes populos eius. *Lo- 21
quentur ei potentissimi robustorum de
medio inferni, qui cum auxiliatoribus
eius descenderunt, & dormierunt incir-
cuncisi, interfecti gladio. *Ibi Assur, & 22
omnis multitudo eius: in circuitu illius
sepulchra eius: omnes interfecti, & qui
ceciderunt gladio. *Quorum data sunt 23
sepulchra in nouissimis lacis: & facta est
multitudo eius per gyrũ sepulchri eius:
vniuersi interfecti, cadentesque gladio,
qui dederant quondam formidinem in
terra viuentium. *Ibi Ælam, & omnis 24
multitudo eius per gyrum sepulchri sui.
omnes hi interfecti, ruentesque gladio,
qui descenderunt incircuncisi ad terram
vltimam: qui posuerunt terrorem suum
in terra viuentium, & portauerunt ig-
nominiam suam cum his qui descen-
derunt in lacum. *In medio interfe- 25
ctorum posuerunt cubile eius in vniuer-
sis populis eius: in circuitu eius sepul-
chrum illius. omnes hi incircuncisi, in-
terfectique gladio. dederunt enim ter-
rorem suum in terra viuentium, & por-
tauerunt ignominiã suam cum his qui
descendunt in lacum, in medio inter-
fectorum positi sunt. *Ibi Mosoch, & 26
Thubal, & omnis multitudo eius. in cir-
cuitu eius sepulchra illius. omnes hi in-
circuncisi, interfectique, & cadentes
gladio: quia dederunt formidinẽ suam
in terra viuentium. *Et non dormient 27
cum fortibus, cadentibusque, & incir-
cuncisis qui descenderunt ad infernum
cum armis suis, & posuerunt gladios
suos sub capitibus suis, & fuerunt ini-
quitates eorum in ossibus eorum: quia
terror fortium facti sunt in terra viuen-
tium. *Et tu ergo in medio incircun- 28
cisorum conterêris, & dormies cum
interfectis gladio. *Ibi Idumæa, & re- 29
ges eius, & omnes duces eius, qui dati
sunt cum exercitu suo cum interfectis
gladio: & qui cum incircuncisis dor-
mierunt, & cum his qui descenderunt descen-
in lacum. *Ibi principes Aquilonis 30 dunt 1
omnes & vniuersi venatores: qui dedu- MS. R. H.
cti sunt cum interfectis, pauentes & in G. C.
sua fortitudine confusi: qui dormierunt
incircuncisi cũ interfectis gladio, & por-

*cùm ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dñs Deus MS. Q. R.

*propter vniuersas iniquitates quas operatus es MS. Q. R. *tuæ 2 MS. R. Hier. H. G. C.

tauerunt confusionem suam cum his
qui descendunt in lacum. [s]Vidit eos 31
Pharao, & consolatus est super vniuersa
multitudine sua, quæ interfecta est gla-
dio, Pharao, & omnis exercitus eius, ait
Dñs Deus: [s]quia dedit terrorẽ suum 32
in terra viuentium, & dormiuit in me-
dio incircuncisorũ cum interfectis gla-
dio, Pharao & omnis multitudo eius:
ait Dominus Deus. CAP. XXXIII.

ET factum est verbum Domini ad 1
me, dicens, [s]Fili hominis, loque- 2
re ad filios populi tui, & dices ad eos,
Terra cùm induxero super eã gladium,
& tulerit populus terræ virum vnum
de nouissimis suis, & constituerit eum
super se speculatorem: [s]Et ille vide- 3
rit gladium venientem super terram,
& cecinerit buccina, & annuntiauerit
populo: [s]Audiens autem quisquis ille 4
est, sonitum buccinæ, & non se obser-
uauerit, veneritque gladius, & tulerit
eum: sanguis ipsius super caput eius erit.
[s]Sonum buccinæ audiuit, & non se 5
obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si
autem se custodierit, animam suam
saluabit. [s]Quòd si speculator viderit gla- 6
dium venientem, & non insonuerit buc-
cina: & populus se non custodierit, ve-
neritque gladius, & tulerit de eis ani-
mam: ille quidem in iniquitate sua cap-
tus est, sanguinem autem eius de ma-
nu speculatoris requiram. [s]Et tu fili 7
hominis, speculatorem dedi te domui
Israël: audiens ergo ex ore meo sermo-
nem, annuntiabis eis ex me. [s]Si me 8
dicente ad impium, Impie, morte mo-
rieris: non fueris locutus vt se custodiat
impius à via sua: ipse impius in iniqui-
tate sua morietur, sanguinem autem
eius de manu tua requiram. [s]Si au- 9
tem annuntiante te ad impium vt à viis
suis conuertatur, non fuerit conuersus
à via sua: ipse in iniquitate sua morietur:
porrò tu animam tuam liberasti. [s]Tu 10
ergo fili hominis dic ad domũ Israël, Sic
locuti estis, dicentes, Iniquitates nostræ,
& peccata nostra sup nos sunt, & in ipsis
nos tabescimus: quomodo ergo viuere
poterimus? [s]Dic ad eos, Viuo ego, di- 11

cit Dominus Deus: nolo mortem impij,
sed vt cõuertatur impius à via sua, & vi-
uat. Cõuertimini à viis vestris pessimis:
& quare moriemini domus Israël? [s]Tu 12
itaque fili hominis dic ad filios populi
tui, Iustitia iusti non liberabit eum in
quacunque die peccauerit: & impietas
impij non nocebit ei, in quacunque die
conuersus fuerit ab impietate sua: &
iustus non poterit viuere in iustitia sua,
in quacunque die peccauerit. [s]Etiam 13
si dixero iusto quòd vita viuat, & con-
fisus in iustitia sua fecerit iniquitatem:
omnes iustitiæ eius obliuioni traden-
tur, & in iniquitate sua quam operatus
est, in ipsa morietur. [s]Si autem dixe- 14
ro impio, Morte morieris: & egerit
pœnitentiam à peccato suo, feceritque
iudicium & iustitiam, [s]& pignus re- 15
stituerit ille impius, rapinamque red-
iderit, in mandatis vitæ ambulauerit,
nec fecerit quicquam iniustum: vita
viuet, & non morietur. [s]Omnia pec- 16
cata eius quæ peccauit, non imputa-
buntur ei: iudicium & iustitiam fecit,
vita viuet. [s]Et dixerunt filij populi 17
tui, Non est æqui ponderis via Domini,
& ipsorum via iniusta est. [s]Cùm enim 18
recesserit iustus à iustitia sua, feceritque
iniquitates: morietur in eis. [s]Et cùm 19
recesserit impius ab impietate sua, fe-
ceritque iudicium & iustitiam: viuet
in eis. [s]Et dicitis, Non est recta via 20 Sup. 18,25.
Domini. Vnumquemq. iuxta vias suas
iudicabo de vobis, domus Israël. [s]Et 21
factum est in duodecimo anno, in de-
cimo mense, in quinta mensis transmi-
grationis nostræ, venit ad me qui fuge-
rat de Ierusalem, dicens, Vastata est ciui-
tas. [s]Manus autẽ Domini facta fuerat 22
ad me vesperè, antequam veniret qui fu-
gerat: aperuitque os meum donec veni-
ret ad me manè, & aperto ore meo non
silui amplius. [s]Et factũ est verbũ Dñi 23
ad me, dicens, [s]Fili hominis, qui ha- 24
bitant in ruinosis his, super humum Is-
raël, loquentes aiunt, Vnus erat Abra-
ham, & hæreditate possedit terram: nos
autẽ multi sumus, nobis data est terra in
possessionẽ. [s]Idcirco dices ad eos, Hæc 25
dicit

[s]deditio MS.R. Hier. H. G. [s]meum MS.R. Hier. H. Q.n.

[s]conter. timini a. H.G.C.

[s]saluauit a MS.H. G.C.

Sup.3,17.

Sup.18,24. 32.

dicit Dominus Deus, Qui in sanguine
comeditis, & oculos vestros leuatis ad
immunditias vestras, & sanguinem fun-
ditis: nunquid terram hæreditate possi-
debitis? [s]Stetistis in gladiis vestris, fe- 26
cistis abominationes, & vnusquisque
vxorem proximi sui polluit: & terram
hæreditate possidebitis. [s]Hæc dices 27
ad eos, Sic dicit Dominus Deus, Viuo
ego, quia qui in ruinosis habitant, gla-
dio cadent: & qui in agro est, bestiis tra-
detur ad deuorandum: qui autem in
præsidiis & spelũcis sunt, peste morien-
tur. [s]Et dabo terram in solitudinem, 28
& in desertum, & deficiet superba forti-
tudo eius: & desolabuntur montes Is-
raël, eo quòd nullus sit qui per eos trans-
eat. [s]Et scient quia ego Dominus, cùm 29
dedero terram eorum desolatam & de-
sertã propter vniuersas abominationes
suas quas operati sunt. [s]Et tu fili ho- 30
minis: filij populi tui qui loquuntur de
te iuxta muros, & in ostiis domorum,
& dicunt vnus ad alterum, vir ad pro-
ximum suum loquentes, Venite, & au-
diamus quis sit sermo egrediens à Do-
mino. [s]Et veniunt ad te, quasi si in- 31
grediatur populus, & sedent coram
te populus meus: & audiunt sermones
tuos, & nõ faciunt eos: quia in canticum
oris sui vertunt illos, & auaritiam suam
sequitur cor eorum. [s]Et es eis quasi 32
carmen musicum, quod suaui dulcique
sono canitur: & audiunt verba tua, &
non faciunt ea. [s]Et cùm venerit quod 33
prædictum est (ecce enim venit) tunc
scient quòd prophetes fuerit inter eos.

CAP. XXXIIII.

ET factum est verbum Domini ad 1
me, dicens, [s]Fili hominis prophe- 2
ta de pastoribus Israël: propheta, & di-
ces pastoribus, Hæc dicit Dñs Deus,
Isa.23,1. Ier.13,2. [s]Væ pastoribus Israël, qui pascebant se-
metipsos: nonne greges à pastoribus pa-
scuntur? [s]Lac comedebatis, & lanis 3
operiebamini: & quod crassum erat, oc-
cidebatis: gregem autem meum non pa-
scebatis. [s]Quod infirmum fuit non 4
consolidastis, & quod ægrotum, non sa-
nastis; quod confractũ est non alligastis,
& quod abiectum est non reduxistis, &
quod perierat non quæsistis: sed cum au-
steritate imperabatis eis, & cum potен-
tia. [s]Et dispersæ sunt oues meæ, eo quòd 5
non esset pastor: & factæ sunt in deuora-
tionem omniũ bestiarum agri, & dispер-
sæ sunt. [s]Errauerunt greges mei in 6
cunctis montibus, & in vniuerso colle
excelso: & super omnem faciem terræ
dispersi sunt greges mei, & non erat
qui requireret, non erat, inquam, qui
requireret. [s]Propterea pastores audi- 7
te verbum Domini, [s]Viuo ego, dicit 8
Dominus Deus, quia pro eo quòd fa-
cti sunt greges mei in rapinam, & oues
meæ in deuorationem omnium bestia-
rum agri, eo quòd non esset pastor (ne-
que enim quæsierunt pastores mei gre-
gem meum: sed pascebant pastores se-
metipsos, & greges meos nõ pascebant)
[s]propterea pastores audite verbum 9
Domini, [s]Hæc dicit Dominus Deus: 10
Ecce ego ipse super pastores, requiram
gregem meum de manu eorum, & ces-
sare faciam eos vt vltrà non pascant gre-
gem*, nec pascant amplius pastores se- *meũ Ms. R.Hier.G. Verùm H. & C. non addunt.
metipsos: & liberabo gregem meum
de ore eorum. & non erit vltrà eis in
escam. [s]Quia hæc dicit Dñs Deus, [i]Ec- 11 [i]MS.H. C.G.q. Inf.33.
ce, ego ipse requiram oues meas, & visi- 12
tabo eas. [s]Sicut visitat pastor gregem
suũ in die quãdo fuerit in medio ouium
suarum dissipatarum: sic visitabo oues
meas, & liberabo eas de omnibus locis in
quibus dispersæ fuerant in die nubis &
caliginis. [s]Et educam eas de populis, & 13
congregabo eas de terris, & inducam
eas in terram suam: & pascã eas in mon-
tibus Israël, in riuis, & in cunctis sedibus
terræ. [s]In pascuis huberrimis pascam 14
eas, & in mõtibus excelsis Israël erũt pas-
cua earum: ibi requiescent in herbis vi-
rẽtibus, & in pascuis pinguibus pascen-
tur super montes Israël. [s]Ego pascam 15
oues meas: & ego eas accubare faciam,
dicit Dominus Deus. [s]Quod perierat, 16
requiram, & quod abiectum erat, re-
ducam: & quod confractum fuerat,
alligabo: & quod infirmum fuerat,
consolidabo: & quod pingue & forte,

custodiam: & pascam illas in iudicio.
17 *Vos autē greges mei, hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum. 18 *Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cùm purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis. 19 *Et oues meæ his quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur; & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. 20 *Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos, Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum, 21 *Pro eo quòd latéribus, & humeris inpingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerētur foras: 22 *saluabo gregem meum, & non erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. 23 *ET SVSCITABO SVPER EAS PASTOREM VNVM, qui pascat eas, [1] seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. 24 *Ego autem Dñs ero eis in Deum: & seruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego Dñs locutus sum. 25 *Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. 26 *Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem: & deducam imbrem in tempore suo, [*] pluuiæ benedictionis erunt.
[*] & Msq. R. 27 *Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra sua absque timore: & scient quia ego Dominus, cùm contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi. 28 *Et non erunt vltrà in rapinam in Gentibus, neque bestiæ terræ deuorabunt eos: sed habitabunt confidenter absque vllo terrore 29 *Et suscitabo eis germen nominatū: & non erunt vltrà imminuti fame in terra, neq. portabunt vltrà opprobrium Gentium.
30 *Et scient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israël: ait Dominus Deus. 31 *Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis: & ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.

Iob. 1, 45. 1. Reg. 11. Iz. 40, 11. Dan. 9, 24. C. 25. Ose. 3, 5.
Ezech. 10, 11. 24.

CAP. XXXV.

1 ET factus est sermo Domini ad me, 2 dicens, *Fili hominis, pone faciem tuam aduersum montem Seir, & 3 prophetabis de eo, * & dices illi, Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum atque desertum. 4 *Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris: & scies quia ego Dominus.
5 *Eo quòd fueris inimicus sempiternus, & concluseris filios Israël in manus gladij in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ. 6 *Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur: & cùm sanguinem oderis, sanguis persequetur te. 7 *Et dabo montem Seir desolatum atque desertum: & auferam de eo euntem & redeuntem. 8 *Et implebo montes eius occisorum suorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent. 9 *In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur: & scietis quia ego Dominus Deus. 10 *Eo quòd dixeris, Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, & hæreditate possidebo eas: cùm Dñs esset ibi: 11 *Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam iuxta iram tuam, & secundum zelum tuum quem fecisti odio habens eos: & notus efficiar per eos cùm te iudicauero. 12 *Et scies quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua quæ locutus es de montibus Israël, dicens, Deserti, nobis ad deuorandum dati sunt. 13 *Et insurrexistis super me ore vestro, & derogastis aduersum me verba vestra: ego audiui.
14 *Hæc dicit Dominus Deus, Lætante vniuersa terra, in solitudinē te redigam. 15 *Sicuti gauisus es super hæreditatem domus Israël, eo quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis: & sciēt quia ego Dñs.

Ezech. 25, 12. &c.

CAP. XXXVI.

1 TV autem fili hominis, propheta super montes Israël, & dices, [1] Montes Israël

Sup. 6, 1.

tes Israël audite verbū Domini: 2 *Hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd dixerit inimicus de vobis, Euge, altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis: 3 *propterea vaticinare, & dic, Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd desolati estis, & cōculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis Gentibus, & ascendistis super labium linguæ, & opprobrium populi: 4 *propterea montes Israël audite verbum Domini Dei, Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, torrentibus, vallibusque, desertis, & parietinis, & vrbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt & subsannatæ à reliquis gentibus per circuitum. 5 *Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, & de Idumæa vniuersa, quæ dederunt terram meam sibi in hæreditatem cum gaudio, & toto corde, & ex animo: & eiecerunt eam vt vastarent: 6 *idcirco vaticinare super humum Israël, & dices montibus & collibus, iugis & vallibus, Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum, eo quòd confusionē gentium sustinueritis. 7 *Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Ego leuaui manum meam, vt Gentes quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent.
8 *Vos autem montes Israël ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israël: propè enim est vt veniat: 9 *Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis sementem. 10 *Et multiplicabo in vobis homines, omnemq. domū Israël: & habitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur. 11 *Et replebo vos hominibus, & iumentis: & multiplicabuntur, & crescent: & habitare vos faciam sicut à principio, bonisque donabo maioribus, quàm habuistis ab initio: & scietis quia ego Dominus. 12 *Et adducam super vos homines populum meum Israël, & hæreditate possidebunt te: & eris eis in hæreditatē, & non addes vltrà vt absque eis sis. 13 *Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dicunt de vobis, Deuoratrix hominum es, & suffocans 14 gentem tuam: *Propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam non necabis vltrà, ait Dominus Deus: 15 *Nec auditam faciam in te amplius confusionem Gentium, & opprobrium populorū nequaquam portabis, & gentem tuam non amittes amplius, ait Dñs 16 Deus. *Et factum est verbum Domini 17 ad me, dicens: *Fili hominis, domus Israël habitauerunt in humo sua, & polluerunt eam in viis suis, & in studiis suis iuxta immunditiam menstruatæ facta 18 est via eorum coram me. *Et effudi indignationē meam super eos pro sanguine quem fuderunt super terrā, & in 19 idōlis suis polluerunt eam. *Et dispersi eos in Gētes, & ventilati sunt in terras: iuxta vias eorum, & adinuentiones eorum iudicaui eos. 20 *[1] Et ingressi sunt ad gentes ad quas introierūt, & polluerunt nomen sanctum meum, cùm diceretur de eis, Populus Domini iste est, & de 21 terra eius egressi sunt. *Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israël in Gentibus ad quas ingressi sunt.
22 *Idcirco dices domui Israël, Hæc dicit Dominus Deus, Non propter vos ego faciam, domus Israël, sed propter nomen sanctum meum quod polluistis 23 in gentibus ad quas intrastis. *Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter Gentes, quod polluistis in medio earum: vt sciant Gentes quia ego Dominus, ait Dñs exercituū, cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis: 24 *Tollā quippe vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & 25 adducam vos in terram vestram. *Et effundam super vos aquam mundam, & mūdabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idōlis vestris 26 mundabo vos. *[1] Et dabo vobis cor nouum, [1] & spiritum nouum ponā in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneū. 27 *Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciā vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. 28 *Et habitabitis in terra quam

Isa. 52, 5. Ro. 2, 24.
Sup. 11, 19. Inf. 39, 29.
Inf. 39, 28.

dedi patribus veſtris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. [29] Et ſaluabo vos ex vniuerſis inquinamentis veſtris: & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. [30] Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri: vt non portetis vltrà opprobriũ famis in Gentibus. [31] Et recordabimini viarum veſtrarum peſſimarũ, ſtudiorumque non bonorum: & diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ & ſcelera veſtra. [32] Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum ſit vobis: confundimini & erubeſcite ſuper viis veſtris, domus Iſrael. [33] Hæc dicit Dominus Deus, In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus veſtris, & inhabitari fecero vrbes, & inſtauravero ruinoſa: [34] & terra deſerta fuerit excolta, quæ quondam erat deſolata in oculis omnis viatoris, [35] dicent, Terra illa inculta, facta eſt vt hortus voluptatis: & ciuitates deſertæ, & deſtitutæ atque ſuffoſſæ, munitæ ſederunt. [36] Et ſcient Gentes quæcumque derelictæ fuerint in circuitu veſtro, quia ego Dominus ædificaui diſſipata, plantauique inculta, ego Dominus locutus ſim & fecerim.

[37] Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc in hoc inuenient me domus Iſraël, vt faciam eis: Multiplicabo eos ſicut gregem hominum, vt gregem ſanctum, [38] vt gregem Ieruſalem in ſolennitatibus eius: Sic erunt ciuitates deſertæ, plenæ gregibus hominum: & ſcient quia ego Dominus.

CAP. XXXVII.

[1] FActa eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Domini: & dimiſit me in medio campi qui erat plenus oſſibus, [2] Et circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde ſuper faciẽ campi, ſiccaque vehementer.

[3] Et dixit ad me, Fili hominis putáſne viuent oſſa iſta? Et dixi, Domine Deus, tu noſti. [4] Et dixit ad me, Vaticinare de oſſibus iſtis: & dices eis, Oſſa arida audite verbum Domini. [5] Hæc dicit Dominus Deus oſſibus his, Ecce, ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis. [6] Et dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cutem: & dabo vobis ſpiritum, & viuetis: & ſcietis quia ego Dominus. [7] Et prophetaui ſicut præceperat mihi: factus eſt autem ſonitus prophetante me, & ecce commotio: & acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iunctũrã ſuam. [8] Et vidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderũt: & extenta eſt in eis cutis deſuper, & ſpiritũ non habebãt. [9] Et dixit ad me, Vaticinare ad ſpiritũ, vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum, Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor vẽtis veni ſpiritus: & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. [10] Et prophetaui, ſicut præceperat mihi: & ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & vixerunt: ſteteruntque ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde. [11] Et dixit ad me, Fili hominis, oſſa hæc vniuerſa, domus Iſraël eſt: ipſi dicunt, Aruerunt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus. [12] Propterea vaticinare, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris populus meus: & inducam vos in terram Iſraël.

[13] Et ſcietis quia ego Dñs, cùm aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris populo meus: [14] Et dedero ſpiritum meum in vobis, & vixeritis, & requieſcere vos faciam ſuper humum veſtram: & ſcietis quia ego Dominus locutus ſum, & feci, ait Dominus Deus. [15] Et factus eſt ſermo Dñi ad me, [16] dicens, Et tu fili hominis, ſume tibi lignum vnũ: & ſcribe ſuper illud, Iudæ & filiorum Iſraël ſociorum eius, & tolle lignum alterũ, & ſcribe ſuper illud, Ioſeph lignũ Ephraim, & cunctæ domus Iſraël, ſociorumque eius. [17] Et adiunge illa, vnum ad alterum tibi in lignũ vnum: & erunt in vnionem in manu tua. [18] Cùm autem dixerint ad te filij populi tui loquẽtes, Nonne indicas nobis quid in his tibi velis? [19] loquẽris ad eos, Hæc dicit Dñs Deus, Ecce, ego aſſumã lignum Ioſeph, quod eſt in manu Ephraim, & tribus Iſraël quę ſunt ei adiũctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum: & erunt vnum in manu eius. [20] Erunt autem ligna ſuper quæ ſcripſeris in manu tua, in oculis eorum.

[21] Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego aſſumam filios Iſraël de medio nationum ad quas abierunt: & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum ſuam. [22] Et faciam eos in gentem vnam in terra in mõtibus Iſraël, & rex vnus erit omnibus imperans: & non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. [23] Neque polluentur vltrà in idôlis ſuis & abominationibus ſuis, & cunctis iniquitatibus ſuis: & ſaluos eos faciã de vniuerſis ſedibus in quibus peccauerũt, & emundabo eos: & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. [24] Et ſeruus meus Dauid rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum: in iudiciis meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient, & facient ea.

[25] Et habitabunt ſuper terrã quam dedi ſeruo meo Iacob, in qua habitauerũt patres veſtri: & habitabunt ſuper eam ipſi, & filij eorum, & filij filiorum eorum, vſque in ſempiternum: & Dauid ſeruus meus princeps eorũ in perpetuum. [26] Et percutiã illis fœdus pacis, pactum ſempiternũ erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo ſanctificationẽ meam in medio eorum in perpetuum. [27] Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus, & ipſi erunt mihi populus.

[28] Et ſcient Gentes quia ego Dominus ſanctificator Iſraël cùm fuerit ſanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

CAP. XXXVIII.

[1] ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, [2] Fili hominis pone faciem tuam contra Gog & terrã Magog, principem capitis Moſoch & Thubal: & vaticinare de eo, [3] & dices ad eum, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce, ego ad te Gog principem capitis Moſoch & Thubal, [4] & circumagam te, & ponam frenum in maxillis tuis: & educã te & omnem exercitum tuum, equos & equites veſtitos loricis vniuerſos, multitudinem magnam haſtam & clypeum arripentium & gladium. [5] Perſæ, Æthiopes, & Libyes cum eis, omnes ſcutati & galeati. [6] Gomer, & vniuerſa agmina eius, domus Thogorma latera Aquilonis, & totum robur eius, populique multi tecum.

[7] Præpara & inſtrue te, & omnẽ multitudinem tuam quæ coaceruata eſt ad te: & eſto eis in præceptum. [8] Poſt dies multos viſitaberis: in nouiſſimo annorum venies ad terram quæ reuerſa eſt à gladio, & congregata eſt de populis multis, ad montes Iſraël, qui fuerunt deſerti iugiter: hæc de populis educta eſt, & habitabunt in ea confidenter vniuerſi.

[9] Aſcendens autẽ quaſi tempeſtas venies & quaſi nubes, vt operias terram tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum. [10] Hæc dicit Dominus Deus, In die illa aſcendent ſermones ſuper cor tuum, & cogitabis cogitationem peſſimam: [11] & dices, Aſcendam ad terram abſque muro: veniam ad quieſcentes habitantesque ſecurè: hi omnes habitant ſine muro, vectes & portæ non ſunt eis: [12] Vt diripias ſpolia, & inuadas prædam, vt inferas manum tuam ſuper eos qui deſerti fuerant, & poſtea reſtituti, & ſuper populum, qui eſt congregatus ex Gentibus, qui poſſidere cœpit & eſſe habitator vmbilici terræ. [13] Saba, & Dedan, & negotiatores Tharſis, & omnes leones eius dicent tibi, Nunquid ad ſumenda ſpolia tu venis? ecce ad diripiendam prędam congregaſti multitudinem tuam, vt tollas argentum & aurum, & auferas ſupellectilẽ atque ſubſtantiam, & diripias manubias infinitas. [14] Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog, Hæc dicit Dñs Deus, Nunquid non in die illo, cùm habitauerit populus meus Iſraël confidenter, ſcies? [15] Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu & populi multi tecum, aſcenſores equorum vniuerſi, cœtus magnus, & exercitus vehemens. [16] Et aſcendens ſuper populum meum Iſraël quaſi nubes, vt operias terram. In nouiſſimis diebus eris, & adducam te ſuper terram meam: vt ſciant Gentes me, cùm ſanctificatus fuero in te in oculis eorum

Iob. 12, 24. Pſa. 109, 4. & 106, 2.

Iſa. 39, 1. d. Apoc. 20, 8. * I M S. Hier. H. c. Addiuer autem in quibusdam G. * I M S. R. H. G. C. Legitur autem in G. q.

ô Gog. *Hæc dicit Dominus Deus, Tu 17
ergo ille es de quo locutus sum in diebus
antiquis in manu seruorum meorum
prophetarũ Israël, qui prophetauerunt
in diebus illorum temporum, vt adduce-
rem te super eos. *Et erit in die illa; in 18
die aduentus Gog super terram Israël, ait
Dñs Deus, ascendet indignatio mea in
furore meo: *Et in zelo meo, in igne 19
iræ meæ locutus sum, Quia in die illa
erit commotio magna super terrã Israël:
Mat. 24, 29. Apoc. 21, 26. *'& cõmouebuntur à facie mea pisces 20
maris, & volucres cæli, & bestiæ agri, &
omne reptile quod mouetur super hu-
mum, cunctique homines qui sunt su-
per faciem terræ: & subuertentur mon-
tes, & cadent sepes, & omnis murus cor-
ruet in terram. *Et conuocabo aduer- 21
sus eum in cunctis montibus meis gla-
dium, ait Dominus Deus: gladius vniu-
cuiusque in fratrem suum dirigetur.

*Et iudicabo eum peste, & sanguine, 22
& imbre vehementi, & lapidibus im-
mensis: ignem & sulphur pluam super
eum, & super exercitum eius, & super
populos multos qui sunt cum eo. *Et 23
magnificabor, & sanctificabor: & notus
ero in oculis multarũ gentium, & scient
quia ego Dominus.

CAP. XXXIX.

TV autem fili hominis, vaticinare ad- 1
uersum Gog, & dices, Hæc dicit
Dñs Deus, Ecce ego super te 'Gog prin-
cipẽ capitis Mosoch & Thubal: *'& cir- 2
Sup. 38, 1. Apoc. 20, 8. 'reducam 22 MS. "educam 2 MS. R. Q. n. cumagã te, '& "seducam' te, & ascendere
te faciã de lateribus Aquilonis: & addu-
cam te super montes Israël. *Et percu- 3
tiam arcum tuum in manu sinistra tua:
& sagittas tuas de manu dextera tua de-
iiciam. *Super montes Israël cades tu, 4
& omnia agmina tua, & populi tui qui
sunt tecum: feris, auibus, omnique
volatili, & bestiis terræ dedi te ad deuo-
Sup. 38, 1. Apoc. 20, 8. randum. *Super faciem agri cades: quia 5
ego locutus sum, ait Dñs Deus. *Et im- 6
mittam ignem in Magog, & in his qui
habitant in insulis confidenter: & scient
quia ego Dominus. *Et nomen san- 7
ctum meum notum faciam in medio
populi mei Israël, & non polluam no-
men sanctum meum amplius: & scient
Gẽtes quia ego Dominus sanctus Israël.
*Ecce venit, & factum est, ait Domi- 8
nus Deus: hæc est dies de qua locutus
sum. *Et egredientur habitatores de 9
ciuitatibus Israël, & succendent & com-
burent arma, clypeum & hastas, arcum
& sagittas, & baculos, manus, & con-
tos: *& succendent ea igni septẽ annis. 10
Et non portabunt ligna de regionibus,
neque succident de saltibus: quoniam
arma succendent igne, & depræ dabun-
tur eos quibus prædæ fuerant, & diri-
piẽt vastatores suos, ait Dominus Deus.
*Et erit in die illa: dabo Gog locum 11
nominatum sepulchrum in Israël: val-
lem viatorum ad Orientem maris, quæ
obstupescere faciet prætereuntes: & se-
pelient ibi Gog, & omnem multitudi-
nem eius, & vocabitur vallis multitudi- 12
nis Gog. *Et sepelient eos domus Israël,
vt mundent terram septem mensibus.
*Sepeliet autem eum omnis populus 13
terrę, & erit eis nominata dies in qua glo-
rificatus sum, ait Dominus Deus. *Et 14
viros iugiter constituent lustrantes ter-
ram qui sepeliant, & requirant eos qui
remanserant super faciẽ terræ, vt emun-
dent eam: post menses autem septem 15
quærere incipient. *Et circuibunt per-
agrantes terram: cumque viderint os
hominis, statuent iuxta illud titulum,
donec sepeliant illud pollinctores in val- 16
le multitudinis Gog. *Nomen autem
ciuitatis Amona, & mundabunt terram.
*Tu ergo fili hominis, hæc dicit Do- 17
minus Deus, Dic omni volucri, & vni-
uersis auibus, cunctisque bestiis agri,
Conuenite, properate, concurrite vndi-
que ad victimam meam quam ego im-
molo vobis, victimam grandem super
montes Israël: vt comedatis carnem, &
bibatis sanguinem. *Carnes fortium 18
comedetis, & sanguinem principũ terræ
bibetis: arietum, agnorũ, & hircorum,
taurorumque & altilium, & pinguium
omnium. *Et comedetis adipem in sa- 19
turitatem, & bibetis sanguinem in ebrie-
tatem, de victima quam ego immolabo
vobis: *& saturabimini super mensam 20
meam

meam de equo, & equite forti, & de vni- 21
uersis viris bellatoribus, ait Dominus
Deus. *Et ponam gloriam meam in
Gentibus: & videbunt omnes gentes iu-
dicium meũ quod fecerim, & manum
meam quam posuerim super eos. *Et 22
scient domus Israël quia ego Dominus
Deus eorum à die illa & deinceps. *Et 23
scient Gentes quoniam in iniquitate sua
capta sit domus Israël: eo quòd dereli-
querint me, & absconderim faciẽ meam
ab eis: & tradiderim eos in manus ho-
stium, & ceciderint in gladio vniuersi.
*Iuxta immunditiam eorum & sce- 24
lus feci eis, & abscondi faciem meam ab
illis. *Propterea hæc dicit Dominus 25
Deus, Nunc reducam captiuitatem Ia-
cob, & miserebor omnis domus Israël:
& assumam zelum pro nomine sancto
meo. *Et portabunt confusionẽ suam 26
& omnem præuaricationẽ qua præuari-
cati sunt in me, cùm habitauerint in ter-
ra sua confidenter neminem formidan-
tes: *Et reduxero eos de populis, & 27
congregauero de terris inimicorum suo-
rum, & sanctificatus fuero in eis in ocu-
Ioel 3. lis gentium plurimarum. *'Et scient 28
quia ego Dominus Deus eorũ, eo quòd
transtulerim eos in nationes; & congre-
gauerim eos super terram suam, & non
dereliquerim quenquam ex eis ibi. *Et 29
non abscondam vltrà faciem meam
Ioel 2, 28. ab eis, 'eo quòd effuderim spiritum
meum super omnem domum Israël, ait
Dominus Deus.

CAP. XL.

IN vicesimo quinto anno transmigra- 1
tionis nostræ, in exordio anni, decima
mensis, quartodecimo anno postquam
percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta
est super me manus Domini, & adduxit
me illuc. *In visionibus Dei adduxit 2
me in terram Israël, & dimisit me super
montem excelsum nimis: super quem
erat quasi ædificium ciuitatis vergentis
ad Austrum. *Et introduxit me illuc: 3
& ecce vir, cuius erat species quasi spe-
cies æris, & funiculus lineus in manu
eius, & calamus mensuræ in manu eius:
stabat autem in porta. *Et locutus est 4
ad me idem vir, Fili hominis, vide ocu-
lis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor
tuum in omnia quæ ego ostendam tibi:
quia vt ostendãtur tibi adductus es huc:
annuntia omnia quæ tu vides, domui
Israël. *Et ecce murus forinsecus in 5
circuitu domus vndique & in manu viri
calamus mensuræ sex cubitorum & pal-
mo: & mẽsus est latitudinẽ ædificij cala-
mo vno, altitudinem quoque calamo
vno. *Et venit ad portam quæ respi- 6
ciebat viam orientalem, & ascendit per
gradus eius: & mensus est limen portæ
calamo vno latitudinem, id est, limen
vnum calamo vno in latitudine: *Et 7
thalamum vno calamo in longum, &
vno calamo in latum: & inter thalamos,
quinque cubitos: *& limen portæ iux- 8
ta vestibulum portæ intrinsecus, calamo
vno. *Et mensus est vestibulum portæ 9
octo cubitorum, & frontem eius duo-
bus cubitis: vestibulum autẽ portæ erat
intrinsecus. *Porrò thalami portæ ad 10
viam Orientalem, tres hinc & tres inde:
mensura vna triũ, & mensura vna fron-
tium ex vtraque parte. *Et mensus est 11
latitudinem liminis portæ decem cubi-
torum: & longitudinem portæ tredecim
cubitorum: *Et marginem ante tha- 12
lamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis
vtrinque. thalami autẽ, sex cubitorum
erant hinc & inde. *Et mensus est por- 13
tam à tecto thalami, vsque ad tectum
eius, latitudinem vigintiquinque cubi-
torum: ostium contra ostium. *Et fecit 14
frontes per sexaginta cubitos: & ad fron-
tem atrium portæ vndique per circui-
tum. *Et ante faciem portæ quæ per- 15
tingebat vsque ad faciem vestibuli por-
tæ interioris, quinquaginta cubitos.
*Et feneſtras obliquas in thalamis & 16
in frontibus eorum quæ erant intra por-
tam vndique per circuitum: similiter
autem erant & in vestibulis feneſtræ per
gyrum intrinsecus, & ante frontes pi-
ctura palmarum. *Et eduxit me ad 17 *cælata 23 MS. R. Q. n.
atrium exterius, & ecce gazophyla-
cia, & pauimentum stratum lapide in
atrio per circuitum: triginta gazophyla-
cia in circuitu pauimenti. *Et pauimen- 18

tum in fronte portarum ſecundum longitudinem portarum erat inferius. [19] *Et menſus eſt latitudinem à facie portæ inferioris vſque ad frontem atrij interioris extrinſecus, centũ cubitos ad Orientem & ad Aquilonem. [20] *Portam quoque quæ reſpiciebat viã Aquilonis atrij exterioris, mẽſus eſt tam in longitudine quàm in latitudine. [21] *Et thalamos eius tres hinc & tres inde: & frontem eius & veſtibulum eius ſecundum menſuram portæ prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinẽ viginti quinque cubitorum. [22] *Feneſtræ autem eius, & veſtibulum, & ſculpturæ ſecundum menſuram portæ quæ reſpiciebat ad Orientem: & ſeptem graduum erat aſcenſus eius, & veſtibulum ante eam.

[23] *Et porta atrij interioris contra portam Aquilonis, & Orientalem: & menſus eſt à porta vſque ad portam centum cubitos. [24] *Et eduxit me ad viam auſtralem, & ecce porta quæ reſpiciebat ad Auſtrum: & menſus eſt frontem eius, & veſtibulum eius iuxta menſuras ſuperiores. [25] *Et feneſtras eius & veſtibula in circuitu, ſicut feneſtras cæteras: quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine vigintiquinque cubitorum.

[26] *Et in gradibus ſeptem aſcendebatur ad eam: & veſtibulum ante fores eius: & cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius. [27] *Et porta atrij interioris in via auſtrali: & menſus eſt à porta vſque ad portam in via auſtrali, centum cubitos. [28] *Et introduxit me in atrium interius ad portam auſtralem: & menſus eſt portam iuxta menſuras ſuperiores. [29] *Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius eiſdem menſuris: & feneſtras eius, & veſtibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis vigintiquinque cubitos: [30] *Et veſtibulum per gyrum longitudine vigintiquinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum. [31] *Et veſtibulum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte: & octo gradus erant quibus aſcendebatur per eam.

[32] *Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem: & menſus eſt portam ſecundum menſuras ſuperiores.

[33] *Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius ſicut ſuprà: & feneſtras eius, & veſtibula eius in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine vigintiquinque cubitorum.

[34] *Et veſtibulum eius, id eſt atrij exterioris: & palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus aſcenſus eius. [35] *Et introduxit me ad portam quæ reſpiciebat ad Aquilonem: & menſus eſt ſecundum menſuras ſuperiores.

[36] *Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius, & feneſtras eius per circuitum, longitudine quinquaginta cubitorũ, & latitudine vigintiquinque cubitorum. [37] *Et veſtibulum eius reſpiciebat ad atrium exterius: & cælatura palmarum in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus aſcenſus eius. [38] *Et per ſingula gazophylacia oſtium in frontibus portarũ: ibi lauabant holocauſtum.

[39] *Et in veſtibulo portæ, duæ menſæ hinc, & duæ menſæ inde: vt immoletur ſuper eas holocauſtum, & pro peccato, & pro delicto. [40] *Et ad latus exterius quod aſcendit ad oſtium portæ quæ pergit ad Aquilonem, duæ menſæ: & ad latus alterum ante veſtibulum portæ, duæ menſæ. [41] *Quatuor menſæ hinc, & quatuor menſæ inde: per latera portæ octo menſæ erant ſuper quas immolabant.

[42] *Quatuor autem menſæ ad holocauſtum, de lapidibus quadris extructæ: longitudine cubiti vnius & dimidij, & latitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vnius: ſuper quas ponent vaſa in quibus immolatur holocauſtum [43] & victima. *Et labia earũ palmi vnius, reflexa intrinſecus per circuitum: ſuper [44] menſas autem, carnes oblationis. *Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ reſpicientis ad Aquilonem: & facies eorum contra viam auſtralem, vna ex latere portæ Orientalis quæ reſpiciebat ad viam Aquilonis.

[45] *Et dixit ad me, Hoc eſt gazophylaciũ quod reſpicit viam meridianã, ſacerdotum

dotum erit qui excubant in cuſtodiis templi. [46] *Porrò gazophylacium quod reſpicit ad viam Aquilonis, ſacerdotum erit qui excubant ad miniſteriũ altaris. iſti ſunt filij Sadoc, qui accedunt de filiis Leui ad Dominum, vt miniſtrent ei.

[47] *Et menſus eſt atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum: & altare ante faciem templi. [48] *Et introduxit me in veſtibulum templi: & menſus eſt veſtibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ triũ cubitorum hinc, & triũ cubitorum inde. [49] *Longitudinem autem veſtibuli, viginti cubitorũ, & latitudinẽ vndecim cubitorũ, & octo gradibus aſcendebatur ad eam'. Et columnæ erãt in frontibus: vna hinc, & altera inde. CAP. XLI.

[1] ET introduxit me in templum, & menſus eſt frontes ſex cubitos latitudinis hinc, & ſex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. [2] *Et latitudo portæ, decem cubitorum erat: & latera portæ quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde; & menſus eſt longitudinẽ eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. [3] *Et introgreſſus intrinſecus, menſus eſt in fronte portæ, duos cubitos: & portam, ſex cubitorum: & latitudinem portæ, ſeptem cubitorum. [4] *Et menſus eſt longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum, ante faciem templi: & dixit ad me, Hoc eſt ſanctum ſanctorum. [5] *Et menſus eſt parietem domus ſex cubitorum: & latitudinem lateris, quatuor cubitorum vndique per circuitum domus. [6] *Latera autem, latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminentia quæ ingrederentur per parietem domus, in lateribus per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem templi. [7] *Et platea erat in rotundũ, aſcendens ſurſum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum in ſuperioribus: & ſic de inferioribus aſcendebatur ad ſuperiora, in medium. [8] *Et vidi in domo altitudinẽ per circuitum, fundata latera ad menſuram calami ſex [9] cubitorũ ſpatio: *& latitudinem per parietem lateris forinſecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateri- [10] bus domus. *Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circui- [11] tu domus vndique, *& oſtiũ lateris ad orationem: oſtium vnum ad viam Aquilonis, & oſtium vnum ad viam Auſtralem: & latitudinem loci ad orationem, [12] quinque cubitorum in circuitu. *Et ædificiũ quod erat ſeparatum, verſumque ad viam reſpicientem ad mare, latitudinis ſeptuaginta cubitorum. paries autem ædificij, quinque cubitorum latitudinis per circuitum: & longitudo [13] eius, nonaginta cubitorum. *Et menſus eſt domus longitudinem, centum cubitorum: & quod ſeparatum erat ædificium, & parietes eius, longitudinis [14] centum cubitorum. *Latitudo autem ante faciem domus: & eius quod erat ſeparatum contra Orientem, centum cu- [15] bitorum. *Et menſus eſt longitudinem ædificij contra faciẽ eius quod erat ſeparatum ad dorſum: ethecas ex vtraq. parte centum cubitorum: & templum in- [16] terius, & veſtibula atrij. *Limina & feneſtras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra vniuſcuiuſque limen, ſtratumque ligno per gyrũ in circuitu: terra autem vſque ad feneſtras, [17] & feneſtrę clauſæ ſuper oſtia. *Et vſque ad domũ interiorem, & forinſecus: "per omnem parietem in circuitu intrinſe- [18] cus, & forinſecus, ad menſuram. *Et fabrefacta cherubim & palmæ: & palma inter cherub & cherub, duasque facies habebat cherub. [19] *Faciem hominis iuxta palmã ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmã ex alia parte: expreſſam per omnem domum in circuitu.

[20] *De terra vſque ad ſuperiora portæ, cherubim & palmæ cælatæ erant in pa- [21] riete templi. *Limen, quadrangulum: & facies ſanctuarij, aſpectus cõtra aſpe- [22] ctũ. *Altaris lignei triũ cubitorum altitudo: & longitudo eius, duorũ cubitorum: & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus eſt ad me,

Hæc eſt

" & 1 MS. R. & ad H. C. G.

Hæc eſt menſa coram Domino. *Et 23
duo oſtia erant in templo, & in ſanctua-
rio. *Et in duobus oſtiis ex vtraque 24
parte bina erant oſtiola, quæ in ſe inui-
cem plicabantur: bina enim oſtia erant
ex vtraque parte oſtiorum. *Et cælata 25
erant in ipſis oſtiis templi cherubim, &
ſculptura palmarum, ſicut in parietibus
quoque expreſſa erant: quamobrem &
groſſiora erant ligna in veſtibuli fronte
forinſecus. *Super quæ feneſtræ obli- 26
quæ, & ſimilitudo palmarũ hinc atque
inde in humerulis veſtibuli: ſecundum
latera domus, latitudinemq́. parietum.

CAP. XLII.

ET eduxit me in atrium exterius per 1
viam ducentem ad Aquilonem, &
introduxit me in gazophylacium, quod
erat contra ſeparatum ædificium & con-
tra ædem vergentem ad Aquilonem.
*In facie longitudinis, centum cubi- 2
tos oſtij Aquilonis: & latitudinis quin-
quaginta cubitos: *contra viginti cu- 3
bitos atrij interioris, & contra pauimen-
tum ſtratum lapide atrij exterioris, vbi
erat porticus iuncta porticui triplici.
*Et ante gazophylacia deambulatio 4
decem cubitorum latitudinis, ad inte-
riora reſpiciens viæ cubiti vnius. Et oſtia
eorum ad Aquilonem: *Vbi erant ga- 5
zophlyacia in ſuperioribus humiliora:
quia ſupportabant porticus quæ ex illis
eminebant de inferioribus, & de mediis
ædificij. *Triſtega enim erant, & non 6
habebant columnas, ſicut erant colum-
næ atriorum: propterea eminebant de
inferioribus, & de mediis à terra cubitis
quinquaginta. *Et peribolus exterior, 7
ſecundum gazophylacia, quæ erant in
via atrij exterioris ante gazophylacia:
longitudo eius, quinquaginta cubito-
rum. *Quia longitudo erat gazophy- 8
laciorum atrij exterioris, quinquaginta
cubitorum: & longitudo ante faciem
templi, centum cubitorum. *Et erat 9
ſubter gazophylacia hæc introitus ab
Oriente ingredientium in ea de atrio ex-
teriori. *In latitudine periboli atrij, 10
quod erat contra viam Orientalem, in
faciem ædificij ſeparati, & erant ante
ædificium gazophylacia. *Et via ante 11
faciem eorum iuxta ſimilitudinem ga-
zophylaciorum, quæ erant in via Aqui-
lonis: ſecundum longitudinem eorum,
ſic & latitudo eorum: & omnis introitus
eorum, & ſimilitudines, & oſtia eorum.
*ſecundum oſtia gazophylaciorum 12
quæ erant in via reſpiciente ad Notum:
oſtium in capite viæ, quæ via erat ante
veſtibulum ſeparatum per viam Orien-
talem ingredientibus. *Et dixit ad me, 13
Gazophylacia Aquilonis, & gazophy-
lacia Auſtri, quæ ſunt ante ædificium ſe-
paratum: hæc ſunt gazophylacia ſancta,
in quibus veſcuntur ſacerdotes qui ap-
propinquant ad Dñm in ſancta ſanctoru-
rum. ibi ponent ſancta ſanctorum, &
oblationem pro peccato, & pro delicto:
locus enim ſanctus eſt. *Cùm autem 14
ingreſſi fuerint ſacerdotes, non egre-
dientur de ſanctis in atrium exterius: &
ibi reponent veſtimenta ſua in quibus
miniſtrant, quia ſancta ſunt: veſtientur-
que veſtimentis aliis, & ſic procedent ad
populum. *Cumque compleſſet men- 15
ſuras domus interioris, eduxit me per
viam portæ quę reſpiciebat ad viã Orien-
talem: & menſus eſt eam vndique per
circuitum. *Menſus eſt autem contra 16
ventum Orientalem calamo menſuræ:
quingentos calamos in calamo menſu-
ræ per circuitum. *Et menſus eſt con- 17
tra ventum Aquilonis quingentos cala-
mos, in calamo menſuræ per gyrum.
*Et ad ventum Auſtralem menſus eſt 18
quingentos calamos, in calamo menſu-
ræ per circuitum. *Et ad ventum Oc- 19
cidentalem menſus eſt quingentos cala-
mos in calamo menſuræ. *Per quatuor 20
ventos menſus eſt murum eius vndique
per circuitum, longitudinem quingen-
torum cubitorũ & latitudinem quin-
gentorũ cubitorum diuidentẽ inter ſan-
ctuariũ & vulgi locum. CAP. XLIII.

ET duxit me ad portam quæ reſpi- 1
ciebat ad viam Orientalem. *Et 2
ecce gloria Dei Iſraël ingrediebatur per
viam Orientalem: & vox erat ei quaſi
vox aquarum multarum, & terra ſplen-
debat à maieſtate eius. *Et vidi viſio- 3
nem ſecun-

dum ſpeciem quam videram,
quando venit vt diſperderet ciuitatem:
& ſpecies ſecundum aſpectum quem
videram iuxta fluuium Chobar: & ceci-
di ſuper faciem meam. *Et maieſtas 4
Dñi ingreſſa eſt templum per viam
portæ quæ reſpiciebat ad Orientẽ. *Et 5
eleuauit me ſpiritus, & introduxit me
in atrium interius: & ecce repleta erat
gloria Domini domus. *Et audiui 6
loquentem ad me de domo, & vir ſtabat
iuxta me. *Et dixit ad me: Fili hominis, 7
locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pe-
dum meorũ, vbi habito in medio filio-
rum Iſraël in æternum: & non polluent
vltrà domus Iſraël nomẽ ſanctũ meum,
ipſi, & reges eorum in fornicationibus
ſuis, & in ruinis regum ſuorum, & in ex-
celſis. *Qui fabricati ſunt limen ſuum 8
iuxta limen meum, & poſtes ſuos iuxta
poſtes meos: & murus erat inter me &
eos: & polluerunt nomen ſanctũ meum
in abominationibus quas fecerunt: pro-
pter quod conſumpſi eos in ira mea.
*Nunc ergo repellant procul forni- 9
cationem ſuam, & ruinas regũ ſuorum
à me: & habitabo in medio eorum ſem-
per. *Tu autem fili hominis, oſtende 10
domui Iſraël templũ, & confundantur
ab iniquitatibus ſuis: & metiãtur fabri-
cam, *Et erubeſcant ex omnibus quæ 11
fecerunt: Figuram domus, & fabricæ
eius exitus & introitus, & omnem de-
ſcriptionem eius, & vniuerſa præcepta
eius, cunctumque ordinem eius, & om-
nes leges eius oſtende eis, & ſcribes in
in oculis eorum: vt cuſtodiant omnes
deſcriptiones eius, & præcepta illius, &
faciant ea. *Iſta eſt lex domus in ſum- 12
mitate montis, 'Omnis finis' eius, in cir-
cuitu ſanctum ſanctorum eſt: hæc eſt
ergo lex domus. *Iſtæ autem menſu- 13
ræ altaris in cubito veriſſimo, qui habe-
bat cubitum & palmum: in ſinu eius
erat cubitus & cubitus in latitudine: &
definitio eius vſque ad labium eius, in
circuitu, palmus vnus. hæc quoque erat
foſſa altaris. *Et de ſinu terræ vſque 14
ad crepidinem nouiſſimam duo cubiti,
& latitudo cubiti vnius: & à crepidine
minore vſque ad crepidinẽ maiorẽ quà-
tuor cubiti, & latitudo cubiti vnius.
*Ipſe autem ariel quatuor cubitorum: 15
& ab ariel vſque ad ſurſum, cornua qua-
tuor. *Et ariel duodecim cubitorum 16
in longitudine per duodecim cubitos
latitudinis: quadrangulatum equis late-
ribus. *Et crepido quatuordecim cu- 17
bitorũ longitudinis per quatuordecim
cubitos latitudinis in quatuor angulis
eius: & corona in circuitu eius dimidij
cubiti, & ſinus eius vnius cubiti, per cir-
cuitum: gradus autẽ eius verſi ad Orien-
tem. *Et dixit ad me, Fili hominis, 18
hæc dicit Dominus Deus, Hi ſunt ritus
altaris, in quacunque die fuerit fabrica-
tum: vt offeratur ſuper illud holocauſtũ,
& effundatur ſanguis. *Et dabis ſacer- 19
dotib⁹ & Leuitis, qui ſunt de ſemine Sa-
doc, qui accedunt ad me, ait Dñs Deus,
vt offerant mihi vitulum de armento
pro peccato. *Et aſſumens de ſanguine 20
eius, pones ſuper quatuor cornua eius,
& ſuper quatuor angulos crepidinis, &
ſuper coronam in circuitu: & mundabis
illud, & expiabis. *Et tolles vitulum 21
qui oblatus fuerit pro peccato: & com-
bures eum in ſeparato loco domus extra
ſanctuarium. *Et in die ſecunda offe- 22
res hircum caprarum immaculatũ pro
peccato: & expiabũt altare, ſicut expia-
uerunt in vitulo. *Cúmque comple- 23
ueris expians illud, offeres vitulũ de ar-
mento immaculatũ, & arietem de gre-
gre immaculatum. *Et offeres eos in 24
conſpectu Dñi: & mittent ſacerdotes
ſuper eos ſal, & offerẽt eos holocuſtum
Domino. *Septem diebus facies hir- 25
cum pro peccato quotidie: & vitulum
de armento, & arietẽ de pecoribus im-
maculatos offerent. *Septem diebus 26
expiabunt altare, & mundabũt illud: &
implebunt manum eius. *Expletis au- 27
tem diebus, in die octaua & vltrà, faciẽt
ſacerdotes ſuper altare holocuſta veſtra,
& quæ pro pace offerunt: & placatus
ero vobis, ait Dominus Deus.

CAP. XLIIII.

ET conuertit me ad viam portæ ſan- 1
ctuarij exterioris, quæ reſpiciebat
ad Orien-

ad Orientem: & erat clausa. *Et dixit 2
Dominus ad me, Porta hæc, clausa erit:
non aperietur, & vir nõ transiet per eam:
quoniam Dominus Deus Israël ingres-
sus est per eam, eritque clausa. *princi- 3
pi. Princeps ipse sedebit in ea, vt com-
edat panem coram Dño: per viam portæ
vestibuli ingredietur, & per viam eius
egredietur. *Et adduxit me per viam 4
portæ Aquilonis in cõspectu domus: &
vidi, & ecce impleuit gloria Dñi domũ
Domini: & cecidi in faciem meam. *Et 5
dixit ad me Dominus: Fili hominis, po-
ne cor tuum, & vide oculis tuis, & auri-
bus tuis audi omnia quæ ego loquor ad
te de vniuersis ceremoniis domus Dñi,
& de cunctis legibus eius: & pones cor
tuum in viis templi, per omnes exitus
sanctuarij. *Et dices ad exasperantem 6
me domum Israël, Hæc dicit Dominus
Deus, Sufficiant vobis omnia scelera ve-
stra, domus Israël: *eo quòd inducitis 7
filios alienos incircumcisos corde & in-
circumcisos carne, vt sint in sanctuario
meo, & polluant domum meam: & of-
fertis panes meos, adipem & sangui-
nem: & dissoluitis pactum meum in om-
nibus sceleribus vestris. *Et non ser- 8
uastis præcepta sanctuarij mei: & posui-
stis custodes obseruationum mearum in
sanctuario meo vobismetipsis. *Hæc 9
dicit Dominus Deus, Omnis alienige-
na incircumcisus corde, & incircum-
cisus carne, non ingredietur sanctua-
rium meum, omnis filius alienus qui
est in medio filiorum Israël. *Sed & 10
Leuitæ qui longè recesserunt à me in er-
rore filiorum Israël, & errauerunt à me
post idôla sua, & portauerunt iniquita-
tem suam: *Erunt in sanctuario meo 11
æditui, & ianitores portarum domus,
& ministri domus: ipsi mactabunt ho-
locausta, & victimas populi: & ipsi sta-
bunt in conspectu eorum, vt ministrent
eis. *Pro eo quòd ministrauerunt illis 12
in conspectu idolorum suorum, &
facti sunt domui Israël in offendicu-
lum iniquitatis: idcirco leuaui manum
meam super eos, ait Dominus Deus, &
'portauerunt' iniquitatem suam: *& 13

non appropinquabunt ad me, vt sacer-
dotio fungantur mihi, neque accedent
ad omne sanctuarium meũ iuxta sancta
sanctorum: sed portabunt confusionem
14 suã, & scelera sua quæ fecerunt. *Et da-
bo eos ianitores domus, in omni mini-
sterio eius, & in vniuersis quę fient in ea.
15 *Sacerdotes autem' Leuitæ filij Sadoc, & 8 MS.
qui custodierunt ceremonias sanctuarij Ab H. ex-
mei, cùm errarẽt filij Israël à me, ipsi ac- tem, c. &
cedent ad me, vt ministrent mihi: & sta- G. nec
bunt in conspectu meo, vt offerãt mihi R. & Hier.
adipem & sanguinem, ait Dñs Deus. non addunt.
16 *Ipsi ingredientur sanctuariũ meum,
& ipsi accedent ad mensam meam, vt
ministrent mihi, & custodiant ceremo-
17 nias meas. *Cumq. ingredientur por-
tas atrij interioris, vestib⁹ lineis induen-
tur: nec ascendet super eos quicquam
laneũ, quando ministrant in portis atrij
18 interioris & intrinsecus. *Vittæ lineæ
erũt in capitibus eorũ, & feminalia linea
erunt in lumbis eorum, & nõ accingen-
19 tur in sudore. *Cúmque egredientur
atrium exterius ad populum, exuent se
vestimentis suis in quibus ministraue-
rant, & reponent ea in gazophylacio
sanctuarij, & vestiẽt se vestimentis aliis:
& non sanctificabunt populum in vesti-
20 bus suis. *Caput autem suum non ra-
dent, neque comam nutrient: sed ton-
21 dentes attondent capita sua. *Et vi-
num non bibet omnis sacerdos, quando
22 ingressurus est atrium interius. *Et vi- Leu.21,14
duam, & repudiatã non accipient vxo-
res, sed virgines de semine domus Israël:
sed & viduam, quæ fuerit vidua à sacer-
23 dote, accipient. *Et populum meum
docebunt quid sit inter sanctum & pol-
lutum: & inter mundum & immun-
24 dum ostendent eis. *Et cùm fuerit con-
trouersia, stabunt in iudiciis meis, & iu-
dicabunt: leges meas, & præcepta mea
in omnibus solemnitatibus meis custo-
dient, & sabbatha mea sanctificabunt.
25 *Et ad mortuũ hominẽ nõ ingredien-
tur, ne polluantur: nisi ad patrem & ma-
trem, & filium & filiã, & fratrem & so-
rorem, quæ alterum virum non ha-
26 buerit: in quibus contaminabũtur. *Et
postquam

" portabunt 7 MS. G. C. Hebraïs præteritum est, quod in futurum conuertendum iudicatur.

postquam fuerit emundatus, septem
dies numerabuntur ei. *Et in die in- 27
troitus sui in sanctuarium ad atrium in-
terius vt ministret mihi in sanctuario,
offeret pro peccato suo, ait Dñs Deus.
'Non' *' erit autem eis hæreditas, ego 28
hæreditas eorum: & possessionem non
dabitis eis in Israël, ego enim possessio
eorum. *Victimã & pro peccato & pro 29
delicto ipsi comedent: & omne votũ in
Israël, ipsorũ erit. *' Et primitiua om- 30
nium primogenitorum, & omnia liba-
menta ex omnibus quæ offeruntur, sa-
cerdotũ erunt: & primitiua ciborum ve-
strorum dabitis sacerdoti, vt reponat be-
nedictionẽ domui 'suæ'. *'Omne mor- 31
ticinum, & captũ à bestia de auibus &
de pecoribus, nõ comedent sacerdotes.

CAP. XLV.

CVmque cœperitis terram diuidere 1
sortitò, separate primitias Domino
sanctificatum de terra longitudine vi-
gintiquinq. millia, & latitudine decem
millia: sanctificatum erit in omni termi-
no eius per circuitum. *Et erit ex om- 2
ni parte sanctificatum quingentos per
quingentos, quadrifariam per circui-
tum: & quinquaginta cubitis in subur-
bana eius per gyrum. *Et à mensura 3
ista mẽsurabis longitudinẽ vigintiquin-
que millium, & latitudinem decem
millium, & in ipso erit templum, san-
ctumque sanctorum. *Sanctificatum 4
de terra erit sacerdotibus ministris san-
ctuarij, qui accedunt ad ministeriũ Dñi:
& erit eis locus in domos, & in sanctua-
rium sanctitatis. *Vigintiquinq. autem 5
millia longitudinis, & decem millia lati-
tudinis erunt Leuitis, qui ministrant do-
mui: ipsi possidebunt viginti gazophy la-
cia. *Et possessionem ciuitatis dabitis 6
quinque millia latitudinis, & longitudi-
nis vigintiquinq. millia secundum sepa-
rationem sanctuarij, omni domui Is-
raël. *Principi quoq. hinc & inde, in se- 7
parationẽ sanctuarij, & in possessionem
ciuitatis, contra faciem separationis san-
ctuarij, & cõtra faciẽ possessionis vrbis:
à latere Maris vsque ad Mare, & à la-
tere Orientis vsque ad Orientem: Lon-

gitudinem autem iuxta vnamquãmq;
partem à termino Occidentali vsque ad
8 terminum Orientalem. *De terra erit
ei possessio in Israël: & non depopula-
buntur vltrà principes populum meum:
sed terrã dabunt domui Israël secundũ
9 tribus eorũ. *Hæc dicit Dominus Deus,
Sufficiat vobis principes Israël: iniqui-
tatem & rapinas intermittite, & iudi-
cium & iustitiam facite, separate con-
finia vestra à populo meo, ait Dominus
10 Deus. *Statera iusta, & ephi iustum, &
11 batus iustus erit vobis. *Ephi & batus
æqualia, & vnius mensuræ erunt: vt ca-
piat decimam partem cori batus & de-
cimam partẽ cori ephi: iuxta mensuram
12 cori erit æqua libratio eorum. *' Siclus Exo. 30,13.
autem viginti obolos habet: Porrò vi- Leu. 27,25.
ginti sicli, & vigintiquinq. sicli, & quin- Num. 3,47.
13 decim sicli, mnam faciunt. *Et hæ sunt
primitiæ quas tolletis: sextam partem
ephi de coro frumenti, & sextã partem
14 ephi de coro hordei. *Mensura quoq.
olei, batus olei, decima pars cori est: &
decem bati, corum faciunt: quia decem
15 bati implent corum. *Et arietem vnum
de grege ducentorũ de his quæ nutriunt
Israël in sacrificium, & in holocaustum,
& in pacifica, ad expiandum pro eis, ait
16 Dominus Deus. *Omnis populus terræ
tenebitur primitiis his principi in Israël.
17 *Et super principem erunt holocau-
sta, & sacrificium, & libamina in solem-
nitatibus, & in Calendis, & in sabba-
this, in vniuersis solemnitatibus domus
Israël. ipse faciet pro peccato sacrifi-
cium, & holocaustum, & pacifica ad ex-
18 piandum pro domo Israël. *Hæc di-
cit Dominus Deus, In primo mense, vna
mensis sumes vitulum de armento im-
maculatum, & expiabis sanctuarium.
19 *Et tollet sacerdos de sanguine quod
erit pro peccato: & ponet in postibus
domus, & in quatuor angulis crepidi-
nis altaris, & in postibus portæ atrij in-
20 terioris. *Et sic facies in septima men-
sis pro vnoquoque qui ignorauit, & er-
rore deceptus est, & "expiabitis' pro do- " expiabis
21 mo. *In primo mense, quartadeci- MS. q. R.
ma die mensis erit vobis Paschæ solem-
nitas:

nitas: ſeptem diebus azyma comedentur. 22 ✠ Et faciet princeps in die illa pro ſe & pro vniuerſo populo terræ, vitulum pro peccato. 23 ✠ Et in ſeptem dierum ſolemnitate faciet holocauſtũ Domino ſeptem vitulos, & ſeptem arietes immaculatos quotidie ſeptem diebus: & pro peccato hircum caprarum. 24 ✠ Et ſacrificium ephi per vitulũ, & ephi per arietẽ faciet: & olei hin per ſingula ephi.

25 ✠ Septimo menſe, quintadecima die menſis in ſolemnitate faciet ſicut ſuprà dicta ſunt per ſeptem dies: tam pro peccato, quàm pro holocauſto, & in ſacrificio, & in oleo.

CAP. XLVI.

1 HÆc dicit Dñs Deus, Porta atrij interioris, quæ reſpicit ad Orientem, erit clauſa ſex diebus in quibus opus fit: die autem ſabbathi aperietur, ſed & in die Calendarum aperietur. 2 ✠ Et intrabit princeps per viam veſtibuli portæ deforis, & ſtabit in limine portæ: & facient ſacerdotes holocauſtum eius, & pacifica eius: & adorabit ſuper limen portæ, & egredietur: porta autem non claudetur vſque ad veſperam. 3 ✠ Et adorabit populus terræ ad oſtium portæ illius in Sabbathis & in Calendis coram Dño. 4 ✠ Holocauſtum autem hoc offeret princeps Domino: in die ſabbathi ſex agnos immaculatos, & arietem immaculatum. 5 ✠ Et ſacrificium ephi per arietem: in agnis autem ſacrificium quod dederit manus eius: & olei hin per ſingula ephi. 6 ✠ In die autẽ Calendarum vitulum de armento immaculatum: & ſex agni, & arietes immaculati erunt. 7 ✠ Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet ſacrificium: de agnis autem, ſicut inuenerit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. 8 ✠ Cumq. ingreſſurus eſt princeps, per viam veſtibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat.

9 ✠ Et cùm intrabit populus terrę in conſpectu Dñi in ſolemnitatibus: qui ingreditur per portam Aquilonis, vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ: porrò qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: nõ reuertetur per viam portæ per quam ingreſſus eſt, ſed eregione illius egredietur. 10 ✠ Princeps autem in medio eorum cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur. 11 ✠ Et in nundinis, & in ſolemnitatibus erit ſacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: de agnis autem erit ſacrificium ſicut inuenerit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. 12 ✠ Cùm autem fecerit princeps ſpontaneum holocauſtum, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta quæ reſpicit ad Orientem, & faciet holocauſtũ ſuum, & pacifica ſua, ſicut fieri ſolet in die ſabbathi: & egredietur, claudeturque porta poſtquam exierit. 13 ✠ Et agnum eiuſdem anni immaculatũ, faciet holocauſtum quotidie Domino: ſemper manè faciet illud. 14 ✠ Et faciet ſacrificium ſuper eo cata mane mane ſextam partẽ ephi: & de oleo tertiam partem hin, vt miſceatur ſimilæ: ſacrificium Dño legitimũ, iuge atq. perpetuũ. 15 ✠ Faciet agnum & ſacrificiũ, & oleũ cata mane mane: holocauſtum ſempiternum. 16 ✠ Hæc dicit Dñs Deus, Si dederit princeps "donum' alicui de filiis ſuis: hæreditas eius, filiorum ſuorum erit, poſſidebunt eam hæreditariè. "donum MS. Q.R.

17 ✠ Si autem dederit legatum de hæreditate ſua vni ſeruorum ſuorum: erit illius vſque ad annum remiſſionis, & reuertetur ad principẽ: hæreditas autem eius filiis eius erit. 18 ✠ Et nõ accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de poſſeſſione eorũ: ſed de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filiis ſuis: vt non diſpergatur populus meus vnuſquiſque à poſſeſſione ſua. 19 ✠ Et introduxit me per ingreſſum qui erat ex latere portæ in gazophylacia ſanctuarij ad ſacerdotes, quæ reſpiciebant ad Aquilonem: & erat ibi locus vergens ad Occidentem. 20 ✠ Et dixit ad me, Iſte eſt locus vbi coquent ſacerdotes pro peccato, & pro delicto: vbi coquent ſacrificium, vt non "efferant in atriũ exterius', & ſanctificetur populus. 21 ✠ Et eduxit me in atrium exterius, & circũduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce, atriolum in "efferant in atrio exteriori MS. "offerant in atrio exteriori

erat in angulo atrij, atriola ſingula per angulos atrij. 22 ✠ In quatuor angulis atrij atriola diſpoſita, quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum: menſuræ vnius quatuor erant. Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erant ſubter porticus per gyrum. 23 ✠ Et dixit ad me, Hæc eſt domus culinarum in qua coquent miniſtri domus Domini victimas populi.

CAP. XLVII.

1 ✠ ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur ſubter limen domus ad Orientem: facies enim domus reſpiciebat ad Orientem: aquæ autem deſcendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris. 2 ✠ Et eduxit me per viam portæ Aquilonis, & conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quę reſpiciebat ad Orientẽ: & ecce aquæ redundantes à latere dextro.

3 ✠ Cùm egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu ſua, & menſus eſt mille cubitos: & traduxit me per aquam vſque ad talos. 4 ✠ Rurſumque menſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad genua: ✠ & menſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad renes. Et menſus eſt mille, torrentem quem nõ potui pertranſire: quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis qui non poteſt tranſuadari. 6 ✠ Et dixit ad me, Certè vidiſti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. 7 ✠ Cumque me conuertiſſem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq. parte.

8 ✠ Et ait ad me, Aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli Orientalis, & deſcendunt ad plana deſerti, intrabunt mare, & exibunt, & ſanabuntur aquæ.

9 ✠ Et omnis anima viuens quæ ſerpit, quocunque venerit torrens, viuet: & erunt piſces multi ſatis poſtquam venerint illuc aquæ iſtæ, & ſanabuntur: & viuent omnia ad quæ venerit torrens.

10 ✠ Et ſtabunt ſuper illa piſcatores, ab Engaddi vſque ad Engallim ſiccatio ſagenarum erit: plurimæ ſpecies erunt piſcium eius, ſicut piſces maris magni, multitudinis nimiæ: 11 ✠ in littoribus autem eius, & in paluſtribus non ſanabuntur, quia in ſalinas dabuntur. 12 ✠ Et ſuper torrentem orietur in ripis eius ex vtraq. parte omne lignum "pomiferum': non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per ſingulos menſes afferet primitiua, quia aquæ eius de ſanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. 13 ✠ Hæc dicit Dominus Deus, Hic eſt terminus in quo poſſidebitis terram in duodecim tribubus Iſraël: 'quia Ioſeph duplicem funiculum habet. 14 ✠ Poſſidebitis autem eam ſinguli æquè vt frater ſuus: 'ſuper quam leuaui manum meam vt darem patribus veſtris: & cadet terra hæc vobis in poſſeſſionem. 15 ✠ Hic eſt autem terminus terræ: ad plagam Septentrionalem, à mari magno via Hethalon, venientibus Sedada, 16 ✠ Emath, Berotha, Sabarim, quæ eſt inter terminum Damaſci & confinium Emath, domus Tichon quæ eſt iuxta terminum Auran. "fructiferum 4 MS "cuius fructus comeditur H. G. C. Gen. 48, 22 Gene. 12, 7. 12, 16.

17 ✠ Et erit terminus à Mari vſque ad atrium Enon terminus Damaſci, & ab Aquilone ad Aquilonem, * terminus 18 Emath: plaga Septentrionalis. ✠ Porrò plaga Orientalis de medio Auran, & de medio Damaſci, & de medio Galaad, & de medio terræ Iſraël, Iordanis diſterminans ad mare Orientale, metiemini 19 etiam plagam Orientalem. ✠ Plaga autem auſtralis meridiana à Thamar vſque ad aquas contradictionis Cades: & torrens vſque ad mare magnum: & hæc eſt 20 plaga ad Meridiem auſtralis. ✠ Et plaga Maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc 21 eſt plaga Maris. ✠ Et diuidetis terram 22 iſtam vobis per tribus Iſrael: ✠ & mittetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis qui acceſſerint ad vos, qui genuerint filios in medio veſtrum: & erunt vobis ſicut indigenæ inter filios Iſraël: vobiſcum diuident poſſeſſionem in medio 23 tribuum Iſraël. ✠ In tribu autem quacumque fuerit aduena, ibi dabitis poſſeſſionem illi, ait Dominus Deus. * & 8 MS. H. G. C.

CAP. XLVIII.

ET hæc nomina tribuum à finibus Aquilonis iuxta viam Hethalõ pergentibus Emath, atrium Enam terminus Damaſci ad Aquilonem iuxta viam Emath. Et erit ei plaga Orientalis Mare, Dan vna. [2] Et ad terminum Dan, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Aſer vna: [3] & ſuper terminum Aſer, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Nephthali vna. [4] Et ſuper terminum Nephthali, à plaga Orientali vſq. ad plagam Maris, Manaſſe vna. [5] Et ſuper terminum Manaſſe, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Ephraim vna. [6] Et ſuper terminum Epraim à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Ruben vna.

[7] Et ſuper terminum Ruben, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Iuda vna. [8] Et ſuper terminum Iuda, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, erunt primitiæ quas ſeparabitis, vigintiquinq. millib⁹ latitudinis & longitudinis, ſicuti ſingulę partes à plaga Orientali vſque ad plagam Maris: & erit ſanctuarium in medio eius. [9] Primitiæ quas ſeparabitis Domino: longitudo vigintiquinq. millibus, & latitudo decem millibus. [10] Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum: ad Aquilonem longitudinis vigintiquinque millia, & ad Mare latitudinis decem millia, ſed & ad Orientem latitudinis decem millia, & ad Meridiem longitudinis vigintiquinque millia: & erit ſanctuarium Domini in medio eius.

[11] Sacerdotibus ſanctuarium erit de filiis Sadoc, qui cuſtodierunt ceremonias meas, & non errauerunt cùm errarent filij Iſraël, ſicut errauerunt & Leuitæ.

[12] Et erunt eis primitiæ de primitiuis terræ ſanctum ſanctorum, iuxta terminum Leuitarum. [13] Sed & Leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotũ viginti quinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo, viginti & quinque millium, & latitudo decem millium. [14] Et non venundabunt ex eo, neque mutabunt, neque transferentur primitiæ terrę, quia ſanctificatę ſunt Domino. [15] Quinque millia autem quæ ſuperſunt in latitudine per viginti quinq. millia, profana erunt urbis in habitaculum, & in ſuburbana: & erit ciuitas in [16] medio eius. [17] Et hæ menſuræ eius: Ad plagam Septentionalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Meridianam, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Orientalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Occidentalem, quingenta & quatuor millia. [18] Erunt autẽ ſuburbana ciuitatis, ad Aquilonem ducenta quinquaginta, & ad Meridiem ducenta quinquaginta, & ad Orientem ducenta quinquaginta millia, & ad Mare ducenta quinquaginta. [19] Quod autem reliquum fuerit in longitudine ſecundum primitias ſanctuarij, decem millia in Orientem, & decem millia in Occidentem, erunt ſicut primitiæ ſanctuarij: & erunt fruges eius in panes his qui ſeruiunt ciuitati. [20] Seruientes autem ciuitati, operabuntur, ex omnibus tribubus Iſraël. [21] Omnes primitiæ, viginti quinque millium, per viginti quinque millia in quadrum, ſeparabuntur in primitias ſanctuarij, & in poſſeſſionem ciuitatis.

[22] Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarũ ſanctuarij, & poſſeſſionis ciuitatis e regione vigintiquinque milliũ primitiarum vſq. ad terminum Orientalẽ: ſed & ad Mare e regione vigintiquinque millium vſque ad terminum maris, ſimiliter in partibus principis erit: & erunt primitiæ ſanctuarij, & ſanctuarium templi in medio eius.

[23] De poſſeſſione autem Leuitarum, & de poſſeſſione ciuitatis in medio partium principis erit: 'in' terminum Iuda, & 'in' terminum Ben-iamin, & ad principem pertinebit. [24] Et reliquis tribubus, A plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem, Ben-iamin vna. [25] Et contra terminum Ben-iamin, à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem, Simeon vna. [26] Et ſuper terminum Simeonis, à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem, Iſſachar vna. [27] Et ſuper terminum Iſſachar, à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem, Zabulon vna. [28] Et ſuper terminum Zabulon, Gad vna. [29] Et ſuper terminum Gad, ad plagam Auſtri in Meridiem: & erit finis de Thamar, vſque ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum. [30] Hæc eſt terra quam mittetis in ſortem tribubus Iſraël: & hæ partitiones earum, ait Dominus Deus.

[31] Et hi egreſſus ciuitatis: A plaga Septẽtrionali quingentos & quatuor millia menſurabis. Et portæ ciuitatis omnibus tribubus Iſraël, portæ tres à Septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. [32] Et ad plagam Orientalẽ, quingentos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioſeph vna, porta Ben-iamin vna, porta Dan vna. [33] Et ad plagam Meridianam, quingentos & quatuor millia metieris: porta Simeonis vna, porta Iſſachar vna, porta Zabulon vna. [34] Et ad plagam Occidentalem, quingentos & quatuor millia: & portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aſer vna, porta Nephthali vna. [35] Per circuitum, decem & octo millia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

DANIELIS PROPHETIA.

CAP. I.



ANNO tertio regni Ioacim regis Iuda, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Ieruſalem, & obſedit eã; [2] & tradidit Dñs in manu eius Ioacim regem Iudæ, & partem vaſorum domus Dei: & aſportauit ea in terram Sennaar, in domũ dei ſui, & vaſa intulit in domum theſauri dei ſui. [3] Et ait rex Aſphenez prępoſito eunuchorũ, vt introduceret de filiis Iſraël, & de ſemine regio, & tyrannorum, [4] Pueros in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio regis: vt doceret eos literas, & linguam Chaldæorum. [5] Et conſtituit eis rex annonã per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis, poſtea ſtarent in [6] conſpectu regis. [7] Fuerunt ergo inter eos de filiis Iudæ, Daniel, Ananias, Miſaël, & Azarias. [8] Et impoſuit eis præpoſitus eunuchorũ, nomina: Danieli, Baltaſſar: Ananię, Sidrach: Miſaëli, Miſach: & Azariæ, Abdenago. [9] Propoſuit autem Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa regis, neq. de vino potus eius: & rogauit eunuchorum præpoſitum ne contaminaretur. [10] Dedit autem Deus Danieli gratiam & miſericordiam in conſpectu principis eunuchorum. [11] Et ait princeps eunuchorũ ad Danielẽ, Timeo ego dñm meum regem, qui cõſtituit vobis cibum & potum: qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores præ cæteris adoleſcentibus coæuis veſtris, condemnabitis caput meum regi. [12] Et dixit Daniel ad Malaſar, quem conſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam,

Misaelem, & Azariam, *Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum: *& contemplare vultus nostros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, facies cum seruis tuis. *Qui audito sermone huiuscemodi, tentauit eos diebus decem. *Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præomnib. pueris qui vescebantur cibo regio. *Porrò Malasar tollebat cibaria, & vinum potus eorum: dabatque eis legumina. *Pueris autem his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia: Danieli autem intelligentiam omniũ visionum & somniorum. *Completis itaque diebus, post quos dixerat rex vt introducerentur: introduxit eos præpositus eunuchorum in cõspectu Nabuchodonosor. *Cumq. eis locutus fuisset rex, non sunt inuenti tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Misael, & Azarias: & steterunt in conspectu Regis. *Et omne verbum sapientiæ & intellectus quod scisciatus est ab eis Rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos qui erant in
Inf. 6, 28. vniuerso regno eius. *[1] Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri regis.

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

CAP. II.

IN anno secundo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somniũ, & cõterritus est spiritus eius, & somnium
*ergo 15. MS. Hier. *& M.G. eius fugit ab eo. **Præcepit 'autem' rex, vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi: vt indicarent regi somnia sua: qui cùm venissent, steterunt coram rege. *Et dixit ad eos rex, Vidi somnium: & mente confusus ignoro quid viderim. *Responderuntque Chaldæi regi Syriacè, Rex in sempiternum viue: dic somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. *Et respondens rex ait Chaldæis, Sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius, peribitis vos, & domus vestræ publicabuntur. Si autem somnium & coniecturam eius narraueritis: præmia, & dona, & honorem multum accipietis à me. somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi. *Responderunt secundò, atque dixerũt, Rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem illius indicabimus. *Respondit rex, & ait, Certè noui quòd tempus redimitis, scientes quòd recesserit à me sermo. *Si ergo somnium non indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quòd interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam composueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaq. dicite mihi, vt sciam quòd interpretationem quoque eius veram loquamini. *Respondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt, Non est homo super terram, qui sermonem tuũ, Rex, possit implere: sed neque regum quisquã magnus & potens, verbũ huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo. *Sermo enim quem tu quæris, Rex, grauis est: nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis: exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio. *Quo audito, rex in furore & in ira magna præcepit vt perirẽt omnes sapientes Babylonis. *Et egressa sententia, sapientes interficiebãtur: quærebanturque Daniel, & socij eius, vt perirent. *Tunc Daniel requisiuit de lege atque sententia ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. *Et interrogauit eum qui à rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Cùm ergo rem indicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit regem vt tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. *Et ingressus est domum suam: Ananiæque & Misaëli, & Azariæ sociis suis, indicauit negotiũ: *vt quærerent misericordiam à facie Dei cæli super sacramento isto, & non perirent Daniel & socij eius, cum cæteris sapientibus Babylonis. *Tunc Danieli mysterium per visionem nocte reuelatum est: & benedixit Daniel Deum cæli, & locu-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

*& locutus ait, 'Sit nomen Domini benedictum à seculo & vsque in seculum: quia sapientia & fortitudo eius sunt. *Et ipse mutat tempora & ætates: transfert regna atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam: *Ipse reuelat profunda & abscondita: & nouit in tenebris constituta: & lux cum eo est. *Tibi Deus
'patrum meorum' MS. R. M. G. Pattum Sanct. G. patrum 'meorum' confiteor, teque laudo: quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi quæ rogauimus te, quia sermonem Regis aperuisti nobis. *Post hæc Daniel ingressus ad Arioch quem constituerat Rex, vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est, Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo. *Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad Regem, & dixit ei, Inueni hominẽ de filiis transmigrationis Iudę, qui solutionẽ regi annuntiet. *Respondit Rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat Baltassar, Putásne verè potes mihi indicare somnium quod vidi, & interpretationem eius? *Et respondens Daniel coram Rege, ait, Mysterium quod rex interrogat, sapientes, magi, & arioli, & aruspices nequeunt indicare regi: *Sed est Deus in cælo reuelans mysteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in nouissimis temporibus. Somnium tuum & visiones capitis tui in cubili tuo, huiuscemodi sunt: *Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo, quid esset futurum post hæc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt. *Mihi quoq. non in sapientia quæ est in me plus quàm in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est: sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires. *Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. *Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porrò venter & femora ex ære. *tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. *Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. *Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento: nullusq. locus inuentus est eis: lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram, *hoc est somnium. Interpretationem quoq. eius dicemus coram te, rex. *Tu rex regum es: & Deus cæli regnum & fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi: *& omnia in quibus habitant filij hominum & bestiæ agri, volucres quoque cæli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. tu es ergo caput aureum. *Et post te consurget regnum aliud minus te: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ. *Et regnum quartũ erit velut ferrum. quomodo ferrum comminuit & domat omnia: sic comminuet & conteret omnia hæc. Porrò quia vidisti pedum & digitorũ partem 'testeam' figuli, & partem ferream: regnũ diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mistum testæ ex luto. *Et digitos pedum ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte regnũ erit solidum, & ex parte contritum. *Quod autem vidisti ferrum mistum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrũ misceri non potest testæ. *In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnũ quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternũ. *Secundum quod vidisti, quòd de monte abscissus est lapis sine manibus, & cõminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea. & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius.

20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45

-6 MS. R. C. Expressum est autem & hoc loco, à G. quod versu 45. omnia habent.

'testæ' 25 MS. Q. R.

46 *Tunc rex Nabuchodonosor cécidit in faciem suam, & Danielem adorauit: & hostias, & incensum præcepit vt sacrificarent ei. 47 *Loquens ergo rex, ait Danieli, Verè Deus vester, Deus deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. 48 *Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis: & præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis. 49 *Daniel autem postulauit à rege: & constituit super opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: Ipse autem Daniel erat in foribus regis.

CAP. III.

1 NAbuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis. 2 *Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tyrannos, & præfectos, omnesque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex. 3 *Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus & iudices, duces & tyranni, & optimates qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex. stabant autem in conspectu statuæ quam posuerat Nabuchodonosor rex, 4 *& præco clamabat valenter, Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis, 5 *In hora qua audieritis sonitum tubæ, & fistulę, & citharę, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream quam constituit Nabuchodonosor rex. 6 *Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis.

7 *Post hæc igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ & psalterij, symphoniæ, & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerũt statuam auream quam constituerat Nabuchodonosor rex. 8 *Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos: 9 *dixeruntque Nabuchodonosor regi, Rex in æternum viue. 10 *tu rex, posuisti decretum, vt omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, prosternat se, & adoret statuam auream. 11 *si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. 12 *Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti non adorant. 13 *Tunc Nabuchodonosor in furore & in ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti sunt in 14 conspectu regis. *Pronuntiansque Nabuchodonosor rex, ait eis, Veréne Sidrach, Misach, & Abdenago deos meos non colitis, & statuam auream quam 15 "constitui non adoratis? *Nunc ergo si estis parati, quacunque hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ, omnisque generis musicorum, prosternite vos, & adorate statuam quam feci: quòd si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus qui eripiet vos de manu mea?

" erexi s. MS.

16 *Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor, Non oportet nos de hac re respondere tibi. 17 *Ecce enim Deus noster quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, 18 ô rex, liberare. *Quòd si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti non adoramus. 19 *Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, & præcepit vt succenderetur fornax septulum quàm succendi

cendi consueuerat. 20 *Et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago mitterẽt eos in fornacem ignis ardentis. 21 *Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. 22 *nam iussio regis vrgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porrò viros illos qui miserant Sidrach, Misach & Abdenago, interfecit flamma ignis. 23 *Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. *Quæ sequuntur, in Hebræis voluminibus non reperi.*

24 *Et ambulabant in medio flãmæ laudantes Deum, & benedicentes Domino.

25 *Stans autem Azarias orauit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait,

26 *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula: 27 *quia iustus es in omnibus quę fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. 28 *Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem: quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hęc propter peccata nostra. 29 *Peccauimus enim, & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus: 30 *& præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis vt bene nobis esset. 31 *omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, vero iudicio fecisti: 32 *& tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum & pessimorum, præuaricatorumque, & regi iniusto & pessimo vltra omnem terram. 33 *Et nunc non possumus aperire os: confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colunt te. 34 *Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomẽ tuum, & ne dissipes testamentum tuum. 35 *neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum: 36 *quibus locutus es, pollicens quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in 37 littore maris. *quia Domine imminutisumus plus quàm omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie 38 propter peccata nostra. *Et non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, 39 neque locus primitiarum coram te, *vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humi- 40 litatis suscipiamur. *Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam nõ est confusio con- 41 fidentibus in te. *Et nunc sequimur te in toto corde, & timem⁹ te, & quærimus 42 faciem tuam. *Ne confundas nos: sed fac nobiscũ iuxta mansuetudinẽ tuam, & secundum multitudinem misericor- 43 diæ tuæ. *Et erue nos in mirabilib. tuis, 44 & da gloriam nomini tuo Domine: *& confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala, confundantur in omni potentia, & robur eorum conteratur: 45 *& sciant quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarum.

46 *Et nõ cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacẽ, naphtha 47 & stupa & pice & malleolis, *& effundebatur flamma super fornacem cubitis 48 quadraginta nouem: *& erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de 49 Chaldæis. *Angelus autẽ Domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem: & excussit flammam ignis de 50 fornace, *& fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiæ intulit.

51 *Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebant Deum in fornace, dicentes,

52 *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis, * & superexaltatus in secula. & benedictum nomen glorię tuę sanctum & laudabile & superexaltatum in omnibus seculis.

* & gloriosus M S R. Hier. Verèm in G. codicibus non additur.

53 ✱Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ, & ſuperlaudabilis & ſuperglorioſus in ſecula.

54 ✱Benedictus es in throno regni tui, & ſuperlaudabilis & "ſuperexaltatus' in ſecula.

"superglorioſus 2 MS. G.

55 ✱Benedictus es qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper cherubim, & laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula.

Pſal. 79,2. 98,1.

56 ✱Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis & glorioſus in ſecula.

57 ✱ Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Pſa. 144,10

58 ✱ Benedicite angeli Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Pſa 102,20 148,2.

59 ✱ Benedicite cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Pſal. 68,45. 148,4.

60 ✱Benedicite aquæ omnes quę ſuper cęlos ſunt, Domino; laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

61 ✱Benedicite omnes virtutes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

62 ✱ Benedicite ſol & luna Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Pſal. 148,3.

63 ✱Benedicite ſtellæ cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

64 ✱Benedicite omnis imber & ros Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

65 ✱Benedicite omnis ſpiritus "Dei' Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

7 MS. G.

66 ✱Benedicite ignis & æſtus Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

67 ✱Benedicite frigus & "æſtas' Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

"æſtus 3 MS. "cauma 4 MS. Græcis eſt καύσων, id eſt, cauma ſiue æſtus.

68 ✱Benedicite rores & pruina Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

69 ✱Benedicite gelu & frigus Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

70 ✱Benedicite glacies & niues Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

71 ✱Benedicite noctes & dies Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

72 ✱Benedicite lux & tenebræ Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

73 ✱Benedicite fulgura & nubes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

74 ✱Benedicat terra Dominum, ludet & ſuperexaltet eum in ſecula.

75 ✱Benedicite montes & colles Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

76 ✱Benedicite vniuerſa germinantia in terra Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

77 ✱Benedicite fontes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

78 ✱ Benedicite maria & flumina Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

79 ✱Benedicite cete, & omnia quę mouentur in aquis Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

80 ✱Benedicite omnes volucres cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

81 ✱ Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

82 ✱Benedicite filij hominum Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

83 ✱ Benedicat Iſraël Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.

84 ✱Benedicite ſacerdotes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

85 ✱Benedicite ſerui Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

86 ✱ Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

87 ✱Benedicite ſancti & humiles corde Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

88 ✱Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula: quia eruit nos de inferno, & ſaluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.

89 ✱Confitemini Domino, quoniam bonus,

bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

90 ✱Benedicite omnes religioſi Domino Deo deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia ſecula miſericordia eius.

Hucuſque in Hebræo non habetur: & quæ poſuimus, de Theodotionis editione tranſlata ſunt.

91 ✱Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit, & ſurrexit properè, & ait optimatibus ſuis, Nonne tres viros miſimus in medium ignis compeditos? Qui reſpondentes regi, dixerunt, Verè rex.

92 ✱Respondit & ait, Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.

Vet. MS. Lat. c. Iubil. c. 1. figur.

93 ✱Tunc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtium fornacis ignis ardentis, & ait, Sidrach, Miſach, & Abdenago ſerui Dei excelſi, egredimini, & venite. Statimque egreſſi ſunt Sidrach, Miſach, & Abdenago de medio ignis.

94 ✱Et congregati ſatrapæ, & magiſtratus, & iudices, & potentes regis, cõtemplabantur viros illos, quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non eſſet aduſtus, etiam ſaraballa eorum non fuiſſent immutata, & odor ignis non tranſiſſet per eos.

95 ✱Et erumpens Nabuchodonoſor, ait, Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Miſach, & Abdenago, qui miſit angelum ſuum, & eruit ſeruos ſuos qui crediderunt in eum: & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora ſua ne ſeruirent, & ne adorarent omnem Deum, excepto Deo ſuo.

96 ✱A me ergo poſitum eſt hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcunque locuta fuerit blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach & Abdenago, diſpereat, & domus eius vaſtetur. neque enim eſt alius Deus qui poſſit ita ſaluare.

97 ✱Tunc rex promouit Sidrach, Miſach, & Abdenago in prouincia Babylonis.

98 ✱NABVCHODONOSOR rex, omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in vniuerſa terra, pax vobis multiplicetur.

99 ✱Signa & mirabilia fecit apud mè Deus excelſus. Placuit ergo mihi prædicare ✱ſigna eius, quia magna ſunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius "regnum' ſempiternum, & potestas eius in generatione & generationem.

100 ' & ' MS q. Inſ. 4, 31. 7, 14.

CAP. IIII.

1 EGo Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo.

2 ✱ſomnium vidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in ſtratu meo, & viſiones capitis mei conturbauerunt me.

3 ✱Et per me propoſitum eſt decretum, vt introducerentur in conſpectu meo cuncti ſapientes Babylonis, & vt ſolutionem ſomnij indicarent mihi.

4 ✱Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, & aruſpices, & ſomnium narraui in conſpectu eorum: & ſolutionem eius non indicauerunt mihi:

5 ✱donec collega ingreſſus eſt in conſpectu meo Daniel, cui nomen Baltaſſar ſecundum nomen dei mei, qui habet ſpiritum deorum ſanctorum in ſemetipſo: & ſomnium coram ipſo locutus ſum.

6 ✱Baltaſſar princeps ariolorum, "quoniam' ego ſcio quòd ſpiritum ſanctorum deorum habeas in te, & omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi: viſiones ſomniorum meorum quas vidi, & ſolutionem earum narra.

7 ✱Viſio capitis mei in cubili meo, Videbam & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia.

8 ✱Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contingens cælum: aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ.

9 ✱Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & eſca vniuerſorum in ea. ſubter eam habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis eius conuerſabantur volucres cæli: & ex ea veſcebatur omnis caro.

10 ✱Videbam in viſione capitis mei ſuper ſtratum meum, & ecce vigil & ſanctus de cælo deſcendit.

11 ✱Clamauit fortiter, & ſic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & diſpergite fructus eius: fugiant

"quem 4 MS. G. atque hoc mõdo in Hieronymi commentariis; illo, in aduersto Textu legitur. Vtroque mõdo Chaldaicum רי transferri poteſt.

bestiæ quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. ‡Veruntamen germen 12
radicum eius in terra sinite, & alligetur ‡ vinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris sunt, & rore cęli tingatur, & cùm feris pars eius in herba terræ. ‡Cor eius ab 13
humano commutetur, & cor feræ detur ei: & septem tempora mutentur super eum. ‡In sententia vigilum decretum 14
est, & sermo sanctorum, & petitio: donec cognscant viuentes quoniam dominatur Excelsus in regno hominum; & cuicunque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum. ‡Hoc somnium vidi ego Nabu- 15
chodonosor rex: tu ergo Baltassar interpretationem narra festinus: quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi: tu autem potes, quia spiritus deorum sanctorum in te est.

‡Tunc Daniel, cuius nomen Baltassar, 16
cœpit intra semetipsum tacitus cogitare ‡ quasi vna hora: & cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait, Baltassar, somnium & interpretatio eius non conturbent te. Respondit Baltassar, & dixit, Domine mi, somnium his qui te oderunt: & interpretatio eius hostibus tuis sit. ‡Arborem quam vidi- 17
sti sublimem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cælũ, & aspectus illius in omnem terram: ‡& rami eius pul- 18
cherrimi, & fructus eius nimius, & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestiæ agri, & in ramis eius commorantes aues cæli: ‡Tu es rex, qui magnifi- 19
catus es, & inualuisti: & magnitudo tua creuit, & peruênit vsque ad cælum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ.

‡Quòd autem vidit rex vigilem, & 20
sanctum descendere de cælo, & dicere, Succidite arborem, & dissipate illam, attamen germen radicum eius in terra dimittite, & vinciatur ferro & ęre in herbis foris, & rore cæli cõspergatur, & cum feris sit pabulũ eius, donec septem tempora mutentur super eum: ‡Hæc est 21
interpretatio sententiæ Altissimi, quæ peruenit super dominum meum regem,
‡Eiicient te ab hominibus, & cum be- 22
stiis ferisq. erit habitatio tua, ‡& fœnum Inf.5,21.
vt bos comedes, & rore cæli infunderis; septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias quòd dominetur Excelsus super regnũ hominum, & cui- 23
cunque voluerit det illud. ‡Quòd autem præcepit vt relinqueretur germen radicũ eius, id est arboris: regnum tuum tibi manebit postquam cognoueris po- 24
testatem esse cælestem. ‡Quam ob rem rex, cõsilium meum placeat tibi, ‡& pec- Ecc.3,33.
cata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis. ‡Omnia 25
*venerunt super Nabuchodonosor re- *hęc MS. Hier. R. e.
gem. ‡Post finem mensium duode- 26
cim, in aula Babylonis deambulabat.

‡Respondítque rex, & ait, Nonne hæc 27
est Babylon *magna, quam ego ædificaui *ciuitas MS q. R.
in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? ‡Cumq; 28
sermo adhuc esset in ore regis, vox de cælo ruit, Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnum *'transibit' à te, ‡& ab 29
hominibus eijcient te, & cum bestiis *feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur Excelsus in regno hominum, & cui- 30
cunq. voluerit det illud. ‡Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, 31
& vngues eius quasi auium. ‡Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi; & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui: 'quia po- Sup.3,100. Inf.7,14.
testas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generatio- 32
ne. ‡Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cæli quàm in habitatoribus terræ: & non est qui resistat manui eius, 33
& dicat ei, Quare fecisti? ‡In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me,

*tuũ MS. R. Hier. G. Verùm c. & G. q. nõ leguntur.
*'transiit' MS. Hier. C. q. & MS. R. Hier. Q. n.

me, & ad honorem regni mei, decoremque perueni: & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi. ‡Nunc igitur ego Na- 34
buchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regem cæli: quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

CAP. V.

BAlsasar rex fecit grande conuiuium 1
optimatibus suis mille: & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem.

‡Præcepit ergo iam temulentus, vt af- 2
ferrentur vasa aurea & argentea quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresque eius & concubinæ. ‡Tunc al- 3
lata sunt vasa aurea *quæ asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. ‡Bibe- 4
bant vinum, & laudabant deos suos aureos & argenteos, æreos, ferreos ligneosque & lapideos. ‡In eadem hora ap- 5
paruerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat articulos manus scribentis. ‡Tunc 6
facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad seinuicem collidebantur. ‡Ex- 7
clamauit itaque rex fortiter vt introducerent magos, Chaldæos, & aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis, Quicunque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit. ‡Tunc in- 8
gressi omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem indicare regi. ‡Vnde rex 9
Balsasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est. sed & optimates eius turbabantur. ‡Regina autem pro 10
re quę acciderat regi & optimatib' eius,
domum conuiuij ingressa est: & proloquens ait, Rex in æternum viue: non te conturbent cogitationes tuæ, neque 11
facies tua immutetur. ‡Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se: & in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo: nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorum, incantatorum, Chaldæorum, & aruspicum constituit eum, 12
pater inquam tuus, ô rex: ‡quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiaque; interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit nomen Baltassar. nunc itaque Daniel vocetur, & inter- 13
pretationem narrabit. ‡Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait, Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quem adduxit pa- 14
ter meus rex de Iudæa? ‡Audiui de te quoniam spiritum deorum habeas: & scientia intelligentiaque ac sapientia 15
ampliores inuentæ sunt in te. ‡Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi: & nequiuerunt sensum 16
huius sermonis edicere*. ‡Porrò ego *mihi 16 MS. G. Verùm Hier. & C. non legunt.
audiui de te, quòd possis obscura interpretari, & ligata dissoluere: si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestiêris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo 17
princeps eris. ‡Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege, Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturam autem legam tibi, rex, & inter- 18
pretationem eius ostendam tibi. ‡O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorẽ dedit Na- 19
buchodonosor patri tuo. ‡Et propter magnificentiam quã dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebant, & metuebant eum. quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos vole- 20
bat, humiliabat. ‡Quãdo aũt eleuatũ est
cor

cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius ablata eſt: [21] & à filiis hominum eiectus eſt, ſed & cor eius
Sap.4,22. cum beſtiis poſitum eſt, & cum onagris erat habitatio eius: fœnum quoque vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum eſt: donec cognoſceret quod poteſtatem haberet Altiſſimus in regno hominum, & quemcunque voluerit ſuſcitabit ſuper illud. [22] Tu quoque filius eius Balſaſar, non humiliaſti cor tuum, cùm ſcires hæc omnia: [23] ſed aduerſum dominatorem cæli eleuatus es: & vaſa domus eius allata ſunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibiſtis in eis: deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneosque & lapideos qui non vident, neque audiunt, neque ſentiunt, laudaſti: porrò Deum qui habet ſtatum tuum in manu ſua & omnes vias tuas, non glorificaſti. [24] Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manꝰ, qui ſcripſit hoc quod exaratum eſt. [25] Hæc eſt autem ſcriptura quæ digeſta eſt: MANE, THECEL, PHARES. [26] Et hæc eſt interpretatio ſermonis. MANE: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud.

[27] THECEL: appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens. [28] PHARES: diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis. [29] Tunc iubente rege indutus eſt Daniel purpura, & circundata eſt torques aurea collo eius: & prædicatum eſt de eo quod haberet poteſtatem tertius in regno*. [30] Eadem nocte interfectus eſt Balſaſar rex Chaldæus.

*ſuo MS. G. Sed in R. Hier. & c. non additur. Inf. 9,1.

[31] Et Darius Medus ſucceſſit in regnum, annos natus ſexagintaduos.

CAP. VI.

[1] PLacuit 'Dario, & conſtituit ſuper regnum ſatrapas centum viginti, vt eſſent in toto regno ſuo. [2] Et ſuper eos, principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt ſatrapæ illis redderent rationem, & rex non ſuſtineret moleſtiam. [3] Igitur Daniël ſuperabat omnes principes & ſatrapas: quia ſpiritus Dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne re-
[4] gnum: vnde principes & ſatrapæ quærebant occaſionem vt inuenirent Danieli' ex latere 'regni': nullamque cauſam, & ſuſpicionem reperire potuerunt, eo quòd fidelis eſſet, & omnis culpa &
[5] ſuſpicio non inueniretur in eo. [6] Dixerunt ergo viri illi, Non inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi fortè in lege Dei ſui. [7] Tunc principes & ſatrapæ ſurripuerunt regi, & ſic locuti ſunt ei, Dari rex, in æternum viue. [8] conſilium inierunt omnes principes regni, magiſtratus & ſatrapæ, ſenatores & iudices, vt decretum imperatorium exeat, & edictum, Vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque deo & homine, vſque ad triginta dies, niſi à te rex, mittatur in lacum leo-
[9] num. [10] Nunc itaque rex confirma ſententiam, & ſcribe decretum: vt non immutetur quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis, nec preuaricari cuiquam liceat.

[11] Porrò rex Darius propoſuit edictum, & ſtatuit. [12] Quod cùm Daniel comperiſſet, id eſt, conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam: & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo, contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo ſicut & antè facere
[13] conſueuerat. [14] Viri ergo illi curioſius inquirentes, inuenerũt Danielem orantem, & obſecrantem Deum ſuum. [15] Et accedentes locuti ſunt regi ſuper edicto: Rex, nunquid non conſtituiſti vt omnis homo qui rogaret quenquam de diis & hominibus vſque ad dies triginta, niſi te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos reſpondens rex, ait, Verus eſt ſermo iuxta decretum Medorum atque Perſarum, quod preuaricari
[16] non licet. [17] Tunc reſpondentes dixerunt coram rege, Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, non curauit de lege tua & de edicto quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratio-
[18] ne ſua. [19] Quod verbum cum audiſſet rex, ſatis contriſtatus eſt: & pro Daniele poſuit cor vt liberaret eum, & vſque

*auſerrent Danielem j Ms. *regis 47 MS. Hier. Q.n.

vſq. ad occaſum Solis laborabat vt eruere illum. [20] Viri autem illi intelligentes
[15] regem, dixerunt ei, Scito, rex, quia lex Medorum atque Perſarum eſt, vt omne decretũ quod cõſtituerit rex, non liceat immutari. [16] Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miſerunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli, Deus tuus quem colis ſemper, ipſe liberabit te. [17] Allatusque eſt lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os laci: quem obſignauit rex annulo ſuo, & annulo optimatũ ſuorum, nequid fieret contra Danielem. [18] Et abiit rex in domum ſuam, & dormiuit incœnatus, cibique nõ ſunt allati coram eo, inſuper & ſomnus receſſit ab eo.

[19] Tunc rex primo diluculo conſurgens, feſtinus ad lacum leonum perrexit: [20] appropinquansque lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit, & affatus eſt eum, Daniel ſerue Dei viuentis, Deus tuus cui tu ſeruis ſemper, putáſne valuit te liberare à leonibus? [21] Et Daniel regi reſpondens ait, Rex in æternum viue,
Heb.6,6. [22] Deus meus miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me: ſed & coram te, rex, delictum non feci. [23] Tunc vehementer
rex gauiſus eſt ſuper eo, & Danielẽ præcepit educi de lacu: eductusque eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inuenta eſt in eo, quia credidit Deo ſuo. [24] Iubente autem rege adducti ſunt viri illi, qui accuſauerunt Danielem: & in lacum leonum miſſi ſunt, ipſi & filij, & vxores eorum: & non peruenerunt vſque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt. [25] Tunc
Darius rex ſcripſit vniuerſis populis, tribubus, & linguis habitantibus in vniuerſa terra, PAX vobis multiplicetur.

[26] A me conſtitutum eſt decretum, vt in vniuerſo imperio & regno meo tremiſcant, & paueant Deum Danielis. ipſe eſt enim Deus viuens & æternus in ſecula: & regnum eius non diſſipabitur, & poteſtas eius vſque in æternum. [27] Ipſe liberator atque ſaluator, faciens ſigna & mirabila in cælo & in terra: qui liberauit
[28] Danielem de 'lacu' leonum. [1] Porrò Daniel perſeuerauit vſque ad regnum Darij, regnumq́ Cyri Perſæ.

'manu 1 MS.C. G.q. ore c. Sap.1,21.

CAP. VII.

[1] ANno primo Balſaſar regis Babylonis, Daniel ſomnium vidit: viſio autem capitis eius in cubili ſuo: & ſomnium ſcribens, breui ſermone comprehendit: ſummatimque perſtringens, ait,
[2] Videbã in viſione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari
[3] magno. [4] Et quatuor beſtiæ grãdes aſcẽdebant de mari diuerſæ inter ſe. [5] Prima quaſi leæna, & alas habebat aquilæ: aſpiciebam donec euulſæ ſunt alæ eius, & ſublata eſt de terra, & ſuper pedes quaſi homo ſtetit, & cor hominis datum eſt
[5] ei. [6] Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in parte ſtetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & ſic dicebant ei,
[6] Surge, comede carnes plurimas. [7] Poſt hæc aſpiciebam, & ecce alia quaſi pardus, & alas habebat quaſi auis, quatuor ſuper ſe: & quatuor capita erant in beſtia, & poteſtas data eſt ei. [8] Poſt hæc aſpiciebam in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans: diſſimilis autem erat cæteris beſtiis quas videram ante eam, & habebat cornua de-
[8] cem. [9] Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum eſt de medio eorum: & tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius: & ecce oculi, quaſi oculi hominis erant in cornu iſto,
[9] & os loquens ingentia. [10] Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana munda: thronus eius, flammæ ignis: rotæ
[10] eius, ignis accenſus. [11] Fluuius igneus rapidusq. egrediebatur à facie eius. mil- Apoc.5,11.
lia millium miniſtrabãt ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei: iudi-
[11] cium ſedit, & libri aperti ſunt. [12] Aſpiciebã propter vocẽ ſermonũ grandiũ, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniam interfecta eſſet beſtia, & periſſet corpus

eius,

eius,& traditum esset ad comburendum igni. * aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas: & tempora vitæ constituta essent eis vsq. ad tempus & tẽpus.

* Aspiciebam ergo in visione noctis,& ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. * Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum:& omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient: ' potestas eius, potestas æterna quæ non auferetur,& regnum eius quod non corrumpetur. * Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei cõturbauerunt me. * Accessi ad vnum de assistentibus,& veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me, * Hæ quatuor bestiæ magnæ: quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. * Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi: & obtinebunt regnum vsque in seculum & seculum seculorum. * Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes & vngues eius ferrei: comedebat & comminuebat,& reliqua pedibus suis conculcabat. * & de cornibus decem quæ habebat in capite: & de alio quod ortum fuerat ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat cæteris. * Aspiciebam,& ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos,& præualebat eis: * donec venit antiquus dierum,& iudicium dedit sanctis excelsis, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. * Et sic ait,Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit, & comminuet eam. * Porrò cornua decem ipsius regni,decem reges erunt:& alius consurget post eos,& ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. * Et sermones contra excelsum loquetur,& sanctos Altissimi conteret: & putabit quòd

Luc.1,33. Mich.4,7. Sup.3,106. 4,31.

possit mutare tempora & leges,& tradẽtur in manu eius vsq. ad tẽpus & tẽpora & dimidiũ tẽporis. * Et iudiciũ sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & dispereat vsque in finem. * Regnum autem,& potestas,& magnitudo regni quę est subter omne cælum, detur populo sanctorum Altissimi: ' cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei & obedient. * Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis cõturbabar, & facies mea mutata est in me, verbũ autem in corde meo conseruaui.

Isa.9,7. Sup.14.

CAP. VIII.

ANno tertio regni Balsasar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in principio, * vidi in visione mea, cùm essem in Susan castro quod est in Ælam ' regione': vidi autem in visione esse me super portam Vlai.

* ciuitate MS. Q.d.

* Et leuaui oculos meos,& vidi:& ecce aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa,& vnum excelsius altero atque succrescens. Postea * vidi arietem cornibus ventilantem ' contra Occidentem,& contra Aquilonem,& contra Meridiem: & omnes bestiæ non poterant resistere ei,neq. liberari de manu eius: fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est. * Et ego intelligebam: ecce autẽ hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ,& non tangebat terram:porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. * Et venit vsque ad arietem illum cornutum, quẽ videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. * Cumque appropinquasset prope arietem,efferatus est in eum,& percussit arietẽ:& cõminuit duo cornua eius,& non poterat aries resistere ei:cumque eum misisset in terram, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius. * Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cumq. creuisset,fractum est cornu magnum,& orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor vẽtos cæli. * De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum:

' contra Orientẽ &c.

cum: & factum est grande contra Meridiem,& contra Orientem,& contra fortitudinem. * Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli: & deiecit de fortitudine & de stellis, & conculcauit eas. * Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificiũ,& deiecit locum sanctificationis eius. * Robur autem datum est ' contra iuge sacrificium propter peccata:& prosternetur veritas in terra,& faciet,& prosperabitur. * Et audiui vnum de sanctis loquentem: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui, loquenti, Vsquequo visio, & iuge sacrificium, & peccatũ desolationis quæ facta est:& sanctuariũ, & fortitudo conculcabitur? * Et dixit ei, Vsque ad vesperam & mane, ' duo millia trecenti: & mundabitur sanctuariũ. * Factum est autem cum viderẽ ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. * Et audiui vocẽ viri inter Vlai: & clamauit, & ait: ' Gabriel fac intelligere istum visionem. * Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabam: cumque venisset, pauens corrui in faciem meam,& ait ad me, Intellige fili hominis,quoniam in tempore finis cõplebitur visio. * Cumque loqueretur ad me,collapsus sum pronus in terram: & tetigit me,& statuit me in gradu meo: * dixitque mihi, Ego ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis:quoniam habet tempus finem suum. * Aries quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum. * Porrò hircus caprarum: rex Græcorum est.& cornu grande quod erat inter oculos eius: ipse est rex primus. * Quòd autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo: quatuor reges de gente eius consurgent, sed non in fortitudine eius. * Et post regnum eorum cùm creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones. * & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis: & supra quam credi potest, vniuersa vastabit,& prosperabitur,& faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum * secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius: & cor suũ magnificabit,& in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principem principum cõsurget, & sine manu conteretur. * Et visio vespere & manè, quæ dicta est, vera est: tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. * Et ego Daniel langui, & ægrotaui per dies: cumque surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur.

Ier.25,11. & 29,10.

CAP. IX.

IN anno primo ' Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum: * Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris ' numerum annorum de quo factus est sermo Domini ad Ieremiã prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. * Et posui faciem meam ad Dominum Deum ' meum' rogare & deprecari in ieiuniis, sacco & cinere. * Et oraui Dominũ Deum meum, & confessus sum,& dixi, ' Obsecro Domine Deus magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua.

Sup.6,1.

-4 MS. Hier.H. G.

2. Esd.1,5.

* ' Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus: & declinauimus à mandatis tuis ac iudiciis.

Bar.1,17.

* Non obediuimus seruis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omnique populo terræ. * Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem,& omni Israël, his qui propè sunt, & his qui procul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in te. * Domine, nobis confusio faciei, regibus nostris,& principibus nostris & patribus nostris qui peccauerunt. * Tibi autem Domino Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te. * & non audiuimus vocem Domini Dei nostri vt ambularemus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos prophetas.

* Et

*Et omnis Iſraël præuaricati ſunt legem tuam,& declinauerunt ne audirent vocem tuam: & ſtillauit ſuper nos male- 11
Deu.27,14. dictio & deteſtatio 'quę ſcripta eſt in libro Moyſi ſerui Dei, quia peccauimus ei. *Et ſtatuit ſermones ſuos quos lo- 12
cutus eſt ſuper nos & ſuper principes noſtros qui iudicauerunt nos, vt ſuperinduceret in nos magnum malum, quale nunquam fuit ſub omni cęlo, ſecundum quod factum eſt in Ieruſalem. *Sicut 13
ſcriptũ eſt in lege Moyſi, omne malum hoc venit ſuper nos: & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noſter, vt reuerteremur ab iniquitatibus noſtris,& cogitaremus veritatem tuam. *Et vi- 14
gilauit Dominus ſuper malitiã, & adduxit eam ſuper nos: iuſtus Dominus Deus noſter in omnibus operibus ſuis quæ fecit: non enim audiuimus vocem eius.
Bar.2,11. Exo.15,14. *'Et nunc Dñe Deus noſter 'qui eduxi- 15
ſti populum tuum de Terra Ægypti in manu forti, & feciſti tibi nomen ſecundum diẽ hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus. *Domine in omnẽ iuſtitiam 16
tuam auertatur obſecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ieruſalem, & à monte ſancto tuo. Propter peccata enim noſtra, & iniquitates patrum noſtrorum, Ieruſalem & populus tuus in opprobriũ ſunt omnibus per circuitum noſtrũ. *Nunc 17
ergo exaudi Deus noſter orationem ſerui tui,& preces eius: & oſtende faciẽ tuam ſuper ſanctuariũ tuum quod deſertum eſt propter temetipſum. *Inclina Deus 18
meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide deſolationem noſtram, & ciuitatem ſuper quam inuocatũ eſt nomen tuum: neque enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. *Exaudi Domine, placare Do- 19
mine: attende & fac, ne moreris propter temetipſum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem & ſuper populum tuum. *Cumque adhuc 20
loquerer, & orarẽ, & confiterer peccata mea & peccata populi mei Iſraël,& proſternerem preces meas in conſpectu Dei mei, pro monte ſancto Dei mei, *Adhuc 21
me loquente in oratione, ecce vir 'Ga- Sup.8,16.
briel quem videram in viſione à principio, citò volans tetigit me in tempore ſa- 22
crificij veſpertini. *Et docuit me,& locutus eſt mihi, dixitq;: Daniel, nũc egreſſus ſum vt docerem te, & intelligeres.
*Ab exordio precum tuarum egreſ- 23
ſus eſt ſermo: ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum es: tu 'autem' animaduerte ſermonem, & in- 'ergo 2. MS. Hie.
tellige viſionem. *'Septuaginta hebdo- 24 Mat.24,15 Ioan.1,45
mades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur pręuaricatio,& finem accipiat peccatum,& deleatur iniquitas,& adducatur iuſtitia ſempiterna,& impleatur viſio & 'prophetia': ' & vngatur San- 'prophetes 6 MS. H.G 4.
ctus ſanctorum. *Scito ergo & animad- 25 Exo.27,20
uerte: ab exitu ſermonis vt iterum ędificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platéa, & muri in an-
guſtia temporum. *Et poſt hebdoma- 26
des ſexagintaduas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli
ſtatuta deſolatio. *Confirmauit au- 27
tem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: ' & erit in templo Mat.24,15
abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.

CAP. X.

ANno tertio *Cyri regis Perſarum, *regni
verbum reuelatum eſt Danieli co- 1 M.5.q.8.
gnomento Baltaſſar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexitque ſermonem, intelligentia enim eſt opus in
viſione. *In diebus illis ego Daniel lu- 2
gebã trium hebdomadarũ diebus, *pa- 3
nem deſiderabilem non comedi,& caro & vinũ non introierunt in os meum, ſed neq. vnguento vnctus ſum: donec complerentur triũ hebdomadarũ dies. *Die 4
autẽ viceſima & quarta mẽſis primi erã iuxta fluuium magnum, qui eſt Tigris.
*Et

*Et leuaui oculos meos, & vidi: & 5
ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo. *& corpus 6
eius quaſi chryſolithus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſq. ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius vt vox multitudinis. *Vidi autem 7
ego Daniel ſolus viſionem: porrò viri qui erant mecum, non viderunt, ſed terror nimius irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum. *Ego autem re- 8
lictus ſolus vidi viſionẽ grandem hanc: & non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quicquam virium.
*Et audiui vocem ſermonum eius: 9
& audiens iacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. *Et ecce manus tetigit me, 10
& erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum. *Et di- 11
xit ad me, Daniel vir deſideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc enim ſum miſſus ad te. Cùmque dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens. *Et ait ad 12
me, Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua: & ego veni propter ſermones tuos. *Prin- 13
ceps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus. & ecce Michaël vnus de principibus primis venit in adiutorium meũ, & ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum. *Veni autem vt do- 14
cerem te quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus, quoniam adhuc viſio in dies. *Cumque loqueretur 15
mihi huiuſcemodi verbis, deieci vultum meum ad terram, & tacui. *Et 16
ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum locutus ſum, & dixi ad eum qui ſtabat contra me: Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium. *Et quomo- 17
do poterit ſeruus Domini mei loqui
cum Domino meo? nihil in me remanſit virium, ſed & halitus meus inter- 18
cluditur. *Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & confortauit me,
*& dixit, Noli timere vir deſideriorum, pax tibi: confortare, & eſto robuſtus. Cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi, Loquere Domine mi, 20
quia confortaſti me. *Et ait, Nunquid ſcis quare venerim ad te? & nunc reuertar, vt prœlier aduerſum principem Perſarum. cùm ergo egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens.
*Veruntamen annuntiabo tibi quod 21
expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & & nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michaël princeps veſter.

CAP. XI.

EGo autem ab anno primo Darij 1
Medi ſtabam vt confortaretur & roboraretur. *Et nunc veritatẽ annun- 2
tiabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimiis ſuper omnes: & cùm inualuerit diuitiis ſuis, concitabit omnes aduerſum
regnum Græciæ. *Surget verò rex for- 3
tis, & dominabitur poteſtate multa: & faciet quod placuerit ei. *Et cùm ſte- 4
terit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: ſed non in poſteros eius, neque ſecundum potentiam illius qua dominatus eſt. lacerabitur enim regnum eius etiam in ex- 5
ternos, exceptis his. *Et confortabitur rex Auſtri, & de principibus eius: prævalebit ſuper eum, & dominabitur ditione. multa enim dominatio eius.
*Et poſt finem annorum fœderabun- 6
tur: filiaq. regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachij, nec ſtabit ſemen eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt eam, adoleſcentes eius, & qui confortabant eam in temporibus.
*Et ſtabit de germine radicum eius 7
plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit.
*Inſuper & deos eorum & ſculptilia, 8
vaſa quoque pretioſa argenti, & auri,

captiua ducet in Ægyptum: ipſe præualebit aduerſus regem Aquilonis. 9 *Et intrabit in regnum rex Auſtri, & reuertetur ad terram ſuam. 10 *Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet properans & inundans: & reuertetur & concitabitur, & congredietur cum robore eius. 11 *Et prouocatus rex Auſtri egredietur, & pugnabit aduerſus regem Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manus eius. 12 *Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & deiiciet multa millia: ſed non præualebit. 13 *Conuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinẽ multo maiorem quam prius: & in fine temporum annorumq. veniet properans cum exercitu magno & opibus nimiis. 14 *'Et
Iſa. 19, 16. 1 Mac. 1, 12. in temporibus illis multi conſurgent aduerſus regem Auſtri: filij quoq. præuaricatorum populi tui extollentur vt impleant viſionem, & corruẽt. 15 *Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerẽ, & capiet vrbes munitiſſimas: & brachia Auſtri non ſuſtinebunt, & conſurgent electi eius ad reſiſtendũ, & non erit fortitudo. 16 *Et faciet veniens ſuper eũ iuxta placitũ ſuum, & nõ erit qui ſtet contra faciem eius: & ſtabit in terra inclyta, & conſumetur in manu eius. 17 *Et ponet faciem ſuam vt veniat ad tenendũ vniuerſum regnũ eius, & recta faciet cum eo: & filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illud: & non ſtabit, nec illius erit.

18 *Et conuertet faciem ſuam ad inſulas, & capiet multas: & ceſſare faciet principem opprobrij ſui, & opprobrium eius conuertetur in eum. 19 *Et conuertet faciem ſuam ad imperiũ terræ ſuæ, & impinget, & corruet, & non inuenietur.

20 *Et ſtabit in loco eius viliſſimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore nec in prœlio.

21 *Et ſtabit in loco eius deſpectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clam, & obtinebit regnũ in fraudulentia. 22 *Et brachia pugnãtis expugnabuntur à facie eius, & conterentur: inſuper & dux fœderis. 23 *Et poſt amicitias, cum eo faciet dolum: & aſcendet, & ſuperabit in modico populo. 24 *Et abundantes & huberes vrbes ingredietur: & faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: rapinas & prædam & diuitias eorum diſſipabit, & contra firmiſſimas cogitationes inibit: & hoc, vſque ad tempus. 25 *Et concitabitur fortitudo eius & cor eius aduerſum regẽ Auſtri in exercitu magno: & rex Auſtri prouocabitur ad bellũ multis auxiliis & fortibus nimis: & non ſtabunt, quia inibunt aduerſus eum conſilia. 26 *Et comedentes panem cum eo, conterent illum, exercitusque eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi. 27 *Duorum quoque regum cor erit vt malefaciant, & ad menſam vnã mendacium loquentur, & non proficient: quia adhuc finis in aliud tempus. 28 *Et reuertetur in terram ſuã cum opibus multis: & cor eius aduerſum teſtamentũ ſanctum, & faciet, & reuertetur in terram ſuam.

29 *Statuto tempore reuertetur, & veniet ad Auſtrum: & nõ erit priori ſimile nouiſſimum. 30 *Et venient ſuper eum trieres, & Romani: & percutietur, & reuertetur, & indignabitur contra teſtamentum ſanctuarij, & faciet: reuerteturque, & cogitabit aduerſum eos qui dereliquerunt teſtamentum ſanctuarij.

31 *Et brachia ex eo ſtabunt, & polluent ſanctuariũ fortitudinis, & auferent iuge ſacrificium: & dabunt abominationem in deſolationẽ. 32 *Et impij in teſtamentum ſimulabunt fraudulenter: populus autẽ ſciens Deũ ſuum, obtinebit & faciet. 33 *Et docti in populo docebunt plurimos: & ruẽt in gladio & in flamma & in captiuitate & in rapina dierum.

34 *Cumq. corruerint, ſubleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. 35 *Et de eruditis ruent, vt conflentur: & eligantur & dealbẽtur vſq. ad tẽpus præfinitũ: quia adhuc aliud tẽpus erit. 36 *Et faciet iuxta voluntatẽ ſuã rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduerſus omnẽ deũ: & aduerſus Deum deorũ loquetur magnifica, & dirigetur

dirigetur, donec compleatur iracundia. perpetrata quippe eſt definitio. 37 *Et Deum patrum ſuorum non reputabit: & erit in concupiſcentiis fœminarum, nec quenquam deorum curabit: quia aduerſum vniuerſa conſurget. 38 *Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur: & Deum quẽ ignoraverunt patres eius, colet auro, & argento, & lapide pretioſo, rebusque pretioſis. 39 *Et faciet vt muniat Maozim cum Deo alieno quem 'cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis poteſtatem in multis, & terram diuidet gratuito. 40 *Et in tempo-
'aut. re præfinito præliabitur aduerſus eum rex Auſtri, & quaſi tempeſtas veniet contra illum rex Aquilonis in curribus & in equitibus & in claſſe magna: & ingredietur terras, & conteret, & pertranſiet. 41 *Et introibit in terram gloriоſam, & multi corruent: hæ autem ſolæ ſaluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon. 42 *Et mittet manum ſuam in terras: & Terra-Ægypti non effugiet.

43 *Et dominabitur theſaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretioſis Ægypti: per Libyam quoque & Æthiopiam tranſibit. 44 *Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos. 45 *Et figet tabernaculum ſuum Apadno inter maria, ſuper montem inclytum & ſanctum: & veniet vſque ad ſummitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

CAP. XII.

1 IN tempore autem illo conſurget Michaël princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui: & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus illud. Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus, 2 omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. *Et multi de his qui dormiunt
Ioan. 5, 28. in terræ puluere, euigilabunt: 'alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt videant ſemper. 3 *Qui autem do-
Sap. 3, 7. Mat. 13, 43. cti fuerint, 'fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiã erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. 4 *Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutũ: plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia. 5 *Et vidi ego Daniel, & ecce quaſi duo alij ſtabant: vnus hinc ſuper ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. 6 *Et 'dixi' viro qui erat indutus lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, Vſquequo finis horum mirabilium? 7 *Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, 'cùm eleuaſſet dexteram & ſiniſtram ſuam in cælum, & iuraſſet per viuentem in æternum, quia in tempus & tempora, & dimidiũ temporis. Et cùm completa fuerit diſperſio manus populi ſancti, complebuntur vniuerſa hæc. 8 *Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi, Domine mi, quid erit poſt hæc? 9 *Et ait, Vade Daniel: quia clauſi ſunt, ſignatique ſermones vſque ad præfinitum tempus. 10 *Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi: & impiè agent impij, neque intelligent omnes impij, porrò docti intelligent. 11 *Et à tempore cùm ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem: dies mille, ducenti nonaginta. 12 *Beatus qui expectat & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque.

13 *Tu autem vade ad præfinitum: & requieſces, & ſtabis in ſorte tua, in finem dierum.

Hucuſque Danielem in Hebræo volumine legimus.

Quæ ſequuntur vſque ad finem libri, de Theodotionis editione tranſlata ſunt.

'dixit 2 MS. R H. Q. N.

Apo. 10, 5.

CAP. XIII.

1 ET erat vir habitans in Babylone & 2 nomen eius Ioacim: *Et accepit vxorem nomine Suſannam filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentẽ Deum.

3 *parentes enim illius cùm eſſent iuſti, erudierunt filiã ſuã ſecundũ Legem Moyſi. 4 *Erat autem Ioacim dies valde, & erat ei pomarium vicinum domui

fuæ: & ad ipſum confluebant Iudæi, eo quòd eſſet honorabilior omnium. ‡Et 5
conſtituti ſunt duo ſenes iudices in illo anno, de quibus locutus eſt Dominus, Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. ‡Iſti frequentabant 6
domum Ioacim, & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. ‡Cùm 7
autem populus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui. ‡Et vide- 8
bant eam ſenes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiam eius: ‡& euerterunt ſen- 9
ſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. ‡Erant 10
ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum:
‡erubeſcebãt enim indicare ſibi con- 11
cupiſcentiam ſuam, volentes concumbere cum ea: ‡& obſeruabant quoti- 12
die ſollicitiùs videre eam. ‡Dixitque 13
alter ad alterum, Eamus domum, quia hora prandij eſt. Et egreſſi receſſerunt à ſe. ‡Cumque reuertiſſent, venerunt 14
in vnum: & ſciſcitantes ab inuicem cauſam, confeſſi ſunt concupiſcentiã ſuam: & tunc in communi ſtatuerunt tempus, quando eam poſſent inuenire ſolã. ‡Fa- 15
ctum eſt autem, cùm obſeruarent diem aptum, ingreſſa eſt aliquando ſicut heri & nudiuſtertius, cũ duabus ſolis puellis, voluitq. lauari in pomario: æſtus quippe erat. ‡& non erat ibi quiſquam, præ- 16
ter duos ſenes abſconditos, & contemplantes eam. ‡Dixit ergo puellis, Af- 17
ferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarij claudite, vt lauer. ‡Et fecerunt 18
ſicut præceperat: clauſeruntq. oſtia pomarij, & egreſſæ ſunt per poſticum vt afferrent quæ iuſſerat. neſciebantque ſenes intus eſſe abſconditos. ‡Cùm au- 19
tem egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt, ‡Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, 20
& nemo nos videt, & nos in concupiſcentia tui ſumus: quam ob rem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum.
‡quòd ſi nolueris, dicemus contra tè 21
teſtimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris pũellas à te. ‡Ingemuit Suſanna, & ait, Angu- 22
ſtiæ ſunt mihi vndique, ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. ‡Sed me- 23
lius eſt mihi abſq. opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini. ‡Et exclamauit voce magna 24
Suſanna: exclamauerunt autem & ſenes aduerſus eam. ‡Et cucurrit vnus ad 25
oſtia pomarij, & aperuit. ‡Cùm ergo audiſſent clamorẽ famuli domus in pomario, ituerunt per poſticum, vt viderent quidnam eſſet. ‡Poſtquam autem 26
ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta 27
eſt dies craſtina. ‡Cumque veniſſet populus ad Ioacim virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerent eam. ‡Et dixerunt corã populo, 28 29
Mittite ad Suſannã filiã Helciæ vxorem Ioacim. Et ſtatim miſerunt. ‡Et venit 30
cum parentibus, & filiis & vniuerſis cognatis ſuis. ‡Porrò Suſanna erat delicata 31
nimis, & pulchra ſpecie. ‡At iniqui illi 32
iuſſerunt vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſatiarentur decôre eius. ‡Flebant igitur ſui, & omnes qui 33
nouerant eam. ‡Conſurgentes autem 34
duo presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. ‡Quæ 35
flens ſuſpexit ad cœlum: erat enim cor eius fiduciam habens in Dño. ‡Et dixe- 36
runt presbyteri, Cùm deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis: & clauſit oſtia pomarij, & dimiſit à ſe puellas. ‡Venitq. ad eam 37
adoleſcens qui erat abſconditus, & concubuit cum ea. ‡Porrò nos cùm eſſemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiſceri. ‡Et illum 38 39
quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis 40
oſtiis exiliuit: ‡hanc autem cùm apprehendiſſemus, interrogauimus quiſnam eſſet

eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis. huius rei teſtes ſumus. ‡Credidit 41
eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eã ad mortem. ‡Exclamauit autem voce magna 42
Suſanna, & dixit, Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant, ‡tu ſcis quoniam 43
falſum teſtimoniũ tulerunt contra me: & ecce morior, cùm nihil horũ fecerim quæ iſti malitiosè compoſuerunt aduerſum me. ‡Exaudiuit autẽ Dñs vocem 44
eius. ‡Cumque duceretur ad mortem, 45
ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomẽ Daniël: ‡Et 46
exclamauit voce magna, Mundus ego ſum à ſanguine huius. ‡Et conuerſus 47
omnis populus ad eum, dixit, Quis eſt iſte ſermo quem tu locutus es? ‡Qui 48
cùm ſtaret in medio eorum, ait, Sic fatui filij Iſraël, non iudicantes, neq. quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël? ‡Reuertimini ad iu- 49
dicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſus eam. ‡Reuerſus eſt er- 50
go populus cũ feſtinatione, & dixerunt ei ſenes, Veni, & ſede in medio noſtrũ, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis. ‡Et dixit ad eos Da- 51
niel, Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos. ‡Cùm ergo diuiſi 52
eſſent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum, Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris prius: ‡iudicans iudi- 53
cia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, ‘dicente Domino, Innocentem & iuſtum non interficies. Ex.23.7.
‡Nunc ergo ſi vidiſti eam, dic ſub qua 54
arbore videris eos colloquẽtes ſibi. Qui ait, Sub ſchino. ‡Dixit aũt Daniel, Rectè 55
mentitus es in caput tuum: Ecce enim angelus Dei accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium. ‡Et amoto eo iuſ- 56
ſit veniré ‘alium’, & dixit ei, Semen Chanáan, & non Iuda, ſpecies decepit te, & cõcupiſcentia ſubuertit cor tuum: ‡ſic 57
faciebatis filiabus Iſraël, & illæ timentes loquebantur vobis: ſed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtram. ‡Nunc 58
ergo dic mihi, ſub qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait, Sub 59
prino. ‡Dixit autem ei Daniel, Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim angelus Domini, gladium habens, vt ſecet te medium, & interficiat vos. ‡Exclamauit itaque omnis cœtus 60
voce magna, & benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe. ‡Et conſurre- 61
xerũt aduerſus duos preſbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium) feceruntque eis ſicut malè egerant aduerſus proximum, 62
‡vt facerent ‘ſecundum legem Moyſi: Deut. 19.
& interfecerunt eos, & ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa. ‡Helcias au- 63
tem & vxor eius laudauerũt Deũ pro filia ſua Suſanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus, quia non eſſet inuenta in ea res turpis. ‡Daniel autem 64
factus eſt magnus in conſpectu populi à 65
die illa, & deinceps. ‡Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.

CAP. XIIII.

ERat autẽ Daniël cõuiua regis, & honoratus ſuper omnes amicos eius. 1
‡Erat quoque idôlum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in 2
eo per dies ſingulos, ſimilæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, viniq. amphoræ ſex. ‡Rex quoque colebat eum, 3
& ibat per ſingulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum ſuum. Dixitque ei rex, Quare non adoras Bel?
‡Qui reſpondens, ait ei, Quia non co- 4
lo idôla manufacta, ſed viuentem Deum qui creauit cælum & terram, & habet poteſtatem omnis carnis. ‡Et dixit 5
rex ad eum, Non videtur tibi eſſe Bel viuens Deus? An nõ vides quanta comedat & bibat quotidie? ‡Et ait Daniel 6
arridẽs, Ne erres rex. iſte eſt enim intrinſecus luteus, & forinſecus æreus, neque comẽdit aliquando. ‡Et iratus rex vo- 7
cauit ſacerdotes eius, & ait eis, Niſi dixeritis mihi, quis eſt qui comedat impenſas has, moriemini. ‡Si autẽ oſten- 8
deritis quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blaſphemauit in Bel.

Et dixit Daniel regi, Fiat iuxta verbum
tuum. ‡Erant autem sacerdotes Bel 5
septuaginta, exceptis vxoribus & paruu-
lis & filiis. Et venit rex cum Daniele in
templũ Belis. ‡Et dixerunt sacerdotes 10
Belis, Ecce nos egredimur foras: & tu
rex pone escas, & vinũ misce, & claude
ostiũ, & signa annulo tuo: ‡& cùm in- 11
gressus fueris mane, nisi inueneris om-
nia comesta à Bel, morte moriemur, vel
Daniel qui mentitus est aduersum nos.

‡*Contemnebant' autem, quia fece- 12
rant sub mensa absconditum introitum,
& per illum ingrediebantur semper, & *Confi-debant MS. R. Qu.
deuorabant ea. ‡Factum est igitur, post- 13
quam egressi sunt illi, & rex posuit cibos
ante Bel, præcepit Daniel pueris suis, &
attulerunt cinerem, & cribrauit per to-
tum templũ coram rege: & egressi clau-
serunt ostium: & signantes annulo regis
abierunt. ‡Sacerdotes autem ingressi 14
sunt nocte, iuxta consuetudinẽ suam, &
vxores, & filij eorum: & comederunt
omnia, & biberunt. ‡Surrexit autem 15
rex primo diluculo, & Daniel cum eo.

‡Et ait rex, Saluáne sunt signacula Da- 16
niel? Qui respõdit, Salua, rex. ‡Statim- 17
que cùm aperuisset ostium, intuitus rex
mensam, exclamauit voce magna, Ma-
gnus es Bel, & nõ est apud te dolus quis-
quam. ‡Et risit Daniel: & tenuit regem, 18
ne ingrederetur intrò: & dixit, Ecce pa-
uimentum, animaduerte cuius vestigia
sint hæc. ‡Et dixit rex, Video vestigia 19
virorum, & mulierũ, & infantium. Et
iratus est rex. ‡Tunc apprehẽdit sacer- 20
dotes, & vxores, & filios eorũ: & osten-
derunt ei abscondita ostiola per quæ in-
grediebãtur, & consumebant quæ erant
super mẽsam. ‡Occidit ergo illos rex, 21
& tradidit Bel in potestatem Danielis:
qui súbuertit eum & templum eius. ‡Et 22
erat draco magnus in loco illo, & cole-
bant eum Babylonij. ‡Et dixit rex Da- 23
nieli, Ecce, nunc non potes dicere quia
iste nõ sit Deus viuens: adora ergo eum.

*iste autẽ non est Deus viuens. MS. q. R. Hier.
‡Dixitq. Daniel, Dñm Deum meum 24
adoro: quia ipse est Deus viuens*: ‡Tu 25
autem rex da mihi potestatem, & inter-
ficiam draconem absque gladio, & fuste.

‡Et ait rex, dò tibi. ‡Tulit ergo Daniel 26
picem, & adipem, & pilos, & coxit pari-
ter: fecitque massas, & dedit in os dra-
conis, & diruptus est draco. Et dixit*: Ec- 27 *Daniel MS. R. Hier. Vet. rum G. tum alibi.
ce quem colebatis. ‡Quod cùm audis-
sent Babylonij, indignati sunt vehe-
menter: & congregati aduersum regem,
dixerunt, Iudæus factus est rex: Bel de-
struxit, draconem interfecit, & sacer-
dotes occîdit. ‡Et dixerunt cùm venis- 28
sent ad regem, Trade nobis Danielem,
alioquin interficiemus te & domum
tuam. ‡Vidit ergo rex quod irruerent 29
in eum vehementer: & necessitate com-
pulsus tradidit eis Danielem. ‡Qui mi- 30
serunt eum in lacum leonum, & erat ibi
diebus sex. ‡Porrò in lacu erant leones 31
septẽ, & dabantur eis duo corpora quo-
tidie, & duæ oues: & tunc non data sunt
eis, vt deuorarent Danielem. ‡Erat 32
autem Habacuc propheta, in Iudæa, &
ipse coxerat pulmentum, & intriuerat
panes in alueolo: & ibat in campum,
vt ferret messoribus. ‡Dixitque an- 33
gelus Domini ad Habacuc, Fer pran-
dium quod habes, in Babylonem Da-
nieli, qui est in lacu leonum. ‡Et dixit 34
Habacuc, Dñe, Babylonem non vidi, &
lacum nescio. ‡'Et apprendit eum an- 35 Ezec. 8, 3.
gelus Domini in vertice eius, & portauit
eum capillo capitis sui, posuitque eum
in Babylonem super lacum in impetu
spiritus sui. ‡Et clamauit Habacuc, di- 36
cens, Daniel*, tolle prandium quod mi- *serue Dei MS. R. Hier. Daniel G.
sit tibi Deus. ‡Et ait Daniel, Recorda- 37
tus es enim mei Deus, & non dereliqui-
sti 'diligentes' te. ‡Surgensque Daniel 38 'quærẽtes I MS. G. Q. n.
comẽdit. Porrò angelus Dñi restituit
Habacuc confestim in loco suo. ‡Venit 39
ergo rex die septimo, vt lugeret Danielẽ:
& venit ad lacum, & introspexit, & ecce *in medio leonum MS. q. R. Hier.
Daniel sedẽs*. ‡Et exclamauit voce ma- 40
gna rex, dicens, Magnus es Dñe Deus
Danielis. Et extraxit eum*. ‡Porrò il- 41 *de lacu leonum. Hier. R. q.
los qui perditionis eius causa fuerant, in-
tromisit in lacum, & deuorati sunt in
momento coram eo.

LIBER

LIBER OSEE PROPHETÆ.

CAP. I.

VERBVM Domini quod 1
factũ est ad Osee filium
Beeri in diebus Oziæ,
Ioathan, Achaz, Eze-
chiæ regum Iuda, & in
diebus Ieroboam filij
Ioas regis Israël. ‡Prin- 2
cipium loquendi Domino in Osee: &
dixit Dominus ad Osee, Vade, sume
tibi vxorem fornicationum, & 'fac' fi- MS. R. Ie. H. G.
lios fornicationum: quia fornicans for-
nicabitur terra à Domino. ‡Et abiit, 3
& accepit Gomer filiam Debelaim. &
concepit, & peperit ei filium. ‡Et dixit 4
Dñs ad eum, Voca nomen eius Iezrahel:
quoniam adhuc modicum, & visitabo
sanguinem Iezrahel super domũ Iehu,
& quiescere faciam regnum domus Is-
raël. ‡Et in illa die conteram arcum 5
Israël in valle Iezrahel. ‡Et concepit 6
adhuc & peperit filiam. Et dixit ei, Voca
nomen eius Absque misericordia: quia
non addam vltrà misereri domui Israël,
sed obliuione obliuiscar eorum. ‡Et 7
domui Iuda miserebor, & saluabo eos
in Domino Deo suo: & non saluabo eos
in arcu & gladio & in bello & in equis &
in equitibus. ‡Et ablactauit eam quæ 8
erat Absque misericordia. Et concepit,
& peperit filium. ‡Et dixit, Voca no- 9
men eius, Non populus meus: quia vos
non populus meus, & ego non ero ve-
ster*. ‡Et erit numerus filiorum Israël 10 *Deus II. q. q. in. R. 916.
quasi arena maris quæ sine mensura est,
& non numerabitur. Et erit: in loco vbi
dicetur eis, Non populus meus vos: di-
cetur eis, Filij Dei viuentis. ‡Et con- 11
gregabuntur filij Iuda, & filij Israël pari-
ter: & ponent sibimet caput vnum, &
ascendent de terra: quia magnus dies
Iezrahel.

CAP. II.

DIcite fratrib⁹ vestris, Populus meus: 1
& sorori vestræ, Misericordiam
consecuta. ‡Iudicate matrem vestram, 2
iudicate: quoniam ipsa non vxor mea,
& ego non vir eius. auferat fornicatio-
nes suas à facie sua, & adulteria sua de
medio huberum suorum. ‡Ne for- 3
tè expoliem eam nudam, & statuam
eam secundùm diem natiuitatis suæ:
& ponam eam quasi solitudinem, & sta-
tuam eam velut terram inuiam, & in- 4
terficiam eam siti. ‡Et filiorum illius
non miserebor: quoniam filij fornica-
tionum sunt. ‡quia fornicata est ma- 5
ter eorum, confusa est quæ concepit eos:
quia dixit, Vadam post amatores meos
qui dant panes mihi & aquas meas, la-
nam meam & linum meum, oleum
meum & potum meum. ‡Propter hoc 6
ecce ego sepiam viam tuam spinis, & &
sepiam eam maceria, & semitas suas non
inueniet. ‡Et sequetur amatores suos, 7
& non apprehendet eos: & quæret eos,
& non inueniet: & dicet, Vadam, & re-
uertar ad virum meum priorem: quia
bene mihi erat tunc magis quàm nunc.
‡Et hæc nescíuit quia ego dedi ei fru- 8
mentum, & vinum, & oleum, & argen-
tum multiplicaui ei, & aurum quæ fece-
runt Baal. ‡Idcirco conuertar, & su- 9
mam frumentũ meum in tempore suo,
& vinum meum in tempore suo, & libe-
rabo lanam meam & linum meum, quæ
operiebant ignominiã eius. ‡Et nunc 10
reuelabo stultitiam eius in oculis ama-
torum eius: & vir non eruet eam de ma-
nu mea: ‡& cessare faciam omne gau- 11
dium eius, solemnitatem eius, neome-
niam eius, sabbatum eius, & omnia festa
tempora eius. ‡Et corrumpam vineam 12
eius, & ficum eius: de quibus dixit, Mer-
cedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi
amatores mei. & ponam eam in saltum,
& comedet eam bestia agri. ‡Et visi- 13
tabo super eam dies Baalim, quibus ac-
cendebat incensum, & ornabatur in-
aure sua, & monili suo, & ibat post ama-
tores suos, & mei obliuiscebatur, dicit
Dominus. ‡Propter hoc, ecce ego la- 14
ctabo eam, & ducam eam in solitudi-
nem: & loquar ad cor eius. ‡Et dabo 15
ei vinitores eius ex eodem loco, & Val-
lem Achor ad aperiendam spem: & ca-
net ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta

dies ascensionis suæ de Terra-Ægypti.
16 ‡ Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me Vir meus, & non vocabit me vltrà Baalim.
17 ‡ Et auferã nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis eorum.
18 ‡ Et percutiam cum eis fœdus in die illa cum bestia agri, & cum volucre cæli, & cum reptili terræ: & arcũ, & gladium, & bellũ conteram de terra: & dormire eos faciam fiduciali-
19 ter. ‡ Et sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & in miserationibus.
20 ‡ Et sponsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus.
21 ‡ Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dñs, exaudiam cælos, & illi exaudient terram.
22 ‡ Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum: & hæc exaudient Iezrael.
23 ‡ Et seminabo eam mihi in terram, & miserebor eius quæ fuit Absque misericordia. ‡' Et
Rom. 9, 25. 2 Pet. 1, 10. 24 dicam non populo meo, Populus meus es tu: & ipse dicet, Deus meus es tu.

CAP. III.

1 ET dixit Dominus ad me, Adhuc va-
& MS. R. G. Verùm in Hier. H. & C. non legitur. de, dilige mulierem dilectam amico & adulteram: sicut diligit Dominus filios Israël, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum.
2 ‡ Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.
3 ‡ Et dixi ad eam, Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te.
4 ‡ quia dies multos sedebunt filij Israël sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim.
Exo. 34, 23. & post hæc reuertentur filij Israël, & quærent Dñm Deum suum, & Dauid regẽ suum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius nouissimo dierum.

CAP. IIII.

1 AVdite verbum Domini filij Israël, quia iudicium Domino cum habitoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.
2 ‡ Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.
3 ‡ Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cæli: sed
4 & pisces maris congregabuntur. ‡ Veruntamen vnusquisque non iudicet: & non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti.
5 ‡ Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum: nocte tacere feci matrem tuam.
6 ‡ Conticuit populus meus, eò quòd non habuerit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum &
7 ego. ‡ Secundũ multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: gloriam eorum
8 in ignominiam commutabo. ‡ Peccata populi mei comedẽt, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum.
9 ‡ Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & cogita-
10 tiones eius reddam ei. ‡' Et comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo.
Lev. 26, 26. Mich. 6, 14. Agg. 1, 6.
11 ‡ Fornicatio & vinum, & ebrietas
12 auferunt cor. ‡ Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei: spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati sunt
13 à Deo suo. ‡ Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama: subtus quercum & populum & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideò fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.
14 ‡ Non visitabo super filias vestras cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cùm adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cũ effœminatis sacrificabant, & populus
15 non intelligens vapulabit. ‡ Si fornicaris tu Israël, non delinquat saltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Beth-auen, neque iuraueritis,
16 Viuit Dominus. ‡ Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israël: nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in lati-
17 tudine. ‡ Particeps idolorum Ephraim,
18 dimitte eum. ‡ Separatum est conuiuium eorũ, fornicatione fornicati sunt:
19 dilexerunt afferre ignominiã protectores eius. ‡ Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificiis suis.

CAP. V.

1 AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israël, & domus regis auscultate: quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, &
2 rete expansum super Thabor. ‡ Et victimas declinastis in profundum: & ego
Sept. ad h. c. Verum illic & in sequ. 3 eruditor omnium eorum. ‡ Ego scio Ephraim, & Israël non est absconditus à me: quia nunc fornicatus est Ephraim,
4 contaminatus est Israël. ‡ Non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad Deũ
5 suum: quia spiritus fornicationum in medio eorũ, & Dominum non cognouerunt. ‡ Et respondebit arrogantia
6 Israël in facie eius: & Israël & Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet etiam Iudas
7 cum eis. ‡ In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendũ Dominum, & non inuenient: ablatus est ab eis. ‡ In
8 Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos
9 mensis cum partibus suis. ‡ Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: vlulate in Beth-auen, post tergũ tuum Ben-ia-
10 min. ‡ Ephraim in desolatione erit in die correptionis: in tribubus Israël ostendi fidem. ‡ Facti sunt principes Iuda
11 quasi assumentes terminum: super eos effundam quasi aquam iram meam.
12 ‡ Calumniã patiens est Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire post
13 sordes. ‡ Et ego quasi tinea Ephraim: & quasi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum: & abiit Ephraim ad Assur,
14 & misit ad regem Vltorem: & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à
15 vobis vinculum. ‡ Quoniam ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda: ego ego capiam & vadam: tollam, & non est qui eruat. ‡ Vadens reuertar ad locum meum: donec defi-
1 ciatis, & quæratis faciem meam.

CAP. VI.

IN tribulatione sua manè consurgent ad me, Venite, & reuertamur ad Do-
2 minum: ‡ quia ipse cepit, & sanabit nos:
3 percutiet, & curabit nos. ‡' Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius.
1 Cor. 15, 34. Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dominum: quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus
4 terræ. ‡ Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros
5 manè pertransiens. ‡ Propter hoc dolaui in prophetis, *occidi eos in verbis
*& MS. Hier. R. Verùm H. C. & G. non addunt. oris mei: & iudicia tua quasi lux egre-
6 dientur. ‡ Quia misericordiam volui, & non sacrificium: & scientiam Dei
1 Reg. 15. 22. Mat. 9, 13. 12, 7. Eccl. 4, 17. 7 plus quàm holocausta. ‡ Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi
8 præuaricati sunt in me. ‡ Galaad ciuitas operantium idôlum, supplantata sanguine.
9 ‡ Et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichen: quia
10 scelus operati sunt. ‡ In domo Israël vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim:
11 contaminatus est Israël. ‡ Sed & Iuda pone messem tibi, cùm cõuertero captiuitatem populi mei.

CAP. VII.

1 CVm sanare vellem Israël, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati sunt mendaciũ: & fur ingressus est spolians, latrunculus
2 foris. ‡ Et ne fortè dicant in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum: nunc circumdederunt eos adinuentiones suæ, coram facie mea factæ
3 sunt. ‡ In malitia sua lætificauerunt regem: & in mendaciis suis principes.
4 ‡ Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente: quieuit paululum
5 ciuitas à commistione fermenti, donec fermentaretur totum. ‡" Dies' regis
"Dies MS. Q. n. nostri, cœperũt principes furere à vino: extendit manum suam cum illusoribus,
6 ‡ Quia applicauerunt quasi clibanum cor suum, cùm insidiaretur eis: tota nocte dormiuit coquens eos, manè ipse
7 succensus quasi ignis flammæ. ‡ Omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuo-

rauerunt iudices suos: omnes reges eorum ceciderunt: non est qui clamet in eis ad me. [8] Ephraim in populis ipse commiscebatur: Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur.

[9] Comederũt alieni robur eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. [10] Et humiliabitur superbia Israël in facie eius: nec reuersi sunt ad Dominum Deum suum, & non quæsierunt eum in omnibus his. [11] Et factus est Ephraim quasi colũba seducta, non habens cor: Ægyptũ inuocabant, ad Assyrios abierunt. [12] Et cùm profecti fuerint, expandã super eos rete meũ: quasi volucrẽ cęli detraham eos, cædam eos secundum auditionẽ cœtus eorum. [13] Væ eis, quoniã recesserunt à me: vastabuntur, quia præuaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. [14] Et non clamauerũt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis: super triticum & vinum ruminabant, recesserunt à me. [15] Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorũ: & in me cogitauerunt malitiam. [16] Reuersi sunt vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ. Ista subsannatio eorum in Terra Ægypti.

CAP. VIII.

[1] IN gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini: pro eo quòd transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt. [2] Me 'inuocabunt', Deus meus cognouimus te Israël.

'inuocabant 5 MS. Textus lectio conformis est R. Hier. H. & G. 'orant omni tempore quo adduco super eos angustiam, & dicunt c.

[3] Proiecit Israël bonum, inimicus persequetur eum. [4] Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi idôla, vt interirent: [5] proiectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eos. vsquequò non poterunt emundari? [6] Quia ex Israël & ipse est: artifex fecit illum, & non est Deus: quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ. [7] Quia ventum seminabunt, & turbinem metent: culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam: quod & si fecerit, alieni [8] comedent eam. [9] Deuoratus est Israël: nunc factus est in nationibus quasi vas immundum. [10] Quia ipsi ascenderunt ad Assur, onager solitarius sibi: Ephraim munera dederunt amatoribus. [11] Sed & cùm mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos: & quiescent pauliſper ab onere regis & principũ. [12] Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: factæ sunt ei aræ in delictum. [13] Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatę sunt. [14] Hostias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non suscipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorũ, & visitabit peccata eorum, ipsi in Ægyptum conuertentur. [15] Et oblitus est Israël factoris sui, & ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

CAP. IX.

[1] NOli lætari Israël, noli exultare sicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici. [2] Area & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis. [3] Non habitabunt in terra Domini: reuersus est Ephraim in Ægyptum, & in Assyriis pollutum comêdit. [4] Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: sacrificia eorum quasi panis lugentium, omnes qui comedent eum, contaminabuntur: quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabit in domum Domini. [5] Quid facietis in die solemni, in die festiuitatis Domini? [6] Ecce enim profecti sunt à vastitate: Ægyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos: desiderabile argentum eorum vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum. [7] Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis: scitote Israël stultum prophetam, insanum virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ & 'multitudo' amentiæ. [8] Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius, insania in domo Dei eius. [9] Profundè peccauerunt, 'sicut in diebus Gabaa: 'recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum. [10] Quasi vuas in deserto inueni Israël: quasi prima poma ficulneę in cacumine eius vidi patres eorum: ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. [11] Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu. [12] Quòd & si enutrierint filios suos, absq. liberis eos faciam in hominib⁹: sed & væ eis, cùm recessero ab eis. [13] Ephraim (vt vidi) Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios suos. [14] Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & hubera arentia. [15] Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos: propter malitiã adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos: non addam vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes. [16] Percussus est Ephraim, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam facient. Quòd & si genuerint, interficiam amantissima vteri eorum. Abiiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

'recordabitur 1 MS. R. Q. n. Isa. 9, 19.

CAP. X.

[1] VItis frõdosa Israël, fructus adæquatus est ei: secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta hubertatem terræ suæ exhuberauit simulachris. [2] Diuisum est cor eorum, nunc interibunt: ipse confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum. [3] Quia nunc dicent, Non est rex nobis: non enim timemus Dominum: & rex quid faciet nobis? [4] Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus: & germinabit quasi amaritudo iudiciũ super sulcos agri. [5] Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ: quia luxit super eum populus eius, & æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. [6] Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi Vltori: cõfusio Ephraim capiet, & confundetur Israël in volũtate sua. [7] Transire fecit Samaria regem suum quasi spumã super faciẽ aquæ. [8] Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israël: lappa & tribulus ascendet super aras eorum: & dicent montibus, Operite nos; & collibus, Cadite super nos. [9] Ex diebus Gabaa peccauit Israël, ibi steterunt: non comprehendet eos in Gabaa prœlium [10] super filios iniquitatis. [11] Iuxta desiderium meum corripiam eos: congregabuntur super eos populi, cùm corripientur propter duas iniquitates suas.

[12] Ephraim vitula docta diligere triturам, & ego transiui super pulchritudinem colli eius: ascendã super Ephraim, arabit Iudas, cõfringet sibi sulcos Iacob. [12] 'Seminate vobis 'in iustitia', & metite in ore misericordiæ, innouate vobis nouale: tempus autem requirendi Dominum, cùm venerit qui docebit vos [13] iustitiam. [13] Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij: quia confisus es in viis tuis, 'in [14] multitudine fortium tuorum. [14] Consurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastatus est Salmana à domo eius 'qui 'vindicauit' Baal in die prœlij, matre super filios allisa. [15] Sic fecit vobis Beth-el, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

Iere. 4, 3. 'iustitiam 2 MS. 'in veritate iustitiã 37 MS. Q. n. '& MS q. R. Ind. 8 11. 'iudicauit MS. Q. n.

CAP. XI.

[1] SIcut mane transiit, pertransijt rex Israël. Quia puer Israël, & dilexi eum: & 'ex Ægypto vocaui filium meum. [2] Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant. [3] Et ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & nescierunt quòd curarem eos. [4] In funiculis adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum vt vesceretur. [5] Non reuertetur in Terram-Ægypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. [6] Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum. [7] Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur. [8] Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israël? quomodo dabo te 'sicut

Mat. 2, 15.

Gen.14.14. [1]sicut Adama, ponã te vt Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. [9] [2]Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo. in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. [10] [3]Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. [11] [4]Et auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de Terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. [12] [5]Circundedit me in 'negotione' Ephraim, & in dolo domus Israël: Iudas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis 'fidelis'.

'negotione o.

'fidelibus MS. R. Q. n.

CAP. XII.

[1] EPhraim pascit ventum, & sequitur æstum: tota die mendacium & vastitatem multiplicat: & fœdus cum Assyriis iniit, & oleum in Ægyptum ferebat. [2] [2]Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visitatio super Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet Gen.25,25. ei. [3] [3]In vtero supplantauit fratrem Gen.32,26. suum: & 'in fortitudine sua directus est cum angelo. [4] [4]Et inualuit ad angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum: in Beth-el inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. [5] [5]Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius. [6] [6]Et tu ad 'Deum tuum conuertêris: misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper.

*Dominũ MS. C. Verum R. Hier. H. & G. non addunt.

[7] [7]Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniã dilexit. [8] [8]Et dixit Ephraim, Veruntamen diues effectus sum, inueni idolum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccaui. [9] [9]Et ego Dominus Deus tuus ex Terra Ægypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. [10] [10]Et locutus sum super prophetas, & ego visionem multiplicaui, & in manu prophetarum assimilatus sum.

-12 MS. Hier. H. vergo 25 MS. R. Hier. Q. n. Gen. 28, 5.

[11] [11]Si 'in' Galaad idolum, 'tamen' frustra erant in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorum quasi acerui super sulcos agri. [12] [12]Fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit Israël in vxorem, & in [13] vxorem 'seruiuit'. [13] [13]In propheta autem eduxit Dominus Israël de Ægypto: [14] & in propheta seruatus est. [14] [14]Ad iracundiã me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobriũ eius restituet ei Dominus suus.

'seruauit 9 MS. R. Hier. H. G. 'custodiuit ouer C. Exo.14,21. 22.

CAP. XIII.

[1] LOquente Ephraim, horror inuasit Israël, & deliquit in Baal, & mortuus [2] est. [2] [2]Et nunc addiderunt ad peccandum: feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi similitudinẽ idolorum, factura artificũ totũ est. his ipsi dicunt, Immolate homines vitulos adorantes.

[3] [3]Idcirco erũt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriẽs, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus [4] de fumario. [4] [1]Ego autẽ Dñs Deus tuus Isa.43,10. ex Terra Ægypti: & Deum absque me nescies, & saluator non est præter me.

[5] [5]Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. [6] [6]Iuxta pascua sua adimpleti *& MS. R. H. C. G. sunt, & saturati sunt: 'eleuauerunt cor [7] suum, & obliti sunt mei. [7] [7]Et ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum. [8] [8]Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum: & consumam eos ibi quasi leo, [9] bestia agri scindet eos. [9] [9]Perditio tua Israël: tantũmodo in me auxiliũ tuum.

[10] [10]Vbi est rex tuus? maximè nunc saluet te in omnibus vrbibus tuis: & iudices tui, 'de quibus dixisti, Da mihi 'reges' & 1 Reg. 8, 5. [11] principes. [11] [11]Dabo tibi regem in furore 'regem MS. R. H. C. G. meo, & auferam in indignatione mea.

[12] [12]Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. [13] [13]Dolores parturientis venient ei: ipse filius non sapiens, nunc enim nõ stabit in contritione filiorũ. [14] [14]De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: 'ero mors 1 Cor.15,54. Heb.2,14. tua ô mors, morsus tuus ero inferne, consolatio abscondita est ab oculis meis.

[15] [15]Quia ipse inter fratres diuidet: '& Exo.19,13 adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem: & siccabit venas eius, & desolabit fontem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

CAP.

CAP. XIIII.

[1] PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum: in gladio pereant, paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius discindantur. [2] [1]Conuertere Israël ad Dominum Deum tuum: Os.14, 2. Ioel.2,12. quoniã corruisti in iniquitate tua. [3] [2]Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum: & dicite ei, Omnem auferiniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorum.

[4] [3]Assur non saluabit nos, super equum non ascendemus: nec dicemus vltrà, Dij nostri opera manuum nostrarum: quia eius qui in te est, misereberis pupilli.

[5] [4]Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè: quia auersus est furor meus ab eis. [6] [5]Ero quasi ros 'Israël', germinabit' sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani. [7] [6]Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt Libani. [8] [7]Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. [9] [8]Ephraim quid mihi vltrà idôla? ego exaudiam, & dirigam eum ego vt abietem virentẽ: ex me fructus tuus inuentus est. [10] [9]Quis sapiens, & intelliget ista? intelligẽs, & sciet hæc? quia rectæ viæ Dñi, & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis.

'Israël, germina- uit. q.

PROPHETIA IOEL.

CAP. PRIMVM.

[1] VErbvm Domini quod factũ est ad Ioel filium Phathuel. [2] [2]Audite hoc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si factũ est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum? [3] [3]Super hoc filiis vestris narrate, & filij vestri filiis suis, & filij eorum generationi alteræ. [4] [4]Residuum erucæ comedit locusta, & residuũ locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo.

[5] [5]Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniã periit ab ore vestro. [6] [6]Gens enim ascendit super terram meam, fortis & innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis: & molares eius vt catuli leonis. [7] [7]Posuit vineam in desertum, & ficum meam decorticauit: nudans spoliauit eam & proiecit, albi facti sunt rami eius. [8] [8]Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. [9] [9]Periit sacrificium & libatio de domo Domini: luxerunt sacerdotes ministri Domini.

[10] [10]Depopulata est regio, luxit humus: quoniam deuastatum est triticum, con- [11] fusum est vinum, elanguit oleũ. [11] [11]Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumento, & hordeo, quia periit [12] messis agri. [12] [12]Vinea confusa est, & ficus elanguit: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia confusum est gaudium à filiis ho- [13] minum. [13] [13]Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei vestri sa- [14] crificium & libatio. [14] [1]Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate se- Ioel.2,15. nes, omnes habitatores terræ in domum *Dei vestri: & clamate ad Dominum, [15] [15]A, a, a, diei. quia propè est dies Domini, & quasi vastitas à potente ve- [16] niet. [16] [16]Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei [17] nostri, lætitia & exultatio? [17] [17]Computruerũt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothe- [18] cæ: quoniã confusum est triticũ. [18] [18]Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis: sed & [19] greges pecorum disperierunt. [19] [19]Ad te Domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit [20] omnia ligna regionis. [20] [20]Sed & bestiæ agri quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te: quoniã exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

*Domini MS. R. H. G. G.

CAP. II.

[1] CAnite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ: Quia venit dies Domini,

Dñi, quia propè est * dies tenebrarum 2
& caliginis, dies nubis & turbinis: quasi
manè expansum super montes populus
multus & fortis: similis ei nõ fuit à prin-
cipio, & post eum non erit vsq. in annos
generationis & generationis. * Ante 3
faciẽ eius ignis vorans, & post eum exu-
rens flamma: quasi hortus voluptatis
terra coram eo, & post eum solitudo de-
serti, neque est qui effugiat eum. * Qua- 4
si aspectus equorum, aspectus eorum:
& quasi equites sic current. * Sicut so- 5
nitus quadrigarum super capita mon-
tium exilient, sicut sonitus flammæ ignis
deuorantis stipulam, velut populus for-
tis præparatus ad prœlium. * A fa- 6
cie eius cruciabuntur populi: omnes
vultus redigentur in ollam. * Sicut for- 7
tes currẽt: quasi viri bellatores ascendẽt
murum: viri in viis suis gradientur, &
non declinabunt à semitis suis. * Vnus- 8
quisq. fratrẽ suum non coartabit, singu-
li in calle suo ambulabũt: sed & per fene-
stras cadent, & non demolientur. * Vr- 9
bem ingredientur, in muro current: do-
mos conscendent, per fenestras intra-
bunt quasi fur. * A facie eius contre- 10
muit terra, moti sunt cæli: 'sol & luna
obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt
splendorem suum. * Et Dominus dedit 11
vocem suam ante faciem exercitus sui:
quia multa sunt nimis castra eius, quia
fortia & facientia verbum eius. 'magnus
enim dies Domini, & terribilis valde: &
quis sustinebit eum? * Nunc ergo, dicit 12
Dominus, conuertimini ad me in toto
corde vestro, in ieiunio, & in fletu & in
planctu. * Et scindite corda vestra, & 13
non vestimẽta vestra, & cõuertimini ad
Dominum Deum vestrum: 'quia beni-
gnus & misericors est, patiens & multæ
misericordiæ, & præstabilis super ma-
litia. * 'Quis scit si conuertatur, & igno- 14
scat*, & relinquat post se benedictio-
nem, sacrificium, & libamen Dño Deo
'nostro'? * Canite tuba in Sion, san- 15
ctificate ieiunium, vocate cœtum,
* Congregate populum, 'sanctificate 16
ecclesiam, coadunate senes: congregate
paruulos, & sugentes hubera: egredia-
tur sponsus de cubili suo, & sponsa de
thalamo suo. * Inter vestibulum & al- 17
tare plorabunt sacerdotes ministri Do-
mini: & dicent, Parce Domine, parce
populo tuo: & ne des hæreditatem tuam
in opprobrium, vt dominentur eis na-
tiones. quare dicunt in populis, Vbi est
deus eorum? * Zelatus est Dominus 18
terram suam, & pepercit populo suo.
* Et respondit Dominus, & dixit po- 19
pulo suo, Ecce ego mittam vobis fru-
mentum, & vinũ, & oleum, & replebi-
mini 'eis': & non dabo vos vltrà oppro-
brium in Gentibus. * Et eum qui ab 20
Aquilone est, procul faciam à vobis: &
expellam eum in terram inuiam & de-
sertam, faciem eius contra mare Orien-
tale, & extremum eius ad mare nouissi-
mum: & ascendet fœtor eius, & ascen-
det putredo eius, quia superbè egit.
* Noli timere terra, exulta & lætare: 21
quoniam magnificauit Dóminus vt fa-
ceret. * Nolite timere animalia regio- 22
nis: quia germinauerunt speciosa deser-
ti, quia lignum attulit fructum suum,
ficus & vinea dederunt virtutem suam.
* Et filij Sion exultate & lætamini in 23
Domino Deo vestro: quia dedit vobis
doctorem iustitiæ, & descendere faciet
ad vos imbrem matutinũ & serotinum
sicut in principio. * Et implebũtur areæ 24
frumento, & redundabunt torcularia
vino & oleo. * Et reddam vobis annos 25
quos comedit locusta, bruchus, & rubi-
go, & eruca: fortitudo mea magna,
quam misi in vos. * Et comedetis ve- 26
scentes, & saturabimini: & laudabitis
nomen Domini Dei vestri qui fecit mi-
rabilia vobiscum: & non confundetur
populus meus in sempiternũ. * Et scie- 27
tis quia in medio Israël ego sum: & ego
Dñs Deus vester, & non est amplius:
& non confundetur populus meus in
æternum. * Et erit post hæc: 'effundam 28
spiritum meum super omnem carnem:
& prophetabunt filij vestri & filiæ ve-
stræ: senes vestri somnia somniabunt, &
iuuenes vestri visiones videbunt. * Sed 29
& super seruos meos & ancillas in die-
bus illis effundam spiritum meum. * Et 30
dabo prodigia in cælo, & in terra, sangui-
nem, & ignẽ, & vaporẽ fumi. * 'Sol con- 31
uertetur in tenebras, & luna in sangui-
nem: antequam veniat dies Domini ma-
nus & horribilis. * Et erit: omnis qui 32
inuocauerit nomẽ Domini, saluus erit:
quia in monte Sion, & in Ierusalem erit
saluatio, sicut dixit Dominus, & in resi-
duis quos Dominus vocauerit.

CAP. III.

QVia ecce in diebus illis & in tem- 1
re illo cum conuertero captiuita-
tem Iuda & Ierusalem: * Congrega- 2
bo omnes Gentes, & deducã eas in val-
lem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi
super populo meo, & hæreditate mea
Israël, quos disperserunt in nationibus,
& terram meam diuiserunt. * Et su- 3
per populum meum miserunt sortem:
& posuerunt puerum in prostibulum,
& puellam vendiderunt pro vino vt bi-
berent. * Verùm quid mihi & vobis 4
Tyrus & Sidon, & omnis terminus Pa-
læstinorum? nunquid vltionem vos red-
detis mihi? & si vlciscimini vos contra
me, citò velociter reddam vicissitudi-
nem vobis super caput vestrũ. * Argen- 5
tum enim meum & aurũ tulistis: & desi-
derabilia mea & pulcherrima intulistis
in delubra vestra. * Et filios Iuda, & fi- 6
lios Ierusalem vendidistis filiis Græco-
rum, vt longè faceretis eos de finibus
suis. * Ecce ego: suscitabo eos de loco 7
in quo vendidistis eos: & conuertam re-
tributionem vestram in caput vestrum.
* Et vendam filios vestros & filias ve- 8
stras in manibus filiorum Iuda, & ve-
nundabunt eos Sabæis genti longinquæ,
quia Dominus locutus est. * Clamate 9
hoc in Gentibus, sanctificate bellum,
suscitate robustos: accedant, ascendant
omnes viri bellatores. * Concidite aratra 10
vestra in gladios, & ligones vestros in
lanceas. Infirmus dicat, Quia fortis ego
sum. * Erumpite, & venite omnes gẽtes 11
de circuitu, & cõgregamini: ibi occum-
bere faciet Dominus robustos tuos.
* Consurgant & ascendant Gentes in 12
vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iu-
dicem omnes gentes in circuitu. * 'Mit- 13
tite falces, quoniam maturauit messis:
venite, & descendite, quia plenum est
torcular, exhuberant torcularia: quia
multiplicata est malitia eorum. * Po- 14
puli populi in valle cõcisionis: quia iuxta
est dies Domini in valle concisionis.
* 'Sol & luna obtenebrati sunt: & stel- 15
læ retraxerunt splendorem suum. * 'Et 16
Dominus de Sion rugiet, & de Ierusa-
lem dabit vocem suam: & mouebun-
tur cæli & terra, & Dominus spes popu-
li sui, & fortitudo filiorum Israël. * Et 17
scietis quia ego Dominus Deus vester
habitans in Sion in monte sancto meo:
& erit Ierusalem sancta, & alieni non
transibũt per eam amplius. * 'Et erit in 18
die illa: stillabunt montes dulcedinem,
& colles fluent lacte: & per omnes ri-
uos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo
Domini egredietur, & irrigabit torren-
tem spinarum. * Ægyptus in desola- 19
tionem erit, & Idumæa in desertum per-
ditionis: pro eo quòd iniquè egerint in
filios Iuda, & effuderint sanguinem in-
nocentem in terra sua. * Et Iudæa in 20
æternum habitabitur, & Ierusalem in
generationem & generationem. * Et 21
mundabo sanguinẽ eorum, quem non
mundaueram: & Dominus commora-
bitur in Sion.

PROPHETIA AMOS.

CAP. PRIMVM.

VERBA Amos, qui fuit 1
'in pastoralibus' * The-
cue: quæ vidit super Is-
raël in diebus Oziæ re-
gis Iuda, & in diebus
Ieroboam filij Ioas re-
gis Israël, 'ante duos 2
annos terræmotus. * Et dixit, 'Domi-
nus de Sion rugiet, & de Ierusalem da-
bit vocem suam: & luxerunt speciosa
pastorum, & exiccatus est vertex Car-
meli. * Hæc dicit Dominus, Super tri- 3
bus sceleribus Damasci, & super qua-
tuor non conuertam eum: eo quòd tri-
turauerint in plaustris ferreis Galaad.
* Et mit-

* Deus MS. q.
"vestro 4 MS. R. H. G. C.
"eo 12. Ms Hier. H. C. Textum antè lectio conformis est G.
"in pastoribus 6 MS. R. Q. n. *de 8 MS. Hier. H. C. G.

[4] ‡Et mittam ignem in domum Azaël, & deuorabit domos Ben-adad. [5] ‡Et conteram vectem Damasci: & disperdam habitatorem de campo idôli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus. [6] ‡Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non conuertam 'eum': eo quòd transtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa. [7] ‡Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius. [8] ‡Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super Accaron, & peribunt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus Deus. [9] ‡Hæc dicit Dñs, Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam 'eum': eo quòd concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum. [10] ‡Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. [11] ‡Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltrà furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem. [12] ‡Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosræ.

[13] ‡Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. [14] ‡Et succendam ignē in muro Rabba: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. [15] ‡Et ibit Melchom in captiuitatem ipse, & principes eius simul, dicit Dominus.

*eam 3 MS. Q. n.

*eā 3 MS. G. Q. n.

CAP. II.

[1] HÆc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd incenderit ossa regis Idumææ vsque ad cinerem. [2] ‡Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ: [3] ‡& disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus. [4] ‡Hæc dicit Dñs, Super tribus sceleribus Iudæ, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd abiecerit legem Dñi, & mandata eius non custodierit. deceperunt enim eos idôla sua, post quæ abierant patres eorū. [5] ‡Et mittam ignē in Iudam, & deuorabit ædes Ierusalem. [6] ‡Hæc dicit Dñs, Super tribus sceleribus Israël, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. [7] ‡Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viam humiliū declinant: & filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctū meum. [8] ‡Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui.

[9] ‡'Ego autē exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum, altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper, [10] & radices eius subter. ‡'Ego sum qui ascendere vos feci de Terra-Ægypti: '& duxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi. [11] ‡Et suscitaui de filiis vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris nazaræos. nunquid non ita est filij Israël, dicit Dominus? [12] ‡Et propinabitis nazaræis vinum: & prophetis mandabitis, [13] dicentes, Ne prophetetis. ‡Ecce, ego stridebo 'subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. [14] ‡Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutē suam, & robustus non saluabit animam suam: [15] ‡& tenens arcū non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animā suam: [16] & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

Nu. 11, 34. Deu. 2, 34. 31.

Exo. 14, 21. Deu. 1, 3.

'super 3, MS. Q. n.

CAP. III.

[1] AVdite verbum quod locutus est Dñs super vos, filij Israël: super omnem cognationem quam eduxi de Terra-Ægypti, dicens, [2] ‡Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. [3] ‡Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? [4] ‡Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? [5] ‡nunquid cadet auis in laqueum terræ, absque aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra, antequam quid ceperit? [6] ‡Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? [7] ‡Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suū ad seruos suos prophetas. [8] ‡Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis nō prophetabit? [9] ‡Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Ægypti: & dicite, Congregamini super montes Samariæ, & videte insanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius. [10] ‡Et nescierunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus suis. [11] ‡Propterea hæc dicit Dominus Deus, Tribulabitur & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ.

[12] ‡Hæc dicit Dominus, Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: sic eruentur filij Israël qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & 'in Damasci grabato'. [13] ‡Audite, & contestamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituū: [14] ‡quia in die cùm visitare cœpero præuaricationes Israël, super eum visitabo & super altaria Beth-el: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram. [15] ‡Et percutiam domum hyemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

in Damasco grabato 6 MS. Q. n.

CAP. IIII.

[1] AVdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis vestris, Afferte, & bibemus. [2] ‡Iurauit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. [3] ‡Et per aperturas exibitis altera contra alteram, & proiiciemini in Armon, dicit Dominus. [4] ‡Venite ad Bethel, & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationem: & offerte manè victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. [5] ‡Et sacrificate de fermentato laudem: & vocate voluntarias oblationes, & annuntiate: sic enim voluistis filij Israël, dicit Dominus Deus.

[6] ‡Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit Dominus. [7] ‡Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses superessent vsque ad messem: & plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui: pars vna cōpluta est, & pars super quā non plui, aruit. [8] ‡Et venerunt duæ & tres ciuitates ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & non sunt satiatæ: & non rediistis ad me, dicit Dominus.

[9] ‡'Percussi vos in vento vrente, & in aurugine, multitudinem hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum, oliueta vestra & ficeta vestra comēdit eruca: & non rediistis ad me, dicit Dominus. Agg. 2, 18.

[10] ‡Misi in vos mortem in via Ægypti, percussi in gladio iuuenes vestros vsque ad captiuitatem equorum vestrorum: & ascendere feci putredinē castrorum vestrorum in nares vestras: & non rediistis ad me, dicit Dominus. [11] ‡Subuerti vos, 'sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrhā, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non rediistis ad me, dicit Dominus. [12] ‡Quapropter hæc faciam tibi Israël: postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israël. [13] ‡Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ: Dominus Deus exercituum nomē eius.

Ge. 19, 24.

CAP. V.

[1] AVdite verbum istud quod ego leuo super vos planctum. Domus Israël

cecidit, & non adiiciet vt resurgat. 2
Virgo Israël proiecta est in terram suam,
non est qui suscitet eam. Quia hæc 3
dicit Dominus Deus, Vrbs de qua egre-
diebantur mille, relinquentur in ea cen-
tum: & de qua egrediebantur centum,
relinquẽtur in ea decem in domo Israël.
Quia hæc dicit Dominus domui Is- 4
raël, Quærite me, & viuetis. Et nolite 5
quærere Beth-el, & in Galgalam nolite
intrare, & in Bersabee nõ transibitis: quia
Galgala captiua ducetur, & Beth-el erit
inutilis. Quærite Dominum, & viuite: 6
ne fortè comburatur vt ignis domus Io-
seph, & deuorabit, & non erit qui extin-
guat Beth-el. Qui conuertitis in ab- 7
sinthium iudicium, & iustitiam in terra
relinquitis. Facientem Arcturum, & 8
Orionem, & conuertentem in manè
tenebras, & diem in noctem mutantem:
Isa.9,6. 'qui vocat aquas maris, & effundit eas
super faciem terræ: Dominus nomen
est eius. Qui subridet vastitatem su- 9
per robustum, & depopulationem super
potentem affert. Odio habuerunt cor- 10
ripientem in porta: & loquentem per-
fectè abominati sunt. Idcirco, pro eo 11
quòd diripiebatis pauperem, & prædam
Soph.1,17. electam tollebatis ab eo: 'domos quadro
lapide ædificabitis, & non habitabitis in
eis: vineas plantabitis amantissimas, &
non bibetis vinum earum. Quia co- 12
gnoui multa scelera vestra, & fortia pec-
cata vestra: hostes iusti accipientes mu-
nus, & pauperes deprimentes in porta.
Ideò prudens in tempore illo tacebit, 13
quia tempus malum est. Quærite bo- 14
num, & non malum, vt viuatis: & erit
Dominus Deus exercituum vobiscum,
Rom.12,9. Psa.69,10. 33,15.36,37. sicut dixistis. 'Odite malum, & dili- 15
gite bonum, & constituite in porta iu-
diciũ: si fortè misereatur Dominus Deus
exercituum reliquiis Ioseph. Propter- 16
ea hęc dicit Dominus Deus exercituum
dominator, in omnibus platéis plan-
ctus: & in cunctis quæ foris sunt, dice-
tur væ væ: & vocabunt agricolam ad lu-
ctum, & ad planctũ eos qui sciunt plan-
gere. Et in omnibus 'vineis' erit plan- 17
viis 39. MS.C. Q.R. ctus: quia pertransibo in medio tui, di-
cit Dominus. 'Vę desiderantibus diem 18
Domini: ad quid eam vobis? dies Domi-
ni ista, tenebræ, & non lux. Quomo- 19
do si fugiat vir à facie leonis, & occurrat
ei vrsus: & ingrediatur domum, & inni-
tatur manu sua super parietem, & mor-
deat eum coluber. Nunquid non te- 20
nebręs dies Domini, & non lux: & caligo,
& non splendor in ea? 'Odi, & proieci 21
festiuitates vestras: & non capiam odo-
rem cœtuum vestrorum. 'Quòd si 22
obtuleritis mihi holocautomata, & mu-
nera vestra, non suscipiam: & vota pin-
guium vestrorum non respiciã. Aufer 23
à me tumultum carminum tuorum: &
cantica lyræ tuæ non audiam. Et reue- 24
labitur quasi aqua iudicium, & iustitia
quasi torrens fortis. 'Nunquid ho- 25
stias & sacrificium obtulistis mihi in de-
serto quadraginta annis, domus Israël?
Et portastis tabernaculum Moloch* 26
vestro, & imaginem idolorum vestro-
rum, sydus Dei vestri, quæ fecistis vobis.
Et migrare vos faciam trans Dama- 27
scum, dicit Dominus, Deus exercituum
nomen eius.

*deorum q.R. *idolo MS q.

Isa.13,6,9. Ier.30,7. Ioel.2,11. Sup.1,15.

Luc.6,24.

CAP. VI.

VÆ qui opulenti estis in Siõ, & con- 1
fiditis in monte Samariæ: optima-
tes capita populorum, ingrediẽtes pom-
paticè domũ Israël. Transite in Cha- 2
lanne, & videte, & ite inde in Emath mag-
nam: & descendite in Geth Palæsthi-
norum, & ad optima quæque regna ho-
rum: si latior terminus eorum termino
vestro est? Qui separati estis in diem 3
malum: & appropinquatis solio iniqui-
tatis. Qui dormitis in lectis eburneis, 4
& lasciuitis in stratis vestris: qui come-
ditis agnum de grege, & vitulos de me-
dio armenti. Qui canitis ad vocem 5
psalterij: sicut Dauid putauerunt se ha-
bere vasa cantici. Bibentes vinum in 6
phialis, & optimo vnguento delibuti:
& nihil pariebantur super contritione
Ioseph. Quapropter nunc migra- 7
bunt in capite transmigrantium: & au-
feretur factio lasciuientium. 'Iurauit 8
Dominus Deus in anima sua, dicit Do-
minus Deus exercituum, Detestor ego
super-

Ier.51,14.

superbiam Iacob, & domos eius odi, &
tradam ciuitatẽ cum habitatoribus suis.
Quod si reliqui fuerint decem viri in 9
domo vna: & ipsi morientur. Et tol- 10
let eum propinquus suus, & comburet
eum, vt efferat ossa de domo: & dicet ei
qui in penetralibus domus est, Num-
quid adhuc est penes te? Et respondebit, 11
Finis est. Et dicet ei, Tace, & non re-
corderis nominis Domini. Quia ecce 12
Dominus mandauit, & percutiet domũ
maiorem ruinis, & domum minorem
scissionibus. Nũquid currere queunt 13
in petris equi, aut arari potest in bubalis, quoniam conuertistis in amaritudi-
nem iudicium, & fructum iustitiæ in ab-
sinthium? Qui lætamini in nihili: qui 14
dicitis, Numquid non in fortitudine
nostra assumpsimus nobis cornua?
Ecce enim suscitabo super vos do- 15
mus Israël, dicit Dominus Deus ex-
ercituum, gentem: & conterent vos ab
introitu Emath, vsque ad torrentem
deserti.

CAP. VII.

HÆc ostendit mihi Dominus Deus: 1
& ecce fictor locustæ in principio
germinantium serotini imbris, & ecce
'tonso-rum MS. A.Q.n. Vrgi.q. m.s. Ser.n. c.o. serotinus post 'tonsorem' 'gregis'. Et 2
factum est: cùm consummasset come-
dere herbam terræ, dixi, Domine Deus,
propitius esto, obsecro: quis suscitabit
Iacob, quia paruulus est? Misertus est 3
Dominus super hoc: Non erit, dicit Do-
minus. Hæc ostendit mihi Dominus 4
Deus: & ecce vocabat iudiciũ ad ignem
Dominus Deus, & deuorauit abyssum
multam, & comedit simul partem. Et 5
dixi, Domine De9, quiesce obsecro: quis
suscitabit Iacob, quia paruulus est? Mi- 6
sertus est Dñs super hoc: Sed & istud non
erit, dicit Dominus Deus. Hæc osten- 7
dit mihi Dominus": & ecce Dominus
stans super murũ litum, & in manu eius
trulla cæmentarij. Et dixit Dominus ad 8
me, Quid tu vides Amos? Et dixi, Trul-
lam cęmentarij. Et dixit Dominus, Ecce
ego ponã trullam in medio populi mei
Israël: non adiiciam vltrà superinducere
eum. Et demolientur excelsa idoli, & 9

*Q.R. Ier.11,C. "Deus 19 Rs.c.q. q.

sanctificationes Israël desolabuntur: &
consurgam super domum Ieroboam in
gladio. Et misit Amasias sacerdos Beth- 10
el ad Ieroboam regem Israël, dicens, Re-
bellauit contra te Amos in medio do-
mus Israël: non poterit terra sustinere
vniuersos sermones eius. Hæc enim di- 11
cit Amos, In gladio morietur Ieroboam,
& Israël captiuus migrabit de terra sua.
Et dixit Amasias ad Amos, Qui vides, 12
gradere, fuge in terram Iuda: & comedè
ibi panem, & prophetabis ibi. Et in 13
Beth-el non adiicies vltrà vt prophetes:
quia sanctificatio regis est, & domus re-
gni est. Respondítque Amos, & di- 14
xit ad Amasiam, Non sum propheta,
& non sum filius prophetæ: sed armen-
tarius ego sum vellicans sycomoros.
Et tulit me Dominus cùm sequerer 15
gregem: & dixit Dominus ad me, Vade,
propheta ad populum meum Israël.
Et nunc audi verbum Domini, Tu 16
dicis, Non prophetabis super Israël, &
non stillabis super domum idoli. Pro- 17
pter hoc hęc dicit Dominus, Vxor tua in
ciuitatem fornicabitur, & filij tui & filiæ
tuæ in gladio cadent, & humus tua funi-
culo metietur: & tu in terra polluta mo-
rieris, & Israel captiuus migrabit de ter-
ra sua.

CAP. VIII.

HÆc ostendit mihi Dominus Deus: 1
& ecce vncinus pomorum. Et 2
dixit, Quid tu vides Amos? Et dixi, Vn-
cinum pomorum. Et dixit Dominus ad
me, Venit finis super populum meum Is-
raël: non adiiciam vltrà vt pertranseam
eum. Et stridebunt cardines templi in 3
die illa, dicit Dominus Deus: multi mo-
rientur: in omni loco proiicietur silen-
tium. Audite hoc qui conteritis paupe- 4
rem, & deficere facitis egenos terræ, 5
dicentes, Quando transibit 'messis', & vę-
nundabimus merces: & sabbathum, & 'mensis t MS.R. Hieron. H: G.Q.n:
aperiemus frumentum: vt imminua-
mus mensuram, & augeamus siclum, &
supponamus stateras dolosas, Vt pos- 6
sideamus in argento egenos & paupe-
res, pro calceamentis, & quisquilias fru-
menti vendamus? Iurauit Dominus in 7

'superbia', Iacob, Si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. *Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi fluuius vniuersus, & eiicietur, & defluet quasi riuus Ægypti? *superbiam 3. MS. R. Hier. Q. n. 8

*Et erit 'in die illa, dicit Dominus', occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. *'& conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium: & ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. *Deus R. H. C. G q. Ier. 15, 9. Tob. 2, 6. 1. Ma. 1, 41 9 10

*Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famẽ in terram: non famem panis, neq. sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. *Et commouebuntur à Mari vsq. ad mare, & ab Aquilone vsque ad Orientem: circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient. *In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti. *Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt, Viuit Deus tuus Dan: & viuit via Ber-sabee, & cadent, & non resurgent vltrà. 11 12 13 14

CAP. IX.

VIdi Dominum stantẽ super altare: & dixit, Percute cardinem, & commoueãtur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouissimũ eorum in gladio interficiam: non erit fuga 'eis: fugient', & non saluabitur ex eis qui fugerit. *'Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsque in cælum, inde detraham eos. *Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. *Et si abierint in captiuitatẽ coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos: '& ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum. *Et Dominus Deus exercituum qui tangit terram, & tabescet: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Ægypti. *Qui ædificat *'eis qui fugient 3 MS. Q. n. Psal. 138, 8. Ier. 44, 11. 1 2 3 4 5 6

in cęlo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit: 'qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius. *Nunquid non vt filij Æthiopum vos estis mihi, filij Israël, ait Dominus? nunquid non Israël ascendere feci de Terra-Ægypti: & Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? *Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, & conteram illud à faciet terræ: veruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus. *Ecce enim mandabo ego, & cõcutiam in omnibus gentibus domum Israël, sicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus super terram. *In gladio morietur omnes peccatores populi mei: qui dicunt, Nõ appropinquabit, & non veniet super nos malum. *In die illa 'suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo: & reædificabo eum sicut in diebus antiquis. *Vt possideant reliquias Idumeæ, & omnes nationes, eo quòd inuocatum sit nomen meum super eos: dicit Dominus faciens hæc. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen: '& stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israël: & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos, & comedẽt fructus eorum. *Et plantabo eos super humum suam: & non euellã eos vltrà de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus. Amos 9, 8. Act. 15, 16. Ier. 49, 14. Ioel. 3, 18. 8 9 10 11 12 13 14 15

PROPHETIA ABDIÆ.

VIsio Abdiæ. Hæc dicit Dominꝰ deus ad Edom, 'Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad Gentes misit, Surgite, & consurgamus aduersus eum in prœliũ. *Ecce paruulum dedi Ier. 49, 14. 1 2

dedite in Gentibus: contemptibilis tu es valde. *Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium 'tuum: qui dicis in corde tuo', Quis detrahet me in terram? *Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus. *Si fures introissent ad te, si latrones per noctem: quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, nũquid saltem racemum reliquissent tibi? *Quomodo scrutati sunt Esau, inuestigauerunt abscondita eius? *Vsque ad terminum emiserunt te omnes viri fœderis tui: illuserunt tibi: inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te: non est prudentia in eo. *'Nunquid non in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau? *Et timebunt fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Esau. *Propter interfectionem, & 'propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. *In die cùm stares 'aduersus eum', quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebãt sortem: tu quoque eras quasi vnus ex eis. *Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lætaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustiæ. *Neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neque despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius: & non emittêris aduersus exercitum eius in die vastitatis illius. *Neque stabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis. *Quoniam iuxtà est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam conuertet in caput tuum. *Quomodo enim 'bibistis' super montem sanctum meum, bibent omnes Gentes iugiter: & bibent & absorbe- *qui dicis in corde tuo 11 MS. H. c. G. q. Ier. 49, 16. Abd. 14. *4 MS. vt aduersus R. C. G. Psal. 136, 7. *'bibisti R. S. B. Hie. in c. Vrsin H. & c. Terni Aegidius. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

dunt, & erunt quasi non sint. *Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus: & possidebit domus Iacob eos qui se possederant. *Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula: & succendentur in eis, & deuorabunt eos: & non erunt reliquiæ domus Esau, quia Dominus locutus est. *Et hæreditabunt hi qui ad Austrum sunt, montem Esau, & qui in campestribus Philisthiim: & possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ: & Beniamin possidebit Galaad. *Et transmigratio exercitus huius filiorum Israël, omnia *Chananæorum vsque ad Saréptam: & transmigratio Ierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri. *Et ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit Domino regnum. *loca M S q. R. 17 18 19 20 21

PROPHETIA IONÆ.

CAP. PRIMVM.

ET factum est verbũ Domini ad Ionam filium Amathi, dicẽs, *Surge, & vade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea: quia ascendit malitia eius coram me. *Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis à facie Domini. *Dñs autem misit ventum magnum in mare: & facta est tẽpestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. *Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad deũ suũ: & miserunt vasa quę erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. *Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum, si fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus. *'Et dixit vir ad collegã suum, Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc 1 2 3 4 5 6 7

malum sit nobis. Et miserunt sortes: & cecidit sors super Ionam. 8 Et dixerunt ad eum, Indica nobis, cuius causa malum istud sit nobis: quod est opus tuum? quæ terra tua? & quò vadis? vel ex quo populo es tu? 9 Et dixit ad eos, Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare & aridam. 10 Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri quòd à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis. 11 Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumescebat. 12 Et dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis super vos. 13 Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumescebat super eos.

*super eos o Perinet autem ad versum 13

*est MS. Hier. G. *venit R Verum Tetrus consimilis est H. & C.

14 Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt, Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti. 15 Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo. 16 Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

CAP. II.

1 ET præparauit Dominus piscem grandem vt deglutiret Ionam: '& erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. 2 Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis. 3 Et dixit,

Mat.12,40 16,4. Lu.11,30. 1.Cor.15,4

'Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.

Psal.3,5. 17,7.117,5 119,2.

4 Et proiecisti me in profundũ in corde maris, & flumen circundedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.

5 Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: veruntamẽ rursus videbo templum sanctum tuum.

Psal.68,1. 6 Circundederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum.

7 Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me in æternum: & subleuabis de corruptione vitã meam, Domine Deus meus.

8 Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.

9 Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt.

10 Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunque voui reddam pro salute Domino.

11 Et dixit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.

CAP. III.

1 ET factum est verbum Domini ad
2 Ionam secundò, dicens, Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. 3 Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbum Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere
4 trium dierum. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta
5 dies, & Niniue subuertetur. 'Et crediderunt viri Niniuitę in Deum: & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. 6 Et peruênit verbum ad regem Niniue: & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. 7 Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam: nec pascantur, & aquam
8 non bibant. Et operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad 'Dominum' in fortitudine: '& conuertatur vir à via sua mala & ab iniquitate quæ
9 est in manibus eorum. 'Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non per-
10 ibimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitiam quam

Mat.12,41 Luc.11,32.

Ion.3,11. 'Deum 4 MS.R.H. G. Ioel.2,14.

quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

CAP. IIII.

1 ET afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est: 2 & orauit ad Dominum, & dixit, Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbum meum, cùm adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharsis, 'scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patiẽs & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. 3 Et nunc Domine tolle quæso animam meam à me: quia melior est mihi mors quam vita. 4 Et dixit Dominus, Putásne bene irasceris tu? 5 Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis: & fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. 6 Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. 7 Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum: & percussit hederam, & exaruit.

(illegible)

8 Et cùm ortus fuisset Sol, præcepit Dominus vento calido & vrenti: & percussit Sol super caput Ionæ, & æstuabat: & petiuit animæ suæ vt moreretur, & dixit, Melius est mihi mori, quàm viuere. 9 Et dixit Dominus ad Ionam, Putásne bene irasceris tu super hederam? Et dixit, Bene irascor ego vsque ad mortem. 10 Et dixit Dominus, Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte periit: 11 Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?

PROPAETIA MICHÆÆ.

CAP. PRIMVM.

1 VErbum Domini quod factũ est ad Michæam Morasthiten, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: quod vidit super Samariam &
2 Ierusalem. 'Audite populi omnes, & attendat terra, & plenitudo eius: & sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo. 3 'Quia ecce Dominus egredietur de loco suo: & descendet, & calcabit super excelsa terræ. 4 Et consumentur montes subtus eum: & valles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ quæ decurrunt in præceps.

Deut.32. Isa.1.2.

Isa.26,21.

5 'In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israël. quod scelus Iacob? nõne Samaria? & quę excelsa Iudæ? nonne Ierusalem? 6 & ponã Samariam quasi aceruum lapidum in agro cùm plantatur vinea: & detrahã in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. 7 Et omniæ sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idôla eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertẽtur. 8 Super hoc plangam, & vlulabo: vadam spoliátus, & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum: 9 Quia desperata est plaga eius, quia venit vsq. ad Iudam, tetigit portam populi mei vsque ad
10 Ierusalem. In Geth nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis: in domo Pulueris
11 puluere vos cõspergite. Et transite vobis habitatio Pulchra, cõfusa ignominia: non est egressa quę habitat in exitu: planctum Domus vicinæ accipiet ex vobis,
12 quæ stetit sibimet. 'Quia infirmata est in bonum quæ habitat In-amaritudinibus: quia descendit malum à Domino in
13 portam Ierusalem. Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis, principium peccati est filiæ Sion, quia in te inuẽta sunt scelera Israël. 14 Propterea dabit

emissarios super hæreditatem Geth: domos Mendacij in deceptionem regibus Israël. *Adhuc hæredem adducam 15
tibi quæ habitas in Maresa: vsque ad Odollam veniet gloria Israël. *Decalua- 16
re, & tondêre super filios deliciarũ tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

CAP. II.

VÆ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in 1
luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum. *Et 2
concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. *Idcirco hæc dicit 3
Dominus, Ecce ego cogito super familiam istam malum: vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. *In die 4
illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate, dicentium, Depopulatione vastati sumus: pars populi mei commutata est: quomodo recedet à me, quum reuertatur, qui regiones nostras diuidat? *Propter hoc 5
non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini. *Ne loquamini loquentes, Non stillabit super istos, non comprehendet confusio. *Dicit domus 7
Iacob, Nunquid abbreuiatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt cum eo qui rectè graditur? *Et econtrario 8
populus meus in aduersarium consurrexit: désuper tunicam pallium sustulistis: & eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. *Mulieres po- 9
puli mei eiecistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. *Surgite, 10
& ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. *Vtinam non 11
essem vir habens spiritũ, & mendacium potius loquerer, stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit super quem stillatur populus iste. *Congregatione 12
congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israël, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultua-
13 buntur à multitudine hominum. *Ascendet enim pandens iter ante eos: diuident, & transibunt portã, & ingredientur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

*ô Israel MS q.

CAP. III.

ET dixi, Audite principes Iacob, & 1
duces domus Israël, Nunquid non
2 vestrum est scire iudicium, *qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eo-
3 rum? *Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebête, &
4 quasi carnem in medio ollæ. *Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerũt in
5 adinuentionibus suis. *Hæc dicit Dominus super prophetas qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & siquis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prœlium. *Propter-
6 ea nox vobis pro visione erit; & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur
7 super eos dies. *Et confundentur qui vident visiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus suos, quia non est responsum Dei. *Veruntamen ego repletus sum fortitudine
8 spiritus Domini, iudicio & virtute: vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israël
9 peccatum suum. *Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israël: qui abominamini iudicium, &
10 omnia recta peruertitis. *Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusa-
11 lem in iniquitate. *'Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super Dominum requiescebant, dicentes, Nunquid non Dominus in medio nostrum?

Ezec.22,27. Sophon.3,3.

strum? nõ venient super nos mala. *Pro- 12
pter hoc, causa vestri, 'Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa siluarum.

Mich.3,12.

CAP. IIII.

ET 'erit, in nouissimo dierum erit 1
mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles: & fluent *ad eum populi. Et pro- 2
perabunt gentes multæ, & dicent, Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Ierusalem. *Et iudicabit 3
inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum: & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltrà belligerare. *Et sedebit vir subtus 4
vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum est. *Quia o- 5
mnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & vltrà. *In die illa, dicit 6
Dominus, congregabo claudicantem: & eam quam eieceram, colligam, & quam afflixeram*. *'Et ponam clau- 7
dicantem, in reliquias: & eam quæ laborauerat, in gentem robustam. 'Et regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum.
*Et tu turris gregis, nebulosa 'filiæ' Sion 8
vsq. ad te veniet: & veniet potestas prima regnum filiæ Ierusalem. *Nunc quare 9
mærore contraheris? nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? *Dole, & satage filia Sion quasi 10
parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorũ. *Et nunc congregatæ sunt 11
super te gentes multæ: quæ dicunt, Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster.

*'consolabor MS q. Ephes.19. Isai.33. Ioan.11.

*'filia MS. Lege.

CAP. V.

NVnc vastaberis filia latronis: obsi- 1
dionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israël.
*'ET TV BETHLEHEM Ephrâta, Mar.2,6. Ioan.7,42.
paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël: & egressus eius ab initio, à diebus æter- 3
nitatis. *Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: * reliquiæ fratrum eius conuertentur ad
4 filios Israël. *Et stabit, & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur vsque ad ter- 5
minos terræ. *Et erit iste 'pax: Assyrius' quum venerit in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris: & suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines.
6 *Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur, quum venerit in terram nostram, & quum calcauerit in finibus
7 nostris. *Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam quæ non expectat virum, & non præstolatur filios hominũ. *Et erunt reliquiæ
8 Iacob in Gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis siluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cùm transierit, & conculcauerit, & ceperit, non est qui eruat.
9 **Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.
10 *Et erit in die illa, dicit Dominus: auferã equos tuos de medio tui, & dispe-
11 dam quadrigas tuas. *Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes mu-
12 nitiones tuas, *& auferam maleficia de

'pax Assyriis 9 MS: R.Q.R.

* Et MS. R.
* Ex nunc C. Verùm Hier. H. & G. nihil addunt.

manu tua,& diuinationes non erunt in
te. *Et perire faciam sculptilia tua, & 13
statuas tuas de medio tui: & non adora-
bis vltrà opera manuum tuarum. *Et 14
euellam lucos tuos de medio tui:& con-
teram ciuitates tuas. *Et faciam in fu- 15
rore & in indignatione vltionem in om-
nibus gentibus quæ non audierunt.

CAP. VI.

AVdite quę Dominꝰ loquitur,Surge, 1
contende iudicio aduersum mon-
tes,& audiant colles vocẽ tuam. *Au- 2
diant montes iudicium Domini, & for-
tia fundamenta terræ: quia iudiciũ Do-
mini cum populo suo, & cũ Israël diiu-
Ier.2,4. dicabitur. *'Populemeus quid feci 3
tibi, aut quid molestus fui tibi? respon-
Exo.14,22 de mihi. *'Quia eduxi te de Terra-
Ægypti, & de domo seruientium libe-
raui te: & misi ante faciem tuam Moy-
sen, & Aaron, & Mariam? *Populе 5
Num.22. meus,memento quæso 'quid cogitaue-
23.24,25. rit Balach rex Moab, & quid respon-
derit ei Balaam filius Beor, de Setim vs-
que ad Galgalam, vt cognosceres iusti-
tias Domini. *Quid dignum offeram 6
Domino? curuabo genu Deo excelso?
nunquid offeram ei holocautomata &
vitulos anniculos? *Nunquid placari 7
potest Dominus in millibus arietũ, aut
in multis millibus hircorum pinguium?
nunquid dabo primogenitum meum
pro scelere meo, fructũ ventris mei pro
peccato animæ meæ? *Indicabo tibi ô 8
homo quid sit bonum,& quid Dominus
requirat à te, Vtique facere iudicium,&
diligere misericordiam,& solicitum am-
bulare cum Deo tuo. *Vox Domini ad 9
ciuitatem clamat, & salus erit timẽtibus
*tuum 6 MS. nomen 'tuum': Audite tribus,& quis ap-
*eius MS. R. G. probabit illud? *Adhuc ignis in domo 10
'Domini C. Pro Te- impij thesauri iniquitatis, & mẽsura mi-
xtus lectione nor iræ plena. *Nũquid iustificabo sta- 11
Hier.& H. teram impiã, & saccelli pondera dolosa?
faciunt. *In quibus diuites eius repleti sunt ini- 12
quitate, & habitantes in ea loquebantur
mendacium, & lingua eorum fraudu-
lenta in ore eorum. *Et ego ergo cœpi 13
percutere te perditione super peccatis
La.26,26. tuis. *'Tu comedes,& non saturabe- 14
ris: & humiliatio tua in medio tui: &
apprehendes, & non saluabis: & quos
15 saluaueris, in gladium dabo. *'Tu se- Deu.28,38. Agg.1,6.
minabis, & non metes: tu calcabis o-
liuam, & non vngêris oleo: & mustum,
16 & non bibes vinum. *Et custodisti
præcepta Amri, & omne opus domus
Achab: & ambulasti in 'voluptatibus' = volun-
eorum, vt darem te in perditonem,& tatibus 3
habitantes in ea in sibilum, & oppro- MS. Hier.
brium populi mei portabitis. H. G. C.

CAP. VII.

VÆ mihi, quia factus sum sicut qui 1
colligit in autumno racemos vinde-
miæ: non est botrus ad comedendum,
præcoquas ficus desiderauit anima mea.
*Periit sanctus de terra, & rectus in 2
hominibus non est: omnes in sanguine
insidiantur, vir fratrem suũ ad mortem
venatur. *Malum manuum suarum di- 3
cunt bonum: princeps postulat, & iu-
dex in reddendo est: & magnus locu-
tus est desiderium animæ suæ, & con-
turbauerunt eam. *Qui optimus in 4
eis est, quasi paliurus: & qui rectus,
quasi spina de sepe. Dies speculationis
tuæ, visitatio tua venit: nunc erit vasti-
5 tas eorum. *Nolite credere amico:&
nolite confidere in duce: ab ea quæ dor-
mit in sinu tuo custodi claustra oris tui.
6 *'Quia filius contumeliam facit patri, Mat.10.21, 35.
& filia consurgit aduersus matrem suam,
nurus aduersus socrum suam: 'inimi- Mat.10,36.
7 ci hominis domestici eius. *Ego autem
ad Dominũ aspiciam, expectabo Deum
saluatorem meum: audiet me Deus
8 meus. *Ne læteris inimica mea super
9 me, quia cecidi: consurgam cùm sedero
in tenebris,Dominus lux mea est. *Iram
Domini portabo, quoniam peccaui ei:
donec causam meam iudicet, & faciat
10 iudicium meum: educet me in lucem,
videbo iustitiam eius. *Et aspiciet inimi-
ca mea,& operietur confusione,quæ di-
cit ad me, Vbi est Dominus Deus tuus?
Oculi mei videbunt in eam:nunc erit in
conculcationem, vt lutum platearum.
11 *Dies vt ædificentur maceriæ tuæ:in die
12 illa longè fiet lex. *In die illa & vsque
ad te veniet Assur, & vsque ad ciuitates
munitas:

munitas: & à ciuitatibus munitis vsque
ad flumen, & ad mare de mari, & ad
montem de monte. *Et terra erit in 13
desolationem propter habitatores suos,
& propter fructum cogitationum eo-
rum. *Pasce populum tuum in virga 14
tua,gregem hæreditatis tuæ, habitantes
solos in saltu, in medio Carmeli: pascen-
tur Basan & Galaad iuxta dies antiquos.
*Secundum dies egressionis tuæ de 15
Terra-Ægypti ostendam ei mirabilia.
*Videbunt gentes, & confundentur 16
super omni fortitudine sua: ponent ma-
num super os,aures eorum surdæ erunt.
*Lingent puluerem sicut 'serpens', 17
velut reptilia terræ proturbabuntur de
ædibus suis: Dominum Deum nostrum
desiderabunt, & timebunt te. *'Quis 18
Deus similis tui,'qui aufers iniquitatem,
& transis peccatum reliquiarum hære-
ditatis tuæ? non immittet vltrà furo-
rem suum, quoniam volens misericor-
diam est. *Reuertetur,& miserebitur 19
nostri, deponet iniquitates nostras: &
proiiciet in profundum maris omnia
peccata nostra. Dabis veritatem Iacob,
misericordiam Abraham: quæ iurasti
patribus nostris à diebus antiquis.

'serpentis MS. R. G. Tam Terræ quam serpentis H. C. Ier.8,17. 46,22.

PROPHETIA NAHVM.

CAP. PRIMVM.

NVS Niniue. Liber 1
visionis Nahum Elce-
sæi. *Deus æmulator, 2
& vlciscens Dominus,
vlciscens Dominus &
habens furorem, vlci-
scens Dominus in hostes suos,& irascens
ipse inimicis suis. *Dominus patiens,& 3
magnus fortitudine, & mundans nõ fa-
ciet innocentẽ. Dominus in tempestate
& turbine viæ eius, & nebulæ puluis pe-
dũ eius. *Increpans mare & exiccans 4
illud: & omnia flumina ad desertum de-
ducens. Infirmatus est Basan, & Carme-
lus: & flos Libani elanguit. *Montes 5
cõmoti sunt ab eo,& colles desolati sunt:
& contremuit terra à facie eius, & orbis,
6 & omnes habitantes in eo. *Ante faciẽ
indignationis eius quis stabit? & quis re-
sistet in ira furoris eius? indignatio eius
effusa est vt ignis: & petræ dissolutæ sunt
7 ab eo. *Bonus Dominus,& confortans
in die tribulationis: & sciens sperantes
8 in se. *& in diluuio prætereunte, con-
summationem faciet loci eius: & inimi-
9 cos eius persequentur tenebræ. *Quid
cogitatis contra Dominum? consum-
mationem ipse faciet: non consurget
10 duplex tribulatio. *Quia sicut spinæ
seinuicem complectuntur: sic conuiuium
eorum pariter potantium, con-
sumentur quasi stipula ariditate plena.
11 *Ex te exibit cogitans contra Do-
minum malitiam: mente pertractans
12 præuaricationem. *Hæc dicit Domi-
nus: Si perfecti fuerint: & ita plures,sic
quoque attondentur, & 'pertransibit': 'pertrãsi-
13 afflixi te, & non affligam te vltrà. *Et bunt 14 MS. C. Ve-
nunc conteram virgam eius de dorso rim R. Hier. &
14 tuo, & vincula tua disrumpam. *Et H. numero
præcipiet super te Dominus, non semi- legunt sin-
nabitur ex nomine tuo amplius: de do- gulari o. n.
mo Dei tui interficiam sculptile & con-
flatile, ponam sepulchrum tuum, quia
15 inhonoratus es. *'Ecce super montes Isa.52,7. Ro.10,15.
pedes euangelizantis & annuntiantis
pacem: celebra Iuda festiuitates tuas,&
redde vota tua: quia non adiiciet vltrà
vt pertranseat in te Belial, vniuersus in-
teriit.

CAP. II.

1 ASCendit qui dispergat coram te, qui
custodiat obsidionem:contempla-
re viam, conforta lumbos,robora virtu-
2 tem valde. *Quia reddidit Dominus
superbiam Iacob,sicut superbiam Israël:
quia vastatores dissipauerunt eos,& pro-
3 pagines eorum corruperunt. *Cly-
peus fortium eius ignitus, viri exerci-
tus in coccineis: igneæ habenæ currus
in die præparationis eius, & agitatores
4 consopiti sunt. *In itineribus 'con- 'conturbatæ sunt quadrigæ 4 MS. H. C. C. n.
turbati sunt: quadrigæ collisæ sunt in
plateis: aspectus eorum quasi lampa-
5 des, quasi fulgura discurrentia. *Re-
cordabitur fortitum suoum, ruent in
itineribus

itineribus suis: velociter ascendent muros eius, & præparabitur vmbraculum.
[6] ‡Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. [7 8] ‡Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur, gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis. [8 9] ‡Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi verò fugerunt: state state, & non est qui reuertatur. [9 10] ‡Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. Isa.2,7.
[10 11 12] ‡Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorum sicut nigredo ollæ. [11 12] ‡Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & non est qui exterreat? [12 13] ‡Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. [13 14] ‡Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum: & succendam vsque ad fumum quadrigas "tuas', & leũculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

"eius 8 MS. Hier. H. Textus autem lectio, conformis est R. C. & G.

CAP. III.

Exe.24,9. Haba.2,11.
[1] VÆ 'ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena: non recedet à te rapina. [2] ‡Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ "feruentis, & equitis ascendentis: [3] ‡Et micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ': nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis. [4] ‡Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficiis suis:
[5] ‡'Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum: & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.
[6] ‡Et proiiciã super te abominationes, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum. [7] ‡Et erit, omnis qui viderit te, resiliet à te, & dicet, Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? vnde quæram consolatorem tibi?
[8] ‡Nunquid melior es 'Alexandriapolorum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare, aquæ, muri eius. [9] ‡Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & non est finis: Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo. [10] ‡Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem: paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. [11] ‡Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres auxilium ab inimico. [12] ‡Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. [13] ‡Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos. [14] ‡Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, subigens tene laterem. [15] ‡Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te vt bruchus: congregare vt bruchus, multiplicare vt locusta. [16] ‡Plures fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ sint cæli: bruchus expansus est, & auolauit.
[17] ‡Custodes tui quasi locustæ: & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus earum vbi fuerint. [18] ‡Dormitauerunt pastores tui rex Assur; sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. [19] ‡Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum super te: quia super quem non transiit malitia tua semper?

"feruentes & equites ascendentes: Et micantes gladij, & fulgurantes hastę, & multitudines interfectæ, & graues ruinæ 7 MS. Q. n. Isa.47,3.

"abMS. Hier.

PROPHE-

PROPHETIA HABACVC.

CAP. PRIMVM.

[1] ONVS quod vidit Habacuc propheta. [2] ‡Vsquequo Dñe clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? [3] ‡Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam cõtra me? 'Quare respicis contemptores, & taces, cõculcante impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem? & factum est iudiciũ & contradictio potentior? [4] ‡Propter hoc lacerata est lex, & non peruênit vsque ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. [5] ‡'Aspicite in gentibus & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebꝰ vestris, quod nemo credet cùm narrabitur. [6] ‡Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem terrę, vt possideat tabernacula non sua. [7] ‡Horribilis & terribilis est: ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur. [8] ‡Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis, & diffundentur equites eius: equites namque eius delonge venient, volabunt quasi aquila festinãs ad comedendum. [9] ‡Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens: & congregabit quasi arenam, captiuitatem. [10] ‡Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnẽ munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. [11] ‡Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet: hæc est fortitudo eius Dei sui. [12] ‡Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium posuisti eum: & fortem vt corriperes, fundasti eum. [13] ‡Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. quare non respicis super iniqua agentes, & taces [14] deuorante impio iustiorem se? [15] ‡Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. [16] ‡Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum. Super hoc lætabitur & exultabit. [17] ‡propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. [1] ‡Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere Gentes non "parcet'. "cessat MS.R: Hier. Isa.21,8.

CAP. II.

[1] 'SVper custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. [2] ‡Et respondit mihi Dominus, & dixit, Scribe visum, & explana eum super tabulas: vt percurrat qui legerit eum. [3] ‡Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.
[4] Ecce, qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: 'iustus autem in fide sua viuet. [5] ‡Et quo modo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non adimpletur: & congregauit ad se omnes gentes, & coaceruauit ad se omnes populos. [6] ‡Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur, Væ ei qui multiplicat non sua? vsquequo & aggrauat contra se densum lutum? [7] ‡Nunquid non repentè consurgent, qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis? [8] ‡Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter sanguinem hominis & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea.
[9] ‡Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. [10] ‡Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima

Ioan 3, 36. Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. Heb. 10, 38 ‡

anima tua. ‡Quia lapis de pariete cla- 11
mabit: & lignum quod inter iuncturas
Eze.24,9. Nahū 3,1. ædificiorum est, respondebit. ‡'Væ qui 12
ædificat ciuitatem in sanguinibus, &
præparat vrbem in iniquitate. ‡Nun- 13
quid non hæc sunt à Dño exercituum?
Laborabunt enim populi in multo igne:
& gentes in vacuum, & deficient.
‡Quia replebitur terra, vt cognoscant 14
gloriam Domini, quasi aquæ operientes
mare. ‡Væ qui potum dat amico suo, 15
mittens fel suum, & inebrians, vt aspi-
ciat nuditatem eius. ‡Repletus es igno- 16
*præt MS R.C. minia 'pro' gloria: bibe tu quoque, &
consopire: circumdabit te calix dexte-
ræ Domini, & vomitus ignominiæ super
gloriam tuam. ‡Quia iniquitas Libani 17
operiet te, & vastitas animalium deter-
rebit eos de sanguinibus hominis & ini-
quitate terræ, & ciuitatis, & omnium
habitantium in ea. ‡Quid prodest 18
sculptile, quia sculpsit illud fictor suus
conflatile & imaginem falsam? quia spe-
rauit in figmento fictor eius, vt faceret
simulachra muta. ‡Væ qui dicit li- 19
gno, Expergiscere: Surge, lapidi tacen-
ti, nunquid ipse docere poterit? Ecce,
iste coopertus est auro & argento: &
omnis spiritus non est in visceribus eius.
Psal.10,4. ‡'Dominus autem in templo sancto 20
suo: sileat à facie eius omnis terra.

ORATIO HABACVC
*prophetæ R.H. C.G. ‡PRO IGNORANTIIS.

CAP. III.

DOmine audiui auditionē tuam, 2
& timui: Domine opus tuum
in medio annorum, viuifica il-
lud: in medio annorum notum
facies: cùm iratus fueris, misericordiæ
recordaberis.
‡Deus ab Austro veniet, & sanctus 3
de monte Pharan. Semper Operuit cæ-
los gloria eius, & laudis eius plena est
terra.
‡Splendor eius vt lux erit, cornua in 4
manibus eius: ibi abscondita est fortitu-
do eius.
‡Ante faciem eius ibit mors, & egre- 5
dietur diabolus ante pedes eius.
‡Stetit, & mensus est terram: aspexit, 6
& dissoluit Gentes, & contriti sunt mon-
tes seculi: incuruati sunt colles mundi,
ab itineribus æternitatis eius.
‡Pro iniquitate vidi tentoria Æthio- 7
piæ, turbabuntur pelles terræ Madian.
‡Nunquid in fluminibus iratus es Do- 8
mine? aut in fluminibus furor tuus? vel
in mari indignatio tua, 'qui' ascendis
super equos tuos, & quadrigæ tuæ sal-
uatio? *quia 2 MS. H.C. G.q. 'ascendes 2 MS. Hier. H.G. & confirmans G.q.
‡Suscitans suscitabis arcum tuum, iura- 9
menta tribubus quæ locutus es. Semper
Fluuios scindes terræ.
‡Viderunt te, & doluerunt montes, 10
gurges aquarum transiit, dedit abyssus
vocem suam, altitudo manus suas leua-
uit.
‡Sol & luna steterunt in habitaculo 11
suo, in luce sagittarum tuarum ibunt,
in splendore fulgurantis hastæ tuæ.
‡In fremitu conculcabis terram: 'in 12
furore obstupefacies Gentes. *& MS. R.G. Versum Hier. & H. non legunt.
‡Egressus es in salutem populi tui, 13
in salutem cum Christo tuo: percus-
sisti caput de domo impij, denudasti
fundamentum 'vsque ad collum. Sem- *eius MS. R. Versum H.&G. non legunt.
per.
‡Maledixisti sceptris eius, capiti bel- 14
latorum eius, venientibus vt turbo ad
dispergendum me: exultatio eorum, si-
cut eius qui deuorat pauperem in ab-
scondito.
‡Viam fecisti in mari equis tuis, in 15
luto aquarum multarum.
‡Audiui, & conturbatus est venter 16
meus, 'à voce' contremuerūt labia mea: *ad vocē 4 MS Hier. H.G. Similiter Tecum legunt G.
ingrediatur putredo in ossibus meis, &
subter me scateat: vt requiescam in die
tribulationis, vt ascendam ad populum
accinctum nostrum.
‡Ficus enim non florebit, & non erit 17
germen in vineis: mentietur opus oliuæ,
& arua non afferent cibum: abscindetur
de ouili pecus, & non erit armentum
in præsepibus.
‡Ego autem in Domino gaudebo, & 18
exultabo in Deo Iesu meo.
‡Deus

‡Deus Dominus fortitudo mea, & po- 19
net pedes meos quasi ceruorum: & su-
per excelsa mea deducet me victor, in
psalmis canentem.

PROPHETIA SOPHONIÆ.

CAP. PRIMVM.

VERBVM Dñi quod 1
factū est ad Saphoniam
filium Chusi, filij Godo-
lię, filij Amarię, filij Eze-
chię, in diebus Iosiæ filij
Amon regis Iudæ.
‡Congregans congregabo omnia à fa- 2
cie terræ, dicit Dominus: ‡congregans 3
hominem & pecus, congregans volatilia
cæli & pisces maris: & ruinæ impiorum
erunt: & disperdam homines à facie ter-
ræ, dicit Dominus. ‡Et extendam 4
manum meam super Iudam & super
omnes habitantes Ierusalem: & disper-
dam de loco hoc reliquias Baal, & nomi-
na ædituorum cum sacerdotibus: ‡& 5
eos qui adorant super tecta militiam cæ-
li, & adorant, & iurant in Domino, &
iurant in Melchom; ‡Et qui auertun- 6
tur de post tergum Domini, & qui non
quæsierunt Dominum, nec inuestigaue-
runt eum. ‡Silete à facie Domini Dei: 8
quia iuxtà est dies Domini, quia præpa-
rauit Dominus hostiam, sanctificauit vo-
catos suos. ‡Et erit: in die hostiæ Domi- 8
ni visitabo super principes, & super filios
regis, & super omnes qui induti sunt ve-
ste peregrina: ‡& visitabo super omnem 9
qui arroganter ingreditur super limē in
die illa, qui complent domum Domini
'Dei sui' iniquitate & dolo. ‡Et erit in 10
die illa, dicit Dñs, vox clamoris à porta
piscium, & vlulatus à Secunda, & contri-
tio magna à collibus. ‡Vlulate habi- 11
tatores Pilæ: conticuit omnis populus
Chanáan, disperierunt omnes inuoluti
argento. ‡Et erit in tempore illo: scru- 12
tabor Ierusalem in lucernis, & visitabo
super viros defixos in fæcibus suis: qui
dicunt in cordibus suis, Non faciet be-
ne Dominus, & non faciet malè. ‡Et 13
erit fortitudo eorum in direptionem, &
domus eorum in desertum: 'ædifica- Amos 5,11.
bunt domos, & non habitabunt: & plan-
tabunt vineas, & non bibent vinum ea-
rum. ‡Iuxtà est dies Domini magnus, 14
iuxta est & velox nimis: vox diei Domi-
ni amara, tribulabitur ibi fortis. ‡'Dies Ier.30,7. Ioel.2.11. Amos 5,18.
iræ dies illa, dies tribulationis & angu- 15
stiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies
tenebrarum & caliginis, dies nebulæ &
turbinis: ‡dies tubæ & clangoris super 16
ciuitates munitas & super angulos ex-
celsos. ‡Et tribulabo homines, & am- 17
bulabunt vt cæci, quia Domino pec-
cauerunt: & effundetur sanguis eorum
sicut humus, & corpora eorum sicut
stercora. ‡'Sed & argentum eorum, 18 Ezec.7,19.
& aurum eorum non poterit liberare
eos in die iræ Domini: 'in igne zeli eius Infr.3,8.
deuorabitur omnis terra, quia consum-
mationem cum festinatione faciet cun-
ctis habitantibus terram.

CAP. II.

COnuenite, congregamini gens non 1
amabilis: ‡Priusquam pariat ius- 2
sio quasi puluerem transeuntem diem,
antequam veniat super vos ira furoris
Domini, 'antequā veniat super vos dies -o.
indignationis Domini'. ‡Quærite Do- 3
minum omnes mansueti terræ, qui iu-
dicium eius estis operati: quærite iu-
stum, quærite mansuetum: si quomo-
do abscondamini in die furoris Domini.
‡Quia Gaza destructa erit, & Ascalon 4
in desertum, Azotum in meridie eiiciēt,
& Accaron eradicabitur. ‡Væ qui ha- 5
bitatis funiculum maris, gens perdito-
rum: verbum Domini super vos Cha-
náan terra Philisthinorum, & disper-
dam te, ita vt non sit inhabitator.
‡Et erit funiculus maris requies pa- 6
storum & caulæ pecorum: ‡& erit 7
funiculus eius qui remanserit de domo
Iuda, ibi pascentur: in domibus Asca-
lonis ad vesperam requescent: quia vi-
sitabit eos Dominus Deus eorum, & 8
auertet captiuitatem eorum. ‡Au-
diui opprobrium Moab, & blasphemias
filiorum Ammon: quæ exprobraue-
runt populo meo, & magnificati sunt
super

ſuper terminos eorũ. [9] Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quaſi Gomorrha, ſiccitas ſpinarum, & acerui ſalis, & deſertum vſque in æternũ: reliquiæ populi mei diripient eos, & reſidui gentis meę poſſidebunt illos. [10] Hoc eis eueniet pro ſuperbia ſua: quia blaſphemauerunt, & magnificati ſunt ſuper populũ Domini exercituum.

[11] Horribilis Dominus ſuper eos, & attenuabit omnes deos terræ: & adorabũt eum viri de loco ſuo, omnes inſulæ Gentium. [12] Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis. [13] Et extendet manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur: & ponet Specioſam in ſolitudinem & in
Iſa 34,11. inuium & quaſi deſertum. [14] Et accubabunt in medio eius greges, omnes beſtiæ Gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in feneſtra, coruus in ſuperliminari, quoniam attenuabo robur eius.

[15] Hæc eſt ciuitas glorioſa habitans in confidentia: quæ dicebat in corde ſuo, Ego ſum, & extra me nõ eſt alia ampli⁹: quomodo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ? omnis qui tranſit per eam, ſibilabit, & mouebit manum ſuam.

CAP. III.

[1] VÆ prouocatrix & redempta ciuitas, columba. [2] Non audiuit vocem, & non ſuſcepit diſciplinam: in Domino non eſt cõfiſa, ad Deum ſuum non
Deut.32,27 Mich.3,12. appropinquauit. [3] Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes: iudices eius lupi veſpere, non relinquebant in manè. [4] Prophetæ eius veſani, viri infideles: ſacerdotes ei⁹ polluerũt ſanctum, iniuſtè egerunt contra legem. [5] Dominus iuſtus in medio eius non faciet iniquitatem: manè manè iudiciũ ſuum dabit in lucẽ, & non abſcondetur: neſciuit autem iniquus confuſionem. [6] Diſperdidi Gentes, & diſſipati ſunt anguli earum: deſertas feci vias eorum, dum non eſt qui tranſeat: deſolatæ ſunt ciuitates eorum, non remanente viro, neque vllo habitatore. [7] Dixi, Attamẽ timebis me, ſuſcipies diſciplinam: & non peribit habitaculũ eius, propter omnia in quibus viſitaui eam: verumtamen diluculo ſurgentes corruperunt omnes cogitationes [8] ſuas. Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum vt congregem Gentes, & colligam regna: & effundam ſuper eos indignationẽ meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli Sup.1,18. [9] mei deuorabitur omnis terra. Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & [10] ſeruiant ei humero vno. Vltra flumina Æthiopiæ, inde ſupplices mei filij diſperſorũ meorum deferẽt munus mihi. [11] In die illa non confundêris ſuper cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc auferã de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & nõ adiicies exaltari amplius in monte ſancto [12] meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & ſperabunt in nomine Domini. [13] Reliquiæ Iſrael non facient iniquitatẽ, nec loquentur mendaciũ, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcentur & accubabunt, & non erit qui ex[14] terreat. Lauda filia Sion, iubila Iſraël: lætare, & exulta in omni corde filia Ieruſalem. [15] Abſtulit Dominus iudicium tuũ, auertit inimicos tuos: rex Iſraël Dominus in medio tui, non timebis malum [16] vltrà. In die illa dicetur Ieruſalẽ, Noli timere: Sió, nõ diſſoluantur manus tuæ.

[17] Dñs Deus tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione 'tua', *exultabit ſuper te *ſea H.G. G. *& M.S.R. G. Verus Hier. H. & C. nullus. [18] in laude. Nugas qui à lege receſſerant, congregabo, quia ex te erant: vt nõ vltrà [19] habeas ſuper eis opprobrium. Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo, ' & ſaluabo claudicantem, Mich 4,7. & eam quæ eiecta fuerat congregabo: & ponam eos in laudẽ & in nomẽ, in omni [20] terra confuſionis eorum: In tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cùm conuertero captiuitatẽ veſtram coram oculis veſtris, dicit Dominus.

PROPHE-

PROPHETIA AGGÆI.

CAP. I.

[1] IN anno ſecundo Darij regis, in menſe ſexto, in die vna menſis: factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filiũ Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedec ſacerdotem magnum, dicens, [2] Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Populus iſte dicit, Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. [3] Et factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens, [4] Nunquid tempus vobis eſt vt habitetis in domibus *laqueatis, & domus iſta deſerta? [5] Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. [6] Seminaſtis multum, & intuliſtis parum: comediſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, & non eſtis calefacti: & qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum. [7] Hæc dicit Dñs exercituum, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras,

[8] aſcendite in montem, portate ligna, & ædificate domũ: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus.

[9] Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus: & intuliſtis in domum, & exuffiaui illud: quam ob cauſam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſq. in domum ſuam. [10] Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cæli ne darent rorem, & terra prohibita eſt ne daret germen ſuum: [11] & vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinũ, & ſuper oleum, & quæcunque profert humus, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem laborem manuum. [12] Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec ſacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem Dei ſui, & verba Aggæi prophetæ, ſicut miſit eum Dominus Deus eorum ad eos: & timuit [13] populus à facie Domini. Et dixit Aggæus nuntius Domini de nuntiis Domini, populo dicens, Ego vobiſcum ſum, [14] dicit Dominus. Et ſuſcitauit Dominus ſpiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & ſpiritum Ieſu filij Ioſedec ſacerdotis magni, & ſpiritũ reliquorum de omni populo: & ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei ſui.

CAP. II.

[1] IN die viceſima & quarta menſis, in ſexto menſe, in anno ſecundo Darij [2] regis. In ſeptimo menſe, viceſima & prima menſis: factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens,

[3] Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedec ſacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens, [4] Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita eſt, quaſi [5] non ſit in oculis veſtris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Ieſu fili Ioſedec ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: & facite (quoniam ego vobiſcum ſum, dicit Dominus exercituum.) [6] verbum quod pepigi vobiſcum cùm egrederemini de Terra Ægypti: & ſpiritus meus erit in [7] medio veſtrum: nolite timere. Quia hæc dicit Dominus exercituũ, 'Adhuc Heb.12,26. vnum modicum eſt, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam.

[8] Et mouebo omnes gentes, ET VENIET DESIDERATVS cunctis Gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit [9] Dominus exercituum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit Do[10] minus exercituum. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco iſto dabo pacem, dicit Dominus [11] exercituum. In viceſima & quarta noni menſis, in anno ſecundo Darij regis, factum eſt verbum Dñi ad Aggæum

prophetam dicens, [12] Hæc dicit Dominus exercituum, Interroga sacerdotes legem, dicens, [13] Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes, dixerunt, Non. [14] Et dixit Aggæus, Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et respondẽrũt sacerdotes, & dixerunt, Contaminabitur. [15] Et respondit Aggæus, & dixit, Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt.

[16] Et nunc ponite corda vestra, à die hac & suprà, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini. [17] Cùm accederetis ad aceruum viginti modiorum, & fierent decem: & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti. [18] Percussi vos vento vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarum: & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. [19] Ponite corda vestra ex die ista & in futurum, à die vicesima & quarta noni mensis: à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum. [20] Nunquid iam semen in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum & lignum oliuæ non floruit? ex die ista benedicam.

[21] Et factum est verbũ Domini secundò ad Aggæum, in vicesima & quarta mensis, dicens, [22] Loquere ad Zorobabel ducẽ Iuda, dicens, Ego mouebo cælum pariter & terram. [23] Et subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni Gentium: & subuertam quadrigam & ascensorẽ eius: & descendent equi, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui. [24] In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit Dominus: & ponã te quasi signaculũ, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

Amos 4,9.

Eccl. 49,13.

PROPHETIA ZACHARIÆ.

CAP. PRIMVM.

[1] IN mense octauo, in anno secundo Darij, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetam, dicens, [2] Iratus est Dominus super patres vestros iracundia. [3] Et dices ad eos, hæc dicit Dominus exercituum: Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum: & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. [4] Ne sitis sicut patres vestri, ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes, Hæc dicit Dominus exercituum, Conuertimini de viis vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dñs.

Mala. 3,7.

Isa. 21,8,11 6,45,22. Ier. 3,12. 15, 19, 34, 18. Ezec. 18,30. 20,7,18,31. Ose. 14,2. Ioel 2,12.

[5] Patres vestri vbi sunt? & prophetæ nunquid in sempiternũ viuent? [6] Verumtamen verba mea & legitima mea quæ mandaui seruis meis prophetis, nunquid non comprehenderunt patres vestros, & conuersi sunt, & dixerunt, Sicut cogitauit Dominus exercituũ facere nobis secundum vias nostras, & secundũ adinuentiones nostras fecit nobis. [7] In die vicesima & quarta vndecimi mensis Sabat, in anno secundo Darij, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetam, dicens: [8] Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrtera quæ erant in profundo: & post eum equi rufi, varij & albi. [9] Et dixi, Quid sunt isti Domine mi? & dixit ad me angelus * qui loquebatur in me, Ego ostendã tibi quid sint hæc. [10] Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit, Isti sunt quos misit Dominus vt perambulent terram. [11] Et responderunt angelo Domini qui stabat inter myrteta, & dixerunt, Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quiescit. [12] Et respondit angelus

* Domini MS. Veron. R. Hier. H. G. & C. non addunt.

angelus Domini, & dixit, Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Ierusalem & vrbiũ Iuda, quibus iratus es, iste iã septuagesimus annus est? [13] Et respondit Dñs angelo qui loquebatur in me verba bona, verba cõsolatoria. [14] Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me, Clama, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. [15] Et ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malũ. [16] Propterea hæc dicit Dominus, reuertar ad Ierusalem in misericordiis: domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum. & perpendiculum extendetur super Ierusalem.

MS. Hier. H. C. G.

[17] Adhuc clama, dicens, Hæc dicit Dominus exercituũ, Adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc Dñs Sion, & eliget adhuc Ierusalem.

[18] Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. [19] Et dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quid sunt hæc? & dixit ad me, Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, & Israël, & Ierusalem. [20] Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros. [21] Et dixi, Quid isti veniunt facere? Qui ait, dicẽs, Hæc sunt cornua quæ vẽtilauerũt Iudam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum: & venerunt isti deterrere ea, vt deiiciant cornua gentium quæ leuauerunt cornu super terram Iuda vt dispergerent eam.

CAP. II.

[1] ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. [2] Et dixi, Quò tu vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ierusalem, & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. [3] Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. [4] Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerũ istum, dicens, Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius. [5] Et ego ero ei, ait Dñs, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius.

[6] O, ô, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dñs. [7] O Sion fuge quæ habitas apud filiam Babylonis: [8] quia hæc dicit Dominus exercituum, Post gloriam misit me ad gentes quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei: [9] quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ his qui seruiebant sibi: & cognoscetis quia Dñs exercituum misit me. [10] Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. [11] Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te. [12] Et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. [13] Sileat omnis caro à facie Domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

"eius 6 MS. Hier. "sui R. 9. in.

CAP. III.

[1] ET ostendit mihi "Dominus" Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini: & satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. [2] Et dixit Dominus ad satan: Increpet Dominus in te satan: & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem: nunquid non iste torris est erutus de igne? [3] Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli. [4] Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens, Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum, Ecce, abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis. [5] Et dixit, Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerũt cidarim mundam super caput eius, & induerũt eum vestibus: & angelus Domini stabat. [6] Et contestabatur angelus Dñi Iesum, dicens, [7] Hæc dicit Dominus exercituum, Si in viis meis ambulaueris, & custodiã meam custodieris: tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui nunc hîc assistũt. [8] Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te,

MS. Hier. H. C. Additur autem in codicibus G.

quia viri portendentes ſunt. ecce enim
Inf. 6, 12. Luc. 1, 78. ego ADDVCAM SERVVM MEVM ORIENTEM. *Quia ecce lapis quem 9
dedi coram Ieſu: ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt: ecce ego celabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. *In die illa, dicit Dominus ex- 10
ercituum, vocabit vir amicum ſuum ſubter vineam, & ſubter ficum.

CAP. IIII.

ET reuerſus eſt angelus qui loque- 1
batur in me: & ſuſcitauit me, quaſi virum qui ſuſcitatur de ſomno ſuo. *Et 2
dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius: & ſeptem lucernæ eius ſuper illud: & ſeptem
*& ſeptē 7 MS. Hier. H. C. Q. n. * infuſoria lucernis quæ erant ſuper caput eius. *Et duæ oliuæ ſuper 3
illud: vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius. *Et reſpondi, & aio ad 4
angelum qui loquebatur in me: dicens, Quid ſunt hæc, Domine mi? *Et re- 5
ſpõdit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me, Nunquid neſcis quid ſunt hæc? Et dixi, Non, Domine mi. *Et 6
reſpondit, & ait ad me, dicens, Hoc eſt verbum Domini ad Zorobabel, dicens, Non in exercitu, nec in robore: ſed in ſpiritu meo, dicit Dominus exercituũ.

*Quis tu mons magne coram Zoro- 7
babel? in planum: & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. *Et factum eſt verbum Do- 8
mini ad me, dicẽs, *Manus Zorobabel 9
fundauerunt domũ iſtam, & manus eius perficient eam: & ſcietis quia Dñs exercituũ miſit me ad vos. *Quis enim de- 10
ſpexit dies paruos? & lætabuntur, & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel. Septem iſti oculi ſunt Dñi, qui diſcurrunt in vniuerſam terram. *Et 11
reſpondi, & dixi ad eum, Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram eius? *Et reſpondi ſecundò, 12
& dixi ad eum, Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro?

*Et ait ad me, dicens, Nun quid neſcis 13

quid ſunt hæc? Et dixi, Non, Domine
14 mi. *Et dixit, Iſti ſunt duo filij olei ſplendoris', qui aſſiſtunt dominatori
15. MS. R. Hier. Q. n. vniuerſæ terræ.

CAP. V.

1 ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos: & vidi, & ecce volumen vo-
2 lans. *Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, *Ego video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum, & la-
*Ecce MS. q. R. 3 titudo eius decem cubitorum. *Et dixit ad me, Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptũ eſt, iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc ſimiliter iu-
4 dicabitur. *Educam illud, dicit Dominus exercituũ: & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & conſumet 'eum', & ligna eius, & lapides eius. *Et egreſ-
'ei' 19. M. R. Q. n. 5 ſus eſt angelus qui loquebatur in me: & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide
6 quid eſt hoc quod egreditur. *Et dixi, Quidnam eſt? Et ait, Hæc eſt amphora egrediens. Et dixit, 'Hæc' eſt oculus eo-
'Hic 11 MS. R. 6 rum in vniuerſa terra. *Et ecce talen-
7 tum plumbi portabatur, & ecce mulier
8 vna ſedens in medio amphoræ. *Et dixit, Hæc eſt impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os eius. *Et leuaui oculos
9 meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & habebant alas quaſi alas milui: & leuauerunt amphoram inter terram &
10 cælum. *Et dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quò iſtæ deferunt amphoram? *Et dixit ad me, Vt ædifi-
11 cetur ei domus in terra Sennáar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam.

CAP. VI.

1 ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigę egredientes de medio duorũ montiũ: & montes, montes ærei. *In quadri-
2 ga prima equi rufi, & in quadriga ſecunda equi nigri: *& in quadriga tertia equi
3 albi, & in quadriga quarta equi varij
*& MS. R. C. Vatic. H. & C. M. addunt. 4 'fortes'. *Et reſpõdi & dixi ad angelum qui

qui loquebatur in me, Quid ſunt hæc
Domine mi? *Et reſpondit angelus, 5
& ait ad me, iſti ſunt quatuor venti cæli, qui egrediuntur vt ſtent coram dominatore omnis terræ: *In qua erant equi 6
nigri, egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egreſſi ſunt poſt eos: & varij egreſſi ſunt ad terram Auſtri. *Qui au- 7
tem erant robuſtiſſimi, exierũt, & quærebãt ire & diſcurrere per omnẽ terram. Et dixit, Ite, perambulate terram. & perambulauerunt terram. *Et vocaui- 8
uit me, & locutus eſt ad me, dicens, Ecce, qui egrediuntur in terrã Aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis. *Et factum eſt ver- 9
bum Domini ad me, dicens, *Sume à 10
tranſmigratione ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domum Ioſiæ, filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone. *Et ſumes au- 11
rum & argentum: & facies coronas: & pones in capite Ieſu filij Ioſedec ſacerdotis magni, *& loquẽris ad eum, di- 12
cens, Hæc ait Dñs exercituum, dicens,

'ECCE VIR ORIENS NOMEN EIVS:
Ioſ. 6. Ioſ. 5. & ſubter eum orietur, & ædificabit templum Domino. *Et ipſe extruet tem- 13
plum Domino: & ipſe portabit gloriam, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo: & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos.

*Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, 14
& Idaiæ, & Hem filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini. *Et qui 15
procul ſunt, veniẽt, & ædificabunt in templo Domini; & ſcietis quia Dominus exercituum miſit me ad vos. Erit autem hoc, ſi auditu audieritis vocem Domini Dei veſtri.

CAP. VII.

1 ET factum eſt in anno quarto Darij regis, factum eſt verbum Domini
2 ad Zachariam, in quarta menſis noni, qui eſt Caſleu. *Et miſerunt ad do- 2
mum Dei Saraſar & Rogommelech, & viri qui erant cum eo, ad deprecandã faciem Dñi: *vt dicerẽt ſacerdotibus do- 3
mus Dñi exercituum & prophetis loquentes, nunquid flendum eſt mihi in quinto mẽſe, vel ſanctificare me debeo:
4 ſicut iam feci multis annis? *Et factum eſt verbum Domini exercituum
5 ad me, dicens, *Loquere ad omnem populum terræ, & ad ſacerdotes, dicens, 'Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quin- Iſa. 58, 5.
6 tõ & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos: nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? *& 7
cùm comediſtis & bibiſtis: nunquid non vobis comediſtis, & vobiſmetipſis
7 bibiſtis? *Nunquid nõ ſunt verba, quæ locutus eſt Dominus in manu prophetarum priorum, cùm adhuc Ieruſalem habitaretur, & eſſet opulenta, ipſa & vrbes in circuitu eius, & ad Auſtrum, &
8 in campeſtribus habitaretur? *Et factũ 8
eſt verbum Domini ad Zachariam, di-
9 cens, *Hæc ait Dominus exercituum, 9
dicens: Iudicium verum iudicate, & miſericordiam & miſerationes facite vnuſ-
10 quiſque cum fratre ſuo. *Et viduam Exo. 22, 22. Iſa. 1. 23. Ier. 5, 28.
& pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri
11 ſuo non cogitet in corde ſuo. *Et noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedẽtes, & aures ſuas aggrauaue-
12 runt, ne audirent. *Et cor ſuum poſuerunt vt adamantẽ, ne audirent legem & verba quæ miſit 'Deus' exercituũ in ſpi- 'Dominus MS. R. H. C. G.
ritu ſuo per manum prophetarum priorũ: & facta eſt indignatio magna à Dño
13 exercituum. *Et factum eſt ſicut locutus eſt, & *nõ audierunt: ſic clamabunt, *ſicut o.
& non exaudiam, dicit Dominus exer-
14 cituum. *Et diſperſi eos per omnia regna quæ neſciunt: & terra deſolata eſt ab eis, eò quòd non eſſet tranſiens & reuertens: & poſuerunt terram deſiderabilem in deſertum.

CAP. VIII.

1 ET factum eſt verbum Domini exercituum, dicens, *Hæc dicit Dñs
2 exercituum, 'Zelatus ſum Sion zelo Sup. 1, 14.
magno, & indignatione magna zelatus
3 ſum eam. *Hæc dicit Dñs exercituũ, Reuerſus ſum ad Sion: & habitabo in medio Ieruſalem: & vocabitur Ieruſalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini
4 exercituum, mons ſanctificatus. *Hæc dicit Dominus exercituũ: Adhuc habitabũt ſenes, & anus in plateis Ieruſalem:

& 'viri' baculus in manu eius præ multitudine dierũ. ‡ Et plateæ ciuitatis com- 5
plebuntur infantibus & puellis ludentibus in plateis eius. ‡ Hæc dicit Dñs 6
exercituum, Si videbitur difficile in oculis reliquiarũ populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituũ? Hæc dicit Dominus exercituum, ‡ Ecce ego saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus solis. ‡ Et adducam 8
eos, & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate & in iustitia. ‡ Hæc 9
dicit Dominus exercituũ, Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum in die qua fundata est domus Domini exercituum, vt templum ædificaretur.

‡ Siquidem ante dies illos merces ho- 10
minum non erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti neq. exeunti erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines vnumquemque contra proximum suum. ‡ Nunc autem non 11
iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius, dicit Dominus exercituum, ‡ sed semen pacis erit: vinea da- 12
bit fructũ suum, & terra dabit germen suum, & cæli dabunt rorem suum: & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc. ‡ Et erit: sicut eratis ma- 13
lidictio in Gentibus, domus Iuda & domus Israël: sic saluabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus vestræ. ‡ Quia hæc dicit Domi- 14
nus exercituum, Sicut cogitaui vt affligerem vos, cùm ad iracundiã prouocassent patres vestri me, dicit Dominus, & non sum misertus: ‡ sic conuersus cogi- 15
taui in diebus istis vt benefaciam domui Iuda & Ierusalem: nolite timere. ‡ Hæc 16
Eph. 4, 25. sunt ergo verba quæ facietis, 'Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. ‡ Et vnus- 17
quisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis. omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus.

*exercituũ; MS. H. C. G.

18 ‡ Et factum est verbum Domini exer-
19 cituum ad me, dicens, ‡ Hæc dicit Dominus exercituum, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniũ decimi erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam & in solennitates præclaras: veritatẽ tantum & pacem diligi-
20 te. ‡ Hæc dicit Dñs exercituũ, Vsquequo veniant populi, & habitent in ciui-
21 tatibus multis, ‡ & vadant habitatores vnus ad alterum, dicentes, Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum, vadam
22 etiam ego. ‡ Et venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituum in Ierusalem, & deprecandam faciem Domini. ‡ Hæc dicit
23 Dominus exercituum, In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

CAP. IX.

1 ONus verbi Dñi in terra Hadrach & Damasci requiei eius: quia Domini est oculus hominis, & omnium tri-
2 buum Israël. ‡ Emath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon: assumpserunt quippe sibi sapientiam valde.
3 ‡ Et ædificauit Tyrus munitionem suam, & coaceruauit argentum quasi humum, & aurum vt lutum platearum.
4 ‡ Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, &
5 hęc igni deuorabitur. ‡ Videbit Ascalõ, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam confusa est spes eius: & peribit rex de Gaza, & Ascalon non
6 habitabitur. ‡ Et sedebit separator in Azoto, & disperdam superbiam Philisthinorum. ‡ Et auferam sanguinem
7 eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius: & relinquetur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus.
8 **‡ Et circundabo domum meam ex his qui militant mihi euntes & reuertentes, & non transibit super eos vltrà exactor: quia nunc vidi in oculis meis.**

‡‡ Exul-

‡ 'Exulta satis filia Sion, iubila filia 9
Ieiunium 4. 5. 8. Ier. 52, 6. Ieruſalem: ECCE REX TVVS veniet tibi iustus & saluator: ipse pauper & ascendens super 'asinum' & super pullum filium asinæ. ‡ Et 'disperdam' quadri- 10
Disperdam 9. 10. Ier. 6, 9. Ezech. 6, 6. gam ex Ephraim, & equũ de Ierusalem, & dissipabitur arcus belli: & loquetur pacem Gentibus, & potestas eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ. ‡ Tu quoque in sanguine 11
testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. ‡ Conuerti- 12
mini ad munitionem vincti spei, hodie quoque annuntians duplicia reddã tibi.

‡ Quoniam extendi mihi Iudam quasi 13
arcum, impleui Ephraim: & suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia, & ponam te quasi gladiũ fortium ‡ Et 14
Dominus Deus super eos videbitur, & exibit, vt fulgur, iaculum eius: & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri ‡ Dominus exercituũ pro- 15
teget eos: & deuorabunt, & subiicient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur quasi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris. ‡ Et salua- 16
bit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi sui: quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius.

‡ Quid enim bonũ eius est, & quid pul- 17
chrum eius: nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?

CAP. X.

1 PEtite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet nies, & pluuiam imbris dabit eis, singulis herbam in agro. ‡ Quia simulachra 2
locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium, & somniatores locuti sunt frustra: vanè consolabantur. idcirco abducti sunt quasi grex: affligentur, quia non est eis pastor. ‡ Super pastores ira- 3
tus est furor meus, & super hircos visitabo: quia visitauit Dominus exercituum gregem suum domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.

‡ Ex ipso 'angulus', ex ipso paxillus, 4
ex ipso arcus prœlij, ex ipso egredietur omnis exactor simul. ‡ Et erunt qua- 5
si fortes, conculcantes lutum viarum in prœlio: & bellabunt, quia Dominus cum eis: & confundentur ascensores
6 equorum. ‡ Et confortabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo: & conuertam eos, quia miserebor eorum. & erunt sicut fuerunt quando non proiecceram eos: ego enim Dominus Deus
7 eorum, & exaudiam eos. ‡ Et erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino: & filij eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor
8 eorum in Domino. ‡ Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut ante fuerãt mul-
9 tiplicati. ‡ Et seminabo eos in populis, & délonge recordabũtur mei: & viuent
10 cum filiis suis, & reuertentur. ‡ Et reducam eos de Terra-Ægypti, & de Assyrijs congregabo eos: & ad Terram-Galaad & Libani adducam eos: & non
11 inuenietur eis locus. ‡ & transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis: & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti rece-
12 det. ‡ Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit Dominus.

CAP. XI.

1 APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. ‡ Vlula
2 abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. ‡ Vox vlulatus pastorum, quia
3 vastata est magnificentia eorũ: vox rugitus leonum, quoniã vastata est superbia
4 Iordanis. ‡ Hæc dicit Dominus Deus
5 meus, Pasce pecora occisionis, ‡ quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant: & vendebant ea, dicentes, Benedictus Dominus, diuites facti sumus: &
6 pastores eorum non parcebant eis. ‡ Et ego non parcam vltrà super habitantes terram, dicit Dominus: ecce ego tradam homines vnumquemque in manu proximi sui, & in manu regis sui: &
7 concident terrã, & non eruam de manu eorum. ‡ Et pascam pecus occisionis

propter hoc ô pauperes gregis: & assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decôrem, & alteram vocaui Funiculum: & paui gregem. 8 Et succidi tres pastores in mense vno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum variauit in me. 9 Et dixi, Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur, & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui.

10 Et tuli virgam meam quæ vocabatur 'Decus', & abscidi eam, vt irritum facerem fœdus meum quod percussi cum omnibus populis'. 11 Et in irritum deductum est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est. 12 Et dixi ad eos, Si bonũ est in oculis vestris, afferte mercedem meã: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedẽ meam triginta argenteos. 13 Et dixit Dominus ad me, Proiice illud ad statuarium decorum pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos: & proieci illos in domum Domini, ad statuarium. 14 Et præscidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, vt dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israël. 15 Et dixit Dominus ad me, Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti.

16 Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. 17 O pastor & idôlum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius: brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

Mt. 25, 2.

Decor 6 M. S. Q. R.

Mat. 27, 9.

CAP. XII.

1 ONus verbi Domini super Israël. Dicit Dominus extendens cælum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo, 2 Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. 3 Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eum, concisione lacerabuntur: & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. 4 In die illa, dicit Dominus, percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate. 5 Et dicent duces Iuda in corde suo, Confortentur mihi habitatores Ierusalem in Domino exercituum Deo eorum. 6 In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut 'facem' ignis in fœno: & deuorabunt ad dexterã & ad siniſtrã omnes populos in circuitu: & habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem. 7 Et saluabit Dñs tabernacula Iuda, sicut in principio: vt non magnificè glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem contra Iudam. 8 In die illa proteget Dominus habitatores Ierusalem, & erit qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid: & domus Dauid quasi Dei, sicut angelus Domini in conspectu 'eorum'. 9 Et erit in die illa: quæram conterere omnes gentes quæ veniunt contra Ierusalem. 10 Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum: & 'aspicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. 11 In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, 'sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. 12 Et plangent terra: familiæ & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: 13 familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eius seorsum: familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum. 14 Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

fasce o. facié o.

eius Ms. Q. n.

Ioh. 19, 37

2 Par. 35, 22

CAP. XIII.

1 IN die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ.

2 Et 'erit

Et 'erit in die illa, dicit Dominus exercituum, Disperdã nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltrà: & pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra. 3 Et erit: cùm prophetauerit quispiam vltrà, dicent ei pater eius & mater eius, qui genuerunt eum, Non viues: quia mendacium locutus es in nomine Dñi. & configent eũ pater eius, & mater eius, genitores eius cùm prophetauerit. 4 Et erit: in die illa cõfundẽtur prophetæ vnusquisq; ex visione sua cùm prophetauerit, nec operiẽtur pallio saccino, vt mentiantur: 5 'sed dicet, Non sum propheta, homo agricola ego sum: quoniã Adam exemplum meum ab adolescentia mea. 6 Et dicetur ei, Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. 7 Phramea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: 'percute pastorem, & dispergentur oues: & conuertam manum meam ad paruulos. 8 Et erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duæ in ea "dispergentur' & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. 9 Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut vritur argentum: & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam, Populus meus es, & ipse dicet, Dominus Deus meus.

Mat. 3, 3. Mat. 26, 31.

dispergentur o.

Tert. M. R. a Patre d. Hier. H. & C. non dicit.

CAP. XIIII.

1 ECce 'venient' dies Domini, & diuidentur spolia tua in medio tui. 2 Et congregabo omnes gentes ad Ierusalem in prœlium, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. 3 Et egredietur Dominus, & prœliabitur cõtra gentes illas, sicut prœliatus est in die certaminis. 4 Et stabunt pedes eius in die illa super Montem oliuarum qui est contra Ierusalem ad Orientẽ: & scindetur Mons oliuarum ex media parte sui ad Orientem & ad Occidentẽm præruptu grandi valde, & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem.

venient' d. Hier. C. Vetus Lat. Ms.

5 Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam coniungetur vallis montium vsque ad proximum: & fugietis sicut fugistis 'à facie terræ motus in diebus Oziæ regis Iuda: & veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo. 6 Et erit in die illa: non erit lux, sed frigus & gelu. 7 Et erit dies vna quæ nota est Domino, non dies neque nox: & in tempore vesperi erit lux. 8 Et erit in die illa: exibunt aquæ viuæ de Ierusalem: medium earum ad mare Orientale, & medium earum ad mare nouissimum: in æstate & in hieme erunt. 9 Et erit Dominus rex super omnem terram: in die illa erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum. 10 Et reuertetur omnis terra vsque ad desertum, de colle Remmon ad Austrum Ierusalem: & exaltabitur, & "habitabit' in loco suo, à porta Ben-iamin vsque ad locum portæ prioris * vsque ad portam angulorum: & à turre Hananeel vsque ad torcularia regis. 11 Et habitabunt in ea, & anathema non erit amplius: sed sedebit Ierusalem secura. 12 Et hæc erit plaga qua percutiet Dominus omnes gentes quæ pugnauerunt aduersus Ierusalẽ, Tabescet caro vniuscuiusque stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo. 13 In die illa erit tumultus Domini magnus in eis: & apprehendet vir manum proximi sui, & conseretur manus eius super manum proximi sui. 14 Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem: & congregabuntur diuitiæ omnium gentium in circuitu, aurum & argentum & vestes multæ satis. 15 Et sic erit ruina equi & muli & cameli & asini, & omniũ iumentorum quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc. 16 Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus quæ venerunt contra Ierusalem, ascendent ab anno in annum, vt adorent regem Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem ta-

Amos 1, 1.

"habitabitur MS. R. Q. n. *& MS. R. G. Verùm ab Hier. H. C. & G. Q. non legitur.

bernaculorum. ‡Et erit: qui non aſcen- 17
derit de familiis terræ ad Ieruſalem, vt
adoret regem Dominum exercituum,
non erit ſuper eos imber. ‡Quòd & ſi 18
familia Ægypti non aſcenderit, & non
venerit: nec ſuper eos erit, ſed erit ruina
qua percutiet Dominus omnes gen-
tes quæ non aſcenderint ad celebran-
dam feſtiuitatem tabernaculorum.

‡Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc 19
peccatum omnium gentium quæ non
aſcenderint ad celebrandam feſtiuita-
tem tabernaculorum. ‡In die illa erit 20
quod ſuper frenum equi eſt, ſanctum
Domino: & erunt lebetes in domo Do-
mini quaſi phialæ coram altari. ‡Et 21
erit omnis lebes in Ieruſalem & in Iuda
ſanctificatus Domino exercituum: &
venient omnes immolantes, & ſument
ex eis, & coquent in eis: & non erit mer-
cator vltrà in domo Domini exerci-
tuum in die illo.

PROPHETIA MALACHIÆ.

CAP. PRIMVM.

*Malachi MS. Hier. R. G. *prophetæ. MS. q.

NVs verbi Domini ad 1
Iſraël in manu *Malachiæ'. ‡Dilexi vos, di- 2
cit Dominus: & dixiſtis,
In quo dilexiſti nos?
Nonne frater erat Eſau
Iacob, dicit Dominus,
Rom. 9, 13. '& dilexi Iacob, ‡Eſau autem odio ha- 3
bui? & poſui *montes eius in ſolitudi-
*Seir. MS. nem, & hæreditatem eius in dracones
deſerti. ‡Quòd ſi dixerit Idumæa, De- 4
ſtructi ſumus, ſed reuertentes ædifica-
bimus quæ deſtructa ſunt: hæc dicit
Dominus exercituum, Iſti ædificabunt,
& ego deſtruam: & vocabuntur termi-
ni impietatis, & populus cui iratus eſt
Dominus vſque in æternum. ‡Et ocu- 5
li veſtri videbunt: & vos dicetis, Magni-
ficetur Dominus ſuper terminũ Iſraël.
‡Filius honorat patrem, & ſeruus do- 6
minum ſuum: ſi ergo pater ego ſum,
vbi eſt honor meus: & ſi dominus ego
ſum, vbi eſt timor meus: dicit Dominus
exercituum? ad vos ô ſacerdotes, qui
deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: In
quo deſpeximus nomen tuum? ‡Offer- 7
tis ſuper altare meum panem pollutum:
& dicitis, In quo polluimus te? In eo
quòd dicitis, Menſa Domini deſpecta
eſt. ‡Si offeratis cæcum ad immolan- 8
dum, nonne malum eſt? & ſi offeratis
claudum & languidum, nonne malum
eſt? offer illud duci tuo, ſi placuerit ei,
aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Do-
minus exercituum. ‡Et nunc depre- 9
camini vultum Dei, vt miſereatur veſtri
(de manu enim veſtra factum eſt hoc)
ſi quomodo ſuſcipiat facies veſtras, dicit
Dominus exercituuum. ‡Quis eſt in 10
vobis qui claudat oſtia, & incendat alta-
re meum gratuitò? non eſt mihi volun-
tas in vobis, dicit Dominus exercituum:
& munus non ſuſcipiã de manu veſtra.
‡'Ab ortu enim ſolis vſq. ad occaſum, 11 Pſal. 112.
magnum eſt nomem meum in Gentibus,
& in omni loco ſacrificatur, & offer-
tur nomini meo oblatio munda: quia
magnum eſt nomen meũ in Gentibus,
dicit Dominus exercituum. ‡Et vos 12
polluiſtis illud in eo quod dicitis, Menſa
Domini contaminata eſt: & quod ſu-
perponitur, contemptibile eſt cum igne
qui illud deuorat. ‡Et dixiſtis, Ecce de 13
labore, & exufflaſtis illud, dicit Domi-
nus exercituum, & intuliſtis de rapinis
claudum & languidũ, & intuliſtis mu-
nus. nunquid ſuſcipiam illud de manu
veſtra, dicit Dominus? ‡Maledictus 14
doloſus, qui habet in grege ſuo maſcu-
lum, & votum faciens immolat debile
Domino: quia rex magnus ego, dicit
Dominus exercituum, & nomẽ meum
horribile in Gentibus.

CAP. II.

ET nunc ad vos mandatum hoc ô 1
ſacerdotes. ‡'Si nolueritis audire, 2 Leu. 26, 14. Deu. 28, 15.
& ſi nolueritis ponere ſuper cor vt detis
gloriã nomini meo, ait Dñs exercituũ:
mittam in vos egeſtatem, & maledicam
benedictionibus veſtris, & maledicam
illis: quoniam non poſuiſtis ſuper cor.
‡Ecce ego proiiciam vobis brachium, 3
& diſpergã ſuper vultũ veſtrum ſtercus
ſolennitatum veſtrarum, & aſſumet
vos ſecum. ‡Et ſcietis quia miſi ad vos 4
mandatum iſtud: vt eſſet pactũ meum
cum Leui, dicit Dominus exercituum.
‡Pactum meum fuit cum eo vitæ & 5
pacis: & dedi ei timorem: & timuit me,
& à facie nominis mei pauebat. ‡Lex 6
veritatis fuit in ore eius, & iniquitas
non eſt inuenta in labiis eius: in pace &
in æquitate ambulauit mecum, & mul-
tos auertit ab iniquitate. ‡Labia enim 7
ſacerdotis cuſtodient ſcientiã, & legem
requirent ex ore eius: quia angelus Do-
mini exercituum eſt. ‡Vos autem re- 8
ceſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactũ Leui,
dicit Dominus exercituum. ‡Propter 9
quod & ego dedi vos contemptibiles, &
humiles omnibus populis, ſicut non ſer-
uaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in
lege. ‡'Nunquid non pater vnus om 10 Mal. 3, 5. Iak. 4, 5.
nium noſtrum? nunquid nõ Deus vnus
creauit nos? quare ergo deſpicit vnuſ-
quiſque 'noſtrum' fratrem ſuum, vio- 'veſtrum MS. R. G. Q. 'Hebronũ MS. Hier. R. G. Targum Hieroſolymitanum G.
lans pactum patrũ 'veſtrorum'? ‡Tranſ- 11
greſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt
in Iſraël & in Ieruſalem: quia contami-
nauit Iudas ſanctificationm Dñi, quam
dilexit, & habuit filiam Dei alieni.
‡Diſperdet Dominus virum qui fe- 12
cerit hoc, magiſtrum & diſcipulum de
'tabernaculis' Iacob, 'et offerentem mu- 'tabernaculis Iacob MS. R. G. 'et MS. Hier.
nus Domino exercituum. ‡Et hoc rur- 13
ſum feciſtis, operiebatis lachrymis alta-
re Domini, fletu & mugitu, ita vt non
reſpiciam vltrà ad ſacrificium, nec acci-
piam placabile quid de manu veſtra. ‡Et 14
dixiſtis, Quam ab cauſam? quia Domi-
nus teſtificatus eſt inter te & vxorem
pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti: &
hæc particeps tua, & vxor fœderis tui.
‡Nonne vnus fecit, & reſiduum ſpi- 15
ritus eius eſt? Et quid vnus quærit, niſi
ſemen Dei? Cuſtodite ergo ſpiritum ve-
ſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli
deſpicere. ‡Cùm odio habueris, di- 16
mitte, dicit Dominus Deus Iſraël: oper-
iet autem iniquitas veſtimentum eius,
dicit Dominus exercituum. cuſtodite
ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere.

‡Laborare feciſtis Dominum in ſer- 17
monibus veſtris. Et dixiſtis, In quo eum
fecimus laborare? ‡In eo quod dici- 18
tis, Omnis qui facit malum, bonus eſt
in conſpectu Domini, & tales ei placent:
aut certè vbi eſt Deus iudicij?

CAP. III.

ECce 'ego mitto angelum meum, & 1 Mat. 11, 10. Mar. 1, 2. Luc. 1, 17. & 7, 27. Pſa. 131, 17.
præparabit viam ante faciẽ meam.
Et ſtatim veniet ad templum ſuum Do-
minator quem vos quæritis, & angelus
teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit,
dicit Dominus exercituum: ‡& quis 2
poterit cogitare diem aduentus eius?
& quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe
enim quaſi ignis conflans, & quaſi her-
ba fullonum: ‡& ſedebit conflans & 3
emundans argentum, & purgabit filios
Leui, & colabit eos quaſi aurum & qua-
ſi argentum. & erunt Domino offeren-
tes ſacrificia in iuſtitia. ‡Et placebit 4
Domino ſacrificium Iuda & Ieruſalem
ſicut dies ſeculi & ſicut anni antiqui.
‡Et accedam ad vos in iudicio, & ero 5
teſtis velox maleficis & adulteris, & per-
iuris, & qui calumniantur mercedem
mercenarij, *viduas & *pupillos, & op- *& humiliant MS. R. G. *qui percutiunt. G. Textus autem conformis eſt Hier. H. & C.
primunt peregrinum, nec timuerunt
me, dicit Dominus exercituum. ‡Ego 6
enim Dominus, & non mutor: & vos fi-
lij Iacob non eſtis conſumpti. ‡A die- 7
bus enim patrum veſtrorum receſſiſtis
à legitimis meis, & non cuſtodiſtis. 'Re- Zach. 1, 3.
uertimini ad me, & reuertar ad vos, di-
cit Dñs exercituum. Et dixiſtis, In quo
reuertemur? ‡Si affiget homo Deum, 8
quia vos configitis me? Et dixiſtis, In quo
'configimus' te? In decimis, & in primi- *confixi-mus 6 MS. H. G. C.
tiis. ‡Et in penuria vos maledicti eſtis, 9
& me vos configitis gens tota. ‡Inferte 10
omnem decimam in horreum, & ſit ci-
bus in domo mea, & probate me ſuper
hoc, dicit Dominus: ſi non aperuero vo-
bis cataractas cæli, & effudero vobis be-
nedictionem vſque ad abundantiam,
‡& increpabo pro vobis deuorantem, 11
& non corrumpet fructum terræ veſtræ:
nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Do-
minus exercituum. ‡Et beatos vos di- 12
cent omnes gentes: eritis enim vos terra
deſidera-

desiderabilis, dicit Dominus exercituũ.
Mal.2.17. Isa.58.2. [1]Inualuerunt super me verba vestra, 13
dicit Dominus. [2]Et dixistis, Quid lo- 14
cuti sumus contra te? Dixistis, Vanus
est qui seruit Deo: & quod emolumen-
tum quia custodiuimus præcepta eius,
& quia ambulauimus tristes coram 15
Domino exercituum? [3]ergo nunc bea-
tos dicimus arrogantes: siquidem ædifi-
cati sunt facientes impietatem, & tenta- 16
uerunt Deum, & salui facti sunt. [4]Tunc
locuti sunt timentes Dominum vnus-
quisque cum proximo suo: Et attendit
Dominus, & audiuit: & scriptus est li-
ber monumenti coram eo timentibus
Dominum, & cogitantibus nomẽ eius. 17
[5]Et erunt mihi, ait Dominus exerci-
tuum, in die qua ego facio, in peculium:
& parcam eis, sicut parcit vir filio suo 18
seruienti sibi. [6]Et conuertimini, & vi-
debitis quid sit inter iustum & impium:
& inter seruientem Deo, & non ser-
uientem ei.

CAP. IIII.

ECce enim dies veniet succensa qua- 1
si caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen.
Zach.3,8. 6,11. Luc.1,78. [1]Et orietur vobis timentibus nomen 2
meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. [2]Et calcabitis impios, 3
cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum.
Exod.20. Deut.4,5,6. Mat.11,14. 17,10. Mar.9,11. Luc.1,17. 9,8. [1]Mementote le- 4
gis Moysi serui mei, quam mandaui ei
in Horeb ad omnem Israël præcepta &
iudicia. [2]Ecce ego mittã vobis Eliam 5
prophetam, antequam veniat dies Do-
mini magnus & horribilis. [3]Et con- 6
uertet cor patrum ad filios, & cor filio-
rum ad patres eorum: ne fortè veniam,
& percutiam terram anathemate.

LIBER PRIMVS MACHABÆORVM.

CAPVT PRIMVM.

ET factũ est, postquam 1
percussit Alexãder Phi-
lippi Macedo, qui pri-
mus regnauit in Græ-
cia, egressus de terra Ce-
thim, Darium regem
Persarũ & Medorum:
[1]constituit prœlia multa, & obtinuit 2
omnium munitiones, & interfecit re-
ges terræ: [2]& pertransiit vsque ad fi- 3
nes terræ, & accepit spolia multitudinis
Gentium: & siluit terra in conspectu 4
eius. [3]Et congregauit virtutem, & ex-
ercitum fortem nimis: & exaltatum est
& eleuatum cor eius: [4]& obtinuit 5
regiones Gentium, & tyrannos: & facti
sunt illi in tributum. [5]Et post hæc de- 6
cidit in lectum, & cognouit quia more-
retur. [6]Et vocauit pueros suos nobi- 7
les, qui secum erant nutriti à iuuentute:
& diuisit illis regnum suum, cùm adhuc 8
viueret. [7]Et regnauit Alexander annis 9
duodecim, & mortuus est. [8]Et obti-
nuerunt pueri eius regnum, vnusquisq. 10
in loco suo: [9]& imposuerunt omnes
sibi diademata post mortem eius, &
filij eorum post eos annis multis, & mul- 11
tiplicata sunt mala in terra. [10]Et exiit
ex eis radix 'peccatrix' Antiochus illu- 'peccati Mss.q.d.
stris, filius Antiochi regis qui fuerat Ro-
mæ obses: & regnauit in anno centesi-
mo tricesimo septimo regni Græcorum.
[11]In diebus illis exierunt ex Israël filij 12
iniqui, & suaserũt multis, dicẽtes, Eam⁹,
& disponamus testamentum cum Gen-
tibus quæ circa nos sunt: quia ex quo re-
cessimus ab eis, inuenerunt nos multa 13
mala. [12]Et bonus visus est sermo in ocu- 14
lis eorum. [13]Et destinauerunt aliqui
de populo, & abierunt ad regem: & de-
dit illis potestatem, vt facerent iustitiam 15
Gentium. [14]Et ædificauerunt gymna-
sium in Ierosolymis secundũ leges Na- 16
tionum: [15]& fecerunt sibi præputia, &
recesserunt à testamẽto sancto, & iuncti
sunt

sunt Nationibus, & vænundati sunt vt
facerent malum. [16]Et paratum est re- 17
gnum in conspectu Antiochi, & cœpit
regnare in Terra-Ægypti, vt regnaret
super duo regna. [17]Et intrauit in Ægy- 18
ptum in multitudine graui, in curribus
& elephantis, & equitibus, & copiosa
nauium multitudine: [18]& constituit 19
bellum aduersus Ptolemæum regem
Ægypti, & veritus est Ptolemæus à facie
eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati
multi. [19]Et comprehendit ciuitates mu- 20
nitas in Terra-Ægypti: & accepit spolia
Terræ-Ægypti. [20]Et conuertit Antio- 21
chus, postquam percussit Ægyptum in
centesimo & quadragesimo & tertio
anno: & ascendit ad Israël, [21]& ascendit 22
Ierosolymam in multitudine graui.
[22]Et intrauit in sanctificationem cum 23
superbia, & accepit altare aureum, &
candelabrum luminis, & vniuersa vasa
eius, & mensam propositionis, & liba-
toria, & phialas, & mortariola aurea, &
velum, & coronas, & ornamentum
aureum quod in facie templi erat: &
comminuit omnia. [23]Et accepit argen- 24
tum, & aurum, & vasa concupiscibilia:
& accepit thesauros occultos quos inue-
nit: & sublatis omnibus abiit in terram
suam. [24]Et fecit cædem hominum, & 25
locutus est in superbia magna. [25]Et fa- 26
ctus est planctus magnus in Israël, & in
omni loco eorum: [26]& ingemuerunt 27
principes & seniores, & iuuenes, & vir-
gines infirmati sunt, & speciositas mu-
lierum immutata est. [27]Omnis mari- 28
tus sumpsit lamentum: & quæ sedebant
in thoro maritali, lugebãt: [28]& commo- 29
ta est terra super habitantes in ea, & vni-
uersa domus Iacob induit confusionẽ.
[29]Et post duos annos dierum misit rex 30
principem tributorum in ciuitates Iuda,
& venit Ierusalem cum turba magna.
[30]Et locutus est ad eos verba pacifica 31
in dolo: & crediderunt ei. [31]Et irruit 32
super ciuitatem repentè, & percussit
eam plaga magna, & perdidit populum
multum ex Israël. [32]Et accepit spolia 33
ciuitatis: & succendit eam igni, & de-
struxit domos eius, & muros eius in cir-
cuitu: [33]& captiuas duxerunt mulie- 34
res, & natos, & pecora possederunt.
[34]Et ædificauerunt ciuitatem Dauid 35
muro magno, & firmo, & turribus fir-
mis, & facta est illis in arcem: [35]& po- 36
suerunt illic gentem peccatricem viros
iniquos, & conualuerunt in ea. [36]& po- 37
suerunt arma, & escas, & congregaue-
runt spolia Ierusalẽ, & reposuerunt illic:
& facti sunt in laqueum magnum. [37]Et 38
factum est hoc ad insidias sanctificatio-
nis, & in diabolum malum in Israël:
[38]& effuderunt sanguinem innocen- 39
tem per circuitum sanctificationis, &
contaminauerunt sanctificationem.
[39]Et fugerunt habitatores Ierusalem 40
propter eos, & facta est habitatio exte-
rorum, & facta est extera semini suo, &
nati eius reliquerunt eam. [40]Sanctifica- 41
tio eius desolata est sicut solitudo, 'dies Tob.2,6. Amos 8,10.
festi eius conuersi sunt in luctum, sab-
batha eius in opprobrium, honores eius
in nihilum. [41]Secundum gloriam eius 42
multiplicata est ignominia eius: & sub-
limitas eius conuersa est in luctum.
[42]Et scripsit rex Antiochus omni re- 43
gno suo, vt esset omnis populus, vnus:
& relinqueret vnusquisq. legem suam.
[43]Et consenserunt omnes gentes secun- 44
dum verbum regis Antiochi: [44]& mul- 45
ti ex Israël consenserunt seruituti eius,
& sacrificauerunt idolis, & coinquina-
uerunt sabbathum. [45]Et misit rex li- 46
bros per manus nuntiorum in Ierusalem
& in omnes ciuitates Iudæ: vt sequeren-
tur leges Gentium terræ, [46]& prohi- 47
berent holocausta & sacrificia, & placa-
tiones fieri in templo Dei, [47]& prohi- 48
berent celebrari sabbatum, & dies so-
lẽnes. [48]& iussit coinquinari sancta, & 49
sanctum populum Israël. [49]Et iussit ædi- 50
ficari aras, & templa, & idola, & immo-
lari carnes suillas, & pecora communia,
[50]& relinquere filios suos incircunci- 51
sos, & coinquinari animas eorum in
omnib⁹ immunditiis & abominationi-
bus, ita vt obliuiscerẽtur legẽ, & immu- 52
tarent omnes iustificationes Dei. [51]Et
quicunque non fecissent secundũ ver-
bum regis Antiochi, morerentur.

[52]Secun-

53 *Secundũ omnia verba hæc ſcripſit
omni regno ſuo: & propoſuit principes
7 populo qui hæc fieri cogerent. 54 *Et iuſ-
ſerunt ciuitatibus Iudæ ſacrificare. 55 *Et
congregati ſunt multi de populo ad eos
qui dereliquerant legem Domini: & fe-
cerunt mala ſuper terram: 56 *& effugaue-
runt populum Iſraël in abditis, & in abſ-
9 conditis fugitiuorũ locis. 57 *Die quinta-
decima menſis Caſleu, quinto & qua-
drageſimo & centeſimo anno ædifica-
c.19 MS. c.q.o.n. uit rex Antiochus abominandũ idôlum
deſolationis ſuper altare Dei, & per vni-
uerſas ciuitates Iudæ in circuitu ædifica-
uerunt aras: 58 *& ante ianuas domo-
rum, & in plateis incendebant thura,
& ſacrificabãt: 59 *& libros legis Dei com-
buſſerunt igni, ſcindentes eos: 60 *& apud
quemcunque inueniebantur libri teſta-
menti Dñi, & quicunque obſeruabat
legem Domini, ſecundum edictum re-
gis trucidabant eum. 61 *In virtute ſua
faciebant hæc populo Iſraël qui inueniebatur in omni menſe & menſe in ciuitatibus. 62 *Et quinta & viceſima die menſis ſacrificabant ſuper arã quæ erat contra altare. 63 *Et mulieres quæ circuncidebant filios ſuos, trucidabantur ſecundũ iuſſum regis Antiochi, 64 *& ſuſpẽdebant pueros à ceruicibus per vniuerſas domos eorum: & eos qui circunciderant illos trucidabant. 65 *Et multi de populo Iſraël definierunt apud ſe, vt non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis: 66 *& noluerunt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt:
67 *& facta eſt ira magna ſuper populum valde.

CAP. II.

1 IN diebus illis ſurrexit Mathathias filius Iohannis filij Simeonis, ſacerdos ex filiis Ioarim ab Ieruſalem, & conſedit in monte Modin: 2 *& habebat filios quinque, Iohannem, qui cognominabatur Gaddis: 3 *& Simonẽ qui cognominabatur Thaſi: 4 *& Iudam, qui vocabatur Machabæus: 5 *& Eleazarũ, qui cognominabatur Abaron: & Ionathã, qui cognominabatur Apphus. 6 *hi viderunt
7 mala quæ fiebant in populo Iuda & in Ieruſalem. 8 *Et dixit Mathathias, Væ mihi, vt quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis ſanctæ, & ſedere illic, cùm datur in manibus inimicorũ? 9 *Sancta in manu extraneorũ facta ſunt: templum eius ſicut homo ignobilis. 10 *Vaſa gloriæ eius captiua abducta ſunt: trucidati ſunt ſenes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderũt in gladio inimicorũ. 11 *Quæ gẽs nõ hæreditauit regnũ eius, & non obtinuit ſpolia eius? 12 *Omnis compoſitio eius ablata eſt. Quę erat libera, facta eſt ancilla. 13 *Et ecce ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra & claritas noſtra deſolata eſt, & coinquinauerũt ea gẽtes. 14 *Quò ergo nobis adhuc viuere? 15 *Et ſcidit veſtimenta ſua Mathathias, & filij eius: & operuerunt ſe ciliciis, & planxerunt valde. 16 *Et venerunt illuc qui miſſi erant à rege Antiocho, vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatem Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei diſcedere. 17 *Et multi de populo Iſraël conſentientes acceſſerunt ad eos: ſed Mathathias & filij eius conſtanter ſteterunt. 18 *Et reſpondentes qui miſſi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathiæ, Princeps & clariſſimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus. 19 *ergo accede prior, & fac iuſſum regis, ſicut fecerunt omnes gentes, & viri Iuda, & qui remanſerunt in Ieruſalem: & eris tu, & filij tui inter amicos regis, & amplificatus auro & argento, & muneribus multis. 20 *Et reſpondit Mathathias, & dixit magna voce, Etſi omnes gentes regi Antiocho obediunt, vt diſcedant vnuſquiſque à ſeruitute legis patrum ſuorum, & conſentiant mandatis eius: 21 *ego & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum noſtrorum.
22 *propitius ſit nobis Deus: non eſt nobis vtile relinquere legem, & iuſtitias Dei: 23 *non audiemus verba regis Antiochi, nec ſacrificabimus tranſgredientes legis noſtræ mandata, vt eamus altera via. 24 *Et vt ceſſauit loqui verba hęc, acceſſit quidam Iudæus in omniũ oculis ſacrificare

ſacrificare idôlis ſuper aram in ciuitate
Modin, ſecundum iuſſum regis: 25 *& vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis, & inſiliens trucidauit eum ſuper aram:
26 *ſed & virum quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit in ipſo tempore, & arã deſtruxit, 27 *& zelatus eſt legẽ, ſicut fecit Phinees Zamri filio Salomi. 28 *Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicẽs, Omnis qui zelum habet legis ſtatuens teſtamentum, exeat poſt me. 29 *Et fugit ipſe, & filij eius in montes, & reliquerunt quæcunq. habebant in ciuitate. 30 *Tunc deſcenderunt multi quærentes iudiciũ & iuſtitiam, in deſertum: 31 *& ſederunt ibi ipſi, & filij eius, & mulieres eorum, & pecora eorũ: quoniam inundauerunt ſuper eos mala. 32 *Et renuntiatum eſt viris regis, & exercitui qui erant in Ieruſalem ciuitate Dauid, quoniam diſceſſiſſent viri quidam, qui diſſipauerunt mandatum regis in loca occulta in deſerto, & abiiſſent poſt illos multi.
33 *Et ſtatim perrexerunt ad eos, & conſtituerunt aduerſus eos prœlium in die ſabbathorum, 34 *& dixerunt ad eos, Reſiſtitis & nunc adhuc? exite, & facite ſecundum verbum regis Antiochi, & viuetis. 35 *Et dixerunt, Non exibimus, neque faciemus verbũ regis, vt polluamus diem ſabbathorum. 36 *Et concitauerunt aduerſus eos prœlium. 37 *Et non reſponderunt eis, nec lapidẽ miſerunt in eos, nec oppilauerũt loca occulta: dicẽtes, Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra: & teſtes erunt ſuper nos cælũ & terra, quòd iniuſtè perditis nos. 38 *Et intulerũt illis bellum ſabbathis: & mortui ſunt ipſi & vxores eorum, & filij eorum, & pecora eorum vſque ad mille animas hominum. 39 *Et cognouit Mathathias & amici eius, & luctum habuerunt ſuper eos valde. 40 *Et dixit vir proximo ſuo, Si omnes fecerimus ſicut fratres noſtri fecerunt, & non pugnauerimus aduerſus gentes pro animabus noſtris & iuſtificationibus noſtris: nunc ci-
41 tius diſperdent nos à terra. 42 *Et cogitauerunt in die illa, dicentes, Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die ſabbatorũ pugnemus aduerſus eum: & non moriemur omnes, ſicut mortui ſunt fratres noſtri in occultis. 42 *Tunc congregata eſt ad eos ſynagoga Iudeorum fortis viribus ex Iſraël, omnis vo- "Aſidęorum 3 MSS G.
43 luntarius in lege: 44 *& omnes qui fugiebant à malis, additi ſunt ad eos, & facti ſunt illis ad firmamẽtũ. 45 *Et collegerũt exercitum, & percuſſerunt peccatores in ira ſua, & viros iniquos in indignatione ſua: & cæteri fugerunt ad nationes, vt euaderent. 46 *Et circuiuit Mathathias, & amici eius, & deſtruxerunt aras:
47 *& circunciderunt pueros incircunciſos quotquot inuenerunt in finibus eorum: & in fortitudine. 48 *Et perſecuti ſunt filios ſuperbiæ, & proſperatum eſt opus in manibus eorum: 49 *& obtinuerunt legem de manibus gentium, & de manibus regum: & non dederunt cornu peccatori. 50 *Et appropinquauerunt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filiis ſuis, Nunc cõfortata eſt ſuperbia, & caſtigatio, & tẽpus euerſionis, & ira indignationis: 51 *Nunc ergo ô filij, æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamẽto patrũ veſtrorũ, 52 *& mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.
53 *Abraham nonne in tentatione inuentus eſt fidelis; & reputatum eſt ei ad iuſtitiam? Gen. 22, 2, 9.
54 *Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit mandatum: & factus eſt dñs Ægypti. Gen. 41, 40.
55 *Phinees pater noſter, zelando zelũ Dei, accepit teſtamenum ſacerdotij æterni. Num. 25, 7. 13.
56 *Ieſus dum impleuit verbum, factus eſt dux in Iſraël. Eccl. 45, 28.
57 *Caleb dum teſtificatur in eccleſia, accepit hæreditatem. Ioſ. 1. 2.
58 *Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſecula. Num. 14, 6. Ioſ. 14, 14.
59 *Elias dum zelat zelũ legis, receptus eſt in cælum. 2 Re. 2, 1. 4 Re. 2, 11.
60 *Ananias & Azarias & Miſaël, credentes liberati ſunt de flamma. Dan. 3, 16. 24.
61 *Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Dan. 6, 22.
62 *Et ita cogitate per generationem & generationem:

quia

quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur. [62] Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, stercus & vermis est: [63] hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius periit.

[64] Vos ergo filij confortamini, & virili-
teragite in lege: quia in ipsa glorioſi eri-
tis. [65] Et ecce Simon frater vester, scio
quòd vir cõsilij est: ipsum audite semper,
& ipse erit vobis pater. [66] Et Iudas Ma-
chabæus fortis viribus à iuuentute sua,
sit vobis princeps militiæ, & ipse aget
bellum populi. [67] Et adducetis ad vos
omnes factores legis: & vindicate vin-
dictam populi vestri. [68] Retribuite re-
tributionem Gentibus, & intendite in
præceptum legis. [69] Et benedixit eos, &
appositus est ad patres suos. [70] Et defun-
ctus est anno centesimo & quadragesi-
mo sexto: & sepultus est à filiis suis in
sepulchris patrum suorum in Modin,
& planxerunt eum omnis Israël plan-
ctu magno.

*eàm fe-
cerunt quæ
vobis præ-
cepta sunt
in lege à
Domino
Deo ve-
stro.o.

CAP. III.

[1] ET surrexit Iudas qui vocabatur Ma-
chabæus filius eius pro eo: [2] & adiu-
uabant eum omnes fratres eius, & vni-
uersi qui se coniunxerant patri eius, &
prœliabantur prœlium Israël cum lætí-
tia. [3] Et dilatauit gloriam populo suo,
& induit se loricam sicut gigas, & suc-
cinxit se arma bellica sua in prœliis, &
protegebat castra gladio suo. [4] Similis
factus est leoni in operibus suis, & sicut
catulus leonis rugiens in venatione.

[5] Et persequutus est iniquos perscrutãs
eos: & qui conturbabant populũ suum,
eos succendit flammis: [6] & repulsi sunt
inimici eius præ timore eius, & omnes
operarij iniquitatis conturbati sunt: &
directa est salus in manu eius. [7] Et
exacerbabat reges multos, & lætificabat
Iacob in operibus suis, & in sæculũ me-
moria eius in benedictione. [8] Et per-
ambulabat ciuitates Iuda, & perdidit
impios ex eis, & auertit iram ab Israël.

[9] Et nominatus est vsque ad nouissi-
mum terræ, & congregauit pereuntes.

[10] Et congregauit Apollonius Gentes,
& à Samaria virtutem multam & ma-
gnam, ad bellandum contra Israël.

[11] Et cognouit Iudas, & exiit obuiã illi:
& percussit, & occidit illũ: & ceciderunt
vulnerati multi, & reliqui fugerunt.

[12] & accepit spolia eorum: & gladium
Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnãs
[13] in eo omnibus diebus. [14] Et audiuit Se-
ron princeps exercitus Syriæ quòd con-
gregauit Iudas congregationem fide-
lium & ecclesiam secum, [15] & ait, Fa-
ciam mihi nomen, & glorificabor in re-
gno, & debellabo Iudã, & eos qui cum
ipso sunt, qui spernebant verbum regis.

[16] Et præparauit se: & ascenderunt
cum eo castra impiorum fortes auxilia-
rij, vt facerent vindictam in filios Israël.

[17] Et appropinquauerunt vsque ad
Beth-horon: & exiuit Iudas obuiam
illi cum paucis. [18] Vt autem viderunt
exercitum venientem sibi obuiam, di-
xerunt Iudæ, Quomodo poterimus pau-
ci pugnare contra multitudinem tan-
tam, & tam fortem, & nos fatigati su-
mus ieiunio hodie? [19] Et ait Iudas, Fa-
cile est concludi multos in manu pau-
corum: & non est differentia in con-
spectu Dei cæli liberare in multis & in
paucis: [20] quoniam non in multitudi-
ne exercitus victoria belli, sed de cælo
fortitudo est. [21] Ipsi veniunt ad nos in
multitudine contumaci & superbia, vt
disperdant nos, & vxores nostras, & fi-
lios nostros, & vt spolient nos. [22] nos
verò pugnabimus pro animabus nostris,
& legibus nostris: [23] & ipse Dominus
conteret eos ante faciem nostram. vos
autem ne timueritis eos. [24] Vt cessa-
uit autem loqui, insiluit in eos subitò:
& conterritus est Seron, & exercitus eius
in conspectu ipsius: [25] & persecutus est
eum in descensu Beth-horon vsque in
campum, & ceciderunt ex eis octingen-
ti viri, reliqui autem fugerunt in ter-
ram Philisthiim. [26] Et cecidit timor
Iudæ ac fratrum eius, & formido su-
per omnes gentes, in circuitu eorum.

[27] & peruenit ad regem nomen eius,
& de prœliis Iudæ narrabant omnes
gentes. [28] Vt audiuit autem rex Anio-
chus sermones istos, iratus est animo: &
misit

misit, & congregauit exercitum vniuersi
regni sui, castra fortia valde: [29] & ape-
ruit ærarium suum, & dedit stipendia
exercitui in annum: & mandauit illis, vt
essent parati ad omnia. [30] Et vidit quòd
defecit pecunia de thesauris suis, & tri-
buta regionis modica propter dissensio-
nem & plagam quam fecit in terra, vt
tolleret legitima quæ erant à primis die-
bus. [31] & timuit ne non haberet vt se-
mel & bis in sumptus & donaria quæ
dederat antè larga manu: & abundaue-
rat super reges qui ante eum fuerant. [32] Et
consternatus erat animo valde, & cogi-
tauit ire in Persidem, & accipere tributa
regionũ, & cõgregare argentũ multum.

[33] Et reliquit Lysiam hominem nobi-
lem de genere regali, super negotia regia,
à flumine Euphrate vsque ad flumen Æ-
gypti: [34] & vt nutriret Antiochum filium
suum, donec rediret. [35] Et tradidit ei me-
dium exercitum & elephantos: & man-
dauit ei de omnibus quæ volebat, & de
inhabitantibus Iudæam & Ierusalem:

[36] & vt mitteret ad eos exercitum, ad
conterendam & extirpandam virtutem
Israël, & reliquias Ierusalem, & au-
ferendam memoriam eorum de loco:

[37] & vt constitueret habitatores filios
alienigenas in omnibus finibus eorum,
& sorte distribueret terram eorum. [38] Et
rex assumpsit partem exercitus residui,
& exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui
anno centesimo & quadragesimo septi-
mo: & trãsfretauit Euphratem flumen,
& perambulabat superiores regiones.

[39] Et elegit Lysias Ptolemæum filium
Dorymini, & Nicanorem, & Gorgiam,
viros potentes ex amicis regis: [40] & misit
cum eis quadraginta millia virorum, &
septem millia equitum: vt venirent in
terram Iuda, & disperderent eam secun-
dum verbum regis. [41] Et processerunt
cum vniuersa virtute sua, & venerunt, &
applicuerunt Emmaum in terra campe-
stri. [42] Et audierunt mercatores regio-
num nomen eorum: & acceperũt argen-
tum & aurum multum valde, & pueros:
& venerunt in castra, vt acciperent filios
Israël in seruos, & additi sunt ad eos ex-
ercitus Syriæ, & terræ alienigenarum.

[43] Et vidit Iudas, & fratres eius, quia
multiplicata sunt mala, & exercitus ap-
plicabant ad fines eorum, & cognoue-
runt verba regis quæ mandauit populo
facere in interitum & cõsummationem:

[44] & dixerunt vnusquisq. ad proximum
suum, Erigamus deiectionem populi
nostri, & pugnemus pro populo nostro,
& sanctis nostris. [45] Et congregatus est
conuentus, vt essent parati in prœlium:
& vt orarent & peterent misericordiam
& miserationes. [46] Et Ierusalem non ha-
bitabatur, sed erat sicut desertum: non
erat qui ingrederetur & egrederetur de
natis eius: & sanctum conculcabatur: &
filij alienigenarum erant in arce, ibi erat
habitatio Gentium: & ablata est volu-
ptas à Iacob, & defecit ibi tibia & ci-
thara. [47] Et congregati sunt, & venerunt
in Maspha contra Ierusalem: quia locus
orationis erat in Maspha ante in Israël.

[48] Et ieiunauerunt illa die, & indue-
runt se ciliciis, & cinerem imposuerunt
capiti suo: & discinderunt vestimenta sua,

[49] & expanderunt libros legis, de qui-
bus scrutabantur Gentes similitudinem
simulachrorum suorum: [50] & attule-
runt ornamenta sacerdotalia, & primi-
tias, & decimas, & suscitauerunt Na-
zaræos, qui impleuerant dies: [51] & cla-
mauerunt voce magna in cælum dicen-
tes, Quid faciemus istis, & quò eos du-
cemus? [52] & sancta tua conculcata sunt,
& contaminata sunt, & sacerdotes tui
facti sunt in luctum & in humilitatem:

[53] & ecce Nationes conuenerunt ad-
uersum nos, vt nos disperdant: tu scis
quæ cogitant in nos. [54] Quomodo
poterimus subsistere ante faciem eo-
rum, nisi tu Deus adiues nos? [55] Et
tubis exclamauerunt voce magna.

[56] Et post hæc constituit Iudas duces
populi, tribunos & centuriones, & pen-
tacontarchos, & decuriones. [57] Et di-
xit his qui ædificabant domos, & spon-
sabant vxores, & plantabant vineas,
& formidolosis, vt redirent vnusquis-
que in domum suam secundum legem.

Deut 20,5.6
Iudi.7,3.

[58] Et mouerunt castra, & collocauerunt

ad Auſtrum Emmaum. [58] ‡Et ait Iudas, Accingimini, & eſtote filij potentes, & eſtote parati in manè: vt pugnetis aduerſus Nationes has quæ conuenerunt aduerſus nos diſperdere nos & ſancta noſtra: [59] ‡quoniam melius eſt nos mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ & ſanctorum. [60] ‡Sicut autem fuerit voluntas in cælo, ſit fiat.

CAP. IIII.

[1] ET aſſumpſit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos: & mouerunt caſtra nocte, [2] ‡vt applicarent ad caſtra Iudæorum, & percuterent eos ſubito. & filij qui erant ex arce, erant illis duces. [3] ‡Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe & potentes percutere virtutem exercituũ regis, qui erant in Emmaum.

[4] ‡Adhuc enim diſperſus erat exercitus à caſtris. [5] ‡Et venit Gorgias in caſtra Iudæ noctu, & neminem inuenit, & quærebat eos in montibus: quoniam dixit, Fugiunt hi à nobis. [6] ‡Et cum dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorum tantum: qui tegumenta & gladios nõ habebant: [7] ‡& viderunt caſtra Gentium valida, & loricatos, & equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prœlium. [8] ‡Et ait Iudas viris qui ſecum erãt, Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis. [9] ‡Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cum ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo. [10] ‡Et nunc clamemus in cælum: & miſerebitur noſtri Dominus, & memor erit teſtamenti patrum noſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie: [11] ‡& ſcient omnes gentes quia eſt qui redimat & liberet Iſraël. [12] ‡Et eleuauerunt alienigenæ oculos ſuos, & viderunt eos venientes ex aduerſo. [13] ‡Et exierunt de caſtris in prœlium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda. [14] ‡Et congreſſi ſunt: & contritæ ſunt Gentes, & fugerunt in campum. [15] ‡Nouiſſimi autem omnes ceciderũt in gladio, & perſecuti ſunt eos vſque Gezeron, & vſque in campos Idumææ, & Azoti, & Iamniæ: & ceciderunt [16] ex illis vſque ad tria millia virorum. [17] ‡Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius, ſequens eum. [18] ‡Dixitque ad populum, Non concupiſcatis ſpolia: quia bellum contra nos eſt, [19] ‡& Gorgias, & exercitus eius prope nos in monte: ſed ſtate nũc contra inimicos noſtros, & expugnate eos, & ſumetis poſtea ſpolia ſecuri. [20] ‡Et adhuc loquente Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam proſpiciens de monte [21] ‡Et vidit * quòd in fugam conuerſi ſunt *, & ſuccenderunt * caſtra, fumus enim qui videbatur, declarabat quod factum eſt. [22] ‡Quibus illi conſpectis timuerunt valde, aſpicientes ſimul & Iudam & exercitum in campo paratum ad prœlium. [23] ‡Et fugerunt omnes in campum alienigenarum: [24] ‡& Iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum, & acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas. [25] ‡Et conuerſi hymnum canebant, & benedicebant Deum in cælum, quoniam bonus eſt, quoniam in ſeculum miſericordia eius. [26] ‡Et facta eſt ſalus magna in Iſraël in die illa. [27] ‡Quicunque autem alienigenarum euaſerunt, venerunt, & nuntiauerũt Lyſiæ vniuerſa quæ acciderant. [28] ‡Quibus ille auditis, conſternatus animo deficiebat: quòd non qualia voluit, talia cõtigerunt in Iſraël, & qualia mandauit rex. [29] ‡Et ſequenti anno congregauit Lyſias virorũ electorum ſexaginta millia, & equitum quinque millia, vt debellaret eos. [30] ‡Et venerũt in Iudæam, & caſtra poſuerunt in Beth-horon, & occurrit illis Iudas cum decem millibus viris. [31] ‡Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & dixit, Benedictus es ſaluator Iſraël, ‡ qui contriuiſti impetum potentis in manu ſerui tui Dauid, ‡ & tradidiſti caſtra alienigenarum in manu Ionathę filij Saul, & armigeri eius. [32] ‡Conclude exercitum iſtum in manu populi tui Iſraël, & confundatur in exercitu ſuo & equitibus. [33] ‡Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueãtur contritione ſua. [34] ‡Deiice illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes qui nouerunt nomen

* vt volebant MS. 6.

* Gorgias. ‡ ſic MSq. R. * ſuccenſi ſunt 5. MS.R. * ſuccenderunt G. * qui circa Iudam 6 4

1 Reg. 17, 9 2 Par. 14, 11

nomen tuum in hymnis. [35] ‡Et commiſerunt prœlium: & ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinque millia virorum.

[36] ‡Videns autem Lyſias fugam ſuorum, & Iudæorum audaciam, & quòd parati ſunt aut viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiam, & elegit milites, vt multiplicati rurſus venirent in Iudæam. [37] ‡Dixit autẽ Iudas, & fratres eius: Ecce contriti ſunt inimici noſtri: aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare. [38] ‡Et cõgregatus eſt omnis exercitus, & aſcenderunt in montem Sion. [39] ‡Et viderunt ſanctificationem deſertam, & altare profanatum, & portas exuſtas, & in atriis virgulta nata ſicut in ſaltu, vel in mõtib⁹, & paſtophoria diruta. [40] ‡Et ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno, & impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum: [41] ‡& ceciderunt in faciem ſuper terram, & exclamauerunt tubis ſignorum, & clamauerunt in cælum.

[42] ‡Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduerſus eos qui erant in arce, donec emundarent ſancta. [43] ‡Et elegit ſacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in lege Dei: [44] ‡& mundauerunt ſancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. [45] ‡Et cogitauit de altari holocauſtorum quod profanatum erat, quid de eo faceret. [46] ‡Et incidit illis conſilium bonum, vt deſtruerent illud: ne fortè illis eſſet in opprobrium, quia contaminauerunt illud Gentes, & demoliti ſunt illud.

[47] ‡Et repoſuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoaduſque veniret propheta, & reſponderet de eis. [48] ‡Et acceperunt lapides integros ſecundum legem, & ædificauerunt altare nouum ſecundum illud quod fuit prius: [49] ‡& ædificauerunt ſancta, & quæ intra domum erant intrinſecus: & ædem, & atria ſanctificauerunt. [50] ‡Et fecerunt vaſa ſancta noua, & intulerũt candelabrum, & altare incenſorum, & menſam in templum. [51] ‡Et incenſum poſuerũt ſuper altare, & accenderunt lucernas quæ ſuper candelabrum erant, & lucebant in templo.

[52] ‡Et poſuerunt ſuper menſam panes, & appenderunt vela, & conſummauerunt omnia opera quæ fecerant. [53] ‡Et ante matutinum ſurrexerunt quinta & viceſima die menſis noni (hic eſt menſis Caſleu) centeſimi quadrageſimi octaui anni: [54] ‡& obtulerunt ſacrificium ſecundum legem ſuper altare holocauſtorum nouum, quod fecerunt. [55] ‡Secundum tempus & ſecundum diem in qua contaminauerunt illud gentes, in ipſa renouatum eſt in canticis, & citharis & cinyris, & in cymbalis. [56] ‡Et cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt & benedixerunt in cælum eum qui proſperauit eis. [57] ‡Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cũ lætitia, & ſacrificium ſalutaris & laudis. [58] ‡Et ornauerũt faciem templi coronis aureis & ſcutulis: & dedicauerunt portas & paſtophoria, & impoſuerunt eis ianuas. [59] ‡Et facta eſt lætitia in populo magna valde, & auerſum eſt opprobriũ Gentium. [60] ‡Et ſtatuit Iudas, & fratres eius, & vniuerſa eccleſia Iſraël, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo à quinta & viceſima die menſis Caſleu, cum lætitia & gaudio. [61] ‡& ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos & turres firmas: nequando venirent Gentes, & conculcarent eum ſicut antea fecerunt.

‡ Et collocauit illic exercitum, vt ſeruarent eum, & muniuit eum ad cuſtodiendam Beth-ſurã, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

2 Mach. 10, 5.

1 Mach. 10, 22

Ioan. 10, 22

CAP. V.

[1] ET factum eſt, vt audierunt Gentes in circuitu quia ædificatum eſt altare & ſanctuarium ſicut prius, iratæ ſunt valde: [2] ‡& cogitabant tollere genus Iacob qui erant inter eos, & cœperunt occidere de populo, & perſequi.

[3] ‡Et debellabat Iudas filios Eſau in Idumæa, & eos qui erant in Arabathane: quia circunſedebant Iſraëlitas: & percuſſit eos plaga magna. [4] ‡Et recordatus eſt malitiam filiorum Bean, qui erãt populo in laqueum & in ſcandalum, inſidiantes ei in via. [5] ‡Et cõcluſi ſunt ab eo in

turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant.

6 ✠ Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem, & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum: 7 ✠ & commisit cũ eis prœlia multa, & contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos: 8 ✠ & cepit Gazer ciuitatem, & filias eius, & reuersus est in Iudæam.

9 ✠ Et congregatæ sunt Gentes quæ sunt in Galaad, aduersus Israëlitas qui erant in finibus eorũ, vt tollerent eos: & fugerunt in Datheman munitionẽ, 10 ✠ & miserunt literas ad Iudam & fratres eius, dicentes, Congregatæ sunt aduersum nos gentes per circuitũ, vt nos auferant: 11 ✠ & parant venire, & occupare munitionẽ in quam confugimus: & Timotheus est dux exercitus eorũ. 12 ✠ Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorũ, quia cecidit multitudo de nobis. 13 ✠ Et omnes fratres nostri qui erant in locis Tubin, interfecti sunt: & captiuas duxerunt vxores eorum, & natos, & spolia, & peremerunt illic ferè mille viros. 14 ✠ Et adhuc epistolæ legebantur, & ecce alij nuntij venerũt de Galilæa conscissis tunicis, nuntiantes secundum verba hæc: 15 ✠ dicentes cõueniisse aduersum se à Ptolemaida, & Tyro, & Sidone: & repleta est omnis Galilæa alienigenis, vt nos cõsumãt. 16 ✠ Vt audiuit autem Iudas & populus sermones istos, conuenit Ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis qui in tribulatione erant, & expugnabãtur ab eis. 17 ✠ Dixitque Iudas Simoni fratri suo, Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim.

18 ✠ Et reliquit Iosephum filium Zachariæ, & Azariam duces populi cum residuo exercitu in Iudæa ad custodiam:

19 ✠ & præcepit illis, dicens, Præstote populo huic: & nolite bellum committere aduersum gentes, donec reuertamur.

20 ✠ Et partiti sunt Simoni viri tria millia, vt iret in Galilæam: Iudæ autẽ octo millia in Galaaditim. 21 ✠ Et abiit Simon in Galilæam, & commisit prœlia multa cum gentibus: & contritæ sunt gentes à facie eius, & persecutus est eos 22 vsque ad portam ✠ Ptolemaidis. & ceciderunt de gentibus ferè tria millia virorum, & accepit spolia eorũ, 23 ✠ & assumpsit eos qui erãt in Galilæa & in Arbatis cũ vxoribus, & natis, & omnib⁹ quæ erãt illis, & adduxit in Iudæã cum lętitia magna. 24 ✠ Et Iudas Machabęus & Ionathas frater eius transierunt Iordanẽ, & abierunt viam trium dierum per desertum.

25 ✠ Et occurrerũt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis omnia quæ acciderãt fratribus eorũ in 26 Galaaditide, ✠ & quia multi ex eis comprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Carnaim. hæ omnes ciuitates munitæ, & 27 magnæ. ✠ Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi, & in crastinum constituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere, & tollere eos in vna die. 28 ✠ Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in desertum Bosor repentè, & occupauit ciuitatem: & occidit omnem masculum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succendit eam igni. 29 ✠ Et surrexerunt inde nocte, & ibant vsq. ad munitionem. 30 ✠ Et factum est diluculo, cùm eleuassent oculos suos, & ecce populus multus, cuius nõ erat numerus, portantes scalas & machinas, vt cõprehenderẽt 31 munitionem: & expugnabant eos. ✠ Et vidit Iudas quia cœpit bellum, & clamor belli ascendit ad cęlum sicut tuba, & clamor magnus de ciuitate: 32 ✠ & dixit exercitui suo, Pugnate hodie pro fratribus vestris. 33 ✠ Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione. 34 ✠ Et cognouerunt castra Timothei quia Machabæus est, & refugerunt à facie eius: & percusserunt eos plaga magna. & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum.

35 ✠ Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit, & cepit eam: & occidit omnem masculum eius, & assumpsit spo- 36 lia eius, & succendit eam igni. ✠ Inde perrexit, & cepit Casbon, & Mageth, & Bosor,

& Bosor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. 37 ✠ Post hæc autem verba congregauit Timotheus exercitum alium, & castra posuit contra Raphon trans torrentem. 38 ✠ Et misit Iudas speculari exercitum: & renuntiauerunt ei, dicentes, Quia conuenerunt ad eum omnes gentes quę in circuitu nostro sunt, & exercitus multus nimis: 39 ✠ & Arabas conduxerunt in auxilium sibi, & castra posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prœlium. Et abiit Iudas obuiam illis. 40 ✠ Et ait Timotheus principibus exercitus sui, Cùm appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentẽ aquæ: si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum: quia potens poterit aduersum nos. 41 ✠ Si verò timuerit transire, & posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. 42 ✠ Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentẽ aquæ, statuit scribas populi secus torrentem, & mandauit eis, dicens: Neminem hominum reliqueritis, sed veniant omnes in prœliũ.

43 ✠ Et trãsfretauit ad illos prior, & omnis populus post eũ, & contritæ sunt omnes gentes à facie eorũ, & proiecerunt arma sua, & fugerunt ad phanum quod erat in Carnaim. 44 ✠ Et occupauit ipsam ciuitatem, & phanum succendit igni cum omnibus quæ erant in ipso: & oppressa est Carnaim, & nõ potuit sustinere contra faciem Iudæ. 45 ✠ Et congregauit Iudas vniuersos Israëlitas qui erant in Galaaditide, à minimo vsq. ad maximum, & vxores eorum, & natos, & exercitum magnũ valde, vt venirent in terram Iudæ. 46 ✠ Et venerũt vsque Ephron: & hæc ciuitas magna in ingressu posita, munita valde, & non erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed per mediam iter erat. 47 ✠ Et incluserunt se qui erant in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus: & misit ad eos Iudas verbis pacificis, 48 ✠ dicens, Transeamus per terram vestram vt eamus in terram nostram: & nemo vobis nocebit, tantum pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire.

49 ✠ Et præcepit Iudas prædicari in castris, vt applicarẽt vnusquisq. in quo erat locõ. 50 ✠ & applicuerunt se viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita est ciuitas in manu 51 eius: ✠ & peremerunt omnem masculum in ore gladij, & eradicauit eam, & accepit spolia eius, & transiuit per totam 52 ciuitatem super interfectos. ✠ Et transgressi sunt Iordanem in campo magno, 53 contra faciem Beth-san. ✠ Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec veni- 54 rent in terram Iuda: ✠ & ascenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quòd nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in 55 pace. ✠ Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem Pto- 56 lemaidis, ✠ audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias principes virtutis res bene gestas, & prœlia quæ facta sunt, 57 ✠ & dixit, Faciamus & ipsi nobis nomẽ, & eamus pugnare aduersus gentes quæ 58 in circuitu nostro sunt. ✠ Et præcepit his qui erant in exercitu suo, & abierunt 59 Iamniam. ✠ Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnam.

60 ✠ Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsque in fines Iudææ: & ceciderunt illo die de populo Israël ad duo millia viri, & facta est plaga magna in populo;

61 ✠ quia non audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos.

62 ✠ Ipsi autem non erant de semine virorum illorum per quos salus facta est 63 in Israël. ✠ Et 'viri Iuda', magnificati sunt valde in conspectu omnis Israël, & gentium omnium vbi audie- 64 batur nomen eorum. ✠ Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes. ✠ Et 65 exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabant filios Esau in terra quæ ad Austrum est, & percussit Chebron, & filias eius: & muros eius, & turres succendit igni in circuitu. 66 ✠ Et mouit castra, vt iret in terram alienigenarum, 67 & perambulabat Samariam. ✠ In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum 'volunt' fortiter facere, dum sine consilio

'vir Iudas & fratres eius MS. G.

* vult 20 MS. G.

filio exeunt in prœlium. [68] Et declinauit Iudas in Azôtum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni: & cepit spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda.

CAP. VI.

ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones, & audiuit esse ciuitatem Elymaidem in Persida nobilissimam, & copiosam in argento & auro, [2] templumque in ea locuples valde: & illic velamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia. [3] Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & depredari eam, & nō potuit: quoniam innotuit sermo his qui erāt in ciuitate; [4] & insurrexerunt in prœlium, & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam. [5] Et venit qui nuntiaret ei in Persida, quia fugata sunt castra quę erant in terra Iuda: [6] & quia abiit Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorum, & inualuerunt armis & viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris quæ exciderunt: [7] & quia diruerunt abominationem quam ædificauerant super altare quod erat in Ierusalem: & sanctificationem, sicut prius circumdederunt muris excelsis: sed & Beth-suram ciuitatem suam. [8] Et factum est, vt audiuit rex sermones istos, expauit, & commotus est valde: & décidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat. [9] Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. [10] Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis, Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ solicitudine: [11] & dixi in corde meo, In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ in qua nunc sum: qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea? [12] Nunc verò reminiscor malorum quæ feci in Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam, sine causa. [13] Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna [14] in terra aliena. Et vocauit Philippum vnum de amicis suis, & præposuit eum [15] super vniuersum regnum suum: [16] & dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. [17] Et mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragesimo nono. [18] Et cognouit Lysias, quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adolescentem: & vocauit nomen eius Eupatorem. [19] Et hi qui erant in arce, concluserant Israël in circuitu sanctorum: & quærebant eis mala semper & firmamentum Gentium. [20] Et cogitauit Iudas disperdere eos: & conuocauit vniuersum populum, vt obsiderent eos. [21] Et conuenerunt simul, & obsederūt eos anno centesimo quinquagesimo, & fecerunt balistas & machinas. [22] Et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur: & adiunxerunt se illis aliqui impij ex Israël, [23] & abierunt ad regem, & dixerunt, Quousque non facis iudicium, & vindicas fratres nostros? [24] Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius: [25] & filij populi nostri, propter hoc alienabant se à nobis, & quicūque inueniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates nostræ diripiebantur. [26] Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed & in omnes fines nostros. [27] & ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ierusalem occupare eam, & munitionem in Beth-suram munierunt. [28] & nisi præuenens eos velocius, maiora, quam hæc, facient, & non poteris obtinere eos. [29] Et iratus est rex vt hæc audiuit: & cōuocauit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos qui super equites erant. [30] sed & de regnis alijs, & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitij. [31] Et erat numerus exercitus eius, centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo docti

docti ad prœlium. [32] Et venerunt per Idumęā, & applicuerunt ad Beth-suram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & succenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter. [33] Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharam contra castra regis. [34] Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum contra viam Bethzacharam: & comparauerunt se exercitus in prœlium, & tubis cecinerunt: [35] & elephantis ostenderunt sanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prœliū. [36] & diuiserunt bestias per legiones: & astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis cōcatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati vnicuique bestiæ electi erant. [37] Hi ante tempus vbicunque erat bestia, ibi erant: & quocunque ibat, ibant, & non discedebant ab ea. [38] Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes super singulas bestias: & super eas machinæ: & super singulas viri virtutis trigintaduo, qui pugnabant désuper: & intus magister bestiæ. [39] Et residuum equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitum commouere, & perurgere constipatos in legionibus eius. [40] Et vt refulsit sol in clypeos aureos & æreos, resplenduerūt mōtes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis. [41] Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos, & alia per loca humilia: & ibant cautè & ordinatè. [42] Et commouebantur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & incessu turbæ, & collisione armorum: erat enim exercitus magnus valdè & fortis. [43] Et appropiauit Iudas, & exercitus eius in prœlium: & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. [44] Et vidit Eleazar filius Saura, vnam de bestiis loricatam loricis regis, & erat eminens super cæteras bestias. & visum est ei quòd in ea esset rex: [45] & dedit se vt liberaret populū suum, & acquireret sibi nomen æternum. [46] Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens à dextris, & à sinistris, & cadebant ab eo huc atque illuc. [47] Et iuit sub pedes elephantis, & suppositus se ei, & occidit eum: & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic. [48] Et videntes virtutem regis, & impetum exercitus eius, diuerterunt se ab eis. [49] Castra autem regis ascenderūt contra eos in Ierusalem, & applicuerunt castra regis ad Iudæam & montem Sion. [50] Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura: & exierunt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta conclusis, quia sabbatha erant terræ. [51] Et comprehendit rex Bethsuram: & constituit illic custodiam seruare eam. [52] Et conuertit castra ad locum sanctificationis dies multos: & statuit illuc balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & spicula, & scorpios ad mittendas sagittas & fundibula. [53] Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos. [54] Escæ autem non erant in ciuitate, eo quod septimus annus esset: & qui remanserant in Iudæa de Gentibus, consumpserant reliquias eorum quæ repositæ fuerant. [55] Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames: & dispersi sunt vnusquisque in locum suum. [56] Et audiuit Lysias quòd Philippus quem constituerat rex Antiochus cum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium suum, & regnaret, [57] reuersus esset à Persida & Media, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærebat suscipere regni negotia: [58] & festinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus, Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus quem obsidemus est munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. [59] Nunc itaque demus dextras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum: [60] & constituamus illis vt ambulent in legitimis suis sicut prius. propter legitima enim ipsorum, quæ despeximus, irati sunt, & fecerunt omnia hæc. [61] Et placuit sermo in conspectu regis & principum: & misit ad eos pacem facere: & receperunt illā. Et iurauit illis

rex & principes: & exierunt de munitione. ‡Et intrauit rex montem Sion, & 62
vidit munitionem loci: & rupit citius iuramentum quod iurauit, & mandauit
destruere murum in gyro. ‡Et discessit 63
festinanter, & reuersus est Antiochiam,
& inuenit Philippum dominantem ciuitati: & pugnauit aduersus eum, & occupauit ciuitatem.

CAP. VII.

ANno cẽtesimo quinquagesimo primo exiit Demetrius Seleuci filius 1
ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis
viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. ‡Et factum est: vt ingressus est 2
domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lysiam,
vt adducerent eos ad eum. ‡Et res ei 3
innotuit: & ait, Nolite mihi ostendere
faciem eorum. ‡Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui, ‡& venerunt ad eum viri iniqui 5
& impij ex Israël: & Alcimus dux eorũ,
qui volebat fieri sacerdos. ‡Et accusauerunt populum apud regem, dicentes, 6
Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos, & nos dispersit de terra nostra. ‡Nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat & videat exterminium omne 7
quod fecit nobis & regionibus regis: & punias omnes amicos eius & adiutores eorum. ‡Et elegit rex ex amicis suis Bac- 8
chidem, qui dominabatur trans flumen
magnum in regno, & fidelẽ regi: & misit eum, ‡& Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israël. ‡Et surre- 10
xerunt, & venerunt cum exercitu magno in terram Iuda: & miserũt nuntios,
& locuti sunt ad Iudam, & ad fratres eius
Isa.10,46. verbis pacificis in dolo. ‡Et non intende- 11
runt sermonibus eorum: viderunt
enim quia venerunt cum exercitu magno. ‡Et conuenerunt ad Alcimum & 12
Bacchidem congregatio scribarum requirere quæ iusta sunt: ‡& primi, Assi- 13
dæi qui erant in filiis Israël: & exquirebant ab eis pacem. ‡Dixerunt enim, 14
Homo sacerdos de semine Aaron venit,
non decipiet nos. ‡& locutus est cum 15
eis verba pacifica: & iurauit illis, dicens,
Non inferemus vobis malum, neq; amicis vestris. ‡Et crediderunt ei. Et com- 16
prehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in vna die secundum verbũ quod
scriptum est: ‡'Carnes sanctorum tuo- 17 Psal. 78, 1. 2.3.
rum, & sanguinem ipsorum effuderunt
in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret. ‡Et incubuit timor & tremor in 18
omnem populum: quia dixerunt, Non
est veritas & iudicium in eis: transgressi sunt enim constitutum, & iusiurandum
quod iurauerunt. ‡Et mouit Bacchi- 19
des castra ab Ierusalem, & applicuit in
Bethzecha: & misit, & comprehendit multos ex eis qui ad se refugerant, & quosdam de populo mactauit, & in pu- 20
teum magnum proiecit. ‡Et commisit
regionẽ Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi. ‡Et abiit Bac- 21
chides ad regem: & satis agebat Alcimus
pro principatu sacerdotij sui. ‡& conue- 22
nerunt ad eum omnes qui perturbabant populum suum, & obtinuerũt terram Iuda, & fecerunt plagam magnam
in Israël. ‡Et vidit Iudas omnia mala 23
quæ fecit Alcimus & qui cum eo erant,
filiis Israël, multo plus quàm Gentes.
‡& exiit in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in viros desertores, & cessauerunt vltrà exire in regionem. ‡Vidit autem Alcimus quòd prę- 25
ualuit Iudas & qui cum eo erant: & cognouit quia nõ potest sustinere eos, & regressus est ad regẽ, & accusauit eos multis criminibus. ‡' Et misit rex Nicano- 26 2.Mac.14,1
rem, vnum ex principibus suis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Israël: & mandauit ei euertere popu- 27
lum. ‡Et venit Nicanor in Ierusalem
cum exercitu magno, & misit ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis cũ dolo, 28
‡dicens, Non sit pugna inter me & vos:
veniam cum viris paucis, vt videam facies vestras cum pace. ‡Et venit ad Iu- 29
dam, & salutauerunt se inuicem pacificè: & hostes parati erant rapere Iudam.
‡Et innotuit sermo Iudæ quoniã cum 30
dolo venerat ad eum: & conterritus est
ab eo, & amplius noluit videre faciem eius.

eius. ‡Et cognouit Nicanor quoniam 31
denudatum est consilium eius: & exiuit
obuiam Iudæ in pugnam iuxta Caphar-
salama. ‡Et ceciderunt de Nicanoris 32
exercitu, ferè quinque millia viri, & fugerunt in ciuitatem Dauid. ‡Et post 33
hæc verba ascendit Nicanor in montem
Sion: & exierunt de sacerdotibus populi
salutare eum in pace, & demonstrare ei
holocautomata quæ offerebantur pro
rege. ‡Et irridens spreuit eos, & pol- 34
luit: & locutus est superbè, ‡& iurauit 35
cum ira dicens, Nisi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manꝰ meas: continuò cùm regressus fuero in pace, succendam domum istam. Et exiit cum ira
magna. ‡& intrauerunt sacerdotes, & 36
steterunt ante faciem altaris & templi:
& flentes dixerunt, ‡Tu Domine ele- 37
gisti domum istam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt esset domus orationis & obsecrationis populo tuo: ‡fac 38
vindictam in homine isto, & exercitu
eius, & cadant in gladio: memento blasphemias eorum, & ne dederis eis vt permaneant. ‡Et exiit Nicanor ab Ieruſa- 39
lem, & castra applicuit ad Beth-horon:
& occurrit illi exercitus Syriæ. ‡Et Iu- 40
das applicuit in Adarsa cum tribus millibus viris: & orauit Iudas, & dixit: ‡'Qui 41
misi erant à rege Sennacherib, Domine, quia blasphemauerunt te, 'exiit angelus, & percussit ex eis centum octogintaquinque millia: ‡sic contere ex- 42
ercitum istum, in conspectu nostro hodie, & sciant cæteri quia malè locutus est
super sancta tua, & iudica illum secundum malitiam illius. ‡Et commiserunt 43
exercitus prœliũ tertiadecima die mensis Adar: & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prœlio. ‡Vt 44
autem vidit exercitus eius quia cecidisset
Nicanor, proiecerunt arma sua, & fugerunt: ‡& persecuti sunt eos viam vnius 45
diei ab Adazer, vsquequo veniatur in
Gazara, & tubis cecinerunt post eos cum
significationibus: ‡& exierunt de om- 46
nibus castellis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & conuertebantur iterum ad eos, & ceciderunt omnes
gladio, & nõ est relictus ex eis nec vnus. 47
‡Et acceperunt spolia eorum in præ-
dam: & caput Nicanoris amputauerunt, & dexteram eius quam extenderat
superbè, & attulerunt, & suspenderunt
contra Ierusalem. ‡Et lætatus est po- 48
pulus valdè, & egerunt diem illam in lætitia magna. ‡Et constituit agi omni- 49
bus annis diem istam tertiadecima die
mensis Adar. ‡Et siluit terra Iuda dies 50
paucos.

CAP. VIII.

ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & 1
acquiescunt ad omnia quæ postulantur
ab eis: & quicumque accesserunt ad eos,
statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt
potentes viribus: ‡Et audierunt prœlia 2
eorum, & virtutes bonas quas fecerunt
in Galatia, quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum: ‡& quanta fece- 3
runt in regione Hispaniæ, & quòd in potestatem redegerunt metalla argenti &
auri quæ illic sunt, & possederunt omnẽ
locum consilio suo & patientia: ‡loca- 4
que quę longè erant valde ab eis, & reges
qui superuenerant eis ab extremis terrę,
contriuerunt, & percusserunt eos plaga
magna: cæteri autem dant eis tributum
omnibus annis. ‡& Philippum & Per- 5
sen Ceteorum regem, & cæteros qui aduersum eos arma tulerant, contriuerunt
in bello, & obtinuerunt eos. ‡& An- 6
tiochum magnum regem Asiæ, qui eis
pugnam intulerat, habens centum viginti elephantes, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valdè, con-
tritum ab eis. ‡& quia ceperunt eum 7
viuum, & statuerunt ei vt daret ipse &
qui regnarent post ipsum, tributum magnum, & daret obsides, & constitutum,
‡& regionem Indorum, & Medos, 8
& Lydos de optimis regionibus eorum:
& acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni
regi. ‡& quia qui erant apud Helladam, 9
voluerunt ire, & tollere eos: & innotuit
sermo his, ‡& miserunt ad eos ducem 10
vnum, & pugnauerunt contra illos, &
ceciderunt ex eis multi, & captiuas duxerũt vxores eorum, & filios, & diripue-

runt eos, & terram eorum possederũt, & destruxerunt muros eorum, & in seruitutem illos redegerunt vsque in hunc diem: ‡& residua regna,& insulas quæ 11
aliquando restiterant illis, exterminauerunt,& in potestatem redegerũt. ‡Cum 12
amicis autẽ suis, & qui in ipsis requiem habebant, conseruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna quæ erant proxima,& quæ erant longè: quia quicumque audiebant nomen eorum, timebant eos.

‡quibus verò vellent auxilio esse vt regnarent, regnabant: quos autẽ vellent, regno deturbabant: & exaltati sunt valde. ‡Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. ‡Et quia curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant trecentos viginti consilium agentes semper de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant: ‡& committunt vni homini 16
magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni, & non est inuidia, neque zelus inter eos. ‡Et elegit Iudas Eupolemum filium Iohannis filij Iacob,& Iasonẽ filiũ Eleazari, & misit eos Romam constituere cum illis amicitiam & societatem: ‡& vt auferrent ab eis iugum 18
Græcorum, quia viderunt quòd in seruitutem premerent regnum Israël. ‡Et 19
abierunt Romam viam multam valde, & introierunt curiam,& dixerunt, ‡Iu- 20
das Machabæus, & fratres eius, & populus Iudæorum miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem & pacem,& conscribere nos socios & amicos vestros.

‡Et placuit sermo in conspectu eorum. 21
‡Et hoc rescriptum est quod rescripserunt in tabulis æreis,& miserunt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis& societatis. ‡BENE SIT ROMA- 23
NIS & genti Iuæorum in mari & in terra in æternum: gladiusque & hostis procul sit ab eis. ‡Quòd si institerit bel- 24
lum Romanis prius, aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorum:

‡auxilium feret gens Iudæorum, prout 25
tempus dictauerit, corde pleno: ‡& 26
præliantibus non dabunt,neque subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. ‡Similiter autem & si genti 27
Iudæorum prius acciderit bellum, adiuuabũt Romani ex animo, prout eis tempus permiserit: ‡& adiuuantibus non 28
dabitur triticum, arma, pecunia, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum absque dolo. ‡secun- 29
dum hæc verba constituerunt Romani populo Iuæorum. ‡Quòd si post hæc 30
verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc aliquid voluerint,facient ex proposito suo: & quæcunque addiderint vel dempserint, rata erunt. ‡Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicẽtes, Quare grauasti iugum 31
tuum super amicos nostros, & socios Iudæos? ‡Si ergo iterum adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium,& pugnabimus tecum mari terraque.

CAP. IX.

1 INterea vt audiuit Demetrius quia cecidet Nicanor & exercitus ei⁹ in prælio, apposuit & Bacchidem & Alcimum rursum mittere in Iudæam, & dextrum
2 cornu cum illis. ‡Et abierunt viam quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis: & occupauerunt eã, & peremerunt animas hominum multas. ‡In mense primo anni
3 centesimi & quinquagesimi secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem: ‡&
4 surrexerunt, & abierunt in Beream viginti millia virorum, & duo millia equitum. ‡Et Iudas posuerat castra in Laisa,
5 & tria millia viri electi cum eo: ‡& viderũt multitudinem exercit⁹ quia multi
6 sunt, & timuerunt valde: & multi subtraxerunt se de castris, & non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. ‡Et vidit Iudas quòd defluxit exercitus suus,
7 & bellum perurgebat eum, & confractus est corde: quia non habebat tempus congregandi eos,& dissolutus est.

8 ‡Et dixit his qui residui erant, Surgamus, & eamus ad aduersarios nostros, si
9 poterimus pugnare aduersus eos. ‡Et auertebant eum, dicentes: Non poterimus,

rimus, sed liberemus animas nostras modò,& reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus aduersus eos: nos
10 autem pauci sumus. ‡Et ait Iudas, Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis: & si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros,& non inferamus crimen gloriæ nostræ.

11 ‡Et mouit exercitus de castris, & steterunt illis obuiam:& diuisi sunt equites in duas partes, & fundibularij & sagittarij præibant exercitum, & primi certa-
12 minis omnes potentes. ‡Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit
13 legio ex duabus partibus, & clamabant tubis: ‡exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte Iudæ etiam ipsi, & commota est terra à voce exercituum: & commissum est prœlium à manè vs-
14 que ad vesperam. ‡Et vidit Iudas quòd firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris,& conuenerunt cum ipso omnes
15 constantes corde: ‡& contrita est dextera pars ab eis, & persecutus est eos vs-
16 que ad montem Azoti. ‡Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quòd contritum est dextrum cornu, & secuti sunt post Iudam & eos qui cum ipso erant à
17 tergo: ‡& ingrauatum est prœlium,& ceciderunt vulnerati multi ex his & ex
18 illis. ‡Et Iudas cecidit, & cæteri fugerunt. ‡Et Ionathas,& Simon tulerunt
19 Iudam fratrem suum, & sepelierũt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate
20 Modin. ‡Et fleuerunt eum omnis populus Israël planctu magno:& lugebant
21 dies multos, ‡& dixerunt: Quomodo cecidit potens, qui saluum faciebat po-
22 pulum Israël? ‡Et cætera verba bellorum Iudę, & virtutum quas fecit,& magnitudinis eius non sunt descripta: multa enim erant valde. ‡Et factum est: 23
post obitum Iudæ emerserunt iniqui in omnib⁹ finibus Israël, & exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem. ‡In 24
diebus illis facta est fames magna valdè, & tradidit se Bacchidi omnis regio eorum cum ipsis. ‡Et elegit Bacchides 25
viros impios, & constituit eos dominos
26 regionis: ‡& exquirebant & perscrutabantur amicos Iudæ, & adducebãt eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, &
27 illudebat. ‡Et facta est tribulatio magna in Israël, qualis non fuit ex die qua
28 non est visus propheta in Israël. ‡Et congregati sunt omnes amici Iudæ, & di-
29 xerunt Ionathæ, ‡Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, vir similis ei non est qui exeat cõtra inimicos Bacchidem, & eos qui inimici sunt gentis nostræ.

30 ‡Nunc itaque te hodie elegimus esse pro eo nobis in principem & ducem ad
31 bellandum bellum nostrum. ‡Et suscepit Ionathas tempore illo principatum,
32 & surrexit loco Iudæ fratris sui. ‡Et cognouit Bacchides, & quærebat eum occidere. ‡Et cognouit Ionathas& Simon
33 frater eius, & omnes qui cum eo erant: & fugerunt in desertum Thecuę,& consederunt ad aquam lacus Asphar. ‡Et
34 cognouit Bacchides,& die sabbathorum venit ipse & omnis exercitus eius trans
35 Iordanem. ‡Et Ionathas misit fratrem suum ducem populi,& rogauit Nabu- 18 MS. G.
thæos amicos suos, vt commodarent illis apparatum suum qui erat copiosus. commẽdarent 19 MS. G.
36 ‡Et exierunt filij Iambri ex Madaba,& comprehenderunt Iohannem & omnia quæ habebat,& abierunt habentes ea.

37 ‡Post hæc verba, renuntiatum est Ionathæ & Simoni fratri eius, quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Madaba filiam vniusde magnis principibus Chanáan cum am-
38 bitione magna. ‡Et recordati sunt sanguinis Iohannis fratris sui: & ascenderunt, & abscenderunt se sub tegumento
39 montis. ‡Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus: & sponsus processit, & amici ei⁹,& fratres eius obuiam illis cum tympanis, & musicis, & armis multis.

40 ‡Et surrexerunt ad eos ex insidiis,& occiderũt eos,& ceciderunt vulnerati multi, & residui fugerunt in montes: & ac-
41 ceperunt omnia spolia eorum, ‡& conuersæ sunt nuptiæ in luctum, & vox mu-
42 sicorum ipsorum in lamentum. ‡Et vindicauerunt vindictam sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad ripam Iordanis.

‡ Et

43 ‡Et audiuit Bacchides,& venit die sab-
bathorum vsque ad oram Iordanis in
virtute magna. 44 ‡Et dixit ad suos Iona-
thas,Surgamus,& pugnemus contra ini-
micos nostros. non est enim hodie sicut
heri,& nudiustertius. 45 ‡ecce enim bel-
lum ex aduerso,aqua verò Iordanis hinc
& inde,& ripæ,& paludes,& saltus:&
Exod.20,3. non est locus diuertendi. 46 ‡Nunc ergo
clamate in cælũ,vt liberemini de manu
inimicorum vestrorum. Et commissum
est bellum. 47 ‡Et extendit Ionathas ma-
num suam percutere Bacchidem, & di-
uertit ab eo retro: 48 ‡& dissiliit Ionathas
& qui cum eo erãt in Iordanem,& trans-
natauerunt ad eos Iordanem. 49 ‡& ceci-
derunt de parte Bacchidis die illa mille
viri: & reuersi sunt in Ierusalem, 50 ‡&
ædificauerunt ciuitates munitas in Iu-
dæa, munitionem quæ erat in Iericho,
& in Ammaum, & in Beth-horon,& in
Beth-el, & Thamnata, & Phara, &
Thopo muris excelsis & portis & seris.

51 ‡Et posuit custodiam in eis,vt inimici-
tias exercerent in Israël: 52 ‡& muniuit
ciuitatem Beth-suram, & Gazaram, &
arcem, & posuit in eis auxilia, & appa-
ratum escarum: 53 ‡& accepit filios prin-
cipum regionis obsides, & posuit eos in
arce in Ierusalẽ in custodiam. 54 ‡Et anno
centesimo quinquagesimotertio,mense
secundo præcepit Alcimus destrui mu-
ros domus sanctæ interioris, & destrui
opera prophetarum: & cœpit destrue-
re. 55 ‡In tempore illo percussus est Alci-
mus: & impedita sunt opera illius, &
occlusum est os eius, & dissolutus est
paralysi, nec vltrà potuit loqui verbum
& mandare de domo sua. 56 ‡Et mortuus
est Alcimus in tempore illo cũ tormento
magno. 57 ‡Et vidit Bacchides quoniam
mortuus est Alcimus: & reuersus est ad
regem, & siluit terra Iuda annis duo-
bus. 58 ‡Et cogitauerunt omnes iniqui
dicentes, Ecce Ionathas, & qui cum eo
sunt, in silentio habitant confidenter:
nunc ergo adducamus Bacchidem, &
comprehendet eos omnes vna nocte.

59 ‡Et abierunt,& consilium ei dederunt.
60 ‡Et surrexit vt veniret cum exercitu
multo: & misit occultè epistolas sociis
suis qui erant in Iudæa, vt comprehen-
derent Ionathã & eos qui cum eo erant:
sed nõ potuerunt, quia innotuit eis con-
61 silium eorum. ‡Et apprehendit de viris
regionis, qui principes erant militiæ
62 quinquaginta viros, & occîdit eos. ‡&
fecessit Ionathas, & Simon, & qui cum
eo erant in Beth-bessen, quæ est in de-
serto: & extruxit diruta eius, & firma-
63 uerunt eam. ‡Et cognouit Bacchides,
& cõgregauit vniuersam multitudinem
suam: & his qui de Iudæa erant denun-
64 tiauit. ‡Et venit, & castra posuit desu-
per Bethbessen: & oppugnauit eam dies
65 multos,& fecit machinas. ‡Et reliquit
Ionathas Simonem fratrem suum in ci-
uitate, & exiit in regionem, & venit
66 cum numero, ‡& percussit Odaren &
fratres eius, & filios Phaseron in taber-
naculis ipsorum,& cœpit cædere & cre-
67 scere in virtutibus. ‡Simon verò, &
qui cum ipso erant, exierunt de ciuitate,
68 & succenderunt machinas. ‡& pugna-
uerunt contra Bacchidem, & contritus
est ab eis, & afflixerunt eum valde,quo-
niam consilium eius & congressus eius
69 erat inanis. ‡Et ratus contra viros ini-
quos qui ei consilium dederant vt veni-
ret in regionem ipsorum, multos ex eis
occidit: ipse autẽ cogitauit cum reliquis
70 abire in regionem suam. ‡Et cognouit
Ionathas: & misit ad eum legatos com-
ponere pacem cum ipso, & reddere ei
71 captiuitatem. ‡Et libenter accepit,&
fecit secundum verba eius, & iurauit se
nihil facturum ei mali omnibus diebus
72 vitæ eius. ‡Et reddidit ei captiuitatem
quam prius erat prædatus de terra Iuda:
& cõuersus abiit in terram suam,& non
apposuit amplius venire in fines eius.

73 ‡Et cessauit gladius ex Israël: & habi-
tauit Ionathas in Machmas,& cœpit Io-
nathas ibi iudicare populum,& exterми-
nauit impios ex Israël.

CAP. X.

1 ET anno centesimo sexagesimo ascẽ-
dit Alexander Antiochi filius, qui
cognominatus est Nobilis: & occupauit
Ptolemaidam, & receperunt eum, & re-
gnauit

18 MS. R. *Verbum in codicibus* G. *legitur.*

gnauit illic. 2 ‡Et audiuit Deme-
trius rex, & congregauit exercitum co-
piosum valdè, & exiuit obuiam illi in
prœlium. 3 ‡Et misit Demetrius epi-
stolam ad Ionathan verbis pacificis, vt
magnificaret eum: 4 ‡dixit enim, An-
ticipemus facere pacem cum eo, priusq
quam faciat cum Alexandro aduersum
nos. 5 ‡recordabitur enim omnium
malorum quæ fecimus in eum,& in fra-
trem eius,& in gentem eius. 6 ‡Et dedit
ei potestatem congregandi exercitum,
& fabricare arma, & esse ipsum sociũ
eius, & obsides qui erant in arce iussit
tradi ei. 7 ‡Et venit Ionathas in Ieruса-
lem, & legit epistolas in auditu omnis
populi,& eorum qui in arce erant. 8 ‡Et
timuerunt timore magno,quoniam au-
dierunt quòd dedit ei rex potestatẽ con-
gregandi exercitum. 9 ‡Et traditi sunt
Ionathæ obsides, & reddidit eos paren-
tibus suis: 10 ‡& habitauit Ionathas in Ie-
rusalem,& cœpit ædificare & innouare
ciuitatem. 11 ‡Et dixit facientibus ope-
ra, vt extruerent muros, & montem
Sion in circuitu lapidibus quadratis ad
munitionem: & ita fecerunt. 12 ‡Et fu-
gerunt alienigenæ qui erant in munitio-
nibus quas Bacchides ædificauerat: 13 ‡&
reliquit vnusquisque locum, & abiit in
terram suam: 14 ‡tantum in Beth-sura
remanserunt aliqui ex his qui relique-
rant legem & præcepta Dei. erat enim
hæc eis ad refugium. 15 ‡Et audiuit Ale-
xander rex promissa quæ promisit De-
metrius Ionathæ: & narrauerũt ei prœ-
lia, & virtutes quas ipse fecit, & fratres
eius,& labores quos laborauerunt: 16 ‡&
ait, Nunquid inueniemus aliquem vi-
rum talem? & nunc faciemus eum ami-
cum,& socium nostrum. 17 ‡Et scripsit
epistolam, & misit ei secundum hæc
verba,dicens: 18 ‡REX Alexander fratri
Ionathæ salutem. 19 ‡Audiuimus de te
quòd vir potens sis viribus, & aptus es
vt sis amicus noster: 20 ‡& nunc consti-
tuimus te hodie summum sacerdotem
gentis tuæ, vt amicus vocêris regis (&
misit ei purpuram & coronam auream)
& quæ nostra sunt sentias nobiscum, &
21 conserues amicitias ad nos. ‡Et induit
se Ionathas stola sancta septimo mense,
anno centesimo sexagesimo in die so-
lenni scenopegiæ: & congregauit exer-
22 citum, & fecit arma copiosa. ‡Et au-
diuit Demetrius verba ista, & contrista-
23 tus est nimis, & ait, ‡Quid hoc feci-
mus, quòd præoccupauit nos Alexan-
der apprehendere amicitiam Iudæorum
24 ad munimen sui? ‡Scribam & ego illis
verba deprecatoria, & dignitates, & do-
25 na: vt sint mecum in adiutorium. ‡Et
scripsit eis in hæc verba, Rex Demetrius
26 genti Iudæorum salutem. ‡Quoniam
seruastis ad nos pactum, & mansistis in
amicitia nostra, & non accessistis ad ini-
micos nostros, audiuimus, & gauisi su-
27 mus. ‡Et nunc perseuerate adhuc con-
seruare ad nos fidem,& retribuemus vo-
bis bona pro his quæ fecistis nobiscum.
28 ‡Et remittemus vobis præstationes
multas, & dabimus vobis donationes.
29 ‡Et nunc absoluo vos & omnes Iu-
dæos à tributis, & pretia salis indulgeo,
& coronas remitto, & tertias seminis:
30 ‡& dimidiã partem fructus ligni quod
est portionis meæ, relinquo vobis ex ho-
dierno die & deinceps, ne accipiatur à
terra Iuda & à tribus ciuitatibus quæ ad-
ditæ sunt illi ex Samaria & Galilæa ex
31 hodierna die & in totum tempus: ‡&
Ierusalem sit sancta & libera cum fini-
bus suis: & decimæ & tributa,ipsius sint.
32 ‡Remitto etiam potestatem arcis quæ
est in Ierusalem: & do eam summo sa-
cerdoti, vt cõstituat in ea viros quoscun-
33 que ipse elegerit,qui custodiat eam. ‡Et
omnem animã Iudæorum,quæ captiua
est à terra Iuda in omni regno meo, re-
linquo liberam gratis, vt omnes à tribu-
tis soluantur, etiam pecorum suorum.
34 ‡Et omnes dies solennes, & sabbatha,
& neomeniæ, & dies decreti, & tres dies
ante diem solennem, & tres dies post
diem solennem sint omnes immunitatis
& remissionis omnibus Iudæis qui sunt
35 in regno meo: ‡& nemo habebit po-
testatem agere aliquid,& mouere negо-
tia aduersus aliquem illorum in omni
36 causa. ‡Et ascribantur ex Iudæis in ex-
ercitu

ercitu regis ad triginta millia virorum,& dabuntur illis copię vt oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni:
37 ‡& ex his constituentur super negotia regni quæ aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulẽt in legib⁹ suis, sicut præcepit rex in terra Iuda. 38 ‡Et tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur: vt sint sub vno, & non obediant alienæ potestati, nisi summi sacerdotis: 39 ‡ Ptolemaida & confines eius, quas dedi donum sanctis qui sunt in Ierusalem ad necessarios sumptus sanctorum. 40 ‡Et ego do singulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis, quæ me contingunt: 41 ‡& omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erant annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. 42 ‡Et super hæc quinque millia siclorum argenti, quæ accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos: & hæc ad sacerdotes pertineant, qui ministerio funguntur. 43 ‡Et quicunque confugerint in templũ quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa quæ sunt eis in regno meo, libera habeant. 44 ‡ Et ad ædificanda vel restauranda opera sanctorum, sumptus dabũtur de ratione regis:
45 ‡& ad extruendos muros in Ierusalem & communiendos in circuitu, sumptus dabũtur de ratione regis, & ad cõstruendos muros in Iudæa. 46 ‡ Vt audiuit autem Ionathas & populus sermones istos, Sup 7,12. 'non crediderunt eis, nec receperunt eos: quia recordati sunt malitiæ magnæ quam fecerat in Israël, & tribulauerat eos valde. 47 ‡Et complacuit eis in 'Alexandrum', quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. 48 ‡Et congregauit rex Alexander exercitum magnũ, & admouit castra contra Demetrium. 49 ‡Et commiserunt prœlium duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecutus est eum Alexander, & incubuit super eos.
50 ‡ Et inualuit prœlium nimis, donec occidit Sol: & cecidit Demetrius in die
51 illa. ‡Et misit Alexander ad Ptolemæũ regem Ægypti legatos secundum hæc
52 verba dicens: ‡QVONIAM regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum, & contriui Demetrium, & possedi
53 regionem nostram, ‡& commisi pugnam cum eo, & contritus est ipse, & castra eius à nobis, & sedemus in sede regni
54 eius: ‡& nunc statuamus adinuicem amicitiam: & da mihi filiam tuam vxorem, & ego ero gener tuus, & dabo tibi
55 dona, & ipsi dignitatem. ‡Et respondit rex Ptolemæus, dicens: FELIX dies in qua reuersus es ad terram patrum tuo-
56 rum, & sedisti in sede regni eorum. ‡Et nunc faciam tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamus inuicem nos, & spondeam tibi sicut di-
57 xisti. ‡Et exiuit Ptolemæus de Ægypto, ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimo
58 secundo. ‡Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatram filiam suam: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, sicut re-
59 ges, in magna gloria. ‡Et scripsit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiam
60 sibi. ‡Et abiit cum gloria Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum, & aurum, & dona: & inuenit gratiam in conspe-
61 ctu eorum. ‡Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israël, viri iniqui interpellantes aduersus eum: & non in-
62 tendit ad eos rex. ‡Et iussit spoliari Ionathan vestibus suis, & indui eum purpura: & ita fecerunt. Et collocauit eum
63 rex sedere secum. ‡Dixitque principibus suis, Exite cum eo in medium ciuitatis, & prędicate, vt nemo aduersus eum interpellet de vllo negotio, nec quisquã
64 ei molestus sit de vlla ratione. ‡Et factum est, vt viderunt qui interpellabant gloriam eius quæ prædicabatur, & oper-
65 tum eum purpura, fugerunt omnes: ‡& magnificauit eum rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum duce-
66 cem, & participem principatus. ‡Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cũ pace & lætitia.

67 ‡In anno centesimo sexagesimoquinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terrã patrum suorum.
68 ‡Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valde, & reuersus est Antiochiam.
69 ‡Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœlesyriæ: & congregauit exercitum magnum, & accessit ad Iamniam: & misit
70 ad Ionathan summum sacerdotem, ‡dicens, Tu solus resistis nobis: ego autem factus sum in derisum & in opprobriũ, propterea quia tu potestatem aduersum nos exerces in montibus.
71 ‡Nunc ergo si confidis in virtutibus tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem: quia mecum est virtus bellorum.
72 ‡Interroga & disce quis sum ego & cæteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt quia non potest stare pes vester ante faciem nostram, quia bis in fugam cõuersi sunt patres tui in terra sua:
73 ‡& nunc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo, vbi non est lapis, neque saxum, neque locus fugiendi?
74 ‡ Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij, motus est animo: & elegit decem millia virorum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutorium:
75 ‡ & applicuerunt castra in Ioppen, & exclusit eum à ciuitate: quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eam.
76 ‡Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen.
77 ‡Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum, & exercitum multum.
78 ‡Et abiit Azotum tamquam iter faciens, & statim exiit in campum: eo quòd haberet multitudinem equitum, & confideret in eis. Et insecutus est eũ Ionathas in Azotum, & commiserunt prœlium.
79 ‡Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occultè.
80 ‡Et cognouit Ionathas quoniam insidiæ sunt post se, & circuierunt castra eius, & iecerunt iacula in populum à manè vsque ad vesperam.
81 ‡Populus autem stabat, sicut præceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorum.
82 ‡Et eiecit Simon exercitum suum, & commisit contra legionem, equites enim fatigati erant, & contriti
83 sunt ab eo, & fugerunt. ‡ Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethdagon
84 idolum suum, vt ibi se liberarent. ‡Et succendit Ionathas Azotum, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit spolia eorum, & templum Dagon: & omnes qui fugerunt in illud, succen-
85 dit igni. ‡ Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui succensi sunt, ferè
86 octo millia virorum. ‡Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonem: & exierunt de ciuitate obuiam illi
87 in magna gloria. ‡Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum suis, habenti-
88 bus spolia multa. ‡Et factum est: vt audiuit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionathan.
89 ‡Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei Accaron & omnes fines eius in possessionem.

CAP. XI.

1 ET rex Ægypti congregauit exercitum, sicut arenã quæ est circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere
2 illud regno suo. ‡Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eo quòd
3 socer suus esset. ‡Cùm autem introiret ciuitatem Ptolemæus, ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus.
4 ‡ Et vt appropiauit Azoto, ostenderunt ei templum Dagõ succensum igni, & Azotum, & cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorum qui cæsi erant in bello tumulos quos fecerant se-
5 cus viam. ‡ Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam facerent
6 ei: & tacuit rex. ‡Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierunt illic.
7 ‡Et abiit Ionathas cum rege vsque ad fluuium qui vocabatur Eleutherus: &
8 reuersus est in Ierusalem. ‡ Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum

uitatum vsque Seleuciam maritimam, & cogitabat in Alexandrum consilia mala. ‡Et misit legatos ad Demetriũ,di- 9
cens, VENI,cõponamus inter nos pactũ, & dado tibi filiam meam quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui. ‡pœnitet enim me quòd dederim 10
illi filiam meam: quæsiuit enim me occidere. ‡ Et vituperauit eum, pro- 11
pterea quòd concupierat regnum eius.

‡Et abstulit filiam suam, & dedit eam 12
Demetrio, & alienauit se ab Alexandro, & manifestatæ sunt inimicitiæ eius.

‡Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, 13
& imposuit duo diademata capiti suo, Ægypti & Asiæ. ‡ Alexander autem 14
rex erat in Cilicia illis temporibus: quia rebellabant qui erant in locis illis. ‡ Et 15
audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum: & produxit Ptolemæus rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eum. ‡ Et fugit Alexander 16
in Arabiam, vt ibi protegeretur: rex autem Ptolemæus exaltatus est. ‡ Et ab- 17
stulit Zabdiel Arabs caput Alexandri; & misit Ptolemæo. ‡Et rex Ptolemæus 18
mortuus est in die tertia: & qui erant in munitionibus, perierunt ab his qui erant intra castra. ‡ Et regnauit De- 19
metrius anno centesimo sexagesimoseptimo. ‡In diebus illis congregauit Io- 20
nathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarent arcem quæ est in Ierusalem: & fecerunt contra eam machinas multas.

‡Et abierunt quidam qui oderant 21
gentem suam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiauerunt ei quòd Ionathas obsideret arcem. ‡Et vt au- 22
diuit, iratus est: & statim venit ad Ptolemaidam, & scripsit Ionathæ ne obsideret arcem, sed occurreret sibi ad colloquium festinato. ‡Vt audiuit autem 23
Ionathas, iussit obsidere: & elegit de senioribus Israël, & de sacerdotibus, & dedit se periculo. ‡ Et accepit au- 24
rum & argentum, & vestem, & alia xenia multa, & abiit ad regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conspectu eius. ‡Et interpellabant aduersus 25
eum quidam iniqui ex gente sua. ‡Et 26
fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in conspectu
27 omnium amicorum suorum, ‡& statuit ei principatum sacerdotij, & quæcunque alia habuit prius pretiosa, & fe-
28 cit eum principem amicorum. ‡Et postulauit Ionathas à rege vt immunem faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius: & promi-
29 sit ei talenta trecenta. ‡Et cõsensit rex: & scripsit Ionathæ epistolas de his omnibus, hunc modum continentes.

30 ‡REX Demetrius fratri Ionathæ sa-
31 lutem & genti Iudæorum. ‡Exemplum epistolæ, quam scripsimus Lastheni parenti nostro de vobis, misimus ad vos
32 vt sciretis: ‡Rex Demetrius Lastheni
33 parenti salutem. ‡Genti Iudæorum amicis nostris, & conseruantibus quæ iusta sunt apud nos, decreuimus benefacere, propter benignitatem ipsorum
34 quam erga nos habent. ‡Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, Lydan & Ramathan, quæ additæ sunt Iudææ ex Samaria, & omnes confines earum sequestrari omnibus sacrificantibus in Ierosolymis pro his quæ ab eis prius accipiebat rex per singulos annos, & pro fructibus terræ & pomorum.

35 ‡Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis: & areas salinarum, &
36 coronas quæ nobis deferebantur, ‡omnia ipsis concedimus. & nihil horum irritum erit ex hoc & in omne tempus.
37 ‡Nũc ergo curate facere horũ exemplũ, & detur Ionathæ, & ponatur in monte
38 sancto, & in loco celebri. ‡Et videns Demetrius rex quòd siluit terra in conspectu suo, & nihil ei restitit, dimisit totum exercitum suum, vnumquemque in locum suum, excepto peregrino exercitu quem traxit ab insulis Gentium: & inimici erant ei omnes exer-
39 citus patrum eius. ‡Tryphon autem erat quidam partium Alexandri prius: & vidit quoniam omnis exercitus murmurauit contra Demetrium, & iuit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat An-
40 tiochum filium Alexandri: ‡& assidebat

debat ei, vt traderet eum ipsi, vt regnaret loco patris sui: & enuntiauit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum eius aduersus illum. Et mansit ibi diebus multis. ‡Et misit Iona- 41
thas ad Demetrium regem, vt eiiceret eos qui in arce erant in Ierusalem, & qui in præsidiis erant: quia impugnabant Israël. ‡Et misit Demetrius ad Iona- 42
than, dicens, Non hæc tantum faciam tibi & genti tuæ, sed gloria illustrabo te & gentẽ tuam cùm fuerit oportunum.

‡Nunc ergo rectè feceris, si miseris in 43
auxiliũ mihi viros: quia discessit omnis exercitus meus. ‡Et misit ei Ionathas 44
tria millia virorũ fortium Antiochiam: & venerunt ad regem, & delectatus est rex in aduentu eorum. ‡Et conuene- 45
runt qui erant de ciuitate, centum viginti millia virorum, & volebant interficere regem. ‡Et fugit rex in aulam: & 46
occupauerunt qui erant de ciuitate, itinera ciuitatis, & cœperunt pugnare.

‡Et vocauit rex Iudæos in auxilium, 47
& conuenerunt omnes simul ad eum, & dispersi sunt omnes per ciuitatem:

‡& occiderunt in illa die centum mil- 48
lia hominum, & succenderunt ciuitatẽ, & ceperunt spolia multa in die illa, & liberauerunt regem. ‡Et viderunt qui 49
erant de ciuitate, quòd obtinuissent Iudæi ciuitatẽ sicut volebant: & infirmati sunt mente sua, & clamauerunt ad regẽ cum precibus, ‡dicentes, Da nobis de- 50
xtras, & cessent Iudæi oppugnare nos & ciuitatem. ‡Et proiecerunt arma sua, 51
& fecerunt pacem, & glorificati sunt Iudæi in conspectu regis, & in conspectu omnium qui erant in regno eius, & nominati sunt in regno: & regressi sunt in Ierusalem, habentes spolia multa. ‡Et 52
sedit Demetrius rex in sede regni sui: & siluit terra in conspectu eius. ‡Et men- 53
titus est omnia quæcunque dixit, & abalienauit se à Ionatha, & non retribuit ei secundum beneficia quæ sibi tribuerat, & vexabat eum valde. ‡Post hæc 54
autem reuersus est Tryphon, & Antiochus cum eo puer adolescens, & regnauit, & imposuit sibi diadema. ‡Et 55
congregati sunt ad eum omnes exercitus quos dispersérat Demetrius, & pugnauerunt contra eum: & fugit, & terga
56 vertit. ‡Et accepit Tryphon bestias,
57 & obtinuit Antiochiam: ‡& scripsit Antiochus adolescens Ionathæ, dicens, constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor ciuitates, vt sis de ami-
58 cis Regis. ‡Et misit illi vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere
59 fibulam auream: ‡& Simonẽ fratrem eius constituit ducem à terminis Tyri
60 vsque ad fines Ægypti. ‡Et exiit Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitates: & congregatus est ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium, & venit Ascalonem, & occurrerunt ei honorifi-
61 cè de ciuitate. ‡Et abiit inde Gazam: & concluserunt se qui erant Gazæ, & obsedit eam, & succendit quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus est eam.

62 ‡Et rogauerunt Gazenses Ionathan, & dedit illis dextram: & accepit filios eorum obsides, & misit illos in Ierusalem: & perambulauit regionem vsque
63 Damascum. ‡Et audiuit Ionathas quòd præuaricati sunt principes Demetrij in Cades quæ est in Galilæa cum exercitu multo, volentes eum remouere à ne-
64 gotio regni: ‡Et occurrit illis: fratrem autem suum Simonem reliquit intra
65 prouinciam. ‡Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus
66 multis, & concluſit eos. ‡Et postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: & eiecit eos inde, & cepit ciuita-
67 tem, & posuit in ea præsidium. ‡Et Ionathas & castra eius applicuerunt ad aquam Genesar, & ante lucem vigilaue-
68 runt in campo Asor. ‡& ecce castra alienigenarum occurrebant in campo, & tendebant ei insidias in montibus: ipse
69 autem occurrit ex aduerso. ‡Insidiæ verò exurrexerunt de locis suis, & com-
70 miserunt prœlium. ‡Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ omnes, & nemo relictus est ex eis, nisi Mathathias fi-
71 lius Absolomi, & Iudas filius Calphi princeps militiæ exercitus. ‡Et scidit

Ionathas veſtimenta ſua, & poſuit terram in capite ſuo, & orauit. ‡Et reuerſus eſt Ionathas ad eos in prœlium, & conuertit eos in fugã, & pugnauerunt. 72

‡Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reuerſi ſunt ad eum, & inſequebantur cum eo omnes vſque Cades ad caſtra ſua, & peruenerunt vſque illuc. & ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum: & reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem. 73

CAP. XII.

ET vidit Ionathas quia tempus eum iuuat, & elegit viros, & miſit eos Romam ſtatuere & renouare cum eis amicitiam: ‡& ad Spartiatas, & ad alia loca miſit epiſtolas ſecundum eandem formam. ‡& abierunt Romam, & intrauerunt curiam, & dixerunt, Ionathas ſummus ſacerdos, & gens Iudæorum miſerunt nos, vt renouaremus amicitiam & ſocietatẽ ſecundum priſtinum. 1 2 3

‡Et dederunt illis epiſtolas ad ipſos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cum pace. ‡Et hoc eſt exemplum epiſtolarum quas ſcripſit Ionathas Spartiatis. ‡IONATHAS ſummus ſacerdos, & ſeniores gentis, & ſacerdotes, & reliquus populus Iudæorum, Spartiatis fratribus ſalutem. ‡Iampridem miſſæ erant epiſtolæ ad Oniam ſummum ſacerdotẽ à Dario qui regnabat apud vos, quoniam eſtis fratres noſtri, ſicut ſcriptum' continet quod ſubiectum eſt. 4 5 6 7

‡Et ſuſcepit Onias virum qui miſſus fuerat, cum honore: & accepit epiſtolas, in' quibus ſignificabatur de ſocietate & amicitia. ‡‡Nos cùm nullo horum indigeremus, habentes ſolatio ſanctos libros qui ſunt in manibus noſtris, 8 9

‡maluimus mittere ad vos renouare fraternitatẽ & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis: multa enim tempora tranſierunt, ex quo miſiſtis ad nos. 10

‡Nos ergo in omni tempore ſine intermiſſione in diebus ſolẽnibus, & cæteris quibus oportet, memores ſumus veſtri in ſacrificiis quæ offerimus, & in obſeruationibus ſicut fas eſt & decet meminiſſe fratrũ. ‡Lætamur itaq. de gloria 11 12

veſtra. ‡Nos autem circundederunt multæ tribulationes, & multa prœlia, & impugnauerũt nos reges qui ſunt in circuitu noſtro. ‡Noluimus ergo vobis moleſti eſſe, neque cæteris ſociis, & amicis noſtris in his prœliis. ‡habuimus enim de cælo auxiliũ, & liberati ſumus nos, & humiliati ſunt inimici noſtri. 13 14 15

‡Elegimus itaq. Numeniũ Antiochi, & Antipatrẽ Iaſonis filium', & miſimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & ſocietatem priſtinam. ‡Mandauimus itaque eis vt veniant etiam ad vos, & ſalutent vos. & reddãt vobis epiſtolas noſtras de innouatione fraternitatis noſtræ. ‡Et nunc benefacietis reſpondentes nobis ad hæc. ‡Et hoc reſcriptum eſt' epiſtolarum, 'quod miſerat Onias. ‡Rex Spartiatarum Onias Ionathæ ſacerdoti magno ſalutem. ‡Inuentum eſt in ſcriptura de Spartiatis & Iudæis, quoniam ſunt fratres, & quod ſunt de genere Abraham. ‡Et nunc ex quo hæc cognouimus, 'benefacitis ſcribentes nobis de pace veſtra: ‡Sed & nos reſcripſimus vobis, Pecora noſtra & poſſeſſiones noſtræ, veſtræ ſunt; & veſtræ, noſtræ: mandauimus itaque hæc nuntiari vobis. ‡Et audiuit Ionathas quoniam regreſſi ſunt principes Demetrij cum exercitu multo ſuprà quam prius, pugnare aduerſus eum. ‡& exiit ab Ieruſalem, & occurrit eis in Amathite regione: non enim dederat eis ſpatium vt ingrederentur regionem eius. ‡Et miſit ſpeculatores in caſtra eorum: & reuerſi renuntiauerunt quod conſtituunt ſuperuenire illis nocte 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26

‡Cùm occidiſſet autem ſol, præcepit Ionathas ſuis vigilare, & eſſe in armis paratos ad pugnam tota nocte, & poſuit cuſtodes per circuitum caſtrorum. 27

‡Et audierunt aduerſarij quod paratus eſt Ionathas cum ſuis in bello: & timuerunt, & formidauerunt in corde ſuo: & accenderunt focos in caſtris ſuis. ‡Ionathas autem & qui cum eo erant, non cognouerunt vſque manè: videbant autem luminaria ardentia, ‡& ſecutus eſt eos Ionathas, & non comprehendit eos: 28 29 30

*reſcriptum Ms. G.

-5 MS. *enim MS R. *Et nos igitur c.

'benefaciti Cod. 2 MS. G.

eos: tranſierant enim flumen Eleutherum. ‡Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabantur Zabadæi: & percuſſit eos, & accepit ſpolia eorum. ‡Et iunxit, & venit Damaſcum, & perambulabat omnem regionem illam. ‡Simon autem exiit, & venit vſque ad Aſcalonem, & ad proxima præſidia: & declinauit in Ioppen, & occupauit eam. 31 32 33

‡(audiuit enim quod vellent præſidiũ tradere partibus Demetrij) & poſuit ibi cuſtodes, vt cuſtodirent eam. ‡Et reuerſus eſt Ionathas, & conuocauit ſeniores populi, & cogitauit cum eis ædificare præſidia in Iudæa, ‡& ædificare muros in Ieruſalem, & exaltare altitudine magna inter medium arcis & ciuitatis, vt ſepararet eam à ciuitate, vt eſſet ipſa ſingulariter, & neque emant, neque vendant. ‡Et conuenerunt vt ædificarent ciuitatem: & cecidit murus qui erat ſuper torrentem ab ortu ſolis, & reparauit eum qui vocatur Caphetetha: ‡ & Simon ædificauit Adiada in Sephela, & muniuit eam, & impoſuit portas & ſeras. ‡Et cùm cogitaſſet Tryphon regnare Aſiæ, & aſſumere diadema, & extendere manũ in Antiochum regem: ‡timens ne fortè non permitteret eum Ionathas, ſed pugnaret aduerſus eũ, quærebat comprehendere eum, & occidere. Et exurgens abiit in Betſan. 34 35 36 37 38 39 40

‡Et exiuit Ionathas obuiam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in prœlium, & venit Bethſan. ‡Et vidit Tryphõ quia venit Ionathas cum exercitu multo, vt extenderet in eum manus: & timuit. ‡‡& excepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis ſuis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus ſuis vt obedirent ei, ſicut ſibi. ‡Et dixit Ionathæ, Vt quid vexaſti vniuerſum populum, cùm bellum nobis non ſit? ‡Et nunc remitte eos in domos ſuas: elige autem tibi viros paucos qui tecum ſint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præſidia & exercitum & vniuerſos præpoſitos negotij, & conuerſus abibo: propterea enim veni. ‡Et credidit ei, & fecit ſicut dixit: & dimiſit exercitum, & abierunt in terram Iuda. 41 42 43 44 45 46

‡retinuit autem ſecum tria millia virorum: ex quibus remiſit in Galilæam duo millia, mille autem venerunt cum eo. ‡Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauſerũt portas ciuitatis Ptolemenſes: & comprehenderunt eum: & omnes qui cum eo intrauerant, gladio interfecerunt. ‡Et miſit Tryphon exercitum & equites in Galilæam, & in campum magnum, vt perderent omnes ſocios Ionathæ. ‡At illi cùm cognouiſſent quia comprehenſus eſt Ionathas, & periit, & omnes qui cum eo erãt: hortati ſunt ſemetipſos, & exierũt parati in prœlium. ‡Et videntes hi qui inſecuti fuerant, quia pro anima res eſt illis, reuerſi ſunt: ‡illi autem venérunt omnes cum pace in terram Iuda. Et planxerunt Ionatham, & eos qui cum ipſo erant valde: & luxit Iſraël luctu magno. ‡Et quæſierunt omnes gentes quæ erant in circuitu eorum, conterere eos. ‡dixerunt enim, Non habent principem & adiuuantem: nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum. 47 48 49 50 51 52 53 54

CAP. XIII.

ET audiuit Simon quod congregauit Tryphon exercitum copioſum, vt veniret in terram Iuda, & attereret eam. 1

‡Videns quia in tremore populus eſt & in timore, aſcendit Ieruſalem, & congregauit populũ: ‡& adhortans dixit, Vos ſcitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus & pro ſanctis prœlia, & anguſtias quales vidimus: ‡horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Iſraël, & relictus ſum ego ſolus. ‡Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior ſum fratribus meis. ‡Vindicabo itaq. gentẽ meã & ſancta, natos quoque 'noſtros', & vxores: quia congregatæ ſunt vniuerſæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. ‡Et accenſus eſt ſpiritus populi ſimul vt audiuit ſermones iſtos: ‡& reſponderunt voce magna dicentes, Tu es dux noſter loco Iudæ & 2 3 4 5 6 7 8

'veſtros 13 MS. G. Pro Textu autem faciunt R. & q. q.

Ionathæ fratris tui. ‡pugnà prœlium 9
nostrum: & omnia quæcunque dixeris
nobis faciemus. ‡Et congregãs omnes 10
viros bellatores, accelerauit consummare vniuersos muros Ierusalem, & muniuit eam in gyro. ‡Et misit Ionathan 11
filium Absalomi, & cum eo exercitum
nouum in Ioppen, & eiectis his qui
erant in arce, remansit illic ipse. ‡Et 12
mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo, vt veniret in terram Iuda,
& Ionathas cum eo in custodia. ‡Si- 13
mon autem applicuit in Addus contra
faciem campi. ‡Et vt cognouit Try- 14
phon quia surrexit Simon loco fratris
sui Ionathæ; & quia commissurus esset
cum eo prœlium: misit ad eum legatos,
‡dicens, pro argento quod debebat 15
frater tuus Ionathas in ratione Regis,
-15 MS. Verius in G. codicibus legitur
'propter negotia quæ habuit', detinuimus eum. ‡Et nunc mitte argenti ta- 16
lenta centum, & duos filios eius obsides, vt non dimissus fugiat à nobis, &
remittemus eum. ‡Et cognouit Simon 17
quia cum dolo loqueretur secum, iussit tamen dari argentum, & pueros:
ne inimicitiam magnam sumeret ad populum Israël, dicentem, ‡Quia non 18
misit ei argentum & pueros, propterea
periit. ‡Et misit pueros, & centum 19
talenta: & mentitus est, & non dimisit
Ionathan. ‡Et post hæc venit Try- 20
phon intra regionẽ, vt contereret eam;
& gyrauerunt per viã quæ ducit Ador,
& Simon & castra eius ambulabant in
omnem locum quocunq. ibant. ‡Qui 21
autem in arce erant, miserunt ad Tryphonem legatos, vt festinaret venire
per desertum & mitteret illis alimonias.
‡Et parauit Tryphon omnem equi- 22
tatum, vt veniret illa nocte: erat autem
nix multa valde, & non venit in Galaaditim. ‡Et cùm appropinquasset Bas- 23
caman, occidit Ionathan & filios eius
illic. ‡Et conuertit Tryphon, & abiit 24
in terram suam. ‡Et misit Simon, 25
& accepit ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum
eius. ‡Et planxerunt eum omnis Is- 26
raël planctu magno, & luxerunt eum
dies multos. ‡Et ædificauit Simon su- 27
per sepulchrum patris sui & fratrum
suorum ædificium altum visu, lapide
polito retrò & antè: ‡Et statuit septem 28
pyramidas, vnam contra vnam patri &
matri, & quatuor fratribus: ‡& his 29
circumposuit columnas magnas: & super columnas arma, ad memoriam æternam: & iuxta arma naues sculptas, quæ
viderentur ab omnibus nauigantibus
mare. ‡hoc est sepulchrum quod fe- 30
cit in Modin, vsque in hunc diem.
‡Tryphon autẽ cùm iter faceret cum 31
Antiocho rege adolescente, dolo occidit eum. ‡Et regnauit loco eius, & im- 32
posuit sibi diadema Asiæ, & fecit plagam magnam in terra. ‡Et ædificauit 33
Simon præsidia Iudææ, muniens ea turribus excelsis, & muris magnis, & portis,
& seris: & posuit alimenta in munitionibus. ‡Et elegit Simon viros, & misit ad 34
Demetriũ regẽ vt faceret remissionẽ regioni: quia actus omnes Tryphonis per
direptionem fuerant gesti. ‡Et Deme- 35
trius rex ad verba ista respõdit ei, & scripsit epistolam talem. ‡Rex Demetrius 36
Simoni summo sacerdoti, & amico regum, & senioribus, & Genti Iudæorum
salutem. ‡Coronam auream, & bahem 37
quam misistis, suscepimus: & parati sumus facere vobiscum pacẽ magnam, &
scribere præpositis regis remittere vobis
quæ indulsimus. ‡Quæcunque enim 38
constituimus, vobis constant. Munitiones quas ædificastis, vobis sint. ‡remit- 39
timus quoq. ignorantias, & peccata vsque in hodiernũ diem, & coronã quam
debebatis: & siquid aliud erat tributarium in Ierusalem, iam non sit tributa- 40
rium. ‡Et si qui ex vobis apti sunt conscribi inter nostros, conscribantur, & sit 41
inter nos pax. ‡Anno centesimo septuagesimo ablatũ est iugum Gentiũ ab 42
Israël. ‡Et cœpit populus Israël scribere
in tabulis & gestis publicis, anno primo
sub Simone summo sacerdote, magno
duce & principe Iudæorum. ‡In diebus 43
illis applicuit Simon ad Gazã, & circumdedit eam castris: & fecit machinas, &
applicuit ad ciuitatẽ, & percussit turrem
vnam,

vnam, & comprehendit eam. ‡Et eru- 44
perant qui erant intra machinam, in
ciuitatem: & factus est motus magnus
in ciuitate. ‡Et ascenderunt qui erant 45
in ciuitate cum vxoribus & filiis supra
murum scissis tunicis suis, & clamauerunt voce magna, postulantes à Simone
dextras sibi dari, ‡& dixerunt, Non 46
nobis reddas secundum malitias nostras,
sed secundum misericordias tuas*. ‡Et 47
flexus Simon non debellauit eos: eiecit
*Vt sequentia ex. 1. Mac. 13. Vide in illo c. not.
tamen eos de ciuitate, & mundauit
ædes in quibus fuerant simulachra, &
tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens Dominum: ‡& eiecta ab ea 48
omni immunditia, collocauit in ea viros qui legem facerent: & muniuit eam,
& fecit sibi habitationem. ‡Qui au- 49
tem erant in arce Ierusalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem, &
emere, & vendere: & esurierunt valde,
& multi ex eis fame perierunt, ‡& 50
clamauerunt ad Simonem vt dextras
acciperet. & dedit illis: & eiecit eos inde, & mundauit arcem à contaminationibus, ‡& intrauerunt in eam tertia 51
& vicesima die secundi mensis, anno
centesimo septuagesimo primo, cum
laude & ramis palmarum, & cynniris,
& cymbalis, & nablis, & hymnis &
canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israël. ‡Et constituit vt omni- 52
bus annis agerentur dies hi cum lætitia.
‡Et muniuit montem templi, qui 53
erat secus arcem, & habitauit ibi ipse, &
qui cum eo erant. ‡Et vidit Simon Io- 54
hannem filium suum quòd vir esset: &
posuit eum ducem virtutum vniuersarum, & habitauit in Gazaris.

CAP. XIIII.

ANno centesimo septuagesimo se- 1
cundo congregauit rex Demetrius
exercitum suum, & abiit in Mediam
ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem. ‡Et audiuit Arsaces 2
rex Persidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines suos, & misit vnum
de principibus suis, vt comprehenderet eum viuum. ‡Et abiit, & percus- 3
sit castra Demetrij: & comprehendit
eum, & duxit eum ad Arsacem, & po- 4
suit eum in custodiam. ‡Et siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis,
& quæsiuit bona genti suæ: & placuit
illis potestas eius, & gloria eius omni- 5
bus diebus. ‡Et cum omni gloria sua
accepit Ioppen in portũ, & fecit introitum in insulis maris. ‡Et dilatauit fi- 6
nes gentis suæ, & obtinuit regionem.
‡Et congregauit captiuitatẽ multam, 7
& dominatus est Gazaræ, & Bethsuræ,
& arci: & abstulit immunditias ex ea, &
non erat qui resisteret ei. ‡Et vnus- 8
quisque colebat terram suam cum pace,
& terra Iuda dabat fructus suos, & li- 9
gna camporum fructum suum. ‡Seniores in plateis sedebant omnes, & de
bonis terræ tractabant, & iuuenes induebant se gloriam, & stolas belli.
‡Et ciuitatibus tribuebat alimonias, 10
& constituebat eas vt essent vasa munitionis quoadusque nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremum ter- 11
ræ. ‡Fecit pacem super terram, & læ- 12
tatus est Israël lætitia magna. ‡Et sedit
vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea
sua: & non erat qui eos terreret. ‡Defe- 13
cit impugnans eos super terram: reges
contriti sunt in diebus illis. ‡Et con- 14
firmauit omnes humiles populi sui, &
legem exquisiuit, & abstulit omnem
iniquum & malum: ‡sancta glorifi- 15
cauit, & multiplicauit vasa sanctorum.
‡Et auditũ est Romæ quia defunctus 16
esset Ionathas, & vsque in Spartiatas:
& contristati sunt valde. ‡Vt audierunt 17
autẽ quòd Simon frater eius factus esset
summus sacerdos loco eius, & ipse obtineret omnem regionem, & ciuitates in
ea: ‡scripserunt ad eum in tabulis æreis, 18
vt renouarent amicitias & societatem
quam fecerant cum Iuda & cum Iona- 19
tha fratribus eius. ‡Et lectæ sunt in
conspectu ecclesiæ in Ierusalem. ‡Et 20
hoc exemplum epistolarum quas Spartiatæ miserunt. SPARTIANORVM
'principes' & ciuitates' Simoni Sacer- 'princeps 13. MS. 'principes & ciuitas e.
doti magno, & senioribus, & sacerdotibus, & reliquo populo Iudæorũ fratri- 21
bus salutem. ‡Legati qui missi sunt ad

populũ nostrum, nuntiauerunt nobis de
vestra gloria, & honore & lætitia: & ga-
uisi sumus in introitu eorum. ‡ Et scri- 22
psimus quę ab eis erant dicta in conciliis
populi, sic: Numenius Antiochi, & An-
tipater Iasonis filius legati Iudæorum,
venerunt ad nos, renouantes nobiscum
amicitiam pristinam. ‡ Et placuit po- 23
pulo excipere viros gloriosè, & pone-
re exemplum sermonum eorum in se-
gregatis populi libris, vt sit ad memo-
riam populo Spartiatarum. Exemplum
autem horum scripsimus Simoni ma-
gno sacerdoti. ‡ Post hæc autem mi- 24
sit Simon Numenium Romam, haben-
tem clypeum aureum magnum, pondo
mnarum mille, ad statuendam cum eis
societatem. ‡ Cùm autem audisset po- 25
pulus Romanus sermones istos, dixerũt,
Quam gratiarum actionem reddemus
Simoni & filiis eius? ‡ Restituit enim 26
ipse fratres suos, & expugnauit inimi-
cos Israël ab eis, & statuerunt ei liber-
tatem, & descripserunt in tabulis æreis,
& posuerunt in titulis in monte Sion.

‡ Et hoc est exemplum scripturæ. 27
OCTAVA decima die mensis Elul, an-
no centesimo septuagesimo secundo,
anno tertio sub Simone sacerdote ma-
gno in Asaramel, ‡ in conuentu ma- 28
gno sacerdotum, & populi, & princi-
pum gentis, & seniorum regionis, nota
facta sunt hæc, Quoniam frequenter
facta sunt prœlia in regione nostra: ‡ Si- 29
mon autem Mathathiæ filius ex filiis Ia-
rib, & fratres eius dederunt se periculo,
& restiterunt aduersariis gentis suæ, vt
starent sancta ipsorum & lex, & gloria
magna glorificauerunt gentẽ suam. ‡ Et 30
congregauit Ionathas gentem suam, &
factus est illis sacerdos magnus, & appo-
situs est ad populũ suum. ‡ Et volue- 31
runt inimici eorum calcare, & atterere
regionem ipsorum, & extendere ma-
nus in sancta eorum. ‡ Tunc restitit 32
Simõ, & pugnauit pro gente sua, & ero-
gauit pecunias multas, & armauit vi-
ros virtutis gentis suæ, & dedit illis sti-
pendia: ‡ & muniuit ciuitates Iudææ, 33
& Bethsuram quę erat in finibus Iudææ,
vbi erant arma hostium antea: & posuit
34 illic præsidium viros Iudæos. ‡ Et Iop-
pen muniuit quæ erat ad mare: & Ga-
zaram, quæ est in finibus Azoti, in qua
hostes antea habitabant, & collocauit
illic Iudæos: & quæcunque apta erant
ad correptionem eorum, posuit in eis.
35 ‡ Et vidit populus actum Simonis,
& gloriam quam cogitabat facere gen-
ti suæ, & posuerunt eum ducem suum,
& principem sacerdotum, eò quòd ipse
fecerat hæc omnia, & iustitiam & fi-
dem quam conseruauit genti suæ, &
exquisiuit omni modo exaltare popu-
36 lum suum. ‡ Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione ipsorum, & qui in ciuitate Dauid erant in Ierusalem in arce, de qua procedebant & contaminabãt omnia quæ in circuitu sanctorum sunt, & inferebant plagam magnam castitati: 37 ‡ & collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentum regionis, & ciuitatis, & exaltauit muros in Ierusalem.
38 ‡ Et rex Demetrius statuit illi sum-
39 mum sacerdotium. ‡ Secundum hæc fecit eum amicum suum, & glorificauit
40 eũ gloria magna. ‡ Audiuit enim quòd appellati sunt Iudæi à Romanis amici, & socij, & fratres, & quia susceperunt le-
41 gatos Simonis gloriosè: ‡ & quia Iudæi & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum & summum sacerdotem in æternum, donec surgat
42 propheta fidelis: ‡ & vt sit super eos dux, & vt cura esset illi pro sanctis, & vt constitueret præpositos super opera eorum, & super regionẽ, & super arma &
43 super præsidia: ‡ & cura sit illi de sanctis: & vt audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione: & vt operiatur purpura & au-
44 ro: ‡ & ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso: & vestiri purpura, &
45 vti fibula aurea. ‡ qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid
46 horũ: reus erit. ‡ Et complacuit omni populo

populo statuere Simonem, & facere se-
cundum verba ista. ‡ Et suscepit Simon, 47
& placuit ei vt summo sacerdotio fun-
geretur, & esset dux & princeps gen-
tis Iudæorum & sacerdotum, & præes-
set omnibus. ‡ Et scripturã istam dixe- 48
runt ponere in tabulis æreis, & ponere
eas in peribolo sanctorũ, in loco celebri:
‡ exemplum autem eorum ponere in 49
ærario, vt habeat Simon & filij eius.

CAP. XV.

ET misit rex Antiochus filius Deme- 1
trij epistolas ab insulis maris Simo-
ni sacerdoti, & principi gentis Iudæo-
rum, & vniuersæ genti: ‡ & erant con- 2
tinentes hunc modum, REX Antio-
chus Simoni sacerdoti magno, & genti
Iudæorum salutem. ‡ Quoniam qui- 3
dem pestilentes obtinuerunt regnum
patrum nostrorum, volo autem vendi-
care regnũ, & restituere illud sicut erat
antea: & electam feci multitudinem ex-
ercitus, & feci naues bellicas. ‡ Volo 4
autem procedere per 'regionem' vt vl-
ciscar in eos qui corruperunt regionem
nostram, & qui desolauerunt ciuitates
multas in regno meo. ‡ Nunc ergo sta- 5
tuo tibi omnes oblationes quas remise-
runt tibi ante me omnes reges, & quæ-
cunque alia dona remiserunt tibi: ‡ & 6
permitto tibi facere percussuram pro-
prij numismatis in regione tua: ‡ Ieru- 7
salem autem sanctam esse & liberam,
& omnia arma quæ fabricata sunt, &
præsidia quæ construxisti, quæ tenes,
maneant tibi. ‡ Et omne debitum re- 8
gis, & quæ futura sunt regi, ex hoc &
in totũ tempus remittuntur tibi. ‡ Cùm 9
autem obtinuerimus regnum nostrum,
glorificabimus te, & gentem tuam, &
templum gloria magna, ita vt manife-
stetur gloria vestra in vniuersa terra.

‡ Anno cẽtesimo septuagesimo quar- 10
to exiit Antiochus in terram patrum
suorum, & conuenerunt ad eum omnes
exercitus, ita vt pauci relicti essent cum
Tryphone. ‡ Et insecutus est eum An- 11
tiochus Rex, & venit Dorã fugiens per
maritimã. ‡ sciebat enim quòd congre- 12
gata sunt mala in eum, & reliquit eum
13 exercitus. ‡ & applicuit Antiochus su-
per Doram cum centum viginti milli-
bus virorum belligeratorum, & octo
14 millibus equitum: ‡ & circuiuit ciui-
tatem, & naues à mari accesserunt: &
vexabant ciuitatem à terra & mari, &
neminem sinebant ingredi vel egre-
15 di. ‡ Venit autem Numenius, & qui
cum eo fuerant, ab vrbe Roma, haben-
tes epistolas regibus & regionibus scri-
16 ptas, in quibus continebãtur hæc: ‡ LV-
CIVS consul Romanorũ, Ptolemæo re-
17 gi salutem. ‡ Legati Iudæorum vene-
runt ad nos amici nostri, renouantes pri-
stinam amicitiam & societatem, missi à
Simone principe sacerdotum, & populo
18 Iudæorum. ‡ Attulerunt autem & cly-
19 peum aureum mnarum mille. ‡ Placuit
itaq. nobis scribere regibus & regioni-
bus, vt non inferant illis mala, neq. im-
pugnent eos, & ciuitates eorum, & re-
giones eorũ: & vt non ferant auxilium
20 pugnantibus aduersus eos. ‡ Visum au-
tem est nobis accipere ab eis clypeum.
21 ‡ Siqui ergo pestilentes fugerint de re-
gione ipsorum ad vos, tradite eos Simo-
ni principi sacerdotum, vt vindicet in
22 eos secundum legem suam. ‡ Hæc ea-
dem scripta sunt Demetrio regi, & Atta-
23 lo, & Arabæ, & Arsaci, ‡ & in omnes
regiones, & Sampsamæ & Spartiatis, &
Delo & Mido, & Sicyoni, & Cariæ, &
Samum & Pamphyliam & Lyciam, &
Alicarnassum & Rhodũ & Phaselida &
Coo & Siden & Arado & Cortynam &
24 Cnidum & Cyprũ & Cyrenen. ‡ Exem-
plum autem eorum scripserunt Simo-
25 ni principi sacerdotum. ‡ Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundò, admouens ei semper manus, & machinas faciens: & concluſit Try-
26 phonem, ne procederet. ‡ & misit ad eum Simon duo millia virorum electo-
rum in auxiliũ, & argentum & aurum
27 & vasa copiosa: ‡ & noluit ea accipe-
re, sed rupit omnia quæ pactus est cum
28 eo antea, & alienauit se ab eo. ‡ Et mi-
sit ad eum Athenobium vnum de ami-
cis suis, vt tractaret cum ipso, dicens,
Vos tenetis Ioppen, & Gazarã, & arcem

‡ MS. Verum in R. & G. codicibus legitur.

regiones ita MS. Tamen ex regionis est loco.

‡ & populo Iudæorũ MS. R. Codices autẽ G non agnoscunt.

quæ est in Ierusalem ciuitates regni mei:
[29] fines earum desolastis, & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis
[30] per loca multa in regno meo. Nunc ergo tradite ciuitates quas occupastis,
[31] & tributa locorum in quibus dominati estis extra fines Iudææ. sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti,
[3] & exterminij quod exterminastis, & tributorum ciuitatum alia talenta quingenta: sin autem, veniemus & expugnabimus vos.
[32] Et venit Athenobius amicus Regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in auro & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit: & retulit ei verba Regis.
[33] Et respondit ei Simon, & dixit ei, Neque alienam terram sumpsimus, neque alienam detinemus: sed hæreditatem
[6] patrum nostrorum, quæ iniustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa
[34] est. Nos verò tempus habentes, vendicamus hæreditatem patrum nostrorum.
[35] Nam de Ioppe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam, & in regione nostra: horum damus talenta centum. Et non re-
[36] spondit ei Athenobius verbum. Reuersus autem cum ira ad regem, renuntiauit ei verba ista, & gloriam Simonis,
[37] & vniuersa quæ vidit: & iratus est rex ira magna. Tryphon autem fugit
[38] naui in Orthosiada. Et constituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum peditum & equitum dedit illi.
[39] Et mandauit illi mouere castra contra faciem Iudææ: & mandauit ei ædificare Cedronem, & obstruere portas ciuitatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Tryphonem.
[40] Et peruenit Cendebæus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populum, & interficere, & ædificare Cedronem.
[41] Et collocauit illic equites, & exercitum: vt egressi perambularent viã Iudææ, sicut constituit ei rex.

CAP. XVI.

ET ascendit Ioannes de Gazaris, & nuntiauit Simoni patri suo quæ fecit Cendebæus in populo ipsorum.
[2] Et vocauit Simon duos filios seniores, Iudam & Ioannem, & ait illis, Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hostes Israël ab adolescentia vsque in hunc diem: & prosperatum est in manibus nostris liberare Israël aliquoties. Nunc autem senui, sed estote loco meo, & fratres mei, & egressi
[4] pugnate pro gente nostra: auxilium verò de cælo vobiscum sit. Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites; & profecti sunt ad Cendebæum: & dormierunt in Modin. Et surrexeruut manè, & abie-
[5] runt in campum: & ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditum & equitũ, & fluuius torrens erat inter medium
[6] ipsorum. Et admouit castra contra faciem eorum ipse & populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus: & viderunt eũ viri, & transierunt
[7] post eum. Et diuisit populum, & equites in medio peditum. erat autem equitatus aduersariorũ copiosus nimis. Et
[8] exclamauerunt sacris tubis: & in fugam conuersus est Cendebæus, & castra eius: & ceciderunt ex eis multi vulnerati; residui autem in munitionem fugerunt.
[9] Tunc vulnerat⁹ est Iudas frater Ioannis: Ioannes autem insecutus est eos, donec venit Cedronem quam ædificauit:
[10] & fugerunt vsq. ad turres quæ erant in agris Azoti, & succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo millia virorum,
[11] & reuersus est in Iudæam in pace. & Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux in campo Iericho, & habebat
[12] argentum & aurum multum. erat
[13] enim gener summi sacerdotis. Et exaltatum est cor eius, & volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simonem & filios eius vt tolleret eos.
[14] Simon autem perambulans ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & solicitudinem gerens earum, descendit in Iericho ipse & Mathathias filius eius, & Iudas anno centesimo septuagesimo septimo, mense vndecimo, hic est mensis Sabat.
[15] Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, quæ vocatur Doch, cum dolo, quam ædificauit: & fecit eis conuiuium magnum, & abscondit illic viros.
[16] Et cùm inebriatus esset Simon & filij eius, surrexit Ptolemæus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerũt in conuiuiũ, & occiderunt eum, & duos filios eius, & quosdam pueros eius.
[17] & fecit deceptionem magnam in Israël, & reddidit mala pro bonis.
[18] Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & ciuitates eorum, & tributa.
[19] Et misit alios in Gazarã tollere Ioannem: & tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, & daret eis argentum, & aurum, & dona.
[20] Et alios misit occupare Ierusalem, & montem templi.
[21] Et præcurrens quidam, nuntiauit Ioanni in Gazara, quia periit pater eius, & fratres eius, & quia misit te quoque interfici.
[22] Vt audiuit autem, vehementer expauit: & comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occîdit eos: cognouit enim quia quærebant eum perdere.
[23] Et cætera sermonum Ioannis, & bellorum eius, & bonarum virtutum quibus fortiter gessit, & ædificij murorum quos extruxit, & rerum gestarum eius:
[24] ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

LIBER SECVNDVS MACHABÆORVM.

CAPVT PRIMVM.

FRATRIBVS qui sunt per
[1] Ægyptum Iudæis, salutem dicũt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacẽ bonam.
[2] Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamẽti sui quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob seruorum suorum fidelium:
[3] & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno & animo volenti.
[4] Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis,
[5] & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos
[6] deserat in tempore malo. Et nunc
[7] hîc sumus orantes pro vobis. Regnante Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Iudæi scripsimus vobis in tribulatione & impetu qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason
[8] à sancta terra & à regno. Portam succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentẽ: & orauimus ad Dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & similaginem, & accendimus
[9] lucernas, & proposuimus panes. Et nunc frequentate dies scenopegiæ men-
[10] sis Casleu. Anno centesimo octogesimo octauo, populus qui est Ierosolymis, & in Iudæa, senatusque & Iudas, Aristobolo magistro Ptolemæi regis qui est de genere christorum sacerdotum, & his qui in Ægypto sunt Iudæis, salu-
[11] tem & sanitatẽ. De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus talem regem
[12] dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit de Persida eos qui pugnauerunt con-
[13] tra nos & sanctam ciuitatem. Nam cùm in Persida esset dux ipse, & cum ipso immensus exercitus, cecidit in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdo-
[14] tum Naneæ. etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt acciperet pecunias
[15] multas dotis nomine. Cumque proposuissent eas sacerdotes Naneæ, & ipse cum paucis ingressus esset intra ambi-
[16] tum phani, clauserunt templũ, cùm intrasset Antiochus: apertoque occulto aditu templi, mittentes lapides percusserunt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt mẽbratim, & capitibus amputatis foras proiecerunt.
[17] Per omnia benedictus Deus, qui tradidit
[18] impios. Facturi igitur quinta & vicesima die mensis Casleu, purificationem templi, necessariũ duximus signi-

ficare vobis: vt ~&' vos quoque agatis
24 Ms. diem * ſcenopegiæ, & diem ignis, qui
festū 4. datus eſt quando Nehemias ædificato
Ms. Q. n templo & altari obtulit ſacrificia. *Nam
cùm in Perſidem ducerentur patres noſtri, ſacerdotes qui tunc cultores Dei
Leu. 6, 9. 12, 13, & 23. 1. & 16. 3, 12. erant, acceptum ~ignē de altari occultè abſconderunt in valle vbi erat puteus altus & ſiccus: & in eo contutati ſunt eum, ita vt omnibus ignotus eſſet locus.

*Cùm autem præteriſſent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias à rege Perſidis: nepotes ſacerdotū illorum qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem: & ſicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignē, ſed aquam craſſam. *Et iuſſit eos haurire, & afferre ſibi: & ſacrificia, quæ impoſita erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa aqua, & ligna, & quæ erant ſuperpoſita.

*Vtque hoc factum eſt, & tempus affuit quo ſol refulſit qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. *Orationē autem faciebant omnes ſacerdotes dū conſummaretur ſacrificium, Ionatha inchoante, cæterisautem reſpondentibus. *Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modum, DOMINE Deus omnium creator, terribilis, & fortis, iuſtus & miſericors, qui ſolus es bonus rex, *ſolus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Iſraël de omni malo, qui feciſti patres electos, & ſanctificaſti eos:

*accipe ſacrificiū pro vniuerſo populo tuo Iſraël, & cuſtodi partem tuam, & ſanctifica. *Congrega diſperſionem noſtrā, libera eos qui ſeruiunt Gentibus, & contemptos & abominatos reſpice: vt ſciant Gentes quia tu es Deus noſter.

*Afflige opprimentes nos, & contumeliam facientes in ſuperba. *~'Conſtitue populū tuum in loco ſancto tuo, Deu. 30, 3, 5. Inf. 2, 18. 'ſicut dixit Moyſes. *Sacerdotes autem pſallebant hymnos, vſquequo conſumptum eſſet ſacrificium. *Cùm autem conſumptū eſſet ſacrificiū, ex reſidua aqua Nehemias iuſſit lapides maiores perfundi. *Quod vt factū eſt, ex eis flamma accēſa eſt: ſed & ex lumine quod

refulſit ab altari conſumpta eſt. *Vt verò manifeſtata eſt res, renuntiatum eſt regi Perſarum, quod in loco in quo ignem abſconderant hi qui tranſlati fuerant ſacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erāt, purificauerunt ſacrificia. *Conſiderans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum, ~vt probaret quod factum erat'. *~'&cùm probaſſet, ſacerdotibus donauit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu ſua, tribuebat eis'. *Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

~8 Ms. Q. n. ~& ſi quibus donauerat rex multa bona accipiebat ex hoc & tribuebat. 8 Ms. Q. n.

CAP. II.

IN uenitur autem in deſcriptionibus Ieremiæ prophetæ, quod iuſſit eos ignem accipere qui tranſmigrabant: vt ſignificatum eſt, & vt mandauit tranſmigratis. *Et dedit illis legem ne obliuiſcerentur præcepta Domini, '& vt non exerrarent mentibus videntes ſimulacra aurea & argentea, & ornamenta eorum. *Et alia huiuſmodi dicens, hortabatur ne legem amouerent à corde ſuo. *Erat autem in ipſa ſcriptura, quomodo tabernaculum & arcam iuſſit propheta diuino reſponſo ad ſe facto comitari ſecum, vſquequo exiit in montem, 'in quo Moyſes aſcendit, & vidit Dei hæreditatē. *Et veniens ibi Ieremias inuenit locū ſpeluncæ: & tabernaculum, & arcam, & altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit. *Et acceſſerunt quidam ſimul, qui ſequebantur, vt notarent ſibi locum: & non potuerunt inuenire. *Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit, Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat: *& tunc Dominus oſtendet hæc, & apparebit maieſtas Domini, & nubes erit ſicut & Moyſi manifeſtabatur, '& ſicut cùm Salomō petiit vt locus ſanctificaretur magno Deo, manifeſtabat hæc. *Magnificè etenim ſapientiam tractabat: & vt ſapientiam habens, 'obtulit ſacrificium dedicationis & con-

Deu. 34, 1. 3 Reg. 8, 14. 23, 30. 2 Pa. 6, 14. 21. 3 Reg. 8, 62. Leu. 9, 24.

& conſummationis templi. *Sicut & Moyſes orabat ad Dominum, '& deſcendit ignis de cælo, & conſumpſit holocauſtū: *~*Et dixit Moyſes, eò quòd non ſit ~comeſtum' quod erat pro peccato, ~&' conſumptum eſt. *Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. *Inferebantur autem in deſcriptionibus & commentariis Nehemiæ hæc eadem, & ~qualiter' ~conſtruens' bibliothecam congregauit, de 'regibus' libros & prophetarum & Dauid, & epiſtolas regum, & de donariis.

*Similiter autem & Iudas ea quæ ~dicerat' per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & ſunt apud nos. *Si ergo deſideratis hæc, mittite qui perferant vobis. *Acturi itaque purificationem ſcripſimus vobis: bene ergo facietis ſi egeritis hos dies. *Deus autem qui liberauit populum ſuum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnū & ſacerdotiū, & ſanctificationem, *~'ſicut promiſit in lege, ſperamus quòd citò noſtri miſerebitur, & congregabit de ſub cælo in locum ſanctum.

*Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit. *De Iuda verò Machabæo, & fratribus eius, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione: *ſed & de prœliis quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium eius Eupatorem: *& de illuminationibus quæ de cælo factæ ſunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuerſam regionem cùm pauci eſſent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent, *& famoſiſſimum in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatem liberarent, & leges quæ ~abolendæ' erant reſtituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis. *~'Item' quæ ab Iaſone Cyreneo, quinq. libris comprehenſa, tentauimus nos vno volumine breuiare. *Conſiderantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes hiſtoriarum propter multitudinem rerum: *curauimus volentibus quidem legere, vt eſſet animi oblectatio: ſtudioſis verò, vt facilius poſſint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus vtilitas conferatur.

*Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepimus, nō facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & ſudoris aſſumpſimus. *Sicut hi qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parêre, propter multorum gratiam, libenter laborem ſuſtinemus: *Veritatem quidem de ſingulis authoribus concedentes, ipſi autem ſecundum datam formam breuitati ſtudentes. *Sicut enim nouæ domus architecto de vniuerſa ſtructura curandum eſt: ei verò qui pingere curat, quæ apta ſunt ad ornatum, exquirenda ſunt: ita æſtimandum eſt & in nobis. *Etenim intellectū colligere, & ordinare ſermonem, & curioſius partes ſingulas quaſque diſquirere, hiſtoriæ congruit authori: *breuitatem verò dictionis ſectari, & executiones rerum vitare, breuianti concedendum eſt.

*Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantum dixiſſe ſufficiat. ſtultū etenim eſt ante hiſtoriam effluere: in ipſa autem hiſtoria ſuccingi.

CAP. III.

IGitur cùm ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè cuſtodirentur, propter Oniæ pontificis *pietatem, & ~animos odio habentes' mala, *fiebat vt & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent: *ita vt Seleucus Aſiæ rex de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes. *Simon autem de tribu Beniamin præpoſitus templi conſtitutus, contendebat obſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri. *Sed cùm vincere Oniam non poſſet, venit ad Apollonium Tharſææ filium, qui eo tempore erat dux Cœleſyriæ, & Phœnicis: *& nuntiauit ei pecuniis innumerabilibus plenum eſſe ærarium Ieroſolymis, & cōmunes copias immenſas eſſe quæ non

*diſpoſitionē & ~animam odio habentis 3. Ms. Q. n.

pertinent

pertinent ad rationem sacrificiorum: esse autem possibile, sub potestate regis cadere vniuersa. ‡Cumque retulisset 7
ad regem Apollonius de pecuniis quæ delata erant, ille accitum Heliodorum qui erat super negotia eius, misit cum mandatis, vt prædictam pecuniã transportaret. ‡Statimque Heliodorus iter 8
est aggressus, specie quidem quasi per Cœlesyriam & Phœnicen ciuitates esset peragraturus, re vera autem regis propositum perfecturus. ‡Sed cùm ve- 9
nisset Ierosolymam, & benignè à summo sacerdote in ciuitate esset exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia adesset aperuit: interrogabat autem si verè hæc ita essent.

‡Tunc summus sacerdos ostendit de- 10
posita esse hæc, & victualia viduarum & pupillorum: ‡quædam verò esse 11
Hircani Tobiæ viri valde eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: vniuersa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta. ‡decipi 12
verò eos qui credidissent loco & templo, quod per vniuersum mundum honoratur, pro sui veneratione & sanctitate omnino impossibile esse. ‡At ille 13
pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat *omni genere regi' ea esse deferenda. ‡Constituta autem die in- 14
trabat de his Heliodorus ordinaturus.

‡Non modica verò per vniuersam 15
ciuitatem erat trepidatio. ‡Sacerdo- 16
tes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cælo eum qui de depositis legem posuit, vt his qui deposuerant ea, salua custodiret. ‡Iam verò qui videbat sum- 17
mi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem.

‡circumfusa enim erat mœstitia quæ- 18
dam viro, & horror corporis: per quæ manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. ‡Alij etiam grega- 19
tim de domibus confluebant: publica supplicatione obsecrantes, pro eo quòd in contemptum locus esset venturus.

‡Accinctæq. mulieres ciliciis pectus, 20
per plateas confluebant. sed & virgines quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam 21
verò per fenestras aspiciebant: ‡vniuersæ autem protendentes manus in cælum, deprecabantur. erat enim misera commistæ multitudinis, & magni sacer- 22
dotis in agone cõstituti expectatio. ‡Et hi quidem inuocabant omnipotentem Deũ, vt credita sibi, his qui crediderant, cum omni integritate conseruarentur.

‡Heliodorus autem, quod decreue- 23 Inf. 5. 11.
rat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium, præsens. ‡Sed 24
spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ita vt omnes qui ausi fuerant parêre ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidinem conuerterentur. ‡Apparuit 25
enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit. qui autem ei sede- 26
bat, videbatur arma habere aurea. ‡Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu: qui circunsteterũt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. ‡Subitò 27
autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfusum Inf. 5. 11.
rapuerunt, atque in sella gestatoria posi- 28
tum eiecerunt. ‡Et is qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei 29
cognita virtute: ‡& ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque 30
omni spe & salute priuatus. ‡Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum: & templum quod paulò antè timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum 31
est. ‡Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, vt inuocaret Altissimum, vt vitam donaret ei qui in supremo spiritu erat con- 32
stitutus. ‡Considerans autem summus sacerdos ne fortè rex suspicaretur malitiam

*omnino regiæ 2 MS. *omnino in regiam e.

malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. ‡Cum- 33
que summus sacerdos exoraret, ijdem iuuenes eisdẽ vestibus amicti, astantes Heliodoro, dixerunt, Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit. ‡tu autem à 34
Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei & potestatem. Et his dictis, non comparuerunt. ‡Heliodorus au- 35
tem hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regem. ‡Testabatur au- 36
tem omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magni Dei. ‡Cùm autem 37
rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptus adhuc semel Ierosolymã mitti, ait, ‡Si quem habes hostem, aut 38
regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eo quòd in loco sit verè Dei quædam virtus. ‡Nam ipse qui habet in cælis 39
habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendũ, percutit ac perdit. ‡Igitur de Helio- 40
doro & ærarij custodia ita res se habet.

CAP. IIII.

SImon autem prædictus pecuniarum 1
& patriæ delator, malè loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset incentor malorum: ‡prouisoremque ciuitatis 2
ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insidiatorem regni dicere. ‡Sed cùm inimicitiæ in 3
tantum procederent, vt etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent: ‡considerans Onias periculum 4
contentionis, & Apollonium insanire, vtpote ducem Cœlesyriæ & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis, ad regem se contulit, ‡non vt ciuium ac- 5
cusator, sed communem vtilitatẽ apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans. ‡Videbat enim sine regali 6
prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare
à stultitia sua. ‡Sed post Seleuci vitæ 7
excessum, cùm suscepisset regnum Antiochus qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iason frater Oniæ summum sa- 8
cerdotium: ‡adito rege promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex redditibus aliis talenta octoginta.

‡super hoc promittebat & alia cen- 9
tum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere, & eos qui in Ierosolymis 10
erant, Antiochenos scribere. ‡Quod cùm rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad gentilem ritum con- 11
tribules suos trasferre cœpit. ‡& amotis his quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerãt constituta, & per Ioannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione legitima, ciuium iura de- 12
stituens, praua instituta sanciebat. ‡Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque ephe- 13
borum in lupanaribus ponere. ‡Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam, & profectus gentilis, & alienigenæ conuersationis, propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium 14
& inauditum scelus: ‡ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificiis neglectis festinarent participes fieri palæstræ, & præbitionis eius iniustæ, 15
& in exercitiis disci. ‡& patrios quidem honores nihil habentes, Græcas 16
glorias optimas arbitrabantur: ‡quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes & perem- 17
ptores habuerant. ‡In leges enim diuinas impiè agere impunè non cedit: sed hoc tempus sequens declarabit.

‡Cùm autem quinquennalis agon 18
Tyri celebraretur, & rex præsens esset, 19
‡misit Iason facinorosus ab Ierosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis, quas postulauerunt hi qui asportauerant ne in sacrificiis erogarentur,

rentur, quia non oporteret, sed in alios
sumptus eos deputari. *Sed hæc, ob- 20
lata sunt quidem ab eo qui miserat in
sacrificium Herculis: propter præsen-
tes autem data sunt in fabricâ nauium
triremium. *Misso autem in Ægy- 21
ptum Apollonio Mnesthei filio propter
primates Ptolemæi Philometoris regis,
Cùm cognouisset Antiochus alienum
se à negotiis regni effectum, propriis
vtilitatibus consulens, profectus inde
venit Ioppen, & inde Ierosolymam.

*Et magnificè ab Iasone & ciuitate 22
susceptus, cum facularum luminibus
& laudibus ingressus est: & inde in Phœ-
nicen exercitum conuertit. *Et post 23
triennij tempus misit Iason Menelaum
supradicti Simonis fratrem portantem
pecunias regi, & de negotiis necessa-
riis responsa perlaturum. *At ille com- 24
mendatus regi, cùm magnificasset fa-
ciem potestatis eius, in semetipsum re-
torsit summum sacerdotium, superpo-
nens Iasoni talenta argenti trecenta. 25

*Acceptisque à rege mandatis venit,
nihil quidem habens dignum sacerdo-
tio: animos verò crudelis tyranni, &
feræ beluæ iram gerens. *Et Iason 26
quidem qui proprium fratrem captiua-
uerat, ipse deceptus profugus in Am-
manitem expulsus est regionem. *Me- 27
nelaus autem principatum quidem ob-
tinuit: de pecuniis verò regi promissis
nihil agebat, cùm exactionem faceret
Sostratus qui arci erat præpositus. *nam 28
ad hunc exactio vectigalium pertine-
bat: quam ob causam vtrique ad regem
sunt euocati. *Et Menelaus amotus 29
est à sacerdotio, succedente Lysimacho
fratre suo: Sostratus autem prælatus est
Cypriis. *Et cùm hæc agerentur, con- 30
tigit Tarsenses & Mallotas seditionem
mouere, eò quòd Antiochi regis con-
cubinæ dono essent dati. *Festinanter 31
itaque rex venit sedare illos, relicto suf-
fecto vno ex comitibus suis Andronico.

*Ratus autem Menelaus accepisse se 32
tempus opportunum, aurea quædam
vasa è templo furatus donauit Androni-
co, & alia vendiderat Tyri, & per vici-
33 nas ciuitates. *Quod cùm certissimè
cognouisset Onias, arguebat eum, ipse
in loco tuto se continens Antiochiæ se-
34 cus Daphnem. *Vnde Menelaus acce-
dens ad Andronicũ, rogabat vt Oniam
interficeret. Qui cùm venisset ad Oniã,
& datis dextris cum iureiurãdo (quam-
uis esset ei suspectus) suasisset de asylo
procedere, statim eum peremit, non
35 veritus iustitiam. *Ob quam causam
non solum Iudæi, sed etiam aliæ quo-
que nationes indignabantur, & molestè
36 ferebant de nece tanti viri iniusta. *Sed
regressum regẽ de Ciliciæ locis adierunt
Iudæi apud Antiochiam, simul & Græ-
ci: conquerentes de iniqua nece Oniæ.
37 *Contristatus itaque est animo An-
tiochus propter Oniam, & flexus ad
misericordiam, lachrymas fudit, recor-
datus defuncti sobrietatem & mode-
30 stiam. *accensisque animis Androni-
cum purpura exutum, per totam ciui-
tatem iubet circumduci: & in eodem
loco in quo in Oniam impietatem com-
miserat, sacrilegum vita priuari, Domi-
no illi condignam retribuente pœnam.
39 *Multis autem sacrilegiis in templo
à Lysimacho commissis Menelai con-
silio, & diuulgata fama, congregata est
multitudo aduersum Lysimachũ mul-
40 to iam auro exportato. *Turbis au-
tem insurgentibus, & animis ira reple-
tis, Lysimachus armatis ferè tribus mil-
libus iniquis manibus vti cœpit, duce
quodam tyranno, ætate pariter & de-
41 mentia prouecto. *Sed vt intellexe-
runt conatum Lysimachi, alij lapides,
alij fustes validos arripuêre: quidam ve-
42 rò cinerem in Lysimachum iecêre. *Et
multi quidem vulnerati, quidam autem
& prostrati, omnes verò in fugam con-
uersi sunt: ipsum etiam sacrilegum se-
43 cus ærarium interfecerunt. *De his
ergo cœpit iudicium aduersus Mene-
44 laum agitari. *Et cùm venisset rex
Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt
45 missi tres viri à senioribus. *Et cùm su-
peraretur Menelaus, promisit Ptole-
mæo multas pecunias dare ad suadendũ
46 regi. *Itaq. Ptolemæus in quodam atrio
positum

positum quasi refrigerandi gratia, re-
gem adiit, & deduxit à sententia: *& 47
Menelaum quidem vniuersæ malitiæ
reum criminibus absoluit: miseros au-
tem qui etiam si apud Scythas causam
dixissent, innocentes iudicarentur, hos
morte damnauit. *Citò ergo iniustam 48
pœnam dederunt, qui pro ciuitate, &
populo, & sacris vasis causam prosecuti
sunt. *Quam ob rem Tyri quoque in- 49
dignati, erga sepulturam eorum libera-
lissimi extiterunt *Menelaus autẽ pro- 50
pter eorum qui in potentia erant, auari-
tiam permanebat in potestate, crescens
in malitia ad insidias ciuium.

CAP. V.

EOdem tempore Antiochus secun- 1
dam profectionem parauit in Ægy-
ptum. *Contigit autem per vniuer- 2
sam Ierosolymorum ciuitatem videri
diebus quadraginta per aëra equites dis-
currentes, auratas stolas habentes, &
hastas quasi cohortes armatas, *& cur- 3
sus equorũ per ordines digestos, & con-
gressiones fieri cominus, & scutorum
motus, & galeatorum multitudinem
gladijs districtis, & telorũ iactus, & au-
reorum armorum splendorem, omnisq.
generis loricarum. *Quapropter om- 4
nes rogabant in bonum monstra con-
uerti. *Sed cùm falsus rumor exisset, 5
tanquam vita excessisset Antiochus;
assumptis Iason non minus mille viris,
repentè aggressus est ciuitatem: & ciui-
bus ad murum conuolantibus ad vlti-
mum apprehensa ciuitate, Menelaus
fugit in arcem: *Iason verò non par- 6
cebat in cæde ciuibus suis, nec cogita-
bat prosperitatem aduersum cognatos
malum esse maximum, arbitrans ho-
stium & non ciuium se trophæa captu-
rum. *Et principatum quidem non 7
obtinuit, finem verò insidiarum sua-
rum confusionem accepit, & profugus
iterum abiit in Ammaniten. *Ad vlti- 8
mum in exitium sui conclusus ab Areta
Arabum tyranno fugiens de ciuitate in
ciuitatem, omnibus odiosus vt refuga
legum & execrabilis, vt patriæ & ci-
uium hostis, in Ægyptum extrusus est:
9 *& qui multos de patria sua expule-
rat, peregrè periit, Lacedemonas pro-
fectus, quasi pro cognatione ibi refu-
10 gium habiturus: *& qui insepultos mul-
tos abiecerat, ipse & illamentatus, & in-
sepultus abiicitur: sepultura neq. pere-
11 grina vsus, neque patrio sepulchro par-
ticipans. *His itaque gestis, suspica-
tus est rex societatem deserturos Iudæos:
& ob hoc profectus ex Ægypto effe-
ratis animis, ciuitatem quidem armis
12 cepit. *Iussit autem militibus inter-
ficere, nec parcere occursantibus, &
13 per domos ascendentes trucidare. *Fie-
bant ergo cædes iuuenum ac seniorum,
& mulierum & natorum exterminia,
virginumque & paruulorum neces.
14 *Erant autem toto triduo octoginta
millia interfecti: quadraginta millia vin-
15 cti, non minus autem venundati. *Sed
nec ista sufficiunt; ausus est etiam in-
trare templum vniuersa terra sanctius,
Menelao ductore, qui legum & patriæ
16 fuit proditor: *& sceleſtis manibus
sumens sancta vasa quæ ab aliis regibus
& ciuitatibus erant posita ad ornatum
loci & gloriam, contrectabat indignè,
17 & contaminabat. *Ita alienatus men-
te Antiochus, non considerabat quòd
propter peccata habitantiũ ciuitatem,
modicum Deus fuerat iratus: propter
quod & accidit circa locum despectio:
18 *alioquin nisi contigisset eos multis
peccatis esse inuolutos, sicut Heliodo- Sup. 3,23.
rus qui missus est à Seleuco rege ad ex- 27.
poliandum ærarium, etiam hic statim
adueniens flagellatus, & repulsus vti-
19 que fuisset ab audacia. *Verùm non
propter locum, gentem: sed propter
20 gentem, locum Deus elegit. *Ideoque
& ipse locus particeps factus est populi
malorum. postea autem fiet socius bo-
norum. & qui derelictus in ira Dei om-
nipotentis est, iterum in magni Domi-
ni reconciliatione cum summa gloria
21 exaltabitur. *Igitur Antiochus mille
& octingentis ablatis de templo talen-
tis, velociter Antiochiam regressus est,
existimans se præ superbia terram ad
nauigandum, pelagus verò ad iter agen-
dum,

dum, deducturum propter mentis elationem. [22] Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem: Ierosolymis quidem Philippum genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso à quo constitutus est: [23] in Garizim autem Andronicum & Menelaum, qui grauius quàm cæteri imminebant ciuibus. [24] Cumque appositus esset contra Iudæos, misit odiosum principē Apollonium cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere. [25] Qui cum venisset Ierosolymam, pacem simulans, quieuit vsque ad diem sanctum sabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præcepit. [26] Omnesque qui ad spectaculum processerant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit. [27] Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & fœni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

CAP. VI.

SEd non post multum temporis misit [1] rex senem quendam Antiochenum, qui compelleret Iudæos vt se transferrent à patriis & Dei legibus: [2] contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympij: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Iouis hospitalis.

[3] Pessima autē & vniuersis grauis erat [4] malorum incursio: nam templum luxuria & comessationibus Gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratisq. ædibus mulieres se vltrò ingerebant, intrò ferentes ea quæ non licebat. [5] Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur.

[6] Neque autem sabbatha custodiebantur, neque dies solemnes patrij seruabantur, nec simpliciter Iudæum se esse quisquam confitebatur. [7] Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: & cùm Liberi sacra celebrarentur, cogebantur [8] hedera coronati Libero circuire. [9] Decretum autem exiit in proximas gentilium ciuitates, suggerentibus Ptolemęis, vt pari modo & ipsi aduersus Iudæos agerent, vt sacrificarent: eos autem qui nollent transire ad instituta gentiū, interficerent. erat ergo videre miseriā.

[10] Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse: quas infantibus ad hubera suspensis, cùm publicè per ciuitatē circumduxissent, per muros præ[11] cipitauerunt. Alij verò ad proximas coëuntes speluncas, & latenter sabbathi diem celebrantes, cùm indicati essent Philippo, flammis succensi sunt: eò quòd verebantur propter religionem & obseruantiam, manu sibimet auxilium [12] ferre. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri.

[13] Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere: magni beneficij [14] est indicium. Non enim sicut in aliis nationibus Dominus patiēter expectat, vt eas cùm iudicij dies aduenerit, in ple[15] nitudine peccatorum puniat: ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet.

[16] Propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens verò in aduersis populum suum, [17] non derelinquit. Sed hæc nobis ad commonitionē legentiū dicta sint paucis. Iam autem veniendum est ad narra[18] tionem. Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarum, vir ætate proiectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam man[19] ducare. At ille glorioſissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad supplicium. [20] Intuens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinens, destinauit non admittere illicita [21] propter vitæ amorem. Hi autem qui astabant, iniqua miseratione commoti, propter

propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum secretò rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse, sicut rex imperauerat de sacrificij carnibus: [22] vt hoc facto à morte liberaretur & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem. [23] At ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuersationis actus, & secundum sanctæ & à Deo conditæ legis constituta, respondit citò, dicens, præmitti se velle in infernum:

[24] Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere: vt multi adolescentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum:

[25] & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti conquiram. [26] Nam etsi in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. [27] Quam ob rem fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus apparebo: [28] adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis confestim ad supplicium trahebatur. [29] Hi autem qui eum ducebant, & paulo antè fuerant mitiores, in iram conuersi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. [30] Sed cùm plagis perimeretur, ingemuit, & dixit, Domine qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis quia cum à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundùm animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. [31] Et iste quidem hoc modo vita decessit, non solùm iuuenibus, sed & vniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

CAP. VII.

[1] COntigit autem septem fratres vnà cum matre sua apprehensos, compelli à rege edere contra fas carnes por[2] cinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat primus, sic ait, Quid quæris, & quid vis discere à nobis? parati sumus mori magis quàm patrias [3] Dei leges præuaricari. Iratus itaque rex iussit sartagines & ollas æneas succendi. Quibus statim succensis, [4] iussit ei qui prior fuerat locutus, amputari linguā: & cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes ei præscindi, cæteris eius fratribus & matre inspicientibus. [5] Et cùm iam per omnia inutilis factus esset, iussit ignem admoueri, & adhuc spirantem torreri in sartagine: in qua cùm diu cruciaretur, cæteri vnà cum matre inuicem se hortabantur mori fortiter, [6] dicentes, Dominus Deus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis, quem- Deut.32,36 43.
admodum in protestatione cantici declarauit Moyses: Et in seruis suis consolabitur. [7] Mortuo itaque illo primo hoc modo, sequentem deducebant ad illudendum: & cute capitis eius cum capillis abstracta, interrogabant si manducaret, prius quam toto corpore per [8] membra singula puniretur. At ille respondens patria voce, dixit, Non faciam. Propter quod & iste sequenti loco primi tormenta suscepit: [9] & in vltimo spiritu constitutus, sic ait, Tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis: sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus, in æternæ vitæ resur[10] rectione suscitabit. Post hunc tertius illuditur, & linguam postulatus citò protulit, & manus constanter extendit: [11] & cum fiducia ait, E cælo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea [12] recepturum spero. ita vt rex, & qui cum ipso erant, mirarentur adolescentis animum, quòd tanquam nihilum [13] duceret cruciatus. Et hoc ita defuncto, quartum vexabant similiter tor[14] quentes. Et cùm iam esset ad mor-

tem, sic ait, Potius est ab hominibus morti datos spem expectare à Deo, iterum ab ipso resuscitandos. tibi enim resurrectio ad vitam non erit. [15] Et cum admouissent quintum, vexabant eum. At ille respiciens in eum, [16] dixit, Potestatem inter homines habens, cùm sis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare genus nostrum à Deo esse derelictum. [17] tu autem patienter sustine, & videbis magnam potestatem ipsius, qualiter te & semen tuum torquebit. [18] Post hunc ducebant sextum; & is mori incipiens, sic ait, Noli frustrà errare: nos enim propter nosmetipsos hoc patimur, peccantes in Deum nostrum, & digna admiratione facta sunt in nobis. [19] tu autem ne existimes tibi impune futurum, quòd contra Deum pugnare tentaueris. [20] Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes septem filios sub vnius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat propter spem quam in Deo habebat: [21] singulos illorum hortabatur voce patria fortiter, repleta sapientia: & femineæ cogitationi masculinum animum inserens, [22] dixit ad eos, Nescio qualiter in vtero meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam donaui vobis & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compegi, [23] sed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius.

[24] Antiochus autem contemni se arbitratus, simul & exprobrantis voce despecta, cùm ad huc adolescentior superesset, non solùm verbis hortabatur, sed & cum iuramento affirmabat se diuitem & beatum facturum, & translatum à patriis legibus amicum habiturum, & res necessarias ei præbiturum.

[25] Sed ad hæc cùm adolescens nequaquam inclinaretur, vocauit rex matrem, & suadebat ei vt adolescenti fieret in salutem. [26] Cùm autem multis eam verbis esset hortatus, promisit suasu-
[27] ram se filio suo. [27] Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannum, ait patria voce, Fili mi, miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi & alui, & in
[28] ætatem istam perduxi. [28] Peto te nate, vt aspicias ad cælum & terram, & ad omnia quæ in eis sunt: & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus & hominum
[29] genus: [29] ita fiet vt non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis
[30] te recipiam. [30] Cùm hæc illa adhuc diceret, ait adolescens, Quem sustinetis? non obedio præcepto regis, sed præcepto legis, quæ data est nobis per Moy-
[31] sen. [31] Tu verò qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non ef-
[32] fugies manum Dei. [32] Nos enim pro
[33] peccatis nostris hæc patimur. [33] Et si nobis propter increpationem, & correptionem Dominus Deus noster modicum iratus est: sed iterum reconci-
[34] liabitur seruis suis. [34] Tu autem ô scelestè & omnium hominum flagitiosissime, noli frustra extolli vanis spe-
[35] bus in seruos eius inflammatus. [35] nondum enim omnipotentis Dei & omnia
[36] inspicientis iudicium effugisti. [36] Nam fratres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt: tu verò iudicio Dei iustas
[37] superbiæ tuæ pœnas exolues. [37] Ego autem sicut & fratres mei, animam & corpus meum trado pro patriis legibus: inuocans Deum maturius genti nostræ propitium fieri, teque cum tor-
[38] mentis & verberibus confiteri quòd ipse est Deus solus. [38] In me verò & in fratribus meis desinet omnipotentis ira, quæ super omne genus no-
[39] strum iustè superducta est. [39] Tunc rex accensus ira, in hunc super omnes crudelius desæuit, indignè ferens
[40] se derisum. [40] Et hic itaque mundus obiit, per omnia in Domino confi-
[41] dens. [41] Nouissimè autem, post fi-
[42] lios & mater consumpta est. [42] Igitur de sacrificiis,

sacrificiis, & de nimiis crudelitatibus satis dictum est.

CAP. VIII.

IVdas verò Machabæus, & qui cum illo erant, introibant latenter in castella: & conuocantes cognatos, & eos qui permanserunt in Iudaismo assumentes, eduxerunt ad se sex millia virorum.

[2] Et inuocabant Dominum, vt respiceret in populum qui ab omnibus calcabatur, & misereretur templo quod contaminabatur ab impiis: [3] misereretur etiam exterminio ciuitatis, quæ esset illico complananda, & vocem sanguinis ad se clamantis audiret: [4] memoraretur quoque iniquissimas mortes paruulorum innocentum, & blasphemias nomini suo illatas, & indignaretur super his. [5] At Machabæus congregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur. ira enim Domini in misericordiam conuersa est. [6] Et superueniens castellis & ciuitatibus improuisus, succendebat eas: & opportuna loca occupans, non paucas hostium strages dabat: [7] maximè autem noctibus ad huiusce modi excursus ferebatur, & fama virtutis eius vbique diffundebatur.

[8] Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius res ei cedere prosperè, ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ, & Phœnicis scripsit vt auxilium ferret regiis negotiis. [9] At ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permistis gentibus, armatis non minus viginti millibus, vt vniuersum Iudæorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientissimo. [10] Constituit autem Nicanor, vt regi tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum suppleret: [11] statimque ad maritimas ciuitates misit, conuocans ad coëmptionem Iudaicorũ mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum, non respiciens ad vindictam quæ eum ab omnipotente esset consecutura. [12] Iudas autem vbi comperit, indicauit his qui secum erãt Iu-
[13] dæis, Nicanoris aduentum. [13] Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei iustitiæ, in fugam vertebantur: [14] alij verò siquid eis supererat vendebant, simulque Dominum deprecabantur vt eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos prius quàm cominus veniret, vendiderat: [15] & si non propter eos, propter testamentum tamen quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem sancti & magnifici nominis
[16] eius super ipsos. [16] Conuocatis autem Machabæus septem millibus, qui cum ipso erant, rogabat, ne hostibus reconciliarentur, neque metuerent iniquè venientium aduersum se hostium multitudinem, sed fortiter contenderent:
[17] [17] ante oculos habentes contumeliam quę loco sancto ab his iniustè esset illata, itemque & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriã, adhuc etiam veterũ institutа con-
[18] uulsa. [18] Nam illi quidem armis confidunt, ait: simul & audacia: nos autem in omnipotente Domino qui potest & venientes aduersum nos, & vniuersum mundum vno nutu delere, confidimus.
[19] [19] Admonuit autem eos & de auxiliis Dei, quæ facta sunt erga parentes: & quòd sub Sennacherib centum octogin-
[20] ta quinque millia perierunt: [20] & de prœlio quod eis aduersus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem ventum est, Macedonibus sociis hæsitantibus, ipsi sex millia soli peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cælo, & beneficia pro his
[21] plurima consecuti sunt. [21] His verbis constantes effecti sunt, & pro legibus
[22] & patria mori parati. [22] Constituit itaque fratres suos duces vtrique ordini, Simônem & Ioseph um & Ionatham, subiectis vnicuique millenis & quin-
[23] gentenis. [23] Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro, & dato signo adiutorij Dei, in prima acie ipse dux
[24] commisit cum Nicanore. [24] Et facto sibi adiutore omnipotente interfecerunt super nouem millia hominũ: maiorem autẽ partem exercitus Nicanoris

4 Re.19,35. Tob.1,21. Ec.48,24. Isa.37,36. 1 Mat.7,41 Inf.15,22.

vulneribꝰ debilem factam fugere compulerunt. [25] Pecuniis verò eorum qui ad emptionem ipſorum venerant, ſublatis, ipſos vſquequaque perſecuti ſunt,
[26] ſed reuerſi ſunt hora concluſi. nam erat ante ſabbathum: quam ob cauſam non perſeuerauerunt inſequentes.
[27] Arma autem ipſorum & ſpolia congregantes, ſabbathum agebant: benedicentes Dominum qui liberauit eos in iſto die, miſericordiæ initium ſtillans in eos. [28] Poſt ſabbathum verò debilibus, & orphanis, & viduis diuiſerunt ſpolia: & reſidua ipſi cum ſuis habuere. [29] His itaque geſtis, & communiter ab omnibus facta obſecratione, miſericordem Dominum poſtulabant, vt in finem ſeruis ſuis reconciliaretur. [30] Et ex his qui cum Timótheo & Bacchide erant contra ſe contendentes, ſuper viginti millia interfecerunt, & munitiones excelſas obtinuerunt: & plures prædas diuiſerunt, æquam portionem debilibus, pupillis & viduis, ſed & ſenioribus facientes. Et cum arma eorum diligenter collegiſſent, omnia compoſuerunt in locis opportunis, reſidua verò ſpolia Ieroſolymam detulerunt: [32] & Philarchen qui cum Timotheo erat, interfecerunt, virum ſceleſtum, qui in multis Iudæos afflixerat. [33] Et cùm epinicia agerent in Ieroſolymis, eum qui ſacras ianuas incenderat, id eſt, Calliſthenem, cùm in quoddam domicilium refugiſſet, incenderunt, digna ei mercede pro impietatibus ſuis reddita. [34] Facinoroſiſſimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat, [35] humiliatus auxilio Domini ab his quos nullos exiſtimauerat, depoſita veſte gloriæ, per mediterranea fugiens, ſolus venit Antiochiam, ſummam infelicitatem de interitu ſui exercitus conſecutus. [36] Et qui promiſerat Romanis ſe tributum reſtituere de captiuitate Ieroſolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipſum inuulnerabiles eſſe, eò quòd ſequerentur leges ab ipſo conſtitutas.

CAP. IX.

1 EOdem tempore Antiochus inhoneſtè reuertebatur de Perſide. 2 Intrauerat enim in eam quæ dicitur Perſepolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatem opprimere: ſed multitudine ad arma concurrente, in fugam verſi ſunt: & ita contigit vt Antiochus poſt fugam turpiter rediret. 3 Et cùm veniſſet circa Ecbatanam, recognouit quæ erga Nicanorem & Timotheum geſta ſunt. 4 Elatus autem in ira, arbitrabatur ſe iniuriam illorum qui ſe fugauerant, poſſe in Iudæos retorquere: ideoque iuſſit agitari currum ſuum, ſine intermiſſione agens iter, cæleſti eum iudicio perurgente, eo quòd ita ſuperbè locutus eſt ſe venturum Ieroſolymam, & congeriem ſepulchri Iudæorum eam facturum. 5 Sed qui vniuerſa conſpicit Dominus Deus Iſraël, percuſſit eum inſanabili & inuiſibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipſum ſermonem, apprehendit eum dolor dirus viſcerum, & amara
6 internorum tormenta: & quidem ſatis iuſtè, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torſerat viſcera, licet ille nullo modo à ſua malitia ceſſaret. 7 Super hoc autem ſuperbia repletus, ignem ſpirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione membra
8 vexari. Iſque qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere, nunc humiliatus ad terram in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans:
9 ita vt de corpore impij vermes ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur. 10 & qui paulò ante ſidera cæli contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter
11 intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, diuina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus

doloribus ſuis augmenta capientibus.
12 & cum nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet, ita ait, Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. 13 Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. 14 Et ciuitatem ad quam feſtinans veniebat vt eam ad ſolum deduceret, ac ſepulchrum congeſtorum faceret, nunc optat liberam reddere: 15 & Iudæos quos nec ſepultura quidem ſe dignos habiturum, ſed auibus ac feris diripiendos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenienſibus facturum pollicetur: 16 templum etiam ſanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplicaturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus de reditibus ſuis præſtaturum:
17 ſuper hæc & Iudæum ſe futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei poteſtatem. 18 Sed non ceſſantibus doloribus (ſuperuenerat enim in eum iuſtum Dei iudicium) deſperans ſcripſit ad Iudæos in modum deprecationis epiſtolam hæc continentem: 19 OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimam ſalutem, & bene valere, & eſſe felices, rex & princeps Antiochus.
20 Si bene valetis & filij veſtri, & ex ſententia vobis cuncta ſunt, maximas agimus gratias. 21 Et ego in infirmitate conſtitutus, veſtri autem memor benignè reuerſus de Perſidis locis, & infirmitate graui apprehenſus, neceſſarium duxi pro communi vtilitate curam habere: 22 non deſperans memetipſum, ſed ſpem multam habens effugiendi infirmitatem. 23 Reſpiciens autem quòd & pater meus, quibus temporibus in locis ſuperioribus ducebat exercitum, oſtendit qui poſt ſe ſuſciperet principatum: 24 vt ſi quid contrarium accideret, aut difficile nuntiaretur, ſcientes hi qui in regionibus erant, cui eſſet rerum ſumma derelicta, non turbarentur. 25 Ad hæc, conſiderans de proximo potentes quoſque & vicinos temporibus inſidiantes & euentum expectantes, deſignaui filium meum Antiochum regem, quem ſæpe recurrens in ſuperiora regna multis veſtrum commendabam: & ſcripſi
26 ad eum quæ ſubiecta ſunt. Oro itaque vos, & peto memores beneficiorum publicè & priuatim, vt vnuſquiſque conſeruet fidem ad me & ad filium meum.
27 Confido enim eum modeſtè & humanè acturum, & ſequentem propoſitum meum, & communem vobis fore.
28 Igitur homicida & blaſphemus peſſimè percuſſus, & vt ipſe alios tractauerat, peregre in montibus, miſerabili
29 obitu vita functus eſt. Transferebat autem corpus Philippus collactaneus eius: qui metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Ægyptum abiit.

CAP. X.

1 MAchabæus autem & qui cum eo erant, Domino ſe protegente, templum quidem & ciuitatem recepit;
2 aras autem quas alienigenæ per plateas extruxerant, itemque delubra de-
3 molitus eſt. & purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto ſacrificia obtulerunt poſt biennium, & incenſum & lucernas & panes propoſitionis poſuerunt. 4 Quibus geſtis, rogabant Dominum proſtrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent: ſed & ſi quando peccaſſent; vt ab ipſo mitius corriperentur, & non barbaris ac blaſphemis ho-
5 minibus traderentur. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum 1.Ma.4,58
fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, viceſima quinta menſis, qui
6 fuit Caſleu. & cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum: recordantes quòd ante modicum temporis diem ſolennem tabernaculorum in montibus, & in ſpeluncis more beſtiarum egerant. 7 Propter quod thyrſos, & ramos virides, & palmas præferebant ei qui proſperauit mundare locum ſuum. 8 Et decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuerſæ genti Iudæorum omni-

bus annis agere dies iſtos. 9 ‡Et Antiochi quidem, qui appellatus eſt Nobilis, vitæ exceſſus ita ſe habuit. 10 ‡Nunc autem de Eupatore Antiochi impij filio, quæ geſta ſunt narrabimus, breuiantes mala quæ in bellis geſta ſunt. 11 ‡Hic enim ſuſcepto regno, conſtituit ſuper negotia regni Lyſiam quendam Phœnicis & Syriæ militiæ principem. 12 ‡Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iuſti tenax, erga Iudæos eſſe conſtituit, & præcipuè propter iniquitatem quæ facta erat in eos, & pacificè agere cum eis. 13 ‡Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorem, cùm frequenter proditor audiret, eo quòd Cyprum creditam ſibi à Philometore deſeruiſſet, & ad Antiochum Nobilem tranſlatus etiam ab eo receſſiſſet, veneno vitam finiuit. 14 ‡Gorgias autem cùm eſſet dux locorum, aſſumptis aduenis frequenter Iudæos debellabat. 15 ‡Iudæi verò qui tenebant opportunas munitiones, fugatos ab Ieroſolymis ſuſcipiebant, & bellare tentabant. 16 ‡Hi verò qui erant cum Machabæo per orationes Dominum rogantes vt eſſet ſibi adiutor, impetum fecerũt in munitiones Idumæorum: 17 ‡multaque vi inſiſtentes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerũt, & omnes ſimul non minus viginti *millibus trucidauerunt. 18 ‡Quidam autem cùm fugiſſent in duas turres valde munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes: 19 ‡Machabæus ad eorum expugnationem, relicto Simône & Ioſepho, itemque Zachæo, eisque qui cum ipſis erant ſatis multis, ipſe ad eas quæ amplius perurgebant pugnas, conuerſus eſt. 20 ‡Hi verò qui cum Simône erant, cupiditate ducti, à quibuſdam qui in turribus erant, ſuaſi ſunt pecunia: & ſeptuaginta millibus didrachmis acceptis, dimiſerunt quoſdam effugere. 21 ‡Cùm autem Machabæo nuntiatum eſſet quod factum eſt, principibus populi congregatis accuſauit, quòd pecunia fratres vendidiſſent, aduerſariis eorum dimiſſis. 22 ‡Hos igitur proditores factos interfecit, & confeſtim duas turres occupauit. 23 ‡Armis autem ac manibus omnia proſperè agendo in duabus munitionibus plus quàm viginti millia peremit. 24 ‡Et Timotheus, qui prius à Iudæis fuerat ſuperatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu' Aſiano aduenit, quaſi armis Iudæam capturus. 25 ‡Machabæus autem & qui cum ipſo erant, appropinquante illo, deprecabantur Dominum, caput terra aſpergentes, lumboſque ciliciis præcincti, 26 ‡ad altaris crepidinem prouoluti, vt ſibi propitius, inimicis autem eorum eſſet inimicus, & aduerſariis aduerſaretur, ſicut lex dicit. 27 ‡Et ita poſt orationem ſumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi hoſtibus effecti, reſederunt. 28 ‡Primo autem Solis ortu vtrique commiſerunt: iſti quidem victoriæ & proſperitatis ſponſorem cum virtute Dominum habentes: illi autem ducem belli animum habebant. 29 ‡Sed cùm vehemens pugna eſſet, apparuerunt aduerſariis de cælo viri quinque in equis, frenis aureis decóri, ducatum Iudæis præſtantes: 30 ‡ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis ſuis circumſeptum incolumem conſeruabant: in aduerſarios autem tela, & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confuſi, & repleti perturbatione cadebant. 31 ‡Interfecti ſunt autem viginti millia quingenti, & equites ſexcenti. 32 ‡Timotheus verò confugit in Gazaram præſidium munitum, cui præerat Chæreas. 33 ‡Machabæus autem, & qui cum eo erant, lætantes obſederunt præſidium diebus quatuor. 34 ‡At hi qui intus erant, loci firmitate confiſi, ſupra modum maledicebant, & ſermones nefandos iactabant. 35 ‡Sed cùm dies quinta illuceſceret, viginti iuuenes ex his qui cum Machabæo erant, accenſi animis propter blaſphemiam, viriliter acceſſerunt ad murum, & feroci animo incedentes aſcendebant: 36 ‡ſed & alij ſimiliter aſcendentes, turres portasque ſuccendere aggreſſi ſunt,

* quinque MS. R. Veteres Textus conſentit libris G.

ſunt, atque ipſos maledicos viuos concremare. 37 ‡Per continuum autem biduum præſidio vaſtato, Timotheum occultantem ſe in quodam repertum loco peremerunt: & fratrem illius Chæream & Apollophanem occiderunt.

38 ‡Quibus geſtis, in hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Iſraël, & victoriam dedit illis.

CAP. XI.

SEd paruo pòſt tempore, Lyſias procurator regis, & propinquus, ac negotiorum præpoſitus, grauiter ferens de his quæ acciderant: 2 ‡congrgatis octoginta millibus & equitatu vniuerſo, veniebat aduerſus Iudæos, exiſtimans ſe ciuitatem quidem captam Gentibus habitaculum facturum, 3 ‡templum verò in pecuniæ quæſtum, ſicut cætera delubra Gentium, habiturum, & per ſingulos annos venale ſacerdotium: 4 ‡nuſquam recogitans Dei poteſtatem, ſed mente effrenatus in multitudine peditum, & in millibus equitum, & in octoginta elephantis confidebat. 5 ‡Ingreſſus autem Iudæam, & appropians Bethſuræ, quæ erat in anguſto loco, ab Ieroſolyma interuallo quinque ſtadiorum, illud præſidium expugnabat. 6 ‡Vt autem Machabæus & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari præſidia, cum fletu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis turba ſimul, vt bonum angelum mitteret ad ſalutem Iſraël. 7 ‡Et ipſe primus Machabæus ſumptis armis, cæteros adhortatus eſt ſimul ſecum periculum ſubire, & ferre auxilium fratribus ſuis. 8 ‡Cumque pariter prompto animo procederent, Ieroſolymis apparuit præcedens eos eques in veſte candida, armis aureis haſtam vibrans.

9 ‡Tunc omnes ſimul benedixerunt miſericordem Dominum, & conualuerunt animis: non ſolum homines, ſed & beſtias ferociſſimas, & muros ferreos parati penetrare. 10 ‡Ibant igitur prompti, de cælo habentes adiutorem, & miſerantem ſuper eos Dominum.

11 ‡Leonum autem more impetu irruentes in hoſtes, proſtrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitum 12 mille ſexcentos: ‡vniuerſos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati nudi euaſerunt. Sed & ipſe Lyſias turpiter fugiens euaſit. 13 ‡Et quia non inſenſatus erat, ſecum ipſe reputans factam erga ſe diminutionem, & intelligens inuictos eſſe Hebræos, omnipotentis Dei auxilio innitentes, miſit ad 14 eos: ‡promiſitque ſe conſenſurum omnibus quæ iuſta ſunt, & regem compulſurum amicum fieri. 15 ‡Annuit autem Machabæus precibus Lyſiæ, in omnibus vtilitati conſulens: & quæcunque Machabæus ſcripſit Lyſiæ de Iudæis, ea 16 rex conceſſit. ‡Nam erant ſcriptæ Iudæis epiſtolæ à Lyſia, ſiquidem hunc modum continentes: LYSIAS populo Iudæorum ſalutem. 17 ‡Ioannes & Abeſalom qui miſſi fuerant à vobis, tradentes ſcripta, poſtulabant vt ea quæ per illos ſignificabantur, implerem.

18 ‡Quæcunque igitur regi potuerunt perferri, expoſui; & quæ res permittebant, conceſſit. 19 ‡Si igitur in negotiis fidem conſeruaueritis, & deinceps bonorum vobis cauſa eſſe tentabo. 20 ‡De cæteris autem per ſingula verba mandaui & iſtis, & his qui à me miſſi ſunt, 21 colloqui vobiſcum. ‡Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo menſis Dioſcori, die viceſima & quarta.

22 ‡Regis autem epiſtola, iſta continebat: REX Antiochus Lyſiæ fratri ſalutem. 23 ‡Patre noſtro inter deos tranſlato, nos volentes eos qui ſunt in regno noſtro ſine tumultu agere, & rebus ſuis adhibere diligentiam, 24 ‡audiuimus Iudæos non conſenſiſſe patri meo vt transferrentur ad ritum Græcorum, ſed tenêre velle ſuum iuſtitutum, ac propterea poſtulare à nobis concedi ſibi 25 legitima ſua. ‡Volentes igitur hanc quoque gentem quietam eſſe, ſtatuentes iudicauimus templum reſtitui illis, vt agerent ſecundum ſuorum maiorum 26 conſuetudinem. ‡Bene igitur feceris, ſi miſeris ad eos, & dexteram dederis:

vt cognita noſtra voluntate, bono animo ſint, & vtilitatibus propriis deſeruiant. ‡ Ad Iudæos verò regis epiſtola talis erat, REX Antiochus ſenatui Iudæorum, & cæteris Iudæis ſalutem.

‡ Si valetis, ſic eſtis vt volumus: ſed & ipſi bene valemus. ‡ Adiit nos Menelaus, dicens velle vos deſcendere ad veſtros qui ſunt apud nos. ‡ His igitur qui commeant vſque ad diem triceſimum menſis Xanthici, damus dextras ſecuritatis, ‡ vt Iudaicis vtantur cibis, & legibus ſuis, ſicut & prius: & nemo eorum vllo modo moleſtiam patiatur de his quæ per ignorantiam geſta ſunt.

‡ Miſimus autem & Menelaum, qui vos alloquatur. ‡ Valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, Xanthici menſis quintadecima die. ‡ Miſerunt autem etiam Romani epiſtolam ita ſe habentem: QVINTVS Memmius & Titus Manilius legati Romanorum, populo Iudæorum ſalutem. ‡ De his quæ Lyſias cognatus Regis conceſſit vobis, & nos conceſſimus. ‡ De quibus autem ad regem indicauit referendum, confeſtim aliquem mittite, diligentiùs inter vos conferentes: vt decernamus, ſicut congruit vobis: nos enim Antiochiam accedimus. ‡ Ideoque feſtinate reſcribere, vt nos quoque ſciamus cuius eſtis voluntatis. ‡ Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, quintadecima die menſis Xanthici.

CAP. XII.

HIs factis pactionibus, Lyſias pergebat ad regem, Iudæi autem agriculturæ operam dabant. ‡ Sed hi qui reſederant Timotheus & Apollonius Gennæi filius, ſed & Hieronymus, & Demophon, ſuper hos & Nicanor Cypriarches, non ſinebant eos in ſilentio agere, & quiete. ‡ Ioppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrarunt. rogauerunt Iudæos cum quibus habitabant, aſcendere ſcaphas quas parauerant, cum vxoribus, & filiis, quaſi nullis inimicitiis inter eos ſubiacentibus.

‡ Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & ipſis acquieſcentibus, pacisque cauſa nihil ſuſpectum habentibus: cùm in altum proceſſiſſent, ſubmerſerunt non minus ducentos.

‡ Quam crudelitatem Iudas in ſuæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipſo: & inuocato iuſto iudice Deo, ‡ venit aduerſus interfectores fratrum, & portum quidem nocte ſuccendit, ſcaphas exuſſit, eos autem qui ab igne refugerant, gladio peremit. ‡ Et cum hæc ita egiſſet, diſceſſit quaſi iterum reuerſurus, & vniuerſos Ioppitas eradicaturus. ‡ Sed cum cognouiſſet & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus ſecum Iudæis, ‡ Iamnitis quoque nocte ſuperuenit, & portum cum nauibus ſuccendit: ita vt lumen ignis appareret Ieroſolymis à ſtadiis duocentis quadraginta. ‡ Inde cùm iam abiſſent nouem ſtadiis, & iter facerent ad Timotheum, commiſerunt cum eo Arabes quinque millia viri, & equites quingenti. ‡ Cumque pugna valida fieret, & auxilio Dei proſperè ceſſiſſet, reſidui Arabes victi, petebant à Iuda dextram ſibi dari, promittentes ſe paſcua daturos, & in cæteris profuturos.

‡ Iudas autem arbitratus verè in multis eos vtiles, promiſit pacem; dextriſque acceptis, diſceſſere ad tabernacula ſua.

‡ Aggreſſus eſt autẽ & ciuitatem quandam firmam pontibus murisq. circumſeptam, quæ à turbis habitabatur gentium promiſcuarum, cui nomẽ Caſpin.

‡ Hi verò qui intus erant, confidentes in ſtabilitate murorum & apparatu alimoniarum, remiſſius agebant, maledictis laceſſentes Iudam, ac blaſphemantes, ac loquentes quæ fas non eſt. ‡ Machabæus autem inuocato magno mundi principe, qui ſine arietibus & machinis temporibus Ieſu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris: ‡ & capta ciuitate per Domini voluntatem innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens ſtagnũ ſtadiorum duorum latitudinis, ſanguine infectũ fluere videretur. ‡ Inde diſceſſerunt ſtadia ſeptingenta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos qui dicuntur Tubianæi, ‡ Iudæos: & Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloque negotio perfecto regreſſus eſt, relicto in quodã loco firmiſſimo præſidio. ‡ Doſitheus autem & Soſipater, qui erãt duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præſidio, decem millia viros. ‡ At Machabæus ordinatis circum ſe ſex millibus, & conſtitutis per cohortes, aduerſus Timotheũ proceſſit, habentem ſecum centum viginti millia peditum, equitumque duo millia quingentos. ‡ Cognito autem Iudæ aduentu, Timótheus præmiſit mulieres & filios & reliquum apparatum, in præſidium quod Carnion dicitur. erat enim inexpugnabile, & acceſſu difficile propter locorum anguſtias.

‡ Cumque cohors Iudæ prima apparuiſſet, timor hoſtibus incuſſus eſt, ex præſentia Dei qui vniuerſa conſpicit, & in fugam verſi ſunt alius ab alio, ita vt magis à ſuis deiicerentur, & gladiorum ſuorum ictibus debilitarentur. ‡ Iudas autem vehementer inſtabat puniẽs prophanos, & proſtrauit ex eis triginta millia virorum. ‡ Ipſe verò Timotheus incidit in partes Doſithei & Soſipatris: & multis precibus poſtulabat vt viuus dimitteretur, eo quòd multorum ex Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. ‡ Et cùm fidem dediſſet reſtituturũ ſe eos ſecundum conſtitutum, illæſum eum dimiſerunt, propter fratrum ſalutem. ‡ Iudas autem regreſſus eſt à Carnion, interfectis vigintiquinque millibus. ‡ Poſt horum fugam & necem, mouit exercitum ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuerſarum gentium habitabat: & robuſti iuuenes pro muris conſiſtentes fortiter repugnabant: in hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus. ‡ Sed cùm omnipotentem inuocaſſent, qui poteſtate ſua vires hoſtium confringit, ceperunt ciuitatem: & ex eis qui intus erant, vigintiquinque millia proſtrauerunt. ‡ Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ieroſolymis ſexcentis ſtadiis aberat. ‡ Conteſtantibus autem his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benignè ab eis haberentur, etiam temporibus infelicitatis quòd moleſtè ſecum egerint:

‡ gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus ſuum benignos eſſe, venerunt Ieroſolymam die ſolenni ſeptimanarum inſtante. ‡ Et poſt Pentecoſten abierunt contra Gorgiam præpoſitum Idumææ. ‡ Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. ‡ Quibus congreſſis, contigit paucos ruere Iudæorum. ‡ Doſitheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiam tenebat: & cùm vellet illum capere viuum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumque eius amputauit: atque ita Gorgias effugit in Mareſa. ‡ At illis qui cum Eſdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum adiutorem, & ducem belli fieri: ‡ incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incuſſit.

‡ Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam: & cùm ſeptima dies ſuperueniret, ſecundum conſuetudinem purificati, in eodem loco ſabbathum egerunt. ‡ Et ſequenti die venit cum ſuis Iudas, vt corpora proſtratorum tolleret, & cum parentibus poneret in ſepulchris paternis. ‡ Inuenerunt autem ſub tunicis interfectorum de donariis idolorum, quæ apud Iamniam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifeſtum factum eſt ob hanc cauſam eos corruiſſe. ‡ Omnes itaque benedixerunt iuſtum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifeſta. ‡ Atque ita ad preces conuerſi, rogauerunt vt id quod factum erat delictum, obliuioni traderetur. At verò fortiſſimus Iudas hortabatur populum conſeruare ſe ſine peccato, ſub oculis videntes quæ facta ſunt pro peccatis eorum qui proſtrati ſunt. ‡ Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam

Inf. 6, 11.
Deut. 7, 25.

*peccatis mortuorum MS. q.R.

mam offerri pro 'peccato' sacrificium, bene & religiosè de resurrectione cogitans. * (nisi enim eos qui ceciderant, 44
resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis)
* & quia considerabat, quòd hi qui 45
cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam.
* Sancta ergo & salubris est cogitatio 46
pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

CAP. XIII.

ANno centesimo quadragesimonono, 1
cognouit Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduersus Iudæam, * & cum eo Lysiam 2
procuratorem & præpositum negotiorum, secum habentem peditum centum decem millia, & equitum quinque millia, & elephantos viginti duos, currus cum falcibus trecentos. * Commiscuit autem se illis & Menelaus: & 3
cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patria salute, sed sperans se constitui in principatum. * Sed 4
rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem: & suggerente Lysia hunc esse causam omnium malorum, iussit (vt eis est consuetudo) apprehensum in eodem loco necari. * Erat autem in 5
eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum vndique habens cineris: hæc prospectum habebat in præceps.
* inde in cinerem deiici iussit sacrile- 6
gum, omnibus eum propellentibus ad interitum. * Et tali lege præuaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari 7
Menelaum. * Et quidem satis iustè. 8
nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus: ipse in cineris morte damnatus est.
* Sed rex mente effrenatus veniebat, 9
nequiorem se patre suo Iudæis ostensurus. * Quibus Iudas cognitis, præcepit 10
populo, vt die ac nocte Dominum inuocarent, quo sicut semper, & nunc adiuuaret eos: quippe qui lege & patria, sanctoque templo priuari vererentur, ac populum qui nuper paululum respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. * Omnibus itaque simul 12
id facientibus, & petentibus à Domino misericordiam cum fletu & ieiuniis, per triduum continuum prostratis, hortatus 13
est eos Iudas vt se præpararent. * Ipse verò cum senioribus cogitauit prius quàm rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & Domini iudicio committere exitũ rei.
* Dans itaq. potestatem omnium Deo 14
mundi creatori, & hortatus suos vt fortiter dimicarent, & vsque ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus starent: circa Modin exercitum 15
constituit. * Et dato signo suis Dei victoriæ, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros 'quatuor' millia, & maxi- *'quatuor decim MS R.
mum elephantorum cum his qui super- *duo. e. Pro Texin facium G q.
positi fuerant. * summoque metu ac 16
perturbatione hostium castra repleuerunt, rebusque prosperè gestis abierunt.
* Hoc autem factum est die illucescen- 17
te, adiuuante eum Domini protectione.
* Sed rex accepto gustu audacię Iudęo- 18
rum, arte difficultatem locorum tentabat: * & Bethsuræ quæ erat Iudæorum 19
præsidium munitũ, castra admouebat: sed fugabatur, impingebat, minorabatur. * His autem qui intus erant, Iudas 20
necessaria mittebat. * Enuntiauit autem mysteria hostibus Rhodocus quidam de Iudaico exercitu, qui requisitus 21
comprehensus est, & conclusus. * Iterum rex sermonem habuit ad eos qui 22
erant in Bethsuris: dextram dedit: accepit, abiit. * commisit cum Iuda, superatus est. Vt autem cognouit rebellasse 23
Philippum Antiochiæ, qui relictus erat super negotia, mente consternatos Iudæos deprecans, subditusque eis iurat de omnibus quibus iustum visum est: & reconciliatus obtulit sacrificium, honora- 24
uit templum, & munera posuit: * Machabæum amplexatus est, & fecit eum à Ptolemaide vsque ad Gerrenos ducem 25
& principem. * Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter ferebant Ptolemenses amicitiæ conuentionem, indignantes

tes ne fortè fœdus irrumperent. * Tunc 26
ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedauit, regressusque est Antiochiam: & hoc modo regis profectio & reditus processit.

CAP. XIIII.

SED post triennij tempus cognouit Iu- 1
das & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine valida, & nauibus per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna, * & tenuisse regiones 2
aduersus Antiochum & ducem eius Lysiam. * Alcimus autem quidam qui 3
summus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus commistionis, considerans nullo modo sibi esse salutem, neque accessum ad altare,
* venit ad regem Demetrium cente- 4
simo quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, super hæc & talos qui templi esse videbantur. Et ipsa quidem die siluit. * Tempus au- 5
tem opportunum dementiæ suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus quibus rebus & consiliis Iudæi niterentur: * respondit, ipsi qui 6
dicuntur Assidæi Iudæorum, quibus præest Iudas Machabęus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiuntur regnum esse quietum. * nam & ego de- 7
fraudatus parentum gloria (dico autem summo sacerdotio) huc veni: * primò 8
quidem vtilitatibus regis fidem seruans, secundò autem etiam ciuibus consulens: nam illorum prauitate vniuersum genus nostrum non minimè vexatur.
* Sed * his singulis ô rex cognitis, & re- 9
gioni, & generi secundum humanitatem tuam promulgatam omnibus prospice. * nam quamdiu supereſt Iudas, 10
impossibile est pacem esse negotiis.
* Talibus autem ab hoc dictis & cæ- 11
teri amici hostiliter se habentes aduersus Iudam, inflammauerunt Demetrium.
* Qui statim Nicanorem præpositum 12
elephantorum ducem misit in Iudæam:
* datis mandatis vt ipsum quidem 13
Iudam caperet, eos verò qui cum illo erant, dispergeret, & constitueret Alcimum maximi templi summum sacer- 14
dotem. * Tunc gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam, congregatim se Nicanori miscebant, miserias & clades Iudæorum, prosperitates rerum suarum 15
existimantes. * Audito itaque Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, consperſi terra rogabant eum qui populum suum constituit, in æternum custodiret, quique suam portionem si- 16
gnis euidentibus protegit. * Imperante autem duce, statim inde mouerunt, conueneruntque ad castellum 17
Dessau. * Simon verò frater Iudæ commiserat cum Nicanore: sed conterritus est repentino aduentu aduersa- 18
riorum. * Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem quam pro patriæ certaminibus habebant, sanguine iudicium fa- 19
cere metuebat. * Quam ob rem præmisit Posidonium, & Theodotium, & Matthiam, vt darent dextras atque 20
acciperent. * Et cùm diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset: omnium vna fuit 21
sententia amicitiis annuere. * Itaque diem constituerunt qua secretò inter se agerent: & * singulis sellæ prolatæ sunt *à 26 MS c.o.n.
& positæ. * Præcepit autem Iudas 22
armatos esse locis opportunis, ne fortè ab hostibus repentè mali aliquid oriretur: & congruum colloquium fecerunt.
* Morabatur autem Nicanor Iero- 23
solymis, nihilque iniquè agebat, gregesque turbarum quæ congregatæ fuerant, dimisit. * Habebat autem Iu- 24
dam semper charum ex animo, & erat 25
viro inclinatus. * Rogauitque eum ducere vxorem, filiosque procreare. Nuptias fecit: quietè egit, comiterque viuebant. * Alcimus autem videns 26
charitatem illorum adinuicem & conuentiones, venit ad Demetrium, & dicebat, Nicanorem rebus alienis assentire, Iudamque regni insidiatorem suc- 27
cessorem sibi destinasse. * Itaque rex exasperatus, & pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens, grauiter quidem se ferre de amicitiæ

citiæ conuentione, iubere tamen Machabæum citius vinctum mittere Antiochiam. *Quibus cognitis Nicanor consternabatur, & grauiter ferebat, si ea quæ conuenerant irrita faceret, nihil læsus à viro. sed quia regi resistere non poterat, opportunitatem obseruabat qua præceptum perficeret. *At Machabæus videns secum austerius agere Nicanorem, & consuetum occursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, paucis suorum congregatis occultauit se à Nicanore. *Quod cùm ille cognouit fortiter se à viro præuentum, venit ad maximum & sanctissimum templum: & sacerdotibus solitas hostias offerentibus, iussit sibi tradi virum.

*quibus cum iuramento dicentibus nescire se vbi esset qui quærebatur, extendens manum ad templum, *iurauit, dicens, Nisi Iudam mihi vinctum tradideritis, istud Dei fanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo. *Et his dictis abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in cælum, inuocabant eum qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicentes, *Tu Domine vniuersorum, qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis. *Et nunc sancte sanctorum omnium Domine, conserua in æternum impollutam domum istam, quæ nuper mundata est. *Razias autem quidam de senioribus ab Ierosolymis delatus est Nicanori, vir amator ciuitatis, & bene audiens: qui pro affectu, Pater Iudæorum appellabatur. *Hic multis temporibus continentiæ propositum tenuit in Iudaismo, corpusque & animam tradere contentus pro perseuerantia.

*Volens autem Nicanor manifestare odium quod habebat in Iudæos, misit milites quingentos, vt eum comprehenderent. *putabat enim si illum decepisset, sese cladem Iudæis maximam illaturum. *Turbis autem irruere in domum eius, & ianuam disrumpere, atque ignem admouere cupientibus, cùm iam comprehenderetur, gladio se petiit: *eligens nobiliter mori, potius quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniuriis agi. *Sed cùm per festinationem non certo ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrumperent, recurrens audacter ad murum, præcipitauit semetipsum viriliter in turbas: *quibus velociter locum dantibus casui eius, venit per median ceruicem: *& cùm adhuc spiraret, accensus animo, surrexit: & cùm sanguis eius magno fluxu defluere, & grauissimis vulneribus esset saucius, cursu turbam pertranssiit: *& stans supra quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, complexus intestina sua, vtrisque manibus proiecit super turbas, inuocans dominatorem vitæ ac spiritus, vt hæc illi iterum redderet: atque ita vita defunctus est.

CAP. XV.

NIcanor autem vt comperit Iudam esse in locis Samariæ, cogitauit cum omni impetu die sabbathi committere bellum. *Iudæis verò qui illum per necessitatem sequebantur dicentibus, Ne ita ferociter, & barbarè feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis, & honora eum qui vniuersa conspicit: *ille infelix interrogauit, si est potens in cælo qui imperauit agi diem sabbathorum. *Et respondentibus illis, est Dominus viuus ipse in cælo potens, qui iussit agi septimam diem. *At ille ait, Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit vt consilium perficeret. *Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitauerat commune trophæum statuere de Iuda. *Machabæus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo futurum. *& hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de

cta de cælo, & nunc sperarent ab Omnipotente sibi affuturam victoriam.

*Et allocutus eos de lege & prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores constituit eos: *& ita animis eorum erectis simul ostendebat Gentium fallaciam, & iuramentorum præuaricationem.

*Singulos autem illorum armauit, non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis & exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod vniuersos lætificauit. *Erat autem huiusce modi visus: Oniam qui fuerat summus sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. *Post hoc apparuisse & alium virum ætate & gloria mirabilem, & magni decôris habitudine circa illum. *Respondentem verò Oniam dixisse, Hic est fratrum amator, & populi Israël: hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. *Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem, *Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israël. *Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi iuuenum confortari, statuerunt dimicare & confligere fortiter: vt virtus de negotiis iudicaret, eo quòd ciuitas sancta, & templum periclitarentur. *erat enim pro vxoribus & filiis, itemque pro fratribus & cognatis minor sollicitudo: maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi. *sed & eos qui in ciuitate erant, non minima sollicitudo habebat pro his qui congressuri erant.

*Et cùm iam omnes sperarent iudicium futurum, hostesque adessent, atque exercitus esset ordinatus, bestiæ equitesque opportuno in loco compositi, *considerans Machabæus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientem Dominum inuocauit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. *Dixit autem inuocans hoc modo, 'Tu Domine qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sennacherib centum octogintaquinque millia: *& nunc dominator cælorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachij tui, *vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit. *Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admouebant. *Iudas vero, & qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes congressi sunt: *manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus trigintaquinque millia, præsentia Dei magnificè delectati. *Cumque cessassent, & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. *Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Dominum benedicebant. *Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam, Ierosolymam perferri. *Quò cùm peruenisset, conuocatis contribulibus, & sacerdotibus ad altare, accersijt & eos qui in arce erant. *Et ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus est. *Linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari; manum autem dementis contra templum suspendi. *Omnes igitur cæli benedixerunt Dominum, dicentes, Benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit. *Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce,

'4.Re.19,35. Tob.1,21. Eccl.48,24 Isa.37,36. 1.Ma.7,41 Sap.8,19.

arce, vt euidens esset, & manifestum
signum auxilij Dei. 36 Itaque omnes
communi consilio decreuerunt nullo
modo diem istum absque celebritate
præterire: 37 habere autem celebri-
tatem tertiadecima die mensis Adar,
quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mar-
dochæi diei. 38 Igitur his erga Nicà-
norem gestis, & ex illis temporibus ab
Hebræis ciuitate possessa, ego quoque
39 in his faciam finem sermonis. Et
si quidem bene, & vt historiæ compe-
tit, hoc & ipse velim: si autem mi-
nus dignè, concedendum est mihi.
40 Sicut enim vinum semper bibere
aut semper aquam, contrarium est;
alternis autem vti delectabile: ita le-
gentibus si semper exactus sit sermo,
non erit gratus. Hic ergo erit consum-
matus.

FINIS.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM

Secundum Matthæum.

CAPVT PRIMVM.

LIBER generationis Ieſu Chriſti filij ' Dauid, filij Abrahã. ‡ ' Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. ' Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. ‡ ' Iudas autẽ genuit Phares & Zaram de Thamar. ' Phares autem genuit Eſron. Eſron autẽ genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. ‡ Aminadab autẽ genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon. ‡ Salmon autem genuit Booz de Rahab. ' Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe. ‡ Ieſſe autem genuit Dauid regem. ' Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vrię. ‡ ' Salomon autem genuit Roboam. Roboã autem genuit Abiam. Abia autem genuit Aſa. ‡ Aſa autẽ genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. ‡ ' Ozias autẽ genuit Ioathã. Ioatham autẽ genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam. ‡ ' Ezecias autem genuit Manaſſen. ' Manaſſes autẽ genuit Amõ. Amon autem genuit Ioſiam. ‡ Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. ‡ Et poſt trãſmigrationem Babylonis, ' Iechonias genuit Salathiël. ' Salathiël autẽ genuit Zorobabel. ‡ Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit ' Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. ‡ Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autẽ genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autẽ genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. ‡ Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ: de qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. ‡ Omnes itaque generationes, ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim. & à Dauid vſq. ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim. & à trãſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, generationes quatuordecim. ‡ Chriſti autem generatio ſic erat. Cùm eſſet ' deſponſata mater eius Maria Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. ‡ Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, & nollet eam

Ruth 4,18. 1 Par.1,10. Num.7,12. 1 Par.2,11. Ruth 4,17. 1 Par.2,12. 1 Re.16,1. 17,12. 2 Re.12,24 3 Re.11,43 1 Par.3,10. 3 Re.14,31 2 Pa.26,23 2 Par.27,9. 2 Par.28,27 4 Re.20,21 4 Re.21,18 4 Re.21,24 4 Re.23,36 1 Par.3,16. 1 Par 3,17. 1 Par.3,19. 1 Eſd.3,2. 5,2. Agg.1,1. Luc.1,27.

Deut.24,1. traducere: voluit occultè dimittere eã.
*Hæc autem eo cogitante, ecce angelus 20
Domini apparuit in ſomnis ei, dicens,
Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere
Mariã cõiugem tuam.quod enim in ea
natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. *pariet 21
Luc. 1, 31. autem filium: [i] & vocabis nomen eius
Act. 4, 12. Ieſum. ipſe enim ſaluũ faciet populum
ſuum à peccatis eorum. * (Hoc autẽ to- 22
tum factum eſt vt adimpleretur quod
dictum eſt à Domino per Prophetã di-
Iſa. 7, 14. centem, *[i] Ecce virgo in vtero habebit, 23
*vocabi- & pariet filium: & vocabunt' nomen
turo. eius Emmanu-el, quod eſt interpretatũ
Nobiſcum Deus.) *Exurgẽs autẽ Ioſeph 24
à ſomno, fecit ſicut præcepit ei angelus
Domini, & accepit cõiugem ſuam. * Et 25
non cognoſcebat eam donec peperit fi-
lium ſuum primogenitum: & vocauit
nomen eius Ieſum.

CAPVT II.

Luc. 2,7. CVM ergo natus eſſet Ieſus in Beth- 1
*Iudææ 7 lehem [i] Iudæ' in diebus Herodis re-
MS.G. gis, ecce Magi ab oriente venerũt Iero-
ſolymam, *dicẽtes, Vbi eſt qui natus eſt 2
rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam
eius in oriẽte, & venimus adorare eum.
*Audiens autem Herodes rex, turbatus 3
eſt, & omnis Ieroſolyma cũ illo. * Et cõ- 4
gregãs omnes principes ſacerdotum &
Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi
Chriſtus naſceretur. *At illi dixerunt ei, 5
In Bethlehem Iudę. Sic enim ſcriptũ eſt
Mich.5,2. Ioh.7,42. per prophetam: *[i] Et tu Beth-lehem ter- 6
ra Iuda, nequaquam minima es in prin-
cipibus Iuda: ex te enim exiet dux qui
[i] regat' populum meũ Iſraël. * Tunc He- 7
MS.G. rodes clam vocatis Magis, diligẽter di-
didicit ab eis tempus ſtellæ quæ apparuit
eis: *& mittẽs illos in Bethlehem, dixit, 8
Ite & interrogate diligenter de puero:
& cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt
& ego veniens adorem eum. * Qui cùm 9
audiſſent regem, abierunt. & ecce ſtella
quam viderant in oriente, antecedebat
eos, vſquedum veniens ſtaret ſuprà, vbi
erat puer. *Videntes autẽ ſtellam, gauiſi 10
ſunt gaudio magno valde. *Et intrantes 11
domum, inuenerunt puerum cum Ma-
ria matre eius, & procidentes adoraue-

uerũt eum: [i] & apertis theſauris ſuis ob- Pſal.71,10.
tulerunt ei munera, aurũ, thus & myr-

12 rham. *Et reſpõſo accepto in ſomnis ne
redirent ad Herodẽ, per aliam viam re-
13 uerſi ſunt in regionem ſuam. * Qui cùm
receſſiſſent, ecce angelus Domini ap-
paruit in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge,
& accipe puerum & matrem eius, & fu-
ge in Aegyptum: & eſto ibi vſque dum
dicam tibi. Futurum eſt enim vt Hero-
des quærat puerum ad perdẽdum eum.
14 * Qui [i] conſurgens' accepit puerũ & ma- *ſurgés 3
trẽ eius nocte: & receſſit in Aegyptum: MS.G.S.
15 & erat ibi vſque ad obitum Herodis: *vt
adimpleretur quod dictum eſt à Domi-
no per Prophetam dicẽtem, [i] Ex Aegy- Oſe 11,1.
16 pto vocaui filiũ meum. *Tunc Herodes
videns quoniã illuſus eſſet à Magis, ira-
tus eſt valde, & mittens occidit omnes
pueros qui erant in Beth-lehem, & in
omnibus finibus eius, à bimatu & in-
frà, ſecundũ tempus quod exquiſierat à
17 Magis. *Tunc adimpletum eſt quod di-
ctum

ctum eſt per Ieremiam prophetã, dicen-
tẽ, *[i] Vox in Rama audita eſt, ploratus & 18
Ier.31,15. vlulatus multus, Rachel plorans filios
ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.
*Defuncto autem Herode, ecce angelus 19
Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in
Ægypto, *dicens, Surge, & accipe puerũ 20
& matrem eius, & vade in terram Iſraël:
defuncti ſunt enim qui quærebant ani-
mã pueri. *Qui conſurgens, accepit pue- 21
rum & matrem eius, & venit in terram
Iſraël. *Audiens autem quòd Archelaus 22
regnaret in Iudęa pro Herode patre ſuo,
timuit illò ire: & admonitus in ſomnis,
receſſit in partes Galilææ. *Et veniens ha- 23
bitauit in ciuitate quæ vocatur Naza-
reth vt adimpleretur quod dictũ eſt per
prophetas: Quoniam Nazaræus vocabi-
tur.

CAPVT III.

Mat.1,4. IN diebus autẽ illis venit Iohannes Ba- 1
Mat.3,1. ptiſta prædicans in deſerto Iudææ, *& 2
'appro- dicens, [i] Pœnitentiam agite: 'appropin-
pinquat 4 MS. quabit' enim regnum cælorum. *Hic eſt 3
Mat.3,3. enim 'qui dictus' eſt per Iſaiam prophe-
'de quo tam, dicẽtem, [i] Vox clamantis in deſer-
dictum. to, Parate viam Domini, rectas facite ſe-
Mar.1,3. mitas eius. *Ipſe autem Iohannes habe- 4
Luc.3,4. bat veſtimentum de pilis camelorũ, &
Ioan.1,24. zonam pelliceam circa lũbos ſuos: eſca
autem eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre.
*Tũc exibat ad eum Ieroſolyma & om- 5
nis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ;
*& baptizabantur ab eo in Iordane, con- 6
fitẽtes peccata ſua. * Videns autem mul- 7
tos Phariſęorũ & Sadducęorũ venientes
Mat.23,33. ad baptiſmum ſuũ, dixit eis, [i] Progenies
viperarum, quis demonſtrauit vobis
fugere à ventura ira? *Facite ergo fructũ 8
dignum pœnitentię. *Et ne velitis dicere 9
Mat.3,9. Act.13,26. intra vos, [i] Patrem habemus Abraham.
'poteſt- dico enim vobis quoniã 'potẽs eſt' Deus
as. de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę.
Mat.3,10. *Iam enim ſecuris ad radicem arborum 10
poſita eſt. [i] Omnis ergo arbor quæ non
facit fructum bonum, 'excidetur, & in
'excidi- ignem mittetur'. * Ego quidem baptizo 11
tur & in ignẽ mitti- vos in aqua in pœnitentiam. qui autem
tur. Mat.3,11. poſt me vẽturus eſt (fortior me eſt, cuius
Mar.1,8. non ſum dignus calceamenta portare.)
Luc.3,16. ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto &
Mat.3,16. Act.11,16. 1.Cor.12,13.

15 igni. *Cuius vẽtilabrum in manu ſua: & Marc.1,8. Luc.3,21.
permundabit aream ſuam: & congre-
gabit triticum ſuum in horreum, paleas
13 autẽ cõburet igni inextinguibili. *Tunc
venit Ieſus à Galilæa in Iordanem, ad Io-
14 hannem, vt baptizaretur ab eo. *Iohan-
nes autem prohibebat eum, dicens, Ego
à te debeo baptizari, & tu venis ad me?

15 *Reſpondens autem Ieſus, dixit ei, Sine
modò. ſic enim decet nos implere om-
16 nem iuſtitiam. Tunc dimiſit eũ. *Bapti-
zatus autem Ieſus, cõfeſtim aſcendit de
aqua. & ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit
ſpiritum Dei deſcendentẽ ſicut colum-
17 bam, & veniẽtem ſuper 'ſe'. *Et ecce vox 'ipſum 1
de cælis dicens, [i] Hic eſt filius meus dile- MS. Q.R.
ctus in quo mihi complacui. Luc.9,35. 2 Pet.1,17.

CAPVT IIII.

Mar. 1, 12. Luc.4,1. 1 TVNC Ieſus ductus eſt in deſertum
à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.
2 *Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus
& quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.
3 *Et accedens tentator dixit ei, Si filius

Dei es, dic vt lapides isti panes fiãt. *Qui 4
Deut. 8,3. *viuet 2 MS.R.G. respondens dixit, Scriptum est, 'Non in solo pane 'viuit' homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. *Tunc as- 5

sumpsit eum diabolus in sanctã ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, *& dixit ei,Si filius Dei es, mitte 6
Psal.90,11. *mãdauit MS.q. Hier. te deorsum. Scriptum est enim, 'Quia angelis suis 'mandabit' de te,& in manibus tollẽt te, ne fortè offendas ad lapidem pedẽ tuum. *Ait illi Iesus rursum, 7
Deu.6,16. Scriptũ est, 'Non tentabis Dñm Deum tuum.*Iterũ assumpsit eum diabolus in 8
montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mũdi, & gloriã eorum,*& 9
dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. *Tũc dicit ei Iesus, Vade 10
*retrò 5 MS. G. Q.n. *Satana: scriptum est enim, 'Dominum Deum tuum adorabis:& illi soli seruies.
Deu.6,13. Mat.1,14. *Tunc reliquit eũ diabolus: & ecce angeli accesserũt, & ministrabãt ei. *Cùm 11 12
Luc.4,14. autẽ audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, 'secessit in Galilæam: *& reli- 13

cta ciuitate Nazareth, vênit '& habitauit in Capharnaũ maritima, in finibus Isai.9,1.
14 Zabûlon & Nephthali: *vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophe-
15 tam: 'Terra Zabûlõ & terra Nephthali, Isai.9,1. 'via' maris trãs Iordanem 'Galilææ' gen- viam 2 MS.G. 'Galilea 2 MS.R. G.S.
16 tium: *populus qui 'sedebat' in tenebris, vidit lucem magnã: & sedentibus in regione 'vmbræ' mortis, lux orta est eis. 'ambulabat MS.H. & vmbra 3 MS. R.G.S.
17 *Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, 'Pœnitentiam agite: 'appropinqua- Mat.1,15. 'approbit 'enim regnum cęlorum. *Ambulans pinquauit 1 MS. R.G.S.
18 autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus,& Andream fratrem eius, mitten- Mat.1,16. Luc.5,1.
tes rete in mare (erant enim piscatores.)
19 *& ait illis, Venite post me:& faciam vos
20 fieri piscatores hominum. *At illi conti-
21 nuò relictis retibus secuti sunt eum. *Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioãnem fratrem eius in naui cum Zebedęo patre eorum,
22 reficientes retia sua: & vocauit eos. *Illi autem statim relictis retibus & patre, se-
23 cuti sunt eum. *Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni: & sanans omnem languorem & omnem in-
24 firmitatem in populo. *Et abiit 'opinio' eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habẽtes, variis languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: *'& secutæ sunt Mat.3,7. Luc.6,17. 'fama 1 MS.G.S.
25 eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans-Iordanem.

CAPVT V.

1 VIDENS autem *turbas ascendit in montem: & cùm sedisset, accesse- *Iesus MS. Hier.S.
2 runt ad eum discipuli eius, *& aperiens os suum docebat eos dicens, *Beati pau- Luc.6,20.
3 peres spiritu: quoniã ipsorũ est regnum
4 cælorũ. *'Beati mites: quoniã ipsi possi- Psal.36,11.
5 debunt terram. *Beati qui lugent: quo-
6 niã 'ipsi consolabuntur. *'Beati qui esu- Isai.61,3. & 65,13. & 66,10.
riunt,& sitiunt iustitiã: quoniã ipsi satu-
7 rabũtur. *Beati misericordes: quoniam
8 ipsi misericordiam consequẽtur. *'Beati Psal.23,4.
mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

9 debunt. *Beati pacifici: quoniam *filij
10 Dei vocabũtur. *'Beati qui persecutio-
nem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum.
11 *Beati estis cùm maledixerint vobis*, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me: *gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. sic enim persecuti sunt prophetas, qui
12 fuerunt ante vos. *Vos estis sal terræ.
13 *'Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Mat.5,13. Luc.14,34
ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras,& cõculcetur ab hominibus. *Vos
14 estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, *'neq. ac- Mat.4,21. Luc.8,16. & 11,33.
15 cendunt lucernam,& ponunt eam sub modio, sed super candelabrũ, vt luceat
16 omnib9 qui in domo sunt. *'Sic luceat Mat.5,12.
lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificẽt patrem vestrum qui in cælis est. *Nolite putare 18
quoniam veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere.
17 *'Amẽ quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut vnus Luc.16,17.
apex nõ præteribit à lege: donec omnia
18 fiant. *'Qui ergo soluerit vnũ de man- Luc.11.
datis istis minimis,& docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno cælorum. qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum.
19 *Dico enim vobis, quia nisi abundaue- Luc.11,39.
rit iustitia vestra 'plus quàm Scribarũ & Pharisæorũ, non intrabitis in regnum cælorum. *Audistis quia dictum est an- Exo.21,12. Leu.24,17.
20 tiquis, 'Non occides. qui autem occiderit, reus erit iudicio. *Ego autem dico
21 vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo*, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ
22 ignis. *Si ergo offers munus tuum ad al- Mat.5,24. Marc.11,25. Q.n.
tare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: *relin- 25
23 que ibi munus tuũ ante altare, & vade prius 'recõciliari' fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. 'Esto con- 26
Reconciliare 6. MS.R. G.S. Q.n.
24 sentiens aduersario tuo citò dum es in via cũ eo: ne fortè tradat te aduersarius
iudici, & iudex tradat te ministro, & in
27 carcerẽ mittaris. *Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum
28 quadrantem. *Audistis quia dictum est
29 antiquis: 'Non mœchaberis. *Ego autẽ Exo.20,14. dico vobis, quia omnis 'qui viderit mu- Eccli.41,25. lierem ad concupiscendum eam, iam
30 mœchatus est eã in corde suo. *'Quòd Inf.18,8. Mar.9,47. si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in
31 gehennã. *Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum mẽbrorum tuorum, quàm totum cor-
32 pus tuum eat in gehennam. *Dictum est autem, 'Quicunque dimiserit vxo- Deu.24,1:
33 rem suam, det ei libellum repudij. *Ego Inf.19,7. Mar.10,4. autem dico vobis, quia omnis qui di- Luc.16,18. 1 Cor.7,10
miserit vxorem suam, excepta fornica- Leui.19,12
tionis causa, facit eam mœchari: & qui
34 dimissam duxerit, adulterat. *Iterum audistis quia dictum est antiquis, 'Non
periurabis: reddes autem Domino iu- Exo.20,7. Deut.5,11.
ramẽta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino; neque 'per cælum, quia Inf.23,22.
35 thronus Dei est; *neq. per terram, quia scabellum est pedum eius; neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni re-
36 gis; *neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album
37 facere aut nigrum. *'Sit sermo autem Iac.5,12. vester, est, est; non, non: quod autem
38 his abundantius est, à malo est. *Audistis quia dictum est, 'Oculum pro ocu- Exo.21,24. Deu.19,21.
39 lo, & dentem pro dente. *Ego autem Leu.24,20. dico vobis non resistere malo: sed siquis te percusserit in 'dexteram' maxillam - Q.n.
40 tuam, præbe illi & alteram: *'& ei qui Luc.6,29. vult tecum 'in' iudicio contendere, & - MS.G.S.
tunicam tuam tollere, dimitte ei & pal-
41 lium. *& quicunque te angariauerit - 6 MS. G.S.
mille passus, vade cum illo 'alia' duo. 1 Cor.6,7.
42 *'Qui petit à te, da ei: & volenti mutua-
43 re à te, ne 'auertaris'. *Audistis quia di- "auersatus fueris: Aug.
ctum est, 'Diliges proximum tuum, & Deu.15,7. Leu.19,18.
44 odio habebis inimicum tuum. *Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos:

Luc.6,27. Ro.12,17. Luc.23,24. Act.7,60. 1 Co.4,13.
[1] & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: [2] vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. [3] Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem "habebitis'? nõne & publicani hoc faciũt? [4] Et si salutaueritis fratres vestros tantũ, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? [5] Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester "cælestis' perfectus est.

"habetis 2 MS. Hier. G.
"qui in cælis est 2 MS. G.S.

CAP. VI.

[1] ATTENDITE ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. [2] Cùm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amẽ dico vobis, receperunt mercedẽ suam. [3] Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: [4] vt sit eleemosyna tua in abscõdito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi*. [5] Et cùm oratis, nõ eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videãtur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam. [6] Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio*, ora patrem tuum in abscõdito: & pater tuus qui videt in abscõdito, reddet tibi*. [7] Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici*. putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. [8] Nolite ergo assimilari eis. scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. [9] Sic ergo vos orabitis, Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuũ. [10] Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. [11] Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. [12] Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. [13] Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen. [14] Si enim dimiseritis hominib⁹ peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. [15] Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. [16] Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperũt mercedem suam. [17] Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: [18] ne videaris hominibus ieiunãs, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi*. [19] Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. [20] Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur. [21] Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. [22] Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totũ corpus tuum lucidũ erit. [23] Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? [24] Nemo potest duobus dominis seruire. aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterũ contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ. [25] Ideò dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestrę quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nónne anima plus est quàm esca: & corpus plus quàm vestimẽtum? [26] Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt neque metunt, neq. congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Nónne vos magis pluris estis illis? [27] Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturã suam cubitum vnũ? [28] Et de vestimento quid soliciti estis? Cõsiderate lilia agri quomodo crescũt: non laborant neq. nent. [29] Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. [30] Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanũ mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos minimæ fidei? [31] Nolite ergo soliciti esse, dicẽtes, Quid

Luc.6,37. Ro.12,8. Luc.14,14
*in palam 1 MS. G. S.Q.n. Isa.29,15.
4 Re.4,33. Act.10,9.
*tuo MS. Hier.G.S.
*in manifesto. G.S. Q.n.
*faciunt MS.q. Hier.
Luc.11,2.
Veniat 2 MS. G.S.
"quotidianum 11. MS. Q.n.
*inferas Q.n.
Infr.18,33. Mar.11,25 Eccli.28,7.
Luc.12,33. 1 Ti.6,19.
Luc.12,34
Luc.11,34
-6 MS.G.S.
-5 MS.G.S.
*igitur 1. MS.R. G.S.
Luc.11,34
Luc.16,13.
Luc.12,22. 1 Pet.5,7. Psal.54,23. Phil.4,6. 1.Tim.6,8.
*modicæ MS.R. Hil.Hier. G.S.

Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? [32] hæc enim omnia gentes inquirũt. Scit enim pater vester quia his omnib⁹ indigetis. [33] Quærite ergo primum regnũ Dei & iustitiã eius: & hæc omnia adijcientur vobis. [34] Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. sufficit diei malitia sua.

3 Reg.3,9. autem MS. G.S.

CAP. VII.

[1] NOLITE iudicare, vt non iudicemini*. [2] In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. [3] Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? [4] Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine eijciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? [5] Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. [6] Nolite dare sanctũ canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè cõculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. [7] Petite & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. [8] Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. [9] Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? [10] Aut si piscẽ petierit, nunquid serpentem porriget ei? [11] Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petẽtibus se? [12] Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines: & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetæ. [13] Intrate per angustam portã: quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrãt per eam. [14] Quã angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam! [15] Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. [16] à fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? [17] Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autẽ arbor, malos fructus facit. [18] Non potest arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere: [19] Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, "excidetur', & in ignem "mittetur'. [20] Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. [21] Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. [22] Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? [23] Et tunc confitebor illis, Quia numquam noui vos: discedite à me* qui operamini iniquitatẽ. [24] Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea: assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum suam super petram, [25] & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerũt in domum illam, & non cecidit. fundata enim erat super petram. [26] Et omnis qui audit verba mea hæc, & nõ facit ea, similis erit viro stulto qui ædificauit domũ suam super arenã: [27] & descendit pluuia, & venerũt flumina, & flauerũt venti, & irruerũt in domũ illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. [28] Et factum est: cùm cõsummasset Iesus verba hæc, admirabãtur turbæ super doctrina eius. [29] Erat enim docẽs eos sicut potestatem habens, & nõ sicut Scribæ eorum & Pharisæi.

*Nolite condẽnare, vt non condẽnemini. MS q.
Luc.6,37. Ioan.7,1. Mat.4,24
"Frater MS q. Hier.
Inf.21,22. Mar.11,24 Luc.11,9. Ioan.14,13. 16,23. 1.Ioh.3,22. Luc.1,6.
Luc.13,24.
"Quoniã 1 MS.G.q.
Luc.6,44.
Sup.3,10.
"excidetur G.S.
"mittetur G.S.
Inf.25,11.
Act.19,13.
*omnes MS.G q. Psal.6,9. Inf.25,41. Luc.13,27. Luc. 6,47. Rom.2,13.
Iac.1,22.
Iac.1,23.
Ezech.13, 11.
-4 MS. Hier. G.

CAP. VIII.

[1] CVM autem descendisset de monte, secutæ sunt eũ turbæ multæ: [2] & ecce leprosus veniens, adorabat eũ dicẽs, Domine, si vis, potes me mundare. [3] Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens, Volo. Mundare. [4] Et cõfestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus, Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis. [5] Cùm autem introisset Capharnaum, accessit ad eũ Centurio, rogans eum, [6] & dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè tor-

Mar.1,22. Luc.4,32.
Mar.1,40. Luc.5,12.
Lev.14,2.
Luc.7,1. Ioh.4,46.

bris, & surrexit, & ministrabat ei.
16 Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat spiritus verbo: & omnes malè habentes
17 curauit: vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetã dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes portauit.
18 Videns autem Iesus turbas multas circũ se, iussit ire trans
19 fretum. Et accedens vnus scriba, ait illi, Magister, sequar te, quocũque ieris.
20 Et dicit ei Iesus, Vulpes foueas habẽt, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.
21 Alius autem de discipulis eius ait illi, Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum.
22 Iesus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
23 Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius:
24 & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat.
25 Et accesserunt ad eum, & suscitauerunt eum, dicentes, Domine, salua nos, perimus.
26 Et dicit eis, Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas
27 magna. Porrò homines mirati sunt dicentes, Qualis est hic, quia venti &
28 mare obediũt ei? Et cùm venisset trãs fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viã illam.
29 Et ecce clamauerunt dicentes, Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc
30 ante tẽpus torquere nos? Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum pascens.
31 Dæmones autem rogabant eum dicentes, Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorũ.
32 Et ait illis, Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui sunt in aquis.
33 Pastores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nuntiauerunt omnia, &
34 de eis qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Iesu, & viso eo, rogabant vt transiret à finibus eorum.

CAP.

quetur. Et ait illi Iesus, Ego veniam, & curabo eum.
8 Et respondens Centurio, ait, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.
9 Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habẽs sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit.
10 Audiens autem Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël.
11 Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recũbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum:
12 filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.
13 Et dixit Iesus Centurioni, Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.
14 Et cùm venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantẽ:
15 & tetigit manum eius, & dimisit eam fe-

Luc. 7, 6.
- 14, MS. Hier. G. S.

CAP IX.

1 ET ascendens in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatẽ suam.
2 Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.
3 Et ecce quidam de scribis dixerũt intra se, Hic blasphemat.
4 Et cùm vidisset Iesus cogitationes eorũ, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?
5 Quid est facilius, dicere, Dimittũtur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?
6 Vt autẽ sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittẽdi peccata (tunc ait paralytico) Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.
7 Et surrexit, & abiit in domũ suam.
8 Videntes autem turbæ timuerũt, & glorificauerũt Deũ, qui dedit potestatem talem hominibus.
9 Et cũ transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi, Sequere me. Et surgens, secutus est eũ.
10 Et factũ est: discũbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores veniẽtes, discũbebant cũ Iesu & discipulis eius.
11 Et vidẽtes Pharisæi, dicebãt discipulis eius, Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat magister vester?
12 At Iesus audiẽs, ait, Nõ est opus valẽtibus medicus, sed malè habẽtibus.
13 Euntes autem discite quid est, Misericordiã volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.
14 Tunc accesserunt ad eũ discipuli Ioannis, dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant?
15 Et ait illis Iesus, Nũquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cũ auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt.
16 Nemo autem immittit cõmissuram panni rudis in vestimẽtum vetus, tollit enim plenitudinem eius à vestimento: & peior scissura fit.
17 Neque mittunt vinum nouũ in vtres veteres. alioquin rumpuntur vtres, & vinũ effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouũ in vtres nouos mittunt: & ambo conseruantur.
18 Hæc illo loquente ad

Iesus MS. Hier. G. S.
Marc. 2, 3. Luc. 5, 18. Matt. 9, 2.
Isa. 53, 4. 1 Petr. 2, 24.
ministros MS. Hier. S.
discipulos MS. G. Hil. Hier. Luc. 9, 59.
Ex. 22, 25. 2 MS. Hier. S.
filius MS. Hier. S.
Marc. 4, 36. Luc. 8, 22.
MS. G. S.
discipuli eius, MS. B. G. S.
Iesus, MS. S.
Marc. 5, 21. Luc. 8, 26.
Os. 6, 6. Mic. 6, 7. 1 Tim. 1, 15 ad pœnitentiam 2 MS. Hil. G.
Marc. 2, 18. Luc. 5, 33.
Marc. 5, 22. Luc. 8, 41.

eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens, Domine filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.
19 Et surgens Iesus, sequebatur eum, &
20 discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam
21 vestimenti eius. Dicebat enim intra se, Si tetigero tantum vestimentum
22 eius: salua ero. At Iesus conuersus & videns eam, dixit, Cõfide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.
23 Et cùm venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem,
24 dicebat, Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.
25 Et cùm eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius. Et surrexit puella.
26 Et exiit fama hæc in vniuersam terram illam.
27 Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci clamantes & dicentes, Miserere nostri, fili Dauid.
28 Cùm autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Iesus, Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei, Vtique Domine.
29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secũdum fidem
30 vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum, & comminatus est illis Iesus,
31 dicens, Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota
32 terra illa. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmo-
33 nium habentem. Et eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratę sunt turbę, dicentes, Nunquã apparuit sic in Israël.
34 Pharisæi autem dicebant, In principe dæmoniorum eiicit dæmones.
35 Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorũ, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.
36 Videns autẽ turbas, misertus est eis: quia erant vexati, & iacentes sicut oues
37 nõ habentes pastorẽ. Tunc dicit discipulis suis, Messis quidẽ multa, operarij
38 autem pauci. Rogate ergo dñm messis, vt emittat operarios in messem suam.

adorauit MS. S. - 13 MS. G. S. Hier.
Luc. 8, 41.
Lev. 15, 25. Marc. 5, 25. Luc. 8, 43.
dixit ad eos, 1 Ms. G. S.
& dixit, Puella surge. ó.
Isa. 42, 7.
eiiciat 6 MS. Hil.

CAP. X.

Mar.3,15. & 6,7. Luc.6,13. & 9,1. & 10,1.

1 ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatē spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem lāguorem, & omnem infirmitatem. 2 Duodecim autem apostolorū nomina, sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, 3 Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius, Philippus & Bartholomęus, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi, & Thaddæus, 4 Simō Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. 5 Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens, In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis: 6 sed potiùs ite ad oues quæ perierūt domus Israël. 7 Euntes autē prædicate, dicētes, Quia appropinquauit regnū cælorum. 8 Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mūdate, dæmones eiicite: gratis accepistis, gratis date. 9 Nolite possidere aurū, neq. argentum, neq. pecuniam in zonis vestris: 10 non peram in via, neque duas tunicas, neq. calceamēta, neq. virgā. dignus enim est operarius cibo suo.

Matt.6,10. Luc.9,4. & 10,5. 11 In quamcunq. autē ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis. 12 Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes, Pax huic domui.

13 Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam. si autem non fuerit digna: pax vestra reuertetur ad vos. 14 Et quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo vel ciuitate excutite puluerem de pedibus vestris. 15 Amē dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.

Luc.10,3. 16 Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudētes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 17 Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in cōcilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos. 18 & ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimoniū illis

Matt.13,11 Luc.12,11. & gentibus. 19 Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. 20 nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. 21 Tradet aūt frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient, 22 & eritis odio omnibus propter nomen meum. qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. 23 Cùm autem persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israël, donec veniat filius hominis. 24 Nō est discipulus super magistrum, nec seruus super dñm suum. 25 sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dñs eius. Si patrem familias Beel-zebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? 26 Ne ergo timueritis eos: nihil enim est opertū, quod non reuelabitur: & occultū, quod non scietur. 27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prędicate super tecta. 28 Et nolite timere eos qui occidūt corpus, animam autē non possunt occidere: sed potiùs timete eū qui potest & animā & corpus perdere in gehennam.

29 Nónne duo passeres asse veneunt: & vnus ex illis nō cadet super terram sine 30 patre vestro? Vestri aūt & capilli capitis omnes numerati sunt. 31 Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. 32 Omnis ergo qui cōfitebitur me corā hominibus, cōfitebor & ego eum 33 coram patre meo qui in cælis est: qui autē negauerit me coram hominibus: negabo & ego eum corā patre meo qui 34 in cælis est. Nolite arbitrari quia pacē venerim mittere in terram. nō veni pacem mittere, sed gladium. 35 veni enim separare hominē aduersus patrē suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrū suam: 36 & inimici hominis, domestici eius. 37 Qui amat patrem aut matrē plus quàm me, non est me dignus. & qui amat filium aut filiam 38 super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucē suam, & sequitur me, 39 non est me dignus. Qui inuenit animam

- 6. Lebbeus qui cognominatus est Thaddæus. G.S.

- MS. G. Q.

Marc.6,8. Luc.9,3. & 10,4. 1 Tim.5,18

- I MS. Harl. G. Q. S. Q. B. veniat MS. Hil. G. reuertatur MS. Hil. G.

Marc.6,11. Luc.9,5.

illa 1 MS. G. S. Act. 13,51. & 18,6.

Luc.10,3.

Matt.3,12. Luc.3,16. & 22,18. 1 Cor.2,10

Matt.5,29. & 10,28. Luc.12,4.

Matt.10,32. Luc.12,8. & 1 Tim.2,12

Luc.12,51.

Matt.5,9.

Matt.3,8. Luc.3,8. & 12,53.

Matt.10,24. Luc.6,40. Ioan.13,16. & 15,20.

hominibus G.

aurem G.

mam suam: perdet illam. & qui perdiderit animā suam propter me: inueniet eam. 40 Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eū qui me misit. 41 Qui recipit prophetā in nomine prophetæ: mercedē prophetæ accipiet. & qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. 42 Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tātùm in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

CAP. XI.

1 ET factum est: cùm consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, trāsiit inde, vt doceret & prędicaret in ciuitatibus eorū. 2 Iohannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis, 3 ait illi, Tu es qui vēturus es, an aliū expectamus? 4 Et respōdens Iesus ait illis, Euntes renuntiate Iohanni quę audistis & vidistis. 5 Cæci vidēt, claudi ambulant, leprosi mundātur, surdi audiunt, mortui resurgūt, pauperes euāgelizantur: 6 & beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me. 7 Illis aūt abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne, Quid existis in desertū videre? arundinem vento agitatā? 8 Sed quid existis videre? hominē mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. 9 Sed quid existis videre? prophetam? Etiā dico vobis, & plus quàm prophetam. 10 Hic est enim de quo scriptū est, Ecce ego mitto angelū meum ante faciē tuam, qui præparabit viā tuā ante te. 11 Amen dico vobis, nō surrexit inter natos mulierū maior Iohanne Baptista: qui autē minor est in regno cælorum, maior est illo. 12 A diebus aūt Iohānis Baptistæ vsq. nunc, regnum cælorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. 13 Omnes enim prophetæ & lex vsq. ad Iohannē prophetauerunt: 14 & si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est. 15 Qui habet aures audiēdi, audiat. 16 Cui aūt similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedētibus in foro: qui clamātes coæqualibus, 17 dicunt, Cecinimus vobis, & non saltastis: lamen-

Matt.11,14. & 17,11. Luc.1,17.

Ioan.1,21.

Matt.11,7. Luc.7,24.

Matt.11,9. Luc.7,26.

Matt.11,10. Luc.7,27.

Matt.11,12. Luc.16,16.

Matt.11,13. Luc.16,16.

Matt.11,16. Luc.7,32.

Gen. 6. Cecinimus vobis

18 tauimus, & non planxistis. 19 Venit enim Iohannes neq. manducans neq. bibens: & dicūt, Dæmoniū habet. 20 Venit filius hominis manducās & bibēs, & dicunt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorū & peccatorū amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis. 21 Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia nō egissent pœnitētiam. 22 Væ tibi Corozain, væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quę factę sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. 23 Verūtamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis. 24 Et tu Capharnaū, nunquid vsq. in cælum exaltaberis? vsq. in infernum descēdes. quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, fortè māsissent vsq. in hanc diem. 25 Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorū remissius erit in die iudicij, quàm tibi. 26 In illo tēpore respondens Iesus dixit, Confiteor tibi pater Dñe cæli & terræ, quia abscōdisti hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. 27 Ita pater: quoniā sic fuit placitum ante te. 28 Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filiū nisi pater: neque patrē quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. 29 Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. 30 Tollite iugum meū super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. 31 Iugum enim meū suaue est, & onus meum leue.

Matt.11,18. Luc.7,33.

Matt.11,19. Luc.7,34.

Matt.11,20.

Matt.11,21.

Matt.11,22.

Matt.11,23. Luc.10,15.

Matt.11,24. Luc.10,12.

Matt.11,25. Luc.10,21.

Ioan.7,28. & 8,19. & 10,15.

Matt.11,27. Luc.10,22.

Matt.11,28. Ier.6,16.

Matt.11,29. 1 Ioh.5,3.

CAP. XII.

Matt.2,23. Luc.6,1.

1 IN illo tēpore abijt Iesus per sata sabbatho: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. 2 Pharisæi autē videntes, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbathis. 3 At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit, & qui cum eo erant? 4 quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neq. his qui cū eo erāt, nisi solis sacerdotibus? 5 Aut nō legistis in lege,

Matt.12,1. Luc.6,1.

- 4 MS. R. G. S. 1 Reg.21,4

Leu.24,8.

Num.28,9. in lege, ' quia ſabbathis ſacerdotes in templo ſabbathum violãt,& ſine crimine ſunt? *Dico autẽ vobis,quia templo 6
maior eſt hîc. *Si autem ſciretis quid eſt, 7
Oſee 6,6. 'Miſericordiã volo, & non ſacrificium: nunquam condemnaſſetis innocentes:
*Dñs enim eſt filius hominis etiam ſabbathi. *Et cũ inde trãſiſſet,venit in ſyna- 9
gogam eorum. *Et ecce homo *manum 10
*erat 1 MS. R. G. S. habens aridã, & interrogabant eum dicẽtes, Si licet ſabbathis curare? vt accuſarent eũ. *Ipſe autẽ dixit illis, ' Quis erit 11
Matt.5,1. Luc.6,6. Deut.22,4. ex vobis homo qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbathis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? *Quanto 12
magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſabbathis benefacere. *Tunc ait homi- 13
ni, Extende manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. *Ex- 14
euntes autem Phariſæi,conſilium faciebant aduerſus eũ, quomodo perderent eum. *Ieſus aũt ſciens receſſit inde:& ſe- 15
cuti ſunt eum multi,& curauit eos om-

16 nes: *& præcepit eis ne manifeſtũ eum
17 facerent. *Vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophetã, dicẽtem,
18 *'Ecce puer meus quem elegi, dilectus Iſa.42,1. meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponã ſpiritum meum ſuper eum,
19 & iudiciũ gentibus nuntiabit. *Nõ contendet, neque clamabit: neque audiet
20 aliquis in plateis vocẽ eius. *arundinem quaſſatam non confringet,& linum fumigans non extinguet: donec eiiciat ad
21 victoriã iudicium *: *& in nomine eius *Q.n.
22 Gentes ſperabunt. *'Tunc oblatus eſt ei Supr.9,32. Luc.11,14 dæmonium habens, cæcus & mutus,& curauit eũ, ita vt loqueretur & videret.
23 *Et ſtupebãt omnes turbę, & dicebant,
24 Nunquid hic eſt filius Dauid? *'Phariſęi Supr.9,34. Marc.3,22. autem audiẽtes dixerunt,Hic non eiicit dæmones niſi in Beel-zebub principe
25 dæmoniorum. *Ieſus autem ſciens cogitationes eorum, dixit eis, 'Omne re- Luc.11,17. gnum diuiſum contra ſe,deſolabitur:& omnis ciuitas vel domus diuiſa cõtra ſe,
26 non ſtabit. *Et ſi ſatanas ſatanam eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodò ergo
27 ſtabit regnũ eius? *Et ſi ego in Beel-zebub eiicio dæmones: filij veſtri in quo eiiciunt? Ideò ipſi iudices veſtri erunt.
28 *Si autẽ ego in ſpiritu Dei eiicio dæmones: igitur peruenit in vos regnum Dei.
29 *aut quomodò poteſt quiſquã intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere: niſi prius alligauerit fortem:& tunc do-
30 mũ illius diripiet. *Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui nõ congregat mecum, ſpargit. *'Ideò dico vobis, omne Marc.3,28. Luc.12,10. 1 Ioh.5,16. peccatũ & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem 'blaſphemia' Blaſphemiam. 32 non remittetur. *Et quicunque dixerit verbum cõtra filium hominis, remittetur ei: qui autẽ dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neq. in hoc
33 ſeculo, neq. in futuro. *Aut facite arborem bonam, & fructũ eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum; ſiquidẽ ex fructu arbor agno-
34 ſcitur. *Progenies viperarum, quomodò poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali? 'ex abundãtia enim cordis os loquitur. Luc.6,45
35 *Bonus homo de bono theſauro profert bona:

bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. *Dico autẽ vobis,quoniã 36
omne verbũ otioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij. *Ex verbis enim tuis iuſtifi- 37
caberis,& ex verbis tuis condẽnaberis.
*Tunc reſpõderunt ei quidam de Scri- 38
bis & Phariſæis, dicentes, Magiſter, volumus à te ſignũ videre. *Qui reſpon- 39
Ier.16,4. Luc.11,29. 1Cor.1,22. dens ait illis, 'Generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. *'Sicut 40
Ion.2,1. enim fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. *'Viri Niniuitæ ſurgẽt 41
Ion.3,5. in iudicio cum generatione iſta,& condemnabunt eam:quia pœnitẽtiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas hîc. *Regina auſtri ſurget 42
3 Reg.10,1 2 Par.9,1. in iudicio cum generatione iſta,& condemnabit eã: 'quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce
Luc.11,24 plus quã Salomon hîc. *'Cùm autẽ im- 43
mũdus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiẽ, & non inuenit. *Tunc dicit, Reuertar in 44
domum meã vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacãtem, ſcopis mundatã,& ornatam. *Tũc vadit,& aſſumit ſeptem 45
2 Pet.2,20. alios ſpiritus ſecum nequiores ſe,& intrãtes habitant ibi: '& fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit
Matt.3,31. Luc.1,20. & generationi huic peſſimæ. *'Adhuc 46
eo loquẽte ad turbas,ecce mater eius & fratres ſtabant foris, quærẽtes loqui ei.
*Dixit autem ei quidã, Ecce mater tua 47
loquitur 1 MS. 'vocat alloquitur. G.S & fratres tui foris ſtant quærentes 'te'.
*At ipſe reſpõdens dicenti ſibi ait,Quę 48
eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?
*Et extendens manũ in diſcipulos ſuos, 49
dixit, Ecce mater mea & fratres mei.
*Quicunq. enim fecerit voluntatẽ pa- 50
Vt 9 MS. eq. tris mei qui in cælis eſt: ipſe meus *frater,& ſoror, & mater eſt.

CAP. XIII.

IN illo die exiens Ieſus de domo, ſede- 1
Marc.4,1. Luc.5,1. bat ſecus mare. *'Et congregatæ ſunt 2
ad eũ turbæ multæ, ita vt in nauiculam aſcendẽs ſederet: & omnis turba ſtabat

3 in littore, *& locutus eſt eis multa in parabolis, dicẽs, Ecce exiit qui ſeminat,ſe-
4 minare*. *Et dum ſeminat, quædam ce- *ſemen ſuum o:
ciderũt ſecus viã, & venerunt volucres
5 cæli & comederunt ea. *Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multã:& continuò exorta ſunt,
6 quia non habebant altitudinem terræ.
*ſole autẽ orto æſtuauerunt:& quia non
7 habebant radicẽ,aruerunt. *Alia autem ceciderunt in ſpinas: & creuerũt ſpinæ,
8 & ſuffocauerũt ea. *Alia autem ceciderunt in terrã bonam: & dabãt fructum, "centum, aliud ſexageſimum, aliud ſexaginta, aliud tri-
aliud 'cẽteſimum, aliud ſexageſimum,
9 aliud triceſimum'. *Qui habet aures au- ginta 1.
diendi, audiat. *Et accedentes diſcipuli MS.G. Sic paulò pòſt v.23.
10 dixerũt ei; Quare in parabolis loqueris
11 eis? *Qui reſpondẽs, ait illis, Quia vobis datũ eſt noſſe "myſteria' regni cęlorum: "myſterium o.
12 illis autem non eſt datum. *'Qui enim Infr.25,29. habet,dabitur ei, & abundabit: qui aũt non habet, & quod habet auferetur ab
13 eo. *Ideò in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non
14 audiunt, neq. intelligunt. *"& adimple- *vt adimpleatur o. *dicentis, MS.Hier.s. Iſa.6,9. Mat.4,12. Luc.8,10. Ioh.12,40. Act.28,26. Rom.11,8.
tur' in eis prophetia Iſaiæ "dicẽs', 'Auditu audietis, & non intelligetis: & viden-
15 tes videbitis, & non videbitis. *Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos
clauſerunt: nequãdo videant oculis, &
auribus audiant, & corde intelligant &
16 conuertantur,& ſanem eos. *'Veſtri au- Luc.10,23. Mat.4,14 Luc.8,11 tem beati oculi quia vident,& aures ve-
17 ſtræ quia audiunt. *Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis,& non viderunt: & audire quæ auditis, & nõ audie-
18 runt. *Vos ergo audite parabolã ſemi-
19 nantis. *Omnis qui audit verbũ regni & nõ intelligit, venit malus,& rapit quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt qui
20 ſecus viã ſeminatus eſt. *Qui autẽ ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt,qui verbũ audit, & cõtinuò cum gaudio accipit il-
21 lud; *non habet autẽ in ſe radicẽ, ſed eſt temporalis. facta autem tribulatione &
perſecutione propter verbũ, continuò
22 ſcandalizatur. *Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt,qui verbum audit,& ſolicitudo

solicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat verbum & sine fructu efficitur. *Qui verò in terram bonam se- 23
minatus est: hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructũ affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimũ, aliud verò tricesimũ. *'Aliam 24
Mar.4,26. parabolam proposuit illis, dicens, Simile factum est regnum cælorũ homini qui seminauit bonum semen in agro suo.
Sap.2,24. *'cùm autẽ dormirent homines, vênit 25
inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. *Cũ autem 26
creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. *Accedentes 27
autem serui patris familias, dixerunt ei, Domine, nónne bonum semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania?
*Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. 28
*igitur R.G. Serui autẽ dixerunt ei, Vis *imus, & colligimus ea? *Et ait, Non: ne fortè colli- 29
gentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. *Sinite vtraq. crescere vsq. 30
ad messem, & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõburendum, triticum autem cõgregate in hor-
31 reum meum. *'Aliam parabolam pro- Mar.4,30. Luc.13,18.
posuit eis, dicẽs, Simile est regnum cælorum grano sinâpis, quod accipiens
32 homo seminauit in agro suo: *quod minimum quidẽ est omnibus seminibus: cùm autẽ creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli
33 veniãt, & habitẽt in ramis eius. *Aliam Luc.13,21.
parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscõdit in farinæ satis tri-
34 bus, donec fermentatũ est totũ. *'Hæc Mar.4,33.
omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis nõ loquebatur
35 eis: *vt impleretur quod dictũ erat per Psal.77,2.
prophetam dicentem, 'Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à
36 constitutione mũdi. *Tunc dimissis turbis vênit in domum: & accesserunt ad eum discipuli eius, dicẽtes, 'Edissere' no- 'Dissere MS.Hier. 'Enarra MS.
37 bis parabolam zizaniorum agri. *Qui respõdens ait illis, Qui seminat bonum
38 semen, est filius hominis. *Ager autem: est mundus. Bonum verò semen: hi sunt filij regni. Zizania autem filij sunt 'ne- 'vid.evangel.
39 quam'. *Inimicus autem qui seminauit Apo.14,15.
ea: est diabolus. 'Messis verò, cõsummatio seculi est. Messores autẽ: angeli sunt.
40 *Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatio-
41 ne seculi. *mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scãdala, & eos qui faciunt iniquitatem:
42 *& mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit
43 fletus & stridor dentiũ. *'Tũc iusti ful- Sap 3,7. Dan. 12,3.
gebũt sicut Sol in regno patris eorum.
44 Qui habet aures audiẽdi, audiat. *Simile est regnũ cælorũ thesauro abscondito in agro: quẽ qui inuênit homo, abscõdit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum
45 illum. *Iterũ simile est regnũ cælorum homini negotiatori, quærenti bonas
46 margaritas. *Inuẽta autẽ vna pretiosa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ
47 habuit, & emit eam. *Iterum simile est regnum

regnum cælorũ sagenæ missæ in mare, & ex omni genere 'piscium congreganti.
Mar.MS.R. G.S. *quam, cùm impleta esset, educẽtes, & 48
secus littus sedentes, elegerũt bonos in vasa, malos aũt foras miserunt. *Sic erit 49
in cõsummatione seculi. exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, *& mittent eos in caminũ ignis. 50
ibi erit fletus & stridor dentium. Intel- 51
'Domi- nus MS.R. G.S. lexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam'.
*Ait illis, Ideò, omnis scriba doctus in 52
regno cælorũ, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. *Et factũ est: cùm con- 53
Mat.1. Luc.4,16. summasset Iesus parabolas istas, transiit inde. *'Et veniens in patriã suã, docebat 54
eos in synagogis eorũ, ita vt mirarẽtur, & dicerent, Vnde huic sapientia hæc, & Mat.13,42. virtutes? *'Nónne hic est fabri filius? 55
Nõne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, Iacobus & 'Ioseph', & Simõ & Iudas: *& sorores eius, nónne omnes 56
Iacob G. Ioseph. apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? *Et scandalizabãtur in eo. Iesus au- 57
Mat.13,57 Mat.4. tem dixit eis, 'Non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo
Luc.4,24. Ioan.4,44. sua. *Et non fecit ibi virtutes multas 58
propter incredulitatem illorum.

CAP. XIIII.

In illo tempore, 'audiuit Herodes te- 1
Mat.14. Luc.9,7. trarcha famã Iesu: *& ait pueris suis, 2
Hic est Iohãnes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operãtur in eo.
Mar.6,17. Luc.3,19. *'Herodes enim tenuit Iohannẽ, & alli- 3
gauit eum: & posuit in carcere propter Herodiadẽ vxorem 'fratris sui. *Dicebat 4
Philippi MS.R. G.S. enim illi Iohãnes, Non licet tibi habere eam. *Et volens illum occidere, timuit 5
Mat.21,26. populum: 'quia sicut prophetã eum habebant. *Die autẽ natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit 6
Herodi. *Vnde cũ iuramento pollicitus est ei dare quodcunq. postulasset ab 7
eo. *At illa præmonita à matre sua, Da 8
mihi, inquit, hîc in disco caput Iohãnis Baptistæ. *Et cõtristatus est rex: propter 9
iuramentũ autẽ & eos qui pariter recũbebãt, iussit dari. *Misitq. & decollauit 10
Ioannem in carcere. *Et allatum est ca- 11
put eius in disco: & datum est puellæ, &
12 attulit matri suæ. *Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus', & sepelierũt 'eius MS. Hier. G.S.
illud: & venientes nuntiauerunt Iesu.
13 *'Quod cùm audisset Iesus, secessit in- Luc. 9, 10. Marc. 6, 32.
de in nauicula, in locum desertum seorsum: & cũ audissent turbæ, 'secutę sunt Ioh.6,2.
14 eum pedestres de ciuitatibus. *Et exiens vidit turbam multã, & misertus est eis,
15 & curauit languidos eorũ. *Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Desertus est locus, & hora iam præteriit: dimitte turbas, vt eun-
16 tes in castella, emant sibi escas. *Iesus autem dixit eis, Non habent necesse
17 ire: 'date illis vos manducare. *Re- Mat. 6, 37. Luc. 9, 13. Ioh. 6, 9.
sponderunt ei, 'Non habemus hîc nisi
18 quinque panes & duos pisces. *Qui ait
19 eis, Afferte mihi illos huc. *Et cùm iussisset turbam discumbere super fœnum, acceptis quinq. panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum benedixit & fregit, & dedit discipulis pa-
20 nes, discipuli autem turbis. *Et manduca-

ducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorũ plenos. [38] Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. [39] Et ſtatim iuſſit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. [23] Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi. [24] nauicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus. erat enim contrarius ventus. [25] Quarta autem vigilia noctis, vẽnit ad eos ambulans ſuper mare. [26] Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes, Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. [27] Statimque Ieſus locutus eſt eis, dicens, Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere. [28] Reſpondẽs autem Petrus dixit, Domine ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas. [29] At ipſe ait, Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquã vt veniret ad Ieſum. [30] Videns verò ventum validũ, timuit: & cùm cœpiſſet mergi, clamauit dicens, Dñe, ſaluum me fac. [31] Et continuò Ieſus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi, Modicæ fidei, quare dubitaſti? [32] Et cùm aſcendiſſent in nauiculã, ceſſauit ventus. [33] Qui autem in nauicula erãt, venerunt, & adorauerunt eũ, dicentes, Verè filius Dei es. [34] Et cùm transfretaſſent, venerunt in terram Geneſar. [35] Et cùm cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionẽ illam, & obtulerunt ei omnes malè habẽtes: [36] & rogabant eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et quicunq. tetigerunt, ſalui facti ſunt.

Matt. 6, 45 cõpulit. S MS. R. Hier. G. S.

Mar. 6, 53.

CAP. XV.

Matt. 7, 1. [1] TVNC acceſſerunt ad eum ab Ieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes, [2] Quare diſcipuli tui trãſgrediuntur traditionẽ ſeniorum? non enim lauant manus ſuas cùm panẽ manducãt. [3] Ipſe autem reſpondens ait illis, Quare & vos tranſgredimini mãdatum Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit, [4] Honora patrem & matrem; &, Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. [5] Vos autẽ dicitis, Quicunq. dixerit patri vel matri, Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit: [6] & non honorificabit patrẽ ſuum aut matrẽ ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram. [7] Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicẽs, [8] Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè eſt à me. [9] Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. [10] Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis, Audite & intelligite. [11] Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. [12] Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei, Scis quia Phariſæi, audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt? [13] At ille reſpondens ait, Omnis plantatio quã non plantauit pater meus cæleſtis, eradicabitur. [14] Sinite illos: cæci ſunt, duces cæcorũ. cæcus autẽ ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. [15] Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam. [16] At ille dixit, Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? [17] Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur? [18] Quæ autẽ procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: [19] de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. [20] hæc ſunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autẽ manib. manducare, non coinquinat hominẽ. [21] Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidõnis. [22] Et ecce mulier Chananæa à finib⁹ illis egreſſa clamauit, dicens ei, Miſerere mei Dñe fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur. [23] Qui non reſpõdit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius rogabãt eum dicẽtes, Dimitte eam: quia clamat poſt nos. [24] Ipſe autem reſpondens, ait, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierũt domus Iſraël. [25] At illa venit, & adorauit eum, dicens, Domine adiuua me. [26] Qui reſpõdens ait, Non eſt bonum ſumere panẽ filiorum, & mittere canibus. [27] At illa dixit, Etiam Domine:

Exod. 20, 12. Deut. 5, 16. & 27, 16.

Eccl. 3, 9. Leuit. 20, 9. Prou. 20, 20. Exod. 21, 17.

Gen. 4, 5. & 8. 21.

Iſai. 29, 13. Matt. 7, 6.

Iob 15, 35.

Luc. 6, 39.

Sup. 23, 16. Luc. 11, 44. Iob 21, 5.

Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. [28] Tunc reſpondens Ieſus, ait illi, O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. [29] Et cùm tranſiſſet inde Ieſus, venit ſecus Mare-Galilææ: & aſcendẽs in montem, ſedebat ibi. [30] Et acceſſerũt ad eũ turbæ multæ, habẽtes ſecũ mutos, cęcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos: [31] ita vt turbæ mirarentur vidẽtes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos vidẽtes: & magnificabant Deum Iſraël. [32] Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis, dixit, Miſereor turbæ: quia triduo iam perſeuerant mecũ, & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. [33] Et dicũt ei diſcipuli, Vnde ergo nobis in deſerto panes tantos, vt ſaturemus turbam tantam? [34] Et ait illis Ieſus, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos piſciculos. [35] Et præcepit turbæ vt diſcũberent ſuper terrã. [36] Et accipiens ſeptem panes, & piſces, & gratias agens fregit, & dedit diſcipulis ſuis, & diſcipuli dederunt populo. [37] Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmẽtis tulerunt, ſeptẽ ſportas plenas. [38] Erant autem qui manducauerũt, quãtuor millia hominũ, extra paruulos & mulieres. [39] Et dimiſſa turba, aſcendit in nauiculam: & venit in fines Magedan.

Iſai. 35, 5. Luc. 7, 22.

Matt. 8, 1.

CAP. XVI.

Matt. 8, 12. Luc. 12, 54. [1] ET acceſſerũt ad eũ Phariſæi & Sadducæi tentantes: & rogauerũt eum vt ſignum de cælo oſtẽderet eis. [2] At ille reſpondens, ait illis, Facto veſpere dicitis, Serenum erit, rubicundum eſt enim cælum. [3] Et manè, Hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cælum. Faciem ergo cæli diiudicare noſtis: ſigna autem temporum non poteſtis"? [4] Generatio mala & adultera ſignũ quęrit: & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionę prophetæ. Et relictis illis, abiit. [5] Et cùm veniſſent diſcipuli eius trans fretum, obliti ſunt [6] panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermẽto Phariſæorum [7] & Sadducæorũ. At illi cogitabant inter ſe dicentes, Quia panes non accepimus. [8] Sciens autem Ieſus, dixit, Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes [9] non habetis? Nõdum intelligitis, neq. recordamini quinq. panum, in quinq. millia hominũ, & quot cophinos ſumpſiſtis? [10] neque ſeptem panum, in quatuor millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? [11] Quare non intelligitis quia nõ de pane dixi vobis, Cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorũ? [12] Tunc intellexerũt quia nõ dixerit cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorũ & Sadducæorũ. [13] Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens, Quem dicunt homines eſſe filium hominis? [14] At illi dixerunt, Alij Iohannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis. [15] Dicit illis Ieſus, Vos autem quem me eſſe dicitis? [16] Reſpondens Simon Petrus dixit,

Sup. 14, 17. Ioh. 6, 9.

Sup. 15, 34.

Luc. 9, 18.

Ioh.6,69. [a]Tu es Christus filius Dei viui. [b]Respon- 17
dens autem Iesus, dixit ei, Beatus es Si-
Ioh.1,42. mō [c]Bar-Iona: quia caro & sanguis non
reuelauit tibi, sed pater me[g] qui in cælis
est. [d]Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: 18
& super hanc petram ædificabo eccle-
siam meam, & portæ inferi non præua-
Deut.18,18. lebunt aduersus eam. [e]Et tibi dabo cla- 19
Iob.22,28. ues regni cælorum. Et quodcúque liga-
Cap.18,18. ueris super terram, erit ligatum & in
-g MS. cælis, & quodcunque solueris super ter-
Hier.G.S. ram, erit solutū & in cælis. [f]Tunc præ- 20
cepit discipulis suis vt nemini dicerent
-6 Mss. quia ipse esset Iesus Christus. [g]Exinde 21
G q.s. cœpit Iesus ostēdere discipulis suis, quia
oporteret eum ire Ierosolymā, & multa
pati à senioribus & scribis & principib. sa-
cerdotum, & occidi, & tertia die resur-
gere. [h]Et assumens eum Petrus, cœpit 22
increpare illum dicēs, Absit à te Domi-
ne, non erit tibi hoc. [i]Qui cōuersus, di- 23
Matt.5,33. xit Petro, Vade post me Satana, scanda-
lum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei
sunt, sed ea quæ hominum. [k]Tunc Iesus 24
Sup.10,38. dixit discipulis suis, Si quis vult post me
Luc.9,23. venire, abneget semetipsum, & tollat
Cap.14,27. 27,32. crucē suam, & sequatur me: [l]Qui enim 25
Iob.12,25. voluerit animam suam saluam facere,
perdet eā. qui autē perdiderit animam
suam propter me, inueniet eam. [m]Quid 26
enim prodest homini, si mundum vni-
uersum lucretur, animæ verò suæ detri-
P.48,8. P.61,13. mētum patiatur? Aut quā dabit homo
Act.17,31. commutationem pro anima sua? [n] Fi- 27
lius enim hominis venturus est in gloria
Rom.2,6. patris sui cum angelis suis: & tunc red-
det vnicuique secundum opera eius.
Matt.9,1. Luc.9,27. [o]Amē dico vobis, sunt quidam de hic 28
stantibus qui non gustabunt mortem,
donec videant filium hominis venien-
tem in regno suo.

CAP. XVII.

*assumpsit MS.S. Matt.9,2. Luc.9,28. ET post dies sex assumit Iesus Petrū 1
& Iacobū & Iohannē fratrem eius,
& ducit illos in montē excelsum seor-
sum: [a]& transfiguratus est ante eos. Et 2
resplenduit facies eius sicut Sol: vesti-
*Iust.c.s. mēta aūt eius facta sunt alba sicut nix.'
[b]Et ecce apparuerunt illis Moyses & E- 3
lias cū eo loquentes. [c]Respondens au- 4
tē Petrus, dixit ad Iesum, Dñe, bonum
est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria
tabernacula, tibi vnū, & Moysi vnum,
& Eliæ vnū. [d]Adhuc eo loquente, ecce 5
nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce Deut.5,24. Sup.5,17.
vox de nube, dicens, Hic est filius meus
dilectus in quo mihi bene complacui:
ipsum audite. [e]Et audientes discipuli, 6
ceciderunt in faciē suam, & timuerunt
valde. [f]Et accessit Iesus, & tetigit eos: 7
dixitque eis, Surgite, & nolite timere.
[g]Leuantes aūt oculos suos, neminē vi- 8
derunt, nisi solū Iesum. [h]Et descenden- 9
tibus illis de mōte, præcepit eis Iesus, di-
cens, Nemini dixeritis visionē, donec
fili⁹ hominis à mortuis resurgat. [i]Et in- 10
terrogauerunt eum discipuli, dicentes,
[k]Quid ergo Scribæ dicunt quòd Eliam Mat.9,11. Mal.4,5.
oporteat primū venire? [l]At ille respon- 11
dens, ait eis, Elias quidē venturus est, & *primum
restituet omnia. [m]dico autē vobis, quia I MS.S. G.S.
Elias iam venit, & nō cognouerunt eū, Sup.11,14.
[n]sed fecerūt in eo quęcunq. voluerunt. Sup.14,6.
Sic & filius hominis passurus est ab eis.
[o]Tunc intellexerunt discipuli, quia de 13
Iohanne Baptista dixisset eis. [p]Et cùm Mat.9,14. Luc.5,33.
venissent ad turbā, accessit ad eū homo
genibus prouolutus ante eum, dicens, 15
[q]Dñe miserere filio meo, quia lunati-
cus est, & malè patitur: nā sæpe cadit in
ignē, & crebrò in aquā. [r]& obtuli eum 16
discipulis tuis: & non potuerunt curare
eum. [s]Respondens Iesus, ait, O genera- 17
*autem MS. R. Hier. G.
tio incredula & peruersa, quousque ero
vobiscum? vsquequo patiar vos? Affer-
te huc illū ad me. [t]Et increpauit illum 18
Iesus, & exijt ab eo dæmoniū, & cura-
tus est puer ex illa hora. [u]Tunc accesse- 19
rūt discipuli ad Iesum secretò, & dixe-
runt, Quare nos non potuimus eijcere
illum? [x]Dixit illis Iesus, Propter incre- 20
dulitatem vestrā. [y]Amen quippe dico Luc.17,6.
vobis, si habueritis fidem sicut granum
sinapis, dicetis monti huic, transi hinc
illuc: & transibit, & nihil impossibile e- 21
rit vobis. [z]Hoc autem genus non eijci-
tur nisi per orationē & ieiunium. [a]Cō- 22
uersantibus autem eis in Galilæa, dixit
illis Iesus, Filius hominis tradendus est
in manus hominū: [b]& occident eum, 23
& tertia

& tertia die resurget. Et contristati sunt
vehementer. [c]Et cū venissent Caphar- 24
naum, accesserunt qui didrachma acci-
piebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Ma-
gister vester nō soluit didrachma? [d]Ait, 25
Etiam. Et cùm intrasset in domū, præ-
uēnit eum Iesus, dicens, Quid tibi vide-
tur Simon? Reges terræ à quibus acci-
piunt tributum vel censum? à filijs suis,
an ab alienis? [e]Et ille dixit, Ab alienis. 26
Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filij. [f]Vt 27
autem non scandalizemus eos, vade ad
mare, & mitte hamum: & eum piscem
qui primus ascenderit, tolle: & aperto
ore eius, inuenies statērē: illum sumens,
da eis pro me & te.

CAP. XVIII.

Mat.9,34. Luc.9,46. IN illa hora accesserūt discipuli ad Ie- 1
sum, dicentes, [a]Quis, putas, maior est
Isa.19,14 1 Cor.14, 20. in regno cælorum? [b]Et aduocans Iesus 2
paruulum, statuit eū in medio eorum,
[c]& dixit, Amē dico vobis, nisi conuer- 3
si fueritis, & efficiamini sicut paruuli,
non intrabitis in regnū cælorum. [d]Qui- 4
cumque ergo humiliauerit se sicut par-
uulus iste, hic est maior in regno cælo-
rum. [e]Et qui susceperit vnū paruulum 5
Mat.9,42. talē in nomine meo, me suscipit. [f] qui 6
autem scandalizauerit vnum de pusillis
istis qui in me credūt, expedit ei vt sus-
pendatur mola asinaria in collo eius, &
Luc.17,1. demergatur in profundum maris. [g] Væ 7
mundo à scandalis. Necesse est enim vt
veniant scandala: veruntamē væ homi-
Sup.5,30. Mat.9,43. ni illi per quem scandalū venit. [h] Si au- 8
tem manus tua, vel pes tuus scandalizat
'CAR.G. te: abscinde 'eum', & proijce abs te: bo-
num tibi est ad vitam ingredi debilem
vel claudū, quàm duas manus vel duos
pedes habentē mitti in ignē æternum.
[i]Et si oculus tuus scandalizat te, erue 9
eum, & proijce abs te: bonū tibi est v-
num oculum habentem in vitam intra-
re, quàm duos oculos habentē mitti in
gehennam ignis. [k]Videte ne cōtemna- 10
tis vnū ex his pusillis: dico enim vobis,
Psal.33,8. quia 'angeli eorum in cælis semper vi-
dent faciem patris mei qui in cælis est.
Luc.19,10. [l] Venit enim filius hominis saluare 11
Luc.15,4. quod perierat. [m] Quid vobis videtur? si 12
fuerint alicui centum oues, & errauerit
vna ex eis: nónne relinquit nonaginta-
nouem in montibus, & vadit quærere
13 eam quę errauit? [n]& si contigerit vt in-
ueniat eā: amen dico vobis, quia gaudet
super eam magis, quàm super nonagin-
14 tanouem quæ nō errauerunt. [o]Sic non
est voluntas ante patrem vestrum, qui
in cælis est, vt pereat vn⁹ de pusillis istis.
15 [p] Si autem peccauerit in te frater tuus, Leu.17,3. Leu.19,17. Eccl.19,13. Iac.5,19.
vade, & corripe eū inter te & ipsum so-
lum. si te audierit: lucratus eris fratrem
16 tuum. [q]si autem te nō audierit: adhibe
tecum adhuc vnum vel duos, vt 'in ore Deu. 19,15 2 Cor. 13,1 Heb.10,28.
duorū vel trium testiū stet omne ver-
17 bum. [r]Quòd si non audierit eos: dic ec-
clesię. si autem ecclesiam non audierit:
sit tibi sicut 'ethnicus & publicanus. Ioh.8,17. 2 Thes.3,14 1 Cor.5,9. Ioh.20,23.
18 [s] Amen dico vobis, quæcumq. alliga-
ueritis super terram, erunt ligata & in
cælo: & quæcumq. solueritis super ter-
19 ram, erunt soluta & in cælo. [t]Iterū di-
co vobis, quia si duo ex vobis consense-
rint super terrā, de omni re quamcunq.
petierint, fiet illis à patre meo qui in cę-
20 lis est. [u]Vbi enim sunt duo vel tres con-
gregati in nomine meo, ibi sum in me-
21 dio eorum. [x]Tunc accedens Petrus ad
eum, dixit, 'Domine, quoties peccabit Luc.17,4.
in me frater meus, & dimittam ei? vsq.
22 septies? [y] Dixit 'illi Iesus, Non dico tibi " Dicit 3 MS. Hier. G.
vsque septies: sed vsq. septuagies septies.
23 [z]Ideò assimilatum est regnū cælorum
homini regi, qui voluit rationem pone-
24 re cum seruis suis. [a]Et cùm cœpisset ra-
tionem ponere, oblatus est ei vnus qui
25 debebat ei decem millia talenta. [b]Cùm
autem nō haberet vnde redderet, iussit
eum dominus eius venundari, & vxorē
eius & filios, & omnia quæ habebat,
26 & reddi. [c]Procidens autem seruus ille,
orabat eum, dicens, Patientiam habe in
27 me, & omnia reddā tibi. [d]Misertus au-
tem dominus serui illius, dimisit eū, &
28 debitū dimisit ei. [e]Egressus autem ser-
uus ille, inuēnit vnum de conseruis suis
qui debebat ei centum denarios: & te-
nens suffocabat eū, dicens, Redde quod
29 debes. [f]Et procidens conseruus eius, ro-
gabat eum, dicens, Patientiam habe in

me, & omnia reddam tibi. *Ille autem noluit: sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. *Videntes autem cõserui eius quę fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt dño suo omnia quæ facta fuerant. *Tunc vocauit illũ dominus suus: & ait illi, Serue nequam, omne debitũ dimisi tibi, quoniam rogasti me: *nõne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum? *Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. *Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq. fratri suo de cordibus vestris.

Luc.2,15.
Sup.6,12. Mar.11,25

CAP. XIX.

ET factum est, cùm consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, *& venit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. *Et accesserũt ad eum Pharisæi tentantes eũ, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorẽ suam, quacunq. ex causa? *Qui respondens, ait eis, Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos? & dixit, *Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. *itaque iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. *Dicunt illi, Quid ergo Moyses mandauit dare libellũ repudij, & dimittere? *Ait illis, Quoniã Moyses ad duritiã cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. *Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. *Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. *Qui dixit illis, Nõ omnes capiunt verbũ istud, sed quibus datum est. *Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere capiat. *Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabãt eos. *Iesus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cælorum. *Et cùm imposuisset eis manus, abijt inde. *Et ecce vnus accedens, ait illi, Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitã æternã? *Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitã ingredi, serua mandata. *Dicit illi, Quæ? Iesus autem dixit, Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices, *Honora patrem tuum & matrem tuam, Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Dicit illi adolescẽs, Omnia hæc custodiui à iuuẽtute mea: quid adhuc mihi deest? *Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. *Cùm audisset autem adolescens verbũ, abijt tristis: erat enim habens multas possessiones. *Iesus autem dixit discipulis suis, Amẽ dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum. *Et iterum dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. *Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes, Quis ergo poterit saluus esse? *Aspiciens autẽ Iesus, dixit illis, Apud homines hoc impossibile est; apud Deũ autem omnia possibilia sunt. *Tunc respondens Petrus, dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? *Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israël. *Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomẽ meum: centuplum accipiet, & vitam æternã possidebit. *Multi autem erunt primi, nouissimi: & nouissimi, primi.

Gen.1,27. *hominẽ MSQ.R. Gen.2,21. Ephes.5,31. 1 Cor.6,16
Deut.24,1.
Sup.5,32. Mar.10,11 Luc.16,18 1 Cor.7,11
Mar.11,13. Luc.18,15.
Sup.18,3.
Mar.10,17 Luc.18,18.
Q.R.
Exo.20,13.
Mar.12,28 Luc.18,28.
Luc.22,30.
Isa.25,8. Mar.13,31. Luc.13,30.

CAPVT

CAP. XX.

SImile est *regnum cælorum homini patrifamiliãs qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. *Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. *Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, *& dixit illis, Ite & vos in vineam*: & quod iustum fuerit, dabo vobis. *Illi autem abierunt. Iterũ autem exijt circa sextam & nonam horam: & fecit similiter. *Circa vndecimam verò exijt, & inuẽnit alios stantes, & dicit illis, Quid hîc statis tota die otiosi? *Dicunt ei, Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam*. *Cùm serò autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. *Cùm venissent ergo qui circa vndecimam horã venerant, acceperunt singulos denarios. *Venientes autẽ & primi, arbitrati sunt quòd plus essẽt accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. *Et accipientes murmurabant aduersus patrẽfamiliâs, *dicẽtes, Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti qui portauim⁹ põdus diei & æstus. *At ille respondẽs, vni eorum dixit, Amice, non facio tibi iniuriam: nónne ex denario conuenisti mecum? *Tolle quod tuũ est, & vade: volo autẽ & huic nouissimo dare sicut & tibi. *Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequã est quia ego bonus sum? *Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. multi enim sunt vocati: pauci verò electi. *Et ascẽdẽs Iesus Ierosolymã, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis, *Ecce ascendimus Ierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eũ morte, *& tradent eum Gentibus ad illudendũ & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. *Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeãt hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. *Respondens aũt Iesus, dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quẽ ego bibitur⁹ sum*? Dicũt ei, Possumus. *Ait illis, Calicem quidẽ meum bibetis*: sedere autem ad dexteram meam & sinistrã, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. *Et audientes decẽ, indignati sunt de duobus fratribus. *Iesus autem vocauit eos ad se: & ait, Scitis quia principes gentiũ dominantur eorũ: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. *Non ita erit inter vos: sed quicũq. voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: *& qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. *sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animã suam redemptionẽ pro multis. *Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa: *& ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Iesus

*vnus MS. G.S.
*vnus MS. hîc q.
*Addit hîc quoque G.S. Et quod infrà Luca, recipiunt.
Mar.10,35.
Phil.2,7.
Mar.10,46 Luc.18,35.

transiret:& clamauerunt dicentes,Domine,miserere nostri, fili Dauid. *Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant dicentes, Domine, miserere nostri, fili Dauid. *Et stetit Iesus,& vocauit eos,& ait, Quid vultis vt faciam vobis? *Dicunt illi, Domine, vt aperiantur oculi nostri. *Misertus autẽ eorum Iesus,tetigit oculos eorũ.Et confestim viderunt,& secuti sunt eum.

CAP. XXI.

Mat.11, 1. Luc.19,20. ET cùm appropinquassent Ierosolymis , & venissent Beth-phage ad Montem-oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, *dicens eis, Ite in castellum quod contra vos est,& statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea:soluite, & adducite mihi: *& siquis vobis aliquid dixerit,dicite, quia Domin⁹ his opus habet: & confestim dimittet eos.

*Hoc autem factum est vt adimpleretur quod dictum est per prophetam,dicentẽ, *'Dicite filiæ Sion,Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super 'asinam' & pullum filium subiugalis.

Isa. 62, 11. Zach.9,9. Ioh.12, 15. 'asinam Q.n.

*Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. *Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super 'eos' vestimenta sua, & eum désuper sedere fecerunt. *Plurima autẽ turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cædebãt ramos de arboribus, & sternebant in via: *turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant, dicentes,Hosanna filio Dauid: 'benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis. *Et cùm intrasset Ierosolymam , cõmota est vniuersa ciuitas,dicens,Quis est hic? *Populi autẽ dicebant, Hic est Iesus propheta, à Nazareth Galilææ. *Et 'intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat omnes vẽdentes & ementes in templo, & mẽsas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit: *& dicit eis,Scriptũ est, 'Domus mea, domus orationis vocabitur:'vos autem fecistis illam speluncam latronum. *Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo:& sanauit eos. *'Videntes autem principes sacerdotum & Scribę mirabilia quę fecit,& pueros clamantes in templo, & dicẽtes, Hosanna filio Dauid:indignati sunt, *& dixerunt ei, Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis, Vtique.nũquam legistis,'Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudẽ? *Et relictis illis, abiit foras extra Ciuitatem in Bethaniam:ibiq. mansit. *Manè autẽ reuertens in Ciuitatem, esuriit. *'Et videns ici arborem vnam secus viam, venit ad eam: & nihil inuẽnit in ea nisi folia tãtùm, & ait illi,Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea. *'Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes, Quomodò cõtinuò aruit? *Respondens autẽ Iesus , ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem , & non hæsitaueritis, nõ solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, "Tolle' & "iacta te' in mare: fiet. *'Et omnia quæcunq. petieritis in oratione credentes, accipietis. *Et cùm venisset in templum, accesse-

Mat.11, 28 Luc.19,47. Psal.8,3. Mat.21,18 Mat.11, 20 "eum M S. s. fil concordiam c. "Tollere G. S. "iubete c. Supr.7,7. Mat.11,24 Ioh.15,7.

runt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi, dicentes, 'In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? *Respõdens Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum sermonem : quem si dixeritis mihi,& ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. *Baptismus Iohannis, vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicẽtes, *Si dixerimus è cælo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus : timemus turbam: 'omnes enim "habent' Iohannem sicut prophetam. *Et respondentes Iesu , dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse, Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. *Quid autem vobis videtur ? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primum , dixit,Fili, vade hodie operare in vinea mea. *Ille autem respondens, ait, Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abiit. *Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait, "Eo' domine. & non iuit. *quis ex duob. fecit volũtatem patris? Dicũt ei,Primus. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis,quia publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. *Venit enim ad vos Iohannes in via iustitiæ:& non credidistis ei. publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem vidẽtes nec pœnitentiam habuistis postea,vt crederetis ei. *Aliam parabolam audite:Homo erat paterfamiliãs qui plantauit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim,& locauit eam agricolis: & peregrè profectus est. *Cùm autẽ tempus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. *Et agricolę apprehensis seruis eius, alium ceciderunt,aliũ occiderunt, alium verò lapidauerunt. *Iterum misit alios seruos plures prioribus:& fecerunt illis similiter. *Nouissimè autẽ misit ad eos filium suum , dicẽs, Verebuntur filium meum. *Agricolæ autem videntes filium , dixerũt intra se, 'Hic est hæres, venite , occidamus eum , & habebimus

Iudi.3,22. Mat.11, 28 Luc.20,2. Sup.14,5. "habebãt MS q. Hieron. Mat.6,20. Upo c. Q.n Mat.12,31 Luc.20,9. Ier.31,5. Ier.2,21. Mat.21,38 Mat.26,3. c.27,2. Ioh.11,53.

39 hæreditatẽ eius. *Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam , & occiderunt.
40 *Cùm ergo venerit dominus vineę,quid
41 faciet agricolis illis? *Aiunt illi, Malos malè perdet:& vineã suam locabit aliis agricolis,qui reddẽt ei fructum temporibus suis. *'Dicit illis Iesus, Nunquã le- Psa.117,22. Act.4,11.
42 gistis in scripturis, Lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes , hic est factus in caput anguli? A Domino factũ est istud:
43 & est mirabile in oculis nostris? *Ideò Rom.9,33. 1 Pet.2,7.
dico vobis , quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti faciẽti fru-
44 ctus eius. *'Et qui ceciderit super lapi- Luc.20, 17. Mar.12,10 Zach.12,3. Dan.2, 34.
dem istum, cõfringetur: super quẽ verò
45 ceciderit,conteret eum. *Et cùm audissent principes sacerdotũ & Pharisæi parabolas eius:cognouerunt quòd de ipsis
46 diceret. *Et quærentes eum tenere , timuerũt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

CAP. XXII.

1 ET respondens Iesus, dixit iterum in
2 parabolis eis,dicẽs, *'Simile factum Luc.14, 16 Apoc.19,9.
est regnum cęlorũ homini regi,qui fecit
3 nuptias filio suo. *Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias:& nolebant
4 venire. *Iterũ misit alios seruos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui. tauri mei & altilia occisa, & om-
5 nia parata: venite ad nuptias. *Illi autem neglexerunt: & abierunt,alius in villam suam : alius verò ad negotiationẽ suam:
6 *reliqui verò tenuerunt seruos eius, &
7 contumeliis affectos occiderunt. *Rex autem cùm audisset, iratus est: & missis exercitib⁹ suis, perdidit homicidas illos,
8 & ciuitatem illorum succendit. *Tunc ait seruis suis, Nuptię quidẽ paratæ sunt: sed qui inuitati erant, non fuerũt digni.
9 *ite ergo ad exitus viarũ:& quoscũq. in-
10 ueneritis,vocate ad nuptias. *Et egressi serui eius in vias, congregauerũt omnes quos inuenerunt, malos & bonos:& im-
11 pletę sunt nuptiæ discumbentium. *Intrauit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum
12 veste nuptiali. *Et ait illi, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem
13 nuptialẽ? At ille obmutuit. *Tunc dixit

rex ministris, [1] Ligatis manibus & pedi- Sup.8,12. & 13, 42. Infr.25, 30.
bus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dētium.
[14] [*]Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. [15] [*1]Tunc abeūtes Pharisæi, consilium Mar.12,13 Luc.20,20.
inierunt vt caperent eum in sermone.
[16] [*]Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicētes, Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. non enim respicis personam hominum: [17] [*]dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cēsum dare Cæsari, an nō? [18] [*]Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait, Quid me tentatis hypocritæ? [19] [*]ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. [20] [*]Et ait illis Iesus, Cuius est imago hæc, & superscriptio? [21] [*]Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis, [1] Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Rom. 13,7.
Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. [22] [*]Et audiētes mirati sunt, & relicto eo abierunt.
[23] [*]In illo die accesserūt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: &
[24] interrogauerunt eum, [*] dicentes, Magister, [1] Moyses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater Mar.12,19 Luc.20,28. Act.23,6. Deu.25,5.
eius vxorem illius, & suscitet semen fra-
[25] tri suo. [*]Erant autem apud nos septem fratres: & primus vxore ducta defūctus
[26] est: & non habēs semen, reliquit vxorem suam fratri suo. [*]Similiter secundus &
[27] tertius vsque ad septimum. [*]Nouissimè autem omnium & mulier defuncta est.
[28] [*]In resurrectione ergo, cuius erit de septē, vxor? omnes enim habuerunt eam.
[29] [*]Respondens autem Iesus, ait illis, Erratis, nescientes scripturas, neq. virtutem
[30] Dei. [*]In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur: sed sunt sicut angeli Dei in cælo. [*] De resurrectione autē
[31] mortuorum nō legistis quod dictum est
[32] à Deo dicente vobis, [*1] Ego sum Deus Exo.3,6.
Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorū, sed viuentium.
[33] [*]Et audientes turbæ, mirabantur in do-
[34] ctrina eius. [*1] Pharisæi autem audientes Mar.12,28
quòd silentium imposuisset Sadducæis,
[35] conuenerunt in vnum: [*]& interrogauit
eū vnus ex eis legis doctor, tentans eum,
[36] [*]Magister, quod est mandatū magnum Deut.6,5.
[37] in Lege? [*]Ait illi Iesus, [1] Diliges Dominū Luc.10,27.
Deum tuū ex toto corde tuo, & in tota
[38] anima tua, & in tota mēte tua. [*]Hoc est
[39] maximum & primum mandatum. [*]Secundum autem simile est huic, [1] Diliges Lev.19,18. Mar.12,31
[40] proximum tuum sicut teipsum. [*]In his duobus mādatis vniuersa lex pendet &
[41] prophetæ. [*]Cōgregatis autem Pharisęis, Mar.12,35
[42] interrogauit eos Iesus, [*] dicens, [1] Quid Luc.20,41.
vobis videtur de Christo? cuius filius est?
[43] Dicunt ei, Dauid. [*]Ait illis, Quomodò ergo Dauid in Spiritu vocat eū Domi-
[44] num, dicens, [*1] Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuo-
[45] rum? [*]Si ergo Dauid vocat eum Domi-
[46] num: quomodo filius eius est? [*]& nemo poterat ei respōdere verbum: neq. ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

CAP. XXIII.

[1] TVnc Iesus locutus est ad turbas &
[2] ad discipulos suos, [*]dicens, Super cathe-

[2] cathedrā Moysi sederūt [1] Scribę & Pha- Deu.6,4. Luc.11,46
[3] risæi. [*]Omnia ergo quęcunque dixerint vobis [*], seruate & facite: secundum opera verò eorum nolite facere, dicūt enim
[4] & non faciunt. [*1] Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autē suo nolunt ea mouere. [5] [*]Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. dilatant enim [1] phylacteria sua, & magnificant fimbrias. [6] [*]Amant autē primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in
[7] synagogis, [*1] & salutationes in foro, & vocari ab hominibus, rabbi. [8] [*1]Vos autē
[9] nolite vocari rabbi. vnus est enim magister vester, omnes autē vos, fratres estis.
[9] [*1]Et patrē nolite vocare vobis super terrā: vnus est enim pater vester qui in cælis est. [10] [*]Nec vocemini magistri: quia magister vester, vn⁹ est, Christus. [11] [*]Qui maior est vestrū, erit minister vester. [12] [*1]Qui
autē se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. [13] [*]Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritę: quia clauditis regnum cælorū ante homines. vos enim nō intratis: nec introeuntes sinitis intrare. [14] [*1]Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: [1] quia comeditis domos viduarū, orationes longas orantes. propter hoc amplius accipietis iudicium'.
[15] [*]Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytū: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo
[16] quàm vos. [*]Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunq. iurauerit per templum, nihil est: qui autē iurauerit in auro tem-
[17] pli, debet. [*]Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? [18] [*]Et quicunq. iurauerit in
altari, nihil est: quicunq. aūt iurauerit in
[19] dono quod est super illud, debet. [*1] Cæci, quid enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum? [20] [*]Qui ergo
iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt. [21] [*]& quicunque iurauerit in tēplo, iurat in illo & in eo qui
[22] habitat in ipso: [*1] & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei & in eo qui sedet su-
[23] per eum. [*1] Væ vobis Scribæ & Phari-

Matth. 5,4. Luc.11,46 *Seruate, 6.5. Mat.23,10. Deu.6,8. Num.15,38. Mat.12,38. *Stulti 16.6.8. Mat.5,33. Mat.23,16. Mat.23,4. Luc.11,43. & 20,46. Iac.3,1. Mal.1,6. Luc.14,11 & 18,14. Mat.5,34. Mat.23,22. Mat.23,18. Mat.23,20. Mat.23,21. Mat.23,22. Luc.11,42.

sæi hypocritæ: quia decimatis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudiciū, & misericordiam, & fidem. hęc oportuit facere, & illa non omittere. [24] [*]Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glu-
[25] tientes. [*1] Væ vobis Scribæ & Pharisæi Luc.11,39
hypocritæ: quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autē "ple- "plena sunt 7 MS.G.S.
[26] ni estis' rapina & immūditia. [*] Pharisæe cæce, munda prius quod intus est, calicis & paropsidis, vt fiat id quod deforis est,
[27] mundum. [*]Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quę áforis parēt hominib⁹ speciosa, intus verò plena sunt ossibus mor-
[28] tuorū, & omni spurcitia. [*]sic & vos áforis quidē paretis hominib⁹ iusti: intùs autē
[29] pleni estis hypocrisi & iniquitate. [*]Væ vobis Scribę & Pharisęi hypocritæ: quia ædificatis sepulchra prophetarū, & or-
[30] natis monumenta iustorū, & dicitis, [*]Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorū in sanguine pro-
[31] phetarum. [*]itaque testimonio estis vobismetipsis quia filij estis eorum qui pro-
[32] phetas occiderūt. [*]Et vos implete men-
[33] suram patrum vestrorum. [*1] Serpentes Sup.3,7.
genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? [34] [*]Ideo ecce ego
mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciui-
[35] tatem: [*]vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, [1] à sanguine Abel iusti vsque ad sangui- Gen.4,8. Heb. 11, 4. "Ioiadæ. Q.n. 2 Pa.24,22
nem Zachariæ filij "Barachiæ', [1] quē occi-
[36] distis inter templum & altare. [*]Amen dico vobis, venient hæc omnia super ge-
[37] nerationem istam. [*1] Ierusalem Ierusalē, quæ occidis prophetas, & lapidas eos Luc.13,34.
quiad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, [1] quemadmodū gal- 4 Esd.1,30.
lina congregat pullos suos sub alas, &
[38] "noluisti? [*]Ecce relinquetur vobis do- "noluistis 4 MS.G.S.
[39] mus vestra deserta. [*]Dico enim vobis, non me videbitis ámodo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

CAP. XXIIII.

Mar. 13, 1. Luc. 21, 5. ET egressus Iesus de templo, ibat. Et 1
accesserũt discipuli eius vt ostenderent ei ædificationes templi. 2 Ipse autẽ respõdens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. 3 Luc. 19, 44 Sedente autẽ eo super Montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli secretò, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? 4 Ephe. 5, 6. Coll. 2, 18. Et respondẽs Iesus, dixit eis, Videte nequis vos seducat: 5 multi enim venient in nomine meo, dicẽtes, Ego sum Christus: & multos seducent. 6 Audituri enim estis prælia & opiniones prœliorum. Videte ne turbemini. oportet enim hęc fieri: sed nõdum est finis. 7 consurget enim gens in gentẽ, & regnũ in regnũ: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. 8 hæc aũt omnia, initia sunt dolorum. 9 Isai. 15, 20. & 16, 2. Sap. 10, 17. Luc. 21, 12. Tunc tradent vos in tribulationẽ, & occident vos: & eritis odio omnibus gẽtibus propter nomen meum. 10 Et tunc scandalizabuntur multi: & inuicem tradent: & odio habebunt inuicẽ. 11 Et multi pseudoprophetæ surgent: & seducent multos. 12 Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorũ. 13 qui aũt perseuerauerit vsq. in finem, hic saluus erit. 14 Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. 15 Mar. 13, 14 Luc. 21, 20. Cùm ergo videritis abominationẽ desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto (qui legit intelligat) 16 Dan. 9, 27. tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: 17 & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: 18 & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. 19 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. 20 Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbatho. 21 Act. 1, 12. erit enim tũc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modò, neque fiet. 22 Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. 23 Mar. 13, 21 Luc. 17, 23. Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hìc est Christus, aut illic: nolite credere. 24 Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorẽ inducantur (si fieri potest) etiam electi. 25 Ecce prædixi vobis. 26 Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. ecce in penetralibus: nolite credere. 27 Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsq. in Occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. 28 Vbicunq. fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. 29 Luc. 17, 37. Mar. 13, 24 Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna nõ dabit lumen suũ, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur: 30 & tunc parebit signum filij hominis in cælo. & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientẽ in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate. 31 Apoc. 1, 7. 1 Cor. 15, 52. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsq. ad terminos eorũ. 32 Ab arbore autẽ fici discite parabolam: cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas. 33 ita & vos, cũ videritis hæc omnia, scitote quia propè 34 est in ianuis. Amen dico vobis, quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia 35 hæc fiant. Cælum & terra transibunt, Mar. 13, 31 verba autem mea non præteribunt. 36 De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi solus pater. 37 * neque filius 3 MS. Q. pater solus MS. G. Luc. 17, 26. Gen. 7, 6. 2. Pet. 2, 5. Sicut autem in diebus Noë: ita erit & aduentus filij hominis. 38 sicut enim erãt in diebus ante diluuiũ comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intrauit Noë in arcã, 39 & nõ cognouerunt donec vẽnit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus 40 filij hominis. Tunc duo erũt in agro: Luc. 17, 36. vnus assumetur, & vn' relinquetur. 41 duę molentes in mola: vna assumetur, & vna 42 relinquetur. * dno in lectione vna assumetur, & vna relinquetur. MS. Bil. & Q. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester vẽturus sit. 43 Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamiliàs qua hora fur venturus esset, vigilaret vtiq., & non fineret perfodi domum suam. 44 Ideò & vos estote parati; 1 Thes. 5, 1. Mar. 13, 33 quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. 45 Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? 46 Luc. 12, 42 Apoc. 16, 15 Beatus ille seruus, quem cùm venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. 47 amen dico vobis, quoniã super omnia bona sua constituet eũ. 48 Si aũt dixerit malus seruus ille in corde suo, Moram facit dñs meus venire: 49 & cœperit percutere cõseruos suos, manducet autem & bibat cũ ebriosis: 50 veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat: 51 & diuidet eum, partemq. eius ponet cũ hypocritis. illic erit fletus & stridor dentium.

Mat. 13, 42. Mat. 25, 30.

CAP. XXV.

TVNC simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso 2 & sponsæ. Quinq; autem ex eis erant 3 fatuæ, & quinq. prudẽtes. sed quinq. fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: 4 prudentes verò acceperũt oleum in vasis suis cum lampadibus. 5 Moram autem faciẽte sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. 6 Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. 7 Tunc surrexerunt omnes virgines illę: & ornauerũt lampades suas. 8 Fatuę autẽ sapiẽtibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguũtur. 9 Respónderunt prudẽtes, dicentes, Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes: & emite vobis. 10 Dum autẽ irent emere, vẽnit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerũt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. 11 Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. 12 At ille respondens ait, Amen dico vobis, Mat. 13, 13. Mar. 4, 12. Luc. 19, 12. nescio vos. 13 Vigilate itaque, quia nescitis diem neq. horã. 14 Sicut enim homo peregrè proficiscẽs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. 15 Et vni dedit quinque talenta, alij autẽ duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. 16 Abiit autem qui quinq, talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia 17 quinq;. Similiter & qui duo acceperat, 18 lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscõdit pecuniam domini sui. 19 Post multum verò tẽporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationẽ cum eis. 20 Et accedens qui quinq. talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens, Domine, quinq. talenta tradidisti mihi: 21 ecce alia quinq. superlucratus sum. Ait illi dominus eius, Euge serue bone, & fidelis, quia sup pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. 22 Accessit autem & qui duo talẽta acceperat, & ait, Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. 23 Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. 24 Accedẽs autem & qui vnum talẽtum acceperat, ait, Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & cõgregas vbi 25 non sparsisti: & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes 26 quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei, Serue male, & piger, sciebas quia meto vbi nõ semino, & congrego vbi non sparsi: 27 oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniẽs ego recepissem vtiq. quod 28 meum est cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem 29 talenta. omni enim habenti dabitur, & Sup. 13, 12. Mat. 4, 25. abundabit: ei autẽ qui nõ habet, & quod 30 videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus & stridor dentium. Luc. 8, 18. & 19, 26. 31 Cùm autem venerit filius hominis in Sup. 8, 12. & 22, 13. maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: 32 & congregabuntur ante eũ omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis: 33 & statuet oues quidẽ à dextris suis, hœdos autem à 34 sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione

Isai.58,7. Ezec.18,7. stitutione mundi. ‡ esuriui enim: & dedistis mihi manducare. sitiui: & dedistis mihi bibere. hospes eram: & collegistis
Luc.7,39. me. ‡ nudus: & operuistis me. infirmus: & visitastis me. in carcere eram: & venistis ad me. ‡ Tunc respondebunt ei iusti, dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus: sitiētem, & dedimus tibi potum? ‡ quādo autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? ‡ aut quādo te vidimus infirmum, aut in carcere: & venimus ad te? ‡ Et respondens rex, dicet illis, Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratrib. meis minimis, mihi fecistis. ‡ Tunc dicet & his qui à sinistris
Psal.6,9. Sap.7,23. Luc.13,27. erūt, ' Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. ‡ esuriui enim: & non dedistis mihi manducare. sitiui: & non dedistis mihi potum. hospes eram: & non collegistis me. ‡ nudus: & non operuistis me. infirmus, & in carcere: & non visitastis me. ‡ Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitiētem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere: & non ministrauimus tibi? ‡ Tunc respondebit illis dicens, Amē dico vobis, quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. ‡ ' Et ibūt hi in supplicium æternum: iusti autem, in vitam æternam.

Iob.5,25. Dan.12,2.

CAP. XXVI.

Mar.14,1. Luc.22,1. ET factum est: cùm consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis, ‡ ' Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. ‡ Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: ‡ & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. ‡ Dicebant autem, Non in die festo: ne
' fiat c. s. Iob.11,2. & 12,3. Mar.14,3. fortè tumult⁹ ' fieret' in populo. ‡ ' Cùm autē Iesus esset in Bethania in domo Simōnis Leprosi, ‡ accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recūbētis. ‡ Videntes autē discipuli, indignati sunt dicētes, Vt quid pditio hæc? ‡ potuit enim istud vænundari multo, & dari pauperibus. ‡ Sciens autem Iesus, ait illis, Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. ‡ ' nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper ' habetis'. ‡ Mittēs enim hæc vnguētum hoc in corpus meum: ad sepeliēdum me, fecit. ‡ Amen dico vobis, vbicunq. prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quòd hæc fecit, in memoriā ' eius'. ‡ Tunc abiit vn⁹ de duodecim, qui ' dicebatur' Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum: ‡ & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi cōstituerunt ei triginta argenteos. ‡ Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet.

Deut.15,11. ' habetis MS. ' eius Mat.14,10 Luc.22,5. ' dicitur 6 MS.

Mat.14,12 Luc.22,7. ‡ MS. 6.

17 ‡ ' Prima autem ' die' Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? ‡ At Iesus dixit, Ite in ciuitatem ad quēdam: & dicite ei, Magister dicit, Tēpus meum

propè

propè est, apud te facio Pascha cū discipulis meis. ‡ Et fecerunt discipuli sicut cōstituit illis Iesus: & parauerūt Pascha.

Mat.14,17 Luc.22,14 ‡ ' Vespere autem facto, discūbebat cum duodecim discipulis suis. ‡ ' Et edentib.
Iob.13,21. illis, dixit, ' Amen dico vobis, quia vnus vestrū me traditurus est. ‡ Et contristati valde, cœperūt singuli dicere, Nunquid ego sum Domine? ‡ At ipse respondens, ait, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidē hominis vadit, ‡ ' sicut scriptum est de illo:
Psal.40,10. væ autē homini illi, per quem filius hominis ' tradetur': bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. ‡ Respondens aūt Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. ‡ ' Cœnātibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit: deditq. discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. ‡ Et accipiens calicē, gratias egit: & dedit illis, dicēs, Bibite ex hoc omnes. ‡ ' Hic est enim sanguis meus no-
' Q.d. ' effundetur 6 S. Q. d. ui testamēti, qui pro multis ' effundetur' in remissionē peccatorū. ‡ Dico autem vobis, non bibā amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum nouū in regno patris mei. ‡ Et hymno dicto, exierūt in Mon-
Mat.26,31 Mar.14,27 Ioh.16,32. tē oliueti. ‡ Tūc dicit illis Iesus, ' Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista
Psal.43,7. nocte. Scriptum est enim, ' Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.
Mat.26,32 & 28,7. ‡ ' Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæā. ‡ Respondēs autem Petrus, ait illi, Etsi omnes scādalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. ‡ Ait illi Iesus, Amē dico tibi, quia in hac nocte antequā gallus cantet, ter me negabis. ‡ ' Ait illi Petrus, Etiāsi oportuerit
Mat.26,35. me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. ‡ ' Tunc
Mat.14,32 Luc.22,39. venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani: & dixit discipulis suis, Sedete hīc donec vadam illuc, & orem. ‡ Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & mæstus esse. ‡ Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsq. ad mortem: sustinete hīc, & vigilate mecum. ‡ Et progressus pusillum, procidit

in faciem suam, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, trāseat à me calix iste. veruntamen nō sicut ego volo, sed sicut tu. ‡ Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro, ' Sic? nō' potuistis vna hora vigilare mecum? ‡ Vigilate, & orate vt nō intretis in tentationē. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. ‡ Iterum secundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi, si non potest hic calix trāsire nisi bibam illum, fiat volūtas tua. ‡ Et venit iterum, & inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati. ‡ Et relictis illis, iterum abiit: & orauit tertiò, eundē sermonem dicēs. ‡ Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. ‡ Surgite eamus: ecce ' appropinquauit' qui me ' tradet'. ‡ Adhuc eo loquēte, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus missi à

' Sic non MS. R. Hier. 6. s.

' appropinquabit 6. ' tradit 5 MS. G. S. Mar.14,43 Luc.22,47. Ioh.18,3.

missi à principibus sacerdotum & senioribus populi. [48] Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens, Quemcunq. osculatus fuero, ipse est: tenete eum. [49] Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eum. [50] Dixitque illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum: & tenuerũt eum. [51] Et ecce vnus ex

his qui erant cũ Iesu, extẽdens manum, exemit gladium suum: & percutiẽs seruum principis sacerdotum amputauit auriculam eius. [52] Tũc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum. Gen. 9, 6. Apoc. 13, 10 omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. [53] An putas quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones angelorum? [54] Quomodo ergo Isai. 53, 10 implebũtur scripturæ, quia sic oportet fieri? [55] In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquã ad latronem existis cum gladiis & fustibus cõprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo: & [56] non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ prophetarum. Tũc discipuli omnes, relicto eo fugerunt. Sap. 31. Mar. 14, 31. Luc. 22, 54. Ioh. 18, 24. [57] At illi tenẽtes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant. [58] Petrus autem sequebatur eum à longe, vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum [59] ministris: vt videret finem. [60] Principes autem sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent; & non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo [61] falsi testes: & dixerunt, Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. [62] Et surgens princeps sacerdotum, ait illi, Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? [63] Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi, Adiuro te per Deum viuũ, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. [64] Dicit illi Iesus, Tu dixisti. veruntamẽ dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus [65] cæli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc [66] audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondẽtes dixerunt, Reus [67] est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederũt, [68] dicẽtes, Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit? [69] Petrus verò sedebat foris, in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicens, Et tu cum Iesu Galilęo eras. [70] At ille negauit corã omnibus, dicens, [71] Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: & ait his qui erant ibi, Et hic erat cũ Iesu Nazareno. [72] Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem. [73] Et post pusillum accesserunt qui stabant: & dixerũt Petro, Verè & tu ex illis es: nam [74] & loquela tua manifestũ te facit. Tunc cœpit detestari & iurare quia nõ nouisset hominem. Et continuò gallus cantauit. [75] Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

CAP. XXVII.

MAne autẽ facto consiliũ inierunt omnes principes sacerdotũ & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. [2] Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato



præsidi. [3] Tunc videns Iudas qui eũ tradidit quòd damnatus esset, pœnitẽtia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ & senioribus, [4] dicẽs, Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerũt, Quid ad nos? tu videris. [5] Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. [6] Principes aũt sacerdotũ acceptis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbanam: quia pretium sanguinis est. [7] Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. [8] Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. [9] Tunc impletũ est quod dictum est per Ieremiam prophetã, dicentem; Et acceperunt triginta argẽteos pretiũ appretiati quem appretiauerunt à filijs Israël: [10] & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dns. [11] Iesus autem stetit ante præsidẽ, & interrogauit eum præses, dicens, Tu es Rex Iudæorũ? Dicit illi Iesus, Tu dicis. Et cùm accusaretur à principib9 sacerdotũ & senioribus, [12] nihil respondit. [13] Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quanta aduersum te dicũt testimonia? [14] Et non respondit ei ad vllum verbũ: ita vt miraretur præses vehementer. [15] Per diem autem sollennem consuerat præses populo dimittere vnũ vinctum quem voluissent. [16] habebat autem tunc vinctũ insignẽ, qui dicebatur Barabbas. [17] Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittã vobis: Barabbã, an Iesum qui dicitur Christus? [18] Sciebat enim quòd per inuidiã tradidissent eum. [19] Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie [20] per visum propter eum. Principes autem sacerdotũ & seniores persuaserunt populis vt peterẽt Barabbã, Iesum verò [21] perderent. Respondens autem præses, ait illis, Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam. [22] Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes, [23] Crucifigatur. Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant [24] dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicẽs, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. [25] Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. [26] Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatũ tradidit eis vt crucifigeretur. [27] Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: [28] & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei, [29] & plectentes coronam

Gen. 9, 6. Apoc. 13, 10 — Mar. 14, 43. Luc. 22, 52. Ioh. 18, 10. — Isai. 53, 10 — Sap. 31. Mar. 14, 31. Luc. 22, 54. Ioh. 18, 24. — Mar. 14, 55. — Ioh. 2, 19. — Sap. 16, 27. 1 Thes. 4, 16. Rom. 14, 10. — Isai. 50, 6. Mar. 14, 65. — Luc. 22, 56. Ioh. 18, 25. — Mar. 15, 16. Luc. 23, 11. — Act. 1, 19. — Mar. 15, 11. Luc. 23, 18. Ioh. 18, 40. Act. 3, 14. — Mar. 15, 16. Ioh. 19, 1.

modò 2 MS. G. -2 MS. G. — -3 MS. G. S. — Princeps MS q. — per o. s. — ædificare 1 MS. G. S. — viii MS. G q. — 1 MS. S. Q. n.

coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eũ, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. 30 Et expuentes in eum, acceperunt arundinẽ, & percutiebant caput eius. 31 Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamydem: & induerunt eum veſtimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. 32 Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simõnẽ: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. 33 Et venerunt in locum qui dicitur "Golgotha', quod eſt Caluariæ locus. 34 Et dederunt ei "vinum' bibere cum felle miſtum. Et cùm guſtaſſet, noluit bibere. 35 Poſtquã

Mar.15,21 Luc.23,26.
Mar.15,21 Luc.23,33. Ioh.19,17.
" Golgoltha Q.n.
" acetum G.S.
Mar.15,24

autem crucifixerunt eũ, diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mittentes: vt impleretur quod dictũ eſt per prophetam dicentem, Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meã miſerunt ſortem'. 36 Et ſedentes ſeruabant eum. 37 Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſſam ipſius ſcriptã: HIC EST IESVS REX IVDAEORVM. 38 Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris. 39 Prætereuntes autem blaſphemabant eũ mouentes capita ſua; 40 & dicẽtes, "Vah' qui "deſtruis' templũ Dei, & in triduo illud "reædificas', ſalua temetipſum: ſi filius Dei es, deſcende de cruce. 41 Similiter & principes ſacerdotum illudentes cũ Scribis & ſenioribus, dicebãt, 42 Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ſi rex Iſraël eſt, deſcẽdat nunc de cruce, & credimus ei: 43 cõfidit in Deo: liberet nunc eum ſi vult: dixit enim, Quia filius Dei ſum. 44 Idipſum autẽ & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. 45 A ſexta autẽ hora, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam. 46 Et circa horam nonã clamauit Ieſus voce magna, dicens, Eli, Eli, lammaſabacthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? 47 Quidam aũt illic ſtantes & audientes, dicebant, Eliam vocat iſte. 48 Et cõtinuò currens vnus ex eis, acceptam ſpongiã impleuit aceto: & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. 49 Cæteri verò dicebãt, Sine videamus an veniat Elias liberans eum. 50 Ieſus autẽ iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum. 51 Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum. & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, 52 & monumẽta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerunt. 53 Et exeuntes de monumẽtis poſt reſurrectionẽ eius, venerunt in ſanctam ciuitatẽ: & apparuerunt multis. 54 Centurio aũt & qui cum eo erãt cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes, Verè filius Dei erat iſte. 55 Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ ſecutæ erant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei: 56 inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & "Ioſeph' mater, & mater filiorum Zebedæi. 57 Cùm aũt ſerò factum eſſet, vênit quidã homo diues ab Arimathæa, nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. 58 hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus.

Luc.23,34. Ioh.19,18. - 15 MS. Hieron. G.S.
Pſal.21,19. Ioh.19,24.
- 2 MS. G.S. Ioh.2,19.
" deſtruit MS.
" reædificat MS. Q.n.
Sap.2,18. Pſal.21,9.
" eum a.r.
Mar.15,40
" Ioſe a.r.
Mar.15,40 Luc.23,50. Ioh.19,38.

corpus. 59 Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone mũda. 60 & poſuit illud in monumento ſuo nouo quod ex-



ciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit. 61 Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedẽtes cõtra ſepulchrum. 62 Altera autem die, quæ eſt poſt Paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotũ, & Phariſæi ad Pilatum, 63 dicentes, Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, Poſt tres dies reſurgam. 64 Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertium: ne fortè veniant diſcipuli eius, & furẽtur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouiſſimus error peior priore. 65 Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiã, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. 66 Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem, cum cuſtodibus.

CAP. XXVIII.

Mar.16,6. Luc.24,11.

VEſpere autem ſabbathi quę luceſcit 1 in prima ſabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum. 2 Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim Domini deſcendit de cælo: & accedens, reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum: 3 erat autem aſpectus eius ſicut fulgur: & "veſtimentum' eius ſicut nix. 4 Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. 5 Reſpondens autem angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos. ſcio enim quòd Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis. 6 non eſt hic: ſurrexit enim, ſicut dixit. venite, & "videte locum vbi poſitus erat Dominus. 7 Et citò eũtes, dicite diſcipulis eius quia ſurrexit: & ecce "præcedit' vos in Galilæam. ibi eum videbitis. ecce prædixi vobis. 8 Et exierunt citò de monumento cũ timore & gaudio magno, currentes nũtiare diſcipulis eius. 9 Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens, Auete. Illæ autẽ acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. 10 Tunc ait illis Ieſus, Nolite timere. ite, nuntiate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. 11 Quæ cùm abiiſſent, ecce quidã de cuſtodibus venerunt in ciuitatẽ, & nuntiauerũt principibus ſacerdotũ omnia quæ facta fuerant. 12 Et cõgregati cum ſenioribus conſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus, 13 dicentes, Dicite, Quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormiẽtibus. 14 Et ſi hoc auditũ fuerit à præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. 15 At illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt verbũ iſtud apud Iudæos, vſque in hodiernum diem. 16 Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi conſtituerat illis Ieſus. 17 Et videntes eum, adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. 18 Et accedens Ieſus locutus eſt eis, dicẽs, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. 19 euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, 20 docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis; & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.

" veſtimenta MS q.
- 3 MS. G.S.
" præcedet MS q.
Ioh. 17, 2. Heb. 2, 8. Mar. 16, 15

C SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAPVT PRIMVM.

INITIVM euangelij Iesu Christi filij Dei. *Sicut scriptum est in "Isaia propheta', ' Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciem tuam, qui præparabit viam tuã ante te: *' Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eus. *Fuit Iohãnes in deserto baptizans, & prædicãs baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum. *' Et egrediebatur ad eũ omnis Iudææ regio, & Ierosolymitæ vniuersi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua. *Et erat Iohannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locustas &

"prophetis G.Q.n. Mala.3,1.
Isai.40,3. Ioh.1,15. Luc.3,4.
Matt.3,1.
Matt.3,5.
Leu.11,22. Matt.3,12. Luc.3,16.

7 mel syluestre edebat. *Et prædicabat dicens, Venit fortior me post me: cuius Ioh.1,27. Act.1,5. & 2,4. & 11,16. & 19,4.
8 non sum dignus procũbens soluere corrigiam calceamentorum eius. *Ego baptizaui vos aqua: ille verò baptizabit
9 vos spiritu sancto. *Et factum est in diebus illis ' vênit Iesus à Nazareth Galilææ: Matt.3,14.
& baptizatus est à Iohanne in Iordane.
10 *Et statim ascendẽs de aqua, vidit cælos apertos, ' & Spiritum * tanquam colum- Luc.3,22. Ioh.1,32. * sanctum o.
bam descendentem & manentẽ in ipso.
11 *Et vox facta est de cælis, Tu es filius
12 meus dilectus, in te complacui. *' Et sta- Mat.4,1. Luc.4,1.
13 tim Spiritus expulit eum in desertũ. *Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tẽtabatur à satana. eratq. cum bestiis, & angeli ministrabant illi. *' Postquam autem traditus Mat.4,12 Luc.4,14. Ioh.4,43.
14 est Iohannes, venit Iesus in Galilæam,
15 prædicans euangelium regni Dei, *& dicens, Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœni-
16 temini & credite Euangelio. *' Et præ- Mat.4,18. Luc.5,2.
teriens secus Mare-Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare (erant enim piscatores)
17 *& dixit eis Iesus, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. *Et
18 protinus relictis retibus, secuti sunt eũ.
19 *Et progressus inde pusillũ, vidit Iacôbum Zebedæi & Iohannem fratrẽ eius,
20 & ipsos componentes retia in naui: *& statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cũ mercenariis, secuti
21 sunt eum. *' Et ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbathis ingressus in Mat.4,13. Luc.4,31.
22 synagogã, docebat eos. *' Et stupebant Luc.4,32.
super doctrina eius. erat enim docẽs eos quasi potestatem habens, & non sicut
23 Scribæ. * Et erat in synagoga eorum, homo in spiritu immundo: & exclama-
24 uit, *dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti * perdere nos? scio qui sis, * ante tempus o.
25 Sanctus Dei. *Et cõminatus est ei Iesus, dicens, Obmutesce, & exi de homine.
26 *Et discerpens eum spiritus immundus,
27 & exclamãs voce magna exiit ab eo. *Et mirati sunt omnes: ita vt conquirerent inter se dicẽtes, Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in potestate

state etiam spiritibus immũdis imperat, & obediunt ei. *Et processit rumor eius 28
statim in omnem regionem Galilææ.
Mat.8,14. Luc.4,42. *' Et protinus egredientes de synagoga, 29
venerũt in domum Simônis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne. *Decumbebat 30
autem socrus Simonis febricitãs: & statim dicũt ei de illa. *Et accedẽs eleuauit 31
eam apprehensa manu eius: & continuò dimisit eã febris, & ministrabat eis. *Ve- 32
spere autem facto cùm occidisset sol, afferebant ad eum omnes malè habentes & dæmonia habentes: *& erat omnis ci- 33
uitas congregata ad ianuam. *Et curauit 34
multos qui vexabantur variis languori-
Luc.4,42. bus: ' & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui quoniam sciebant eum. *Et diluculo valde surgẽs, egressus 35
abiit in desertum locum: ibique orabat.
*Et prosecutus est eũ Simon, & qui cum 36
illo erant. *Et cùm inuenissent eum, di- 37
Luc.4,43. xerunt ei, Quia omnes quærunt te. *' Et 38
ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim
veni. *Et erat prædicãs in synagogis eo- 39
rum, & in omni Galilæa: & dæmonia eii-
Mat.8,2. Luc.5,12. ciens. *' Et venit ad eum leprosus deprecãs eum: & genu flexo dicit ei, Si vis, po- 40
tes me mundare. *Iesus autem misertus 41
eius, extendit manum suam: & tangens eum, ait illi, Volo, Mundare. *Et cùm 42
dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mũdatus est. *Et comminatus est ei, sta- 43
timque eiecit illum: *& dicit ei, Vide ne- 44
mini dixeris: sed vade, ostẽde te principi
Leu.14,3. sacerdotum, & offer pro emundatione tua ' quæ præcepit Moyses, in testimoniũ illis. *At ille egressus cœpit prædicare & 45
diffamare sermonẽ: ita vt iam nõ posset
manifestè introire in ciuitatẽ, ' sed foris
Luc.4,42. in desertis locis " esset', & conueniebant
ad eum vndique.

CAP. II.

ET iterum intrauit Capharnaũ post 1
Mat.9,1. Luc.5,18. *octo M.Q.B. * confestim 1 MS. G. * caperet 6 MS.B.G. dies*, & auditum est quòd in domo
esset, *& *cõuenerunt multi, ita vt non 2
' caperet' neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. *Et venerunt ad eũ fe- 3
rentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. *Et cùm nõ possent offerre eũ 4
illi præ turba, nudauerunt tectum vbi

erat: & patefacientes submiserũt grabatum in quo paralyticus iacebat. *Cùm 5
autem vidisset Iesus fidẽ illorum, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata
6 tua. *Erant autem illic quidam de Scribis sedẽtes & cogitãtes in cordibus suis,
7 *Quid hic sic loquitur? blasphemat. Iob 14,4. Isaiæ 43,25.
'Quis potest dimittere peccata, nisi solus
8 Deus? *Quo statim cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitarent intra se, dicit illis,
Quid ista cogitatis in cordibus vestris?
9 *Quid est facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge,
10 tolle grabatũ tuum & ambula? *Vt aũt sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait
11 paralytico) *tibi dico, Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuã. *Et
12 statim surrexit ille: & sublato grabato abijt coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicen-
13 tes, Quia nunquam sic vidimus. *Et egressus est rursus ad mare: omnisq. turba veniebat ad eum, & docebat eos. *' Et Mat.9,9. Luc.5,27. "Leuin 9 MS. G.
cũ præteriret, vidit "Leui' Alphæi sedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me.
15 Et surgens secutus est eum. *Et factũ est: cùm accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebãt cum Iesu & discipulis eius, erant
enim multi qui & sequebantur eum.
16 *Et Scribæ & Pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius, Quare
17 cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit ' magister vester? *Hoc -6 MS. G. audito Iesus ait illis, Nõ necesse habent
sani, "medico': sed qui malè habent. ' non "medicũ MS. B. 1 Tim.1,15 Mat.9,13. Luc.5,32.
enim veni vocare iustos, sed peccatores.
18 *Et erant discipuli Iohannis & Pharisæi ieiunãtes: & veniunt, & dicũt illi, Quare discipuli Iohannis & Pharisæorum ieiunant: tui autẽ discipuli non ieiunant?
19 *Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filij nuptiarum quamdiu sponsus cũ illis est,
ieiunare? Quanto tẽpore habent secum
20 sponsum, nõ possunt ieiunare. *' Venient Mat.9,15. Luc.5,35.
autem dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabũt in illis dieb⁹. *Ne-
21 mo assumentum panni rudis assuit vesti-

mẽto veteri: alioquin aufert ſupplementum nouũ à veteri, & maior ſciſſura fit.
ᵛnouellũ MS.B. ᵛdirumpet MS. R. B.
ᵛEt nemo mittit vinum ᵛnouum'in vtres veteres: alioquin ᵛdirumpit' vinũ vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. ſed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.
Mat. 12, 1. Luc. 6, 1.
ᵛEt factum eſt iterũ cùm ſabbathis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœperunt progredi & vellere ſpicas.
ᵛPhariſæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciunt ᵛſabbathis quod nõ licet?
ᵛdiſcipuli tui MS.B. G q. 1 Reg. 21, 6
ᵛEt ait illis, ᵛNunquam legiſtis quid fecerit Dauid, quando neceſſitatem habuit & eſurijt ipſe & qui cum eo erant? ᵛquomodo introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis mãducauit quos nõ licebat manducare, ᵛniſi ſacerdotibus, & dedit eis ᵛqui cum eo erant?
Exo. 29, 32. Leu. 8, 31. & 24, 9.
ᵛEt dicebat eis, Sabbathum propter hominem factum eſt: & nõ homo propter ſabbathum.
ᵛ& MS. R ᵛetiam G. S.
ᵛItaq. Dñs eſt filius hominis, etiam ſabbathi.

CAP. III.

Mat. 12, 9. Luc. 6, 16.
ᵛET introiuit iterum in ſynagogam: & erat ibi homo habens manũ aridam.
ᵛEt obſeruabant eum ſi ſabbathis curaret: vt accuſarent illum.
ᵛEt ait homini habenti manum aridam, Surge in medium.
ᵛEt dicit eis, Licet ſabbathis benefacere, an malè? animã ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant.
ᵛEt circumſpiciens eos cum ira, cõtriſtatus ſuper cęcitate cordis eorũ, dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt manus illi.
Mat. 12, 14 Ioh. 10, 39.
ᵛExeuntes autem Phariſęi, ſtatim cũ Herodianis conſilium faciebant aduerſus eum quomodo eum perderent.
ᵛIeſus autem cum diſcipulis ſuis receſſit ad mare: & multa turba à Galilęa & Iudæa ſecuta eſt eũ, ᵛ& ab Ieroſolymis & ab Idumæa & ᵛtrans Iordanem & qui circa Tyrum, & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.
ᵛde MS.
ᵛEt dixit diſcipulis ſuis vt nauicula ſibi deſeruiret propter turbam, ne cõprimerent eum.
ᵛmultos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum vt illum tangerẽt quotquot habebãt plagas.
ᵛEt ſpiritus immũdi, cùm illũ videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes, ᵛTu es filius Dei.
ᵛEt vehementer comminabatur eis ne manifeſtarent illum.
Mat. 10, 1. Luc. 6, 13. & 9, 1. Inf. 6, 7.
ᵛ[1] Et aſcendens in mõtem vocauit ad ſe quos voluit ipſe: & venerunt ad eum.
ᵛEt fecit vt eſſent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prędicare.
ᵛEt dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia.
ᵛEt impoſuit Simoni nomen Petrus.
ᵛ& Iacobũ Zebedæi & Iohannem fratrẽ Iacobi: & impoſuit eis nomina ᵛBoanerges', quod eſt, filij tonitrui.
ᵛBoanerges Q.
ᵛ& Andream & Philippum, & Bartholomæum & Matthęum, & Thomã & Iacobũ Alphæi, & Thaddæum & Simonẽ Cananæum,
ᵛ& Iudam Iſcariotẽ qui & tradidit illum.
ᵛEt veniunt ad domum: & conuenit iterum turba, ita vt non poſſent neque panem mãducare.
ᵛEt cùm audiſſent ſui, exierunt tenere eum. dicebant enim, Quoniam in furorem verſus eſt.
ᵛEt Scribæ qui ab Ieroſolymis deſcenderant, ᵛdicebant, Quoniã Beelzebub habet: & quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.
Mat. 9, 34 & 12, 24. Luc. 11, 15.
ᵛEt conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo poteſt ſatanas ſatanam eijcere?
ᵛEt ſi regnũ in ſe diuidatur, non poteſt regnum illud ſtare.
ᵛEt ſi domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur: non poteſt domus illa ſtare.
ᵛEt ſi ſatanas cõſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & non ᵛpoterit' ſtare, ſed finẽ habet.
ᵛpoteſt MS. G.S. ᵛeius I MS.R. G.S.
ᵛNemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domum ᵛdiripere, niſi prius fortem alliget, & tunc domũ eius diripiet.
ᵛ[1] Amen dico vobis, quoniã omnia dimittentur filijs hominum peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemauerint.
Mat. 12, 31 Luc. 12, 10. 1 Ioh. 5, 16.
ᵛqui autẽ blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non ᵛhabet' remiſſionem in æternũ, ſed reus erit æterni delicti.
ᵛhabebit MS q.
ᵛQuoniam dicebant, Spiritũ immundũ habet.
ᵛ[1] Et veniunt mater eius & fratres: & foris ſtantes miſerunt ad eum vocãtes eum,
Mat. 12, 46 Luc. 8, 19.
ᵛ& ſedebat circa eum turba: & dicũt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te.
ᵛEt reſpondens eis, ait, Quæ eſt mater mea & fratres mei?
ᵛEt circũſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebãt, ait, Ecce mater mea & fratres mei.
ᵛQui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

CAP. IIII.

Mat. 13, 1. Luc. 5, 4.
ᵛET iterum cœpit docere ad mare: & congregata eſt ad eum turba multa, ita vt nauim aſcendens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terram erat:
ᵛ& docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua,
ᵛAudite: ecce, exiit ſeminans ad ſeminandum.
ᵛEt dũ ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerũt volucres cęli & comederunt illud.
ᵛAliud verò cecidit ſuper petroſa vbi non habuit terrã multam: & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ:
ᵛ& quando exortus eſt ſol, exæſtuauit, & eo quòd non habebat radicem, exaruit.
ᵛEt aliud cecidit in ſpinas: & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructũ non dedit.
ᵛEt aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum aſcendentem & creſcentem, & afferebat vnum ᵛtriginta', vnũ ᵛſexaginta', & vnum ᵛcentum'.
ᵛtricesimum, ᵛſexagesimum ᵛcentesimũ MS q.
ᵛEt dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat.
ᵛEt cùm eſſet ſingularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erãt duodecim, parabolam.
ᵛEt dicebat eis, Vobis datum eſt noſſe myſteriũ regni Dei: illis autẽ qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt:
Iſa. 6, 9. Mat. 13, 14 Luc. 8, 10. Ioh. 12, 40. Act. 28, 26. Rom. 11, 8.
ᵛ[1] vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando conuertãtur & dimittantur eis peccata.
ᵛEt ait illis, Neſcitis parabolam hãc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis?
ᵛQui ſeminat: verbũ ſeminat.
ᵛHi autẽ ſunt qui circa viam: vbi ſeminatur verbum, & cùm audierint, confeſtim venit ſatanas, & aufert verbum quod ſeminatũ eſt in cordibus eorum.
ᵛEt hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur: qui cùm audierint verbum,
ᵛ ſtatim cũ gaudio accipiunt illud: & non habent radicem in ſe,
ᵛ ſed temporales ſunt: deinde orta tribulatione & perſecutione propter verbũ, confeſtim ſcandalizantur.
ᵛEt alij ſunt qui in ſpinis ſeminantur: hi ſunt qui verbum audiunt,
1 Tim. 6, 17
ᵛ& ærumnæ ſeculi, & ᵛdeceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur.
ᵛEt hi ſunt qui ſup terram bonã ſeminati ſunt qui audiunt verbum & ſuſcipiunt, & fructificant, vnum ᵛtriginta', vnum ᵛſexaginta', & vnum ᵛcentum'.
ᵛvt ſupra v. 8.
ᵛEt dicebat illis, ᵛNunquid venit lucerna vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nonne vt ſuper candelabrum ponatur?
Mat. 5, 15. Luc. 8, 16. & 11, 33.
ᵛ[1] Non eſt enim aliquid abſconditum quod non manifeſtetur: nec factum eſt occultum, ᵛſed vt in palam veniat'.
Mat. 10, 26 Luc. 8, 17.
ᵛquod nõ veniat in palam MS. s.
ᵛSi quis habet aures audiẽdi audiat.
ᵛEt dicebat illis, Videte quid audiatis.
ᵛIn qua menſura mẽſi fueritis, remetietur vobis, ᵛ& adiicietur vobis".
Mat. 7, 2. Luc. 6, 38. 8 MS. Gq. ᵛqui auditis 1 MS. R. G. S.
ᵛ[1] Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.
Mat. 13, 12 & 25, 29. Luc. 8, 18. & 19, 26.
ᵛEt dicebat, Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram,
ᵛ& dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemẽ germinet, & increſcat dum neſcit ille.
ᵛVltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentũ in ſpica.
ᵛEt cùm ᵛſe produxerit fructus: ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.
ᵛex MS q. R.
ᵛEt dicebat, Cui aſſimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ conparabimus illud?
Mat. 13, 31. Luc. 13, 19.
ᵛ[1] Sicut granum ſinapis: quod cùm ſeminatum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus quę ſunt in terra:
ᵛ& cùm ᵛſeminatum' fuerit, aſcendit ᵛ, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbra eius aues cæli habitare.
ᵛnatũ o. ᵛ in arborem o.
Mat. 13, 34
ᵛEt talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire.
ᵛſine parabola autem nõ loquebatur eis. ſeorſum autem, diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.
ᵛEt ait illis in illa die, cùm ſerò eſſet factum, Tranſeamus contrà.
ᵛ[1] Et dimittentes turbam, aſſumũt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erãt cum illo.
Mat. 8, 23. Luc. 8, 22.
ᵛEt facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis.
ᵛEt erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi, Magiſter, non ad te pertinet quia perimus?
ᵛEt exurgẽs comminatus eſt vento, & dixit mari, Tace, obmutęſce. Et ceſſauit ventus: & facta eſt tranquil-

tranquillitas magna. *Et ait illis, Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: & dicebant ad alterutrum, Quis, putas, est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?

CAP. V.

Mat. 8, 28. Luc. 8, 26. ET venerunt trans fretũ maris in regionem Gerasenorum. *Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumẽtis homo in spiritu immũdo, *qui domicilium habebat in monumentis, & neq. catenis iam quisquam poterat eum ligare: *quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & cõpedes cõminuisset. & nemo poterat eum domare. *& semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans & concidens se lapidibus. *Videns autem Iesum álonge, cucurrit & adorauit eũ: *& clamans voce magna dixit, Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum ne me torqueas. *Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine. *Et interrogabat eum, Quod tibi nomẽ est? Et dicit ei, Legio mihi nomen est: quia multi sumus. *Et precabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. *Erat aũt ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens. *Et deprecabantur eum spiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. *Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immũdi, introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare, ad duo millia, & suffocati sunt in mari. *Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factũ: *& veniunt ad Iesum, & vident illũ qui à dæmonio vexabatur, sedentem, vestitũ, & sanę mentis: & timuerunt. *Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter factũ esset ei qui dæmonium habuerat: & de porcis. *Et rogare cœperunt eum, vt discederet de finibus eorum. *Cumq. ascenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, vt esset cum illo, *& non admisit eum, sed ait illi, Vade in domum tuã ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. *Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli quãta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur. *Et cùm transcendisset Iesus in naui rursum trans fretum, conuenit turba multa ad eũ, & erat circa mare. *[1] Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus: & videns eum, procidit ad pedes eius, *& deprecabatur eum multum, dicens, Quoniam filia mea in extremis est, Veni, impone manus super eã, vt salua sit & viuat. *Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. *[1] Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, *& fuerat multa perpessa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquã profecerat, sed magis deterius habebat: *cùm audisset de Iesu, venit in turba retrò, & tetigit vestimentum eius. *dicebat enim, Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. *Et cõfestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset à plaga. *Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quæ exierat de illo, conuersus ad turbã, aiebat, Quis tetigit vestimenta mea? *Et dicebant ei discipuli sui, Vides turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit? *Et circumspiciebat videre eã quæ hoc fecerat. *Mulier verò timens & tremens, sciens quod factũ esset in se: venit & procidit ante eũ, & dixit ei omnẽ veritatem. *Ille autem dixit ei, [1] Filia, fides tua te saluã fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. *[1] Adhuc eo loquente veniunt [a] ad archisynagogum', dicentes, Quia filia tua mortua est: quid vltrà vexas magistrum? *Iesus autem audito verbo quod dicebatur, ait archisynagogo, Noli timere: tantũmodo crede. *Et non admisit quemquam se sequi, nisi Petrum & Iacobũ & Iohannem fratrem Iacobi. *Et veniunt in domum archisynagogi, & videt tumultũ, & flentes, & eiulantes multum. *Et ingressus, ait illis, Quid turbamini & ploratis? [1] puella nõ est mortua, sed dormit. *Et irridebant eũ. Ipse verò eiectis omnibus, assumit patrem & matrẽ puellæ, & qui

Mat. 8, 30. Luc. 8, 32.

Mat. 9, 18. Luc. 8, 42.

[a] manum MS. s.

Luc. 15, 24. Mat. 9, 26. Luc. 8, 43.

Luc. 7, 50.

[a] ab archisynagogo 11 MS. G. quibus sequentibus Syri, legunt enim, E domo principis synagogæ.

Mat. 9, 24.

& qui secum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens. *Et tenens manum puellæ, ait illi, [1] Talitha cumi, quod est interpretatum, Puella (tibi dico) surge. *& confestim surrexit puella: & ambulabat. erat autem annorum duodecim, & obstupuerũt stupore magno. *Et præcepit illis vehementer vt nemo id sciret: & [a] dixit' dari illi manducare.

Luc. 8, 49.

[a] iussit MS q. B.

CAP. VI.

Mat. 13, 54. Luc. 4, 16. Ioh. 6, 44. ET egressus inde, abiit in patriam suam: & sequebãtur eum discipuli sui. *& facto sabbatho cœpit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapiẽtia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiũtur? *[1] Nõne hic est faber filius Mariæ frater Iacobi & [a] Ioseph' & Iudæ & Simonis? nonne & sorores eius hîc nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis Iesus, *[1] Quia non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. *& non poterat ibi virtutem vllam facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. *& mirabatur propter incredulitatem eorũ, [1] & circuibat castella in circuitu docens. *[1] Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spirituũ immundorũ. *Et præcepit eis ne quid tollerẽt in via, nisi virgam tantùm: non peram, non panem, neque in zona æs, *sed calceatos [1] sandalijs, & ne induerentur duabus tunicis. *Et dicebat eis, Quocunq. introieritis in domum: illic manete donec exeatis inde. *[1] & quicumq. non receperint vos, nec audierint vos': [1] exeuntes inde excutite puluerem de pedibus vestris in testimoniũ illis. *Et exeuntes prædicabant vt pœnitẽtiam agerent: *& dæmonia multa eiiciebant, & [1] vngebant oleo multos ægros, & [a] sanabant'. *[1] Et audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomẽ eius) & [a] dicebat', Quia Iohannes Baptista resurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo. *Alij autẽ dicebant, Quia Elias est. Alij verò dicebant, Quia propheta est, quasi

Mat. 9, 35. Luc. 13, 22. Mat. 10, 1. Sup. 3, 14. Luc. 9, 1.

Act. 12, 8.

Mat. 10, 14. Luc. 9, 5. [a] MS q. Act. 13, 51. & 18, 6.

Luc. 5, 14. [a] sanabantur MS q. B.

Mat. 14, 1. Luc. 9, 7. [a] dicebãt q.

16 vnus ex prophetis. *[1] Quo audito, Herodes ait, Quem ego decollaui Iohannẽ, hic à mortuis resurrexit. *[1] Ipse enim Herodes misit ac tenuit Iohannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. *Dicebat enim Iohannes Herodi, [1] Non licet tibi habere vxorem fratris tui. *Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. *Herodes enim metuebat Iohannem, sciẽs eum virum iustũ & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat: & libenter eum audiebat. *Et cùm dies opportunus accidisset, Herodes [a] natalis sui' cœnã fecit principibus & tribunis & primis Galilææ. *cumq. introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus: rex ait puellæ, Pete à me quod vis: & dabo tibi. *& iurauit illi, [1] Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. *Quæ cùm exisset, dixit matri suæ, Quid petã? At illa dixit,

Mat. 14, 2.

Luc. 3, 19.

Lev. 18, 16.

[a] in natali suo 8 MS. G.

Esth. 5, 6.

Caput Iohannis Baptiſtæ. [25] Cumque introiſſet ſtatim cũ feſtinatione ad regem, petiuit dicẽs, Volo vt protinus des mihi in diſco caput Iohãnis Baptiſtæ. [26] Et contriſtatus eſt rex. Propter iuſiurandum & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtare: [27] ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco. [28] Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. [29] Quo audito, diſcipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & poſuerunt illud in monumento. [30] Et conueniẽtes Apoſtoli ad Ieſum, renuntiauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant. [31] Et ait illis, Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi: & nec ſpatium manducandi habebant. [32] Et aſcendentes in nauim, abierunt in deſertum locum ſeorſum. [33] Et viderunt eos abeuntes, & cognouerũt multi: & pedeſtres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos. [34] Et exiens, vidit turbam multam Ieſus: & miſertus eſt ſuper eos, quia erant ſicut oues non habẽtes paſtorem, & cœpit illos docere multa. [35] Et cùm iam hora multa fieret, acceſſerunt diſcipuli eius, dicẽtes, Deſertus eſt locus hic, & iam hora præteriit: [36] dimitte illos, vt eũtes in proximas villas & vicos, emant ſibi cibos quos manducent. [37] Et reſpondens ait illis, Date illis vos manducare. Et dixerũt ei, Euntes emamus ducentis denariis panes: & dabimus illis manducare. [38] Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et cùm cognouiſſent, dicunt, Quinq., & duos piſces. [39] Et præcepit illis vt accũbere facerent omnes, ſecundum contubernia ſuper viride fœnum. [40] Et diſcubuerũt in partes per centenos & quinquagenos. [41] Et acceptis quinq. panibus, & duobus piſcibus: intuens in cælũ, benedixit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis vt ponerent ante eos: & duos piſces diuiſit omnibus. [42] Et manducauerũt omnes, & ſaturati ſunt. [43] Et ſuſtulerunt reliquias, fragmẽtorum duodecim cophinos plenos: & de piſci-

[44] bus. [45] Erãt autem qui manducauerunt, quinq. millia virorum. [45] Et ſtatim coëgit diſcipulos ſuos aſcendere nauim, vt præcederẽt eum trans fretum ad Bethſaidam, dum ipſe dimitteret populum. [46] Et cùm dimiſiſſet eos, abiit in mõtem orare. [47] Et cũ ſerò eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra. [48] Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſuper mare: & volebat præterire eos. [49] At illi vt viderunt eum ambulantem ſuper mare, putauerunt phantaſma eſſe, [50] & exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit eis, Confidite, ego ſum: nolite timere. [51] Et aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus. [52] Et plus magis intra ſe ſtupebant: non enim intellexerũt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum. [53] Et cùm tranſfretaſſent, venerunt in terram Genezareth: & applicuerunt. [54] Cumque egreſſi eſſent

eſſent de naui, continuò cognouerunt eum: [55] & percurrentes vniuerſam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui ſe malè habebant circumferre, vbi audiebant eũ eſſe. [56] Et quocunque introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

CAP. VII.

ET conueniũt ad eũ Phariſæi & quidam de Scribis, venientes ab Ieroſolymis. [2] Et cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius communibus manibus, id eſt non lotis manducare panes, vituperauerũt. [3] Phariſæi enim & omnes Iudęi, niſi crebrò lauerint manus, nõ manducant, tenentes traditionẽ ſeniorum: [4] & à foro, niſi baptizentur, non comedunt. & alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum & vrceorum, & æramentorum & lectorum. [5] & interrogabant eum Phariſæi & Scribæ, Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum, ſed cõmunibus manibus mánducant panem? [6] At ille reſpõdens, dixit eis, Bene prophetauit Iſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptũ eſt, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorũ longè eſt à me. [7] in vanum autẽ me colunt, docentes doctrinas præcepta hominum. [8] Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptiſmata vrceorum & calicum: & alia ſimilia his facitis multa. [9] Et dicebat illis, Bene irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis. [10] Moyſes enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. [11] Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corbã, (quod eſt donum) quodcunq. ex me, tibi profuerit: [12] & vltrà non dimittitis eum quicquã facere patri ſuo aut matri, [13] reſcindentes verbũ Dei per traditionem veſtrã quam tradidiſtis: & ſimilia huiuſmodi multa facitis. [14] Et aduocans iterum turbam, dicebat illis, Audite me omnes, & intel-

[15] ligite. Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eũ coinquinare, ſed quæ de homine procedunt, illa [16] ſunt quæ communicant hominem. [17] Si quis habet aures audiendi, audiat. [17] Et cùm introiſſet in domum à turba, interrogabant eum diſcipuli eius parabolam. [18] Et ait illis, Sic & vos imprudentes eſtis? Non intelligitis quia omne extrinſecus introiens in hominem, non poteſt eum [19] communicare: quia non intrat in cor eius, ſed in ventrem vadit, & in ſeceſſum [20] exit, purgans omnes eſcas? [20] Dicebat autem quoniã quæ de homine exeunt, illa [21] communicant hominem. [21] Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, [22] furta, auaritię, nequitię, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia. [23] Omnia hæc mala abintus procedunt, & communicant hominẽ. [24] Et inde ſurgens abijt in fines Tyri & Sidonis: & ingreſſus domũ neminẽ voluit ſcire, & non potuit latêre. [25] Mulier enim ſtatim vt audiuit de eo, cuius filia habebat ſpiritũ immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius. [26] Erat enim mulier Gẽtilis, Syrophœniſſa genere. Et rogabat eum vt dęmonium eijceret de filia eius. [27] Qui dixit illi, Sine prius ſaturari filios. non eſt enim bonum ſumere panẽ filiorum, & mittere canibus. [28] At illa reſpondit, & dixit illi, Vtiq. Domine, nam & catelli comedunt ſub menſa de micis puerorum. [29] Et ait illi, Propter hunc ſermonem vade, exijt dęmoniũ à filia tua. [30] Et cùm abijſſet domum ſuam, inuenit puellam iacentem ſupra lectum, & dæmonium exijſſe. [31] Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad Mare-Galilæę inter medios fines Decapoleos. [32] Et adducunt ei ſurdum & mutum: & deprecabãtur eum vt imponat illi manum. [33] Et apprehendens eũ de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius: & expuens, tetigit [34] linguam eius. [34] & ſuſpiciens in cælũ, ingemuit, & ait illi, Ephphethah, quod eſt, adaperire. [35] Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculũ linguæ eius,

& loquebatur rectè. [36] Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autẽ eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant; [37] & eò amplius admirabantur, dicentes, Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Gen.1,31. Eccl.39,21

CAP. VIII.

[1] IN diebus illis iterum cùm turba multa esset, nec haberent quod manducarent: cõuocatis discipulis, ait illis, [2] Misereor super turbã: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: [3] & si dimisero eos ieiunos in domũ suam, deficient in via: quidam enim ex eis delongè venerunt. [4] Et responderunt ei discipuli sui, Vnde illos quis poterit hîc saturare panibus in solitudine? [5] Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septẽ. [6] Et præcepit turbæ discumbere super terrã. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ. [7] Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. [8] Et manducauerunt & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. [9] Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos. [10] Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha. [11] Et exierũt Pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signũ de cælo, tentantes eum. [12] Et ingemiscens spiritu, ait, Quid generatio ista signũ quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum. [13] Et dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abijt trans fretum. [14] Et obliti sunt panes sumere: & nisi vnum panem non habebant secum in naui. [15] Et præcipiebat eis, dicens, Videte & cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis. [16] Et cogitabant ad alterutrũ, dicẽtes, Quia panes nõ habemus. [17] Quo cognito, ait illis Iesus, Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondũ cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatũ habetis cor vestrũ? [18] oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis, [19] Nec recordamini? quando quinque panes fregi in quinque millia: & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim. [20] Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorũ tulistis? Et dicunt [21] ei, Septem. [22] Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis? Et veniunt Bethsaidam: & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret. [23] Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eũ si quid videret. [24] Et aspiciens, ait, Video homines velut arbores, ambulantes. [25] Deinde iterum imposuit manus super oculos eius: & cœpit videre, & restitutus est, ita vt clarè videret omnia. [26] Et misit illum in domum suam, dicens, Vade in domum tuam: & si in vicum introieris, nemini dixeris. [27] Et egressus est Iesus & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis, Quẽ me dicunt esse homines? [28] Qui responderunt illi, dicentes, Iohannem Baptistam, alij Eliã, alij verò quasi vnum de prophetis. [29] Tunc dicit illis, Vos verò quẽ me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei, Tu es Christus. [30] Et comminatus est eis ne cui dicerent de illo. [31] Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus & à summis sacerdotibus & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere. [32] Et palam verbũ loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. [33] Qui conuersus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens, Vade retro me satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. [34] Et conuocata turba cũ discipulis suis, dixit eis, Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. [35] Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autẽ perdiderit animam suam propter me & Euangelium, saluam faciet [36] eam. [37] Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animæ suæ faciat? [38] Aut, quid dabit homo commutationis pro anima sua?

Mat.15,32. cum Iesu o.

Mat. 16,1. Luc.11,54.

Sup.6,41. Iob.6,11.

1 MS. G. s.

Mat.16,5.

Mat.10,33. Luc.9,26. 2.Tim.2,12. confessus o. confitebitur o.

Qui enim me cõfusus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & filius hominis confundetur eum, cùm venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.

confusus fuerit. confundetur eum.

CAP. IX.

[1] ET dicebat illis, Amen dico vobis, quia sunt quidam de hîc stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute. [2] Et post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem: & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. [3] Et vestimẽta eius facta sunt splendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere. [4] Et apparuit illis Elias cum Moyse: & erant loquentes cum Iesu. [5] Et respondens Petrus, ait Iesu, Rabbi, bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. [6] Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti: [7] & facta est nubes obumbrãs eos: & vênit vox de nube, dicens, Hic est filius meus charissimus: audite illũ. [8] Et statim circumspicientes, neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantum secum. [9] Et descẽdentibus illis de mõte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidissent, narrarent: nisi cùm filius hominis à mortuis resurrexerit. [10] Et verbũ continuerũt apud se: conquirẽtes quid esset, Cùm à mortuis resurrexerit. [11] Et interrogabant eũ, dicentes, Quid ergo dicunt Pharisæi, & Scribæ, quia Eliam oportet venire primum? [12] Qui respondens, ait illis, Elias cùm venerit primò, restituet omnia: & quo modo scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur. [13] Sed dico vobis quia & Elias venit (& fecerunt illi quæcunq. voluerunt) sicut scriptum est de eo. [14] Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas cõquirentes cum illis. [15] Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expauerũt: & accurrẽtes salutabant eum. [16] Et interrogauit eos, Quid inter vos conquiritis? [17] Et respondens vnus de turba, dixit, Magister, attuli filium meum ad te habẽtem spiritum mutum: [18] qui vbicunq. eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis vt eiicerent illum, & non potuerũt. [19] Qui respondens eis, dixit, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. [20] Et attulerunt eum. Et cùm vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum: & elisus in terram, volutabatur spumans. [21] Et interrogauit patrem eius, Quãtum temporis est ex quò ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: [22] & frequenter eum in ignẽ & in aquas misit, vt eum perderet. sed siquid potes, adiuua nos, misertꝰ nostri. [23] Iesus autem ait illi, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. [24] Et continuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Dñe: adiuua incredulitatem meam. [25] Et cùm videret Iesus concurrentem turbam, cõminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. [26] Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus est. [27] Iesus autem tenẽs manum eius, eleuauit eum: & surrexit. [28] Et cùm introisset in domum, discipuli eius secretò interrogabant eum, Quare nos non potuimus eiicere eum? [29] Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. [30] Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quẽquam scire. [31] Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis, Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget. [32] At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum. [33] Et venerunt Capharnaum. Qui cùm domi esset, interrogabat eos, [34] Quid in via tractabatis? At illi tacebãt. siquidem in via inter se disputauerant [35] quis eorum maior esset. Et residẽs vocauit duodecim, & ait illis, Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. [36] Et accipiens puerum,

Mat.16,27. Luc.9,27.

Mat.17,1. Luc.9,28. assumpsit MS. B.

Mat.4,5. Mal.4,5. Mat.17,12

Mat.17,14. Luc.9,37.

esset MS. B.

Mat.18,1. Luc.9,46.

Mat.17,22. Luc.9,21.

aquam MS. G.

rum, ſtatuit eum in medio eorũ. quem
cùm complexus eſſet, ait illis, *Quiſquis 37
vnum ex huiuſmodi pueris receperit in
nomine meo: me recipit. & quicunque
me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum
Luc.9, 49. qui miſit me. *'Reſpondit illi Iohannes, 38
Mat.9,38. dicens, Magiſter, vidimus quendam in
nomine tuo eiicientẽ dæmonia qui non
ſequitur nos, & prohibuimus eũ. *Ieſus 39
1 Cor. 12,3 autem ait, Nolite prohibere eũ. 'nemo
eſt enim qui faciat virtutem in nomine
meo, & poſſit citò malè loqui de me.
"nos, pro nobis 1 MS. G q. *qui enim non eſt aduerſum "vos, pro 40
vobis' eſt. *'Quiſquis enim potum dede- 41
Mat.10, 42 *frigidę o rit vobis calicem aquæ *in nomine meo,
quia Chriſti eſtis: amen dico vobis, non
Mat. 18, 6. Luc.17,2. perdet mercedem ſuam. *'Et quiſquis 42
ſcandalizauerit vnum ex his puſillis cre-
dentibus in me: bonum eſt ei magis ſi
circũdaretur mola aſinaria collo eius, &
Mat.5,30. & 18,8. in mare mitteretur. *'Et ſi ſcandalizaue- 43
rit te manus tua, abſcinde illam. bonum
eſt tibi debilem introire in vitam, quàm
duas manus habẽtem ire in gehennam,
Iſa.66,42. in ignẽ inextinguibilem, *'Vbi vermis 44
eorum non moritur, & ignis non extin-
guitur. *Et ſi pes tuus te ſcandalizat, am- 45
puta illum: bonum eſt tibi claudum in-
troire in vitam æternam quàm duos pe-
des habentem, mitti in gehennam ignis
inextinguibilis, *vbi vermis eorum non 46
moritur, & ignis nõ extinguitur. *Quòd 47
ſi oculus tuus ſcandalizat te, eiice eum.
bonũ eſt tibi luſcum introire in regnum
Dei, quàm duos oculos habentem, mit-
ti in gehennã ignis, *vbi vermis eorum 48
non moritur, & ignis non extinguitur.
Leu.2,13. Mat.5,13. Luc.14,34 *'Omnis enim igne ſalietur: & omnis vi- 49
ctima ſale ſalietur. *'Bonũ eſt ſal. quod 50
ſi ſal inſulſum fuerit: in quo illud cõdie-
tis? Habete in vobis ſal, & pacem habe-
te inter vos.

CAP. X.

Mat.19, 1. ET inde exurgens, venit in fines Iu- 1
dææ vltra Iordanem: & cõueniunt
iterum turbæ ad eum. & ſicut cõſueue-
rat, iterum docebat illos. *Et acceden- 2
tes Phariſæi, interrogabant eum, Si licet
viro vxorem dimittere? tentantes eum.
*At ille reſpondens, dixit eis, Quid vo- 3
bis præcepit Moyſes? *Qui dixerunt, 4
'Moyſes permiſit libellum repudij ſcri- Deu.24,1.
bere, & dimittere. *Quibus reſpondens 5
Ieſus, ait, Ad duritiam cordis veſtri ſcri-
pſit vobis præceptum iſtud. *ab initio 6
autem creaturæ 'maſculũ & fœminam Gen.1,27. Mat.19,4.
fecit eos Deus. *'Propter hoc, relinquet 7
homo patrem ſuum & matrem: & ad- Gen.2,24. 1 Co.6,16.
hærebit ad vxorem ſuam, *& erunt duo 8
in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, Ephe.5,31. 1 Co.7,10.
ſed vna caro. *'Quod ergo Deus cõiun- 9
xit, homo non ſeparet. *Et in domo ite- 10
rum diſcipuli eius de eodem interroga-
uerunt eum. *Et ait illis, Quicunque 11
dimiſerit vxorem ſuam & aliam duxe-
rit, adulterium cõmittit ſuper eam. *Et 12
ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nu-
pſerit, mœchatur. *Et offerebãt illi par-
uulos, vt tangeret illos. Diſcipuli autem
comminabantur offerentibus. *Quos 14
cùm videret Ieſus, indignè tulit, & ait
illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne
prohibueritis eos, taliũ enim eſt regnum
Dei. *Amen dico vobis: quiſquis non re- 15 Mat.19,6. Luc.18,17.
ceperit regnum Dei velut paruulus, non
intrabit in illud. *Et complexans eos, & 16
imponens manus ſuper illos, benedice-
bat eos. *Et cùm egreſſus eſſet in "via', 17 "viam 5 MS. B.G.
procurrens quidã genu flexo ante eum,
rogabat eum *, 'Magiſter bone, quid fa- *dicens MS. B.S.
ciam vt vitam æternã percipiam? *Ieſus 18 Mat.19,16 Luc.18,18. Exo.20,13.
autem dixit ei, Quid me dicis bonum?
Nemo bonus, niſi vnus Deus. *Præce- 19
pta noſti, Ne adulteres, Ne occîdas, Ne
fureris, Ne falſum teſtimoniũ dixeris,
Ne fraudẽ feceris, Honora patrẽ tuum
& matrem. *At ille reſpondens, ait illi, 20
Magiſter, hęc omnia obſeruaui à iuuen-
tute mea. *Ieſus autem intuitus eum, di- 21
lexit eum, & dixit ei, Vnum tibi deeſt:
vade, quæcunq. habes vende, & da pau-
peribus, & habebis theſaurum in cælo:
& veni, ſequere me. *Qui cõtriſtatus in 22
verbo, abiit mœrens. erat enim habens
multas poſſeſſiones. *Et circunſpiciens 23
Ieſus, ait diſcipulis ſuis, Quàm difficile
qui pecunias habent, in regnum Dei in-
troibunt! *Diſcipuli aũt obſtupeſcebant 24
in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpõdens
ait illis, Filioli, quàm difficile eſt confi-
dentes

dentes in pecuniis, in regnũ Dei introi-
re! *Facilius eſt camelum per foramen 25
acus tranſire, quàm diuitẽ intrare in re-
gnum Dei. *Qui magis admirabantur, 26
dicẽtes ad ſemetipſos, Et quis poteſt ſal-
uus fieri? *Et intuẽs illos Ieſus, ait, Apud 27
homines impoſſibile eſt: ſed non apud
Deũ: omnia enim poſſibilia ſunt apud
Mat.19,27 Luc.18,28. Deum. *'Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce, 28
nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus
te. *Reſpõdens Ieſus, ait, Amen dico vo- 29
bis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut
fratres, aut ſorores, aut patrem, aut ma-
trem, aut filios, aut agros propter me &
propter Euangelium: *qui non accipiet 30
centies tantum, nunc, in tempore hoc:
domos, & fratres, & ſorores, & matres,
& filios, & agros, cũ perſecutionibus, &
Mat.19,30 Luc.13,30. in ſeculo futuro, vitã æternam. *'Multi 31
autem erunt primi, nouiſſimi; & nouiſ-
ſimi, primi. *Erant autẽ in via aſcẽdentes 32
Ieroſolymam: & præcedebat illos Ieſus,
Mat.20,17. Luc.18,31. & ſtupebant: & ſequẽtes timebant. 'Et
aſſumens iterum duodecim, cœpit illis
dicere quæ eſſent ei euẽtura. *Quia ecce 33
aſcendimus Ieroſolymam, & filius ho-
minis tradetur principibus ſacerdotũ,
& Scribis, & ſenioribus, & damnabunt
eũ morte, & tradent eum gentibus; *& 34
illudent ei, & cõſpuent eum, & flagella-
bunt eum, & interficient eum, & tertia
Mat.20 die reſurget. *'Et accedũt ad eum Iaco- 35
bus & Iohannes filij Zebedæi, dicentes,
Magiſter, volumus vt quodcunq. petie-
rimus facias nobis. *At ille dixit eis, 36
Quid vultis vt faciam vobis? *Et dixe- 37
runt, Da nobis vt vnus ad dexterã tuã, &
alius ad ſiniſtrã tuam ſedeamus in glo-
ria tua. *Ieſus autem ait eis, Neſcitis quid 38
petatis. poteſtis bibere calicem quem
'baptiſ-mum MS. c. ego bibo: aut 'baptiſmo' quo ego baptiz-
or, baptizari? *At illi dixerũt ei, Poſſu- 39
mus. Ieſus aũt ait eis, Calicẽ quidem quẽ
'baptiſ-mo MS. A.B. ego bibo bibetis, & 'baptiſma' quo ego
baptizor, baptizabimini: *ſedere autem 40
'f MS.G. 1. ad dexterã meã, vel ad ſiniſtram, nõ eſt
meum dare 'vobis', ſed quibus paratum
Mat.20,24 eſt. *'Et audientes decem, cœperunt in- 41
Luc.22,24. dignari de Iacobo & Iohanne. *Ieſus aũt 42
vocans eos ait illis: 'Scitis quia hi qui vi-
dentur principari gentibus, dominãtur
eis: & principes eorũ poteſtatem habẽt
43 ipſorum. *Non ita eſt autẽ in vobis, ſed *in vobis a. s.
quicunque voluerit fieri maior*, erit ve-
44 ſter miniſter: *& quicunque voluerit in
vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus.
45 *Nam & filius hominis non venit vt mi-
niſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & daret
animam ſuam redemptionem pro mul-
46 tis. *'Et veniũt Iericho: & proficiſcente Mat.20,29 Luc.18,35.
eo de Iericho, & diſcipulis eius & pluri-
ma multitudine, filius Timęi Bartimęus
cæcus, ſedebat iuxta viam mendicans.
47 *Qui cùm audiſſet quia Ieſus Nazare-
nus eſt: cœpit clamare, & dicere, Ieſu fili
48 Dauid, miſerere mei. *Et comminaban-
tur ei multi, vt taceret. At ille multò ma-
gis clamabat, Fili Dauid, miſerere mei.
49 *Et ſtans Ieſus præcepit illum vocari. Et
vocant cæcum dicentes ei, Animæquior
50 eſto, ſurge, vocat te. *Qui proiecto ve-
51 ſtimento ſuo exiliens, vẽnit ad eum. *Et
reſpondens Ieſus dixit illi, Quid tibi vis
faciam? Cæcus autem dixit ei, Rabbóni
52 vt videam. *Ieſus autem ait illi, Vade, fi-
des tua te ſaluũ fecit. Et cõfeſtim vidit,
& ſequebatur eum in via.

CAP. XI.

1 ET cùm appropinquarent Ieroſoly- Mat. 21, 1. Luc.19,29.
mæ & Bethaniæ ad Montem oliua-
2 rũ, mittit duos ex diſcipulis ſuis, *& ait
illis, Ite in caſtellũ quod contra vos eſt,
& ſtatim introeuntes illuc, inuenietis
pullum ligatum, ſuper quem nemo ad-
huc hominum ſedit: ſoluite illum, & ad-
3 ducite. *Et ſi quis vobis dixerit, Quid
facitis? dicite quia Domino neceſſarius
4 eſt: & continuò illum dimittet huc. *Et
abeuntes inuenerunt pullum ligatum
ante ianuã foris in biuio: & ſoluũt eum.
5 *Et quidam de illic ſtantibus "dicebãt' "dicebat MS q.
6 illis, Quid facitis ſoluentes pullũ? *Qui
dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus:
7 & dimiſerunt eis. *'Et duxerunt pullum Ioh.12,14.
ad Ieſum: & imponũt illi veſtimẽta ſua,
8 & ſedit ſuper eum. *Multi autem veſti-
menta ſua ſtrauerunt in via: alij autem
frondes cædebant de arboribus, & ſter-
9 nebant in via. *Et qui præibant & qui ſe-
quebantur clamabant, dicentes, Hoſan-
na, 'Benedictus qui venit in nomine Do- Mat.21,9. Luc.19,38. Pſ.117.
mini.

mini. *benedictum quod venit regnum 10
patris nostri Dauid, Hosan-na in excel-
Mat.21,10. Luc.19,45. sis. *‖ Et introiuit Ierosolymam in tem- 11
plum: & circumspectis omnibus, cùm
iã vespera esset hora, exijt in Bethaniam
cum duodecim. *Et alia die cùm exirent 12
Mat.21,19 à Bethania, esurijt. *‖ 'Cumque vidisset à 13
longè ficum habentẽ folia, venit siquid
fortè inueniret in ea. & cùm venisset ad
eam, nihil inuênit præter folia: nõ enim
erat tempus ficorũ. *Et respondens di- 14
xit ei, Iam non amplius in æternum ex
te fructum quisquam manducet. Et au-
diebant discipuli eius. *Et veniunt Iero- 15
solymã. Et cùm introisset in templum,
cœpit eijcere vendentes & ementes in
templo: & mensas numulariorũ, & ca-
thedras vendentium columbas euertit.
*& non sinebat vt quisquã transferret 16
vas per tẽplum: *& docebat, dicens eis, 17
Isa.56,7. Nõne scriptum est, 'Quia domus mea,
domus orationis vocabitur omnibus
Ier.7,11. gentibus? 'Vos autẽ fecistis eam spelun-
cam latronum. *Quo audito, principes 18
sacerdotum & Scribæ quærebant quo-
modo eum perderent. timebant enim
eum: quoniam vniuersa turba admira-
19 batur super doctrina eius. *Et cùm ve-
spera facta esset, egrediebatur de ciuita-
20 te. *‖ Et cùm manè transirent, viderunt Mat.21,19
21 ficum aridam factã à radicibus. *Et re-
cordatus Petrus, dixit ei, Rabbi, ecce, fi-
22 cus cui maledixisti, aruit. *Et respon-
dens Iesus ait illis, Habete fidem Dei.
23 *amen dico vobis quia quicumq. dixe-
rit huic mõti, Tollere & mittere in ma-
re, & non hæsitauerit in corde suo, sed
crediderit quia quodcunq. dixerit, fiat:
24 fiet ei. *‖ Propterea dico vobis, omnia Mat.7,7. & 21,22.
quęcunque orantes petitis, credite quia
25 accipietis, & euenient vobis. *‖ Et cùm Luc.11,9. Mat.6,14. & 18,35.
stabitis ad orandũ, dimittite siquid ha-
betis aduersus aliquẽ: vt & pater vester
qui in cælis est, dimittat vobis peccata
26 vestra. *Quòd si vos non dimiseritis: nec
pater vester qui in cælis est, dimittet vo-
27 bis peccata vestra. *Et veniunt rursus Ie- Mat.21,15 Luc.20,1.
rosolymam. Et cùm ambularet in tem-
plo, accedunt ad eum summi sacerdo-
28 tes & Scribæ & seniores, *& dicunt ei,
In qua potestate hæc facis? & quis dedit
29 tibi hanc potestatem vt ista facias? *Ie-
sus autem respondens, ait illis, Interro-
gabo vos & ego vnum verbũ, & respon-
dete mihi: & dicã vobis in qua potesta-
30 te hæc faciam. *Baptismus Iohannis, de
cælo erat, an ex hominibus? Responde-
31 te mihi. *At illi cogitabant secũ, dicen-
tes, Si dixerimus, De cælo, dicet, Quare
32 ergo non credidistis ei? *Si dixerimus, *timemus MS Q. B.
Ex hominibus, 'timebant' populũ. om-
nes enim habebant Iohannem quia ve-
33 rè propheta esset. *Et respondentes di-
cunt Iesu, Nescimus. Et respondens Ie-
sus ait illis, Neque ego dico vobis in
qua potestate hæc faciam.

CAP. XII.

1 ET cœpit illis in parabolis loqui, Vi- Mat.21,33 Luc.20,9. Isai.5,1. Ier.2,21.
neã pastinauit homo, & circunde-
dit sepem, & fodit lacum, & ædificauit
turrim, & locauit eam agricolis: & pere-
2 grè profectus est. *Et misit ad agricolas
in tempore seruum, vt ab agricolis acci-
3 peret de fructu vineæ. *Qui apprehen-

sum eum ceciderunt: & dimiserunt va-
cuum. *Et iterum misit ad illos alium 4
seruum: & illũ in capite vulnerauerunt,
& contumelijs affecerunt. *Et rursum 5
alium misit, & illum occiderunt: & plu-
res alios: quosdam cædentes, alios verò
occidentes. *Adhuc ergo vnum habens 6
filium charissimum: & illũ misit ad eos
nouissimum, dicens, Quia reuerebun-
tur filium meũ. *Coloni aũt dixerunt ad 7
inuicẽ, Hic est hęres: venite, occidamus
eum: & nostra erit hæreditas. *Et appre- 8
hendentes eum, occiderũt: & eiecerunt
extra vineam. *Quid ergo faciet domi- 9
nus vineæ? Veniet, & perdet colonos: &
dabit vineam aliis. *Nec scripturã hanc 10
Psal.117,22. Isa.28,16. Mat.21,42. Act.4,11. Ioan.9,33. 1Pet.2,6. legistis, 'Lapidem quẽ reprobauerunt
ædificantes, hic factus est in caput angu-
li, *A Domino factũ est istud, & est mi- 11
rabile in oculis nostris? *Et quærebant 12
eum tenere: & timuerunt turbã. cogno-
uerũt enim quoniam ad eos parabolam
Mat.22,15 Luc.20,20. hanc dixerit. Et relicto eo abierunt. *‖ Et 13
mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis
& Herodianis: vt eum caperẽt in verbo.
*Qui venientes dicunt ei, Magister, sci- 14
mus quia verax es, & non curas quen-
quam: nec enim vides in faciem homi-
num, sed in veritate viã Dei doces. licet
dari tributum Cæsari: an non dabimus?
*Qui sciens versutiam illorum, ait illis, 15
Quid me tentatis? afferte mihi dena-
rium vt videam. *At illi attulerunt ei. 16
Et ait illis, Cuius est imago hæc, & inscri-
ptio? Dicunt ei, Cæsaris. *Respõdens au- 17
Luc.11,7. tem Iesus dixit illis, 'Reddite igitur quę
sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei,
Mat.22,23 Luc.20,27. Deo. Et mirabantur super eo. *‖ Et ve- 18
nerunt ad eum Sadducæi qui dicunt re-
surrectionem non esse: & interrogabant
eum dicentes, Magister, *Moyses nobis 19
Deut.25,5. scripsit, 'vt si cuius frater mortuus fuerit,
& dimiserit vxorem, & filios non reli-
querit, accipiat frater eius vxorem ip-
sius, & resuscitet semen fratri suo. *Se- 20
ptem ergo fratres erant: & primus accę-
pit vxorem, & mortuus est non relicto
semine. *Et secundus accepit eã, & mor- 21
tuus est: & nec iste reliquit semẽ. Et ter-
tius similiter. *Et acceperunt eam simi- 22
liter septem: & non reliquerunt semen.
Nouissima omniũ defuncta est & mu-
23 lier. *In resurrectione ergo cũ resurrexe-
rint, cuius de his erit vxor? septem enim
24 habuerũt eam vxorem. *Et respondens
Iesus, ait illis, Nónne ideò erratis, non
scientes scripturas, neque virtutem Dei?
25 *‖ Cùm enim à mortuis resurrexerint,
neque nubent, neq. nubentur, sed sunt
26 sicut angeli 'in cęlis. *De mortuis autem *Dei 6.
quòd resurgãt, nõ legistis in libro Moy-
si, super rubum quomodo dixerit illi
Deus, inquiens, 'Ego sum Deus Abra- Exod.3,6. Mat.22,32 Luc.20,37.
27 hã, & Deus Isaac, & Deus Iacob? *Non
est Deus mortuorum, sed viuorum. Vos
28 ergo multum erratis. *Et accessit vnus
de Scribis qui audierat illos conquiren-
tes. & videns quoniam bene illis respon-
derit, interrogauit eum quod esset pri-
29 mum omnium mãdatum. *Iesus autem
respõdit ei, Quia primum omniũ man-
datum est, 'Audi Israël, Dominus Deus Deut.6,4. "vester MS.Gq. "noster 7 MS.G.S. "Domi-nus 7 MS. G.S.
30 "tuus', "Deus' vnus est. *Et diliges Domi-
num Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex
tota anima tua, & ex tota mente tua, &
ex tota virtute tua. Hoc est primũ man-
31 datum. *Secũdum autem simile est illi, Leu.19,18. Mat.22,39 Rom.13,9. Gal.5,14. Iac.2,8.
'Diliges proximum tuum tanquam te-
ipsum. Maius horum aliud mandatum
32 nõ est. *Et ait illi Scriba, Bene Magister,
in veritate dixisti, quia vnus est Deus, &
33 non est alius præter eum. *Et vt diligatur
ex toto corde, & ex toto intellectu,
& ex tota anima, & ex tota fortitudine:
& diligere proximũ tamquam seipsum:
maius est omnibus holocautomatibus
34 & sacrificijs. *Iesus autem videns quòd
sapienter respondisset, dixit illi, Non es
longè à regno Dei. Et nemo iam aude-
35 bat eum interrogare. *‖ Et respõdens Ie- Mat.22,42 Luc.20,41
sus, dicebat, docẽs in templo, Quomo-
do dicunt Scribæ Christum filium esse
36 Dauid? *Ipse enim Dauid dicit in Spiri-
tu sancto, 'Dixit Dominus Domino Psal.109,1
meo, sede à dextris meis, donec ponam
inimicos tuos scabellum pedũ tuorum.
37 *Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum:
& vnde est fili° eius? Et multa turba eum
38 libenter audiuit. *Et dicebat eis in do- Mat.23,6. Luc.11,43 & 20,46.
ctrina sua, 'Cauete à Scribis, qui volunt
in stolis

in ſtolis ambulare,& ſalutari in foro, *& 39
in primis cathedris ſedere in ſynagogis,
& primos diſcubitus in cœnis: * qui de- 40
uorant domos viduarum ſub obtentu
prolixæ orationis: hi accipient prolixius
Luc.21,1. iudicium. *ǁ Et ſedens Ieſus contra gazo- 41
phylacium, aſpiciebat quomodo turba
iactaret æs in gazophylacium, & multi
diuites iactabant multa. * Cùm veniſſet 42
autem vidua vna pauper, miſit duo mi-
nuta,quod eſt quadrans. *& conuocans 43
diſcipulos ſuos,ait illis, Amẽ dico vobis,
quoniam vidua hæc pauper plus omni-
bus miſit qui miſerunt in gazophylaciũ.
*Omnes enim ex eo quod abundabat 44
illis, miſerunt: hæc verò, de penuria ſua,
omnia quæ habuit miſit, totum victum
ſuum.

CAP. XIII.

Mat.24,1. Luc.21,5. ET cũ egrederetur de templo, ait illi 1
vnus ex diſcipulis ſuis , Magiſter,
aſpice quales lapides, & quales ſtructu-
ræ. *Et reſpondens Ieſus, ait illi, Vides 2
Luc.19,44 has omnes magnas ædificationes? ǁ Non
relinquetur lapis ſuper lapidẽ qui non
deſtruatur. * Et cùm ſederet in Monte 3
oliuarum contra templum, interroga-
bant eum ſeparatim Petrus & Iacobus
& Iohannes & Andreas, * Dic nobis, 4
quando iſta fient? & quod ſignum erit
quando hæc omnia incipient conſum-
mari? *Et reſpondens Ieſus cœpit dicere 5
Epheſ.5,6. 2 Theſ.2,3. illis, *ǁ Videte ne quis vos ſeducat. multi 6
enim venient in nomine meo dicentes
quia ego ſum: & multos ſeducẽt. *Cùm 7
audieritis autem bella & opiniones bel-
lorum, ne timueritis. oportet enim hæc
fieri: ſed nondum finis. *Exurget enim 8
gens contra gentem, & regnũ ſuper re-
gnum: & erunt terræmotus per loca, &
fames. Initium dolorum, hæc. * Videte 9
autem voſmetipſos. Tradent enim vos
in concilijs, & in ſynagogis vapulabitis,
& ante præſides & reges ſtabitis propter
me,in teſtimonium illis. *Et in omnes 10
gentes primùm oportet prædicari euan-
Mat. 10,19 Luc.12,11. & 21, 14. gelium. *ǁ Et cùm duxerint vos traden- 11
tes, nolite præcogitare quid loquamini:
ſed quod datum vobis fuerit in illa ho-
ra, id loquimini. non enim vos eſtis lo-
quentes: ſed Spiritus ſanctus. * Tradet 12
autem frater fratrem in mortem, & pa-
ter filium: & conſurgẽt filij in parentes,
& morte afficiẽt eos. *Et eritis odio om- 13
nibus,propter nomen meũ. Qui autem
perſeuerauerit in finẽ,hic ſaluus erit. *ǁ Cùm Dan.9,27. 14
autem videritis abominationem deſo-
lationis*,ſtantẽ, 'vbi non debet(qui le- *Q.n. Mat.24,16 Luc.21,21.
git,intelligat)tunc qui in Iudæa ſunt, fu-
giant in montes: *& qui ſuper tectum, 15
ne deſcendat in domum,nec introeat vt
tollat quid de domo ſua: *& qui in agro 16
erit, non reuertatur retro, tollere veſti-
mentum ſuum. *Væ autem prægnanti- 17
bus & nutrientibus in illis diebus. *Ora- 18
te verò vt hyeme nõ fiant. *Erunt enim 19
dies illi tribulationes tales, quales non
fuerunt ab initio creaturæ quam condi-
dit Deus vſque nunc, neq. fient. *Et niſi 20
breuiaſſet Dominus dies, nõ fuiſſet ſal-
ua omnis caro: ſed propter electos quos
elegit, breuiauit dies. *ǁ Et tunc ſiquis Mat.24,26 Luc.21,8. 21
vobis dixerit,Ecce,hîc eſt Chriſtus,ecce
illic, ne credideritis. * Exurgent enim 22
pſeudochriſti & pſeudoprophetæ:& da-
bunt ſigna & portenta ad ſeducendos,ſi
fieri poteſt,etiã electos. *Vos ergo vide- 23
te, ecce prædixi vobis omnia. *ǁ Sed in Exo.32,7. Iſai.13,10. Ioel.2,10. 31,3.15. 24
illis diebus poſt tribulationẽ illam Sol
contenebrabitur,& luna nõ dabit ſplen-
dorem ſuum. *& ſtellæ cæli erunt deci- 25
dẽtes,& virtutes quæ in cælis ſunt, mo-
uebuntur. *Et tunc videbunt filium ho- 26
minis venientem in nubibus, cum vir-
tute multa & gloria. *ǁ Et tunc mittet Mat.24,31 27
angelos ſuos, & cõgregabit electos ſuos
à quatuor ventis, à ſummo terræ vſq. ad
ſummum cæli. *A ficu autem diſcite pa- 28
rabolã. Cùm iam ramus eius tener fue-
rit , & nata fuerint folia: cognoſcitis
quia in proximo ſit æſtas. * ſic & vos cũ 29
videritis hæc fieri,ſcitote quòd in proxi-
mo ſit in oſtijs. *Amen dico vobis,quo- 30
niã non tranſibit generatio hæc, donec
omnia iſta fiant. *Cælum & terra tranſ- 31
ibunt,verba autẽ mea non tranſibunt.
*De die autem illo vel hora nemo ſcit, 32
neque angeli in cælo, neq. filius: niſi pa-
ter. *ǁ Videte, vigilate, & orate. neſcitis Mat.24,42 33
enim quando tempus ſit. *Sicut homo 34
qui

qui peregrè profectus reliquit domum
ſuam: & dedit ſeruis ſuis poteſtatem
cuiuſq. operis,& ianitori præcepit vt vi-
gilet. *Vigilate ergo (neſcitis enim quã- 35
do dominus domus veniat: ſerò,an me-
dia nocte,an gallicantu, an manè) *ne 36
cùm venerit repentè, inueniat vos dor-
mientes. *Quod autem vobis dico,om- 37
nibus dico, Vigilate.

CAP. XIIII.

Mat.26,2. Luc.22,1. ERat autẽ Paſcha & Azyma poſt bi- 1
duum: & quærebant ſummi ſacer-
dotes & Scribæ quomodo eum dolo te-
nerent & occiderent. *Dicebant 'enim', 2
'autem MS. B. G.S. Non in die feſto, ne fortè tumultus fie-
ret 'populi'. *ǁ Et cùm eſſet Bethaniæ in 3
'in popu-lo MS. R. B.S. domo Simonis Leproſi, & recumberet,
Mat.26,6. Mar.14,3. venit mulier habens alabaſtrũ vnguenti
nardi 'ſpicati' pretioſi: & fracto alaba-
'ſpicati MS. G. Q.B. Mat.26,8. Mar.14,4. ſtro, effudit ſuper caput eius. *ǁ Erant 4
autem quidã indignè ferentes intra ſe-
metipſos, & dicentes, Vt quid perditio
iſta vnguẽti facta eſt? *Poterat enim vn- 5
guentum iſtud vænundari plus quàm
trecẽtis denarijs, & dari pauperibus. Et
fremebant in eam. *Ieſus autem dixit, 6
Sinite eã,quid illi moleſti eſtis? Bonum
opus operata eſt in me. * ſemper enim 7
'habebi-tis MS q. pauperes 'habetis' vobiſcum: & cùm vo-
lueritis, poteſtis illis benefacere: me au-
tem non ſemper habetis. *Quod habuit 8
hæc, fecit: præuênit vngere corpus meũ
in ſepulturam. *Amen dico vobis, vbi- 9
cunque prędicatum fuerit Euangelium
iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit
Mat.26,14 Luc.22,4. hæc, narrabitur in memoriam eius. *Et 10
Iudas Iſcariotes vnus de duodecim abijt
ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum
illis. *Qui audientes gauiſi ſunt: & pro- 11
miſerunt ei pecuniã ſe daturos. Et quæ-
Mat.26,16 Luc.22,6. rebat quomodo 'illum opportunè tra-
'traditur MS.G.S. deret. *Et primo die Azymorum quan- 12
do paſcha immolabant, dicunt ei diſci-
puli, Quò vis eamus, & paremus tibi vt
manduces paſcha? *Et mittit duos ex di- 13
ſcipulis ſuis, & dicit eis, Ite in ciuitatem:
& occurret vobis homo lagenam aquæ
baiulans,ſequimini eum: *& quocũq. 14
introierit, dicite domino domus quia
magiſter dicit , Vbi eſt refectio mea,
vbi paſcha cum diſcipulis meis manduc-
cem? *Et ipſe vobis demonſtrabit cœna- 15
culum grande,ſtratũ: & illic parate no-
bis. *Et abierunt diſcipuli eius, & vene- 16
runt in ciuitatẽ: & inuenerunt ſicut di-
xerat illis, & parauerunt paſcha. *ǁ Ve- Mat.26,20 Luc. 22,14 Ioh. 13,21. 17
ſpere autẽ facto, venit cum duodecim.
*ǁ Et diſcumbentibus eis & manducan- 18
tibus, ait IESVS, Amen dico vobis,quia
vnus ex vobis tradet me, qui manducat
mecum. *At illi cœperunt contriſtari, 19
& dicere ei ſingulatim , Nunquid ego?
*Qui ait illis, 'Vnus ex duodecim qui Luc.22, 21 - 9 MS.G.S. 20
intingit mecum 'manum' in catino. *ǁ Et 21
filius quidem hominis vadit 'ſicut ſcri- Pſal. 40,10 Act.1,16. Mat.26,24
ptum eſt de eo, væ autẽ homini illi per
quem filius hominis 'tradetur'. bonum 'traditur MS.G.S.
erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. *Et 22

manducantibus illis,'accepit Ieſus panẽ: 1 Cor.11, 24.
& benedicens fregit, & dedit eis, & ait,
Sumite,hoc eſt corpus meum. *Et acce- 23
pto calice,gratias agens dedit eis.& bibe-
runt ex illo omnes. *Et ait illis, Hic eſt 24
ſanguis meus noui teſtamenti , qui pro

multis effundetur. ‡ Amen dico vobis, 25
quia iam non bibam de genimine vitis
vsque in diem illum cùm illud bibam
(nouum) in regno Dei. ‡ Et hymno di- 26
cto exierunt in Montem oliuarum. ‡ Et 27
ait eis Iesus, Omnes scãdalizabimini in
me in nocte ista: quia scriptum est, Per-
cutiam pastorem, & dispergentur oues.
‡ Sed postquam resurrexero, præcedam 28
vos in Galilæam. ‡ Petrus autem ait illi, 29
Et si omnes scandalizati fuerint: sed nõ
ego. ‡ Et ait illi Iesus, Amen dico tibi, 30
quia tu hodie in nocte hac, priusquam
gallus vocẽ bis dederit, ter me es nega-
turus. ‡ At ille amplius loquebatur, Et 31
si oportuerit me simul cõmori tibi, non
te negabo. Similiter autẽ & omnes di-
cebant. ‡ Et veniũt in prædium, cui no- 32
men Gethsemani. Et ait discipulis suis,
Sedete hìc donec orem. ‡ Et assumit Pe- 33
trum & Iacobum & Iohannem secum:
& cœpit pauere & tædere. ‡ Et ait illis, 34
Tristis est anima mea vsque ad mortem:
sustinete hìc, & vigilate. ‡ Et cùm pro- 35
cessisset paululũ, procidit super terram:
& orabat vt si fieri posset, transiret ab eo
hora: ‡ & dixit, Abba, pater, omnia tibi 36
possibilia sunt, transfer calicem hunc à
me, sed non quod ego volo, sed quod tu.
‡ Et venit, & inuenit eos dormientes. Et 37
ait Petro, Simon dormis? non potuisti
vna hora vigilare? ‡ Vigilate, & orate vt 38
non intretis in tentationẽ. Spiritus qui-
dem promptus est, caro verò infirma.
‡ Et, iterum abiens, orauit, eundẽ ser- 39
monem dicens. ‡ Et reuersus, denuò in- 40
uenit eos dormientes (erant enim oculi
eorum grauati) & ignorabant quid re-
sponderent ei. ‡ Et venit tertiò, & ait illis, 41
Dormite iam & requiescite. Sufficit; vẽ-
nit hora: ecce, filius hominis tradetur
in manus peccatorum. ‡ Surgite, eamus. 42
ecce, qui me tradet, propè est. ‡ Et ad- 43
huc eo loquente, venit Iudas Iscariotes
vnus de duodecim, & cũ eo turba mul-
ta cum gladijs & lignis, à summis sacer-
dotibus & Scribis & senioribus. ‡ Dede- 44
rat aũt traditor eius signum eis dicens,
Quemcunque osculatus fuero, ipse est:
tenete eum, & ducite cautè. ‡ Et cũ ve- 45
nisset, statim accedens ad eum ait, Rab-
bi. & osculatus est eum. ‡ At illi manus 46
iniecerunt in eum: & tenuerunt eum.
‡ Vnus autẽ quidam de circunstantibus 47
educens gladium, percussit seruũ sum-
mi sacerdotis: & amputauit illi auricu-
lam. ‡ Et respondens Iesus, ait illis, Tan- 48
quam ad latronem existis cum gladijs &
lignis comprehendere me? ‡ quotidie 49
eram apud vos in templo docens, & non
me tenuistis. Sed vt impleantur scriptu-
ræ. ‡ Tunc discipuli eius relinquentes 50
eum, omnes fugerunt. ‡ Adolescens au- 51
tem quidam sequebatur eum amictus
sindone super nudo: & tenuerunt eum.
‡ At ille reiecta sindone, nudus profugit 52
ab eis. ‡ Et adduxerunt Iesum ad sum- 53
mum sacerdotem: & conuenerunt om-
nes sacerdotes & Scribę & seniores. ‡ Pe- 54
trus autem à longe secutus est eum vsq.
intrò in atrium summi sacerdotis: & se-
debat cum ministris ad ignem, & calefa-
ciebat se. ‡ Summi verò sacerdotes & 55
omne concilium quærebant aduersus Ie-
sum testimonium, vt eum morti trade-
rent, nec inueniebant. ‡ Multi enim te- 56
stimonium falsum dicebant aduersus
eum: & conuenientia testimonia non
erant. ‡ Et quidam surgẽtes, falsum testi- 57
monium ferebant aduersus eum, dicen-
tes, ‡ Quoniam nos audiuimus eum di- 58
centem, Ego dissoluam templum hoc
manu factum, & per triduũ aliud non
manufactum, ædificabo. ‡ Et non erat 59
conueniens testimonium illorum. ‡ Et 60
exurgens summus sacerdos in medium,
interrogauit Iesum, dicẽs, Non respon-
des quicquam ad ea quæ tibi obijciun-
tur ab his? ‡ Ille autem tacebat, & nihil 61
respondit. Rursum summus sacerdos in-
terrogabat eum: & dixit ei, Tu es Chri-
stus filius Dei benedicti? ‡ Iesus autem 62
dixit illi, Ego sum, & videbitis filiũ ho-
minis sedentem à dextris virtutis, & ve-
nientem cum nubibus cæli. ‡ Summus 63
autẽ sacerdos scindens vestimenta sua,
ait, Quid adhuc desideramus testes?
‡ Audistis blasphemiam. quid vobis vi- 64
detur? Qui omnes condemnauerunt
eum esse reum mortis. ‡ Et cœperunt 65
quidam



quidã conspuere eum, & velare faciem
eius, & colaphis eum cædere, & dicere
ei, Prophetiza. & ministri alapis eum cę-
debant. ‡ Et cùm esset Petrus in atrio 66
deorsum, venit vna ex ancillis summi
sacerdotis. ‡ & cùm vidisset Petrum ca- 67
lefacientem se, aspiciens illum, ait, Et tu
cum Iesu Nazareno eras. ‡ At ille nega- 68
uit, dicens, Neque scio, neq. noui quid
dicas. Et exijt foras ante atrium: & gallus
cantauit. ‡ Rursus autem cùm vidisset 69
illum ancilla, cœpit dicere circunstanti-
bus, Quia hic ex illis est. ‡ At ille iterum 70
negauit. Et post pusillũ rursus qui asta-
bant, dicebant Petro, Verè ex illis es:
nam & Galilæus es. ‡ Ille autẽ cœpit ana- 71
thematizare & iurare, Quia nescio ho-
minem istum quem dicitis. ‡ Et statim 72
gallus iterũ cantauit. Et recordatus est
Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Prius
quàm gallus cantet bis, ter me negabis.
Et cœpit flere. CAP. XV.

ET confestim, mane consiliũ facien- 1
tes summi sacerdotes cum seniori-
bus & Scribis & vniuerso concilio, vin-
cientes Iesum, duxerunt & tradiderunt
Pilato. ‡ Et interrogauit eum Pilatus, Tu 2
es rex Iudæorum? At ille respondens,
ait illi, Tu dicis. ‡ Et accusabant eum 3
summi sacerdotes in multis. ‡ Pilatus 4
autem rursum interrogauit eum, dicẽs,
Non respõdes quicquam? vide in quan-
tis te accusant. ‡ Iesus autem amplius 5
nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus.
‡ Per diem autem festum solebat dimit- 6
tere illis vnum ex vinctis quemcunque
petissent. ‡ Erat autẽ qui dicebatur Bar- 7
abbas, qui cum seditiosis erat vinctus,
qui in seditione fecerat homicidiũ. ‡ Et 8
cùm ascendisset turba, cœpit rogare,
sicut semper faciebat illis. ‡ Pilatus autẽ 9
respondit eis, & dixit, Vultis dimittam
vobis regem Iudæorum? ‡ Sciebat enim 10
quòd per inuidiã tradidissent eũ summi
sacerdotes. ‡ Pontifices autem concita- 11
uerunt turbam, vt magis Barabbam di-
mitteret eis. ‡ Pilatus autem iterum re- 12
spondens, ait illis, Quid ergo vultis fa-
ciam regi Iudæorum? ‡ At illi iterum 13
clamauerunt, Crucifige eum. ‡ Pilatus 14
verò dicebat illis, Quid enim mali fecit?
At illi magis clamabãt, Crucifige eum.
‡ Pilatus autem volens populo satisface- 15
re, dimisit illis Barabbam, & tradidit Ie-
sum flagellis cæsum vt crucifigeretur.
‡ Milites autem duxerunt eũ in atrium 16
prætorij, & cõuocant totam cohortem:
‡ & induunt eum purpura, & imponunt 17
ei, plectẽtes, spineam coronam. ‡ Et cœ- 18
perũt salutare eum, Aue rex Iudæorum.
‡ Et percutiebant caput eius arundine: 19
& conspuebant eum. & ponẽtes genua,
adorabant eum. ‡ Et postquã illuserunt 20
ei, exuerũt illum purpura, & induerunt
eum vestimentis suis, & educunt illum
vt crucifigerẽt eum. ‡ Et angariauerunt 21
prætereuntem quempiam, Simonem
Cyrenæum venientem de villa, patrem
Alexãdri & Rufi, vt tolleret crucẽ eius.
‡ Et perducunt illũ in Golgotha locum: 22
quod est interpretatum, Caluarię locus.
‡ Et dabãt ei bibere myrrhatum vinum: 23
& non accepit. ‡ Et crucifigentes eum, 24
diuiserunt vestimenta eius, mittentes

sortem super eis, quis quid tolleret. 25 *Erat autem hora tertia: & crucifixerũt eum.
*Et erat titulus causæ eius inscriptus, 26
REX IVDÆORVM. *Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & 27
alium à sinistris eius. *Et impleta est scri- 28
Isa.53,12. ptura quæ dicit, [1] Et cũ iniquis reputatus est. *Et prætereũtes blasphemabant 29
eum, mouentes capita sua, & dicentes,
Iob.2,19. Vah [1] qui [2] destruit' tẽplum*, & in tribus 30
diebus [2] ædificat': *saluũ fac temetipsum
descendens de cruce. *Similiter & sum- 31
mi sacerdotes illudentes, ad alterutrum
cum Scribis dicebant, Alios saluos fecit,
seipsum nõ potest saluum facere. *Chri- 32
stus rex Israël descendat nunc de cruce:
vt videamus & credamus. Et qui cum
eo crucifixi erãt, conuitiabantur ei. *Et 33
facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per
totam terram vsque in horam nonam.
*Et hora nona exclamauit Iesus voce 34
Psal.21,1. magna, dicens, [1] Eloi, eloi, lamma sabaMat.27,46 cthani? quod est interpretatum, Deus
meus, Deus meus, vt quid dereliquisti
me? *Et quidam de circumstantibus au- 35
dientes, dicebant, Ecce, Eliam vocat.
*Currens autem vnus, & implens spon- 36
Psal.68,22. giam [1] aceto, circumponẽsque calamo,
*Q.R. potum dabat ei, [2] dicens, Sinite: videamus si veniat Elias ad deponẽdum eum.
*Iesus autem emissa voce magna expira- 37
uit. *Et velum templi scissum est in duo, 38
à summo vsq. deorsum. *Videns autem 39
centurio qui ex aduerso stabat, quia sic
clamans expirasset: ait, Verè hic homo
Mat.27,55. filius Dei erat. *[1] Erant autem & mulie- 40
res de longè aspicientes: inter quas erat
Maria Magdalene, & Maria Iacóbi mi-
*Iose c.s. noris & [1] Ioseph' mater, & Salome: *[2] & 41
*quæ R. G.S. Luc.8,2. cùm esset in Galilæa, [1] sequebantur eum
& ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam.
Mat.27,57. *[1] Et cùm iam serò esset factũ (quia erat 42
Luc.23,50. Iob.19,38. Paraseue, quod est ante sabbathũ) *vê- 43
nit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum
Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, &
petiit corpus Iesu. *Pilatus autem mira- 44
batur si iam obiisset. Et accersito centurione, interrogauit eum si iam mortuus
45 esset. *Et cùm cognouisset à centurione,
46 donauit corpus Ioseph. *Ioseph autem
mercatus sindonem, & deponens eum
inuoluit sindone, & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra,
& aduoluit lapidem ad ostium monu-
47 mẽti. *Maria autem Magdaléne & Maria [1] Ioseph' aspiciebant vbi poneretur.
Mat.27,61. Q.R.

CAP. XVI.

1 ET cùm trãsisset sabbathum, Maria Mat.28,1. Magdaléne & Maria Iacobi, & Sa- Luc.24,1. Iob.20,1.
lóme emerunt aromata, vt veniẽtes vn-
2 gerẽt Iesum. *Et valde manè vna sabbathorum, veniũt ad monumentum: orto
3 iam Sole. *Et dicebãt ad inuicem, Quis
reuoluet nobis lapidem ab ostio monu-
4 menti? *Et respicientes viderũt reuolutum lapidẽ. Erat quippe magnus valde.
5 *[1] Et introeuntes in monumẽtum vide- Mat.28,5. Luc.24,4.
runt iuuenem sedentem in dextris, coo- Iob.20,12.
pertum stola candida: & obstupuerunt.
6 *Qui dicit illis, Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum:
surrexit, non est hîc, ecce locus vbi po-
7 suerunt eum. *Sed ite, dicite discipulis
eius & Petro [1] quia [2] præcedit' vos in Ga- Mat.26,32 [2] præcedet MS q. B.
lilæam: ibi eum videbitis, [1] sicut dixit vo- Sup.14,28.
8 bis. *At illæ exeuntes, fugerunt de monumento: inuaserat enim eas tremor &
pauor: & nemini quicquam dixerunt. ti-
*Iesus MS.a. R.G. Iob.20,16. Luc.8,2.
9 mebant enim. *Surgens autem [1] manè, prima sabbathi, [2] apparuit primò Mariæ
Magdalénæ, [3] de qua eiecerat septẽ dæ-
10 monia. *Illa vadens nũtiauit his qui cum
11 eo fuerant, lugentibus & flentibus. *Et
illi audientes quia viueret, & visus esset
12 ab ea, non crediderũt. *Post hæc autem
[1] duobus ex his ambulãtibus ostensus est Luc.24,13.
13 in alia effigie, euntibus in villam. *& illi
euntes nuntiauerũt cæteris: nec illis crediderunt. *[1] Nouissimè recumbentibus Luc.24,36 Iob.20,19.
illis vndecim apparuit: & exprobrauit
incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum resurrexis-
se, non crediderunt. *Et dixit eis, [1] Eun- Mat.28,19
15 tes in mundum vniuersum prædicate
16 Euãgelium omni creaturæ. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui
verò nõ crediderit: condemnabitur.
17 *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur:

Act.16,18. Act.2,4. 6.10,46. Act.28,5. Act.28,8. sequentur: [1] In nomine meo [2] dæmonia 17
eicient, Linguis loquẽtur nouis, *[1] Ser- 18
pentes tollẽt, Et si mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit, [2] Super ægros manus imponent: & bene habebunt. *Et 19
Luc.24,51. *sedet MS q. B. Dominus quidem Iesus postquã locutus est eis, assumptus est in cælũ, & [1] sedit' à dextris Dei. *Illi autẽ profecti prædica- 20
uerunt vbique: Dño cooperante, & sermonẽ confirmante sequentibus signis.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAPVT PRIMVM.

QVONIAM quidẽ multi 1
conati sunt ordinare
narrationem, quæ in
nobis completæ sunt
rerum; sicut tradide- 2
runt nobis, *qui ab ini-
tio ipsi viderunt, & ministri fuerunt
sermonis; *visum est & mihi, assecuto 3
omnia à principio diligenter, ex ordine
4 tibi scribere, [1] optime Theophile, *vt co- Act.1,1.
gnoscas, eorum verborum, de quibus
5 eruditus es, veritatem. *Fuit in diebus
Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam
nomine Zacharias, de vice [1] Abia: & 1 Par.24,
vxor illius de filiabus Aaron, & nomen [2] 10.
6 eius Elisábeth. *Erant autem iusti ambo
ante Deũ, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine
7 querela, *& non erat illis filius: eò quòd
esset Elisábeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. *Factum est autem:
8 cùm sacerdotio fungeretur * in ordine *Zacharias MS q.
9 vicis suæ ante Deum, *secũdum consue- Ambr.
tudinem sacerdotii, sorte exiit vt [1] incen- Exo.30,7.
sum poneret ingressus in templum Do-
10 mini: *[1] & omnis multitudo populi erat Leu.16,17.
11 orãs foris hora incẽsi. *Apparuit autem
illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. *Et Zacharias turbatus est,
12 videns: & timor irruit super eum. *Ait
13 autem ad illum angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio
tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filiũ, [1] & vocabis nomen eius Iohannem: Isa.63.
14 *& erit gaudiũ tibi & exultatio, & multi
15 in natiuitate eius gaudebunt. *erit enim
magnus coram Domino: & vinum & siceram nõ bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. *&
16 multos filiorum Israël conuertet ad Do-
17 minum Deum ipsorum. *& ipse præcedet ante illum [1] in spiritu & virtute Mat.11,14
Eliæ: [1] vt conuertat corda patrum in fi- Mal.4,6.
lios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebẽ perfectam.
18 *Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde
hoc sciam? ego enim sum senex: & vxor
19 mea processit in diebus suis. *Et respondens angelus dixit ei, Ego sum Gabriël
qui asto ante Deum: & missus sum loqui
20 ad te, & hæc tibi euangelizare. *Et ecce,
eris tacens, & non poteris loqui vsque in
diem quo hæc fiant: pro eo quòd non
credidisti verbis meis, quę implebuntur
21 in tempore suo. *Et erat plebs expectans
Zachariam: & mirabantur quòd tarda-
22 ret ipse in templo. *Egressus autem non
poterat loqui ad illos, & cognouerunt

quòd visionẽ vidisset in templo. Et ipse
erat innuens illis, & permansit mutus.
23 *Et factum est: vt impleti sunt dies offi-
cij eius, abiit in domum suam. 24 *post hos
autẽm dies cõcepit Elisabeth vxor eius:
& occultabat se mensibus quinque, di-
cens, 25 *Quia sic fecit mihi Dominus in
diebus quibus respexit auferre oppro-
brium meum inter homines. 26 *In mense
autem sexto, missus est angelus Gabriël
à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen
Mat. 1, 18. Nazareth, 27 *'ad virginem desponsatam
viro, cui nomen erat Ioseph, de domo
Dauid: & nomen virginis Maria. 28 *Et in-
gressus angelus, ad eam dixit, Aue gratia

plena, Dominus tecum: benedicta tu in
mulieribus. 29 *Quæ cùm 'audisset', tur-
bata est in sermone eius, & cogitabat
qualis esset ista salutatio. 30 *Et ait angelus
ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gra-
tiam apud Deum. 31 *' ecce concipies in
vtero, & paries filiũ: '& vocabis nomen
eius Iesum. 32 *hic erit magnus, & filius al-
tissimi vocabitur, & dabit illi Dominus

33 Deus sedẽ Dauid patris eius: *& 'regna-
bit in domo Iacob in æternum, & regni
34 eius non erit finis. *Dixit autem Maria
ad angelum, Quomodo fiet istud? quo-
35 niam, virum non cognosco. *Et respon-
dens angelus, dixit ei, Spiritus sanctus su-
perueniet in te, & virtus altissimi obum-
brabit tibi. Ideoq. & quod nascetur ex
36 te' Sanctũ, vocabitur filius Dei. *Et ecce
Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit
filium in senectute sua: & hic mẽsis, sex-
37 tus est illi quæ vocatur sterilis: *quia non
erit impossibile apud Deum omne ver-
38 bum. *Dixit autem Maria, Ecce ancilla
Domini, fiat mihi secundum verbum
39 tuum. Et discessit ab illa angelus. *Ex-
urgens autem Maria in diebus illis, abiit
in montana cum festinatione in ciuita-
40 tem Iuda: *& intrauit in domũ Zacha-
41 riæ, & salutauit Elisabeth. *Et factũ est:
vt audiuit salutationẽ Mariæ Elisabeth,
exultauit infans in vtero eius. & repleta
42 est Spiritu sancto Elisabeth: *& excla-
mauit voce magna, & dixit, Benedicta tu
inter mulieres, & benedictus fructus
43 ventris tui. *Et vnde hoc mihi vt veniat
44 mater Domini mei ad me? *Ecce enim
vt facta est vox salutationis tuæ in auri-
bus meis, exultauit in gaudio infans in
45 vtero meo. *& beata quæ 'credidit', quo-
niam perficientur ea quæ dicta sunt 'ei'
46 à Domino. *Et ait Maria:
47 Magnificat anima mea Dñm: *& exul-
tauit spiritus meus in Deo salutari meo.
48 *Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ.
ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.
49 *Quia fecit mihi magna qui potens
est, & sanctum nomen eius.
50 *Et misericordia eius 'à progenie in pro-
genies', timentibus eum.
51 *Fecit potentiam in 'brachio suo: 'di-
sperfit superbos mente cordis sui.
52 *Deposuit potentes de sede, & exalta-
uit humiles.
53 *'Esurientes impleuit bonis: & diuites
dimisit inanes.
54 *Suscepit Israël puerum suum, 'recor-
datus' 'misericordiæ suæ.
55 *'Sicut locutus est ad patres nostros,
Abraham

Mich. 4, 7.

"credi-
disti
"tibi MS.
Ambr. Q.

"in gene-
rationem
& gene-
rationem
1 MS. G q.
"in pro-
genies &
progenies
8 MS. G q.
s.
Isai. 51, 9.
Psal. 32, 10.
Isai. 29, 15.
Psal. 33, 11.
1 Reg. 2, 5.
'memo-
rari 11
MS. R. G.
Isai. 30, 18.
& 41, 8.
& 54, 5.

"vidisset
2 MS.
Ambr. G. S.

Isai. 7, 1.
Inf. 2, 21.
Mat. 1, 21.
Dan. 7, 14.
& 27.

Iudic. 13, 11. Abraham & semini eius in secula.
Gen. 17, 9. 22, 16. 56 *Mansit autẽ Maria cum illa quasi men-
sibus tribus: & reuersa est in domum
suam. 57 *Elisabeth autem impletum est
tempus pariendi: & peperit filium. 58 *Et
audierũt vicini & cognati eius quia ma-
gnificauit Dominus misericordiã suam
cum illa, ' & congratulabantur ei. 59 *Et fa-
Sup. 14. ctum est: in die octauo venerũt circun-
cidere puerum, & vocabant eum nomi-
ne patris sui, Zachariam. 60 *Et respõdens
mater eius, dixit, Nequaquam, sed vo-
cabitur Iohannes. 61 *Et dixerũt ad illam,
Quia nemo est in cognatione tua qui
vocetur hoc nomine. 62 *Innuebãt autem
patri eius, quem vellet vocari eum. 63 *Et
postulans pugillarem, scripsit, dicens,

Sup. 13. 'Iohannes est nomẽ eius. Et mirati sunt
vniuersi. 64 *Apertum est autem ilico os
eius, & lingua eius, & loquebatur bene-
dicens Deum. 65 *Et factus est timor super
omnes vicinos eorum: & super omnia
montana Iudææ diuulgabantur omnia
verba hæc: 66 *& posuerunt omnes qui au-

dierant in corde suo, dicentes, Quis, pu-
tas, puer iste erit? Etenim manus Domi-
67 ni erat cum illo. *Et Zacharias pater eius
repletus est Spiritu sancto: & prophetа-
uit, dicens,
68 *' Benedictus Dñs Deus Israël: quia visi-
tauit & fecit redẽptionem "plebis' suæ:
69 *'Et erexit cornu salutis nobis, in domo
Dauid pueri sui:
70 *' Sicut locutus est per os sanctorum, qui
à seculo sunt prophetarum eius,
71 *' Salutem ex inimicis nostris, & de ma-
nu omnium qui oderunt nos:
72 *Ad faciẽdam misericordiam cum pa-
tribus nostris: & memorari testamenti
sui sancti.
73 *' Iusiurandũ quod iurauit ad Abraham
74 patrem nostrum, *daturum se nobis,
Vt, sine timore, de manu inimicorum
nostrorum liberati, seruiamus illi
75 *' In sanctitate & iustitia, coram ipso,
omnibus diebus nostris.
76 *' Et tu puer, propheta Altissimi voca-
beris: 'præibis enim ante faciem Domi-
ni parare vias eius,
77 *Ad dandã scientiam salutis plebi eius,
in remissionem peccatorum eorum,
78 *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in
quibus visitauit nos, 'Oriens, ex alto,
79 *Illuminare his qui in tenebris, & in
vmbra mortis sedent: ad dirigendos pe-
des nostros in viam pacis.
80 *Puer autem crescebat, & confortaba-
tur spiritu, & erat in desertis vsque in
diem ostensionis suæ ad Israël.

Inf. 2, 30. Mat. 1, 21. "plebi 8 MS. G. Psal. 131, 17.

Psal. 73, 12.

Ier. 23, 8. & 30, 10.

Gen. 22, 16. Ier. 31, 33. Heb. 6, 13. & 17.

1 Pet. 1, 15.

Mal. 4, 5. Sap. 17.

Zach. 3, 9. & 6, 12. Mal. 4, 2.

CAP. II.

1 FActum est autem, in diebus illis ex-
ijt edictum à Cesare Augusto, vt de-
2 scriberetur vniuersus orbis. *Hæc de-
scriptio prima, facta est 'à' præside Syriæ
3 Cyrino. *Et ibant omnes vt profiterẽ-
tur, singuli in suam ciuitatem. *Ascen-
dit autem & Ioseph à Galilea de ciuitate
Nazareth, in Iudæam, 'ciuitatem Dauid
quæ vocatur Beth-lehem: eo quòd esset
5 de domo & familia Dauid, *vt profite-
retur cum Maria desponsata sibi vxore
6 prægnante. *Factum est aũt, cùm essent
7 ibi, impleti sunt dies vt pareret. *Et pe-
perit filium suum primogenitũ, & pan-

Amb. G. s.

*in 1 MS. R. G. S. Mich. 5, 2. Mat. 2, 6. Ioh. 7, 42.

niseum inuoluit, & reclinauit eum in
ei MS q. Ambr. præsepio: quia nõ erat eis locus in diuersorio. 8 Et pastores erãt in regione eadem
vigilantes, & custodiẽtes vigilias noctis

super gregem suum. 9 Et ecce, angelus
Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei
circunfulsit illos, & timuerunt timore
magno. 10 Et dixit illis angelus, Nolite ti-
mere: ecce enim euangelizo vobis gau-
dium magnum, quod erit omni popu-
lo: 11 quia natus est vobis hodie Saluator
qui est Christus Domin' in ciuitate Da-
uid. 12 Et hoc vobis signũ, Inuenietis in-
fantem pannis inuolutum, & positum
in præsepio. 13 Et subitò facta est cum an-
gelo multitudo militiæ cælestis, laudan-
tium Deum, & dicentium, 14 Gloria in al-
in 5 MS. G. bona vo luntas eis.
tissimis Deo: & in terra pax hominibus
bonæ voluntatis'. 15 Et factum est: vt dis-
cesserunt ab eis angeli in cælum, pasto-
res loquebantur ad inuicem: Transea-
mus vsq. Bethlehem, & videamus hoc
quod fecit Dominus & ostendit o. verbum quod factum est, quod Domi-
nus ostendit' nobis. 16 Et venerunt festi-
nantes: & inuenerunt Mariã & Ioseph,
17 & infantem positum in præsepio. Vi-
dentes aũt cognouerunt de verbo quod
18 dictum erat illis de puero hoc. Et om-
nes qui audierũt, mirati sunt: & de his - 2 Ms. Amb. G.S.
quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.
19 Maria autem conseruabat omnia ver-
20 ba hæc, conferens in corde suo. Et re-
uersi sunt pastores, glorificantes & lau-
dantes Deũ in omnibus quæ audierant,
21 & viderant sicut dictum est ad illos. Et Gen. 17, 12. Leu. 12, 3.
postquam consummati sunt dies octo
vt circuncideretur puer: vocatum est Sap. 1, 31. Mat. 1, 21.
nomen eius Iesus, quod vocatum est ab
angelo prius quàm in vtero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies pur- Leu. 12, 6.
gationis eius secundũ legem Moysi, tu-
lerunt illum in Ierusalẽ, vt sisterent eum
23 Domino, (sicut scriptũ est in lege Do-
mini, Quia omne masculinum adape- Exo. 13, 2. Num. 8, 16
riens vuluam, sanctum Domino voca-
24 bitur.) & vt darent hostiam secundum Leuit. 12.
quod dictũ est in lege Domini, par tur-
25 turũ, aut duos pullos columbarum. Et
ecce: homo erat in Ierusalẽ, cui nomen
Simeon, & homo iste iustus & timora-
tus, expectans consolationem Israël: &
26 Spiritus sanctus erat in eo. Et respõsum
acceperat à Spiritu sancto, non visurum
se mortem, nisi prius videret Christum
27 Dñi. Et venit in spiritu in templum. Et
cùm inducerent puerũ Iesum parentes
eius, vt facerent secundum consuetudi-
28 nem legis pro eo: & ipse accepit eum in
vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit,
29 Nunc dimittis seruũ tuum Domine,
secundum verbum tuum in pace:
30 Quia viderunt oculi mei, salutare tuũ,
31 Quod parasti ante faciem omniũ po-
pulorum:
32 Lumen ad reuelationem gentium, &
gloriam plebis tuæ Israël.
33 Et erat pater eius & mater mirantes Ioseph Ms. R.G.S. eius MS. R.G.S.
34 super his quæ dicebantur de illo. Et be-
nedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam
matrem eius, Ecce positus est hic in rui- Isai. 8, 14. Rom. 9, 32. 1 Pe. 2, 8.
nam, & in resurrectionem multorum in
Israël, & in signum cui contradicetur, contradicẽ tur. Aug. c.
35 & tuam ipsius animã pertransibit gla-
dius, vt reuelentur ex multis cordibus
cogita-

cogitationes. 36 Et erat Anna prophetissa,
filia Phanuel, de tribu Aser: hæc proces-
serat in diebus multis, & vixerat cum
viro suo annis septem à virginitate sua.
37 Et hæc vidua vsque ad annos octogin-
erat MSq. R.
ta quatuor: quæ non discedebat de tem-
plo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens
38 nocte ac die. Et hæc, ipsa hora superue-
niens confitebatur Domino: & loque-
batur de illo omnibus qui expectabant
Ierusalẽ 3 MS. G. S. Q. R.
redemptionẽ Israël. 39 Et vt perfecerunt
omnia secundùm legem Domini, reuer-
sisunt in Galilæam, in ciuitatem suam
Nazareth. 40 Puer aũt crescebat, & con-
Spiritu 1 MS. R. G. S.
fortabatur: plenus sapientia, & gratia
Dei erat in illo. 41 Et ibant parentes eius
Exo. 23, 15. Deu. 16, 16. Luc. 2, 41.
per omnes annos in Ierusalẽ, in die so-
lenni Paschę. 42 Et cùm factus esset an-
norũ duodecim, ascendentibus illis in
Ierosolymã secundum consuetudinem

diei festi, 43 consummatisque diebus cùm
redirent, remansit puer Iesus in Ieru-
salem: & non cognouerunt parentes eius.
44 Existimantes autem illũ esse in comi-

tatu, venerunt iter diei, & requirebant
45 eum inter cognatos & notos. Et non
inuenientes, regressi sunt in Ierusalem,
46 requirentes eum. Et factũ est, post tri-
duum inuenerunt illũ in templo seden-
tem in medio doctorum, audientẽ illos,
47 & interrogantem eos. Stupebant au- Mat. 7, 28. Mar. 1, 22. Infr. 4, 32. Ioh. 7, 15.
tem omnes qui eum audiebant, super
48 prudentia & responsis eius. Et videntes
admirati sunt. Et dixit mater eius ad il-
lum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pa-
ter tuus & ego dolentes quęrebamus te.
49 Et ait ad illos, Quid est quod me quæ-
rebatis? nesciebatis quia in his quę patris
50 mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non
intellexerunt verbum quod locutus est
51 ad eos. Et descendit cum eis, & venit
52 Nazareth: & erat subditus illis. Et ma-
ter eius conseruabat omnia verba hæc
53 in corde suo. Et Iesus proficiebat sapien-
tia & ætate & gratia apud Deum & ho-
mines.

CAP. III.

1 ANno autem quintodecimo imperij
Tiberij Cæsaris, procurante Pon-
tio Pilato Iudæam, tetrarcha autẽ Gali-
lææ Herode, Philippo autem fratre eius
tetrarcha Iturææ & Trachonitidis re-
gionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha,
2 sub principibus sacerdotum Anna &
Caipha: factum est verbum Domini su-
per Iohannẽ Zachariæ filiũ, in deserto.
3 Et venit in omnem regionem Ior- Mat. 3, 1. Marc. 1, 4.
danis, prædicans baptismum pœniten-
tiæ in remissionem peccatorum: sicut
4 scriptum est in libro sermonũ Isaiæ pro-
phetæ: Vox clamantis in deserto: Pa- Isai. 40, 3. Ioh. 1, 23.
rate viam Domini, rectas facite semitas
5 eius. omnis vallis implebitur: & omnis
mons & collis humiliabitur. & erunt
praua in directa: & aspera in vias planas,
6 & videbit omnis caro salutare Dei.
7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt
baptizarentur ab ipso, Genimina vipe- Mat. 3, 7.
rarũ, quis ostendit vobis fugere à ven- vobis fugere.
8 tura ira? Facite ergo fructus dignos pœ-
nitentiæ: & ne cœperitis dicere, Patrem
habemus Abraham. Dico enim vobis
quia potẽs est Deus de lapidibus istis sus-
citare filios Abrahæ. 9 Iam enim securis

ad radicem 'arborum' posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructũ bonum, 'excidetur, & in ignem mittetur'. *Et interrogabant eũ turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? *Respondens autem dicebat illis, *Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. *Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illũ, Magister, quid faciemus? *At ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, faciatis. *Interrogabant

"arboris MS.S. "excidi-tur, & in ignẽ mit-titur 1 MS.G.S.

Iac.2,15. 1 Ioh.3,17.

autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & cõtenti estote stipendijs vestris. *Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohãne, ne fortè ipse esset Christus: *respondit Iohannes, dicens omnibus, 'Ego quidem aqua baptizo vos: 'veniet' autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorũ eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. *'cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam: & congregabit triticũ in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *Multa quidẽ & alia exhortans euangelizabat populo. *'Herodes autem tetrarcha cùm corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui', & de omnibus malis quæ fecit Herodes, *adiecit & hoc super omnia, & inclusit Iohannem in carcerem. *'Factum est autem cùm baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cælum: *& descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est: 'Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta: 'vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, *qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, *qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hessi, qui fuit Nagge, *qui fuit Mahath, qui fuit Mattathię, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, *qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, *qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadã, qui fuit Her, *qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, *qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, *qui fuit 'Melcha', qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathã, qui fuit Dauid, *'qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, *qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, *qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, *qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, *qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, *qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainã, *qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Mat.3,11. Mar.1,8. Ioh.1,26. Act.1,5. & 11,16. & 19,4. "venit Ms. Amb. G.S. Mat.3,12.

Mat.14,3. Mar.6,17.

'Philippi R.G.S.

Mat.3,13. Mar.1,9. Ioh.1,32. Isai.42,1.

Mat.3,17. & 17,5. Infr.9.35. 2 Pet.1,17. Mat.13,55. Mar.6,3. Infr.4,22. Ioh.1,45. & 6,42.

Melchi c.a

Mat.1,6

CAP.

CAP. IIII.

*IEsus autem plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordane, & agebatur in Spiritu in 'deserto', *diebus quadraginta, '& tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & consummatis illis *esuriit. *Dixit autem illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. *Et respondit ad illum Iesus, Scriptum est, 'Quia non in solo pane 'viuet' homo, sed in omni verbo Dei. *Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento tẽporis: *& ait illi, Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorũ: quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. *Tu ergo si adoraueris corã me, erunt tua omnia. *Et respondens Iesus, dixit illi, Scriptum est, 'Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. *Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnã templi: & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. *Scriptum est enim quòd 'Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te: *& quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. *Et respondens Iesus, ait illi, Dictum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. *Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo, vsque ad tempus. *'Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. *Et ipse docebat in synagogis eorũ, & magnificabatur ab omnibus. *Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbathi in synagogam: & surrexit legere. *Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat, *'Spiritus Domini super me; propter quod, vnxit me euangelizare pauperibus, misit me sanare contritos corde, *prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere cõfractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptũ, & diem retributionis. *Et cũ plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in

Mat.4,1. Mar.1,12.

'deserti MS. Amb. G.S. & 6.

'postea 1 MS. R. 6.

Deut.8,3. Mat.4,4. 'viuit MS. Amb. S.Q.B.

Deut.6,13. & 10,20.

Pſal.90,11.

Mat.4,12. Mar.1,14. Ioh.4,45.

Mat.13,54. & 15,1.

Iſaiæ 61,1.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21 eum. *Cœpit autẽ dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. *Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant, Nonne hic est filius Ioseph? *Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum: quãta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hîc in patria tua. *Ait autem, Amen dico vobis, 'quia nemo propheta acceptus est in patria sua. *In veritate dico vobis, 'multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando 'clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra: *& ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonię, ad mulierem viduam. *Et 'multi leprosi erant in Israël sub Elisæo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naamã Syrus. *Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. *Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. *Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. *'Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ: ibiq. docebat illos sabbathis. *'Et stupebãt in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. *Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna, *dicens, Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te 'qui' sis, Sanctus Dei. *Et increpauit illum Iesus, dicẽs, Obmutesce, & exi ab eo. Et cùm proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. *Et factus est pauor in omnibus, & colloquebãtur ad inuicem, dicẽtes, Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? *Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. *Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domũ Simõnis. 'Socrus autem Simõnis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. *Et stans super illam imperauit febri: & dimisit illam.

Et con-

Iob.4,34.

3 Reg.17,9.

Iacob.5,18.

4 Reg.5,14

'quia 8 MS. 'quis es

Mat.8,14. Mar.1,30.

Et continuò ſurgens, miniſtrabat illis.
[40] ‡Cùm autem ſol occidiſſet, omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum. At ille ſingulis
Mar.1,34. manus imponẽs curabat eos. [41] ‡Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & *Chriſtus G. S. dicentia, Quia tu es ‡ filius Dei. & increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. [42] ‡Facta autem
Mar.1,35. die, ‡egreſſus ibat in deſertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerũt vſq. ad ipſum: & detinebant illum ne diſcederet ab eis. [43] ‡Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideò miſſus ſum.
[44] ‡Et erat prædicãs in ſynagogis Galilææ.

CAP. V.

FActum eſt autem, cùm turbæ irruerent in eum, vt audirent verbũ Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnũ Genezareth.
Mat.4,18. Mar.1,16. [2] ‡Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia. [3] ‡Aſcendens autem in vnam nauem quæ erat Simõnis, rogauit eum à terra reducere puſillum. Et ſedens, docebat de nauicula turbas. [4] ‡Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. [5] ‡Et reſpondens Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. [6] ‡Et cùm hoc feciſſent, concluſerũt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum.
[7] ‡Et annuerunt ſocijs qui erant in alia naui vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt *penè mergerentur. [8] ‡Quod cùm videret Simon Petrus, prócidit ad genua Ieſu, dicens, Exi à me, quia homo peccator ſum Domine. [9] ‡Stupor enim circumdederat eum & omnes qui cum illo erãt, in captura piſcium quam ceperant.
[10] ‡Similiter autem Iacòbũ & Iohannem filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simõnem Ieſus, Noli timere:
Mat.9,2. Mar.1,40. ex hoc iam, homines eris capiẽs. [11] ‡Et ſubductis ad terram nauibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum. [12] ‡Et factum eſt, cùm eſſet in vna ciuitatũ, & ecce vir plenus lepra, & videns Ieſum, ‡&' procidens in faciem, rogauit eum, dicens, Domine, ſi vis, potes me mundare. [13] ‡Et extendens manũ, tetigit eum, dicens, Volo. Mundare. Et confeſtim lepra diſceſſit ab illo.
[14] ‡& ipſe præcepit illi vt nemini diceret, ſed, Vade, oſtende te ſacerdoti, & offer pro emundatione tua, 'ſicut præcepit Moyſes, in teſtimonium illis. [15] ‡Perambulabat autem magis ſermo de illo: & conueniebant turbę multę vt audirent, & curarẽtur ab infirmitatibus ſuis. [16] ‡Ipſe autem ſecedebat in deſertum, & orabat.
[17] ‡Et factum eſt in vna dierum, & ipſe ſedebat docens. Et erant Phariſæi ſedentes & legis doctores qui venerant ex omni caſtello Galilææ & Iudææ & Ieruſalem: & virtus Domini erat ad ſanandum eos.
[18] ‡'Et ecce viri portantes in lecto homi- Mat.9,2. Mar.2,3.
nem qui erat paralyticus: & quærebant [19] eum inferre, & ponere ante eum. ‡Et non inuenientes qua parte illum inferrẽt præ turba, aſcenderũt ſupra tectum, & per tegulas ſummiſerunt eum cum [20] lecto in mediũ ante Ieſum. ‡Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo, remittũtur [21] tibi peccata tua. ‡Et cœperunt cogitare Scribæ & Phariſæi, dicẽtes, Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? quis poteſt [22] dimittere peccata, niſi ſolus Deus? ‡Vt cognouit autẽ Ieſus cogitationes eorũ, reſpondens, dixit ad illos, Quid cogita- *malè M S. Andr. [23] tis ‡in cordibus veſtris? ‡Quid eſt facilius G. Q. dicere, Dimittuntur tibi peccata: an di- [24] cere, Surge & ambula? ‡Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ‡ait paralytico) Tibi dico, ſurge, tolle lectũ tuum, [25] & vade in domum tuam. ‡Et confeſtim conſurgens coram illis, tulit *'in quo iacebat': & abiit in domum ſuam, magni- [26] ficans Deum. ‡Et ſtupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum. Et repleti ſunt timore, dicẽtes, Quia vidimus [27] mirabilia hodie. ‡Et poſt hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui, ſedentem ad Teloniũ, & ait illi, Sequere me.
[28] ‡Et relictis omnibus, ſurgẽs ſecutus eſt [29] eum. ‡& fecit ei conuiuiũ magnum Leui in domo ſua: & erat turba multa publica-

*lectum M S. G. G. Q. *'in eum' M S. G. G. Q.
Mar.2,5. Mat.14.

blicanorum, & aliorum qui cum illis erant diſcumbẽtes. [30] ‡'Et murmurabant
Mat.9,11. Mar.2,16. Phariſæi & Scribæ eorum dicẽtes ad diſcipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? [31] ‡Et reſpõdens Ieſus, dixit ad illos, Nõ egent qui ſani ſunt, medico: ſed qui malè ha-
1Tim.1,15 bent. [32] ‡'Non veni vocare iuſtos, ſed pec- catores ad pœnitentiam. [33] ‡At illi dixe-
Mat.9,14. Mar.2,18. runt ad eum, 'Quare diſcipuli Iohannis ieiunant frequẽter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter & Phariſæorũ: tui autem edunt & bibunt? [34] ‡Quibus ipſe ait, Nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? [35] ‡Venient autẽ dies: & cùm ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus.
[36] ‡Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos, Quia nemo cõmiſſuram à nouo veſtimento immittit in veſtimentũ vetus: alioquin & nouũ rumpit, & veteri non
Mat.9,17. Mar.2,22. conuenit commiſſura à nouo. [37] ‡'Et nemo mittit vinũ nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinũ nouum vtres, & ipſum effundetur, & vtres peribunt.
[38] ‡ſed vinum nouum in vtres nouos mittendum eſt: & vtraque conſeruantur.
[39] ‡Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum, dicit enim, Vetus melius eſt.

CAP. VI.

Mat.12,1. Mar.2,23. FActum eſt aũt in ' Sabbato ſecundo [1] primo, cùm tranſiret per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas, & manducabant confricantes manibus. [2] ‡Quidam autem Phariſæorũ, dicebant illis, Quid facitis quod non licet in Sabbathis? [3] ‡Et reſpondens Ieſus ad eos, dixit, Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid, cùm eſuriſſet
1Reg.21,6. ipſe & qui cum illo erant? [4] ‡' quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, & mãducauit, & dedit 'his qui cum ipſo erant, quos non licet
Leu.24,32. Leu.21,22. 6.14,6. manducare ' niſi tantùm ſacerdotibus? [5] ‡Et dicebat illis, Quia Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbathi. [6] ‡Factum eſt autem & in alio ſabbatho, vt intraret in
Mat.12,10 Mar.3,1. ſynagogã, & doceret. 'Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. [7] ‡Obſeruabant aũt Scribæ & Phariſęi ſi in ſabbatho curaret: vt inuenirent vnde accuſa-

[8] rent eum. ‡Ipſe verò ſciebat cogitationes eorũ: & ait homini qui habebat manum aridam, Surge: & ſta in medium. Et
[9] ſurgens ſtetit. ‡Ait autem ad illos Ieſus, *'Interrogabo vos, ſi licet ſabbathis benefa- *Interrogabo 3 MS.G. S. cere an malè: animam ſaluam facere an
[10] perdere? ‡Et circumſpectis omnibus dixit homini, Extende manum tuam. Et
[11] extẽdit: & reſtituta eſt *manus eius'. ‡Ipſi *ſanitati MS.G. *vt altera G.S. autem repleti ſunt inſipientia: & collo- quebantur ad inuicem, quidnam face-
[12] rent 'Ieſu. ‡Factum eſt autem in illis die- *de o. bus, exijt in montem orare, & erat per-
[13] noctans in oratione Dei. ‡'Et cùm dies Mat. 10, 1. Mar.3,13. & 6,7. factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis (quos & Apo-
[14] ſtolos nominauit.) ‡Simonem quem co- Inſr.9,1. gnominauit Petrũ, & Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum
[15] & Bartholomæum, ‡Matthæũ & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonẽ qui
[16] vocatur Zelotes, ‡& Iudam Iacobi, & [17] Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. ‡Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorũ eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa & Ieruſalem: & maritima & 'Tyri & Sido- -1 MS. R. G. 2.
[18] nis, ‡qui venerant vt audirent eum, & ſanarentur à languoribus ſuis. Et qui ve-
[19] xabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. ‡Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & ſa-
[20] nabat omnes. ‡Et ipſe eleuatis oculis in Mat.5,2. diſcipulos ſuos, dicebat, Beati pauperes:
[21] quia veſtrum eſt regnum Dei. ‡' Beati Iſai.65,12. qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini.
'Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Iſai.61,3. & 66,10.
[22] ‡'Beati eritis cũ vos oderint homines, Mat.5,11. & cùm ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tamquam malum, propter filium hominis.
[23] ‡Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cælo: ſecundum hæc enim faciebant Prophetis
[24] patres eorum. ‡' Verumtamen væ vobis Amos 6,1. diuitibus, 'quia' habetis conſolationem *qui MS q. Andr. [25] veſtrã. ‡' Væ vobis qui ſaturati eſtis: quia Eccl. 31, 2. Iſai. 65, 12. eſurietis. Vę vobis qui ridetis nunc: quia
[26] lugebitis & flebitis. ‡Væ 'cùm benedi- *vobis 3 MS. G q. xerint vobis omnes' homines. ſecundũ -1 MS. G. 9. hæc

hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. 27 Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. 28 Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. 29 Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. 30 Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. 31 Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. 32 Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nã & peccatores, diligentes se diligũt. 33 Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt: quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. 34 Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere: quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. 35 Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. 36 Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. 37 Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. 38 Date, & dabitur vobis. mensuram bonã & confertam & coagitatam & supereffluentẽ dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. 39 Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cęcus cæcum ducere? nónne ambo in foueam cadunt? 40 Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. 41 Quid autẽ vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? 42 Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine, eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabẽ non videns? Hypocrita eijce primũ trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. 43 Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum. 44 Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neq. de rubo vindemiant vuam. 45 Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonũ: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis, os loquitur. 46 Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis quæ dico? 47 Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit. 48 similis est homini ędificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat super petram. 49 Qui autem audit, & non facit: similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius: & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

*prophetis o.

Mat.5,44.

Mat.5,39. 1 Cor.6,7. *ei MS.s. Mat.7,12.

Tob.4,16. Mat.5,46.

Mat.5,42. Deut.15,8.

Mat.5,44.

Mat.7,1.

Mat.7,2. Mar.4,24.

Mat.15,14 *cadent 5 MS.R.G. Mat.10,24 Ioh.13,16. & 15,20.

Mat.7,3.

Mat.7,17.

Mat.7,16. & 12,33.

Mat.7,21. Rom.2,13. Iac.1,22.

CAP. VII.

1 CVM aũt implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. 2 Centurionis autem cuiusdam seruus malè habens, erat moriturus: qui illi erat pretiosus. 3 Et cùm audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & saluaret seruum eius. 4 At illi cùm venissent ad Iesum, rogabant eum solicitè, dicentes ei, Quia dignus est vt hoc illi præstes. 5 diligit enim gentem nostram: & synagogam ipse ædificauit nobis. 6 Iesus autem ibat cum illis. Et cũ iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens, Domine, noli vexari. Non enim sum dignus, vt sub tectum meũ intres. 7 propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus vt venirẽ ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. 8 nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. 9 Quo audito, Iesus miratus est: & conuersus, sequentibus se turbis, dixit, Amen dico vobis, nec in Israël tantam fidem inueni. 10 Et reuersi qui missi fuerant, domũ: inuenerunt seruũ qui lãguerat, sanum.

Mat.8,5. Ioh.4,46.

*saluaret 1 MS.

Mat.8,8.

11 Et factum est, deinceps ibat in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. 12 Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ: & hæc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. 13 Quam cùm vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere. 14 Et accessit, & tetigit loculum. (Hi autem qui portabãt, steterunt:) Et ait, Adolescens, tibi dico, surge. 15 Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. 16 Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam. 17 Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem. 18 Et nuntiauerunt Iohanni discipuli eius de omnibus his. 19 Et conuocauit duos de discipulis suis Iohannes: & misit ad Iesum, dicens, Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus? 20 Cùm autẽ venissent ad eum viri, dixerũt, Iohãnes Baptista misit nos ad te dicens, Tu es qui vẽturus es, an aliũ expectamus? 21 (in ipsa autẽ hora multos curauit à languoribus & plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit visum.) 22 Et respondens, dixit illis, Euntes renuntiate Iohanni quæ audistis & vidistis: Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, 23 pauperes euangelizantur: & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me. 24 Et cùm discessissent nuntij Iohannis, cœpit de Iohanne dicere ad turbas, Quid existis in desertum videre? arundinem vento moueri? 25 Sed quid existis videre? hominẽ mollibus vestimentis indutum? Ecce, qui in veste pretiosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt. 26 Sed quid existis videre? prophetam? Vtiq. dico vobis, & plusquam prophetam. 27 hic est de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui præparabit viam tuam ante te. 28 Dico enim vobis, maior inter natos mulierum propheta Iohãne Baptista nemo est, qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. 29 Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deũ, baptizati baptismo Iohannis. 30 Pharisæi autem & legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. 31 Ait autem Dominus, Cui ergo similes dicam homines generationis huius? &, cui similes sunt? 32 Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus, Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentauimus, & non ploraſtis. 33 Venit enim Iohannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet. 34 Venit Filius hominis mãducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibẽs vinum, amicus publicanorum & peccatorum. 35 Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. 36 Rogabat autẽ illum quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. 37 Et ecce mulier quæ erat in ciuitate, peccatrix, vt cognouit quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum 38 vnguenti: & stãs retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguẽto vngebat. 39 Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. 40 Et respondens Iesus, dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. 41 Duo debitores erant cuidam fœneratori: vn⁹ debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. 42 Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? 43 Respondẽs Simon dixit, Æstimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti. 44 Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. 45 Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, nõ cessauit osculari pedes meos

Mat.11,2.

Mat.11,5. Iac.2,5.

Mat.11,7.

Mat.3,5.

Mat.26,7. Mar.14,3. Ioh.12,3.

*Iesus MS q.

*eorum 6.s. diliget MS.G.S.

intrauit MS.G q.s.

des meos. *Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. *Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. *Dixit autem ad illam, Matt.9,2. 'Remittuntur tibi peccata. *Et cœperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata Mar.5,34. dimittit? *'Dixit autẽ ad mulierem, Fides tua te saluam fecit, vade in pace.

CAP. VIII.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prędicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, *& mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis Mar.16, 9. & infirmitatibus, 'Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septẽ dæmonia exierant, *& Iohanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. *Cùm autem turba plurima cõueniret, & de ciuitatibus properarent ad Mat. 13,3. Mar.4, 2. eum, dixit per similitudinem: *Exiit qui seminat, seminare semen suum. & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederũt illud. *Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. *Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. *Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat. *'Interrogabant autem Matt.13,10 Mar.4, 10. eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. *Quibus ipse dixit, Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, 'vt videntes non videãt, Isai. 6, 9. Mat.13,'14 Mar.4, 12. Ioh. 12, 40. Act.28,26. Rom. 11, 8. & audientes non intelligant. *Est autem hæc parabola: Semen, est verbum Dei. *Qui autem secus viam: hi sunt qui audiũt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. *Nam qui supra petram: qui cùm audierint, cũ gaudio suscipiunt verbum: *qui 2 MS.G. & hi radices non habent: 'quia' ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. *Quod autem in spinas ceci-

dit: hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitiis, & voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur, & non referunt fructum. *Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *'Nemo autẽ lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videãt lumen. *'Non est enim occultum quod nõ manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur, & in palam veniat. *'Videte ergo quomodo 'audiatis'? Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque nõ habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. *'Venerunt autem ad illum mater & fratres eius: & nõ poterant adire eum præ turba. *Et nuntiatum est illi, Mater tua & fratres tui stãt foris, volentes te videre. *Qui respondens, dixit ad eos, Mater mea & fratres mei, hi sunt qui verbum Dei audiunt & faciunt. *'Factum est autem in vna dierum: & ipse

ascendit

Mat.5,15. Mar.4,21. Mat.10,26 Mar.4,22. Mat.13,12 & 25,29. 'audiris 7 MS. G. Mat.4,25. Mat.12,46 Mar.3,31. Mat.8,23. Mar.4,36.

ascendit in nauiculã, & discipuli eius, & ait ad illos, Transfretemus trans stagnũ. Et ascenderunt. *Et nauigãtibus illis obdormiuit: & descendit procella venti in 'compellébatur O. stagnum, & 'cõplebantur', & periclitabantur. *Accedentes autẽ suscitauerunt 'Præceptor 13. eum, dicentes, *Præceptor, perimus. At ille surgens, increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas. *Dixit autem illis, Vbi est fides vestra? Qui timentes, mirati sunt adinuicem, dicentes, Quis, putas, hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? *'Et nauigauerunt' ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. *Et cùm egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neq. in domo manebat, sed in monumẽtis. *Is vt vidit Iesum, procidit ante illũ: & exclamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei Altissimi? obsecro te ne me torqueas. *Præcipiebat enim spiritui immũdo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & cõpedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. *Interrogauit autem illum Iesus, dicens, Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio, quia intrauerant dæmonia multa in eum. *Et rogabant illum ne imperaret illis vt in abyssum irẽt. *'Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. *Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnũ, & suffocatus est. *Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas. *Exierunt autem videre quod factum est: & venerũt ad Iesum: & inuenerunt hominem sedẽtem à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. *Nuntiauerũt autem illis & qui viderãt, quomodo sanus factus esset à legione, *& rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorũ vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. *Et rogabat illũ vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens, *Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. *Factum est autem: cùm rediisset Iesus, excepit illum turba. erant autem omnes expectãtes eum. *'Et ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogę erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogãs eum vt intraret in domum eius, *quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, à turbis cõprimebatur. *Et mulier quædã erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari: *accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimẽti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. *Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbę te cõprimunt & affligunt, & dicis, Quis me tetigit? *Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis. nam *ego noui virtutem de me exiisse. *Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit corã omni populo: & quemadmodum cõfestim sanata sit. *At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace. *Adhuc illo loquente, venit quidã ad 'principem' synagogæ, dicens ei, Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. *Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ, Noli timere: crede tantùm, & salua erit. *Et cùm venisset domum, nõ permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Iohannem, & patrem & matrem puellæ. *Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere, non est mortua puella, sed dormit. *Et deridebant eum, scientes quòd mortua esset. *Ipse autem tenens manum eius clamauit, dicens, Puella surge. *Et reuersus est

Mat.9,18. Mar.5,22. *& ei. 'à principe c.s.

spiritus eius,& surrexit continuò. Et iussit illi "dare' manducare. *Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

"dari 6 MS.G.

56

CAP. IX.

Mat.10, 1. Mar. 3, 13. COnuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. *Et misit illos prædicare regnum Dei: & sanare infirmos. *! Et ait ad illos, Nihil tuleritis "in via', neque virgã, neque peram, neque panem, neq. pecuniam, neque duas tunicas habeatis. *Et in quamcumque domum intraueritis, ibi manete, & inde "ne' exeatis. *Et quicumque nõ receperint vos: !exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorũ excutite in testimonium supra illos. *Egressi autem circuibant per castella euangelizantes & curantes vbiq. *Audiuit autẽ Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat eò quòd diceretur à quibusdam, Quia Iohannes surrexit à mortuis: *à quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta vnus de antiquis surrexit. *Et ait Herodes, Iohãnem ego decollaui: Quis est autẽ iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

Mat. 10, 9. Mar. 6, 8. "in viam Ms.G.S.

-1 MS. G. S. Act. 13, 51.

Mat. 14, 1. Mar. 6, 14.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Mat. 14, 13 Mar. 6, 32. *! Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcunque fecerunt: & assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. *Quod cùm cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebãt sanabat. *Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi, !Dimitte turbas, vt euntes in castella villásq. quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. *Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, !Nõ sunt nobis plus quàm quinq. panes, & duo pisces: nisi fortè nos eam[9], & emamus in omnẽ hanc turbam escas.

Mat. 14, 15 Mar. 6, 36.

Ioh. 6, 9.

10 11 12 13

"enim e.s.

*Erant "autem' ferè viri quinq. millia. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. *Et ita fecerunt. Et discũbere fecerunt omnes. *Acceptis autem quinque

14 15 16

panibus & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis, vt ponerent ante

17 turbas. *Et manducauerunt omnes: & saturati sunt. Et sublatũ est quod superfuit illis, fragmẽtorum cophini duodecim. *! Et factũ est cùm solus esset orans, erant cũ illo & discipuli: & interrogauit illos dicens, Quem me dicunt esse turbæ? *At illi respondẽrũt, & dixerunt, *Iohãnem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò quia vnus Propheta de prioribus surrexit. *Dixit autem illis, Vos autem quẽ me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Christum Dei. *At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, *dicens, !Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere.

17 *Alij 1 MS.

Mat. 17, 23. Mar. 8, 31.

23 *! Dicebat autem ad omnes, Siquis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. *! Qui enim voluerit animam suam

Mat. 16, 24. Mar. 8, 34. Luc. 14, 27. & 17, 33. Ioh. 12, 25.

24

suam saluam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animã suam propter me: saluam faciet illam. *quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? *! Nam qui me erubuerit & meos sermones; hunc filius hominis erubescet cùm venerit in maiestate sua & patris, & sanctorum angelorũ. *! Dico autem vobis verè, sunt aliqui hîc stãtes, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei. *! Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Iacôbum & Iohannem: & ascendit in montẽ vt oraret. *Et facta est, dum oraret, species vultus eius, altera: & vestitus eius albus & refulgẽs. *Et ecce duo viri loquebantur cum illo.

Mar. 10, 33. Mat. 8, 38. 2 Timoth. 2, 12.

Mat. 16, 28 Mar. 9, 1.

Mat. 17, 1. Mar. 9, 2.

25 26 27 28 29 30

*Erant autem Moyses & Elias, visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. *Petrus verò & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes, viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo. *Et factũ est: cùm discederẽt ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, vnũ tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: nesciens quid diceret. *Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem. *Et vox facta est de nube, dicens, "Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. *Et dũ fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerũt in illis diebus quicquam ex his quæ viderãt. *! Factum est autem: in sequenti die, descendẽtibus illis de mõte, occurrit "illi' turba multa. *Et ecce vir de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te, respice in filium meum quia vnicus est mihi: *& ecce spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilaniãs eum. *& rogaui discipulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt. *Respondens autem Iesus, dixit, O generatio infidelis & peruersa, vsquequò ero apud vos & patiar vos? Adduc huc filium tuum. *Et cùm

Mat. 3, 17. Mat. 17, 5. Luc. 1, 17.

Mat. 17, 14 Mar. 9, 17.

"illis MS.S.

31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42

accederet, elisit illum dæmoniũ, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immũdum, & sanauit puerum: & reddidit illum patri eius. *Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibusq. mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos, *Ponite vos in cordibus vestris sermones istos, fili[9] enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum. *At illi ignorabant verbum istud, & erat velatũ ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. *! Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. *At Iesus vidẽs cogitationes cordis illorum, apprehẽdit puerum, & statuit illũ secus se, *& ait illis, Quicunq. susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit; & quicunque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est. *Respondens autẽ Iohannes dixit, Præceptor vidimus quendã in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum. *Et ait ad illũ Iesus, Nolite prohibere. qui enim non est aduersum "vos, pro vobis' est. *Factum est autẽ dum complerẽtur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem. *Et misit nuntios ante conspectũ suum: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorũ vt pararent illi. *Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem. *Cùm vidissent autẽ discipuli eius Iacobus, & Iohannes, dixerunt, Domine vis "dicimus' vt ignis descendat de cælo, & consumat illos*? *Et cõuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis. *! Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.

Inf. 22, 24. Mat. 18, 1. Mar. 9, 34.

"nos, pro nobis 6 MS.R. G.

"dicamus e.

* sicut & Elias fecit 8 MS.G.S. Ioh. 3, 1. & 2, 47.

Factum est autẽ: ambulantibus illis in via, dixit quidã ad illũ, !Sequar te quocumq. ieris. *! Dixit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis nõ habet vbi caput *reclinet. *Ait autẽ ad alterum, Sequere me. ille autem dixit, Domine, permitte mihi primũ ire, & sepelire patrẽ meum. *Dixitque ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant

Mat. 8, 19.

*Domine MS.G.S. *Et MS. G.

*suum MS. Aimb. S.

57 58 59 60

liant mortuos ſuos: tu autem vade, annuntia regnũ Dei. [61] Et ait alter, Sequar te Domine, ſed permitte mihi primum renuntiare his qui domi ſunt. [62] Ait ad illum Ieſus, Nemo mittens manũ ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.

CAP. X.

POſt hęc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos. & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipſe venturus. Et dicebat illis, Meſſis quidẽ multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite: ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per viam ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite, pax huic domui. & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur. In eadem aũt domo manete edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. dignꝰ eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatẽ intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: & curate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei. In quamcunque autem ciuitatem intraueritis, & nõ ſuſceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite, Etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos tamen hoc ſcitote, quia appropinquauit regnum Dei. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remiſſius erit, quàm illi ciuitati. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere ſedentes pœniterent. Verumtamen Tyro & Sidoni remiſſius erit in iudicio, quàm vobis. Et tu Capharnaũ vſque ad cęlum exaltata: vſque ad infernum demergêris. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Reuerſi ſunt aũt ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes, Dñe, etiã dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem. Ecce, dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciuntur: gaudete autem quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis. In ipſa hora exultauit ſpiritu, & dixit: Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Etiam pater, quoniam ſic placuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo ſcit quis ſit filius, niſi pater: & quis ſit pater niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt. Et ecce quidam Legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens, Magiſter, quid faciendo vitam ęterñ poſſidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens dixit, Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota animą tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitque illi, Rectè reſpondiſti, hoc fac, & viues. Ille autem volẽs iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum, Et quis eſt meus proximus? Suſcipiẽs autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalẽ in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum: & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via: & viſo illo præteriuit. Similiter & Leuita, cùm eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, vênit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus eſt. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens

dens oleum & vinũ: & imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunq. ſupererogaueris, ego cùm rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus, Vade, & tu fac ſimiliter. Factum eſt aũt dum irent, & ipſe intrauit in quoddam caſtellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam, & huic erat ſoror nomine Maria. quæ etiã ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium. quæ ſtetit & ait, Domine, non eſt tibi curę quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. Et reſpondens dixit illi Dñs; Martha Martha, ſolicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

ET factum eſt: cùm eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Iohãnes diſcipulos ſuos. Et ait illis, Cùm oratis, dicite, Pater, ſanctificetur nomẽ tuum: Adueniat regnum tuum. panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidẽ & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos, Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus vênit de via ad me, & non habeo quod ponã ante illum: & ille deintus reſpondens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtiũ clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere & dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, etſi non dabit illi ſurgens eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit; & qui quærit inuênit, & pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrẽ petit pãnem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcem: nunquid pro piſce ſerpentẽ dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutũ. Et cùm eieciſſet dęmonium, locutus eſt mutus: & admiratæ ſunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alij tentantes, ſignum de cælo quærebant ab eo. Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum, cadet. Si autem & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij veſtri in quo eijciũt? Ideò ipſi, iudices veſtri erunt. Porrò ſi in digito Dei eijcio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt ea quæ poſſidet. Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eũ: vniuerſa arma eius auferet in quibus cõfidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit. Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquoſa, quærens requiem. Et non inueniẽs dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit ſcopis mundatã & ornatã. Tunc vadit, & aſſumit ſeptẽ alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Factum eſt autẽ: cùm hæc diceret; extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ ſuxiſti. At

ille dixit, Quinimò beati qui audiunt
verbum Dei, & cuſtodiunt illud. *Tur- 29
bis autem concurrẽtibus cœpit dicere,
Mat.12,39 'Generatio hæc, generatio nequam eſt:
ſignum quærit, & ſignũ non dabitur ei,
Ionæ 2,2. niſi ſignũ Ionæ Prophetæ. *'Nam ſicut 30
fuit Ionas ſignum Niniuitis: ita erit & fi-
3 Reg.10,1 2 Par.9,1. lius hominis generationi iſti. *'Regina 31
Auſtri ſurget in iudicio cũ viris generationis huius, & condemnabit illos: quia
venit à finibus terræ audire ſapientiam
Salomonis. & ecce plus quàm Salomon
hîc. *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio 32
cũ generatione hac, & condemnabunt
Ionæ 3,5. illam, 'quia pœnitentiã egerunt ad præ-
dicationẽ Ionę, & ecce plus quàm Ionas
Mat. 5,15. Mar.4,21. hîc. *'Nemo lucernã accendit, & in abſ- 33
condito ponit, neque ſub modio: ſed ſu-
pra candelabrũ, vt qui ingrediuntur, lu-
Mat. 6,22. men videant. *'Lucerna corporis tui, eſt 34
oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſim-
plex, totũ corpus tuum lucidũ erit: ſi au-
tem nequam fuerit, etiam corpus tuum
tenebroſum erit. *Vide ergo ne lumen 35
quod in te eſt, tenebræ ſint. *Si ergo cor- 36
pus tuum totũ lucidum fuerit, non ha-
bens aliquam partẽ tenebrarum: erit lu-
*vt ſi cũ Ex G.S. & ſyllabarum vicinitate videri poteſt, Interpretem ſic oeriſſe. cidum totum, & ſicut 'lucerna fulgoris
illuminabit te. *Et cùm loqueretur, ro- 37
gauit illum quidã Phariſæus vt prãderet
apud ſe. Et ingreſſus recubuit. *Phari- 38
ſæus autẽ cœpit intra ſe reputans dicere,
quare nõ baptizatus eſſet ante prandiũ.
Mat.23,25. *Et ait Dñs ad illum, 'Nunc vos Pha- 39
riſæi quod déforis eſt calicis & catini mũ-
datis: quod autem intus eſt veſtrum,
plenum eſt rapina & iniquitate. *Stulti, 40
nónne qui fecit quod déforis eſt, etiam
id quod deintus eſt fecit? *Veruntamen 41
quod ſupereſt, date eleemoſynam: &
ecce omnia munda ſunt vobis. *Sed væ 42
vobis Phariſæis, quia decimatis mẽtam
& rutam & omne olus: & præteritis iu-
dicium & charitatem Dei. hæc autem
oportuit facere, & illa non omittere.
Inſr.20,43. Mat. 23,6. Mar.12,38. *'Væ vobis Phariſæis, quia diligitis pri- 43
mas cathedras in ſynagogis, & ſalutatio-
nes in foro. *Væ vobis quia eſtis vt mo- 44
numenta quæ nõ apparent, & homines
ambulantes ſuprà, neſciunt. *Reſpon- 45
dens autem quidam ex Legiſperitis, ait
illi, Magiſter, hæc dicens etiam contu-
46 meliam nobis facis. *At ille ait: Et vo-
bis Legiſperitis væ: 'quia oneratis homi- Mat.23,4.
nes oneribus quæ portare non poſſunt,
& ipſi vno digito veſtro non tangitis ſar-
47 cinas. *Væ vobis, qui ædificatis monu-
menta Prophetarum: patres autem ve-
48 ſtri occiderunt illos. *Profectò teſtifi-
camini quòd conſentitis operib⁹ patrum
veſtrorum: quoniam ipſi quidẽ eos oc-
ciderunt, vos autem ædificatis eorum
49 ſepulchra. *'Propterea & ſapientia Dei Mat.23,34
dixit, Mittã ad illos Prophetas & Apo-
ſtolos, & ex illis occident & perſequen-
50 tur: *vt inquiratur ſanguis omniũ Pro-
phetarum, qui effuſus eſt à conſtitutio-
51 ne mundi à generatione iſta, *'à ſangui- Gen.4,8.
ne Abel, vſque ad ſanguinem Zachariæ
'qui perijt inter altare & ædem. Ita dico 2 Pa.24,21
vobis, requiretur ab hac generatione.
52 *Væ vobis Legiſperitis, quia tuliſtis clau-
em ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos
53 qui introibant prohibuiſtis. *Cùm au-
tem hæc ad illos diceret, cœperunt Pha-
riſæi, & Legiſperiti grauiter inſiſtere, &
54 os eius opprimere de multis, *inſidian-
tes ei, & quærentes aliquid capere de ore
eius, vt accuſarent 'eum.

CAP. XII.

1 MVltis autem turbis circunſtanti-
bus, ita vt ſe inuicẽ conculcarent, Mat.16,6. Marc.8,15. Luc.10,16 Mat.4,22. 'enim MS.R. Amb.
cœpit dicere ad diſcipulos ſuos, 'Atten-
dite à fermento Phariſæorum, quod eſt
2 hypocriſis. *Nihil 'autem' opertum eſt,
quod nõ reueletur: neq. abſconditum,
3 quod non ſciatur. *Quoniam quæ in te-
nebris dixiſtis, in lumine dicentur: &
quod in aurem locuti eſtis in cubiculis,
4 prædicabitur in tectis. *Dico autẽ vobis
amicis meis, Ne terreamini ab his qui
occidũt corpus, & poſt hæc non habent
5 amplius quid faciãt. *Oſtendam autem
vobis quẽ timeatis: timete eũ qui poſt-
quam occiderit, habet poteſtatem mit-
tere in gehennam. ita dico vobis, hunc
6 timete. *Nonne quinque paſſeres ve-
neunt dipondio: & vnus ex illis non eſt
7 in obliuione coram Deo? *Sed & capilli
capitis veſtri omnes numerati ſunt. No-
lite ergo

lite ergo timere: multis paſſeribus pluris
eſtis. *'Dico autem vobis, Omnis qui- 8
Mat.10,32 Mar.8,38. 2 Tim.2,12 *in 1 MS. G.S. 'in illo 1 MS. G.S. Q.n. cunque confeſſus fuerit *me coram ho-
minibus, & filius hominis confitebitur
'illum' coram angelis Dei. *'qui autem 9
negauerit me coram hominibus, 'negabitur' corã angelis Dei. *'Et omnis qui 10
Mat.12,32 Mar.3,28. *denegabitur 6 MS.G. Mat.10,19 dicit verbum in filiũ hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritũ ſanctum
Mar.13,11 blaſpemauerit, non remittetur. *'Cùm 11
autem inducent vos in ſynagogas, & ad
magiſtratus & poteſtates, nolite ſoliciti
eſſe qualiter, aut quid reſpondeatis, aut
quid dicatis. *Spiritus enim ſanctus do- 12
*quæ 3 MS. Amb. G. -3 MS. Amb.G. cebit vos in ipſa hora 'quid' oporteat
'vos' dicere. *Ait autem ei quidam de 13
turba, Magiſter, dic fratri meo vt diui-
dat mecum hæreditatem. *At ille dixit 14
ei, Homo quis me conſtituit iudicẽ aut
diuiſorem ſuper vos? *Dixitque ad illos, 15
Videte & cauete ab omni auaritia: quia,
*vniquam G. non in abundantia, 'cuiuſquam' vita
eius eſt, ex his quæ poſſidet. *Dixit autẽ 16
Eccl.11,19 ſimilitudinem ad illos, dicens, 'Homi-
nis cuiuſdã diuitis huberes fructus ager
attulit. *& cogitabat intra ſe dicẽs: Quid 17
faciam, qui non habeo quò congregem
fructus meos? *Et dixit: Hoc faciã, De- 18
ſtruam horrea mea, & maiora faciam:
& illuc cõgregabo omnia quæ nata ſunt
mihi, & bona mea, *& dicã animæ meæ, 19
Anima, habes multa bona poſita in an-
nos plurimos: requieſce, comede, bibe,
epulare. *Dixit autem illi Deus, Stulte, 20
hac nocte animam tuam repetunt à te:
quę aũt paraſti, cuius erunt? *Sic eſt qui 21
ſibi theſaurizat, & non eſt in Deũ diues.
*Dixitque ad diſcipulos ſuos, Ideò dico 22
Mat.6,25. Luc.12,7. vobis: 'Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ
quid manducetis: neque corpori quid
induamini. *Anima plus eſt quàm eſca, 23
& corpus plus quàm veſtimentum.
*Conſiderate coruos, quia nõ ſeminant 24
neq. metunt, quibus non eſt cellarium
neque horreum, & Deus paſcit illos.
Quãto magis vos pluris eſtis illis? *Quis 25
autem veſtrum cogitando poteſt adiice-
re ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? *Si 26
ergo neque quod minimum eſt poteſtis,
quid de cæteris ſoliciti eſtis? *Conſidera- 27
te lilia quomodo creſcunt: non labo-
rant, neque nent. dico autem vobis, nec
Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur
28 ſicut vnum ex iſtis. *Si autem fœnum
quod hodie eſt in agro, & cras in cliba-
num mittitur, Deus ſic veſtit: quanto
29 magis vos, puſillæ fidei! *Et vos nolite
quærere, quid manducetis, aut quid bi-
30 batis: & nolite in ſublime tolli: *hæc
enim omnia gẽtes mundi quærũt. Pater
autem veſter ſcit quoniam his indigetis.
31 *Veruntamen quærite primũ regnum -21 MS. Amb. G.S. *& iuſtitiã eius o. Dei *: & hæc omnia adiicientur vobis.
32 *Nolite timere puſillus grex, quia com-
placuit patri veſtro dare vobis regnum.
33 *'Vendite quæ poſſidetis, & date elee- Mat. 19,21
moſynã. 'Facite vobis ſacculos qui non Mat. 6,20.
veteraſcunt, theſaurũ non deficientem
in cælis: quò fur non appropiat, neque
34 tinea corrumpit. *Vbi enim theſaurus
35 veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit. *Sint
lũbi veſtri præcincti, & lucernæ arden-
36 tes in manibus veſtris, *& vos ſimiles -26 MS. Amb. G.S. Q.n. hominibus expectantibus dominum
ſuũ quando reuertatur à nuptiis: vt cùm
venerit & pulſauerit, cõfeſtim aperiant
37 ei. *Beati ſerui illi, quos cùm venerit do-
minus, inuenerit vigilantes. amen dico
vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos
diſcũbere, & tranſiens miniſtrabit illis.
38 *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in
tertia vigilia venerit, & ita inuenerit:
39 beati ſunt ſerui illi. *'Hoc autem ſcitote, Mat.24,43
quoniã ſi ſciret paterfamiliãs, qua hora Apo.16,15.
fur veniret, vigilaret vtique, & non ſine-
40 ret perfodi domum ſuam. *Et vos eſtote
parati: quia qua hora non putatis, filius
41 hominis veniet. *Ait autem ei Petrus,
Domine ad nos dicis hanc parabolã: an
42 & ad omnes? *Dixit autem Dominus,
Quis, putas, eſt fidelis diſpẽſator & pru-
dens, quem 'conſtituit' dominus ſupra 'conſtituet 2 MS.G.S.
familiam ſuam, vt det illis in tempore
43 tritici menſuram? *Beatus ille ſeruus,
quem cùm venerit dominus, inuenerit
44 ita facientẽ. *Verè dico vobis, quoniam
ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet
45 illũ. *Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde
ſuo, Moram facit dominus meus venire:
& cœperit percutere ſeruos & ancillas,

& edere & bibere, & inebriari: ‡ veniet 46
dominus ſerui illius in die qua nõ ſperat,
& hora qua neſcit, & diuidet eum, par-
temq́. eius cum infidelibus ponet. ‡ Ille 47
autem ſeruus qui cognouit voluntatem
domini ſui, & non præparauit, & non
fecit ſecundum voluntatem eius: vapu-
labit multis. ‡ qui autem non cognouit, 48
& fecit digna plagis: vapulabit paucis.
Omni autem cui multum datum eſt,
multum quæretur ab eo: & cui cõmen-
dauerunt multum, plus petent ab eo.
‡ Ignem veni mittere in terram: & quid 49
volo, niſi vt accẽdatur? ‡ Baptiſmo autem 50
habeo baptizari: & quomodo coarctor,
Mat.10,34 vſquedum perficiatur? ‡ ' Putatis quia 51
'terra MS.G. pacem veni dare in 'terram'? Non dico
vobis: ſed ſeparationem. ‡ erunt enim ex 52
hoc, quinque in domo vna diuiſi, tres in
duos, & duo in tres: ‡ diuidentur pater 53
in filium, & filius in patrẽ ſuum, mater
in filiã, & filia in matrẽ, ſocrus in nurum
ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. ‡ ' Dice- 54
Mat.16,2. bat autem & ad turbas, Cùm videritis
nubem orientem ab occaſu, ſtatim dici-
tis, Nimbus venit: & ita fit. ‡ & cum au- 55
ſtrum flantẽ, dicitis, Quia æſtus erit: &
fit. ‡ Hypocrite, faciem cæli & terræ no- 56
ſtis probare: hoc autẽ tempus quomo-
do non probatis? ‡ Quid autem & à vo- 57
biſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?
Mat.5,25. ‡ ' Cùm autem vadis cum aduerſario tuo 58
ad principem, in via da operam liberari
ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, &
iudex tradat te exactori, & exactor mit-
tat te in carcerem. ‡ Dico tibi, non exies 59
inde, donec etiam nouiſſimum minu-
tum reddas.

CAP. XIII.

A Derant aũt quidam ipſo in tempo- 1
re, nuntiantes illi de Galilæis, quo-
rum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſa-
crificijs eorũ. ‡ Et reſpondens dixit illis, 2
Putatis quòd hi Galilęi præ omnibus Ga-
lilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi
ſunt? ‡ Non, dico vobis: ſed niſi pœniten- 3
tiam habueritis, omnes ſimiliter peri-
bitis. ‡ Sicut illi decẽ & octo ſupra quos 4
cecidit turris in Siloe, & occîdit eos: pu-
tatis quia & ipſi debitores fuerint præter
omnes homines habitantes in Ieruſa-
lem? ‡ Non, dico vobis: ſed ſi pœnitẽtiam
non 'habueritis', omnes ſimiliter peri- 'egeritis 4 MS.
6 bitis. ‡ Dicebat autem hanc ſimilitudi-
nem, Arborem fici habebat quidã plan-
tatam in vinea ſua: & venit quærens fru-
ctum in illa, & non inuenit. ‡ Dixit au- 7
tem ad cultorem vineæ, Ecce anni tres
ſunt ex quo venio quærens fructum in
ficulnea hac: & non inuenio. Succide
ergo illam: vt quid etiam terram occu-
pat? ‡ At ille reſpondens dicit illi, Domi- 8
ne, dimitte illam & hoc anno, vſq. dum
fodiam circa illam, & mittam ſtercora.
9 ‡ & ſi quidem fecerit fructũ: ſin autem,
10 in futurum ſuccides eam. ‡ Erat autem
11 docens in ſynagoga eorũ ſabbathis. ‡ Et
ecce mulier quæ habebat ſpiritum infir-
mitatis annis decem & octo: & erat in-
clinata, nec omnino poterat ſurſum re-
12 ſpicere. ‡ Quam cùm videret Ieſus, vo-
cauit eam ad ſe, & ait illi, Mulier dimiſ-
13 ſa es ab infirmitate tua. ‡ Et impoſuit illi
manus, & confeſtim erecta eſt, & glori-
14 ficabat Deum. ‡ Reſpondens autem ar-
chiſynagogus, indignans quia ſabbatho
curaſſet Ieſus, dicebat turbæ, Sex dies
ſunt in quibus oportet operari. in his er-
go venite, & curamini: & non in die ſab-
15 bathi. ‡ Reſpondens autem ad illũ Do-
minus dixit, 'Hypocrita', vnuſquiſque 'Hypo-
critæ MS.
veſtrum ſabbatho non ſoluit bouem R.Aug.6.
ſuum aut aſinũ à præſepio, & ducit ada-
16 quare? ‡ Hanc autem filiam Abrahæ
quam alligauit ſatanas, ecce, decem &
octo annis non oportuit ſolui à vinculo
17 iſto die ſabbathi? ‡ Et cùm hæc diceret,
erubeſcebant omnes aduerſarij eius: &
omnis populus gaudebat in vniuerſis
18 quæ gloriosè fiebant ab eo. ‡ ' Dicebat Mat.13,31.
Mar.4,30.
ergo, Cui ſimile eſt regnum Dei, & cui
19 ſimile 'æſtimabo' illud? ‡ Simile eſt gra- 'eſſe 2 MS.
'exiſti-
no ſinâpis, quod acceptum homo miſit mabo 4
in hortum ſuum, & creuit: & factum eſt MS.
in arborem magnã, & volucres cæli re-
20 quieuerunt in ramis eius. ‡ ' Et iterum Mat.13,33.
'exiſti-
dixit, Cui ſimile 'æſtimabo' regnũ Dei? mabo 3
21 MS.
‡ Simile eſt fermento, quod acceptum
mulier abſcondit in farinæ ſata tria: do-
22 nec fermentaretur totum. ‡ Et ibat per
ciuitates

ciuitates & caſtella docẽs, & iter faciens
in Ieruſalem. ‡ Ait autem illi quidam, 23
Dñe, ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe au-
Mat.7,13. tem dixit ad illos, ‡ Contendite intrare 24
per anguſtam portam: quia multi, dico
vobis, quærent intrare, & non poterunt.
Mat.25,10. ‡ ' Cùm autem intrauerit paterfamiliâs, 25
& clauſerit oſtium, & incipietis foris ſta-
re, & pulſare oſtium, dicentes, Domine
aperi nobis: & reſpondens dicet vobis,
Neſcio vos vnde ſitis: ‡ tunc incipietis 26
dicere, Manducauimus coram te & bi-
bimus, & in plateis noſtris docuiſti. ‡ Et 27
Mat.7,23. & 25,41. Pſal.6. dicet vobis, 'Neſcio vos, vnde ſitis: 'diſ-
cedite à me omnes operarij iniquitatis.
‡ Ibi erit fletus & ſtridor dentium: cùm 28
videritis Abraham & Iſaac & Iacob, &
omnes Prophetas in regno Dei, vos au-
tem expelli foras. ‡ Et venient ab Orien- 29
te & Occidente & Aquilone & Auſtro:
Mat.19,30 & 20,16. Mar.10,31. & accumbent in regno Dei. ‡ ' Et ecce 30
'erunt' o. ſunt nouiſſimi qui 'erunt' primi, & ſunt
primi, qui 'erunt' nouiſſimi. ‡ In ipſa die 31
acceſſerunt quidam Phariſæorũ, dicen-
tes illi, Exi & vade hinc: quia Herodes
vult te occidere. ‡ Et ait illis, Ite, & dicite 32
vulpi illi, Ecce eijcio dæmonia, & ſanita-
tes perficio hodie & cras, & tertia die cõ-
ſummor. ‡ Veruntamẽ oportet me ho- 33
*4 MS.G. die & cras & ſequẽti die 'ambulare: quia
non capit prophetam perire extra Ieru-
Mat.23,37 ſalem. ‡ ' Ieruſalem, Ieruſalem quæ oc- 34
'miſſi ſunt MS. G.S. cîdis Prophetas, & lapidas eos qui 'mit-
tuntur' ad te, quoties volui congregare
filios tuos quemadmodum auis nidum
'relinquetur' ſuum ſub pennis, & noluiſti? ‡ Ecce 35
'relinquetur' vobis domus veſtra 'deſerta'.
Dico autẽ vobis, quia non videbitis me
donec veniat cũ dicetis, 'Benedictus qui
Pſ.117,26. venit in nomine Domini.

CAP. XIIII.

ET factum eſt: cùm intraret Ieſus in 1
domum cuiuſdam principis Phari-
ſęorum ſabbatho manducare panem, &
ipſi obſeruabant eum. ‡ Et ecce homo 2
quidam hydropicus erat ante illum. ‡ Et 3
reſpondens Ieſus dixit ad Legiſperitos
& Phariſæos, dicens, Si licet ſabbatho
curare? ‡ At illi tacuerunt. Ipſe verò ap- 4
prehenſum ſanauit eum: ac dimiſit.
5 ‡ Et reſpondens ad illos dixit, Cuius ve-
ſtrum aſinus aut bos in puteum cadet:
& non continuò extrahet illum die ſab-
6 bathi? ‡ Et non poterant ad hæc re-
7 ſpondere illi. ‡ Dicebat autem & ad in-
uitatos parabolam, intendens quomo-
do primos accubitus eligerent, dicens
8 ad illos, ‡ Cùm inuitatus fueris * ad nu- *ab aliquo G.S.
ptias, non diſcumbas in primo loco, ne
fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo:
9 ‡ & veniens is qui te & illum vocauit,
dicat tibi, Da huic locum: & tunc inci-
pias cum rubore nouiſſimum locum te-
10 nere. ‡ ſed cùm vocatus fueris, vade, re-
cumbe in nouiſſimo loco: vt cùm ve-
nerit qui te inuitauit, dicat tibi, 'Ami- Prou.25,7. Mat.23,12
ce, aſcende ſuperiùs. Tunc erit tibi glo-
11 ria corã ſimul diſcumbentibus: ‡ ' quia Inf.18,14.
omnis qui ſe exaltat humiliabitur: & qui
12 ſe humiliat exaltabitur. ‡ Dicebat autem
& ei qui ſe inuitauerat, 'Cùm facis pran- Tob.4,7. Pro.3,9.
dium aut cœnam, noli vocare amicos
tuos, neque fratres tuos, neque cogna-
tos, neque vicinos diuites: ne fortè te &
13 ipſi reinuitẽt, & fiat tibi retributio. ‡ ſed
cùm facis conuiuium, voca pauperes,
14 debiles, claudos, & cæcos, ‡ & beatus
eris, quia non habent retribuere tibi: re-
tribuetur enim tibi in reſurrectione iu-
15 ſtorum. ‡ Hæc cùm audiſſet quidam de
ſimul diſcumbentibus, dixit illi, Beatus
qui "manducabit' panem in regno Dei. "manduca-
cat R.
16 ‡ At ipſe dixit ei, 'Homo quidam fecit Mat.22,2. Apoc.19,9.
17 cœnam magnam, & vocauit multos. ‡ Et
miſit ſeruum ſuũ hora cœnæ dicere in-
uitatis vt venirent, quia iam parata ſunt
18 omnia. ‡ Et cœperunt ſimul omnes ex-
cuſare. Primus dixit ei, Villã emi, & ne-
ceſſe habeo exire & videre illam, rogo te
19 habe me excuſatum. ‡ Et alter dixit, Iuga
boum emi quinque, & eo probare illa,
20 rogo te habe me excuſatum. ‡ Et alius
dixit, Vxorem duxi, & ideò non poſſum
21 venire. ‡ Et reuerſus ſeruus, nuntiauit
hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfa-
miliâs, dixit ſeruo ſuo, Exi citò in pla-
teas & vicos ciuitatis: & pauperes ac de-
biles & cæcos & claudos introduc huc.
22 ‡ Et ait ſeruus, Domine, factũ eſt vt im-
23 perasti: & adhuc locus eſt. ‡ Et ait domi-

nus seruo, Exi in vias & sepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea.
24 *Dico autẽ vobis, quòd nemo virorum illorũ qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. *Ibant autem turbæ multæ cum
25 eo: & conuersus dixit ad illos, *[Mat.10,37.] Si quis
26 venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animã suam:
27 non potest meus esse discipulus. *[Mat.10,38. & 16,24.] Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me: non potest meus esse discipulus.
28 *Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, "non' prius sedens cõputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: *
29 ne posteà quàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere
30 ei, *dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? *
31 Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem', non sedens prius cogitat, si possit cum decẽ millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus ve-

"nónne MSq. R.

32 nit ad se? *alioquin adhuc illo lõgè agente, legationem mittens, rogat ea quæ
33 pacis sunt. *Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet,
34 non potest meus esse discipulus. *[Mat.5,13. Mar.9,50.] Bonum est sal. Si autẽ sal "euanuerit: in quo
35 condietur? *Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

"quoque MS.s.

CAP. XV.

1 ERant autem appropinquãtes ei publicani & peccatores vt audirent
2 illũ. *Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. *Et ait ad illos
4 parabolã istam, dicens, *[Mat.18,12] Quis ex vobis homo qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, "nónne' dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eam?
5 *Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: *
6 & veniẽs domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Cõgratulamini mihi, quia inueni ouem meã quæ perierat? *
7 Dico vobis quòd ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis qui nõ indigent
8 pœnitentia. *Aut quæ mulier habens drachmas decẽ: si perdiderit drachmam vnam, "nónne' accendit lucernam, & "euertit' domum, & quærit diligenter,
9 donec inueniat*? *Et cũ inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicẽs: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam
10 quam perdideram? *Ita, dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno
11 peccatore pœnitentiã agente. *Ait autem, Homo quidam habuit duos filios:
12 *& dixit adolescentior ex illis patri, Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me cõtingit. Et diuisit illis substantiam.
13 *Et non post multos dies, congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiã suam viuendo luxuriosè.
14 *Et postquã omnia "consummasset', facta est fames valida in re-
15 gione illa, & ipse cœpit egere. *Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius. Et misit

"non 1 MS. "euertit 1 MS. R. G. S. *eam MS. ℌ

"cõsumpsisset 1 MS. G. S. *dissipasset 1 MS.

misit illum in villam suam vt pasceret
16 porcos. *Et cupiebat implere ventrem suũ de siliquis quas porci mãducabant:

"indomo MSS.

& nemo illi dabat. *In se autẽ reuersus,
17 dixit, Quanti mercenarij * patris mei abundant panibus: ego aũt hic fame pereo!
18 *Surgã, & ibo ad patrẽ meum, & dicam ei, Pater peccaui in cælũ & corã te:
19 *iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis.
20 *Et surgens vênit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, &
21 osculatus est eum. *Dixitq. ei filius, Pater, peccaui in cælum & coram te, iam
22 non sum dignus vocari filius tuus. *Dixit autem pater ad seruos suos, Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: *
23 & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: *
24 quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat

& inuentus est. Et cœperunt epulari.
25 *Erat autem filius eius senior in agro. & cùm veniret & appropinquaret domui,
26 audiuit symphoniam & chorũ: *& vocauit vnũ de seruis, & interrogauit quid
27 hæc essent. *Isque dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. *
28 Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare
29 illũ. *At ille respondens, dixit patri suo, Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuũ præteriui, & nunquam dedisti mihi hœdũ vt cum amicis meis
30 epularer: *sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam 'suam' cum meretricibus, vênit, occidisti illi vitulũ
31 saginatũ. *At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.
32 *epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.

'suam' G. S.

CAP. XVI.

1 DIcebat autem & ad discipulos suos, Homo quidam erat diues qui habebat villicũ: & hic diffamatus est apud
2 illum, quasi dissipasset bona ipsius. *Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis
3 tuæ: iam enim nõ poteris villicare. *Ait autem villicus intra se, Quid faciã quia domin' meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco.
4 *Scio quid faciam, vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos
5 suas. *Conuocatis itaque singulis debitoribus dñi sui, dicebat primo, Quantum debes domino meo? *
6 At ille dixit, Centum "cados' olei. Dixitq. illi, Accipe cautionem tuã: & sede, citò scribe quin-
7 quaginta. *Deinde alij dixit, Tu verò quantum debes? Qui ait, Centũ coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, &
8 scribe octoginta. *Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi, prudentiores
9 filijs lucis in generatione sua sunt. * Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammóna iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula.

"bătos G. Hier. q. 6. ad Algasiam.

*Qui

*Qui fidelis est in minino, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. *Si ergo in iniquo mammóna fideles non fuistis: quod verum est quis "credat" vobis? *Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis? *'Nemo seruus potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet: nõ potestis Deo seruire & mammónæ. *Audiebant autem omnia hæc *Pharisæi qui erant auari: & deridebant illum. *Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos corã hominib⁹, Deus aũt nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. *' Lex & prophetæ, vsq. ad Iohannem. ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. *' Facilius est autem cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. *' Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. *Homo quidam erat diues "&' induebatur purpura & byssо: & epulabatur quotidie splendidè. *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: *cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, *sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. *Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahę. Mortuus est autem & diues: & sepultus "est in inferno. *Eleuans autẽ oculos suos cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. *& ipse clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarũ vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flãma. *Et dixit illi Abraham, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. *& in his omnibus, inter nos & vos "chaos' magnũ firmatum est: vt hi qui volunt hinc trãsire ad vos, non possint, neq. indę huc transmeare. *Et

"credet MS. R. G. S.

Mat. 6, 24.

*&c.

Mat. 11, 12

Mat. 5, 18.

Mat. 5, 32. Mar. 10, 11 1 Cor. 7, 10

"qui MS.

*est. Et in inferno eleuãs. Aug. serm. 25. de diuersis. & alibi. G. S.

*chasma est Græcè, quod hiatum significat: cuius significationis est & Syriaca vox.

ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinq. fratres: *vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locũ tormentorum. *Et ait illi Abrahã, Habent Moysen & prophetas: audiant illos. *At ille dixit, Non pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. *Ait autem illi, Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAP. XVII.

ET ait ad discipulos suos, Impossibile est vt non veniant scandala: *' væ autem illi per quem veniunt. *' Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ eius, & proiiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnũ de pusillis istis. *Attẽdite vobis, *' Si peccauerit in te' frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. *Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me, dimitte illi. *Et dixerunt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem. *' Dixit autem Domi-

Mat. 18, 7.

Mat. 9, 42.

Mat. 18, 21 Luc. 19, 17. Eccl. 19, 13 -19 M. S.

Dominus, Si haberetis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro, Eradicare & transplantare in mare: & obediret vobis. *Quis autem vestrũ habens seruum arantem aut pascentem*, qui regresso de agro dicat illi, Statim, Transi, recũbe: *& non "dicit' ei, Para quod cœnem, & præcinge te & ministra mihi donec mãducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? *Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quę ei imperauerat? *Non puto. Sic & vos cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. *Et factũ est, dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. *Et cùm ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui ste-

*pgnes O. Græc. hab. G. S.

"dicat 7 MS. R.

terunt álonge. *& leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri. *Quos vt vidit, dixit, Ite, *' ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. *Vnus autem ex illis, vt vidit quia mũdatus est: regressus est, cum magna voce magnificãs Deum; *& cecidit in faciẽ ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. *Respondens aũt Iesus, dixit; Nõne decem mũdati sunt? & nouem vbi sunt? *Non est inuent⁹ qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. *Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit. *Interrogatus autem à Pharisæis, Quando venit regnũ Dei? respõdit eis, & dixit; Non venit regnum Dei cum obseruatione: *neque dicent, Ecce hîc, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. *Et ait ad discipulos suos, Venient dies quando desideretis videre vnum diem filij hominis: & non videbitis. *' Et dicent vobis, Ecce hîc & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. *nam sicut fulgur coruscans de sub cælo, in ea quæ sub cælo sunt, fulget: ita erit filius hominis in die sua. *Primũ autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. *' Et sicut factũ est in diebus Noë; ita erit & in diebus filij hominis. *Edebant, & bibebant, vxores ducebãt, & dabantur ad nuptias, vsque in diem qua intrauit Noë in arcam: & vênit diluuium, & perdidit omnes. *Similiter ' sicut factum est in diebus Lot: Edebant & bibebant; emebãt, & vendebant; plãtabant, "&' ædificabant: *qua die autẽ exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit: *secũdum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. *In illa "hora' qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter nõ redeat retro. *Memores estote vxoris Lot. *' Quicunque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicunque perdiderit illã, viuificabit eam. *Dico vobis, ' in illa nocte erũt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur: *duæ erunt molẽtes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur. "duo in agro: vnus assumetur, & alter relinquetur". *Respondentes dicunt illi, Vbi Dñe? *Qui dixit illis, Vbicunq. fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

Luc. 16, 2.

Mat. 17, 19

Mat. 24, 23 Mar. 13, 21

Mat. 24, 37 Gen. 7, 5.

Gen. 19, 24

-4 MS. d.

"die 3 MS. R. G. S.

Sup. 9, 24. Mat. 10, 39 Mar. 8, 35. Ioh. 12, 25.

Mat. 24, 40 1 Th. 4, 17.

-4 MS. G. q. Q. H.

Mat. 24, 41

CAP.

CAP. XVIII.

Eccli.28,22 1 Th. 5, 17.

1 DIcebat autem & parabolam ad illos quoniam oportet ¹ semper orare & non deficere, 2 dicens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. 3 Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduersario meo. 4 Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se, Etsi Deũ non timeo, nec hominem reuereor: 5 tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illã, ne in nouissimo veniens suggillet me. 6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit: 7 Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in illis? 8 Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamẽ filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? 9 Dixit autem & ad quosdã qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam*: 10 Duo homines ascendebant in templũ vt orarent: vnus 11 Pharisæus, & alter publicanus. 12 Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: vel- ut etiam hic publicanus. 13 ieiuno bis in sabbatho: decimas do omniũ quæ possideo. 14 Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. 15 Dico vobis, descendit hic iustificatus in domũ suam ab illo, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. 15 Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret. Quod cùm viderẽt discipuli, increpabant illos. 16 Iesus autem conuocans illos, dixit, Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos, talium est enim regnum Dei. 17 Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. 18 Et interrogauit eum quidã princeps, dicẽs, Magister bone, quid faciens vitam æternã possidebo? 19 Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus. 20 Mandata nosti: 'Non occides, Non mœchaberis, Non furtũ facies, Non falsum testimonium dices, Honora patrẽ tuum & matrem. 21 Qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. 22 Quo audito, Iesus ait ei, Adhuc vnũ tibi deest: omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. 23 His ille auditis, cõtristatus est: quia diues erat valde. 24 Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit, Quàm difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt! 25 Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. 26 Et dixerunt qui audiebãt, 27 Et quis potest saluus fieri? Ait illis, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. 28 Ait autem Petrus, Ecce, nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. 29 Qui dixit eis, Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domũ aut parentes, aut fratres, aut

* dicens MS 9.

Mat.19,16 Mar.10,17.

Exo.20,13.

aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, 30 & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitã æternam. 31 Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymã, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. 32 tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: 33 & postquã flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. 34 Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditũ ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. 35 Factum est autem, cũ appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. 36 Et cùm audiret turbã prætereuntem,

Mat.20,17 Mar.10,32

Mat.20,29. Mar.10,46

interrogabat quid hoc esset. 37 Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transiret. 38 Et clamauit dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. 39 Et qui præibãt, increpabant eũ vt taceret. Ipse verò multò magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. 40 Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cùm appropinquasset, interrogauit illũ, 41 dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit; Domine, vt videam. 42 Et Iesus dixit illi, Respice, fides tua te saluum fecit. 43 Et confestim vidit & sequebatur illum magnificans Deũ. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

CAP. XIX.

1 ET ingressus perambulabat Iericho. 2 Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. 3 & quærebat videre Iesum, quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. 4 Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. 5 Et cùm venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illũ, & dixit ad eum, Zachæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. 6 Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. 7 Et cùm viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. 8 Stans autem Zachæus, dixit ad 'Dominum', Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplum. 9 Ait Iesus ad eũ, Quia hodie salus domui huic facta est: eo quòd & ipse filius sit Abrahæ. 10 Venit enim filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat. 11 Hæc illis audientibus adiiciens, dixit parabolam, eo quòd esset prope Ierusalem; & quia existimarent quòd confestim regnũ Dei manifestaretur. 12 Dixit ergo, Homo quidam nobilis abiit in regionẽ longinquã accipere sibi regnum, & reuerti. 13 Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio. 14 Ciues autem eius oderant eũ: & miserunt legationem post illũ, dicentes, Nolumus hũc regnare super nos. 15 Et factũ est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: vt sciret quantum quisque negotiatus esset. 16 Vênit autem primus dicẽs, Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. 17 Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatẽ habens super decẽ ciuitates. 18 Et alter

Mat.18, 12

Mat.25,13.

" Iesu fri MS. S:

- 6 MS: G. S:

tes. *Et alter vênit, dicẽs, Dñe, mna tua 18
fecit quinque mnas. *Et huic ait, & tu 19
esto super quinque ciuitates. *Et alter 20
vênit, dicens, Domine, ecce mna tua
quam habui repositam in sudario. *ti- 21
mui enim te, quia homo austêrus es: tol-
lis quod non posuisti, & metis quod non
seminasti. *Dicit ei, De ore tuo te iudico 22
serue nequam. sciebas quòd ego homo
austêrus sum, tollens quod non posui, &
metens quod non seminaui: *& quare 23
non dedisti pecuniã meam ad mensam,
& ego veniens cum vsuris vtique exegis-
sem illam? *Et astantibus dixit, Auferte 24
ab illo mnam, & date illi qui decẽ mnas
habet. *Et dixerunt ei, Domine, habet 25
Cap.8,18. decem mnas. *'Dico autem vobis, quia 26
Mat.13,12 omni habẽti dabitur*: ab eo autem qui
25,29. non habet, & quod habet auferetur ab
Mar.4,25. *& abun- eo. *Veruntamen inimicos meos illos 27
dabit MS. qui noluerũt me regnare super se, adduc-
G q. cite huc: & interficite ante me. *'Et his 28
Mat.21,1. dictis, præcedebat ascendens Ierosoly-
Mar.11,1. mam. *Et factum est, 'cùm appropin- 29
quasset ad Bethphage & Bethaniam ad
montẽ qui vocatur Oliueti, misit duos
discipulos suos, *dicens, Ite in castellum 30
vos o. quod contra est: in quod introëuntes,
inuenietis pullum asinæ alligatum, cui
nemo vnquam hominum sedit: soluite
illum, & adducite. *Et siquis vos inter- 31
rogauerit, Quare soluitis? sic dicetis ei,
Quia Dominus operam eius desiderat.
*Abierunt autem qui missi erant: & in- 32
uenerunt sicut dixit illis, stantẽ pullum.
*Soluentibus aũt illis pullum, dixerunt 33
domini eius ad illos, Quid soluitis pul-
lum? *At illi dixerunt, Quia Dominus 34
Ioh.12,14. eum necessarium habet. *'Et duxerunt 35
illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta
sua supra pullum, imposuerunt Iesum.
*Eunte autem illo substernebant vesti- 36
menta sua in via. *Et cùm appropinqua- 37
ret iam ad descẽsum Montis oliueti, cœ-
discipu- perunt omnes turbæ 'descendentium'
lorum 5 gaudentes laudare Deum voce magna,
MS. G.S. super omnibus quas viderãt virtutibus,
*dicentes, Benedictus qui vênit rex in 38
nomine Domini, pax in cælo: & gloria in
excelsis. *Et quidam Pharisæorum de 39
turbis, dixerunt ad illum, Magister in- 40
crepa discipulos tuos. *Quibus ipse ait,
Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides
clamabunt. *Et vt appropinquauit, vi- 41
dens ciuitatem, fleuit super illã, dicens,
*Quia si "cognouisses' & tu, & quidem 42 "scites Hier. in c.2. Michæ, & alibi.
in hac die tua, quæ ad pacem tibi. nunc
autem abscondita sunt ab oculis tuis.
*Quia venient dies in te: & circũdabunt 43
te inimici tui vallo, & circundabunt te,
& coangustabunt te vndiq.; *& ad ter- 44
ram prosternent te, & filios tuos qui in
te sunt. '& non relinquent in te lapidem Mat.24,2. Mar.13,2. Infr.21,6.
super lapidem: eo quòd non cognoueris
tempus visitationis tuæ. *'Et ingressus 45 Mat.21,12 Mar.11,17
in templum, cœpit eiicere vendentes in
illo & ementes, *dicens illis, Scriptum 46
est, 'Quia domus mea, domus orationis Isai.56,7.
est. 'Vos autem fecistis illam speluncam Ier.7,11.
latronum. *Et erat docens quotidie in 47
templo. Principes autem sacerdotum &
Scribæ & Principes plebis quærebant
illum perdere: *& non inueniebãt quid 48
facerent illi. Omnis enim populus sus-
pensus erat, audiens illum.

CAP. XX.

ET factum est: in vna dierum docen- 1 Mat.21,23 Mar.11,27
te illo populum in templo & euan-
gelizante, conuenerunt principes sacer-
dotũ & Scribæ cum senioribus, *& aiunt 2
dicentes ad illum, Dic nobis, in qua po-
testate hæc facis? aut, Quis est qui dedit
tibi hanc potestatem? *Respondens au- 3
tem Iesus, dixit ad illos, Interrogabo vos
& ego vnum verbũ. Respondete mihi,
*Baptismus Iohannis de cælo erat, an ex 4
hominibus? *At illi cogitabant intra se, 5
dicentes, Quia si dixerimus, De cælo;
dicet, Quare ergo nõ credidistis illi? *Si 6
autem dixerimus, Ex hominibus, plebs
vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim
Iohannem prophetam esse. *Et respon- 7
derunt se nescire vnde esset. *Et Iesus ait 8
illis, Neque ego dico vobis in qua pote-
state hæc facio. *Cœpit autem dicere ad 9 Mat.21,33. Mar.12,1.
plebem parabolam hanc, 'Homo *plan- Isai.5,1.
tauit vineam, & locauit eam colonis: & Ier.2,21.
ipse peregrè fuit multis temporibus. *Et 10 *quidam MS. G q. c.
in tempore* misit ad cultores seruum, vt *vinde-
de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum mie 6 MS. Amb. legit videtur fructuum.
dimise-

dimiserunt eum inanẽ. *Et addidit alte- 11
rum seruum mittere. Illi aũt hunc quo-
que cædentes & afficientes contumelia,
dimiserunt inanem. *Et addidit tertium 12
mittere: qui & illum vulnerantes eiece-
runt. *Dixit aũt dominus vineæ, Quid 13
faciam? mittam filium meum dilectum:
forsitan cũ hunc viderint, verebuntur.
*Quem cùm vidissent coloni, cogitaue- 14
Vocate c. 5. runt intra se, dicentes, Hic est hæres, *oc-
cidamus illum, vt nostra fiat hæreditas.
*Et eiectum illum extra vineam, occi- 15
derunt. Quid ergo faciet illis dominus
vineæ? *veniet, & perdet colonos istos, 16
& dabit vineam alijs. Quo audito, dixe-
runt illi, Absit. *Ille autem aspiciens eos 17
Ps.117,21. Isa.8,14. Ier.9,33. 1Pet.2,8. Isa.28. Mat.21,42 ait, Quid est ergo hoc quod scriptũ est,
'Lapidem quem reprobauerunt ædifi-
cantes, hic factus est in caput anguli?
*Omnis qui ceciderit super illum la- 18
pidem, conquassabitur: super quem au-
tem ceciderit, cõminuet illum. *Et quę- 19
rebant principes sacerdotum & Scribæ
mittere in illum manus illa hora: & ti-
muerunt populum. cognouerunt enim
quòd ad ipsos dixerit similitudinẽ hanc.
Mat.22,15 Mar.12,13 *'Et obseruantes, miserunt insidiatores 20
qui se iustos simularent: vt caperẽt eum
'vt 6 MSS. in sermone, "&' traderent illũ principa-
G. tui & potestati præsidis. *Et interroga- 21
uerunt eum, dicentes, Magister, scimus
quia rectè dicis & doces: & non accipis
personam, sed viam Dei in veritate do-
ces. *licet nobis tributum dare Cæsari, 22
an non? *Considerans autem dolum il- 23
lorum, 'dixit ad eos, Quid me tentatis?
*Ostendite mihi denarium: Cuius ha- 24
bet imaginem & inscriptionẽ? Respon-
dentes dixerunt, Cæsaris. *Et ait illis, 25
Rom.13,7. 'Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari:
& quæ sunt Dei, Deo. *Et nõ potuerunt 26
verbum eius reprehendere coram ple-
be: & mirati in responso eius, tacuerunt.
Mat.22,23 Mar.12,18 *'Accesserunt autem quidã Sadducæo- 27
rum qui negant esse resurrectionem, &
interrogauerunt eum, *dicentes, Magi- 28
Deut.25,5. ster, Moyses scripsit nobis, 'Si frater ali-
cuius mortuus fuerit habens vxorem,
& hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam
frater eius vxorẽ, & suscitet semen fratri
suo. *septem ergo fratres erant: & pri- 29
mus accepit vxorẽ, & mortuus est sine
filijs. *Et sequens accepit illam, & ipse 30
mortuus est sine filio. *Et tertius acce- 31
pit illam. Similiter & omnes septem, &
non reliquerunt semen, & mortui sunt.
*Nouissimè omnium mortua est & 32
mulier. *In resurrectione ergo, cuius 33
eorum erit vxor? siquidem septẽ habue-
runt eam vxorem. *Et ait illis Iesus, Fi- 34
lij huius seculi nubunt, & traduntur ad
nuptias: *'illi verò qui digni habebuntur 35
seculo illo & resurrectione ex mortuis,
neque "nubunt, neque ducunt vxores, "nubent neq. ducent MS. R.G.
neq. vltrà mori poterũt, æquales enim 36 *enim 4 MS. G.S.
angelis sunt: & filij sunt Dei, cùm sint
filij resurrectionis. *Quia verò resurgant 37
mortui, & Moyses ostẽdit, secus rubum
sicut dicit 'Dominum, Deũ Abraham, Exo.3,6. Mat.22,32 Mar.12,26
& Deum Isaac, & Deum Iacob. *Deus 38
autem non est mortuorũ, sed viuorum.
omnes enim viuunt ei. *Respondentes 39
autem quidam Scribarum, dixerunt ei,
Magister, bene dixisti. *Et amplius non 40
audebant eum quicquam interrogare.
*Dixit autem ad illos, Quomodo di- 41
cunt Christum, filium esse Dauid? *& 42
ipse Dauid dicit in libro Psalmorũ, 'Di- Mat.22,44 Mar.12,36 Psal.109,1.
xit Dominus Domino meo, sede à dex-
tris meis, *donec ponam inimicos tuos, 43
scabellum pedum tuorum? *Dauid er- 44
go Dominum illum vocat: & quomo-
do filius eius est? *Audiente autẽ omni 45
populo, dixit discipulis suis, *'Attendite 46 Mat.23,6. Mar.12,38 Sup.11.43.
à Scribis qui volunt ambulare in stolis,
& amant salutationes in foro, & primas
cathedras in synagogis, & primos discu-
bitus in conuiuijs. *qui deuorãt domos 47
viduarũ: simulantes longã orationem.
Hi accipient damnationem maiorem.

CAP. XXI.

RESpiciens autem, vidit eos qui mit- 1 Mar.12,41
tebant munera sua in gazophyla-
cium diuites. *Vidit autem & quãdam 2
viduam pauperculam mittentem æra
minuta duo. *Et dixit, Verè dico vobis, 3
quia vidua hæc pauper, plus quàm om-
nes misit. *nam omnes hi, ex abundanti 4
sibi miserunt in munera Dei: hæc autem
ex eo quod deest illi, omnem victum

suum quem habuit, misit. ‡Et quibus- 5
dam dicentibus de templo quòd bonis
lapidibus & donis ornatum esset, dixit:
Mat. 24, 1. Marc. 13, 1. Sup. 19, 44 ‡Hæc quæ videtis, 'venient dies in qui- 6
bus non relinquetur lapis super lapidem
qui non destruatur. ‡Interrogauerunt 7
autem illum, dicētes, Præceptor, quan-
do hæc erunt: & quod signum cùm fieri
incipient? ‡Qui dixit, Videte ne sedu- 8
camini. multi enim venient in nomine
meo, dicētes quia ego sum: & tēpus ap-
propinquauit, nolite ergo ire post eos.
‡Cùm autem audieritis prœlia & sedi- 9
tiones, nolite terreri: oportet primùm
hæc fieri, sed nondū statim finis. ‡Tunc 10
dicebat illis, Surget gens contra gentem,
& regnum aduersus regnum. ‡Et terræ- 11
motus magni erunt per loca, & pestilen-
tiæ, & fames. terroresq. de cælo, & signa
magna erunt. ‡Sed ante hæc omnia inii- 12
cient vobis manus suas: & persequentur
tradentes in synagogas & custodias, tra-
hentes ad reges & præsides propter no-
men meum, ‡continget autem vobis in 13
testimonium. ‡Ponite ergo in cordibus 14
vestris non præmeditari quēadmodum
respondeatis. ‡ego enim dabo vobis os 15
& sapientiam: cui non poterunt resiste-
re & contradicere omnes aduersarij ve-
stri. ‡Trademini autem à parentibus & 16
fratribus, & cognatis & amicis: & morte
afficient ex vobis. ‡& eritis odio omni- 17
*hominibus MS q. bus * propter nomē meum: ‡& capillus 18
de capite vestro nō peribit. ‡In patientia 19
Mat. 24, 15 Mar. 13, 14 Dan. 9, 27. vestra possidebitis animas vestras. ‡' Cū 20
autem videritis circūdari ab exercitu Ie-
rusalem: tūc scitote quia appropinqua-
uit desolatio eius. ‡tunc qui in Iudæa 21
sunt, fugiant ad montes: & qui in medio
eius, discedant: & qui in regionibus, non
intrēt in eam. ‡quia dies vltionis hi sunt, 22
vt impleantur omnia quæ scripta sunt.
‡Væ autē prægnantibus & nutrientibus 23
in illis diebus: erit enim pressura magna
super terram, & ira populo huic. ‡Et ca- 24
dent in ore gladij: & captiui ducentur in
omnes gentes. & Ierusalem calcabitur à
Mat. 24, 29 Mar. 13, 24 Isai. 13, 10. Ezec. 32, 7. Ioel. 3, 15. Gentibus: donec impleantur tempora
nationū. ‡' Et erunt signa in sole & luna 25
& stellis: & in terris pressura gentiū præ
confusione sonitus maris & fluctuum,
26 ‡arescentibus hominibus præ timore &
expectatione, quę superueniēt vniuerso
orbi. nam virtutes cælorum mouebun-
27 tur: ‡& tunc videbunt filium hominis
venientē in nube cum potestate magna
28 & maiestate. ‡His autem fieri incipien-
tibus, respicite & leuate capita vestra:
'quoniā appropinquat redēptio vestra. Rom. 8, 23.
29 ‡Et dixit illis similitudinem, ‡Videte fi-
30 culneam & omnes arbores: cùm produ-
cunt iam ex sē fructum, scitis quoniam
31 propè est æstas. ‡Ita & vos cùm videritis
hæc fieri, scitote quoniam propè est re-
32 gnum Dei. ‡Amen dico vobis quia non
præteribit generatio hæc, donec omnia
33 fiant. ‡Cælum & terra transibunt: verba
34 autem mea non transibunt. ‡' Attendi- Rom. 13, 13
te autem vobis, ne fortè grauentur cor-
da vestra in crapula & ebrietate & curis
huius vitæ: & superueniat in vos repen-
35 tina dies illa. ‡tanquam laqueus enim
superueniet in omnes qui sedent super
36 faciem omnis terræ. ‡Vigilate itaque,
omni tempore orantes, vt digni habea-
mini fugere ista omnia quæ futura sunt,
37 & stare ante filiū hominis. ‡Erat autem
diebus docēs in templo: noctibus verò,
exiens, morabatur in mōte qui vocatur
"manè ibat 3 MS. "manitabat 1 MS. Q. R. 38 Oliueti. ‡Et omnis populus "manicabat'
ad eum in templo audire eum.

CAP. XXII.

1 APpropinquabat autem dies festus Mat. 26, 2. Mar. 14, 1.
2 Azymorū, qui dicitur Pascha: ‡&
quærebant principes sacerdotū & Scri-
bæ, quomodo eum interficerent: time-
3 bant verò plebem. ‡' Intrauit autem sa- Mat. 26, 14 Mar. 14, 10
tanas in Iudā qui cognominabatur Isca-
4 riotes, vnum de duodecim. ‡& abijt, &
5 locutus est cū principibus sacerdotum
& magistratibus, quemadmodū illum
6 traderet eis. ‡Et gauisi sunt, & pacti sunt
pecuniā illi dare. ‡Et spopondit. Et quę-
rebat opportunitatem vt traderet illum
7 sine turbis. ‡' Venit autem dies Azymo- Mat. 26, 17 Mar. 14, 12
rum, in qua necesse erat occidi pascha.
8 ‡Et misit Petrum & Iohannem dicens,
Euntes parate nobis pascha, vt manduce-
9 mus. ‡At illi dixerunt, Vbi vis pare-
10 mus? ‡Et dixit ad eos, Ecce, introeunti-

bus vobis in ciuitatem, occurret vobis
*quidam MS q. homo *amphoram aquæ portans: sequi-
mini eum in domum in quam intrat,
11 ‡& dicetis patrifamilias domus, Dicit
tibi Magister, Vbi est diuersoriū vbi pa-
scha cum discipulis meis manducem?
12 ‡Et ipse ostendet vobis cœnaculum ma-
gnum stratū: & ibi parate. ‡Euntes au-
13 tem inuenerunt sicut dixit illis, & para-
Mat. 26, 20 Mar. 14, 17 uerunt pascha. ‡' Et cū facta esset hora, 14
discubuit, & duodecim Apostoli cum
15 eo. ‡& ait illis, Desiderio desideraui hoc
pascha manducare vobiscū, antequam
16 patiar. ‡Dico enim vobis, quia ex hoc
non manducabo illud, donec impleatur
17 in regno Dei. ‡Et accepto calice, gratias
egit, & dixit, Accipite & diuidite inter
18 vos. ‡dico enim vobis quòd non bibam
de generatione vitis, donec regnū Dei
1 Cor. 11, 24 19 veniat. ‡' Et accepto pane, gratias egit,
& fregit: & dedit eis, dicēs, Hoc est cor-
pus meum quod pro vobis datur. hoc
facite in meam commemorationem.
20 ‡Similiter & calicem, postquam cœna-
uit, dicens, Hic est calix nouū testamen-
Mat. 26, 21 Mar. 14, 20 tum in sanguine meo, qui pro vobis fun-
21 detur. ‡' Veruntamen ecce manus tra-
Ioh. 13, 18. 22 dentis me, mecū est in mensa. ‡Et qui-
Ysal. 49, 10 dem filius hominis 'secundum quod de-
finitum est, vadit: veruntamen væ ho-
*traditur 1 MS. G. S. mini illi per quē *tradetur'. ‡Et ipsi cœ- 23
perunt quærere inter se, quis esset ex eis
qui hoc facturus esset. ‡Facta est autem 24
& contentio inter eos, quis eorum vide-
Mat. 20, 25. Mar. 10, 42 retur esse maior. ‡Dixit autem eis, 'Re- 25
ges gentium dominantur eorum: & qui
potestatem habent super eos, benefici
vocantur. ‡Vos autem non sic: sed qui 26
'minor MS. S. maior est in vobis, fiat sicut 'iunior': &
qui præcessor est, sicut ministrator.
27 ‡Nam quis maior est, qui recumbit, an
qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego
autem in medio vestrum sum, sicut qui
28 ministrat: ‡vos autem estis qui perman-
29 sistis mecum in tentationibus meis. ‡Et
ego dispono vobis sicut disposuit mihi
30 pater meus, regnum: ‡vt edatis & biba-
tis super mensam meam in regno meo,
& sedeatis super thronos iudicātes duo-
31 decim tribus Israël. ‡Ait autem Domi-
nus, "Simon, Simon', ecce satanas expe- "Simonii, Simon 6.
32 tiuit vos vt cribraret sicut triticū: ‡ego
autem rogaui pro te vt non deficiat fides
tua: & tu aliquando conuersus, confir-
33 ma fratres tuos. ‡Qui dixit ei, Domi-
ne, tecum paratus sum & in carcerē &
34 in mortem ire. ‡Et ille dixit, Dico tibi Mat. 26, 34 Mar. 14, 30
Petre, non cantabit hodie gallus, donec
35 ter abneges nosse me. ‡Et dixit eis, Quā-
do misi vos 'sine sacculo & pera, & cal- Mat. 10, 9.
ceamentis: nunquid aliquid defuit vo-
36 bis? At illi dixerunt, Nihil. ‡Dixit ergo
eis, Sed nunc qui habet sacculū, "tollat', "tollet
similiter & perā: & qui non habet, "ven- MS. GQ. S. "vendet G 8.
dat' tunicam suam, & "emat' gladium. "emet G. S.
37 ‡Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc
'quod scriptū est, oportet impleri in me, Isai. 53, 12.
Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea
38 quæ sunt de me, finem habent. ‡At illi
dixerunt, Domine, ecce duo gladij hîc. Mat. 26, 36 Mar. 14, 32
39 At ille dixit eis, Satis est. ‡' Et egressus Ioh. 18, 1.

ibat secundùm cōsuetudinem in Mon-
tem oliuarum. Secuti sunt autem illum
40 & discipuli. ‡Et cùm peruenissent ad lo-

cum, dixit illis, Orate, ne intretis in tentationẽ. 41 Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positis genibus,
42 orabat, dicens, Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen nõ mea
43 voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et
44 factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. 45 Et cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ
46 tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem.
47 Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. 48 Iesus autem dixit illi, Iuda, osculo filium hominis tradis? 49 Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus in gladio? 50 Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram. 51 Respondens autem Iesus, ait, Sinite vsq. huc. Et cùm tetigisset auriculam eius, sanauit eum.
52 Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum & magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronem existis cũ gladijs & fustibus? 53 Cùm quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me, sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.
54 Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domũ principis sacerdotum: Petrus verò sequebatur à longè. 55 Accenso autẽ igne in medio atrij, & circunsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. 56 Quem cùm vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat. 57 At ille negauit eum, dicens, Mulier, non noui illum. 58 Et post pusillum alius videns eum, dixit, Et tu de illis es. Petrus verò ait, O homo nõ sum. 59 Et interuallo facto, quasi horæ vnius, 'alius quidam affirmabat, dicens, Verè & hic cum illo erat. nam & Galilæus est. 60 Et ait Petrus, Homo nescio quid dicis. Et cõtinuò adhuc illo loquente cantauit gallus. 61 Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, Quia prius quàm gallus 62 cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. 63 Et viri qui tenebant 'illum', illudebant ei, cædentes. 64 Et velauerunt eũ, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eũ dicentes, Prophetiza, quis est qui te percussit? 65 Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.
66 Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illũ in concilium
67 suum, dicẽtes, Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non cre-
68 detis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neq. dimitte-
69 tis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. 70 Dixerunt autẽ omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui
71 ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

CAP. XXIII.

1 ET surgẽs omnis multitudo eorum, duxerũt illum ad Pilatum. 2 Cœperunt autem illum accusare, dicentes, Hunc inuenimus subuertẽtem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem
3 esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille re-
4 spondens ait, Tu dicis. 5 Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causę in hoc homine. At illi inualescebant, dicẽtes, 'Commouet' populum docẽs per vniuersam Iudęam,
6 incipiens à Galilæa vsque huc. 7 Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit
8 quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. 9 Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde. erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eò quòd audiret multa de eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. 10 Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse

nihil illi respondebat. 10 Stabant autem principes sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum. 11 Spreuit autem illum Herodes cũ exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit
12 ad Pilatũ. 12 Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. nam antea inimici
13 erãt ad inuicem. 13 Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotũ & magistratibus, & plebe,
14 dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum, & ecce ego corã vobis interrogans, nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis.
15 Sed neque Herodes. nam remisi vos ad illum, & ecce, nihil dignũ morte actum
16 est ei. 16 Emendatũ ego illum dimittam.
17 Necesse autem habebat dimittere eis
18 per diem festum vnum. 18 Exclamauit autẽ simul vniuersa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam, 19 qui erat propter seditionem quandã factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. 20 Iterum autẽ Pilatus locutus est
21 ad eos, volens dimittere Iesum. 21 At illi succlamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. 22 Ille aũt tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. corripiã ergo illum, & dimittam. 23 At illi instabãt vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum. 24 Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. 25 Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerẽ, quem petebant, Iesum verò tradidit voluntati eorũ. 26 Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendã Cyrenensem veniẽtem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. 27 Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eũ. 28 Conuersus autẽ ad illas Iesus, dixit, Filiæ Ierusalem, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.
29 Quoniam, ecce, venient dies, in quibus dicent, Beatę steriles, & ventres qui non genuerunt, & hubera quæ non lactauerunt. 30 Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite
31 nos. 31 Quia si in viridi ligno hæc faciunt:
32 in arido quid fiet? 32 Ducebãtur autem & alij duo nequã cum eo, vt interficerentur. 33 Et postquam venerunt in locũ qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerũt eum: & latrones, vnum à dextris, & alterum à
34 sinistris. 34 Iesus autem dicebat, Pater, dimitte illis. non enim sciũt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes. 35 Et stabat populus 'expectans', & deridebãt eum principes cum eis, dicentes, Alios saluos fecit, se saluum
36 faciat, si hic est Christus, Dei electus. 36 Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, 37 dicentes,
38 Si tu es rex Iudæorum, saluũ te fac. 38 Erat autẽ & superscriptio scripta super eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis:
39 Hic est rex Iudæorum. 39 Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens, Si tu es Christus, sal-
40 uum fac temetipsum, & nos. 40 Respondens autem alter increpabat eũ, dicens, Neq. tu times Deum, 'quòd' in eadem
41 damnatione es? 41 Et nos quidẽ iustè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil
42 mali gessit. 42 Et dicebat ad Iesum, Domine, memento mei, cùm veneris in re-
43 gnum tuum. 43 Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso.
44 Erat autem ferè hora sexta: & tenebræ factę sunt in vniuersam terram vsque in
45 horam nonam. 45 Et obscuratus est sol: &
46 velum templi scissum est medium. 46 Et clamans voce magna Iesus ait, 'Pater, in manus tuas 'commendo' spiritũ meum. Et hæc dicens expirauit. 47 Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens, Verè hic homo
48 iustus erat. 48 Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. 49 Stabãt autem omnes noti eius à lõge: & mulieres quæ secutæ eum erãt à Galilæa hæc videntes.
50 Et ecce vir nomine Ioseph qui erat
51 decurio, vir bonus & iustus, hic nõ consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudęæ, qui expecta-

bat & ipſe regnum Dei. *hic acceſſit ad 52
Pilatum, & petiit corpus Ieſu: *& depo- 53
*illud G.S. ſitum inuoluit ſindone, & poſuit "eum' in monumento exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. *Et dies erat 54
paraſcéues, & ſabbathum illuceſcebat. *Subſecutæ autem mulieres quę cum eo 55
venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius. *Et reuertentes para- 56
uerunt aromata & vnguenta: & ſabbatho quidem ſiluerunt ſecundùm mandatum.

CAP. XXIIII.

Mat. 28, 1. Mar. 16, 2. Ioh. 20, 1. VNa autem ſabbathi valde diluculo 1
venerunt ad monumentũ, portantes quæ parauerant aromata: *& inue- 2
nerunt lapidẽ reuolutum à monumento. *Et ingreſſæ, non inuenerunt corpus 3
Domini Ieſu. *Et factũ eſt: dum mente 4
conſternatæ eſſent de iſto, ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti.
*Cùm timerent autem, & declinarent 5
vultum in terram, dixerũt ad illas, Quid quæritis viuentem cum mortuis? *non 6
eſt hîc, ſed ſurrexit. recordamini qualiter locutus eſt vobis, cùm adhuc in Ga-
Mat. 16, 21 17, 23. Mar. 9, 31. Sup. 9, 22. lilæa eſſet, *dicẽs, 'Quia oportet filium 7
hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi: & die tertia reſurgere. *Et recordatæ ſunt verborũ eius. 8
*Et regreſſæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris 9
omnibus. *Erat autem Maria Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad 10
Apoſtolos hæc. *Et viſa ſunt ante illos 11
ſicut deliramentum verba iſta, & non crediderunt illis. *Petrus autem ſurgens 12
cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina ſola poſita, & abiit
Mat. 16, 12 ſecum mirans quod factum fuerat. *'Et 13
ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emmaus.
*& ipſi loquebantur ad inuicem de his 14
omnibus quæ acciderãt. *Et factum eſt: 15
dum fabularentur & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat cũ illis.
*oculi autem illorũ tenebantur ne eum 16
agnoſcerent. *Et ait ad illos, Qui ſunt 17
hi ſermones quos confertis ad inuicem
ambulantes, & eſtis triſtes? *Et reſpon- 18
dens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, & non cognouiſti quæ facta ſunt in illa, his 19
diebus? *Quibus ille dixit, Quę? Et dixerunt: De Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potẽs in opere & ſermone coram 20
Deo & omni populo: *Et quomodo eũ tradiderunt ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis, & 21
crucifixerunt eum. *nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redẽpturus Iſraël: & nunc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt 22
hodie quòd hæc facta ſunt. *Sed & mulieres quædam ex noſtris, terruerũt nos, quę ante lucem fuerunt ad monumen- 23
tum, *& non inuẽto corpore eius, venerunt, dicentes ſe etiã viſionem angelo- 24
rum vidiſſe, qui dicunt eum viuere. *Et abierunt quidã ex noſtris ad monumentum: & ita inuenerũt ſicut mulieres dixerunt, ipſum verò non "inuenerunt'. *viderunt G. S.
*Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti, & tardi 25
corde ad credendũ in omnibus quæ lo- 26
cuti ſunt Prophetæ! *Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in glo- 27
riam ſuam? *Et incipiẽs à Moyſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant.
*Et appropinquauerunt caſtello quò 28
ibãt: & ipſe ſe finxit longiùs ire. *Et coẽ- 29
gerunt illum, dicẽtes, Mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt
ve manet G. S. iam dies. Et intrauit *cũ illis. *Et factum 30
eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porri- 31
gebat illis. *Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipſe euanuit ex 32
oculis eorum. *Et dixerunt ad inuicem, Nónne cor noſtrũ ardens erat in nobis,
nobis G. S. dum loqueretur *in via, & aperiret nobis 33
ſcripturas? *Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum 34
illis erant, *dicentes, Quòd ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. *Et ipſi 35
narrabant quæ geſta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione
Mar. 16, 14 Ioh. 20, 19. panis. *'Dum autem hæc loquuntur, 36
ſtetit

ſtetit Ieſus in medio eorum, & dicit eis, Pax vobis: ego ſum, nolite timere.
*Conturbati verò & conterriti, exiſti- 37
mabant ſe ſpiritum videre. *Et dixit eis, 38
Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcẽdunt in corda veſtra? *Videte manus 39
Luc. 3 31. G. S. meas, & pedes *, quia ego ipſe ſum, palpate, & videte: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.
*Et cũ hoc dixiſſet, oſtendit eis manus 40
& pedes. *Adhuc autem illis nõ credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit, 41
Habetis hîc aliquid quod manducetur?
*At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, 42
& fauum mellis. *Et cùm manducaſſet 43
coram eis, ſumens reliquias dedit eis. *Et 44
dixit ad eos, Hęc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos cũ adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt implere omnia quę ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me. *Tũc aperuit illis ſen- 45
ſum, vt intelligerent ſcripturas. *& dixit 46
Ysai. 7. eis, Quoniã 'ſic ſcriptũ eſt & ſic oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis tertia die: *& prædicari in nomine eius 47
pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ieroſolyma. *'Vos autem teſtes eſtis 48
Act. 1, Mat. 24, 26. 49. Luc. 24. 49. 'ecce I M S. G. Act. 1. 4. 'mittam M S. horũ. *'Et ego "mitto' promiſſum patris 49
mei in vos: 'vos autem ſedete in ciuitate, quoad vſque induamini virtute ex
Act. 1, 12. alto. *Eduxit autem eos foras in Betha- 50
niam; & eleuatis manibus ſuis benedixit eis. *'Et factum eſt: dum benedice- 51
Iac. 1, 35. Act. 16, 19 Act. 1, 9. ret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cælum. *Et ipſi adorantes regreſſi ſunt 52
in Ieruſalem cum gaudio magno: *& 53
erant ſemper in templo, laudãtes & benedicentes Deum. Amen.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM.

CAPVT PRIMVM.

1 IN principio erat verbum, & verbum erat
2 apud Deum, & Deus erat verbum. *Hoc
3 erat in principio apud Deum. *Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt
4 "nihil quod factum eſt. *In ipſo vita erat, "nihil. Quod factum eſt, in MS. Aug. Gq.
5 & vita erat lux hominũ: *& lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non compre-
6 henderunt. *'Fuit homo miſſus à Deo, *Mat. 3, 2. Mar. 1, 2.*
7 cui nomen erat Iohannes. *Hic vênit in teſtimonium: vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per
8 illum. *non erat ille lux: ſed vt teſtimo-
9 nium perhiberet de lumine. *'Erat lux *Inſr. 3, 19.*
vera quę illuminat omnem hominẽ ve-
10 nientem in 'hunc' mundum. *in mun- -5 MS. S. Heb. 11, 8.*
do erat, & 'mũdus per ipſum factus eſt,

& mundus eum non cognouit. *In propria venit, & ſui eum non receperunt.
*quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. *qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. *Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriã quaſi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. *Iohãnes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens, Hic erat quem dixi, Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat. *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. *quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. *Et hoc eſt 'teſtimonium Iohannis, quando miſerunt Iudęi ab Ieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? *Et confeſſus eſt, & non negauit: '& confeſſus eſt, Quia non ſum ego Chriſtus. *Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Nõ ſum. Propheta es tu? Et reſpondit, Non. *Dixerunt ergo ei, Quis es, vt reſponſum demus his qui miſerunt nos? quid dicis de te ipſo? *Ait, 'Ego vox clamantis in deſerto, Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta. *Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. *Et interrogauerunt eum, & dixerũt ei, Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta? *Reſpondit eis Iohannes, dicens, 'Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis.
*Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego nõ ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calceamenti. *Hæc in "Bethania' facta ſunt trans Iordanẽ, vbi erat Iohannes baptizans. *"Altera die vidit' Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit "peccatum' mundi. *Hic eſt de quo dixi, Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia prior me erat.
*& ego neſciebam eum, ſed vt manifeſtetur "in Iſraël', propterea veni ego in aqua baptizans. *Et teſtimonium perhibuit Iohannes, dicens, 'Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbã de cælo, & manſit ſuper eum. *Et ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quẽ videris Spiritum deſcendentẽ & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. *Et ego vidi: & teſtimonium perhibui quia hic eſt filius Dei.
*Altera die iterum ſtabat Iohannes, & ex diſcipulis eius duo. *Et reſpiciens Ieſum ambulantẽ, dicit, Ecce agnus Dei. *Et audierunt eũ duo diſcipuli loquentem, & ſecuti ſunt Ieſum. *Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, interpretatum, Magiſter) vbi habitas? *Dicit eis, Venite, & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manſerunt die illo: hora autem erat quaſi decima. *Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & ſecuti fuerant eũ. *Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Meſſiam. (quod eſt, interpretatum, Chriſtus.) *Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus, dixit, Tu es Simon filius "Iona': tu vocaberis Cephas. (quod interpretatur, Petrus.)
*In craſtinũ voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dicit ei Ieſus, Sequere me. *Erat autẽ Philippus à Bethſaida, ciuitate Andreæ & Petri. *Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem 'ſcripſit Moyſes in lege & 'Prophetæ: inuenimus Ieſum filium Ioſeph, à Nazareth. *Et dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus, Veni & vide. *Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo, Ecce, verè Iſraëlita, in quo dolus nõ eſt. *Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Prius quàm te Philippus vocaret, cùm eſſes ſub ficu, vidi te. *Reſpondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſraël.
*Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. *Et dicit ei, Amen, amen dico vobis, *videbitis cælum apertum, & 'angelos Dei aſcendentes & deſcendentes, ſupra Filium hominis.

Mat. 1, 16. Luc. 2, 7.
1 Tim. 6, 17
1 Ioh. 4, 12.
1 Tim. 6, 16
Inſr. 3, 26.
Inſr. 3, 28.
Iſai. 40, 3. Mat. 3, 3. Mar. 1, 3. Luc. 3, 4.
Mat. 3, 11. Mar. 1, 7. Luc. 3, 16.
Act. 1, 5. 2, 2. 11, 16. 19, 4.
"Bethabara Q. n.
"Poſtera die videt 3 MS. G.
"peccata MS q.
"Iſraëli MS. Aug. G. 5.
Mat. 3, 16. Mar. 1, 10. Luc. 3, 22.
"Iohanna MS q. "Iohannis o q.
Gen. 3, 15. 49, 10. Deu. 18, 18 Iſai. 40, 10. 45, 8. Ier. 23, 5. Ezec. 34, 23 37, 24, 25. Dan 9, 24 25.
'quando 2. 6. 5. Mat. 24, 30 26, 64.

CAP. II.

ET die tertia nuptiæ factę ſunt in Cana Galilææ: & erat mater Ieſu ibi.
*Vocatus eſt autem & Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias. *Et deficiente vino dicit mater Ieſu ad eum, Vinum non habent. *Et dicit ei Ieſus, Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea.
*Dicit mater eius miniſtris, Quodcunque dixerit vobis, facite. *Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ, ſecundum purificationem Iudæorũ, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas.
*Dicit eis Ieſus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum.
*Et dicit eis Ieſus, Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. *Vt autem guſtauit architriclinus 'aquam vinũ factam, & non ſciebat vnde eſſet, miniſtri autem ſciebant quòd hauſerant aquam: vocat ſponſum architriclinus, *& dicit ei, Omnis homo primum bonũ vinum ponit: & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt. Tu autẽ ſeruaſti bonum vinum vſq. adhuc. *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ: & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius. *Poſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe & mater eius, & fratres eius, & diſcipuli eius: & ibi manſerunt non multis diebus. *Et propè erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam: *& inuênit in templo vendentes boues & oues & columbas, & numularios ſedentes. *Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. *Et his qui columbas vendebant, dixit, Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. *Recordati ſunt verò diſcipuli eius quia ſcriptum eſt: 'Zelus domus tuæ comedit me. *Reſponderunt ergò Iudęi & dixerunt ei, Quod ſignum oſtẽdis nobis quia hæc facis? *Reſpondit Ieſus, & dixit eis, 'Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. *Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & ſex annis ędificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? *Ille autẽ dicebat de templo corporis ſui. *Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat, '& crediderunt ſcripturę, & ſermoni quem dixit Ieſus. *Cùm autem eſſet Ieroſolymis in paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius quæ faciebat. *Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eo quòd ipſe noſſet omnes, *& quia opus ei non erat vt quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

Mat. 4, 46.
Pſal. 68, 10.
Mat. 26, 61 27, 40. Mar. 14, 58 23, 29.
Pſal. 3, 6 56, 9.

CAP. III.

ERat autem homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. *Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei, Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter,

"διδάσκαλος

gister', nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. ‡Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, 3
*renatus MS q. R. *desuper c. amẽ dico tibi, nisi quis *natus' fuerit *denuò', non potest videre regnum Dei.
‡Dicit ad eum Nicodemus, Quomodò 4
*renasci MS q.R. potest homo nasci, cùm sit senex? nunquid potest in ventrẽ matris suæ iterum introire & *nasci'? ‡Respondit Iesus, 5
sancto MS. Aug. Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei. ‡Quod natum est 6
ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. ‡Non mireris, quia 7
dixi tibi, oportet vos nasci denuò. ‡Spi- 8
ritus vbi vult spirat: & vocem eius audis,
Ps. 134, 2. *aut MS q. ¶sed nescis vnde veniat, *&' quo vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu. ‡Re- 9
spondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodò possunt hęc fieri? ‡Respõdit Iesus, 10
& dixit ei, Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? ‡Amen, amen dico tibi, 11
quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimoniũ nostrum non accipitis. ‡Si terrena dixi vobis & 12
non creditis; quomodò si dixero vobis
*ἐπουρά- νια Gr. cælestia, credetis? ‡Et nemo *ascendit in 13
Num. 21, 9. cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo. ‡¶Et sicut 14
Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ‡vt 15
1 Ioh. 4, 9. omnis qui credit in ipsum, non pereat, ¶sed habeat vitam æternam. ‡¶Sic enim 16
Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitã æternam. ‡Non enim misit Deus filiũ suum 17
in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mũdus per ipsum. ‡Qui credit 18
*credit MS q. in eum, non iudicatur; qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non *credidit' in nomine vnigeniti filij Dei. ‡Hoc 19
Sup. 1, 9. est autem iudicium: quia ¶lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucẽ: erant enim eorum
*mala MS. G.S. mala opera. ‡Omnis enim qui *malè' 20
agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguãtur opera eius. ‡qui autem 21
facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt

22 facta. ‡Post hæc vênit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic demora-
23 batur cum eis, & ¶baptizabat. ‡Erat Inf. 4, 1. autem & Iohannes baptizans in Ænon iuxta Salim: quia aquæ multæ erãt illic,
24 & veniebant, & baptizabantur. ‡Nondum enim missus fuerat Iohãnes in car-
25 cerem. ‡Facta est autem quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purifi-
26 catione. ‡Et venerunt ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem cui tu ¶testimonium perhi- Sup. 1, 19. buisti, ecce hic baptizat, & omnes ve-
27 niunt ad eum. ‡Respondit Iohannes, & dixit, Non potest homo accipere quic-
28 quam, nisi fuerit ei datum de cælo. ‡Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, ¶quòd Sup. 1, 20. dixerim, Non sum ego Christus: sed
29 quia missus sum ante illum. ‡Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autẽ sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocẽ sponsi. Hoc ergo gaudium
30 meum impletum est. ‡Illum oportet
31 crescere: me autẽ minui. ‡Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de
32 cælo venit, super omnes est. ‡Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimo-
33 nium eius nemo accipit: ‡Qui *accepit *autem MS. Aug. 2. eius testimonium, signauit ¶quia Deus Rom. 3, 4. Inf. 8, 26.
34 verax est. ‡Quẽ enim misit Deus, verba Dei loquitur, non enim ad mensurã dat
35 Deus spiritum. ‡Pater diligit filium: &
36 omnia dedit in manu eius. ‡¶Qui credit 1 Ioh. 5, 10. in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

CAP. IIII.

1 VT ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi quòd Iesus plures di-
Sup. 3, 22. scipulos facit, & ¶baptizat, quàm Iohan-
2 nes, ‡(quamquam Iesus non baptizaret,
3 sed discipuli eius) ‡reliquit Iudæam, &
4 abijt iterum in Galilæam. ‡oportebat au-
5 tem eum transire per Samariam. ‡Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dici-
*Sichem legẽdum putat Hier. Gen. 33, 19. 48, 22. Ios. 24, 32. tur *Sichar': ¶iuxta prædium quod dedit
6 Iacob Ioseph filio suo. ‡Erat aũt ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat *quasi *autem MS q. sexta.

sexta. ‡Venit mulier de Samaria haurire 7
aquam. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere.
‡Discipuli enim eius abierant in ciuita- 8
tem, vt cibos emerent. ‡Dicit ergo ei 9
mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Iudæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? nõ enim coü-

tuntur Iudæi Samaritanis. ‡Respondit 10
Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi
aquam viuam. ‡Dicit ei mulier, Domi- 11
ne, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquã viuam? ‡Nunquid tu maior es patre no- 12
stro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? ‡Respondit Iesus, & dixit ei, Om- 13
nis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterũ: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ. ‡sed aqua quam 14
ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. ‡Dicit ad eum mu- 15
lier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam: neque veniam huc haurire.
‡Dicit ei Iesus, Vade, voca virũ tuum, 16
& veni huc. ‡Respondit mulier, & dixit, 17
Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene
‡quinque 18
dixisti, quia non habeo virũ. enim viros habuisti: & nunc quẽ habes,
non est tuus vir. hoc verè dixisti. ‡Dicit 19
ei mulier, Domine, video quia Prophe-
‡Patres nostri in monte hoc ado- 20
ta es tu. rauerunt, & vos dicitis, ¶quia Ierosoly- Deu. 12, 5.
mis est locus vbi adorare oportet. ‡Di- 21
cit ei Iesus, Mulier, crede mihi, quia *venit *venit 2 MS. G. 3. hora, quando neque in monte hoc, neq. in Ierosolymis adorabitis Patrem.
‡¶Vos adoratis quod nescitis: nos ado- 22 4 Reg. 17. 28, 30.
ramus quod scimus, quia salus ex Iudæis
est. ‡Sed venit hora, & nunc est, quan- 23
do veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nã & Pater tales quę-
rit, qui adorent eũ. ‡¶Spiritus est Deus: 24 2 Cor. 3, 17.
&, eos qui adorant eum, in spiritu & ve-
ritate oportet adorare. ‡Dicit ei mulier, 25
Scio, quia Messias venit, (qui dicitur Christus): cùm ergo venerit, ille nobis
annuntiabit omnia. ‡Dicit ei Iesus, Ego 26
sum qui loquor tecũ. ‡Et continuò ve- 27
nerũt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, Quid quæris, aut quid loqueris
cum ea? ‡Reliquit ergo hydriam suam 28
mulier: & abijt in ciuitatem, & dicit il-
lis hominibus, ‡Venite, & videte ho- 29
minem qui dixit mihi omnia quæcunq.
feci, nũquid ipse est Christus? ‡Exierunt 30
ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.
‡Interea rogabant eũ discipuli, dicen- 31
tes, Rabbi, manduca. ‡Ille autem dixit 32
eis, Ego cibum habeo mãducare quem
vos nescitis. ‡Dicebant ergo discipuli ad 33
inuicẽ, Nunquid aliquis attulit ei man-
ducare? ‡Dicit eis Iesus, Meus cibus est 34
vt faciam voluntatem eius qui misit me,
vt perficiam opus eius. ‡Nónne vos di- 35
citis, quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate
oculos vestros, & videte regiones, quia
albæ sunt iam ad ¶messem. ‡Et qui metit, 36 Mat. 9, 37. Luc. 10, 2.
mercedẽ accipit, & congregat fructum
in vitam ęternã: vt & qui seminat, simul
gaudeat & qui metit. ‡In hoc enim est 37

verbum

verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. ‡Ego misi vos 38
metere quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. ‡Ex ciuitate autẽ illa multi cre- 39
diderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci. ‡Cùm venissent ergo ad 40
illum Samaritani, rogauerunt eũ vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. ‡Et 41
*in eum 5 MS. G. S. multò plures crediderunt *propter sermonẽ eius. ‡Et mulieri dicebant, Quia 42
iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuim⁹, & scimus quia
Christus e. s. hic est verè saluator mundi. ‡Post duos 43
autẽ dies exijt inde: & abijt in Galileam.
Mat. 13, 57 Mar. 6, 4. Luc. 4, 24. ‡Ipse enim Iesus 'testimonium perhi- 44
buit quia Propheta in sua patria honorem non habet. ‡Cùm ergo venisset in 45
Mat. 4, 12. Mar. 1, 14. Luc. 4, 14. Galileam, exceperunt eum Galilęi, cùm omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum. ‡Venit ergo iterum in Ca- 46
Sup. 2, 9. na Galilææ, vbi fecit 'aquam vinum. Et
*Q. R. erat quidã 'regulus' cuius filius infirmabatur Capharnaũ. ‡Hic cùm audisset 47
quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæã, abijt ad eum, & rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius. incipiebat enim mori. ‡Dixit ergo Iesus ad eum, 48
* credetis MS. G. S. Nisi signa & prodigia videritis, nõ 'creditis'. ‡Dicit ad eum regulus, Domine, 49
descẽde prius quã moriatur filius meus.
‡Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. 50
Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. ‡Iam autẽ eo descendente, serui occurrerũt ei, & nuntiauerunt 51
dicentes, quia filius eius viueret. ‡Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri 52
hora septima reliquit eum febris. ‡Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in 53
qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit. & credidit ipse & domus eius tota. ‡Hoc 54
iterum secundum signũ fecit Iesus, cùm venisset à Iudæa in Galilæam.

CAP. V.

Lev. 23, 5. Deu. 16, 1. POst hæc erat 'dies festus Iudęorum, 1
& ascendit Iesus Ierosolymam. ‡Est 2
autem Ierosolymis ' ' super' Probatica, piscina quæ cognominatur Hebraicè 'Bethsaida', quinque porticus habens. 3
‡In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. ‡Angelus 'autem' Domini descendebat se- 4
cundùm tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionẽ aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. ‡Erat autem quidam homo ibi trigin- 5
ta & octo annos habens in infirmitate sua. ‡Hunc cùm vidisset Iesus iacẽtem, 6
& cognouisset, quia iam multũ tempus haberet, dicit ei, Vis sanus fieri? ‡Re- 7
spondit ei languidus, Domine, hominẽ non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. ‡Dicit ei 8
Iesus, Surge, tolle grabátum tuum, & ambula. ‡Et statim sanus fact⁹ est homo 9
ille: & sustulit grabátum suum, & ambulabat. Erat autem sabbathum in die 10
illo. ‡Dicebant ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat, ' Sabbathum est, ' non licet Exo. 20, 11. Ier. 17, 24.
tibi tollere grabátum tuum. ‡Respondit 11
eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabátum tuum, & ambula. ‡In- 12
terrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabátum tuum, & ambula? ‡Is autem qui sanus 13
fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. ‡Postea inuenit eum Iesus in tem- 14
plo, & dixit illi, Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. ‡Abiit ille homo, & nuntia- 15
uit Iudæis quia Iesus esset qui fecit eum sanũ. ‡Propterea persequebantur Iudæi 16
Iesum, quia hæc faciebat in sabbatho.
‡Iesus autem respondit eis, Pater meus 17
vsque modò operatur: & ego operor.
‡Propterea ergo magis quærebant eum 18
Iudæi interficere: quia non solum soluebat sabbathum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.
‡Respondit itaque Iesus, & dixit eis, 19
Amen, amẽ dico vobis, nõ potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem

Patrem facientem. quæcũque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. ‡Pa- 20
ter enim diligit Filiũ, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini.
‡Sicut enim Pater suscitat mortuos & 21
viuificat: sic & Filius quos vult viuificat. ‡Neque enim Pater iudicat quen- 22
quam: sed omne iudicium dedit Filio,
‡vt omnes honorificẽt Filium, sicut ho- 23
norificant Patrem. qui non honorificat Filium, non honorificat Patrẽ, qui misit illum. ‡Amen, amen dico vobis, quia 24
qui verbũ meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iu-
'transiit 7 MS. Am. g. s. dicium non venit: sed 'transiet' à morte in vitam. ‡Amen, amen dico vobis, quia 25
venit hora & nunc est, quando mortui audient vocẽ Filij Dei, & qui audierint, viuent. ‡Sicut enim Pater habet vitam 26
in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso: ‡& potestatẽ dedit 27
*2. 4 MS. Ag. G. *Q. R. ei 'etiam' 'iudicium facere, quia Filius hominis est. ‡Nolite mirari hoc', quia 28
vẽnit hora in qua omnes qui in monu-
'filij Dei 9 Ma. 25, 46 mentis sunt, audient vocem 'eius', ‡& 29
procedent ' qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. ‡Non possum 30
ego à meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est. quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatẽ eius qui misit me. ‡Si ego 31
testimonium perhibeo de meipso, testi-
Ma. 3, 17. monium meum non est verum. ‡' Alius 32
'eius MS. e. s. est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium *quod
Ep. 1, 15. 1. perhibet de me. ‡' Vos misistis ad Iohan- 33
nem: & testimonium perhibuit veritati.
‡Ego autẽ non ab homine testimonium 34
accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis.
‡Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos 35
autem voluistis ad horã exultare in luce eius. ‡Ego autem habeo testimonium 36
maius Iohanne. Opera enim quæ dedit
'mihi MS. R. G. S. *Pater vt perficiã ea: ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibent de me, quia
Pater misit me. ‡& qui misit me Pater, 37
Ma. 3, 17. 17, 5. Deu. 4, 12. 'ipse testimonium perhibuit de me. neq. vocem eius vnquam audistis, neq. 'spe-
ciem eius vidistis, ‡& verbum eius non 38
habetis in vobis manens: quia quẽ misit
ille, huic vos non creditis. ‡Scrutamini 39
scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibẽt de me: ‡& non vultis 40
venire ad me vt vitam habeatis. ‡Clari- 41
tatem ab hominibus non accipio. ‡Sed 42
cognoui vos quia dilectionem Dei non
habetis in vobis. ‡Ego veni in nomine 43
Patris mei, & non 'accipitis' me: si alius *accepi- stis MS q.
venerit in nomine suo, illum accipietis.
‡Quomodo vos potestis credere, qui 44
gloriam abinuicem accipitis: & gloriam
quæ à solo Deo est, non quæritis? ‡No- 45
lite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrẽ. est qui accusat vos, Moyses,
in quo vos speratis. ‡Si enim crederetis 46
Moysi: crederetis forsitan & mihi. de
me enim ' ille scripsit. ‡Si autem illius Gen. 3, 15. 22, 18. & 49, 10. Deu. 18, 15.
literis non creditis: quomodo verbis meis credetis?

CAP. VI.

Mat. 14, 13 Mar. 6, 32. Luc. 9, 10. POst hæc 'abiit Iesus trans mare Gali- 1
lææ, quod est Tiberiadis: ‡& sequebatur eum multitudo magna, quia vide- 2
bant signa quę faciebat super his qui infirmabãtur. ‡Subiit ergo in montẽ Iesus: 3
& ibi sedebat cum discipulis suis. ‡Erat 4
autem proximum 'Pascha, dies festus Exo. 12, 14. Leu. 23, 5. Deu. 16, 21.
Iudæorum. ‡Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo ma- 5
xima venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes, vt mãducent hi?
‡Hoc autem dicebat tentans eum. ipse 6
enim sciebat quid esset facturus. ‡Re- 7
spondit ei Philippus, Ducentorũ denariorum panes nõ sufficiunt eis, vt vnusquisq. *modicum quid accipiat. ‡Dicit *eorum e. s.
ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater 8
Simõnis Petri, ‡Est puer vnus hîc qui 9
habet 'quinq. panes ordeaceos, & duos Mat. 14, 17 Marc. 6, 38. Luc. 9, 13.
pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?
‡' Dicit' ergo Iesus, Facite homines dis- 10 *Dixit MS. G. 9.
cumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia. ‡Accepit ergo 11
Iesus panes: & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus. similiter & ex
piscibus quantum volebant. ‡Vt autem 12
impleti

impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis, Colligite quę ſuperauerunt fragmẽta, ne pereant. [13] Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum ex quinque panibus ordeaceis quæ ſuperfuerunt his qui manducauerant. [14] Illi ergo homines cùm vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant, Quia hic eſt verè propheta qui venturus eſt in mundum. [15] Ieſus ergo cùm cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus. [16] Vt autem ſerò factum eſt, deſcenderũt diſcipuli eius ad mare. [17] Et cùm aſcendiſſent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum. & tenebræ iam factæ erant: & non venerat ad eos Ieſus. [18] Mare autem, vento magno flante, exurgebat. [19] Cùm remigaſſent ergo quaſi ſtadia viginti quinque aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſuper mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. [20] Ille autem dicit eis, Ego ſum, nolite timere. [21] Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & ſtatim nauis fuit ad terram quam ibant. [22] Altera die, turba quæ ſtabat trans mare, vidit quia nauicula alia nõ erat ibi niſi vna, & quia nõ introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent: [23] aliæ verò ſuperuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agente Domino. [24] Cùm ergo vidiſſet turba quia Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Ieſum. [25] Et cùm inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc veniſti? [26] Reſpondit eis Ieſus, & dixit, Amen, amen dico vobis, quæritis me non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. [27] Operamini nõ cibum qui perit, ſed qui permanet in vitã æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater ſignauit Deus. [28] Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei? [29] Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille. [30] Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? [31] Patres noſtri manducauerũt manna in deſerto: ſicut ſcriptum eſt, Panem de cælo dedit eis manducare. [32] Dixit ergo eis Ieſus, Amen amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panẽ de cælo verum. [33] Panis enim Dei eſt qui de cęlo deſcẽdit, & dat vitam mundo. [34] Dixerunt ergo ad eum, Domine, ſemper da nobis panem hunc. [35] Dixit autem eis Ieſus, Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet vnquam. [36] Sed dixi vobis quia & vidiſtis me, & nõ creditis. [37] Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eijciam foras. [38] quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed volũtatem eius qui miſit me. [39] Hæc eſt autẽ voluntas eius qui miſit me, Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. [40] Hæc eſt autẽ voluntas Patris mei, qui miſit me: vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. [41] Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet, Ego ſum panis qui de cælo deſcendi: & dicebant: [42] Nónne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo deſcẽdi? [43] Reſpondit ergo Ieſus, & dixit eis, Nolite murmurare [44] inuicem: nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. [45] Eſt ſcriptum in Prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. [46] Non quia Patrem vidit quiſquam, niſi is qui eſt à Deo: hic vidit Patrem. [47] Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. [48] Ego ſum panis vitæ. [49] Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto: & mortui ſunt. [50] Hic eſt panis de cælo deſcendens: vt ſiquis ex ipſo manducauerit, nõ moriatur. [51] Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum:

*& duobus piſcibus o.

Mat.14,23 Mat.6,46.

*in MS. *ad MS. Aug. c.s.

*Q.s.

*agentes Deo MS.

Sup.1,32. Mat.3,17. & 17,5.

1 Ioh.3,23.

autem MS.Aug. G.s.

enim MS.Aug. G q.s.

*viuus MS.R.

Mat.13,55.

*in 4 MS. G.s.

Iſai.54,13.

Mat.11,27

Exo.16,15.

æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. [52] Litigabant ergo Iudęi ad inuicem, dicentes, Quomodo poteſt hic nobis carnẽ ſuam dare ad manducandum? [53] Dixit ergo eis Ieſus, Amen, amẽ dico vobis, Niſi manducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitã in vobis. [54] Qui mãducat meam carnẽ, & bibit meum ſanguinẽ, habet vitam æternam: & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. [55] Caro enim mea, verè eſt cibus: & ſanguis meus verè eſt potus. [56] qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo. [57] Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. [58] Hic eſt panis qui de cælo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri mãna: & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. [59] Hæc dixit in ſynagoga docens, in Capharnaum. [60] Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixerunt, Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? [61] Sciens aũt Ieſus apud ſemetipſum quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit eis, Hoc vos ſcandalizat? [62] Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat prius? [63] Spiritus eſt qui viuificat: caro non prodeſt quicquã. verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. [64] Sed ſunt quidã ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent non credentes, & quis traditurus eſſet eum. [65] Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo. [66] Ex hoc multi diſcipulorum eius abierũt retrò: & iam non cũ illo ambulabant. [67] Dixit ergo Ieſus ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire? [68] Reſpõdit ergo ei Simõ Petrus, Dñe, ad quẽ ibimꝰ? verba vitæ ęternæ habes. [69] & nos credimus & cognouimus quia tu es Chriſtus filius Deiᵉ. [70] Reſpondit eis Ieſus, Nónne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus eſt? [71] Dicebat aũt Iudam Simõnis Iſcariótem: hic enim erat traditurus eũ, cùm eſſet vnus ex duodecim.

Mat.16,16 Mat.1,20. Luc.1,20. credidimus 1 MS.Aug. 6. vnus 2 MS.Aug. 6.s. de Iuda MS.1. Scariotem MS.s.

CAP. VII.

[1] POſt hæc ambulabat Ieſus in Galilæam, nõ enim volebat in Iudæam ambulare: quia quærebant eũ Iudæi interficere. [2] Erat aũt in proximo dies feſtus Iudæorũ, Scenopegia. [3] Dixerunt autem ad eum fratres eius, Tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videãt opera tua quæ facis. [4] Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palã eſſe. ſi hæc facis, manifeſta teipſum mundo. [5] Neq. enim fratres eius credebant in eum. [6] Dicit ergo eis Ieſus, Tempus meum nondũ aduenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratũ. [7] Non poteſt mundus odiſſe vos. me aũt odit: quia ego teſtimonium perhibeo de illo quòd opera eius mala ſunt. [8] Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego non aſcendo ad diem feſtum iſtum: quia meum tempus nondum impletum eſt. [9] Hæc cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. [10] Vt autem aſcenderũt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtũ, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto. [11] Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant, Vbi eſt ille? [12] Et murmur multus erat in turba de eo. Quidã enim dicebant, Quia bonus eſt. Alij autem dicebant, Non, ſed ſeducit turbas. [13] Nemo tamẽ palam loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. [14] Iam autẽ die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum, & docebat. [15] Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit? [16] Reſpondit eis Ieſus, & dixit, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. [17] Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoſcet de doctrina, vtrũ ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. [18] Qui à ſemetipſo loquitur, gloriã propriã quærit. qui aũt quærit gloriam eius qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt. [19] Nõne Moyſes dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? [20] Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit, Dæmonium habes: quis te quærit interficere? [21] Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Vnũ opus feci: & omnes miramini. [22] Propterea Moyſes dedit

vobis

*autem MS.R.G: *Galilæa 2 MS.G.s: *Iudæa 2 MS.G.s:

Leu.23,34:

*autem ò: *nõdum 3 MS.G.s: *aſcẽdam MS q:

multum 2 MS.Aug:

Exo.20,8ᵉ. & 24,3: Sup.5,18:

Leu.12,3:

vobis circuncisionẽ:(non quia ex Moy-
Gen.17,10. se est, sed ex patribus,) & in sabbatho
circunciditis hominem. 23 Si circuncisio-
nem accipit homo in sabbatho, vt non
soluatur lex Moysi: mihi indignamini
quia totum hominem sanum feci in sab-
Deu. 1,16. batho? 24 Nolite iudicare secundùm fa-
ciem; sed iustum iudiciũ iudicate. 25 Di-
cebant ergo quidam ex Ierosolymis,
Nónne hic est quem quærunt interfice-
*Atqui MS. re? 26 Et' ecce palam loquitur, & nihil ei
dicũt. Nunquid verè cognouerũt prin-
cipes quia hic est Christus? 27 Sed hunc
scimus vnde sit: Christus autem cũ ve-
nerit, nemo scit vnde sit. 28 Clamabat er-
go Iesus in templo docens, & dicens, Et
me scitis, & vnde sim scitis. & à meipso
non veni, sed est verus qui misit me, quẽ
vos nescitis. 29 Ego scio eum:quia ab ipso
sum, & ipse me misit. 30 Quærebant ergo
eum apprehendere: & nemo misit in il-
lum manus, quia nondum venerat hora
eius. 31 De turba autẽ multi crediderunt
in eum,& dicebant,Christus cùm vene-
rit, nunquid plura signa faciet quã quæ
hic facit? 32 Audierunt Pharisæi turbam
murmurantem de illo hæc: & miserunt
sacerdo-tum 1 MS.G.S. principes & Pharisæi ministros vt appre-
henderent eum. 33 Dixit ergo eis Iesus,
Adhuc modicum tempus vobiscũ sum:
Infr.13,33. & vado ad eum qui me misit. 34 Quære-
tis me,& non inuenietis:& vbi ego sum,
vos non potestis venire. 35 Dixerunt er-
go Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus
est,quia non inueniemus eum?nunquid
in dispersionem Gentium iturus est, &
docturus Gentes? 36 Quis est hic sermo
quem dixit, Quæretis me, & non inue-
nietis: & vbi sum ego, vos non potestis
Leu.23,27. venire? 37 In nouissimo autem 'die ma-
gno festiuitatis stabat Iesus & clamabat,
dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bi-
Deut.18,15. Ioel 2,28. Act.2,17. bat. 38 'Qui credit in me, sicut dicit scri-
ptura, flumina de ventre eius fluent
aquæ viuæ. 39 (Hoc autem dixit de Spiri-
tu quem accepturi erant credentes in
-1 MS. Aug.sf. eum. nondũ enim erat Spiritus "datus':
"sanctus 4 MS.G. Q.n. quia Iesus nondũ erat glorificatus.) 40 Ex
illa ergo turba cùm audissent hos ser-
mones eius, dicebant, Hic est verè pro-
41 pheta. Alij dicebant, Hic est Christus.
Quidam autem dicebant, Nunquid à
42 Galilæa venit Christus? Nónne scri- Mich.5,2.
ptura dicit, quia ex semine 'Dauid, & Mat.2,6.
de Beth-lehem castello vbi erat Dauid,
43 venit Christus? 44 Dissensio itaque facta
est in turba propter eum. Quidam au-
tẽ ex ipsis volebant apprehendere eum:
45 sed nemo misit super eum manus. Ve-
nerunt ergo ministri ad pontifices &
Pharisæos. Et dixerũt eis illi: Quare non
46 adduxistis illum? Responderunt mini-
stri, Nunquam sic locutus est homo,sic-
47 ut hic homo*. Responderunt ergo eis *loquitur MS.S.
Pharisæi, Nunquid & vos seducti estis?
48 Nunquid ex principibus aliquis credi-
49 dit in eum, aut ex Pharisæis? sed turba
hæc quæ non nouit legẽ, maledicti sunt.
50 Dixit Nicodemus ad eos, 'ille qui venit Sup.3,2.
51 ad eũ nocte, qui vnus erat ex ipsis: Nun-
quid lex nostra iudicat hominem: nisi
prius audierit ab ipso, & 'cognouerit Deu.17,8. & 19,15.
52 quid faciat? Responderunt, & dixe-
runt ei, Nũquid & tu Galilæus es?Scru-
tare*, & vide quia à Galilæa propheta *scriptu-ras MS. Aug.G q. "surrexit 1 MS.R. G.S.
53 non "surgit'. Et reuersi sunt vnusquisq.
in domum suam.

CAP. VIII.

1 IEsus autem perrexit in montem Oli-
2 ueti: & diluculo iterũ venit in tem-
plum, & omnis populus venit ad eum,
3 & sedens docebat eos. Adducunt au-
tem Scribæ & Pharisæi mulierẽ in adul-
terio deprehensam: & statuerunt eã in
4 medio, & dixerunt ei, Magister, hæc
mulier modò deprehensa est in adulte-
5 rio. In lege autem Moyses mandauit Leu.20,10.
nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid
6 dicis? Hoc autem dicebant tentantes
eum: vt possent accusare eum. Iesus au-
tem inclinans se deorsum, digito scribe-
7 bat in "terra'. Cũ "ergo' perseuerarent "terram 1 MS.G. "autem 3 MS.G. Deu.17,7.
interrogantes eum: erexit se,& dixit eis,
'Qui sine peccato est vestrum, primus
8 in illam lapidem mittat. Et iterum se
9 inclinans, scribebat in "terra'. Audien- "terram MS.G.
tes autem*, vnus post vnum exibant,in- *hæc MS. q.
cipientes à senioribus: & remansit solus
10 Iesus,& mulier in medio stans. Erigens
autem se Iesus, dixit ei, Mulier, vbi sunt
qui te



qui te accusabant? nemo te condemna-
11 uit? Quæ dixit: Nemo Domine. Dixit
autem Iesus, Nec ego te condemnabo.
Vade, & iam amplius noli peccare. 12 Ite-
rum ergo locutus est eis Iesus, dicens,
1 Ioh.1,5. 'Ego sum lux mundi. qui sequitur me,
"ambula-bit 3 MS. Aug.G.S. non "ambulat' in tenebris: sed habebit
lumen vitæ. 13 Dixerunt ergo ei Pharisæi,
Tu de teipso testimonium perhibes: te-
stimonium tuum non est verum. 14 Re-
spondit Iesus, & dixit eis, Etsi ego testi-
monium perhibeo de meipso, verum
est testimonium meum: quia scio vnde
veni,& quò vado: vos autẽ nescitis vnde
venio, aut quò vado. 15 Vos secundum
carnem iudicatis: ego non iudico quen-
quam. 16 & si iudico ego, iudiciũ meum
verum est: quia solus non sum, sed ego
& qui misit me, Pater. 17 Et in lege vestra
Deut.17,6. & 19,15. Mat.18,16 2Cor.13,1. Heb.10,28. scriptum est, 'quia duorum hominum
testimonium verum est. 18 Ego sum qui
testimonium perhibeo de meipso: & te-
stimoniũ perhibet de me, qui misit me,
Pater. 19 Dicebant ergo ei, Vbi est Pater
tuus? Respondit Iesus, Neque me scitis,
neque Patrem meum. si me sciretis: for-
20 sitan & Patrem meũ sciretis. Hæc ver-
ba locutus est Iesus in gazophylacio,
docens in templo: & nemo apprehen-
dit eum, quia necdũ venerat hora eius.
21 Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego vado,
& quæretis me,& in peccato vestro mo-
riemini. Quò ego vado, vos non potestis
22 venire. Dicebant ergo Iudæi, Nunquid
interficiet semetipsum, quia dixit, Quò
23 ego vado, vos non potestis venire? Et
dicebat eis, Vos de deorsum estis,ego de
supernis sum. Vos de mundo hoc estis:
24 ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo
vobis quia moriemini in peccatis ve-
stris. si enim non crediderit is quia ego
25 sum, moriemini in "peccato vestro'. Di- *peccatis vestris 1 MS.Aug. G.S.
cebãt ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Iesus, "quia 2 MS.Aug. G.
26 Principium "qui' & loquor vobis. Mul- "quod 1 MS.Q.n.
ta habeo de vobis loqui & iudicare. Sup.3,33. Rom.3,4.
sed qui me misit, verax est: & ego quæ "eius MS. Gq. Q.n. 3 MS.Aug. gust. G.S.
27 audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et
non cognouerunt quia patrem "eis' dice-
28 bat Deum'. Dixit ergo eis Iesus, Cùm
exaltaueritis filium hominis, tunc co-
gnoscetis quia ego sum, & à meipso fa-
cio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc
29 loquor: & qui me misit, mecum est, &
non reliquit me solũ: quia ego quæ pla-
30 cita sunt ei, facio semper. Hæc illo lo-
31 quente multi crediderunt in eum. Di-
cebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt
ei, Iudæos, Si vos manseritis in sermone
32 meo, verè discipuli mei eritis: & cogno-
scetis veritatem,& veritas liberabit vos.
33 Responderunt ei, Semen Abrahæ su-
mus, & nemini seruiuimus vnquam:
34 quomodo tu dicis, Liberi eritis? Re-
spondit eis Iesus, Amen, amen dico vo-
bis,quia 'omnis qui facit peccatum,ser- Rom.6,14. 2 Pet.2,19.
35 uus est peccati. seruus autem non ma-
net in domo in æternũ: filius manet in
36 æternum. si ergo vos filius liberauerit,
37 verè liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ
estis: sed quæritis me interficere, quia
38 sermo meus non capit in vobis. Ego
quod vidi apud Patrem*, loquor: & vos *meum 4 MS.Aug: G.S.
quæ vidistis apud patrẽ vestrum, facitis.
39 Responderunt & dixerunt ei, Pater

noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus, Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.
40 ‡Nunc autem, quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum, quam audiui à Deo. hoc Abraham non fecit. 41 ‡Vos facitis opera patris veſtri. Dixerũt itaq. ei, Nos ex fornicatione non ſumus nati. vnum patrem habemus Deũ. 42 ‡Dixit ergo eis Ieſus: Si Deus pater veſter eſſet: diligeretis vtique me. ego enim ex Deo proceſſi, & veni: neq. enim à meipſo veni, ſed ille me miſit.
43 ‡Quare loquelã meam nõ cognoſcitis? Quia non poteſtis audire ſermonẽ meũ.
1 Iob.3,8. 44 ‡Vos ex patre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere. ille, homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo. cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius. 45 ‡Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.
¶ arguit 4 MS. G.S. 46 ‡Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi?
1 Iob.4,6. 47 ‡Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.
48 ‡Reſpondẽrunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? 49 ‡Reſpondit Ieſus, Ego dæmonium non habeo: ſed honorifico
‡inhonoratis MS. B.G.S. patrem meum, & vos inhonoraſtis me.
50 ‡Ego autem non quæro gloriã meam, eſt qui quærat, & iudicet. 51 ‡Amẽ, amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortẽ non videbit in æternum.
52 ‡Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt & Prophetæ: & tu dicis, Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum. 53 ‡Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt. Quem teipſum facis? 54 ‡Reſpondit Ieſus, Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. eſt pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt. 55 ‡& non cognouiſtis eum, ego autem noui eum. Et ſi dixero quia nõ ſcio eum: ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. 56 ‡Abrahã pater veſter exultauit vt videret diem meum:
57 & vidit, & gauiſus eſt. ‡Dixerunt ergo Iudæi ad eũ, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?
58 ‡Dixit eis Ieſus, Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum.
59 ‡Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

CAP. IX.

1 ET præteriẽs Ieſus vidit hominem
2 cæcũ à natiuitate: ‡& interrogauerunt eum diſcipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parẽtes eius, vt cæcus naſceretur? 3 ‡Reſpondit Ieſus, Neque hic peccauit, neq. parẽtes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. 4 ‡Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. venit nox, quando nemo poteſt
5 operari. ‡quamdiu ſum in mundo, lux
6 ſum mundi. ‡Hæc cùm dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, 7 ‡& dixit ei, Vade, laua in natatoria Siloé, (quod interpretatur, Miſſus.) Abiit ergo, & lauit: & venit videns.

Deus 1 MS. videbãt. Aug. 6. 8 ‡Itaque vicini & qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant, Nónne hic eſt qui ſedebat, & mendicabat? Alij dicebant, Quia hic eſt. 9 ‡Alij autem, Nequaquam, ſed ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat, Quia ego ſum. 10 ‡Dicebãt ergo ei, Quomodo aperti ſunt tibi oculi? 11 ‡Reſpondit, Ille homo qui dicitur Ieſus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloé, & laua. Et abij, & laui, & vidi.
‡Dixerũt ergo 1 MS. G. 12 ‡Et dixerunt ei, Vbi eſt ille? Ait, Neſcio. 13 ‡Adducunt eũ ad Phariſæos qui cæcus fuerat. 14 ‡Erat autem ſabbathum quãdo lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. 15 ‡Iterũ ergo interrogabant eum Phariſæi quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis, Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui: & video. 16 ‡Dicebant ergo ex Phariſæis quidam, Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit. Alij autẽ dicebant, Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. 17 ‡Dicũt ergo cæco iterum, Tu, quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Quia propheta eſt.
¶ vis G. 18 ‡Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuiſſet & vidiſſet, donec vocauerunt parentes eius qui viderat:
19 ‡& interrogauerunt eos, dicentes, Hic eſt filius veſter, quẽ vos dicitis quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? 20 ‡Reſpondẽrunt eis parentes eius, & dixerũt, Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt: 21 ‡quomodo autẽ nũc videat, neſcimus; aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate: ætatem habet, ipſe de ſe loquatur.
‡quærat G. 22 ‡Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtũ, extra ſynagogam fieret. 23 ‡Propterea parẽtes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ipſum interrogate.
‡MS. Aug. G. 24 ‡Vocauerunt ergo rurſum hominẽ qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam Deo. nos ſcimus quia hic homo peccator eſt.
‡4 MS. Aug. G. 25 ‡Dixit ergo eis ille, Si peccator eſt, neſcio: vnum ſcio, quia cæcus cùm
26 eſſem, modò video. ‡Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi
27 oculos? ‡Reſpondit eis, Dixi vobis iam, & audiſtis: quid iterũ vultis audire? nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?
non 6.S.
28 ‡Maledixerunt ergo ei, & dixerunt, Tu diſcipulus illius ſis: nos autẽ Moyſi diſci-
29 puli ſumus. ‡Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus: hunc autem neſcimus
30 vnde ſit. ‡Reſpondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile eſt quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos oculos.
31 ‡ſcimus autem quia peccatores Deus non audit: ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.
32 ‡A ſeculo nõ eſt auditum quia quis aperuit oculos cæci nati.
33 ‡Niſi eſſet hic à
34 Deo, nõ poterat facere quicquam. ‡Reſponderunt, & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.
35 ‡Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras: & cũ inueniſſet eum,
36 dixit ei, Tu credis in filium Dei? ‡Reſpondit ille, & dixit, Quis eſt Domine,
37 vt credam in eum? ‡Et dixit ei Ieſus, Et vidiſti eum: & qui loquitur tecum, ipſe
38 eſt. ‡At ille ait, Credo Domine. Et pro-
39 cidens adorauit eum. ‡Et dixit ei Ieſus, *-1 MS. G.S.* In iudicium ego in hunc mũdum veni: vt qui non vident videant, & qui vident
40 cæci fiant. ‡Et audierũt quidam ex Phariſæis qui cum ipſo erant: & dixerunt ei,
41 ‡Nũquid & nos cæci ſumus? ‡Dixit eis
42 Ieſus, Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. nunc verò dicitis, Quia videmus. Peccatum veſtrum manet.
‡ergo MS. G.S.

CAP. X.

1 AMen, amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed
2 aſcendit aliũde: ille fur eſt & latro. ‡Qui autem intrat per oſtiũ, paſtor eſt ouium.
3 ‡Huic oſtiarius aperit: & oues vocẽ eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. 4 ‡Et cũ proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequũtur, quia ſciunt vocẽ eius. 5 ‡Alienum autem non ſequũtur, ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.
6 ‡Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt quid loquere-

tur eis. ‡Dixit ergo eis iterũ Ieſus, Amen, 7
amen dico vobis, quia ego ſum oſtium
ante me 1 MS.Gq. ouium. ‡Omnes quotquot venerunt, 8
fures ſunt & latrones: ſed non audierunt
eos oues. ‡Ego ſum oſtiũ. Per me ſi quis 9
introierit, ſaluabitur: & ingredietur &
egredietur, & paſcua inueniet. ‡Fur non 10
venit niſi vt furetur & mactet & perdat.
Ego veni vt vitam habeant, & abundan-
tius habeant. ‡Ego ſum paſtor bonus. 11
Iſai.40, 11. Exe.34, 23 & 37,24. ¶Bonus paſtor animam ſuam ¶dat' pro
ouibus ſuis'. ‡Mercenarius autem & qui 12
¶ ponit MS.R.G.S. non eſt paſtor, cuius non ſunt oues pro-
priæ, videt lupum venientem, & dimit-
-6 MS. G.S. tit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſper-
git oues. ‡mercenarius autẽ fugit, quia 13
mercenarius eſt: & non pertinet ad eum
de ouibus. ‡Ego ſum paſtor bonus: & 14
cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ.
Mat.11, 27 Luc.10, 22. ‡¶Sicut nouit me pater, & ego agnoſco 15
patrem: & animam meã pono pro oui-
-5 MS. G.S. bus ¶meis'. ¶‡Et alias oues habeo quæ 16
Mat.28,19. Mar.16, 15 Luc.24, 47 non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me
adducere, & vocem meam audient, ¶& 17
Act.10, 35. 43.47, 15,7 Gal.1,9. fiet vnũ ouile & vnus paſtor. ‡Propter-
ea me diligit pater; ¶quia ego pono ani-
mam meam, vt iterum ſumam eam.
Exe.37,22. Iſai.53,7. ‡¶Nemo tollit eam à me: ſed ego pono 18
eam à meipſo, & poteſtatem habeo po-
nendi eam: & poteſtatem habeo iterum
ſumendi eam. Hoc mandatum accepi à
patre meo. ‡Diſſenſio iterum facta eſt 19
inter Iudæos propter ſermones hos. ‡Di- 20
cebãt autem multi ex ipſis, Dæmonium
habet & inſanit: quid eum auditis? ‡Alij 21
dicebant, Hæc verba non ſunt dæmo-
nium habentis. nunquid dæmonium
8 Mach. 4. 56, 59. poteſt cæcorum oculos aperire? ‡¶ Facta 22
ſunt autem Encænia in Ieroſolymis: &
hiems erat. ‡Et ambulabat Ieſus in tem- 23
plo, in porticu Salomonis. ‡Circundede- 24
runt ergo eũ Iudæi, & dicebant ei, Quo-
uſque animam noſtrã tollis? ſi tu es Chri-
ſtus, dic nobis palã. ‡Reſpondit eis Ieſus, 25
Loquor vobis: & nõ creditis. opera quæ
ego facio in nomine patris mei, hęc teſti-
monium perhibent de me: ‡ſed vos non 26
ſicut dixi vobis R.G.S. creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.
‡Oues meæ vocem meam audiunt: & 27
ego cognoſco eas, & ſequuntur me. ‡& 28
ego vitam æternam do eis: & non peri-
bunt in æternum, & non rapiet eas quiſ-
29 quam de manu mea. ‡Pater ¶meus quod "qui de-
dit mihi maior R. G.S. dedit mihi, maius' omnibus eſt: & nemo
30 poteſt rapere de manu patris mei. ‡Ego
31 & pater vnum ſumus. ‡Suſtulerunt *la- *ergo ite-
rum 4 MS.R.G.S pides Iudæi, vt lapidarẽt eum. ‡Reſpon-
dit eis Ieſus, Multa bona opera oſtendi
vobis ex patre meo, ¶ppter quod eorum
33 opus me lapidatis? ‡¶Reſponderunt ei
Iudæi, De bono opere non lapidamus te,
ſed de blaſphemia, & quia tu homo cũ
34 ſis, facis teipſum Deum. ‡Reſpondit eis
Ieſus, Nónne ſcriptum eſt in lege veſtra,
35 quia ¶Ego dixi, dij eſtis? ‡Si illos dixit Pſal.81,6.
deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, &
36 non poteſt ſolui ſcriptura: ‡quem pater
ſanctificauit & miſit in mundum, vos
dicitis, Quia blaſphemas: quia dixi Fi-
37 lius Dei ſum? ‡Si non facio opera patris
38 mei: nolite credere mihi. ‡Si autẽ facio:
& ſi mihi non vultis credere, operibus
credite: vt cognoſcatis & credatis quia
39 pater in me eſt, & egõ in patre. ‡Quæ-
rebant ergo eum apprehendere: & exiuit
40 de manibus eorum. ‡Et abiit iterũ trans
Iordanem in eum locum vbi erat Iohan-
nes baptizans primùm: & manſit illic.
41 ‡& multi venerũt ad eum, & dicebant,
Quia Iohannes quidem ſignum fecit
nullum. Omnia autem quæcunq. dixit
42 Iohannes de hoc, vera erant. ‡Et multi
crediderunt in eum.

CAP. XI.

1 ERat autem quidam ¶languens' La- ¶infirmus 1 MS.
zarus à Bethania, de caſtello Mariæ
2 & Marthæ ¶ſororis' ¶eius'. ‡(Maria autem ¶ſororum o. ¶ αὐτῆς Mat.26,7. Luc.7, 37. Inſr.12,3.
erat ¶quæ vnxit Dominum vnguento,
& exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius
3 frater Lazarus infirmabatur.) ‡Miſerunt
ergo ſorores eius ad eum dicentes, Do-
mine, ecce quem amas, infirmatur.
4 ‡Audiens autẽ Ieſus, dixit eis, Infirmi-
tas hæc non eſt ad mortem, ſed pro glo-
ria Dei: vt glorificetur fili⁹ Dei per eam.
5 ‡Diligebat autem Ieſus Martham, & ſo-
6 rorem eius Mariam, & Lazarum. ‡Vt
ergo audiuit quia infirmabatur, tũc qui-
dem manſit in eodem loco duobus die-
7 bus: ‡deinde poſt hæc dicit diſcipulis
ſuis.

ſuis, Eamus in Iudæam iterum. ‡Dicunt 8
ei diſcipuli, Rabbi, nunc quærebant te
Iudæi lapidare: & iterũ vadis illuc? ‡Re- 9
ſpondit Ieſus, Nõne duodecim ſunt ho-
ræ diei? Si quis ambulauerit in die, non
offendit: quia lucẽ huius mundi videt:
‡ſi autem ambulauerit in nocte, offen- 10
dit: quia lux non eſt in eo. ‡Hæc ait: & 11
Luc.xi. poſt ¶hęc' dicit eis, Lazarus amicus noſter
dormit: ſed vado vt à ſomno excitẽ eum.
‡Dixerunt ergo diſcipuli eius, Domi- 12
ne, ſi dormit, ſaluus erit. ‡Dixerat au- 13
tem Ieſus de morte eius: illi autem pu-
tauerunt quia de dormitione ſomni di-
ceret. ‡Tunc ergo Ieſus dixit eis manife- 14
ſtè, Lazarus mortuus eſt: ‡& gaudeo 15
propter vos, vt credatis, quoniam non
eram ibi. ſed eamus ad eum. ‡Dixit ergo 16
Thomas qui dicitur Didymus, ad con-
diſcipulos: Eamus & nos, vt moriamur
cum eo. ‡Venit itaq. Ieſus: & inuenit 17
eum quatuor dies iam in monumento
habentem. ‡(Erat autem Bethania iu- 18
xta Ieroſolymam quaſi ſtadijs quinde-
cim.) ‡Multi autẽ ex Iudæis venerant 19
ad Martham & Mariam, vt conſolaren-
tur eas de fratre ſuo. ‡Martha ergo vt au- 20
diuit quia Ieſus venit, occurrit illi: Ma-
ria autem domi ſedebat. ‡Dixit ergo 22
Martha ad Ieſum, Domine ſi fuiſſes hîc,
frater meus non fuiſſet mortuus. ‡ſed & 22
nunc ſcio quia quęcunque poposceris à
Deo, dabit tibi Deus. ‡Dicit illi Ieſus, 23
Reſurget frater tuus. ‡Dicit ei Martha, 24
Ioh.5,29. Ioh.6,14 Scio quia reſurget ¶in reſurrectione, in
nouiſſimo die. ‡Dixit ei Ieſus, Ego ſum 25
Ioh.3,33. 4 reſurrectio & vita: ¶qui credit in me, etiã
ſi mortuus fuerit, viuet. ‡& omnis qui 26
viuit, & credit in me: non morietur in
æternum. Credis hoc? ‡Ait illi, Vtique
Domine, ego credidi quia tu es Chriſtus
¶ni MS. filius Dei ¶qui in hunc mundum veniſti.
¶MS.s. ‡Et cùm hæc dixiſſet, abijt, & vocauit 28
Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens,
Magiſter adeſt, & vocat te. ‡Illa vt au- 29
¶ſurexit MS.s. diuit, ¶ſurgit' citò, & venit ad eum. ‡non- 30
dum enim venerat Ieſus in caſtellũ. ſed
erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei
Martha. ‡Iudæi ergo qui erant cum ea 31
in domo, & conſolabantur eam, cũ vi-

diſſent Mariam quia citò ſurrexit & ex-
ijt, ſecuti ſunt eam dicentes, Quia vadit
32 ad monumentum, vt ploret ibi. ‡Maria
ergo cùm veniſſet vbi erat Ieſus, videns
eũ, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Do-
mine, ſi fuiſſes hîc, non eſſet mortuus
33 frater meus. ‡Ieſus ergo vt vidit eã plo-
rantem, & Iudæos qui venerant cum ea,
plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit
34 ſeipſum, ‡& dixit, Vbi poſuiſtis eum?
35 Dicunt ei, Domine, veni & vide. ‡Et la-
36 chrymatus eſt Ieſus. ‡Dixerunt ergo Iu-
37 dæi, Ecce quomodo amabat eũ. ‡Qui-
dam autem ex ipſis dixerunt, Non po-
terat hic, ¶qui aperuit oculos cæci*, face- Sup.9,6. *nati MS.
38 re, vt ¶hic nõ moreretur? ‡Ieſus ergo rur- q. *& 3 MS. Aug.G.S.
ſum fremens in ſemetipſo, venit ad mo-
numentum. erat autem ſpelunca: & la-
39 pis ſuperpoſitus erat ei. ‡Ait Ieſus, Tol-
lite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius
qui mortuus fuerat, Domine, iam fœ-
40 tet, quatriduanus eſt enim. ‡Dicit ei Ie-
ſus, Nonne dixi tibi quoniam ſi credide-
41 ris, videbis gloriã Dei? ‡Tulerunt ergo
lapidem.

lapidē, Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam
42 audisti me. ‡ego autē sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui
circumstat, dixi, vt credant quia tu me
43 misisti. ‡Hæc cùm dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. ‡Et statim
44 prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus, Soluite eū, & sinite abire. ‡Multi ergo ex Iudæis qui
45 venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in
46 eum. ‡Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit
47 Iesus. ‡Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi conciliū, & dicebant, Quid *facimus', quia hic homo multa signa facit?
48 ‡Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent
49 *nostrum locum & gentem. ‡Vnus autem ex ipsis 'Caiphas nomine', cū esset
Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, ‡nec cogitatis quia expe-
50 dit *nobis' vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. ‡Hoc
51 autem à semetipso non dixit: sed cū esset pontifex anni illius, prophetauit quòd
52 Iesus moriturus erat pro gente: ‡& non tantùm pro gente, sed vt 'filios Dei qui
erant dispersi, congregaret in vnū. ‡Ab
53 illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. ‡Iesus ergo iam non in palam
54 ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatē quæ
dicitur *Ephrem', & ibi morabatur cum
55 discipulis suis. ‡Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha
56 vt sanctificarent seipsos. ‡Quærebāt ergo Iesum: & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes, Quid putatis, quia non venit ad diem festū? Dederant autē Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

CAP. XII.

1 IEsus ergo ante sex dies Paschæ vênit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus quem suscitauit Iesus. ‡Fecerunt
2 autē ei cænam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. ‡Maria ergo accepit
3 libram vnguenti nardi *pistici', pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex

4 odore vnguēti. ‡Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat
5 eū traditurus, ‡Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum
6 est egenis? ‡Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mit-
7 tebantur portabat. ‡Dixit ergo Iesus, *Sine' illam, vt in *diem' sepulturæ meæ
8 *seruet' illud. ‡Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autē non semper
9 *habebitis'. ‡Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt, non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mor-
10 tuis. ‡Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent:
11 ‡quia multi propter illum abibāt ex Iu-
12 dæis, & credebant in Iesum. ‡In crastinum autem turba multa quę venerat ad diem festum cùm audissent quia venit
13 Iesus Ierosolymam: ‡acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei,
& clamabāt, Hosan-na, benedictus qui
14 venit in nomine Dñi, Rex Israël. ‡'Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum,
15 sicut scriptū est: ‡Noli timere filia Sion: 'ecce rex tuus venit sedēs super pullum
16 asinæ. ‡Hæc non cognouerunt discipuli eius primùm: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo; & hæc fecerunt ei.
17 ‡Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum
18 à mortuis. ‡Propterea & obuiā venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc
19 signum. ‡Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eū abiit.
20 ‡Erant autem quidam Gētiles ex his qui ascenderant vt adorarēt in die festo.
21 ‡Hi ergo accesserunt ad Philippū qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes, Domine, volumus Iesum videre.
22 ‡Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerūt Iesu.
23 ‡Iesus autem respondit eis, dicens, Vēnit hora, vt clarificetur filius hominis. ‡Amen, amē dico vobis, nisi granum
24 frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solū manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.
25 ‡'Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animā suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.
26 ‡Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.
27 ‡Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed, propterea vēni, in horam
28 hanc. ‡Pater, clarifica nomen tuū. Vēnit ergo vox de cælo*, Et clarificaui, & iterum clarificabo.
29 ‡Turba ergò quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant, Angelus ei locutus est.
30 ‡Respondit Iesus, & dixit, Non propter me hæc vox vênit, sed propter
31 vos. ‡Nunc iudiciū est mūdi: nunc princeps huius mūdi eiicietur foras.
32 ‡Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham
33 ad meipsum. (‡hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.)
34 ‡Respōdit ei turba, Nos audiuimus 'ex lege, quia Christus manet in æternū: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filiū hominis? Quis est iste filius hominis?
35 ‡Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum, lumen in vobis est. Ambulate dū lucem habetis, vt nō vos tenebræ comprehendant, & qui ambulat in tenebris, nescit
36 quò vadat. ‡Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abiit, & abscondit se ab
37 eis. ‡Cùm aūt tanta signa fecisset coram
38 eis, non credebant in eū: ‡vt sermo Isaię prophetę impleretur, quem dixit, 'Dñe, quis credidit auditui nostro? & brachiū
39 Domini cui reuelatum est? ‡Propterea non poterant credere, quia iterum dixit
40 Isaias, ‡'Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuer-
41 tantur, & sanem eos. ‡Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est
42 de eo. ‡Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non eiicerentur.
43 ‡dilexerunt enim gloriam hominū magis, quàm gloriam
44 Dei. ‡Iesus autē clamauit, & dixit, Qui credit in me, nō credit in me, sed in eum
45 qui misit me. ‡Et qui videt me, videt
46 eum qui misit me. ‡Ego lux in mūdum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris nō maneat.
47 ‡Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non iudico eum. non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.
48 ‡Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eū. 'sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die:
49 ‡Quia ego ex meipso non sum locut⁹, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid
50 loquar. ‡Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

Mat.26, 2. Mar.14, 1. Luc.22, 1.

1 ANte diem autem festum Paschæ, ✠sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 2 ✠Et cœna facta, cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simônis Iscariotes: 3 ✠sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deũ vadit: 4 ✠surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se.

5 ✠Deinde 'misit' aquã in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & exter-

'mittit 8 MS. G.

gere linteo quo erat præcinctus. 6 ✠Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes? 7 ✠Respõdit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea.

8 ✠Dicit ei Petrus, Nõ lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, nõ 'habebis' partem mecum.

'habes 4 MS. G.

9 ✠Dicit ei Simon Petrus, Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus & caput. 10 ✠Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non 11 omnes. ✠Sciebat enim quisnã esset qui traderet eum. propterea dixit, Non estis 12 mundi omnes. ✠Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cùm recubuisset, iterum dixit eis, Scitis 13 quid fecerim vobis? ✠Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis, 14 sum etenim. ✠Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister: & vos debe- 15 tis alter alterius lauare pedes. ✠Exẽplum enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego 16 feci vobis, ita & vos faciatis. ✠' Amen, amen dico vobis, non est seruus maior domino suo; neque apostolus maior est 17 eo qui misit illum. ✠Si hæc scitis, beati 18 eritis si feceritis ea. ✠Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura, ' Qui manducat mecum panem, 'leuabit' contra me 19 calcaneum suum. ✠Amodò dico vobis, prius quàm fiat: vt cùm factum fuerit, 20 credatis, quia ego sum. ✠' Amen, amen dico vobis, qui accipit si quẽ misero, me accipit. qui autem me accipit, accipit 21 eum qui me misit. ✠Cùm hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: ' Amen, amen dico vobis: 22 quia vnus ex vobis tradet me. ✠Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hæsitantes 23 de quo diceret. ✠' Erat ergo recũbens vn⁹ ex discipulis eius in sinu Iesu, quem 24 diligebat Iesus. ✠Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est de quo dicit? 25 ✠Itaque cũ recubuisset ille supra pectus 26 Iesu, dicit ei, Domine, quis est? ✠Respondit Iesus: Ille est cui ego intinctũ panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, 27 dedit Iudæ Simônis, Iscariotæ. ✠Et post buccellã, tunc introiuit in eum Satanas. Et dicit ei Iesus, Quod facis, fac citiùs. 28 ✠Hoc autẽ nemo sciuit discumbentium 29 ad quid dixerit ei. ✠Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. 30 ✠Cùm ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox.

Pſal.40,10. 'leuauit 3 MS.R. G.S.

Mat.16,40. Luc.10,16.

Mat.26,18 Mar.14,1.

Luc.22,21. Inſr.21,20.

nox. 31 ✠Cùm ergo exisset, dixit Iesus, Nũc clarificatus est filius hominis: & Deus clarificat⁹ est in eo. 32 ✠Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuò clarificabit eum.

33 ✠Filioli, adhuc modicum vobiscũ sum. ✠' Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modò. 34 ✠' Mandatum nouum do vobis, Vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. 35 ✠In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicem. 36 ✠Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò vadis? Respondit Iesus, Quò ego vado, non potes me modò sequi, sequêris autem postea. 37 ✠Dicit ei Petrus, Quare non possum te sequi modò? 'animam meam pro te ponam. 38 ✠Respõdit ei Iesus, Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

Ioh.7,34. Ioh.13,33. Ioh.8,21.

Ioh.13,18. Mat.22,39 Iob.15,12.

Mat.26,35. Mar.14,29 Luc.22,33.

CAP. XIIII.

'Et ait discipulis eius MS G. 4.

1 ✠'NOn turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. 2 ✠In domo Patris mei mansiones multæ sunt. si quò minus, dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum. 3 ✠Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. 4 ✠Et quò ego vado scitis, & viam scitis. 5 ✠Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire? 6 ✠Dicit ei Iesus, Ego sum via, & veritas & vita. nemo venit ad Patrẽ nisi per me. 7 ✠Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis: & amodo 'cognoscetis' eum, & vidistis eũ. 8 ✠Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. 9 ✠Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum: & nõ 'cognouistis' me? Philippe, qui' videt me, videt' & Patrem. ✠Quomodo tu dicis Ostende nobis patrem? 10 ✠Non 'credis' quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autẽ in me manens, ipse facit opera. 11 ✠Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. 12 ✠Amẽ, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horũ 13 faciet: ✠quia ego ad Patrẽ vado. ✠Et quodcunq; petieritis ✠in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in filio. 14 ✠Si quid petieritis 'me' in nomine meo, hoc 15 faciam. ✠Si diligitis me: mandata mea 16 seruate. ✠Et ego rogabo Patrẽ, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, 17 ✠Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eũ. vos autem 'cognoscitis' eũ: quia apud vos 'manebit', & in vobis erit. 18 ✠Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. 19 ✠Adhuc modicũ: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. 20 ✠In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 21 ✠Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. 22 ✠Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes, Domine, quid factũ est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non 23 mundo? ✠Respondit Iesus, & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum 24 faciemus. ✠qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quẽ audistis, nõ est meus: sed eius qui misit me, 25 Patris. ✠Hæc locutus sum vobis apud 26 vos manens. ✠Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. 27 ✠Pacem relinquo vobis, pacẽ meam do vobis. non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ, 28 neque formidet. ✠Audistis quia ego dixi vobis, Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad 29 Patrẽ: quia Pater maior me est. ✠Et nunc dixi vobis prius quã fiat: vt cùm factum 30 fuerit, credatis. ✠Iam non multa loquar vobiscum. venit enim princeps mundi 'huius', & in me non habet quicquam. 31 ✠Sed, vt cognoscat mundus quia diligo

Inſr.16,23. Mat.7,7. & 21,22. Mar.11,24

'Patrem MS.q. 3 MS. Aug. G.

'cognoscetis MS. Aug. 'manet MS.G.S.

'cognouistis 2 MS.Aug.q. G.S.

'cognouistis 1 MS.Aug.q. G.S. 'videt me videt 5 MS.G. 'Et 2 MS. R.G.S. 'creditis 9.

Act.2,22. Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio: Surgite, eamus hinc.

CAP. XV.

EGo ſum vitis vera: & Pater meus 1
agricola eſt. *Omnem palmitem in 2
*tollit 1 MS.G.S. me, non ferentem fructum, tollet eum:
*purgat 6.S. & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. *Iam vos 3
Sup.13,10. mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. *Manete in me: & 4
ego in vobis. Sicut palmes nō poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis.

*Ego ſum vitis: vos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum 5
multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. *Si quis in me non manſerit: mitte- 6
*areſcit 2 MS. tur foras ſicut palmes, & *areſcet, & *colligent eum, & in ignem *mittent, & *ardet. *Si manſeritis in me, & verba mea 7
*colligũt eos 3 MS. G. in vobis manſerint: quodcunque volue-
*mittunt 4 MS.G.S. ritis petetis, & fiet vobis. *In hoc clarifi- 8
*ardent 4 MS.G. catus eſt Pater meus: vt fructum plurimũ afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi 9
vos. Manete in dilectione mea. *Si præ- 10
cepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. *Hęc locutus ſum vobis: vt gaudium 11
meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum
Sup.13,34. Eph.5,2. impleatur. *' Hoc eſt præceptũ meum, 12
1 Theſſ.4,9. vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.
*Maiorem hac dilectionem nemo ha- 13
bet, vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis 14
*dicam M S q.Aug. quæ ego præcipio vobis. *Iam non *dico 15
vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. *Non vos me ele- 16
Mat.28,19 giſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos: vt
1 Ioh.3,1. & 4,7. eatis, & fructũ afferatis: & fructus veſter maneat: vt quodcunque petieritis Patrẽ in nomine meo, det vobis. *' Hæc 17
mando vobis, vt diligatis inuicem. *Si 18
mundus vos odit: ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. *Si de mundo 19
fuiſſetis: mundus quod ſuum erat diligeret. quia verò de mundo non eſtis, ſed
ego elegi vos de mundo, propterea odit
20 vos mundus. *Memẽtote ſermonis mei
Sup.13,16. Mat.10,24. Luc.6,40. Mat.24,9. quẽ ego dixi vobis, *Non eſt ſeruus maior domino ſuo. *Si me perſecuti ſunt: & vos perſequentur. ſi ſermonem meum
21 ſeruauerunt: & veſtrum ſeruabunt. *Sed hęc omnia facient vobis propter nomen meum: quia neſciunt eum qui miſit me.
22 *Si nō veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato
23 ſuo. *Qui me odit: & Patrem meũ odit.
24 *Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit: peccatũ non haberent. nunc autem & viderunt & oderunt & me &
25 Patrem meum. *Sed vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: *Quia Pſal.24,19
26 odio habuerunt me gratis. *Cũ autem venerit Paracletus, *quem ego mittã vobis à Patre *ſpiritũ veritatis, qui à Patre Luc.24,49 *ſpiritus 1 MS.S.G. autem dubia ſunt.
procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de
27 me: *& vos teſtimonium *perhibebitis; quia ab initio mecum eſtis. *perhibetis 5 MS. G.S.

CAP. XVI.

1 HÆc locutus ſum vobis, vt nō ſcan-
2 dalizemini. *Abſque ſynagogis facient vos: ſed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequiũ ſe præ-
3 ſtare Deo. *& hæc facient vobis, quia
4 non nouerunt Patrem neque me. *Sed hæc locutus ſum vobis: vt cùm venerit hora, eorũ reminiſcamini, quia ego dixi
5 vobis. *Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcũ eram: *Et' nunc, vado *At 1 MS. cui ſe-quent Ang. G.S. habent enim: Nunc autem.
ad eum qui miſit me; & nemo ex vobis
6 interrogat me, Quò vadis? *Sed quia hęc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor
7 veſtrum. *Sed ego veritatem dico vobis; expedit vobis vt ego vadam. ſi enim *nō *ego R.G.
abiero, paraclẽtus non veniet ad vos: ſi
8 autem abiero, mittam eum ad vos. *Et cùm venerit ille, arguet mũdum de pec-
9 cato, & de iuſtitia, & de iudicio. *de peccato quidem: quia non *credunt in me. *credidẽrũt MSq. Aug.
10 *de iuſtitia verò: quia ad Patrem vado:
11 & iam non videbitis me. *de iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iu-
12 dicatus eſt. *Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modò.
13 *Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis,

*docebit vos om nem veritatem. MS. ipſe
tatis, *docebit vos omnem veritatem'. nō enim loquetur à ſemetipſo: ſed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis. *Ille me clari- 14
ficabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. *Omnia quæcunque habet 15
Pater, mea ſunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annũtiabit vobis. *Mo- 16
*dicum, & *iam non *videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem. *Dixerunt ergo ex diſci- 17
pulis eius ad inuicẽ, Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicũ, & videbitis me, &, quia vado ad Patrẽ? *Dicebant ergo, 18
Quid eſt hoc quod dicit, Modicũ? neſcimus quid loquitur. *Cognouit autem 19
Ieſus, quia volebant eum interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicũ & videbitis me. *Amen, 20
amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem cõtriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. *Mulier cùm parit, 21
triſtitiã habet; quia venit hora eius: cùm autẽ pepererit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudiũ, quia natus eſt homo in mundum. *Et vos igitur, 22
nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo *tollet à vobis. *Et in illo die me non roga- 23
*tollet 1 MS.G.
Ioan.16,23. Mat.7,7. & 21,22. Marc.11,24. Luc.11,9. Iac.1,5.
bitis quicquam. *Amen, amen dico vobis, ſiquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *Vſque modò non pe- 24
tiſtis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis: vt gaudium veſtrum ſit plenũ. *Hæc in prouerbiis locutus ſum vo- 25
bis. Venit hora cùm iam non in prouerbiis loquar vobis, ſed palam de Patre annuntiabo vobis. *in illo die in nomine 26
meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrẽ de vobis. *Ipſe enim Pater 27
amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia ego à Deo exiui. *Exiui à Pa- 28
tre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. *Dicunt 29
ei diſcipuli eius, Ecce, nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.
30 *nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi vt quis te interroget. in hoc
31 credimus quia à Deo exiſti. *Reſpondit
32 eis Ieſus, Modò creditis? *' Ecce venit Mat.26,31 Mar.14,27 hora, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis: & non ſum ſolus, quia Pater me-
33 cum eſt. *Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, ego vici mundum.

CAP. XVII.

1 HÆc locutus eſt Ieſus: & ſubleuatis oculis in cælum, dixit, Pater, vẽnit hora, clarifica filiũ tuum, vt *filius *& o. Mat.28,18
2 tuus clarificet te: *' Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt, omne quod de-
3 diſti ei, det eis, vitam æternam. *Hæc eſt autem vita æterna, Vt cognoſcant te, ſolum Deũ verum, & quem miſiſti Ieſum
4 Chriſtum. *Ego te clarificaui ſuper terrã: opus conſummaui quod dediſti mihi
5 vt faciam: *& nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quã habui prius quàm mundus eſſet, apud te.
6 *Manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dediſti: & ſermonem tuum
7 ſeruauerunt. *Nunc cognouerunt quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt:
8 *quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderũt quia tu me
9 miſiſti. *Ego pro eis rogo: Nō pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi:
10 *quia tui ſunt: & mea omnia, tua ſunt, & tua mea ſunt: & clarificatus ſum in eis: Et iam non ſum in mundo, & hi in
11 mundo ſunt, & ego ad te venio. *Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut & nos.
12 *Cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo. *' Quos dediſti mihi, cu- Inſr.18,9. ſtodiui: & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis, *' vt ſcriptura impleatur. Pſal.40,10 & 108,8.
13 *Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum
14 impletum in ſemetipſis. *Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego

& ego non ſum de mundo. ‡Non rogo 15
vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos
à malo. ‡De mundo non ſunt: ſicut & 16
ego non ſum de mundo. ‡Sanctifica eos 17
in veritate. Sermo tu⁹ veritas eſt. ‡Sicut 18
tu me miſiſti in mundũ, & ego miſi eos
in mundum. ‡Et pro eis ego ſanctifico 19
meipſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in ve-
ritate. ‡Non pro eis autem rogo tãtùm, 20
ſed & pro eis qui crediturí ſunt per ver-
bum eorum in me: ‡vt omnes vnũ ſint, 21
ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi
in nobis vnum ſint: vt credat mundus
quia tu me miſiſti. ‡Et ego claritatem 22
quã dediſti mihi dedi eis: vt ſint vnum,
ſicut & nos vnum ſumus. ‡Ego in eis, & 23
tu in me: vt ſint cõſummati in vnum: &
cognoſcat mundus quia tu me miſiſti,
& dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. ‡Pa- 24
ter, quos dediſti mihi, volo, vt vbi ſum
ego, & illi ſint mecum: vt videant clari-
tatem meam quã dediſti mihi, quia di-
lexiſti me ante conſtitutionem mundi.
‡Pater iuſte, mundus te non cognouit. 25
ego autẽ te cognoui: & hi cognouerunt,
quia tu me miſiſti. ‡Et notum feci eis 26
nomen tuum, & notum faciam: vt dile-
ctio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego
in ipſis.

CAP. XVIII.

Mat.26,36 Mar.14,32 Luc.22,39. 2 Re.15,23. HÆc cùm dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt 1
cum diſcipulis ſuis trans Torren-
tem-Cedron, vbi erat hortus, in quem
introiuit ipſe & diſcipuli eius. ‡Sciebat 2
autem & Iudas, qui tradebat eũ, locum:
quia frequenter Ieſus conuenerat illuc
Mat.26,47 Mar.14,43 Luc.22,47. cum diſcipulis ſuis. ‡'Iudas ergo cũ ac- 3
cepiſſet cohortem, & à Pontificibus &
Phariſæis miniſtros: venit illuc cum la-
ternis & facibus & armis. ‡Ieſus itaque 4
ſciens omnia quæ ventura erãt ſuper ſe,
proceſſit, & dixit eis, Quem quæritis?
‡Reſpõderunt ei, Ieſum Nazarenum. 5
Dicit eis Ieſus, Ego ſum. Stabat autem &
Iudas qui tradebat eum, cum ipſis. ‡Vt 6
ergo dixit eis, Ego ſum: abierunt retror-
ſum & eciderunt in terram. ‡Iterum 7
ergo interrogauit eos, Quem quæritis?
Illi autem dixerunt, Ieſum Nazarenum.
‡Reſpondit Ieſus, Dixi vobis, quia ego 8
ſum. ſi ergo me quęritis, ſinite hos abire.

9 ‡Vt impleretur ſermo quẽ dixit, 'Quia Sup.17,12.
quos dediſti mihi, non perdidi ex eis
10 quenquam. ‡Simon ergo Petrus habens
gladium eduxit eum: & percuſſit pon-
tificis ſeruum: & abſcidit auriculã eius
dexteram. Erat autẽ nomen ſeruo Mal-
11 chus. ‡Dixit ergo Ieſus Petro, Mitte gla-
dium tuum in vaginam. Calicem quem
12 dedit mihi Pater, nõ *bibam illum? ‡Co- *vis vt MS q.Aug.
hors ergo & tribunus & miniſtri Iudęo-
13 rum cõprehenderunt Ieſum, & ligaue-
runt eum: ‡Et adduxerunt eum ad An- Luc.3,2.
nam primùm, erat enim ſocer Caiphæ,

14 qui erat pontifex anni illius*. ‡Erat au- *Q.n.
tem 'Caiphas, qui conſilium dederat Iu- Sup.11,49.
dæis, Quia expedit vnũ hominem mori
15 pro populo. ‡Sequebatur autem Ieſum
Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſci-
pulus autem ille erat notus pontifici, &
introiuit cum Ieſu in atrium pontificis.
Mat.26,58 Mar.14,54 Luc.22,54 16 ‡Petrus aũt ſtabat ad oſtium foris. 'Exi-
uit ergo diſcipulus *alius qui erat notus *ille 6 MS.G.6.
pontifici, & dixit oſtiariæ: & introduxit
17 Petrũ. ‡Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria,
Nunquid

Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis
iſtius? Dicit ille, Non ſum. ‡Stabant au- 18
tem ſerui & miniſtri ad prunas, quia fri-
'calefe- cerat, & 'calefaciebant ſe'. erat autem
cit 7 vs.G.5. cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe.
‡Pontifex ergo interrogauit Ieſum de 19
diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. ‡Re- 20
ſpondit ei Ieſus, Ego palam locutus ſum
mundo: ego ſemper docui in ſynagoga,
& in tẽplo quò omnes Iudæi cõueniunt:
& in occulto locutus ſum nihil. ‡Quid 21
me interrogas? interroga eos qui audie-
rũt quid locutus ſim ipſis: ecce, hi ſciunt
quæ dixerim ego. ‡Hæc autem cùm di- 22
xiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit
alapam Ieſu, dicens, Sic reſpondes pon-
tifici? ‡Reſpondit ei Ieſus, Si malè locu- 23
tus ſum, teſtimonium perhibe de malo:
ſi autem bene, quid me cædis? ‡'Et' 24
Mat.26,57. Mar.14,53. Luc.22,54. a. 'miſit 1 vs.Q.n. Mat.26,69 Mar.14,67 Luc.22,56 miſit' eum Annas ligatum ad Caipham
pontificem. ‡Erat autem Simon Petrus 25
ſtans, & calefaciens ſe. 'Dixerũt ergo ei;
Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Ne-
gauit ille & dixit: Non ſum. ‡Dicit ei 26
vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius
cuius abſcidit Petrus auriculam, Nónne
ego te vidi in horto cum illo? ‡Iterum 27
Mat.27,2. Mar.15,1. Luc.23,1. 'a Caiapha' ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cã-
tauit. ‡'Adducũt ergo Ieſum 'à Caipha' 28
in prætorium. Erat autem manè: & ipſi
non introierunt in prætorium, vt non
'contaminarentur, ſed vt manducarent
Paſcha. ‡Exiuit ergo Pilatus ad eos fo- 29
ras, & dixit, Quam accuſationem affer-
tis aduerſus hominem hunc? ‡Reſpon- 30
derunt, & dixerunt ei, Si non eſſet hic
malefactor, nõ tibi tradidiſſemus eum.
‡Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum 31
vos, & ſecundũ legem veſtram iudicate
eum. Dixerũt ergo ei Iudæi, Nobis non
licet interficere quenquam. ‡'Vt ſermo 32
Ieſu impleretur quem dixit, ſignificans
qua morte eſſet moriturus. ‡'Introiuit 33
ergo iterum in prętorium Pilatus, & vo-
cauit Ieſum, & dixit ei, Tu es rex Iudæo-
rum? ‡Reſpõdit Ieſus, A temetipſo hoc 34
dicis, an alij dixerunt tibi de me? ‡Re- 35
ſpondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus
ſum? Gens tua, & pontifices tradiderũt
te mihi: quid feciſti? ‡Reſpondit Ieſus, 36

Regnum meum non eſt de hoc mundo.
ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum,
miniſtri mei vtiq. decertarent vt nõ tra-
derer Iudæis. nunc autẽ regnum meum
37 non eſt hinc. ‡Dixit itaq. ei Pilatus, Ergo
rex es tu? Reſpondit Ieſus, Tu dicis, quia
rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad
hoc veni in mundum: vt teſtimonium
perhibeam veritati: omnis qui eſt ex ve-
38 ritate, audit vocem meam. ‡Dicit ei Pi-
latus, Quid eſt veritas? Et cùm hoc di-
xiſſet, iterũ exiuit ad Iudęos, & dicit eis,
39 Ego nullam inuenio in eo cauſam. ‡Eſt Mat.27,15. Mar.15,6. Luc.23,17.
aũt conſuetudo vobis vt vnũ dimittam
vobis in Paſcha: vultis ergo dimittã vo-
40 bis regem Iudæorum? ‡Clamauerũt er-
go rurſum omnes, dicentes, Non hunc,
ſed Barabbã. Erat autem Barabbas latro.



CAP. XIX.

1 TVNC ergo apprehendit Pilatus
2 Ieſum, & flagellauit. ‡'Et milites Mat.27,27 Mar.15,16
plectentes coronam de ſpinis, impoſue-
rũt capiti eius: & veſte purpurea circun-
dederunt eum. ‡Et veniebant ad eum,
& dice-

& dicebant, Aue rex Iudæorum. & dabãt ei alapas. 4 Exiuit iterũ Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis eũ foras, vt cognoſcatis quia nullam inuenio in eo cauſam. 5 Exiuit ergo Ieſus portans coronam ſpineam, & purpureum veſtimẽtum: Et dicit eis, Ecce homo. 6 Cùm ergo vidiſſent eum põtifices & miniſtri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. ego enim nõ inuenio in eo cauſam. 7 Reſponderunt ei Iudæi, Nos legem habemus: & ſecundũ legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.

8 Cùm ergo audiſſet Pilatus hũc ſermonẽ, magis timuit. 9 Et ingreſſus eſt prætorium iterum: & dicit ad Ieſum, Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei. 10 Dicit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? 11 Reſpondit Ieſus, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

12 Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. omnis qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. 13 Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithóſtrotos, Hebraicè autẽ Gabbatha. 14 Erat autẽ paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis, Ecce rex veſter. 15 Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices, Non habemus Regem, niſi Cæſarem.

16 Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum: & eduxerunt. 17 Et baiulans ſibi crucem exiuit in eũ qui dicitur Caluarię locum, Hebraicè Golgotha: 18 vbi crucifixerũt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum. 19 Scripſit autem & titulũ Pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. 20 Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus: Et erat ſcriptum Hebraicè, Græcè & Latinè. 21 Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorũ, Noli ſcribere Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. 22 Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi. 23 Milites ergò cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius (& fecerunt quatuor partes: vnicuique militi partem.) & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper cõtexta per totum. 24 Dixerunt ergo adinuicem, Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur, dicens, Partiti ſunt veſtimẽta mea ſibi: & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. 25 Stabant autẽ iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius. Maria Cleopæ, & Maria Magdalene. 26 Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem quem diligebat,

dicit matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. 27 Deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua.

*ergo R. G.S. — *foras R. G.S. — -6 MS. G q. — *noſtram 1 MS. R. G.S. — *Et MS.S. — *enim MS.Aug.S. — * eum 3 MS.S. — *autem MS.Aug.S. — Mat.27,33. Mar.15,22 Luc.23,33. — ſtantem R.G.S.

ſua. 28 Poſtea ſciens Ieſus quia omnia iam conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura, dicit, Sitio. 29 Vas ergo erat poſitum aceto plenum. Illi autẽ ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circunponentes, obtulerunt ori eius. 30 Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit, Conſummatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum.

31 Iudæi ergo (quoniam Paraſcéue erat) vt non remanerẽt in cruce corpora ſabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerũt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. 32 Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. 33 Ad Ieſum aũt cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuũ, nõ fregerunt eius crura, 34 ſed vnus militũ lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis

& aqua. 35 Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt & vos credatis. 36 Facta ſunt enim hæc vt ſcriptura impleretur, Os nõ comminuetis ex eo.

37 Et iterũ alia ſcriptura dicit, Videbunt in quem transfixerũt. 38 Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathæa (eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. 39 Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixturam myrrhę & aloës, quaſi libras centum. 40 Acceperunt ergò corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. 41 Erat autem in loco vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. 42 Ibi ergò propter Paraſcéuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

CAP. XX.

1 VNa autem ſabbathi, Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum: & vidit lapidem ſublatum à monumento. 2 Cucurrit ergo, & venit ad Simonẽ Petrum, & ad alium diſcipulum quem amabat Ieſus, & dicit illis, Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus vbi poſuerunt eum. 3 Exiit ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum. 4 Currebant autẽ duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumẽtum. 5 Et cùm ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina: non tamen introiuit. 6 Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita, 7 & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. 8 Tunc ergò introiuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit.

9 nondum enim ſciebant ſcripturã, quia oportebat eum à mortuis reſurgere. 10 Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos. 11 Maria autem ſtabat ad monumẽtum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentũ: 12 & vidit duos angelos in albis, ſedentes,

Zac.12,10. Mat.27,57. Mar.15,42 Luc.23,50. — Sap.3,1. & 7,30. — *oporteret MS. — Mat.28,1. — Mar.16,5. Luc.24,4. — *videt 1 MS.G.S.

ſedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu.
13 ✠Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerũt Dominũ meum: & neſcio vbi poſuerũt eum. 14 ✠Hæc cùm dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem: & non ſciebat quia Ieſus eſt. 15 ✠Dicit ei Ieſus, Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei, Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum: & ego eum tollam. 16 ✠Dicit ei Ieſus, Maria. Conuerſa illa dicit ei, Rabboni (quod dicitur, Magiſter.) 17 ✠Dicit ei Ieſus, Noli me tangere, nondũ enim aſcendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis, Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meũ & Deum veſtrum. 18 ✠Venit Maria Magdalene annuntians diſcipulis, Quia vidi Dominũ, & hęc dixit mihi. 19 ✠'Cùm ergo ſerò eſſet die illo, vna ſabbathorũ, & fores eſſent

Mar. 16, 14. Luc. 24, 36. 1 Co. 15, 5.

clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dicit eis, Pax vobis.
20 ✠Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli 21 viſo Domino. ✠Dixit ergo eis 'iterũ, Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. 22 ✠Hoc cùm dixiſſet, inſufflauit: & dicit eis, Accipite Spiritum ſanctum: 23 ✠'quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retẽta ſunt. 24 ✠Thomas autẽ vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, nõ erat cum eis quando venit Ieſus. 25 ✠Dixerunt ergo ei alij diſcipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Niſi videro in manibus eius 'fixuram' clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meã in latus eius: non credam. 26 ✠Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & 27 dixit, Pax vobis. ✠Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incre- 28 dulus, ſed fidelis. ✠Reſpondit Thomas, & dixit ei, Dominus me⁹ & Deus meus. 29 ✠Dicit ei Ieſus, Quia vidiſti me Thoma', credidiſti: beati qui nõ viderunt & crediderunt. 30 ✠'Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorũ, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. 31 ✠Hæc autẽ ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

'Ieſus R. G.S.

'figuram 5 MS.G. Q.H.

Mt. Aug. G. S.

Inf. 21, 25.

CAP. XXI.

1 POſtea manifeſtauit ſe iterũ Ieſus ✠ad mare Tiberiadis. Manifeſtauit autẽ 2 ſic: ✠Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & 'Nathanaël qui erat à Cana Galilææ, '& filij Zebedęi, & alij ex diſcipulis eius duo. 3 ✠Dicit eis Simon Petrus, Vado piſcari. Dicunt eis Simon Petrus, Vado piſcari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt & aſcenderunt in nauim: & illa nocte 4 nihil prendiderunt. ✠Manè autem iam facto ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt diſcipuli quia Ieſus eſt. 5 ✠Dicit ergo eis Ieſus, Pueri, nũquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei, 6 Non. ✠Dicit eis, 'Mittite in dexterã nauigij

✠diſcipulis 4 MS. R.G.S.

Sup. 1, 45. Mat. 4, 21. Mar. 1, 19.

Luc. 5, 4.

uigij rete: & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. 7 ✠Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, Petro, Dominus eſt. Simon Petrus cùm audiſſet quia Dominus eſt: tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. 8 ✠Alij autem diſcipuli nauigio venerunt (non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducẽtis) trahentes rete piſcium. 9 ✠Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum & panẽ. 10 ✠Dicit eis Ieſus, Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc. 11 ✠Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. 12 ✠Dicit eis Ieſus, Venite, prandete. Et nemo audebat 'diſcumbentium' interrogare eum, Tu quis es? ſcientes quia Dominus eſt. 13 ✠Et venit Ieſus, & 'accipit' panem, & 'dat' eis, & piſcem ſimiliter. 14 ✠Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cùm reſurrexiſſet à mortuis. 15 ✠Cùm ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus, Simon 'Iohannis', diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. 16 ✠Dicit ei iterum, Simon 'Iohannis', diligis me? Ait illi, Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. 17 ✠Dicit ei tertiò, Simõ 'Iohannis', amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei, Domine, tu omnia 'ſcis': tu ſcis quia amo te. Dicit ei', Paſce oues meas. 18 ✠Amen, amen dico tibi, cùm eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas. cùm autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò nõ vis. 19 ✠Hoc autem dixit, ſignificãs qua morte clarificaturus eſſet Deũ. Et cũ hoc dixiſſet, dicit ei, Sequere me. 20 ✠Conuerſus Petrus, vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus, ſequentem, 'qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit, Domine quis eſt qui tradet te? 21 ✠Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus, dicit Ieſu, Domine, hic aũt quid? 22 ✠Dicit ei Ieſus, 'Sic' eum volo manere donec

'diſcentibus MS. 'copulauit c. s' 'accepit ms. Aug. s. 'dabat ms. s.

Ioan. 6 infra 2 M.G.S.

Ioan. 13, 23.

'Si 3 ms. R. G. S. 'Si fic 9 MS. Q.H.

'Si 4 Ms. G. S. Si fic ms. Q.H.

23 veniam, quid ad te? tu mẽ ſequere. ✠Exiit ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Ieſus, Non moritur. ſed, 'Sic' eum volo 24 manere donec veniam, quid ad te? ✠Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc: & ſcimus 25 quia verum eſt teſtimoniũ eius. ✠'Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt, libros.

Sup. 20, 30.

ACTA APOSTOLORVM.

CAPVT PRIMVM.

1 PRIMVM quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Ieſus facere & 2 docere, ✠vſque in diem qua præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt: 3 ✠quibus & præbuit ſeipſum

viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. *Et
4 "conuescens', 'præcepit eis, ab Ierosolymis ne discederẽt, sed expectarent promissionẽ Patris, 'quam audistis (inquit)
5 per os meum: *'quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem 'baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos
6 dies. *Igitur qui cõuenerant, interrogabant eũ, dicentes, Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël? *Dixit
7 autem eis, Nõ est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua
8 potestate: *sed 'accipietis virtutẽ superuenientis Spiritus sancti in vos, & 'eritis mihi testes in Ierusalẽ, & in omni Iudęa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.
9 *'Et cùm hæc dixisset, videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eũ ab ocu-



lis eorum. *Cumq. intuerẽtur in cælum
10 euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, *qui & dixe-
11 runt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.
12 *Tunc reuersi sunt Ierosolymã à monte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, sabbathi habens iter. *Et cùm introissent in cœnaculum, ascenderũt vbi manebant Petrus & Iohannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi.
14 *hi omnes erant perseuerãtes vnanimiter in oratione cũ mulieribus & Maria
15 matre Iesu, & fratribus "eius. *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit (erat aũt turba "hominum' simul,
16 ferè centum viginti) *Viri fratres, oportet impleri scripturam 'quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, '(qui fuit dux eorum qui comprehen-
17 derunt Iesum: *qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortẽ ministerij
18 huius. *'Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, '& suspẽsus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera eius. *Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum, Hacel-de-
20 ma, hoc est, ager sanguinis.) *Scriptum est enim in libro Psalmorum: 'Fiat commoratio "eorum' deserta, & non sit qui
21 inhabitet in ea: 'Et episcopatũ eius accipiat alter. *Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt cõgregati, in omni tẽpore quo intrauit & exiuit inter nos Dñs
22 Iesus, *incipiens à baptismate Iohannis vsq. in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscũ fieri
23 vnum ex istis. *Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: & Mathiã. *Et oran-
24 tes dixerũt, Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his
25 duobus vnum, *accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas vt abiret in locum
26 suum. *Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

CAP.

Q.n. Luc.24,49. Ioh.14,26. Mat.3,11. Mar.1,8. Luc.3,16. Ioh.1,26. Infr.12,16. 19,4.

Infr.2,2.4. Luc.24,48 Infr.2,32.

Mar.16,19 Luc.24,51.

"nominũ I M S.G. Q.n.

Psal.40,9.

Ioh.13,18. 18,3.

Mat.27,7. Mat.27,5.

Psal.68,26.

"eius 4 M S.B.G. S.

Psal.108,8.

CAP. II.

*complerentur. Mat.3,11. Mar.1,8. Luc.3,16. Sup.1,5. Infr.11,15. 19,6.

ET cùm "complerentur' 'dies Pen-
1 tecostes, erant omnes pariter in eo-
2 dem loco: *'& factus est repẽtè de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus ve-
3 hemẽtis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam 'ignis', seditq.
4 supra singulos eorum: *& 'repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperũt loqui 'variis' linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. *Erãt autẽ in Ierusalem
5 habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni
6 natione quæ sub cælo est. *Facta aũtem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniã audiebat vnusquisq. lingua sua illos loquentes. *Stupebant
7 autem omnes, & mirabantur, dicentes*: Nónne, ecce, omnes isti qui loquuntur,
8 Galilæi sunt, *& quomodò nos "audiuimus' vnusquisque linguam nostram, in
9 qua nati sum⁹? *Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, &
10 Asiam, *Phrygiam, & Pamphyliã, Ægyptum, & partes Libyæ quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoq.
11 *& Proselyti, Cretes, & Arabes: "audiuimus' eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. *Stupebant autem omnes, &
12 mirabantur, adinuicem dicentes, Quidnam vult hoc esse? *Alij autem irridentes dicebant, Quia musto pleni sunt isti.
13 *Stans autem Petrus cum vndecim, le-
14 uauit vocẽ suam, & locutus est eis, Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalẽ vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. *Non enim, sicut vos æsti-
15 matis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei
16 tertia: *sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioël, *'Et erit in nouissimis
17 diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. *Et
18 quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt: *& dabo
19 prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vapo-
20 rem fumi. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat
21 dies Domini magnus & manifestus. *Et erit 'omnis quicumque inuocauerit no-
22 men Dñi, saluus erit. *Viri Israëlitæ, audite verba hæc, Iesum Nazarenũ virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs & signis quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut "vos scitis:
23 *hunc definito consilio & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigẽtes, interemistis. *quem Deus susci-
24 tauit solutis doloribꝰ inferni, iuxta quod
25 impossibile erat teneri illũ ab eo. *Dauid enim dicit in eum, 'Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper: quoniam
26 à dextris est mihi ne commouear. *Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea insuper, & caro mea re-
27 quiescet in spe. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuũ videre corruptionem.
28 *Notas mihi fecisti vias vitæ: replebis me iucunditate cum facie tua. *Viri
29 fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid 'quoniam "defunctus est, & sepultus est: & sepulchrum eius est apud nos, vsque in hodiernum diem.
30 *Propheta igitur cũ esset, & sciret quia iureiurando 'iurasset illi Deus de fructu
31 lumbi eius sedere super sedẽ eius: *prouidẽs locutus est de resurrectione Christi, quia 'neque derelictus est in inferno, 'neque caro eius vidit corruptionem.
32 *Hunc Iesum resuscitauit Deus, 'cuius
33 omnes nos testes sumus. *Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit "hunc
34 quem' vos videtis & auditis. *Nõ enim Dauid ascendit in cælum: dicit autẽ ipse, 'Dixit Dominus Domino meo, sede à
35 dextris meis, *donec ponam inimicos
36 tuos scabellũ pedum tuorum. *Certissimè sciat ergo omnis domus Israël, quia & Dominũ eum, & Christũ fecit Deus,
37 hunc Iesum, quẽ vos crucifixistis. *His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apo-
38 stolos, Quid faciemꝰ viri fratres? *Petrus

H 2 verò

*audiuimus I M S.G.S.

Ioel.2,32. Rom.10,13

"& 5 Ms. G.S.

Psal.15,8.

3 Reg.2,10 "& 4 M S. G.S.

Psal.131,11.

Psal.15,10.

Infr.13,25.

Sup.1,8.

Psal.109,1.

"hocdonũ quod M S.S.

verò ad illos, Pœnitẽtiam (inquit) agite,
& baptizetur vnuſquiſq. veſtrum in no-
mine Ieſu Chriſti in remiſſionem pecca-
torum veſtrorum: & accipietis donum
Spiritus ſancti. 39 Vobis enim eſt repro-
miſſio, & filijs veſtris, & omnibus qui
longè ſunt, quoſcumque aduocauerit
Dominus Deus noſter. 40 Alijs etiam ver-
bis plurimis teſtificatus eſt, & exhorta-
batur eos, dicẽs, Saluamini à generatio-
ne iſta praua. 41 Qui ergo receperunt ſer-
monem eius, baptizati ſunt: & appoſitæ
ſunt in die illa animæ circiter tria millia.
42 Erant autem perſeuerãtes in doctrina
Apoſtolorum, & communicatione fra-
ctionis panis, & orationibus. 43 Fiebat
autem omni animæ timor: multa quoq.
prodigia & ſigna per Apoſtolos in Ieru-
ſalem fiebant, & metus erat magnus in
vniuerſis. 44 Omnes etiã qui credebant,
erant pariter, & habebant omnia com-
munia. 45 Poſſeſſiones & ſubſtantias ven-
debant, & diuidebãt illa omnibus, prout
cuique opus erat. 46 Quotidie quoq. per-
durantes vnanimiter in templo, & fran-
gentes circa domos panem, ſumebant
cibum cum exultatione & ſimplicitate
cordis: 47 collaudãtes Deum, & habentes
gratiam ad omnem plebem. Dominus
autem augebat qui ſalui fierẽt quotidie
in idipſum.

CAP. III.

1 PEtrus autem & Iohannes aſcende-
bant in templum, ad horam oratio-
nis nonam. 2 Et quidã vir qui erat clau-
dus ex vtero matris ſuæ, baiulabatur:
quem ponebant quotidie ad portã tem-
pli, quæ dicitur Specioſa, vt peteret elee-
moſynam ab introeũtibus in templum.
3 Is cùm vidiſſet Petrum & Iohannem
incipientes introire in templum, roga-
bat vt eleemoſynã acciperet. 4 Intuens
autem in eum Petrus cũ Iohanne, dixit,
Reſpice in nos. 5 At ille intẽdebat in eos,
ſperans ſe aliquid accepturũ ab eis. 6 Pe-
trus autem dixit, Argentum & aurum
non eſt mihi: quod autem habeo, hoc
tibi do: In nomine Ieſu Chriſti Nazare-
ni ſurge, & ambula. 7 Et apprehenſa
manu eius dextera, alleuauit eũ, & pro-
tinus cõſolidatę ſunt baſes eius & plantę.



8 Et exiliens ſtetit, & ambulabat: & in-
trauit cum illis in templum ambulans,
& exiliens, & laudans Deum. 9 Et vidit
omnis populus eum ambulãtem, & lau-
10 dantem Deum. Cognoſcebant autem
illum, quòd ipſe erat qui ad eleemoſy-
nam ſedebat ad Specioſam portã tem-
pli: & impleti ſunt ſtupore & extaſi in eo
11 quod contigerat illi. Cũ teneret autem
Petrum & Iohannem, cucurrit omnis
populus ad eos ad porticum quę appel-
12 latur Salomonis, ſtupentes. Videns
autem Petrus, reſpondit ad populũ, Viri
Iſraëlitæ quid miramini in hoc, aut nos
quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut
pietate fecerimus hunc ambulare?
13 Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus
Iacob, Deus patrum noſtrorum glorifi-
cauit filium ſuum Ieſum, quem vos qui-
dem tradidiſtis & negaſtis ante faciem
14 Pilati, iudicãte illo dimitti. Vos autem
ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis
15 virum homicidã donari vobis: author-
rem verò vitæ interfeciſtis, quem Deus
ſuſcita-

teneret MS.
videret o
potestate MS.s.
Mat.27,20. Mar.15,11. Luc.23,18. Ieh.18,40.

ſuſcitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſu-
mus. 16 Et in fide nominis eius, hũc quem
vidiſtis vos videtis & noſtis, cõfirmauit nomen
illi 1 MS. eius: & fides quæ per eum eſt, dedit in-
R.G.S. tegram ſanitatem iſtam in conſpectu
omnium veſtrum. 17 Et nunc fratres ſcio
quia per ignorantiã feciſtis, ſicut & prin-
quę 5 MS. G. cipes veſtri. 18 Deus autem qui prænun-
ſpiritus ad- tiauit per os omnium prophetarũ, pati
modum S. Chriſtum ſuum, ſic impleuit. 19 Pœnite-
mini igitur & conuertimini, vt deleã-
tur peccata veſtra: 20 vt cùm venerint
tempora refrigerij à conſpectu Domini,
& miſerit eum qui prædicatus eſt vobis
Ieſum Chriſtũ, 21 quem oportet quidem
cælum ſuſcipere vſque in tempora reſti-
tutionis omnium, quæ locutus eſt Deus
per os ſanctorum ſuorum, à ſeculo, pro-
Deut.18,15. phetarum. 22 Moyſes quidẽ dixit, Quo-
niam prophetam ſuſcitabit vobis Do-
minus Deus veſter de fratribus veſtris
tanquã me: ipſum audietis iuxta omnia
quæcumque locutus fuerit vobis. 23 Erit
autem, omnis anima quæ non audierit
prophetam illum, exterminabitur de
plebe. 24 Et omnes prophetæ à Samuel,
& 5 MS. & deinceps qui locuti ſunt, annuntia-
G.S. uerunt dies iſtos. 25 Vos eſtis filij prophe-
tarum & teſtamẽti quod diſpoſuit Deus
ad patres noſtros, dicens ad Abraham,
Gen.12,3. Et in ſemine tuo benedicentur omnes
ϕ.22,18. familiæ terræ. 26 Vobis primùm Deus
ϕ.26,4. ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum bene-
dicentem vobis: vt conuertat ſe vnuſ-
quiſque à nequitia ſua.

CAP. IIII.

1 LOquẽtibus autem illis ad populum,
ſuperuenerunt ſacerdotes, & magi-
ſtratus templi & Sadducæi, 2 dolentes
quòd docerent populum, & annuntia-
Ieſu 7 rent in Ieſum reſurrectionem ex mor-
MS.G. tuis: 3 & iniecerũt in eos manus, & poſue-
runt eos in cuſtodiam, in craſtinum, erat
enim iam veſpera. 4 Multi autem eorum
qui audierant verbum, crediderunt: &
factus eſt numerus virorum quinque
millia. 5 Factum eſt autem in craſtinum,
vt congregarentur principes eorum, &
ſeniores & ſcribæ in Ieruſalẽ. 6 & Annas
princeps ſacerdotum, & Caiphas & Io-
hannes, & Alexãder, & quotquot erant
7 de genere ſacerdotali. 8 Et ſtatuentes eos
in medio, interrogabant: In qua virtute
aut in quo nomine feciſtis hoc vos?
8 Tunc repletus Spiritu ſancto Petrus,
dixit ad eos, Principes populi & ſenio-
9 res: Si nos hodie diiudicamur in be-
nefacto hominis infirmi, in quo iſte ſal-
10 uus factus eſt, notum ſit omnibus vo-
bis & omni plebi Iſraël, quia in nomine
Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifi-
xiſtis, quẽ Deus ſuſcitauit à mortuis, in
11 hoc iſte aſtat corã vobis ſanus. Hic eſt
lapis qui reprobatus eſt à vobis ędifican-
12 tibus: qui factus eſt in caput anguli. &
non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim
aliud nomen eſt ſub cælo datum homi-
nibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.
13 Videntes autem Petri conſtantiam &
Iohannis, cõperto quòd homines eſſent
ſine literis & idiotæ, admirabantur, &
cognoſcebant eos quoniã cum Ieſu fue-
14 rant: hominem quoque videntes ſtan-
tem cum eis qui curatus fuerat, nihil po-
15 terant contradicere. Iuſſerũt autem eos
foras extra concilium ſecedere: & con-
16 ferebant adinuicem, dicentes, Quid
faciemus hominibus iſtis? quoniam qui-
dem notum ſignum factum eſt per eos,
omnibus habitantibus Ieruſalem: mani-
17 feſtum eſt, & nõ poſſumus negare. Sed
ne amplius diuulgetur in populũ, com-
minemur eis, ne vltrà loquantur in no-
18 mine hoc vlli hominum. Et vocantes
eos, denuntiauerunt ne omnino loque-
rentur, neque docerent in nomine Ieſu.
19 Petrus verò & Iohannes reſpondentes,
dixerunt ad eos, Si iuſtum eſt in conſpe-
ctu Dei, vos potius audire quàm Deum,
20 iudicate. non enim poſſumus quæ vidi-
21 mus & audiuimus non loqui. At illi
comminãtes, dimiſerunt eos: non inue-
nientes quomodo punirent eos, propter
populum, quia omnes clarificabant id
quod factum fuerat, in eo quod accide-
22 rat. Annorum enim erat amplius qua-
draginta homo in quo factum fuerat
23 ſignum iſtud ſanitatis. Dimiſſi autem
venerunt ad ſuos: & annuntiauerunt eis
quanta ad eos principes ſacerdotum &

Israël 3 MS. G. S.
audite MS.S.
Psal.117,22. Mat.21,42 Mar.12,10 Luc.20,17. Iſai.28,16. 1 Pet.2,7. Rom.9,33.

seniores dixissent. [24] Qui cùm audissent, vnanimiter leuauerũt vocem ad Deum,
*Deus 2 MS. R. G.S. & dixerunt, Domine, tu *qui fecisti cælum & terram, mare, & omnia quę in eis
[25] sunt, qui Spiritu sancto per os patris
Psal. 2,1. nostri Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati
[26] sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnũ aduersus Dominum, & aduersus Christum eius?
[27] cõuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum,
[28] quẽ vnxisti, Herodes, & Põtius Pilatus, cum Gentibus & populis Israël, facere
[29] quæ manus tua & consiliũ tuum decreuerunt fieri. Et nunc Domine respice
[30] in minas eorũ, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo
[31] quod manum tuam extendas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. Et cùm orassent, motus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.

[32] Multitudinis autem credentium erat
-5 MS. G. cor 'vnum' & anima vna: nec quisquam eorũ quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia cõmunia.
[33] Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi
-6 MS. G. S. Domini 'nostri': & gratia magna erat in
[34] omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim
[35] possessores agrorum aut domorũ erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes
[36] Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. Ioseph
*Barsabas o. autem qui cognominatus est 'Barnabas' ab Apostolis (quod est interpretatum filius consolationis) Leuites, Cyprius genere,
[37] cùm haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

CAP. V.

[1] VIr autem quidã nomine Ananias, cum Saphira vxore sua vendidit
[2] agrum, & fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & afferẽs partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit.

[3] Dixit autem Petrus, Anania, cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? *ad Ananiam o. *ad eum MS. G. S.
[4] Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es
[5] mẽtitus hominibus, sed Deo. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus est timor magnus
[6] super omnes qui audierunt. Surgentes autem iuuenes, amouerunt eum, & efferentes sepelierunt. Factum est autem
[7] quasi horarum trium spatium, & vxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introiuit. Respondit autem ei Petrus, Dic
-6 MS. G. S. mihi 'mulier', si tanti agrum vendidistis?
[9] At illa dixit, Etiam tanti. Petrus autem ad eam, Quid vtiq. conuenit vobis tentare Spiritũ Domini? Ecce, pedes eorum
[10] qui sepelierunt virum tuum, ad ostium, & efferent te. Confestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrãtes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam: & extulerunt, & sepelierunt ad virũ suum.
[11] Et factus est timor magnus in vniuersa ecclesia, & in omnes qui audierunt
[12] hæc. Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu
[13] Salomonis. Cæterorum autẽ nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus.
[14] Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo
[15] virorum ac mulierum: ita vt in plateas eiicerent infirmos & ponerent in lectulis ac grabátis, vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infir- -5 MS. G. S.
[16] mitatibus suis'. Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes ægros & vexatos à spiritibus immũdis: qui curabantur omnes.
[17] Exurgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo erant, quæ est hæ-
[18] resis Sadducæorũ, repleti sunt zelo: & iniecerunt manus in Apostolos, & po-
[19] suerunt eos in custodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit,
[20] Ite: & stantes loquimini in tẽplo plebi omnia

omnia verba vitæ huius. [21] Qui cùm audissent, intrauerunt diluculo in tẽplum, & docebãt. Adueniens autem princeps sacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium & omnes seniores filiorum Israël: & miserunt ad carcerem
[22] vt adducerentur. Cùm autẽ venissent ministri, & aperto carcere non inuenissent illos: reuersi nuntiauerunt,
[23] dicentes, Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas: aperientes autẽ, neminem intus inuenimus.
[24] Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi & principes sacerdotũ, ambigebant de illis quidnã fieret.
[25] Adueniens autem quidã nuntiauit eis, Quia ecce viri quos posuistis in carcerẽ, sunt in templo stantes, & docentes populum.
[26] Tunc abiit magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi: timebant enim populum ne lapidarentur.
[27] Et cùm adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit
[28] eos princeps sacerdotum, dicens, Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere
[29] super nos sanguinẽ hominis istius. Respondens autẽ Petrus & Apostoli, dixerũt, Obedire oportet Deo magis, quàm
[30] hominibus. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis,
[31] suspendẽtes in ligno. Hunc principem & saluatorẽ Deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israëli, & re-
[32] missionem peccatorum. & nos sumus testes horum verborum, & Spiritus sanctus, quẽ dedit Deus omnibus obedientibus sibi.
[33] Hæc cùm audissent, dissecabantur, & cogitabant interficere illos.
[34] Surgens autẽ quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legisdoctor
'pusillum foras Apostolos fecedere 5. MS. G. S. honorabilis vniuersæ plebi, iussit 'foras
[35] ad breue homines fieri'. dixitq. ad illos, Viri Israëlitæ, attendite vobis super ho-
[36] minibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse
'quicunque 5 MS. G. aliquem, cui cõsensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est: & omnes 'qui' credebant ei, dissipati
[37] sunt, & 'redacti' ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus profes- *redactus est 10 MS. sionis, & auertit populum post se, & ipse perijt: & omnes quotquot consensérunt
[38] ei, dispersi sunt. Et nunc 'itaq.' dico vo- -1 MS. G. S. bis, discedite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniã si est ex hominibus consi-
[39] lium hoc aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere 'eos', *illud 2 MS. G. S. ne fortè & Deo repugnare inueniamini.
[40] Consenserunt autẽ illi. Et conuocantes Apostolos, cæsis denuntiauerunt ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos.
[41] Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contume-
[42] liam pati. Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & euangelizantes Christum Iesum.

CAP. VI.

[1] IN diebus autem illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano
[2] viduæ eorum. Conuocantes autẽ duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt, Nõ est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.
[3] Cõsiderate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituamus
[4] super hoc opus. Nos verò, orationi & ministerio verbi instantes erimus.
[5] Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegérũt Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Infr. 21,8. Próchorum, & Nicánorem, & 'Timónem', & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. *Timotheum o.
[6] Hos statuerunt ante cõspectum Apostolorum: & orantes imposuerũt eis manus.
[7] Et verbum 'Dei' crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. *Domini MS 4.
[8] Stéphanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & si-
[9] gna magna in populo. Surrexerunt aũt quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia &

licia & Asia, disputantes cum Stéphano.
*& non poterant resistere sapientiæ & 10
Spiritui qui loquebatur. *Tunc summi- 11
serunt viros, qui dicerent se audiuisse
eum dicentem verba blasphemiæ in
Moysen & Deum. *Cómouerunt itaq. 12
plebem, & seniores, & Scribas: & con-
currentes rapuerunt eũ, & adduxerunt
in concilium, *& statuerunt falsos testes 13
qui dicerent, Homo iste nõ cessat loqui
verba aduersus locum sanctũ, & legem.
*audiuimus enim eum dicẽtem, quo- 14
niã Iesus Nazarenus hic, destruet locum
istum, & mutabit traditiones, quas tra-
didit nobis Moyses. *Et intuentes eum 15
omnes qui sedebãt in concilio, viderunt
faciem eius tanquam faciem angeli.

CAP. VII.

DIxit autem princeps sacerdotum, 1
Si hæc ita se habent? *Qui ait, Viri 2
fratres & patres audite. Deus gloriæ ap-
paruit patri nostro Abrahæ cùm esset in
Mesopotamia, prius quàm moraretur
Gen.12,1. in Charan, *& dixit ad illũ, 'Exi de terra 3
tua, & de cognatione tua, & veni in ter-
ram quam mõstrauero tibi. *Tunc exiit 4
de terra Chaldæorum, & habitauit in
Charan. Et inde, postquam mortuus est
pater eius, transtulit illum in terrã istam,
in qua nunc vos habitatis. *Et non dedit 5
illi hæreditatem in ea nec passum pedis:
"sed o. "&' repromisit dare illi eam in possessio-
nem, & semini eius post ipsum, cùm non
-6 MS.G. haberet filium. *Locutus est autem ei' 6
Gen.15,13. Deus, 'Quia erit semen eius accola in
terra aliena, & seruituti eos subiicient, &
malè tractabunt eos annis quadringen-
tis: *& gentem cui seruierint, iudicabo 7
'dicit Do minus Msq. ego, "dixit Deus'. & post hæc exibunt,
& seruient mihi in loco isto. *'Et dedit 8
Gen. 17,10. illi testamentum circunci sionis, ' & sic
Gen.21,24 genuit Isaac, & 'circumcîdit eum die
Gen.25,24. 26. octauo: & 'Isaac, Iacob: & 'Iacob, duo-
Gen.29,32. 30,35,23. decim Patriarchas. *Et Patriarchę æmu- 9
Gen.37,28. lãtes, Ioseph vendiderũt in Ægyptum.
& erat Deus cum eo: *& eripuit eum ex 10
Gen.41,37. omnibus tribulationibus eius. & 'dedit
ei gratiam & sapientiam in conspectu
Pharaonis regis Ægypti, & constituit
eum præpositũ super Ægyptũ & super
11 omnem domum suam. *Venit autem
fames in vniuersam Ægyptum & Cha-
náan, & tribulatio magna: & non inue-
12 niebant cibos patres nostri. *'Cùm au- Gen.42,2.
disset autem Iacob esse frumentum in
Ægypto: misit patres nostros primùm:
13 *& 'in secũdo cognitus est Ioseph à fra- Gen.45,3-4
tribus suis, & manifestatũ est Pharaoni
14 genus eius. *Mittens autem Ioseph, ac-
cersiuit Iacob patrem suum, & omnem
cognationem *in animabus septuaginta- *suã MS.
15 quinque. *'Et descendit Iacob in Ægy- R. G. S. Gen 46,1,5
ptum: & ' defunctus est ipse & patres Gen.49,32
16 nostri. *'Et trãslati sunt in Sichem, & po- Gen.50,7.
siti sunt in sepulchro 'quod emit Abra- Gen.23,16.
ham pretio argenti à filijs Hemor filij 50,13.
17 Sichem. *Cùm autem appropinquaret
tempus promissionis, quam confessus
erat Deus Abrahæ, 'creuit populus & Ioss.24,32.
18 multiplicatus est in Ægypto, *quoad- Exo.1,7.
usque surrexit alius rex in Ægypto, qui
19 non sciebat Ioseph. *Hic circunueniens
genus nostrum, afflixit patres nostros:
vt exponerent infantes suos, ne viuifica-
20 rentur. *'Eodẽ tempore natus est Moy- Exo.2,2.
ses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est Heb.12,23.
21 tribus mensibus in domo patris sui. *Ex-
posito autem illo, sustulit eum filia Pha-
raonis, & nutriuit eum sibi in filium.
22 *Et eruditus est Moyses omni sapientia
Ægyptiorum: & erat potens in verbis &
23 in operibus suis. *Cùm autem impleretur
tur ei quadraginta annorum tempus,
ascendit in cor eius vt visitaret fratres
24 suos filios Israël. *'Et cùm vidisset quen- Exo.2,12.
dam iniuriam patientem, vindicauit il-
lum: & fecit vltionem ei qui iniuriam
25 sustinebat, percusso Ægyptio. *Existi-
mabat autem intelligere fratres, quo-
niam Deus per manum ipsius daret sa-
26 lutem illis: at illi non intellexerũt. *'Se- Exo.2,13.
quenti verò die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens,
Viri, fratres estis, vt quid nocetis alteru-
27 trum? *Qui autem iniuriam faciebat
proximo, repulit eum, dicens, Quis te
constituit principem & iudicem super
28 nos? *nunquid interficere me tu vis,
quemadmodum interfecisti heri Ægy-
29 ptium? *Fugit autem Moyses in verbo
isto:

isto: & factus est aduena in terra Ma-
dian, vbi genauit filios duos. *Et exple- 30
Exod.3,2. tis annis quadraginta, 'apparuit illi in
deserto mõtis Sina angelus in igne flãmę
rubi. *Moyses autem videns, admiratus 31
est visum. Et accedente illo vt cõsidera-
dicens MSq. ret, facta est ad eum vox Domini, *Ego 32
sum Deus Patrum tuorum, Deus Abra-
ham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Treme-
factus autem Moyses, non audebat con-
siderare. *Dixit autem illi Dominus, 33
Solue calceamentum pedum tuorum:
locus enim in quo stas, terra sancta est.
*Videns vidi afflictionem populi mei 34
qui est in Ægypto, & gemitum eorum
audiui, & descendi liberare eos. Et nunc
-1 MS. G. veni, "&' mittam te in Ægyptũ. *Hunc 35
5. Moysen, quem negauerunt, dicentes,
Quis te constituit principem & ducem?
hunc Deus principem & redemptorem
misit, cum manu angeli qui apparuit illi
Exo.7,8,9. 10,11,14. in rubo. *'Hic eduxit illos faciens pro- 36
Exod.16,1. digia & signa in terra Ægypti, & in ru-
bro mari, & in deserto annis quadragin-
ta. *Hic est Moyses qui dixit filiis Israël, 37
Deu.18,15. 'Prophetã suscitabit vobis Deus de fra-
tribus vestris tanquã me: ipsum audie-
Exod.19,3. 19. tis. *'Hic est qui fuit in ecclesia in soli- 38
tudine, cũ angelo qui loquebatur ei in
monte Sina, & cum patribus nostris: qui
accepit verba vitæ dare nobis. *Cui no- 39
luerunt obedire patres nostri: sed repu-
lerunt, & auersi sunt cordibus suis in Æ-
Exod.32,1. gyptum, *dicentes ad Aaron: 'Fac nobis 40
'Moysi enim huic MSq. Deos qui præcedant nos: "Moyses enim
hic' qui eduxit nos de terra Ægypti, ne-
scimus quid factum sit ei. *Et vitulum 41
fecerunt in diebus illis, & obtulerũt ho-
stiam simulachro, & lætabantur in ope-
ribus manuũ suarum. *Cõuertit autem 42
Deus, & tradidit eos seruire militiæ cæli,
sicut scriptũ est in Libro Prophetarum:
Amos 5,25. 'Nunquid victimas & hostias obtulistis
mihi annis quadraginta in deserto, do-
mus Israël? *Et suscepistis tabernaculum 43
Moloch, & sydus Dei vestri Rempham,
figuras quas feciſtis, adorare eas. Et trãs-
feram vos trans Babylonem. *Taberna- 44
-4 MS. 6.5. culũ testimonij fuit patribus nostris in
deserto, sicut disposuit 'Deus', 'loquens
ad Moysen, vt faceret illud secundum Exo.25,40.
45 formã quam viderat. *'Quod & indu- Heb.8,5.
xerunt, susci pientes patres nostri cũ Iesu Iosue 3, 14.
in possessionem gentium, quas expulit
Deus à facie patrum nostrorum, vsq. in
46 diebus Dauid, *qui inuenit gratiã ante 1 Re.16,13
Deum, & 'petiit vt inueniret tabernacu- Psal.131,5.
47 lum Deo Iacob. *'Salomon autem ædi- 3 Reg. 6, 1.
1 Paral. 17,
12.
48 ficauit illi domum. *Sed 'non Excelsus Inst.17,25.
in manufactis habitat, sicut "propheta' "per pro-
49 dicit: *' Cælum mihi sedes est: terra au- pheta o.
Isai.66,1.
3 Reg.8,27.
tem scabellum pedum meorum. Quam 2 Par.6,18
domũ ædificabitis mihi, dicit Dominus?
aut quis locus requietionis meæ est?
50 *Nónne manus mea fecit hæc omnia?
51 *Dura ceruice & incircũcisis cordibus
& auribus, vos semper Spiritui sancto
"resistitis' : sicut patres vestri & vos. "restitistis o.
52 *Quem Prophetarum nõ sunt persecuti
patres vestri? Et occiderunt eos qui præ-
nuntiabant de aduentu Iusti, cuius vos
53 nunc *proditores & homicidæ fuistis:
qui accepistis legem in dispositione an-
54 gelorum, & non custodistis. *Audientes
autem hæc dissecabantur cordibus suis,
55 & stridebant dentibus in eum. *Cùm
autem esset plenus Spiritu sancto, inten-
dens in cælum, vidit gloriam Dei, & Ie-
56 sum stantem à dextris Dei. *Et ait, Ecce
video cælos apertos, & filium hominis
57 stantem à dextris *Dei. *Exclamãtes au- *virtutis o.
tem voce magna, continuerunt aures
suas, & impetum fecerunt vnanimiter
58 in eum. *Et eijcientes eum extra ciuita-
tem, lapidabant: & testes deposuerunt
vestimenta sua secus pedes 'adolescentis Inst.22,20.
59 qui vocabatur Saulus. *Et lapidabant
Stephanum inuocantem, & dicentem:
Domine Iesu, suscipe spiritum meum.
60 *Positis autem genibus, clamauit voce
magna, "dicens': Domine, ne statuas illis -3 MS.G.
hoc peccatum. Et cùm hoc dixisset, ob-
dormiuit*. Saulus autem erat consen- *in Do-
tiens neci eius. mino o.

CAP. VIII.

1 FActa est autem in illa die persecutio
magna in Ecclesia, quæ erat Ieroso-
lymis, & omnes dispersi sunt per regio-
nes Iudææ & Samariæ, præter Apostolos.
2 *Curauerunt autem Stephanum viri ti-

morati, & fecerunt planctum magnum
Infr. 22, 4, 19. super eum. [3] Saulus autẽ deuastabat ecclesiam: per domos intrans, & trahens
viros ac mulieres, tradebat in custodiam. [4] Igitur qui dispersi erãt pertrans-
Dei MS. 3. ibant, euangelizantes verbum. [5] Philippus autem descendens in ciuitatem
Samariæ, prædicabat illis Christum. [6] Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audiẽtes,
& videntes signa quæ faciebat. [7] Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici & claudi
curati sunt. [8] Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. [9] Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in
ciuitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum:
[10] cui auscultabant omnes à minimo vsq. ad maximum, dicentes, Hic est virtus
Dei, quæ vocatur magna. [11] Attẽdebant autem eum, propter quod multo tempore
*magiis c.s. *artibus 9 MS. pore *magicis suis* dementasset eos.
[12] Cùm verò credidissent Philippo euan-
*in MS s. gelizanti de regno Dei, *&* nomine Iesu Christi, baptizabantur viri ac mulieres.
[13] Tunc Simon & ipse credidit: & cùm baptizatus esset, adhærebat Philippo.
Videns etiam signa & virtutes maximas fieri, stupẽs admirabatur. [14] Cùm autem
audissent Apostoli qui erant in Ierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum
Dei: miserunt ad eos Petrum & Iohannem. [15] Qui cùm venissent, orauerunt
pro ipsis, vt acciperẽt Spiritum sanctum.
[16] Nondum enim in quenquã illorum
*superuenerat i MS.R.G. *venerat*, sed baptizati tantùm erant in
nomine Domini Iesu. [17] Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant
Spiritũ sanctum. [18] Quũ vidisset autem
Simon, quia per impositionem manus
Apostolorum, daretur Spiritus sanctus,
obtulit eis pecuniam, [19] dicens, Date &
mihi hanc potestatem, vt cuicunq. imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. [20] Petrus autem dixit ad eũ: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donũ Dei existimasti pecunia possideri. [21] Non est tibi pars, neque sors in
sermone isto. cor enim tuum non est re-
[22] ctum coram Deo. [22] Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum,
si fortè remittatur tibi hæc cogitatio
[23] cordis tui. [23] In felle enim amaritudinis,
& obligatione iniquitatis video te esse.
[24] Respondens autem Simon dixit: Precamini vos pro me ad Dominũ, vt nihil
[25] veniat super me horum quæ dixistis. [25] Et illi quidem testificati & locuti verbum
Domini, redibant Ierosolymã, & multis
regionibus Samaritanorum euãgelizabant. [26] Angelus autem Domini locutus
est ad Philippum, dicens: Surge, & vade
contra meridianũ, ad viam quæ descendit ab Ierusalem in Gazã: hæc est deser-
[27] ta. [27] Et surgẽs abiit. Et ecce, vir Æthiops,
eunũchus, potens *Candaces* Reginæ *Candacis MSq.R. Æthiopum, qui erat super omnes gazas
[28] eius: venerat adorare in Ierusalem: [28] &
reuertebatur sedens super currũ suum,
[29] legensq. Isaiam prophetã. [29] Dixit autem
Spiritus Philippo: Accede, & adiunge te
[30] ad currum istum. [30] Accurrens autẽ Philippus, audiuit eum legentẽ Isaiam Prophetam, & dixit: Putásne intelligis quæ
[31] legis? [31] Qui ait, Et quomodo possum, si
non aliquis ostenderit mihi? Rogauitq.
Philippũ vt ascẽderet, & sederet secum.
[32] [32] Locus autem scripturæ quam legebat,
erat hic: *Tanquam ouis ad occisionem* Isa. 53, 7.
ductus est: & sicut agnus corã tondente
[33] se, sine voce, sic non aperuit os suum. [33] In
humilitate iudiciũ eius sublatũ est. Generationẽ eius quis enarrabit, quoniam
[34] *tolletur* de terra vita eius? [34] Respondens *tollitur 1 MS.G.S. autem eunũchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo propheta dicit hoc? de se,
[35] an de alio aliquo? [35] Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura
[36] ista, euangelizauit illi Iesum. [36] Et dum
irent per viam, venerunt ad quandam
*quid s MS.G.S. aquã: & ait eunũchus, Ecce aqua, *quis*
[37] prohibet me baptizari? [37] Dixit autẽ Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et
respondens ait, Credo filium Dei esse Ie-
[38] sum Christum. [38] Et iussit stare currum:
& descenderunt vterque in aquam, Philippus & eunũchus, & baptizauit eum.
[39] [39] Cùm autem ascendissent de aqua, Spiritus

ritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunũchus. Ibat autem per viam suã gaudens. [40] Philippus 40
autem inuẽtus est in Azóto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis,
donec veniret Cæsaream.

CAP. IX.

SAulus autem adhuc spirãs minarum 1
& cædis in discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum, [2] & petiit 2
Act. 1, 13. Ioſ. 22, 5. ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, vt si quos inuenisset huius viæ viros
ac mulieres, vinctos perduceret in Ieru-
Ioſ. 12, 6. salem. [3] Et cùm iter faceret: contigit vt 3
1 Cor. 15, 8. appropinquaret Damasco: *& subitò circũfulsit eum lux de cælo. [4] *Et cadens in 4
2 Cor. 12, 2 terram, audiuit vocem dicentem sibi,
Saule, Saule quid me persequeris? [5] Qui 5
dixit, Quis es Domine? Et ille, Ego sum
Iesus, quem tu persequeris. durum est
tibi contra stimulum calcitrare. [6] Et tre- 6
mens ac stupens dixit, Domine, quid me
vis facere? [7] Et Dominus ad eum, Surge, 7
& ingredere ciuitatem, & dicetur tibi
quid te oporteat facere. Viri autem illi
qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audiẽtes quidem vocem, neminem autem videntes. [8] Surrexit autem 8
Saulus de terra, apertisque oculis nihil
videbat. Ad manus autẽ illum trahentes, introduxerunt Damascum. [9] Et erat 9
*bis. *tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit. [10] Erat autem qui- 10
dam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dominus,
Anania. At ille ait, Ecce ego Domine.
[11] Et Dominus ad eum, Surge, & vade in 11
vicum qui vocatur Rectus: & quære in
domo Iudę Saulum nomine Tarsensem:
ecce enim orat. ([12] Et vidit virum Ana- 12
niam nomine, introëuntẽ, & imponentem sibi manus vt visum recipiat.) [13] Re- 13
spondit autem Ananias, Domine, audiui
à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalẽ: [14] & hic habet 14
potestatem à principibus sacerdotum
alligandi omnes qui inuocant nomen
tuum. [15] Dixit autem ad eum Dñs, Vade, 15
quoniam vas electionis est mihi iste, vt
portet nomẽ meum coram gentibus, &
[16] regibus, & filiis Israël. [16] Ego enim ostendam illi quanta oporteat eũ pro nomine
[17] meo pati. [17] Et abiit Ananias, & introiuit
in domum: & imponẽs ei manus, dixit,
Saule frater, Dominus misit me Iesus,
qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt
[18] videas & implearis Spiritu sancto. [18] Et

confestim ceciderũt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit: & sur-
[19] gens baptizatus est. [19] Et cùm accepisset
cibum, cõfortatus est. Fuit autem cum
discipulis qui erãt Damasci, per dies ali-
[20] quot. [20] Et continuò ingressus *in synagogas, prædicabat Iesum, quoniam hic est *in synagogis prædicabat 8 MS.G.S. [21] filius Dei. [21] Stupebãt autem omnes qui
audiebant, & dicebant, Nónne hic est
qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc
venit vt vinctos illos duceret ad princi-
[22] pes sacerdotum? [22] Saulus autem multò
magis conualescebat, & confundebat
Iudæos qui habitabant Damasci, affir-
[23] mans quoniam hic est Christus. [23] Cùm
autem implerentur dies multi, consilium

lium fecerunt Iudæi vt eum interficerent. 24 Notæ autem factæ ſunt Saulo inſidiæ eorum. Cuſtodiebant autem & portas die ac nocte, vt eũ interficerent. 25 Accipientes autem eũ diſcipuli nocte, per murum dimiſerũt eum, ſubmittentes in ſporta. 26 Cùm autem veniſſet in Ieruſalem, tentabat ſe iungere diſcipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd eſſet diſcipulus. 27 Barnabas autem apprehenſum illum duxit ad Apoſtolos: & narrauit illis quomodo in via vidiſſet Dominum, & quia locutus eſt ei, & quomodo in Damaſco fiducialiter egerit in nomine Ieſu. 28 Et erat cum illis intrans & exiens in Ieruſalem, & fiducialiter agens in nomine Domini.

29 Loquebatur quoque Gentibus, & diſputabat cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum. 30 Quod cùm cognouiſſent fratres, deduxerunt eum Cæſaream, & dimiſerunt Tarſum. 31 Eccleſia quidem per totam Iudæam & Galileam & Samariam habebat pacem, & ędificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione ſancti Spiritus replebatur.

32 Factum eſt autẽ, vt Petrus dum tranſiret vniuerſos, deueniret ad ſanctos qui habitabant Lyddæ. 33 Inuenit autem ibi hominem quendam, nomine Æneam, ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. 34 Et ait illi Petrus, Ænea, 'ſanet' te Dominus Ieſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibi. Et continuò ſurrexit. 35 Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui conuerſi ſunt ad Dominũ. 36 In Ioppe autem fuit quædã diſcipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemoſynis quas faciebat. 37 Factum eſt autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cùm lauiſſent, poſuerunt eam in cœnaculo. 38 Cùm aũt propè eſſet Lydda ab Ioppe, diſcipuli audiẽtes quia Petrus eſſet in ea, miſerunt duos viros ad eum, rogantes, Ne pigriteris venire vſque ad nos. 39 Exurgẽs autem Petrus venit cum illis. Et cùm adueniſſet, duxerunt illum in cœnaculum: & circunſteterunt illum omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas & veſtes, quas faciebat illis Dorcas. 40 Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & conuerſus ad corpus, dixit: Tabitha ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & viſo Petro, reſedit. 41 Dans autẽ illi manum, erexit eam. Et cùm vocaſſet ſanctos & viduas, aſſignauit eam viuam. 42 Notum aũt factum eſt per vniuerſam Ioppen: & crediderũt multi in Domino. 43 Factum eſt autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam coriarium.

CAP. X.

1 VIR autem quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, cẽturio cohortis quæ dicitur Italica, 2 religioſus, ac timens Deum cũ omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi. Et deprecans Deum ſemper, 3 is vidit in viſu manifeſtè, quaſi hora diei nona, angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicẽtem ſibi, Corneli. 4 At ille intuens eum, timore correptus, dixit, Quis es Dñe? Dixit autẽ illi, Orationes tuę & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. 5 Et nunc mitte viros in Ioppẽ, & accerſi Simonem quendam qui cognominatur 6 Petrus. hic hoſpitatur apud Simonem quendã coriarium, cuius eſt domus iuxta mare. hic dicet tibi quid te oporteat facere. 7 Et cùm diſceſſiſſet angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domeſticos ſuos, & militẽ metuentem Dñm ex his qui illi parebant. 8 Quibus cùm narraſſet omnia, miſit illos in Ioppen. 9 Poſtera autẽ die iter illis facientibus, & appropinquãtibus ciuitati, aſcendit Petrus in ſuperiora, vt oraret circa horam ſextam. 10 Et cùm eſuriret, voluit guſtare. Parãtibus autem illis, cécidit ſuper eum 11 mentis exceſſus: & 'vidit' cælum apertum, & deſcendens vas quoddam, velut linteum magnũ, quatuor initiis ſubmitti de cælo in terrã, 12 in quo erant omnia quadrupedia & ſerpentia terræ, & volatilia cæli. 13 Et facta eſt vox ad eum, Surge Petre: occîde, & manduca. 14 Ait autem Petrus, Abſit Domine, quia nunquam mãducaui omne cõmune & immundum

mundum. 15 Et vox iterum ſecundò ad eum, 'Quæ' Deus purificauit, tu commune ne dixeris. 16 Hoc autem factum eſt per ter. & ſtatim receptum eſt vas in cælũ. 17 Et dum intra ſe hæſitaret Petrus quidnam eſſet viſio quam vidiſſet, ecce viri, qui miſſi erant à Cornelio, inquirentes domum Simõnis, aſtiterunt ad ianuam. 18 Et cùm vocaſſent, interrogabant, ſi Simõ, qui cognominatur Petrus, illic haberet hoſpitium. 19 Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiritus ei, Ecce viri tres quærunt te. 20 Surge itaque, & deſcende, & vade cum eis, nihil dubitans: quia ego miſi illos. 21 Deſcendens autem Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego ſum quem quæritis: quæ cauſa eſt, propter quam veniſtis? 22 Qui dixerunt, Cornelius Centurio, vir iuſtus & timens Deum, & teſtimonium habens ab vniuerſa gente Iudæorum, reſponſum accepit ab Angelo ſancto accerſire te in domum ſuam, & audire verba abs te. 23 Introducens ergo eos, recepit hoſpitio. Sequenti autem die ſurgens profectus eſt cum illis: & quidã ex fratribus ab Ioppe comitati ſunt eum. 24 Altera autem die introiuit Cæſaream. Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis ſuis, & neceſſariis amicis. 25 Et factum eſt cùm introiſſet Petrus, obuius venit ei Cornelius: & procidẽs ad pedes eius adorauit. 26 Petrus verò eleuauit eũ, dicens, Surge, & ego ipſe homo ſum. 27 Et loquẽs cum illo intrauit, & inuenit multos qui conuenerant: 28 dixitque ad illos, Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam: ſed mihi oſtendit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem. 29 Propter quod ſine dubitatione veni accerſitus. Interrogo ergo, quam ob cauſam accerſiſtis me? 30 Et Cornelius ait, A nudiuſquarta die, vſque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir ſtetit ante me in veſte candida, 31 & ait, Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei. 32 Mitte ergo in Ioppen, & accerſi Simõnem qui cognominatur Petrus: hic hoſpitatur in domo Simõnis coriarij iuxta mare. 33 Confeſtim ergo miſi ad te: & tu benefeciſti veniendo. Nunc ergo omnes nos in cõſpectu tuo adſumus, audire omnia quæcunq; tibi præcepta ſunt à Domino.

34 Aperiens autem Petrus os ſuum, dixit, In veritate comperi quia non eſt perſonarũ acceptor Deus. 35 ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. 36 Verbum miſit Deus filiis Iſraël, annũtians pacem per Ieſum Chriſtum: (hic eſt omnium Dominus.) 37 Vos ſcitis, quod factum eſt verbum per vniuerſam Iudæam, incipiens enim à Galilæa, poſt baptiſmum quod prædicauit Iohannes: 38 Ieſum à Nazareth quomodo vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute, qui pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo.

39 Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Ieruſalem, quem occiderũt ſuſpendentes in ligno. 40 Hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & 41 dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo: nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit à 42 mortuis: Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & 43 mortuorum. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius 44 omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebãt 45 verbum. Et obſtupuerunt ex circunciſione fideles qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. 46 Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificãtes Deum. 47 Tunc reſpondit Petrus, Nunquid aquam quis prohibere poteſt, vt non baptizentur hi qui Spiritum ſanctum 48 acceperunt ſicut & nos? Et iuſſit eos baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti. Tunc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot diebus.

CAP.

CAP. XI.

AVdierũt autem Apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniã & Gentes receperunt verbũ Dei. [2] Cùm autem aſcendiſſet Petrus Ieroſolymam, diſceptabant aduerſus illum qui erant ex circunciſione, dicentes, [3] Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis? [4] Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens:
[5] Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & vidi in exceſſu mẽtis viſionem, deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſummitti de cælo, & venit vſque ad me. [6] In quod intuens, conſiderabã, & vidi quadrupedia terræ, & beſtias, & reptilia, & volatilia cæli.
[7] Audiui autem & vocem dicentem mihi, Surge Petre, occide & manduca.
[8] Dixi autem, Nequaquam Domine: quia *commune aut immundum nunquam introiuit in os meum. [9] Reſpondit autem *vox ſecundò de cælo: Quæ Deus mundauit, tu ne cõmune dixeris. [10] Hoc autem factum eſt per ter: & recepta ſunt omnia rurſum in cælum. [11] Et ecce, viri tres confeſtim aſtiterũt in domo in qua erã, miſſi à Cæſarea ad me. [12] Dixit autem ſpiritus mihi, vt irem cum illis, nihil hæſitans. Venerunt autem mecum & ſex fratres iſti: & ingreſſi ſumus in domum viri. [13] Narrauit autem nobis, quomodo vidiſſet angelum in domo ſua, ſtantem & dicentem ſibi, Mitte in Ioppen, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus, [14] qui loquetur tibi verba in quibus ſaluus eris tu & vniuerſa domus tua.
[15] Cùm autem cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus ſanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio. [16] Recordatus ſum autem verbi Domini, ſicut dicebat, Iohãnes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto. [17] Si ergo eãdem gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis qui credidimus in Dominum Ieſum Chriſtum: ego quis eram, qui poſſem prohibere Deum? [18] His auditis tacuerunt: & glorificauerunt Deum, dicentes, Ergo & Gentibus pœnitẽtiam dedit Deus ad vitam. [19] Et illi quidem qui diſperſi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat ſub Stéphano, perambulauerunt vſq. Phœnicen & Cyprum & Antiochiam, nemini loquẽtes verbum, niſi ſolis Iudæis.
[20] Erant autem quidam ex eis viri Cyprij & Cyrenæi, qui cùm introiſſent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annuntiantes Dominum Ieſum. [21] Et erat manus Domini cum eis: multusque numerus credentium conuerſus eſt ad Dominum. [22] Peruênit autem ſermo ad aures eccleſię quę erat Ieroſolymis, ſuper iſtis: & miſerunt Barnabam vſque ad Antiochiam. [23] Qui cùm perueniſſet, & vidiſſet gratiã Dei, gauiſus eſt: & hortabatur omnes* propoſito cordis permanere in *in MS. Domino: [24] quia erat vir bonus, & plenus Spiritu ſancto & fide. Et appoſita eſt multa turba Domino. [25] Profectus eſt autem Tarſum, vt quæreret Saulum: [26] quem cùm inueniſſet, perduxit Antiochiam. Et annum totum cõuerſati ſunt ibi in Eccleſia: & docuerunt turbã multam, ita vt cognominarentur primùm Antiochiæ diſcipuli, Chriſtiani. [27] In his autem diebus ſuperuenerunt ab Ieroſolymis prophetæ Antiochiã, [28] & ſurgens vnus ex eis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram in vniuerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio*. [29] Diſcipuli autem prout quis habebat, propoſuerunt ſinguli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: [30] quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ & Sauli.

*omne R. G. S.

*mihi R. G. S.

*Cæſare MS. G. S.

Inf. 12, 24.

CAP. XII.

EOdem autem tempore miſit Herodes rex manus, vt affligeret quoſdam de eccleſia. [2] Occidit autẽ Iacobum fratrem Iohãnis gladio. [3] Videns autem quia placeret Iudæis, appoſuit apprehẽdere & Petrum. Erant autem dies Azymorum. [4] Quem cùm apprehendiſſet, miſit in carcerẽ, 'tradens' quatuor quaternionibus militum 'custodiendum', volens poſt Paſcha producere eum populo. [5] Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.

'tradenſque o. 'adcuſtodiendum eum MS. R. G. S.

Cùm

[6] Cum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. [7] Et ecce angelus Domini aſtitit: & lumen refulſit in habitaculo: percuſſoque latere Petri, excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. [8] Dixit autem angelus ad eum, Præcingere, & calcea te 'caligas tuas'. Et fecit ſic. Et dixit illi, Circũda tibi veſtimentũ tuum, & ſequere me. [9] Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat quia verum eſt quod fiebat per angelum: exiſtimabat autem ſe viſum videre. [10] Tranſeũtes autem primam & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatem, quę vltrò aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum vnum: & continuò diſceſſit angelus ab eo. [11] Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit: Nũc ſcio verè quia miſit Dominus angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. [12] Conſideransq. venit ad domum Mariæ matris Iohannis, qui cognominatus eſt Marcus, vbi erant multi congregati & orantes. [13] Pulſante autem 'eo' oſtium ianuæ, proceſſit puella ad videndum, nomine Rhode. [14] Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, ſed intrò currens nuntiauit ſtare Petrũ ante ianuam.
[15] At illi dixerunt ad eam, Inſanis. Illa autẽ affirmabat ſic ſe habere. Illi autem dicebãt, Angelus eius eſt. [16] Petrus autem perſeuerabat pulſans. Cùm autem aperuiſſent*, viderunt eum, & obſtupuerunt. [17] Annuens autem eis manu, vt tacerent, narrauit quomodo Dominus eduxiſſet eũ de carcere, dixitque, Nuntiate Iacobo & fratribus hæc. Et egreſſus abiit in alium locum. [18] Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites, quidnam factum eſſet de Petro. [19] Herodes autem cùm requiſiſſet eum, & non inueniſſet, inquiſitione facta de cuſtodibus, iuſſit eos duci: deſcendensque à Iudæa in Cæſaréam, ibi commoratus eſt.
[20] Erat autem iratus Tyriis & Sidoniis. At illi vnanimes venerunt ad eũ, & perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum regis, poſtulabant pacẽ, eò quòd alerentur regiones eorum ab illo. [21] Statuto aũt die Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. [22] Populus autẽ acclamabat, Dei voces, & non hominis. [23] Confeſtim autem percuſſit eũ angelus Domini, eò quòd non dediſſet honorem Deo: & cõſumptus à vermibus expirauit. [24] Verbum autẽ Domini creſcebat & multiplicabatur. [25] Barnabas autẽ & Saulus reuerſi ſunt ab Ieroſolymis expleto ministerio, aſſumpto Iohanne qui cognominatus eſt Marcus.

Medalia mss.

*obtum o.

'Bariesu MS. G. S.

Sup. 11, 29.

CAP. XIII.

ERant autẽ in eccleſia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. [2] Miniſtrantibus aũt illis Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabã in opus, ad quod aſſumpſi eos.
[3] Tunc ieiunantes & orantes, imponenteſq. eis manus, dimiſerunt illos. [4] Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, abierunt Seleuciam; & inde nauigauerunt Cyprum. [5] Et cùm veniſſent Salaminam, prædicabant verbum Dei in ſynagogis Iudæorum. Habebant autem & Iohannem in miniſterio. [6] Et cùm perambulaſſent vniuerſam inſulam vſque ad Paphũ, inuenerunt quendam virũ magum pſeudoprophetam, Iudęum, cui nomen erat 'Bar-Ieſu', [7] qui erat cum Proconſule Sergio Paulo viro prudente. Hic accerſitis Barnaba & Saulo, deſiderabat audire verbum Dei. [8] Reſiſtebat autem illis Elymas, magus (ſic enim interpretatur nomen eius) quærẽs auertere Proconſulem à fide. [9] Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu ſancto, intuens in eum, [10] dixit, O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas. [11] Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns Solem vſque ad tempus. Et confeſtim

Rom. 1, 1.

Inf. 14, 25.

festim cecidit in eum caligo & tenebræ,
& circuiens quærebat qui ei manum daret. Tunc Proconsul cùm vidisset factum, credidit admirans super doctrina
Domini. Et cùm à Papho nauigassent
Paulus, & qui cum eo erant, venerunt
Pergen Pamphyliæ. Iohannnes autem
discedens ab eis, reuersus est Ierosolymam. Illi verò pertranseuntes Pergen,
venerunt Antiochiam Pisidię: & ingressi synagogam die sabbathorũ, sederunt.
Post lectionem autem legis & Prophetarum, miserunt principes synagogæ ad
eos, dicentes, Viri fratres, si quis est in
vobis sermo exhortationis ad plebem,
dicite. Surgens autem Paulus, & manu
silentium indicens, ait, Viri Israëlitæ, &
qui timetis Deum, audite: Deus plebis
Israël elegit patres nostros, & plebem
Exo.1,1. exaltauit cùm essent incolæ in terra
Exo.15,16. 14,22.29. Ægypti, & in brachio excelso eduxit
Exo.16,2. eos ex ea, & per quadraginta annorum
tempus mores eorum sustinuit in deserto. Et destruens gentes septem in terra
Ios.14,2. Chanáan, sorte distribuit eis terram
eorũ, quasi post quadringẽtos & quin-
Iud.3,9. quaginta annos: & post hæc dedit iudi-
1 Reg.8,5. ces, vsque ad Samuel Prophetam. Et
1 Reg.9,16 exinde postulauerunt regem: & dedit
17, 10.1. illis Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis quadraginta. & amoto
1 Reg.16, illo, suscitauit illis Dauid regem: cui te-
1.13. Psal.88,21. stimonium perhibens, dixit: Inueni
Dauid filium Iessæ, virum secũdum cor
meũ, qui faciet omnes voluntates meas.
Isai.11,1. Huius Deus ex semine secundum pro-
Mat.3,1. missionem eduxit Israël saluatorem Ie-
Mar.1,2. sum, prædicante Iohanne ante faciem
Luc.3,3. aduentus eius baptismum pœnitentiæ
omni populo Israël. Cùm impleret autem Iohannes cursum suum, dicebat,
Ioh.1,20. Quem me arbitramini esse? non sum
Mat.3,11. ego, sed ecce venit post me, cuius non
Mar.1,7. Luc.3,16. sum dignus calceamenta pedum soluere.
Ioh.1,27. Viri fratres, filij generis Abraham,
& qui in vobis timẽt Deum, vobis verbũ salutis huius missum est. Qui enim
habitabant Ierusalem, & principes eius
hunc ignorãtes, & voces Prophetarum
quæ per omne sabbathum leguntur, iu-

dicantes impleuerunt, & nullã causam
mortis inuenientes in eo, petierunt à
Mat.27,20. 22. Mar.15,13 Luc.23,21. 23. Ioh.19,6. Mat.28,6. Mar.16,6. Luc.24,5. Ioh.20,1. 10,19.
Pilato, vt interficerent eum. Cumque
cõsummassent omnia quæ de eo scripta
erant, deponẽtes eum de ligno, posuerunt in monumento. Deus verò suscitauit eum à mortuis tertia die: qui
visus est per dies multos his qui simul
ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem, qui vsque nunc sunt testes eius ad
plebem. Et nos vobis annũtiamus eam
quæ ad patres nostros repromissio facta
est: quoniam hanc Deus adimpleuit
filiis *nostris*, resuscitans Iesum, sicut & *vestris o
in Psalmo secundo scriptum est: Filius *eorum vobis i MS. Gq. Q.n.
meus es tu, ego hodie genui te. Quod *1 MS. primo MS. Gq. Q.n.
autẽ suscitauit eum à mortuis, amplius
iam non reuersurum in corruptionem,
ita dixit, Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia. Ideoq. & aliâs dicit: Non
dabis Sanctũ tuum videre corruptionẽ.
Dauid enim in sua generatione cũ administrasset, voluntati Dei dormiuit: &
3 Reg.2,10. appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem. Quem verò Deus suscitauit, non vidit corruptionem. Notum *à mortuis o.
igitur sit vobis viri fratres, quia per hũc
vobis remissio peccatorum annũtiatur,
*ab omnibus quibus non potuistis in le- *& 1 Ms. R.G.S.
ge Moysi iustificari. In hoc omnis qui
credit iustificatur. Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est in Pro-
Abac.1,5. phetis, Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non
credetis, siquis enarrauerit vobis. Exeuntibus autẽ illis rogabant vt sequenti
sabbatho loquerentur sibi verba hæc.
Cumq. dimissa esset synagoga, secuti *Deum M S. R.
sunt multi Iudæorũ, & colentium * adue- * & etiam adnexa, sen, proselyti, qui timebant Deum t. z. Sic ex-ponitur ægredien-tes. hoc est, & colen tium prose-lytorum c.
narum Paulum & Barnabam: qui loquentes suadebant eis vt permanerent
in gratia Dei. Sequenti verò sabbatho
penè vniuersa ciuitas conuenit audire
verbum Dei. Videntes autem turbas
Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter Paulus
& Barnabas dixerunt: Vobis oportebat
primum loqui verbũ Dei: sed quoniam
repellitis

repellitis illud, & indignos vos iudicatis
æternæ vitæ: ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: 47
Posui te in lucem Gentium: vt sis in sa-
Isa.49,6. lutem vsque ad extremum terræ. Au- 48
dientes autẽ Gentes gauisæ sunt. & glorificabant verbum Domini: & credide-
runt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur autem 49
verbum Domini per vniuersam regionem. Iudæi autem concitauerunt mu- 50
lieres religiosas & honestas, & primos
ciuitatis, & excitauerũt persecutionem
in Paulum & Barnabam: & eiecerunt
Mat.10,14 Mar.6,11. Luc.9,5. eos de finibus suis. At illi excusso pul- 51
uere pedum in eos, venerunt Iconium.
Discipuli quoq. replebantur gaudio & 52
Spiritu sancto. CAP. XIIII.
FActum est autem Iconij vt simul introirent synagogam Iudæorum &
loquerentur, ita vt crederet Iudæorum
& Græcorum copiosa multitudo. Qui 2
verò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt, & ad itacundiam concitauerunt
Deus autem pacem fecit MS. & Gq. ipse Iud. animas Gentiũ aduersus fratres. Mul- 3
to igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, testimoniũ
perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum.
Diuisa est autem multitudo ciuitatis: 4
& quidã quidem erant cum Iudæis, quidam verò cum Apostolis. Cùm autem 5
factus esset impetus Gẽtilium & Iudæorum cum principibus suis, vt contume-
liis afficerent, & lapidarent eos, intelli- 6
gentes confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & vniuersam in
circuitu regionem, & ibi euangelizãtes
*Recommota est ennis inhumano in deorum eorum. Paulus autem & Barnabas motibus Lystris M S. R. G. *Tibi dico, inquiunt Domini nostri Iesu Christi. M S. R. G. erant. Et quidam vir Lystris infirmus 7
pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ: qui nunquã ambulauerat. Hic 8
audiuit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & vidẽs quia fidem haberet vt
saluus fieret, *dixit magna voce*, Surge 9
super pedes tuos rectus. Et exiliuit: &
ambulabat. Turbæ autẽ cùm vidissent 10
quod fecerat Paulus, leuauerũt vocem
suam Lycaonicè dicẽtes, Dij similes factí hominibus, descenderunt ad nos. Et 11
vocabãt Barnabam, Iouem: Paulũ verò
Mercurium, quoniã ipse erat dux verbi.
Sacerdos quoq. Iouis qui erat ante ci- 12
uitatem, tauros & coronas ante ianuas
afferẽs, cum populis volebat sacrificare.
Quod vbi audierũt Apostoli Barnabas 13
& Paulus cõscissis tunicis suis exilierunt
in turbas clamantes, & dicentes, Viri, 14
quid hæc facitis? & nos mortales sumus,
similes vobis homines, annũtiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deũ viuum
Ps.145,6. Apo.14,7. qui fecit cælum & terram, & mare, &
omnia quæ in eis sunt: qui in præteritis 15
Psal.8,13. generationibus dimisit omnes gentes
ingredi vias suas. Et quidem nõ sine te- 16
stimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cęlo, dans pluuias, & tẽpora fructifera, implens cibo & lętitia corda no- *vestra
stra'. Et hæc dicentes, vix sedauerunt 17 MS. Gq.
turbas, ne sibi immolarent. Superue- 18
nerunt autem quidam ab Antiochia &
Iconio Iudæi: & persuasis turbis lapi- 2 Cor.11, 24,25. *& lapidato Paulo MS. G.S.
dantesq. Paulum, traxerunt extra ciuitatem, existimãtes eum mortuum esse.
Circundantibus autẽ eum discipulis, 19
surgens intrauit ciuitatẽ, & postera die
profectus est cum Barnaba in Derben.
Cumq. euangelizassent ciuitati illi, & 20
docuissent multos, reuersi sunt Lystram
& Iconiũ, & Antiochiam: cõfirmantes 21
animas discipulorum, exhortantesq. vt
permanerent in fide, & quoniã per multas tribulationes oportet nos intrare in
regnum Dei. Et cùm constituissent il- 22
lis per singulas ecclesias presbyteros, &
orassent cum ieiunationibus, cõmendauerunt eos Dño in quem crediderunt.
Transeuntesq. Pisidiam, venerunt in 23
Pamphyliam, & loquentes verbũ Do- 24
mini in *Pergen descenderunt in Atta- *Perge i MS. G.S. Sup.13,1.
liam: & inde nauigauerunt Antio- 25
chiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in
opus quod cõpleuerunt. Cùm autem 26
venissent, & congregassent ecclesiam,
retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium
fidei. Morati sunt autem tempus non 27
modicum cum discipulis.
CAP. XV.
ET quidam descendentes de Iudæa, 1
docebãt fratres: Quia nisi circun- Gal.5,2.
cidamini

cidamini ſecundum morem Moyſi, non
poteſtis ſaluari. *Facta ergo ſeditione non 2
minima Paulo & Barnabę aduerſus illos,
ſtatuerunt vt aſcenderent Paulus & Bar-
n illis R. G. S. nabas, & quidam alij ex nalijs ad Apoſto-
los & presbyteros in Hieruſalem, ſuper
hac quæſtione. *Illi ergo deducti ab ec- 3
cleſia pertranſibant Phœnicem & Sama-
riam, narrantes conuerſionẽ Gentium:
& faciebant gaudium magnũ omnibus
fratribus. *Cùm aũt veniſſent Ieroſoly- 4
mã, ſuſcepti ſunt ab eccleſia & ab Apo-
ſtolis & ſenioribus, annũtiantes quanta
Deus feciſſet cum illis. *Surrexerunt aũt 5
quidã de hæreſi Phariſæorũ qui credide-
runt, dicentes, Quia oportet circuncidi
eos, pręcipere quoq. ſeruare legẽ Moyſi.
*Conueneruntq. Apoſtoli & ſeniores vi- 6
dere de verbo hoc. *Cũ aũt magna con- 7
quiſitio fieret, ſurgẽs Petrus dixit ad eos,
Sup. 10,20. 'Viri fratres, vos ſcitis quoniam ab anti-
quis diebus Deus in nobis elegit, per os
meũ audire Gentes verbũ Euangelij, &
credere. *Et qui nouit corda Deus, teſti- 8
Sup. 10, 45. moniũ perhibuit, 'dans illis Spiritũ ſan-
ctum ſicut & nobis, *& nihil diſcreuit 9
inter nos & illos, fide purificãs corda eo-
rum. *Nunc ergo quid tentatis Deum, 10
imponere iugũ ſuper ceruices diſcipulo-
rum, quod neque patres noſtri, neq. nos
portare potuimus? *Sed per gratiam Dñi 11
Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemad-
modum & illi. *Tacuit autem omnis 12
multitudo: & audiebant Barnabam &
Paulum narrantes quanta Deus feciſſet
ſigna & prodigia in Gentibus per eos.
*Et poſtquam tacuerunt, reſpondit Iaco- 13
bus, dicẽs, Viri fratres, audite me. *Simõ 14
narrauit quemadmodũ primùm Deus
viſitauit ſumere ex Gentibus populum
nomini ſuo. *Et huic concordant verba 15
Amos 9, 11. Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: *'Poſt 16
hæc reuertar, & reædificabo tabernacu-
lum Dauid, quod decidit, & diruta eius
reædificabo, & erigam illud: *vt requi- 17
rant cæteri hominũ Dominum, & om-
nes gentes ſuper quas inuocatum eſt no-
men meum, dicit Dominus faciens hęc.
*Notum à ſeculo eſt Dño opus ſuum. 18
*Propter quod ego iudico, nõ inquietari 19
eos qui ex Gentibus conuertuntur ad
Deũ, *ſed ſcribere ad eos vt abſtineant Inf. 15,29. 21,25.
ſe à contaminationibus ſimulachrorum,
& fornicatione, & ſuffocatis, & ſangui-
ne. *Moyſes enim à tẽporibus antiquis
habet in ſingulis ciuitatibus qui eũ præ-
dicent in ſynagogis, vbi per omne ſabba-
thum legitur. *Tunc placuit Apoſtolis
& ſenioribus cum omni eccleſia, eligere
viros ex eis, & mittere Antiochiam cum
Paulo & Barnaba, Iudam, qui cognomi-
nabatur Barſabas, & Silam viros primos
in fratribus, *ſcribentes per manus eo-
rum*. APOSTOLI & ſeniores, fratres, *epiſto-
lam con-
tinentem
hæc 4 MS.
* hæc c.
* hoc modo
6.
his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ & Cili-
ciæ fratribus ex Gentibus, ſalutem.
*Quoniam audiuimus, quia quidam ex
nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis,
euertentes animas veſtras, quibus non
mandauimus: *placuit nobis collectis in
vnũ, eligere viros & mittere ad vos cum
chariſſimis noſtris Barnaba & Paulo,
*hominibus qui tradiderunt animas ſuas
pro nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti. *Mi-
ſimus ergo Iudã & Silam, qui & ipſi vo-
bis verbis referent eadem. *Viſum eſt
enim Spiritui ſancto & nobis, nihil vltrà
imponere vobis oneris quàm hæc neceſ-
ſaria: *vt 'abſtineatis vos ab immolatis Sup. 15, 20. Inf. 21, 25.
ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffoca-
to, & fornicatione, à quibus cuſtodien-
tes vos, bene agetis. Valete. *Illi ergo di-
miſſi deſcenderunt Antiochiam: & con-
gregata multitudine tradiderunt epi-
ſtolam. *Quam cùm legiſſent, gauiſi
ſunt ſuper conſolatione: *Iudas autem
& Silas, & ipſi cùm eſſent prophetæ,
verbo plurimo conſolati ſunt fratres, &
confirmauerunt. *Facto autem ibi ali-
quanto tẽpore, dimiſſi ſunt cum pace à
fratribus ad eos qui miſerant illos. *Vi- -7 MS.
G. S. *Ieruſa-
lem o.
ſum eſt autem Silæ ibi remanere: Iudas
autem ſolus abiit*: *Paulus autẽ & Bar-
nabas demorabãtur Antiochiæ, docen-
tes, & euangelizantes cum aliis pluribus
verbum Domini. *Poſt aliquot autem
dies, dixit ad Barnabam Paulus, Reuer-
tentes viſitemus fratres per vniuerſas
ciuitates, in quibus prædicauimus ver-
bum Domini quomodo ſe habeant.
*Barna-
nam, eſſ
G q. præce-
dentia ha-
beant verba:
hanc tamen
dictionem in
nullis inue-
nimus.

*Barnabas autẽ volebat ſecum aſſume- 37
re & Iohannem, qui cognominabatur
Marcus. *Paulus autem rogabat eum, 38
(vt qui diſceſſiſſet ab eis de Pãphylia, &
non iſſet cum eis in opus*) nõ debere re-
* quò miſſi fue-
rãt MS. q.
cipi. *Facta eſt autem diſſenſio, ita vt diſ- 39
cederent ab inuicem, & Barnabas qui-
dem aſſumpto Marco nauigaret Cy-
prũ. *Paulus verò electo Sila profectus 40
eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus. *Per- 41
ambulabat autẽ Syriam & Ciliciã, con-
firmans eccleſias: præcipiens cuſtodire
præcepta Apoſtolorum & ſeniorum'.
-4 MS. G. S.

CAP. XVI.

PEruenit autẽ in Derben & Lyſtram. 1
Et ecce, diſcipulus quidam erat ibi
nomine Timótheus, filius mulieris "vi-
'cuiuſdã Iudæ 3 MS. R. G. S. duæ' fidelis, patre Gentili. *Huic teſti- 2
moniũ bonum reddebant qui in Lyſtris
erant & Iconio fratres. *Hũc voluit Pau- 3
lus ſecum proficiſci: & aſſumens circun-
cidit eum propter Iudęos qui erant in il-
lis locis. Sciebant enim omnes quòd pa-
ter eius erat Gentilis. *Cùm autem per- 4
tranſirent ciuitates, tradebant eis cuſto-
dire dogmata, quæ erãt decreta ab Apo-
ſtolis & ſenioribus qui erãt Ieroſolymis.
*Et eccleſiæ quidem confirmabantur 5
fide, & abundabant numero quotidie.
*Tranſeuntes autẽ Phrygiam & Gala- 6
tiæ regionẽ, vetati ſunt à Spiritu ſancto
'Dei MS. 1. loqui verbum* in Aſia. *Cùm veniſſent 7
aũt in Myſiam, tentabant ire in Bithy-
niam: & non permiſit eos Spiritus Ieſu.
*Cùm autẽ pertranſiſſent Myſiam, de- 8
ſcenderũt Troadẽ: *& viſio per noctem 9
Paulo oſtenſa eſt: Vir Macedo quidam
erat ſtans & deprecans eum, & dicens,
Trãſiens in Macedoniã, adiuua nos. *Vt 10
autẽ viſum vidit, ſtatim quęſiuimus pro-
ficiſci in Macedoniã, certi facti quòd vo-
caſſet nos Deus euangelizare eis. *Naui- 11
gãtes autem à Troade, recto curſu veni-
mus Samothraciam, & ſequẽti die Nea-
polim: *& inde Philippos: quæ eſt prima 12
partis Macedoniæ ciuitas colonia. Era-
mus autem in hac vrbe diebus aliquot,
'confe-
remes o. 'cõſiſtentes'. *Die autem ſabbathorum 13
egreſſi ſumus foras portã iuxta flumen
vbi videbatur oratio eſſe: & ſedentes lo-
quebamur mulieribus quę cõuenerant.
*Et quædã mulier nomine Lydia, pur- 14
puraria ciuitatis Thyatirenorũ, colens
Deum, audiuit: cuius Dñs aperuit cor
intendere his quæ dicebantur à Paulo.
*Cùm autem baptizata eſſet, & domus 15
eius, deprecata eſt, dicẽs, Si iudicaſtis me
fidelẽ Domino eſſe, introite in domum
meam, & manete. Et coëgit nos. *Factũ 16
eſt autem euntibus nobis ad orationem,
puellam quandã habẽtem ſpiritum py-
thonem obuiare nobis, quæ quæſtũ ma-
gnum præſtabat dominis ſuis diuinãdo.
*Hæc ſubſecuta Paulũ & nos, clamabat 17
dicens, Iſti homines, ſerui Dei excelſi
ſunt, qui annuntiant vobis viam ſalutis.
*Hoc autẽ faciebat multis diebus. Do- 18
lens autem Paulus, & conuerſus, ſpiritui
dixit, Præcipio tibi in nomine Ieſu Chri-
ſti exire ab ea. Et exiit eadem hora. *Vi- 19
dentes autẽ domini eius quia exiuit ſpes
quæſtus eorũ, apprehendentes Paulum
& Silã perduxerunt in forũ ad principes:
*& offerentes eos magiſtratibus, dixe- 20
runt, Hi homines conturbant ciuitatem
noſtrã, cùm ſint Iudæi. *& annuntiant 21
morem quem non licet nobis ſuſcipere,
neq. facere, cùm ſimus Romani. *Et "cu- 22
"concur-
rit MS. G.
"oi ὄχλοι
πρ).
currit' plebs aduerſus eos: & magiſtra-
tus *ſciſſis tunicis "eorũ', iuſſerũt eos vir- * & o.
gis cædi. *Et cùm "multas plagas eis im- 23
"ſuis 1
MS. Q. #i
poſuiſſent, miſerunt eos in "carcerẽ, prę- 2 Cor. 11, 25.
cipientes cuſtodi vt diligẽter cuſtodiret 1 Theſ. 2, 2 Phil. 1, 15, 29.
eos. *Qui cùm tale præceptum accepiſ- 24
ſet, miſit eos in interiorem carcerem, &
pedes eorũ ſtrinxit ligno. *Media autem 25
nocte, Paulus & Silas orantes, laudabant
Deum. Et audiebant eos qui in cuſtodia
erant. *Subitò verò terræmotus factus 26
eſt magnus, ita vt mouerẽtur fundamẽ-
ta carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia
oſtia: & vniuerſorũ vincula ſoluta ſunt.
*Expergefactus autẽ cuſtos carceris, & 27
videns ianuas apertas carceris, euagina-
to gladio volebat ſe interficere, æſtimans
fugiſſe vinctos. *Clamauit autẽ Paulus 28
voce magna, dicens, Nihil tibi mali fece-
ris: vniuerſi enim hîc ſumus. *Petitoque 29
lumine introgreſſus eſt: & treme factus
procedit Paulo & Silæ ad pedes: *& pro- 30
ducens

ducens eos foras, ait, Dñi, quid me oportet facere, vt ſaluus fiam? 31 *At illi dixerũt, Crede in Dñm Ieſum: & ſaluus eris tu, & domus tua. 32 *Et locuti ſunt ei verbum Dñi cũ omnibus qui erãt in domo eius. 33 *Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorũ: & baptizatus eſt ipſe, & omnis domus eius continuò. 34 *Cumq. perduxiſſet eos in domũ ſuam, appoſuit eis mẽſam, & lætatus eſt cũ omni domo ſua credens Deo. 35 *Et cùm dies factus eſſet, miſerunt magiſtratus lictores, dicentes, Dimitte homines illos. 36 *Nuntiauit autẽ cuſtos carceris verba hæc Paulo: Quia miſerũt magiſtratus vt dimittamini, nũc igitur exeuntes, ite in pace. 37 *Paulus autẽ dixit eis, Cæſos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miſerũt in carcerem, & nunc occultè nos eijciunt? Non ita: ſed veniant, & ipſi nos eijciant. 38 *Nuntiauerunt autem magiſtratibus lictores verba hęc. Timuerũtq. audito quòd Romani eſſent: 39 *& venientes deprecati ſunt eos, & educẽtes rogabãt vt egrederẽtur de vrbe. 40 *Exeuntes aũt de carcere, introierunt ad Lydiam: & viſis fratribus, conſolati ſunt eos, & pfecti ſunt.

CAP. XVII.

1 CVM autẽ perambulaſſent Amphipolim & Apolloniã, venerũt Theſſalonicã, vbi erat ſynagoga Iudæorum. 2 *Secundum conſuetudinẽ autem Paulus introiuit ad eos, & per ſabbatha tria diſſerebat eis de ſcripturis, 3 *adaperiens & inſinuans quia Chriſtum oportuit pati & reſurgere à mortuis: & quia hic eſt Ieſus Chriſtus, quẽ ego annuntio vobis. 4 *Et quidam ex eis crediderũt, & adiuncti ſunt Paulo & Silæ, & de colentibus Gentilibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. 5 *Zelantes autem Iudæi, aſſumenteſque de vulgo viros quoſdam malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatẽ: & aſſiſtentes domui Iaſonis, quærebãt eos producere in populum. 6 *Et cùm nõ inueniſſent eos, trahebant Iaſonẽ & quoſdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes, Quoniã hi qui
"vrbem o. 7 'orbẽ concitant, & huc venerunt, *quos ſuſcepit Iaſon & hi omnes cõtra decreta Cæſaris faciunt, regem alium dicentes
8 eſſe, Ieſum. *Concitauerunt aũt plebem,
9 & principes ciuitatis audientes hæc. *Et accepta ſatisfactione à Iaſone & à cæteris, dimiſerunt eos. 10 *Fratres verò confeſtim per noctem dimiſerunt Paulũ & Silam in Beroeam. Qui cùm veniſſent, in
11 ſynagogam Iudæorũ introierunt. (*Hi aũt erant nobiliores eorũ qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperũt verbũ cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberent. 12 *Et multi quidem crediderũt ex eis, & mulierũ Gentiliũ honeſtarũ, & "viri' nõ pauci.) *Cùm autem cognouiſſent in Theſſalonica Iudæi, quia & Beroeæ prędicatũ eſt à Paulo verbũ Dei, venerunt & illuc, cõmouentes & turbãtes multitudinem. 14 *Statimq. tunc Paulum dimiſerunt fratres, vt iret vſq. ad mare: Silas autẽ & Timotheus remanſerunt ibi. 15 *Qui aũt deducebãt Paulum, perduxerunt eum vſq. ad Athenas, & accepto mãdato ab eo ad Silam & Timotheũ, vt quàm celeriter venirent ad
16 illũ: profecti ſunt. *Paulus aũt cũ Athenis eos expectaret, incitabatur ſpiritus eius in ipſo, videns idololatriæ deditam
17 ciuitatem. *Diſputabat igitur in ſynagoga cum Iudæis, & colentibus, & in foro, per omnes dies ad eos qui "aderant'.
18 *Quidam autem Epicuréi & Stoici philoſophi diſſerebant cũ eo, & quidam dicebant, Quid vult "ſeminator verborũ' hic, dicere? Alij verò, Nouorum dæmoniorũ videtur annuntiator eſſe, quia Ieſum & reſurrectionem annuntiabat eis.
19 *Et apprehenſum eũ, ad Areopagũ duxerunt, dicentes, Poſſumus ſcire quæ eſt
20 hæc noua, quę à te dicitur, doctrina? *noua enim quædam infers auribus noſtris: Volumus ergo ſcire quidnam velint hęc
21 eſſe. (*Athenienſes autem omnes, & aduenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant niſi aut dicere, aut audire aliquid noui.)
22 *Stãs aũt Paulus in medio Areopagi, ait; Viri Atheniẽſes, per omnia quaſi "ſuperſtitioſos' vos video. 23 *Præteriens enim & videns ſimulachra veſtra, inueni & aram in qua ſcriptum erat, IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego
24 annuntio vobis. '*Deus qui fecit mundum

"virorum MS.B.e.

"adierant MS. "audierãt o.

"feminiuerbius MS.B.G.

"ſuperſtitioſiores 2 MS.G.

Gen.1,1.

dum & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ cùm ſit Dominus, 'non in manu-
Iſa.65,66. factis templis habitat, *nec manibus hu- 25
manis colitur, indigens aliquo, cùm ipſe det omnibus vitam & inſpirationem, & omnia: *fecitq. ex vno omne genus ho- 26
minum, inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum, *quęrere 27
'& R. 6.5. Deum, ſi fortè attractent eum "aut' inueniant, quamuis non longè ſit ab vno-
quoq. noſtrũ. *In ipſo enim viuimus & 28
Aratus. mouemur & ſumus, ſicut & 'quidã veſtrorum poëtarũ dixerunt, Ipſius enim & genus ſumus. *Genus ergo cũ ſimus 29
Iſa.40,18. Dei, 'non debemus æſtimare auro aut argento, aut lapidi, ſculpturæ artis & cogitationis hominis: Diuinũ eſſe ſimile.
*Et tempora quidem huius ignoran- 30
tiæ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus vt omnes vbiq. pœnitentiam agant, *eò quòd ſtatuit diem in quo iu- 31
dicaturus eſt orbem in æquitate, in viro in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis. *Cùm audiſ- 32
ſent autem reſurrectionẽ mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt, Audiemus te de hoc iterum. *Sic Paulus exiuit de medio eo- 33
rum. *Quidam verò viri adhærentes ei, 34
crediderunt: in quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

CAP. XVIII.

1 POſt hæc egreſſus ab Athenis, venit Corinthum. 2 *& inueniens quẽdam Iudæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priſcillam vxorem eius (eò quòd præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Iudæos à Roma) acceſſit ad eos. 3 *Et quia eiuſdẽ erat artis, manebat apud eos, & operabatur (erant autẽ ſcenofactoriæ artis.) 4 *Et diſputabat in ſynagoga per omne ſabbathum, 'interponens nomen Dñi Ieſu', ſuadebatque Iudæis & Græcis. 5 *Cùm veniſſent autem de Macedonia Silas & Timotheus, inſtabat verbo Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtum, Ieſum.
6 *Contradicentibus autem eis & blaſphemantibus, excutiens veſtimẽta ſua, dixit ad eos, Sanguis veſter ſuper caput veſtrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes
7 vadam. *Et migrans inde, intrauit in domum cuiuſdam, nomine Titi Iuſti, colentis Deum, cuius domus erat coniun-
8 cta ſynagogæ. *Criſpus autẽ archiſynagogus credidit Domino, cum omni domo ſua: & multi Corinthiorum audien-
9 tes credebant, & baptizabantur. *Dixit autẽ Dominus nocte per viſionem Paulo, Noli timere, ſed loquere, & ne taceas;
10 *propter quod ego ſum tecũ: & "nemo apponetur tibi vt noceat te': quoniam populus eſt mihi multus in hac ciuitate.
11 *Sedit autẽ *annum & ſex menſes, do-
12 cens apud eos verbũ Dei. *Gallione autem proconſule Achaiæ, inſurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxe-
13 runt eũ ad tribunal, *dicẽtes, Quia contra legem hic perſuadet hominibus co-
14 lere Deum. *Incipiente aũt Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudęos, Si quidem eſſet iniquum aliquid, aut facinus peſſimum ô viri Iudæi, rectè vos ſuſtine-
15 rem. *Si verò quæſtiones ſunt de verbo & nominibus, & legis veſtræ, voſipſi vi-
16 deritis: Iudex ego horum nolo eſſe. *Et
17 minauit eos à tribunali. *Apprehendentes aũt omnes Soſthenem principẽ ſynagogæ, percutiebant eũ ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat. *Paulus verò cũ adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, fratribus valefaciens, nauigauit Syriam, (& cum eo Priſcilla & Aquila) qui
Num.6,18. Inſr.21,24. ſibi 'totonderat in Cenchris caput. habebat enim votum. *Deuenitq. Epheſum, & illos ibi reliquit. Ipſe verò ingreſſus ſynagogam, diſputabat cum Iudæis.
20 *Rogantibus autẽ eis, vt ampliori tem-
21 pore maneret, non conſenſit, *ſed valefaciens, & dicens, Iterũ reuertar ad vos Deo volente: profectus eſt ab Epheſo.
22 *Et deſcendens Cæſaréam, aſcendit, &
23 ſalutauit eccleſiam, & deſcendit Antiochiam. *Et facto ibi aliquanto tempore profectus eſt, perambulans ex ordine Galaticam regionem & Phrygiam, con-
24 firmans omnes diſcipulos. *Iudæus autem quidã, Apollo nomine, Alexandri-

"nullus nocere poterit tibi 3 MS.S.

*ibi MS. qubus fatent G q. & s. addunt enim in Corintho.

*MS. B. G.S. minus verè putauerũt illa MS. quæ tamen huius rei ſunt teſtia.

'natione MS. nus 'genere', vir eloquẽs, deuenit Ephe- 25
sum, potens in scripturis. *Hic erat edo-
ctus viam Domini: & feruẽs spiritu lo-
quebatur, & docebat diligenter ea quæ
sunt Iesu, sciens tãtùm baptisma Iohan-
nis. *Hic ergo cœpit fiducialiter agere 26
in synagoga. Quem cùm audissent Pris-
cilla & Aquila, assumpserunt eum, &
diligentiùs exposuerũt ei viam 'Domi-
'Dei 5 MS.R.G. ni'. *Cùm autem vellet ire Achaiam, ex- 27
hortati fratres, scripserunt discipulis vt
susciperent eũ. Qui cùm venisset, con-
tulit multum his qui crediderant. *Ve- 28
hementer enim Iudæos reuincebat pu-
blicè, ostẽdens per scripturas esse Chri-
stum, Iesum. CAP. XIX.

FActum est autem cùm Apollo esset 1
Corinthi, vt Paulus peragratis supe-
rioribus partibus veniret Ephesum, &
inueniret quosdam discipulos: *dixitq. 2
ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis
credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed
neq. si Spiritus sanctus est, audiuimus.
*Ille verò ait, In quo ergo baptizati estis? 3
Qui dixerunt, In Iohannis baptismate.
Mat.3,11. Mar.1,8. Luc.3,16. Ioh.1,26. *Dixit autem Paulus: 'Iohannes bapti- 4
zauit baptismo pœnitẽtiæ populum, di-
cens: In eũ qui venturus esset post ipsum
vt crederent, hoc est, in Iesum. *His au- 5
ditis, baptizati sunt in nomine Domini
Iesu. *Et cùm imposuisset illis manus 6
Sup.1,5.11 16,19,4. Sup.2,4 Paulus, 'venit Spiritus sanctus super eos,
& loquebãtur linguis, & prophetabant.
*Erant autem omnes viri ferè duode- 7
cim. *Introgressus autem synagogam, 8
cum fiducia loquebatur per tres men-
ses, disputans & suadens de regno Dei.
*Cùm autem quidam indurarentur, & 9
non crederent, maledicẽtes 'viam' Do-
'viæ 1 MS. -1 MS.G. at Syri viam Dei legunt. mini' coram multitudine, discedens ab
eis, segregauit discipulos, quotidie dispu-
tans in schola tyranni cuiusdam. *Hoc 10
aũt factum est per biennium, ita vt om-
nes qui habitabant in Asia, audirent ver-
bum Dñi, Iudæi atque Gentiles. *Vir- 11
tutesq. non quaslibet faciebat Deus per
manum Pauli: *ita vt etiam super lan- 12
guidos deferrẽtur à corpore eius sudaria
vel semicinctia, & recedebãt ab eis lan-
guores, & spiritus nequã egrediebantur.
*Tentauerunt autem quidã & de cir- 13 -R.B.G.
cumeuntibus Iudæis exorcistis, inuoca-
re super eos qui habebãt spiritus malos,
nomen Dñi Iesu, dicentes: Adiuro vos
per Iesum quẽ Paulus prædicat. *Erant 14
autem quidam Sceuæ Iudęi principis sa-
cerdotum septẽ filij, qui hoc faciebant.
*Respondens aũt spiritus nequam dixit 15
eis, Iesum noui, & Paulũ scio: vos autem
qui estis? *Et insiliens homo in eos in 16
quo erat dæmoniũ pessimum, & domi-
natus amborum, inualuit contra eos, ita
vt nudi & vulnerati effugerent de domo
illa. *Hoc autem notum factum est om- 17
nibus Iudæis atq. Gentilibus, qui habita-
bant Ephesi: & cecidit timor super om-
nes illos, & magnificabatur nomen Dñi
Iesu. *Multiq. credentium veniebant 18
confitentes & annuntiantes actus suos.
*Multi autem ex eis qui fuerant curiosa 19
sectati, contulerunt libros, & combusse-
runt coram omnibus: & cõputatis pre-
tiis illorum, inuenerũt pecuniã denario-
rum quinquaginta millium. *Ita fortiter 20
crescebat verbũ Dei & 'confirmabatur'.
'confortabatur 1 MS. inualescebat o.
*His autem expletis proposuit Paulus 21
in Spiritu, trãsita Macedonia & Achaia
ire Ierosolymam, dicens, Postquã fuero
ibi, oportet me & Romam videre. *Mit- 22
tens autem in Macedoniã duos ex mini-
strantibus sibi, Timotheum & Erastum,
ipse remansit ad tempus in Asia. *Facta 23
est autem illo tempore turbatio non mi-
nima de via Dñi'. *Demetrius enim qui- 24 -5 MS.6.
dam nomine, argentarius, faciens ædes
argenteas Dianæ, præstabat artificibus
non modicũ quæstum: *quos cõuocans 25
& eos qui huiusmodi erant opifices, di-
xit, Viri, scitis quia de hoc artificio est
nobis acquisitio: *& videtis, & auditis 26
quia non solùm Ephesi, sed penè totius
Asiæ, Paulus hic suadẽs auertit multam
turbam, dicẽs, Quoniam nõ sunt dij qui
manibus fiunt. *Non solùm autem hæc 27
periclitabitur nobis pars in redargutio-
nem venire, sed & magnæ Dianæ tem-
plum in nihilum reputabitur, sed & de-
strui incipiet maiestas eius, quã tota Asia
& orbis colit. *His auditis, repleti sunt 28
ira, & exclamauerunt dicentes, Magna
Diana

Diana Ephesiorum. *Et impleta est ci- 29
uitas tota confusione, & impetum fece-
runt vno animo in theatrũ, rapto Gaio
& Aristarcho Macedonibus comitibus
Pauli. *Paulo autẽ volente intrare in po- 30
pulum, non permiserũt discipuli. *Qui- 31
dam autem & de Asiæ principibus qui
erant amici eius, miserunt ad eũ, rogan-
tes ne se daret in theatrum: *alij autem 32
aliud clamabãt. Erat enim ecclesia con-
fusa: & plures nesciebant qua ex causa
conuenissent. *De turba autẽ detraxe- 33
runt Alexandrũ, propellẽtibus eum Iu-
dæis. Alexãder autem manu silentio po-
stulato, volebat reddere rationẽ populo.
*Quem vt cognouerunt Iudæum esse, 34
vox facta vna est omniũ, quasi per horas
duas clamantiũ, Magna Diana Ephesio-
rum. *Et cùm sedasset scriba turbas, di- 35
xit, Viri Ephesij, quis enim est hominũ,
qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cul-
tricem esse magnę Dianæ, Iouisq. prolis?
*Cùm ergo his contradici non possit, 36
oportet vos sedatos esse, & nihil temerè
agere. *Adduxistis enim homines istos, 37
neq. sacrilegos, neq. blasphemãtes deam
vestrã. *Quòd si Demetrius, & qui cum 38
eo sunt artifices, habent aduersus aliquẽ
causam, conuentus forenses aguntur, &
proconsules sunt, accusent inuicem. *Si 39
quid autem alterius rei quæritis: in legi-
tima ecclesia poterit absolui. *Nam & 40
periclitamur argui seditionis hodiernæ:
cùm nullus obnoxius sit (de quo possi-
mus reddere rationem) cõcursus istius.
Et cùm hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

CAP. XX.

POstquam aũt cessauit tumultus, vo- 1
catis Paulus discipulis, & exhortatus
eos, valedixit, & profectus est vt iret in
Macedoniam. *Cùm autem perambu- 2
lasset partes illas, & exhortatus eos fuis-
set multo sermone, venit ad Græciam:
*vbi cùm fecisset mẽses tres, factæ sunt 3
illi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriã:
habuitq. consilium vt reuerteretur per
Macedoniam. *Comitatus est autẽ eum 4
'vque in Asiam 3 MS.G.S. 'Sopater J MS.G.S. 'Sosipater' Pyrrhi Beroensis, Thessalo-
nicensium verò Aristarchus, & Secun-
dus, & Gaius Derbẽus & Timotheus,
Asiani verò Tychicus & Trophimus.
*Hi cùm præcessissent, sustinuerunt nos 5
Troade: *nos verò nauigauimus post 6
dies Azymorum à Philippis, & venimus
ad eos Troadem in diebus quinque, vbi
demorati sumus diebus septem. *Vna 7
autem Sabbathi cùm cõueniremus ad
frangendum panem, Paulus disputabat
eis profecturus in crastinum, protraxit-
que sermonem vsq. in mediam noctem.
*Erant autem lampades copiosæ in cœ- 8
naculo vbi eramus congregati. *Sedens 9
autem quidam adolescens nomine Eu-
tychus, super fenestram, cùm mergere-
tur somno graui, disputante diu Paulo,
ductus somno, cecidit de tertio cœna-
culo deorsum, & sublatus est mortuus.
*Ad quem cùm descendisset Paulus, 10
incubuit super eum: & cõplexus dixit,
Nolite turbari, anima enim ipsius in
ipso est. *Ascendens autem, frangensq. 11
panem & gustans, satisque allocutus vsq.
in lucem, sic profectus est. *Adduxerũt 12
autẽ puerum viuentem, & cõsolati sunt
non minimè. *Nos autẽ ascendẽtes na- 13
uem, nauigauimus in Asson, inde susce-
pturi Paulum. sic enim disposuerat ipse
per terrã iter facturus. *Cùm autem 'in- 14 'conue-nisset 1 MS.
ueniss et' nos in Asson, assumpto eo ve-
nimus Mitylenen. *Et inde nauigantes, 15
sequenti die venimus contra Chium: &
alia applicuimus Samũ: & sequenti die' -1 Ms. 6.
venimus Miletum. *proposuerat enim 16
Paulus transnauigare Ephesum, ne qua
mora illi fieret in Asia. Festinabat enim,
si possibile sibi esset, vt diem 'Penteco- 'Pente-costes Rᵉ G. S.
sten' faceret Ierosolymis. *A Milẽto autẽ 17
mittẽs Ephesum, vocauit maiores natu
Ecclesiæ. *Qui cùm venissent ad eum, 18
& simul essent, dixit eis, Vos scitis à pri-
ma die qua ingressus sum in Asiã, quali-
ter vobiscum per omne tempus fuerim,
*seruiens Dño cum omni humilitate & 19
lachrymis, & tẽtationibus quæ mihi ac-
ciderũt ex insidiis Iudæorũ: *quomodo 20
nihil subtraxerim vtiliũ, quo minus an-
nuntiarẽ vobis, & docerẽ vos publicè &
per domos, *testificans Iudæis atq. Gen- 21
tilibus in Deum pœnitentiã & fidem in
Dñm nostrum Iesum Christũ. *Et nunc 22

ecce alligatus ego ſpiritu, vado in Ieruſalem: quę in ea vẽtura ſint mihi ignorans,
23 ‡niſi quòd Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicens: quoniam vincula & tribulationes Ieroſolymis me manent.
24 ‡Sed nihil horum vereor: nec facio animã meam pretioſiorem quàm me, dũ modò conſummem *cursum meum & miniſteriũ quod accepi à Domino Ieſu, teſtificari Euangelium gratiæ Dei.
25 ‡Et nunc ecce ego ſcio, quia amplius non videbitis faciẽ meam vos omnes, per quos tranſiui prædicans regnum Dei.
26 ‡Quapropter cõteſtor vos hodierna die quia mũdus ſum à ſanguine omnium.
27 ‡Nõ enim ſubterfugi, quominus annuntiarem omne conſiliũ Dei vobis.
28 ‡Attẽdite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanct⁹ poſuit epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.
29 ‡Ego ſcio quoniã intrabunt poſt diſceſſionẽ meam lupi "rapaces' in vos, non parcẽtes gregi.
30 ‡Et ex vobiſipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe.
31 ‡Propter quod vigilate, memoria retinentes quoniam per triennium nocte & die non ceſſaui, cum lachrymis monens vnumquemq. veſtrũ.
32 ‡Et nũc cõmendo vos Deo & verbo gratiæ ipſius, qui potẽs eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus.
33 ‡Argẽtum "&' aurum, aut veſtem nullius concupiui.
34 ‡*Ipſi ſcitis quoniã ad ea quę mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerũt manus iſtę.
35 ‡Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Ieſu, (quoniam ipſe dixit,) Beatius eſt magis dare, quàm accipere.
36 ‡Et cùm hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis orauit cum omnibus illis.
37 ‡Magnus autem fletus factus eſt omnium: & procũbentes ſuper collum Pauli, oſculabantur eum,
38 ‡dolentes maximè in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem eius nõ eſſent viſuri. Et deducebant eum ad nauem.

*yerbi o.

"graues 1 MS. G. s. autem lupi efferi.

*aut MS. G.S.

*ſicut o. 2 Cor. 4, 12 2 Theſ. 2, 9. 2 Theſ. 3, 8.

CAP. XXI.

1 CVm autem factũ eſſet vt nauigaremus, abſtracti ab eis, recto curſu venimus Coum, & ſequenti die Rhodum,
2 & inde Pataram. ‡Et cùm inueniſſemus nauem transfretantẽ in Phœnicẽ: aſcendentes nauigauimus.
3 ‡Cùm apparuiſſemus autem Cypro, relinquẽtes eam ad ſiniſtram, nauigauimus in Syriam, & venimus Tyrum: ibi enim nauis exponitura erat onus.
4 ‡Inuentis autem diſcipulis, manſimus ibi diebus ſeptem: qui Paulo dicebant per Spiritum, ne aſcenderet Ieroſolymam.
5 ‡Et expletis diebus profecti ibamus, deducẽtibus nos omnibus cum vxoribus & filiis vſque foras ciuitatem: & poſitis genibus in litore, orauimus.
6 ‡Et cùm valefeciſſemus inuicem, aſcendimus nauem: illi autem redierunt in
7 ſua. ‡Nos verò nauigatione "explicita' à Tyro deſcendimus Ptolemaidam: & ſalutatis fratribus, mãſimus die vna apud
8 illos. ‡Alia autem die profecti, venimus Cæſaréam. Et intrantes domum "Philippi Euãgeliſtæ, qui erat "vnus' de ſeptem, manſimus apud eum.
9 ‡Huic autẽ erant quatuor filiæ virgines, prophetãtes.
10 ‡Et cùm moraremur per dies aliquot, ſuperuenit quidam à Iudæa propheta, nomine Agabus.
11 ‡Is cùm veniſſet ad nos, tulit zonam Pauli: & alligãs ſibi pedes & manus dixit, Hæc dicit Spiritus ſanctus: Virum cuius eſt zona hæc, ſic alligabunt in Ieruſalem Iudæi, & tradent in manus
12 Gẽtium. ‡Quod cùm audiſſemus, rogabamus nos & qui loci illius erãt, ne aſcenderet Ieroſolymam.
13 ‡Tunc reſpondit Paulus, & dixit, Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori in Ieruſalem parat⁹ ſum propter nomẽ Domini Ieſu.
14 ‡Et cùm ei ſuadere nõ poſſemus, quieuimus, dicentes, Domini voluntas fiat.
15 ‡Poſt dies autem iſtos præparati, aſcen-
16 debamus in Ieruſalẽ. ‡Venerunt autem & ex diſcipulis à Cæſaréa nobiſcum, adducentes ſecum (apud quem hoſpitaremur) "Iáſonem' quendam Cyprium, an-
17 tiquum diſcipulum. ‡Et cùm veniſſemus Ieroſolymam, libenter exceperunt
18 nos fratres. ‡Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum, omneſq́ue collecti ſunt ſeniores.
19 ‡Quos cùm ſa-

"expleta 12 MS. G.

Sup. 6, 5. 2 MS. G.

"Mnaſonem MS. G.S.

cũ ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in Gentibus per miniſteriũ ipſius.
20 ‡At illi cùm audiſſent, magnificabant Deum, dixeruntq́ue ei: Vides frater quot millia ſunt in Iudæis qui crediderunt: & omnes æmulatores ſunt
21 legis. ‡Audierũt autem de te quia diſceſſionem doceas à Moyſe eorum qui per Gentes ſunt Iudæorum: dicens non debere eos circumcidere filios ſuos, neque
22 ſecũdum conſuetudinẽ ingredi. ‡Quid ergo eſt? vtique oportet conuenire multitudinem: audiẽt enim te ſuperueniſſe.
23 ‡Hoc ergo fac quod tibi dicimus, Sunt nobis viri quatuor, votum habentes ſuper ſe.
24 ‡His aſſumptis, ſanctifica te cum illis: & impende in illis, 'vt radant capita: & ſcient omnes quia quę de te audierũt, falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem.
25 ‡De his autem qui crediderunt ex Gentibus nos 'ſcripſimus, iudicantes vt abſtineant ſe ab idolis immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.
26 ‡Tunc Paulus aſſumptis viris, poſtera die 'purificatus cum illis intrauit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoq. eorum oblatio.
27 ‡Dum autem ſeptem dies conſummarentur, hi qui de Aſia erant Iudæi, cùm vidiſſent eum in templo, concitauerunt omnẽ populum, & iniecerunt ei manus,
28 ‡clamãtes, Viri Iſraëlitæ, adiuuate: hic eſt homo qui aduerſus populũ & legem & locum hunc, omnes vbique docens, inſuper & Gentiles induxit in templum, & violauit ſanctum locum iſtum.
29 (‡Viderant enim Trophimũ Epheſium in ciuitate cum ipſo, quem ęſtimauerunt quoniã in templum introduxiſſet Paulus.)
30 ‡Commotaq́. eſt ciuitas tota: & facta eſt concurſio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum: & ſtatim clauſæ ſunt ianuæ.
31 ‡Quærẽtibus autem eum occidere, nuntiatum eſt tribuno cohortis, Quia tota confunditur Ieruſalem.
32 ‡Qui ſtatim aſſumptis militibus & centurionibus, decurrit ad illos. 'Qui
33 cùm vidiſſent tribunum & milites, ceſſauerunt percutere Paulum. ‡Tunc ac-

Num. 6, 18. Sup. 18, 18.

Inf. 24, 18.

Inf. 26, 21.

cedens tribunus apprehendit eum, & iuſſit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis eſſet, & quid feciſſet.
34 ‡Alij autem aliud clamabant in turba. Et cùm non poſſet certum cognoſcere præ tumultu, iuſſit duci eum in caſtra.
35 ‡Et cùm veniſſet ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim po-
36 puli. ‡Sequebatur enim multitudo po-
37 puli, clamans, Tolle eum. ‡Et cùm cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit tribuno, Silicet mihi loqui aliquid ad te? Qui
38 dixit, Græcè noſti? ‡Nónne tu es Ægyptius qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor
39 millia virorum ſicariorum? ‡Et dixit ad eum Paulus, 'Ego homo ſum quidem Iudæus à Tarſo, Ciliciæ non ignotæ ciuitatis "municeps'. Rogo autẽ te, permitte
40 mihi loqui ad populum. ‡Et cùm ille permiſiſſet, Paulus, ſtans in gradibus, annuit manu ad plebẽ, & magno ſilentio facto, allocutus eſt lingua Hebræa, dicens:

Inf. 22, 3.

"ciuis MS. R.

CAP. XXII.

1 VIri fratres & patres, audite quam ad
2 vos nunc reddo rationem. (‡Cùm audiſſent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præſtiterunt ſi-
3 lentium. ‡Et dicit,) 'Ego ſum vir Iudæus, natus Tarſo Ciliciæ, nutritus autem in iſta ciuitate, ſecus pedes Gamaliel eruditus iuxta veritatẽ paternæ legis, æmulator legis ſicut & vos omnes eſtis hodie:
4 ‡qui hanc viam perſecutus ſum vſque ad mortem, alligans & tradens in cuſto-
5 dias viros ac mulieres, ‡ſicut princeps ſacerdotum mihi teſtimonium reddit, & omnes maiores natu. 'à quibus & epiſtolas accipiens ad fratres, Damaſcum pergebam, vt adducerem inde vinctos in
6 Ieruſalem, vt punirentur. ‡'Factum eſt autem eunte me, & appropinquãte Da-
7 maſco media die, ſubitò de cęlo circumfulſit me lux copioſa:
8 ‡& decidẽs in terram, audiui vocẽ dicentem mihi, Saule, Saule, quid me perſequeris?
9 ‡Ego autẽ reſpondi, Quis es Domine? Dixitq́ue ad me, Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris.
10 ‡Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem

Sup. 8, 33.

Sup. 9, 2.

Sup. 9, 3.

non audierunt eius qui loquebatur mecum. [10] Et dixi, Quid faciam Dñe? Dominus aũt dixit ad me, Surgẽs vade Damascũ: & ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oporteat facere. [11] Et cùm nõ viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus, veni Damascum.

[12] Ananias autem quidã, vir *timoratus I MS. R. G. *iustus. secundum legem testimonium habẽs ab omnibus habitantibus Iudæis, [13] veniens ad me, & astans dixit mihi, Saule frater, respice. Et ego eadem hora respexi in eum. [14] At ille dixit, Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt cognosceres volũtatem eius, & videres iustũ, & audires vocem ex ore eius: [15] quia eris testis illius ad omnes homines, eorũ quæ vidisti & audisti.

[16] Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, & *ablue' peccata tua inuocato nomine ipsius. [17] Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri me in 'stupore mentis', [18] & videre illum dicentem mihi, Festina, & exi velociter ex Ierusalẽ: quoniam non recipient testimonium tuum de me. [19] Et ego dixi, Domine, ipsi sciunt quia 'ego eram concludens in carcerem & cędens per synagogas eos qui credebant in te: [20] Et cùm fũderetur sanguis Stéphani testis tui, ego 'astabam & consentiebam, & custodiebã vestimenta interficientium illum. [21] Et dixit ad me, Vade, quoniam ego in nationes longè mittam te.

[22] Audiebant autẽ eum vsq. ad hoc verbum, & leuauerunt vocem suam dicentes, Tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eum viuere. [23] Vociferantibus autem eis, & proiicientibus vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aërem, [24] iussit tribunus induci eũ in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum: vt sciret propter quam causam sic acclamarent ei. [25] Et cùm astrinxissent eum loris, dicit astanti sibi Cẽturioni Paulus: Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? [26] Quo audito, Centurio accessit ad tribunum, & nuntiauit, dicens, Quid acturus es? hic enim homo ciuis Romanus est. [27] Accedẽs autem tribunus, dixit illi, Dic mihi, si tu Romanus es? At ille dixit, Etiam. [28] Et respondit tribunus, Ego multa summa 'ciuilitatem' hanc consecutus sum. Et Paulus ait, Ego autem & natus sum. [29] Protinus ergò discesserunt ab illo qui eum torturi erãt. Tribunus quoque timuit postquam resciuit, quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eum.

[30] Postera autem die volens scire diligentiùs qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eum, & iussit sacerdotes conuenire & omne concilium: & producẽs Paulum, statuit inter illos.

*abluere 3 MS. S. G. autem dubia sunt.

*Q. M.

Sup. 8, 3.

Sup. 7, 58.

'ciuilitatem MS. R. B. *municipium, c. *ius municipij s.

CAP. XXIII.

[1] INtendens autem in cõcilium Paulus ait, Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum, vsq. [2] in hodiernum diem. Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi percutere os eius. [3] Tunc Paulus dixit ad eum, Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu 'sedens iudicas' me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? [4] Et qui astabant dixerunt: Summum sacerdotem Dei maledicis? [5] Dixit autem Paulus, Nesciebam fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: 'Principem populi tui non maledices. [6] Sciens autem Paulus quia vna pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum, exclamauit in concilio, Viri fratres, ego Pharisæus sum filius 'Pharisæorũ': 'de spe & resurrectione mortuorũ ego iudicor. [7] Et cùm hæc dixissẽt, facta est dissensio inter Pharisæos & Sadducæos, & soluta est multitudo. [8] 'Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum: Pharisæi autem vtraque confitentur. [9] Factus est aũt clamor magnus. Et surgentes quidam Pharisæorum, pugnabant, dicentes, Nihil mali inuenimus in homine isto. quid si Spiritus locutus est ei, aut angelus? [10] Et cùm magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra. [11] Sequenti autem nocte assistens ei Dominus, ait, Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Ierusalẽ, sic te oportet &

'sedes iudicans R. G. S.

Exo. 22, 28.

Phil. 3, 5. 'Pharisæi R. G. S.

Inf. 24, 15.

Mat. 22, 23

tet & Romę testificari. [12] Facta autem die collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se dicentes, neque manducaturos neq. bibituros donec occiderent Paulum. [13] Erant autem plus quàm quadraginta 'viri', qui hanc coniurationem fecerãt: [14] qui accesserunt ad principes sacerdotum & seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum. [15] Nunc ergo vos notum facite tribuno cũ concilio, vt producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cognituri de eo. Nos verò, prius quã appropiet, parati sumus interficere illum. [16] Quod cùm audisset filius sororis Pauli insidias, venit & intrauit in castra, nuntiauitque Paulo. [17] Vocans autem Paulus ad se vnum ex Centurionibus, ait, Adolescẽtem hunc perduc ad tribunũ, habet enim aliquid indicare illi. [18] Et ille quidem assumẽs eum duxit ad tribunum, & ait, Vinctus Paulus 'rogauit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi. [19] Apprehendens autẽ tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum, & interrogauit illum, Quid est quod habes indicare mihi? [20] Ille autem dixit, Iudæis conuenit rogare te, vt crastina die producas Paulũ in concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo: [21] tu verò ne credideris illis, insidiantur enim ei ex eis viri amplius quàm quadraginta, qui se deuouerunt non manducare neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati sunt, expectãtes promissum tuũ. [22] Tribunus igitur dimisit adolescẽtem, præcipiens ne cui loqueretur quoniam hæc nota sibi fecisset. [23] Et conuocatis duobus centurionibus, dixit illis, Parate milites ducentos, vt eant vsq. Cęsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: [24] & iumenta præparate, vt imponentes Paulum, eum saluum perducerent ad Felicem præsidẽ. ('[25] Timuit enim ne fortè raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquã acceptur-us pecuniam') [26] scribens epistolam continentem hæc: CLAVDIVS Lysias [27] optimo Præsidi Felici salutem. Virum hunc comprehensum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniens cum exercitu, eripui, cognito quia Romanus est: [28] Volẽs q. scire causam quam obiiciebant illi, deduxi eum in concilium eorum. [29] Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum: nihil verò dignum morte aut vinculis habentem crimen. [30] Et cùm mihi perlatum esset de insidiis quas parauerant illi, misi eum ad te denuntians & accusatoribus, vt dicant apud te. Vale. [31] Milites verò, secundum præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem. [32] Et postera die dimissis equitibus vt cum eo irent, reuersi sunt ad castra. [33] Qui cùm venissent Cæsaream, & tradidissent epistolã præsidi, statuerunt ante illum & Paulum. [34] Cùm legisset autem, & interrogasset de qua prouincia esset: & cognoscens quia de Cilicia, [35] Audiã te, inquit, cùm 'accusatores tui venerint. Iussitque in prætorio Herodis custodiri eum.

*vocans 4 MS. R. g. i.

'MS. ii.

'apprehendim' z. MS. B. G. S. 3 MS. B. G q. Q.

*&4 MS. G i

CAP. XXIIII.

[1] POst quinque autem dies descendit princeps Sacerdotum Ananias, cum senioribus quibusdam & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem aduersus Paulum. [2] Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus, dicens, Cùm in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuã prouidentiam: [3] semper & vbique suscipimus optime Felix, cum omni gratiarũ actione. [4] Ne diutius autẽ te protraham, oro breuiter vt audias nos pro tua clemẽtia. [5] Inuenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & authorem seditionis sectæ Nazarenorum, [6] qui etiam templum violare conatus est, quẽ & 'apprehensum' voluimus secundum legem nostram iudicare. [7] Superueniens autẽ tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, [8] iubens accusatores eius ad te venire', à quo poteris ipse iudicans, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eũ. [9] Adiecerunt autem

& Iudæi

& Iudæi, dicẽtes hæc ita ſe habere. [10] Reſpondit autem Paulus, (annuente ſibi Præſide dicere) Ex multis annis te eſſe iudicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatis faciam. [11] Potes enim cognoſcere quia non plus ſunt mihi dies quàm duodecim, ex quo aſcendi adorare in Ieruſalem. [12] & neque in tẽplo inuenerunt me cum aliquo diſputantem, aut concurſum facientem turbæ, neq. in ſynagogis, neque in ciuitate: [13] neque probare poſſunt tibi de quibus nunc me accuſant. [14] Cõfiteor autem hoc tibi, quòd ſecundum ſectam, quam dicunt hæreſim, ſic deſeruio patri Deo meo, credens omnibus quæ in Lege & Prophetis ſcripta ſunt: [15] ſpem habens in Deum, quam & hi ipſi expectant, reſurrectionem futuram iuſtorum & iniquorum. [16] In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſciẽtiam habere ad Deum, & ad homines ſemper. [17] Poſt annos autem plures, eleemoſynas facturus in gentem meam veni, & oblationes, & vota. [18] in quibus inuenerunt me purificatum in templo: non cum turba, neque cum tumultu. [19] Quidam autẽ ex Aſia Iudæi, quos oportebat apud te præſto eſſe & accuſare, ſiquid haberent aduerſum me: [20] aut hi ipſi dicant, ſiquid inuenerunt in me iniquitatis, cũ ſtem in concilio, [21] niſi de vna hac ſolummodo voce, qua clamaui inter eos ſtans, Quoniam de reſurrectione mortuorũ ego iudicor hodie à vobis. [22] Diſtulit autẽ illos Felix, certiſſimè ſciens de via hac, dicens, Cùm Tribunus Lyſias deſcenderit, audiam vos. [23] Iuſſitq. Cẽturioni cuſtodire eum, & habere requiem, nec quenquam de ſuis prohibere miniſtrare ei. [24] Poſt aliquot autem dies veniẽs Felix cum Druſilla vxore ſua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem quæ eſt in Chriſtum Ieſum. [25] Diſputante autem illo de iuſtitia & caſtitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix reſpondit, Quod nunc attinet, vade: tẽpore autem opportuno accerſam te. [26] ſimul & ſperans, quòd pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accerſens eum, loquebatur cũ eo. [27] Biennio autem expleto accepit ſucceſſorẽ Felix Portiũ Feſtum. Volẽs autem gratiam præſtare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

*patrio 2 MS. G. S. -7 MS. G.

Sup. 21, 26.

*Et apprehenderunt me, clamãtes & dicentes, Tolle inimicũ noſtrum MS q.

Sup. 23, 6.

CAP. XXV.

[1] FEſtus ergo cùm veniſſet in prouinciam, poſt triduum aſcendit Ieroſolymam à Cæſaréa. [2] Adieruntque eum principes ſacerdotum, & primi Iudæorum aduerſus Paulum: & rogabãt eum, [3] poſtulantes gratiam aduerſus eum, vt iuberet perduci eum in Ieruſalem, inſidias tendentes vt interficerent eum in via. [4] Feſtus autem reſpõdit, ſeruari Paulum in Cæſaréa: ſe autem maturius profecturum. [5] Qui ergo in vobis (ait) potentes ſunt, deſcendentes ſimul, ſi quod eſt in viro crimen, accuſent eum. [6] Demoratus autem inter eos dies non amplius quàm octo aut decem, deſcendit Cæſaréam, & altera die ſedit pro tribunali: & iuſſit Paulum adduci. [7] Qui cùm perductus eſſet, circunſteterunt eũ qui ab Ieroſolyma deſcenderãt Iudæi, multas & graues cauſas obiiciẽtes, quas non poterant probare, [8] Paulo rationem reddente, Quoniam neq. in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæſarem quicquam peccaui. [9] Feſtus autem volens gratiam præſtare Iudæis, reſpondens Paulo, dixit, Vis Ieroſolymã aſcendere, & ibi de his iudicari apud me? [10] Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæſaris ſto, vbi me oportet iudicari: Iudæis nõ nocui, ſicut tu melius noſti. [11] Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuſo mori. ſi verò nihil eſt eorum quę hi accuſant me, nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello. [12] Tunc Feſtus cum concilio locutus, reſpondit, Cæſarem appellaſti? ad Cæſarẽ ibis. [13] Et cùm dies aliquot trãſacti eſſent, Agrippa rex & Bernice deſcenderunt Cæſaréam ad ſalutandum Feſtum. [14] Et cùm dies plures ibi demorarentur, Feſtus regi indicauit de Paulo, dicens, Vir quidam eſt derelictus à Felice vinctus, [15] de quo cùm eſſem Ieroſolymis, adierunt me principes ſacerdotum & ſeniores Iudæorum, poſtulantes aduerſus illum damnationem.

nem. [16] Ad quos reſpondi, Quia non eſt Romanis conſuetudo donare aliquem hominem, prius quàm is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumq. defendendi accipiat ad abluenda crimina. [17] Cũ ergo huc conueniſſent, ſine vlla dilatione ſequenti die ſedens pro tribunali, iuſſi adduci virum. [18] De quo cũ ſtetiſſent accuſatores, nullam cauſſam deferebant, de quibus ego ſuſpicabar malum: [19] Quæſtiones verò quaſdam de ſua ſuperſtitione habebãt aduerſus eum, & de quodam Ieſu defũcto quem affirmabat Paulus viuere. [20] Hæſitans autem ego de huiuſmodi quæſtione, dicebam ſi vellet ire Ieroſolymam, & ibi iudicari de iſtis. [21] Paulo autem appellante vt ſeruaretur ad Auguſti cognitionẽ, iuſſi ſeruari eum, donec mittam eum ad Cæſarem. [22] Agrippa autem dixit ad Feſtum, Volebam & ipſe hominẽ audire. Cras, inquit, audies eum. [23] Altera autem die cùm veniſſet Agrippa & Bernice cum multa ambitione, & introiſſent in auditorium cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Feſto adductus eſt Paulus. [24] Et dicit Feſtus, Agrippa rex, & omnes qui ſimul adeſtis nobiſcum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudæorũ interpellauit me Ieroſolymis, petentes & acclamantes non oportere eum viuere amplius. [25] Ego verò comperi, nihil dignum morte eum admiſiſſe. Ipſo autẽ hoc appellante ad Auguſtum, iudicaui mittere. [26] De quo quid certum ſcribam domino, non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, & maximè ad te, rex Agrippa, vt interrogatione facta habeam quid ſcribam. [27] Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & cauſas eius non ſignificare.

Auguſti cognitionẽ MS.

*& hic 4 MS. G. S.

CAP. XXVI.

[1] AGrippa verò ad Paulũ ait, Permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tũc Paulus extenta manu cœpit rationẽ reddere. [2] De omnibus quibus accuſor à Iudæis, rex Agrippa, æſtimo me beatum, apud te cùm ſim defenſurus me hodie, [3] maximè te ſciente omnia quæ apud Iudæos ſunt conſuetudines & quæſtiones: propter quod obſecro, patienter me audias. [4] Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ieroſolymis, nouerunt omnes Iudęi: [5] præſcientes me ab initio (ſi velint teſtimonium perhibere) quoniam ſecundum certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus. [6] Et nunc in ſpe quæ ad patres noſtros repromiſſionis facta [7] eſt à Deo, ſto iudicio ſubiectus. in qua duodecim tribus noſtræ nocte & die deſeruientes, ſperant deuenire. De qua ſpe [8] accuſor à Iudæis, rex. Quid incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat? [9] Et ego quidẽ exiſtimaueram, me aduerſus nomen Ieſu Nazareni debere multa contraria agere. [10] quod & feci Ieroſolymis, & multos ſanctorum ego in carceribus incluſi, à principibus ſacerdotum poteſtate accepta: & cùm occiderentur, detuli ſententiam. [11] Et per omnes ſynagogas frequẽter puniens eos, compellebam blaſphemare: & amplius inſaniens in eos, perſequebar vſq. [12] in exteras ciuitates. In quibus dũ irem Damaſcum cum poteſtate & permiſſu [13] principum ſacerdotum, die media, in via, vidi, rex, de cælo ſupra ſplendorem ſolis circũfulſiſſe me lumen, & eos qui [14] mecum ſimul erant. Omnesque nos cùm decidiſſemus in terram, audiui vocem loquentem mihi Hebraica lingua: Saule, Saule, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. [15] Ego autẽ dixi, Quis es Domine? Dominus autẽ dixit, Ego ſum Ieſus, quem [16] tu perſequeris. Sed exurge & ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi vt conſtituam te miniſtrum & teſtem eorum quæ vidiſti, & eorum quibus apparebo tibi, [17] eripiẽs te de populis & gentibus in quas nunc ego mitto te, [18] aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate ſatanæ ad Deum, vt accipiant remiſſionẽ peccatorum & ſortem inter ſanctos per fidem quæ eſt in me. [19] Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cæleſti viſioni: [20] ſed his qui ſunt Damaſci primùm, & Ieroſolymis, & in omnem regionem Iudææ, &

if quarti 1 MS. G. S.

Sup. 9, 2.

Sup. 9, 3. 22, 9.

Sup. 9, 20. 28, 13. 14. 24. 1.

*populo 2 MS. G. S.

omnes A. G. S.

dæ, & Gentibus annuntiabam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. [21] Hac ex causa me Iudæi cùm essem in templo, 'comprehensum tentabant volentes me' interficere. [22] Auxilio autem adiutus Dei, vsque in hodiernum diem sto, testificans minori atque maiori, nihil extra dicens quàm ea quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses, [23] si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo & Gentibus. [24] Hæc loquente eo, & rationem reddente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniam conuertunt. [25] Et Paulus: Non insanio (inquit) optime Feste: sed veritatis & sobrietatis verba loquor. [26] Scit enim de his rex ad quem & constanter loquor. latêre enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum gestum est.

[27] Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. [28] Agrippa autem ad Paulum: In modico suades me Christianum fieri. [29] Et Paulus: Opto apud Deum, & in modico, & in magno: non tantùm te, sed etiã omnes qui audiunt hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. [30] Et exurrexit rex, & præses, & Bernice, & qui assidebant eis. [31] Et cũ secessissent, loquebantur ad inuicem, dicẽtes, Quia nihil morte aut vinculis dignum quid 'fecit' homo iste. [32] Agrippa autem Festo dixit, Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

Act. 21, 32. 4 MS. G.S. 'facit 2 MS.G.

CAP. XXVII.

[1] VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulũ cum reliquis custodiis cẽturioni nomine Iulio cohortis Augustæ, [2] 'ascendentes nauem "Adrumẽtinam" "incipientes' nauigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. [3] Sequenti autem die deuenimus Sidônẽ. Humanè autem tractãs Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere. [4] Et inde cùm sustulissemus, subnauigauimus Cyprũ: propterea quòd essent venti contrarij. [5] Et pelagus Cilicię & Pamphyliæ nauigantes, vẽnimus "Lystram', quæ est Lyciæ: [6] & ibi inueniens centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam. [7] Et cùm multis diebus tardè nauigaremus, & vix deuenissemus contra Gnidum prohibente nos vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmônem: [8] & vix iuxtà nauigantes, venimus in locum quendam qui vocatur Boni portus, cui iuxtà erat ciuitas Thalassa. [9] Multo autem tempore peracto, & cùm iam non esset tuta nauigatio, eo quòd *ieiunium iam præteriisset, "consolabatur' *Paulus, [10] dicens eis, Viri, video quoniã cum iniuria & multo damno non solùm oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio. [11] Centurio autem gubernatori & naucléro magis credebat, quàm his quæ [12] à Paulo dicebantur. Et cùm aptus portus nõ esset ad hiemandum, plurimi statuerunt consilium nauigare inde, si quomodò possent deuenientes Phœnicem, hiemare, portum Cretæ respicientem ad [13] Africum & ad Corũ. Aspirante autem Austro, æstimantes propositum se tenere, cùm sustulissent de Asson, legebant [14] Cretam. Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus [15] qui vocatur Euroaquilo. Cúmque arrepta esset nauis, & non posset conari in ventum, data naue flatibus, ferebamur. [16] In insulam autem quandam decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix [17] obtinere scapham. Qua sublata, adiutoriis vtebantur, accingentes nauem, *timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebãtur. [18] Validè autem nobis tempestate iactatis, sequenti die [19] iactum fecerũt. & tertia die suis manibus armamẽta nauis proiecerunt. [20] Neq. autem sole, neque sideribus apparẽtibus per plures dies, & tempestate non exigua imminẽte, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. [21] Et cùm multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem ô viri, audito me, non tollere à Creta, lucríque facere iniuriam hanc & iacturam. [22] Et nunc suadeo vobis bono animo esse. amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquã nauis. [23] Astitit enim mihi hac nocte angelus Dei cuius sum ego, & cui deseruio, [24] dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigãt tecum. [25] Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi. [26] In insulam autem quandam oportet nos deuenire. [27] Sed posteaquam quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem. [28] Qui & summittentes bolidem, inuenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, inuenerunt passus quindecim. [29] Timentes autẽ ne in aspera loca incideremus, de puppi mittẽtes ancoras quatuor, optabant diem fieri. [30] Nautis verò quærentibus fugere de naui, cùm misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora ancoras extendere, [31] dixit Paulus Centurioni & militibus, Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis. [32] Tunc absciderunt milites funes scaphę: & passi sunt eam excidere. [33] Et cùm lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibũ, dicens, Quarta decima die hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes. [34] Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia 'nullius vestrũ capillus de capite peribit. [35] Et cum hæc dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omniũ: & cùm fregisset, cœpit manducare. [36] Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum. [37] Eramus verò vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex. [38] Et satiati cibo alleuiabant nauem, iactãtes triticum in mare. [39] Cùm autem dies factus esset, terram non agnoscebãt: sinum verò quendam considerabant habentem litus, in quem cogitabant, si possent eiicere nauem. [40] Et cùm ancoras sustulissent, committebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum: & leuato artémone secũdum auræ flatum, tendebant [41] ad litus. Et cùm incidissemus in locum dithalassum, impegerunt nauẽ: & prora quidẽ fixa manebat immobilis: puppis [42] verò soluebatur à vi maris. Militum autem consilium fuit vt custodias occiderent: ne quis cùm enatasset, effugeret. [43] Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri: iussitque eos qui possent natare, emittere se primos, & [44] euadere, & ad terram exire: & cæteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea quæ de naui erant. Et sic factum est, vt omnes animæ euaderent ad terram.

2 Co. 11, 25 "Adrumẽtinam MS. Q.n. "incipientem MS. G q.s. Mat. 10, 30. Luc. 12, 7. *& 3 MS. G.S. *& 6 MS. G. "consulebat S. "mystyf. id est, suadebat, admonebat; G. "eos MS. S. "Myra G.S.

CAP. XXVIII.

[1] ET cũ euasissemus, tũc cognouimus quia "Mitylene', insula vocatur. Barbari verò præstabãt non modicã humanitatẽ nobis. [2] Accensa enim pyra reficiebant nos omnes, propter imbrẽ qui imminebat & frigus. [3] Cùm congregasset autẽ Paulus sarmentorũ aliquantam multitudinẽ, & imposuisset super ignẽ, vipera à calore cùm processisset, inuasit manũ eius. [4] Vt verò viderũt Barbari pendentem bestiã de manu eius, adinuicem dicebant, Vtiq. homicida est homo hic, qui cũ euaserit de mari, vltio nõ sinit [5] eum viuere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. [6] At illi existimabant eum in tumorem conuertendum, "&' subitò casurum & mori. Diu autem illis "expectantibus' & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se, dicebant eum esse Deum. [7] In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos suscipiẽs, [8] triduo benignè exhibuit. Contigit autem patrem Publij febribus & dysenteria vexatum iacêre. Ad quem Paulus intrauit: & cùm orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum. [9] Quo facto, & omnes qui in insula habebãt infirmitates, accedebant, & curabantur: [10] qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant. [11] Post menses autẽ tres, nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hiemauerat, cui erat insigne Castorum. [12] Et cùm venissemus Syracũsam, mansimus ibi triduo. [13] Inde circumle-

"Melita R.G.S. "aut R.G. "sperantibus MSq.

cumlegentes deuenimus Rhegium. & poſt vnum diem flante Auſtro, ſecunda die venimus Puteolos, [14] vbi inuentis fratribus rogati ſumus manere apud eos dies ſeptem: & ſic venimus Romam.
[15] Et inde cùm audiſſent fratres, occurrerunt nobis vſque ad Apij forum, ac tres Tabernas. Quos cùm vidiſſet Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam.
[16] Cùm autem veniſſemus Romam, permiſſum eſt Paulo manere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite. [17] Poſt tertiũ autem diem conuocauit primos Iudæorum. Cumque conueniſſent, dicebat eis, Ego, viri fratres, nihil aduerſus 'plebem' faciens, aut morem paternum, vinctus ab Ieroſolymis traditus ſum in manus Romanorũ, [18] qui cùm interrogationem de me habuiſſent, voluerunt me dimittere, eò quòd nulla eſſet cauſa mortis in me. [19] Contradicentibus autem Iudæis, coactus ſum appellare Cæſarẽ, non quaſi gentem meam habens aliquid accuſare. [20] Propter hanc igitur cauſam rogaui vos videre & alloqui. Propter ſpẽ enim Iſraël, catena hac circundatus ſum. [21] At illi dixerunt ad eum, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa, neq. adueniens aliquis fratrum nuntiauit, aut locutus eſt quid de te malum. [22] Rogamus autem à te audire quæ ſentis: nam de ſecta hac notum eſt nobis quia vbique ei contradicitur. [23] Cùm conſtituiſſent autem illi diem, venerunt ad eum in hoſpitiũ plures: quibus exponebat, teſtificãs regnum Dei, ſuadensq. eis de Ieſu ex Lege Moyſi & Prophetis, à mane vſq. ad veſperam.
[24] Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidam verò nõ credebant. [25] Cumque inuicem non eſſent conſentientes, diſcedebãt, dicente Paulo vnũ verbum: Quia bene Spiritus ſanctus locutus eſt per Iſaiam Prophetã ad patres noſtros, [26] dicens, Vade ad populum iſtum, & dic ad eos, 'Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perſpicietis. [27] Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt: ne fortè videant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligant, & cõuertantur, & ſanem eos. [28] Notum ergo ſit vobis, quoniam Gentibus miſſum eſt hoc ſalutare Dei, & ipſi audient. [29] Et cùm hæc dixiſſet, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter ſe quæſtionem. [30] Manſit autem biennio toto in ſuo conducto: & ſuſcipiebat [31] omnes qui ingrediebãtur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt de Domino Ieſu Chriſto cum omni fiducia, ſine prohibitione.

Iſai. 6, 9. Mat. 13, 14. Mar. 4, 12. Luc. 8, 10. Ioh. 12, 40. Rom. 11, 8.

*legem o.

EPISTO-

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS, ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, 'ſegregatus in Euangeliũ Dei, [2] quod antè promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis, [3] de filio ſuo, (qui factus eſt 'ei' ex ſemine Dauid ſecundùm carnem, [4] qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute, ſecundùm ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini noſtri, [5] per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediẽdum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius, [6] in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti:) [7] omnibus, qui ſunt Romę dilectis Dei, vocatis ſanctis. Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. [8] Primũ quidem gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo.
[9] Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio filij eius, quòd ſine intermiſſione memoriam veſtri facio [10] ſemper in orationibus meis, obſecrans ſi quomodo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos. [11] Deſidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis, ad confirmandos vos: [12] id eſt, ſimul cõſolari in vobis per eam quæ inuicem eſt, fidem veſtram atque meam. [13] Nolo autẽ vos ignorare fratres, quia ſæpe ꝓpoſui venire ad vos, (& prohibitus ſum vſque adhuc) vt aliquem fructum habeã 'in vobis, ſicut & in cæteris gentibus. [14] Græcis ac Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum: [15] 'ita', quod in me, promptũ eſt, & vobis qui Romę eſtis, euãgelizare. [16] Non enim erubeſco Euangelium. Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti, Iudæo primùm & Græco. [17] Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ: ſicut ſcriptum eſt: 'Iuſtus autem ex fide 'viuit'. [18] Reuelatur enim ira Dei de cęlo, ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum qui veritatem 'Dei' in iniuſtitia detinẽt: [19] quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. [20] Inuiſibilia enim ipſi⁹, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoq. eius virtus & diuinitas: 'ita' vt ſint inexcuſabiles. [21] Quia cùm cognouiſſent Deum; non ſicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. [22] dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. [23] Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum, & ſerpentiũ. ([24] Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiã: vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis.) [25] qui commutauerunt veritatem Dei in 'mendacium': & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Amen. [26] Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nã fœminæ eorũ immutauerunt naturalẽ vſum, in eũ vſum qui eſt contra naturam. [27] Similiter autẽ & maſculi, relicto naturali vſu fœminę, exarſerunt in deſideriis ſuis inuicẽ, maſculi in maſculos turpitudinẽ operantes, & mercedẽ (quam oportuit) erroris ſui in ſemetipſis recipientes. [28] Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum: vt faciant ea quæ non 'conueniunt': [29] repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, [30] detractores,

Abac. 2, 4. Heb. 10, 38. Gal. 3, 11.

Iſa. 13, 2.

2 MS. G. S.

2 MS. G. S. Eph. 4, 17. 18.

*mendacio 2 MSS. G. S.

*conuenit 1 MS. S.

K

ctores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, *inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia: *Qui cùm iuſtitiam Dei cognouiſſent, - non intellexerunt ; quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolùm - qui ea faciunt, ſed etiam - qui conſentiunt facientibus.

- G.S. Q.n.
- 1 MS. G.S.
- 1 MS. G.S.

CAP. II.

PRopter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas. eadem enim agis "quæ" iudicas. *Scimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecundũ veritatem in eos qui talia agunt. *Exiſtimas autem hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? *An diuitias bonitatis eius, & patientię, & longanimitatis "contemnis, ignorans" quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Secundum autem duritiã tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, in "die" iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, *qui reddet vnicuiq. ſecundum opera eius. *iis quidem, qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem "quærunt" vitã æternam. *ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati: ira & indignatio. *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci: *gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudęo primùm & Græco. *non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. *Quicunque enim ſine lege peccauerũt, ſine lege *peribunt: & quicunq. in lege peccauerunt, per legẽ iudicabuntur. *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ: ſed factores legis iuſtificabuntur. *Cũ enim Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: *qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, *teſtimoniũ reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem

Mat.7,2.
"qui 1 MS. G.
"contemnis? ignoras MS. Amb. S. Q.n.
"diem 2 MS. S. Mat.16.
"quærentibus MS. Amb. G. Q.n.
Deu.10,17. 2 Par.19,7. Iob.34,19. Act.10,34.
* & 2 MS. G.S.
Mat.7,21. Iac.1,22.

"cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium', *in die cùm iudicabit Deus occulta hominum, ſecundũ euangelium meum, per Ieſum Chriſtum. Si autẽ tu Iudęus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, *& noſti voluntatem eius', & probas vtiliora, inſtructus per legẽ, *confidis teipſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, *eruditorẽ inſipientium, magiſtrum infantiũ, habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege. * Qui ergo aliũ doces, teipſum non doces. qui prædicas non furandum, furaris: *qui dicis non mœchandũ, mœcharis: qui abominaris idôla, ſacrilegium facis: *qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. *('Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter Gentes, ſicut ſcriptum eſt.) *Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues: ſi autem præuaricator legis ſis, circumciſio tua præputium facta eſt. *Si igitur præputiũ iuſtitias legis cuſtodiat: nonne præputium illius in circumciſionem reputabitur? *& iudicabit id quod ex natura eſt præputium, legem conſummans, te, qui per literam & circumciſionem præuaricator legis es? *Non enim qui in manifeſto, Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto, in carne, eſt circumciſio: *ſed qui in abſcondito, Iudæus eſt: & circumciſio cordis, in ſpiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

"cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus MS. Amb. Q.n.
- 1 MS. G.

CAP. III.

QVid ergo amplius Iudæo eſt? aut quę vtilitas circumciſionis? *Multũ per omnem modum. Primùm quidem quia credita ſunt illis eloquia Dei. *quid enim ſi quidam illorũ non crediderunt? 'Nunquid incredulitas illorum fidẽ Dei "euacuauit'? *Abſit. 'Eſt' autẽ Deus verax: 'omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt: 'Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas cùm iudicaris. *Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus qui infert irã? (ſecundum hominem dico.) *Abſit. alioquin quomodo iudicabit Deus - hunc' mundum? *Si enim

2 Ti. 2, 13.
"euacuabit 5 MS. R. G.
Ioh.3,33.
"Eſto G.
Pſ. 115, 11. Pſal. 50, 6.
- 4 MS. S.

*Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit, in gloriam ipſius: quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, *& non (ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? quorum damnatio iuſta eſt. *Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. *Cauſati enim ſumus Iudæos & Græcos, omnes ſub peccato eſſe: *ſicut ſcriptũ eſt: 'Quia non eſt iuſtus quiſquam. *non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. * Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis dolosè agebant. 'Venenũ aſpidum ſub labijs eorum. *Quorũ os maledictione & amaritudine plenum eſt: *Veloces pedes eorũ ad effundendum ſanguinem. *Contritio & infelicitas in viis eorum: *& viam pacis non cognouerunt. *Non eſt timor Dei ante oculos eorum. *Scimus aũt quoniam quæcunque lex loquitur, ijs qui in lege ſunt loquitur: vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo: *quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. *Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt: teſtificata à lege & Prophetis. *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum. non enim eſt diſtinctio. *Omnes enim peccauerunt: & egent gloria Dei. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, 'quem propoſuit Deus "propitiationem', per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionẽ iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem pręcedentium delictorũ, *in ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. *Vbi eſt ergo gloriatio - tua? Excluſa eſt. Per quam legem factorum? Non, ſed per legẽ fidei. *Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. *An Iudæorum Deus tantùm? nonne & Gentium? Imò & Gentium. *quoniam quidem

Pręcauſati 1 MS. R.G.S.
Gal.3,22. Pſal.13,1. 52,3.
Pſal.5,11.
Pſal.139,4.
Rom.3,16.
Pſal.35,2.
Gal.2,16.
Gal.2,16.
"propitiatorem MS. Amb. id eſt placabilem ſeu mitem
- 1 MS. G.S.

vnus eſt Deus, qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & prępotium per fidem. *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit. ſed legem ſtatuimus.

"iuſtificabit 3 MS: G.

CAP. IIII.

QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundũ carnem? *Si enim Abrahã ex operibus - iuſtificatus eſt: habet gloriã, ſed non apud Deũ. *Quid enim dicit ſcriptura? 'Credidit Abraham Deo: & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. *Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecuudum debitum. *Ei verò qui non operatur, credenti autẽ in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam - ſecundũ propoſitum gratię Dei'. *Sicut & Dauid dicit beatitudinẽ hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus: *' Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. *Beatus vir cui non "imputauit' Dominus peccatum. *Beatitudo ergo hæc in circumciſione - manet', an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam. *Quomodo ergo reputata eſt? in circumciſione, an in præputio? Non in circumciſione, ſed in præputio. *' Et ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei quæ eſt in præputio: vt ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam: *& ſit pater circumciſionis, non ijs tantùm qui ſunt ex circũciſione, ſed & ijs qui ſectantur veſtigia fidei quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. *Non enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius vt hęres eſſet mundi: ſed per iuſtitiam fidei. *Si enim qui ex lege, hæredes ſunt: exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. *Lex enim irã operatur. Vbi enim non eſt lex: nec præuaricatio. *Ideo ex fide, - vt ſecundum gratiam "firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolùm, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum: *(ſicut ſcriptum eſt: 'Quia patrem multarum gentium poſui te) ante Deum, "cui credidiſti', qui viuificat mortuos: & vocat ea quę

"imputabit 6 MS. R. Amb. G.
"tantum MS. Amb: - 3 MS. G.S.
Gen.15,6. Gal.3,6. Iac.2,23.
"legis MS: Amb.
Gen.15,6. Gal.3,6. Iac.2,23.
Pſal.31,1.
- Amb. S.
"vt, 1 M S: Amb. G.S.
Gen.17,4.
"cui credidit 2 MS. G.

non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. [18] ‡qui contra ſpem in ſpem credidit: vt fieret pater multarum gentium ſecundùm quod dictũ eſt ei: ‖ Sic erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cæli, & arena maris. [19] ‡Et non infirmatus eſt fide: nec conſiderauit corpus ſuum ‡emortuũ, cùm ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluã Saræ. [20] ‡In repromiſſione etiam Dei nõ hæſitauit diffidentia: ſed confortatus eſt fide, dans gloriã Deo: [21] ‡pleniſſimè ſciens quia quæcunque promiſit, potens eſt & facere. [22] ‡Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. [23] ‡Non eſt aũt ſcriptum tantùm propter ipſum quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam: [24] ‡ſed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ à mortuis, [25] ‡qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

- 1 MS. Amb. G. S. Gen. 15, 5.
- 7 MS. Amb. G. S.
- ‡iam 2 MS. G.
- 3 MS. G.
- 1 MS. G.

CAP. V.

IVſtificati ergo ex fide, pacem ‖habeamus' ad Deum per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum: [2] ‡‖per quẽ & habemus acceſſum ‖per fidem' in gratiam iſtam in qua ſtamus, & gloriamur, in ſpe gloriæ ‖filiorum' Dei. [3] ‡Non ſolùm autem: ſed & gloriamur in tribulationibus: ‖ ſcientes quòd tribulatio patiẽtiam operatur; [4] ‡patientia autem probationem, probatio verò ſpem. [5] ‡ſpes autem non confundit: ‖ quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. [6] ‡Vt quid enim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt? [7] ‡Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori. [8] ‡Commẽdat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam ‡cùm adhuc peccatores eſſemus, ‡Chriſtus pro nobis mortuus eſt. [9] ‡Multò igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. [10] ‡Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius: multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius. [11] ‡Nõ ſolùm autem: ſed & gloriamur in Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc [12] reconciliationem accepimus. [13] ‡Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. [13] ‡Vſque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non ‖imputabatur, [14] cùm lex non eſſet. ‡Sed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, [15] qui eſt forma futuri. ‡Sed non ſicut delictum, ita & donum. ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. [16] ‡Et non ſicut per vnum ‖peccatum', ita & donum. nam iudicium quidem ex vno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationem. [17] ‡Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiã gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. [18] ‡Igitur ſicut per vnius delictum, in omnes homines in cõdemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationẽ vitę. [19] ‡Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi. [20] ‡Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia. [21] ‡vt ſicut regnauit peccatum ‖in mortem': ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

- ‖imputatur, cùm lex nõ eſt 5 MS. G.
- ‖peccantem 5 MS. G.
- ‖in morte 1 MS. G.

CAP. VI.

QVid ergo dicemus? Permanebimus [1] in peccato vt gratia abũdet? [2] ‡Abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? [3] ‡An ignoratis ‡quia ‖quicunq. baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati [4] ſumus? ‡‖Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ‖ ita & nos in nouitate [5] vitæ ambulemus. ‡‖Si enim complantati facti

- ‡fratres MS. G. S.
- Gal. 3, 27.
- Col. 2, 12.
- Eph. 4, 23. Col. 3, 10. Heb. 9, 14. 12, 2. 1 Pe. 2, 1.

tati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus. [6] ‡Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. [7] ‡Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. [8] ‡Si autẽ mortui ſumus cum CHRISTO: credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto, [9] ‡ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. [10] ‡Quod enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo. [11] ‡Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato: viuentes autẽ Deo, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. [12] ‡Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore vt obediatis concupiſcentiis eius. [13] ‡Sed neque exhibeatis mẽbra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuẽtes: & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. [14] ‡Peccatum enim vobis non dominabitur: nõ enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. [15] ‡Quid ergo? peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit. [16] ‡‖Neſcitis quoniã cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? [17] ‡Gratias autem Deo quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis aũtẽ ex corde in eam ‖quam formam doctrinæ in ‖qua' traditi eſtis. [18] ‡Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. [19] ‡Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ. ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem. [20] ‡Cùm enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. [21] ‡Quem ergo fructum habuiſtis ‖tunc in illis', in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. [22] ‡Nũc verò liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructũ veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. [23] ‡Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

- Rom. 10, 3. 19.
- ‖quam Iob. G. S.
- ‖MS. G.

CAP. VII.

[1] AN ignoratis fratres (ſciẽtibus enim legem loquor) quia lex in homine [2] dominatur quanto tẽpore viuit? ‡‖Nam quę ſub viro eſt mulier: ‖viuente viro alligata eſt ‖legi'. ſi autem mortuus fuerit [3] vir eius: ‖ ſoluta eſt à lege viri. ‡Igitur viuente viro, vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro. ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege ‖viri': vt non ſit [4] adultera ſi fuerit cum alio viro. ‡Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti: vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificem' Deo. [5] ‡Cùm enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris, vt fructificarent morti. [6] ‡nunc autem ſoluti ſumus à lege ‖mortis', in qua detinebamur: ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non [7] in vetuſtate literæ. ‡Quid ergo dicemus? lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui, niſi per legem. nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex dice- [8] ret: ‖ Non concupiſces. ‡Occaſione aũt accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatũ mortuum [9] erat. ‡Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Sed cùm veniſſet mandatum: [10] peccatum reuixit. ‡Ego autem mortuus ſum: & inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. [11] ‡Nam peccatum occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud occidit. [12] ‡Itaque lex quidẽ ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum & bonum. [13] ‡Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit, ſed peccatum, vt appareat peccatum, per bonũ operatum eſt mihi mortem: vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatũ. [14] ‡Scimus enim quòd lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato. [15] ‡Quod enim operor non intelligo. non enim quod volo *, hoc ago: ſed quod [16] odi, illud facio. ‡Si aũt quod nolo, illud facio: conſentio legi, quoniã bona eſt. [17] ‡Nunc autem iam non ego operor illud, [18] ſed quod habitat in me peccatum. ‡Scio

- 1 Cor. 7, 39.
- ‖viuenti 6. S.
- ‖lege Amb. G. S.
- 1 MS. G.
- ‖liberata 1 MS. G.
- 1 MS. G. S.
- 1 Tim. 1, 8.
- *bonum MS.
- *malum MS.

enim quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autẽ bonum, non inuenio. 19 Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago.

20 Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me, peccatũ. 21 Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malũ adiacet. 22 Condelector enim legi Dei ſecundum interiorẽ hominem:

23 video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis. 24 Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

25 Gratia* Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei: carne autẽ, legi peccati.

*autem MS. G q. *Deo G. Q. n.

CAP. VIII.

1 NIhil ergo nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui non ſecundum carnem ambulãt*. 2 Lex enim ſpiritus vitę in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. 3 Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, 4 vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecũdum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. 5 Qui enim ſecundum carnem ſunt: quæ carnis ſunt, ſapiunt. qui verò ſecundum ſpiritum ſunt: quæ ſunt ſpiritus, ſentiunt.

6 Nam prudentia carnis, mors eſt: prudentia autem ſpiritus, vita & pax. 7 quoniam ſapientia carnis, "inimica eſt Deo': legi enim Dei nõ "eſt ſubiecta', nec enim poteſt. 8 Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. 9 Vos autẽ in carne non eſtis, ſed in ſpiritu; ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Siquis autem Spiritum Chriſti nõ habet: hic non eſt eius.

10 Si autem Chriſtus in vobis eſt: corpus quidem mortuũ eſt propter peccatum, ſpiritus verò "viuit' propter "iuſtificationem'. 11 Quòd ſi Spiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, vi-

*ſed ſecundum ſpiritum G. at textus noſter, Ambr. conſonat & S.

"inimicitia eſt in Deum 1 MS. S. "ſubijcitur 3 MS. G.S.

"vita' 1 MS. Amb. G. S. "iuſtitiã 1 MS. G.S.

uificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem Spiritũ eius in vobis.

12 Ergo fratres, debitores ſumus: non carni, vt ſecundum carnem viuamus.

13 Si enim ſecundum carnem vixeritis: moriemini. ſi autem ſpiritu, facta carnis 14 mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim ſpiritu Dei agũtur, ij ſunt filij Dei.

15 "Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, 'ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, (Pater.) 16 Ipſe enim' Spiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei. 17 Si autem filij: & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen cõpatimur, vt & conglorificemur. 18 Exiſtimo enim quòd non ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. 19 Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorum Dei expectat. 20 Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non volens, ſed propter eum qui ſubiecit' eam' "in ſpe': 21 quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

22 Scimus enim quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc. 23 Non ſolùm autẽ illa, ſed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum' Dei' expectantes, redemptionem corporis noſtri.

24 Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis; quid ſperat? 25 Si autẽ quod non videmus, ſperamus: per patientiam expectamus. 26 Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram. nam quid oremus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus 27 inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda: ſcit quid deſideret Spiritus: quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.

28 Scimus autem quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecũdum propoſitum vocati ſunt 29 ſancti'. Nam quos præſciuit: & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis Filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. 30 Quos aũt prædeſtinauit, hos & vocauit:

2 Tim. 1, 7. Gal. 4, 5.

5 MS. Amb. G. S.

5 MS. "in ſpem MS. Q. n.

5 MS. G.

cauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit. quos autem iuſtificauit: illos & "glorificauit'. 31 Quid ergo dicemus ad hæc? ſi Deus pro nobis, quis contra nos? 32 Qui etiam proprio filio "non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis "donauit'? 33 "Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat. 34 Quis eſt qui cõdemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui' eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. 35 Quis' ergo' nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? (32 ſicut ſcriptum eſt: 36 Quia ppter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.)

37 Sed in his omnibus ſuperamus "propter' eum qui dilexit nos. 38 Certus ſum enim quia neque mors, neq. vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neq. futura, neque fortitudo', 39 neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quę eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

"magnificauit 19 ms. Amb.

"filio M. Sq.

"donabit e. s. "Q. n.

"& 1 MS. Amb. G. S.

"3 MS. Amb. G. S.

"per Aug. ci. Q. 8.

"1 MS. Amb. G. S. Q. n.

CAP. IX.

1 VEritatem dico in Chriſto*, nõ mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu ſancto, 2 quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. 3 'Optabã enim ego ipſe anáthema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundũ carnem, 4 qui ſunt Iſraëlitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & "teſtamentũ', & legiſlatio, & obſequiũ, & promiſſa, 5 quorum patres, & ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Amen. 6 Non autem quòd exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Iſraël, ij ſunt Iſraëlitæ: 7 neq. "qui' ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij: 'ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen: 8 id eſt, non qui filij carnis; hi filij Dei: ſed qui' filij ſunt promiſſionis, æſtimãtur in ſemine. 9 Promiſſionis enim verbum hoc eſt, 'Secundum hoc tempus veniam: & erit

*Ieſu 11. Amb.

Ab 9, 2. 1 Cor. 15, 9.

"teſtamẽta 3 MS. Ambroſ. G. S.

"quia 15 MS. R. Amb. G. S. Gen. 21, 12.

Gal. 4, 28.

Gen. 18, 10.

10 Saræ filius. Non ſolùm autem "illa': 'ſed & Rebecca ex vno "concubitu' habens, Iſaac "patris noſtri'. 11 Cùm enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali (vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret,) 12 non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei: 'Quia maior ſeruiet minori, 13 ſicut ſcriptum eſt: 'Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. 14 Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deũ? Abſit. 15 Moyſi enim dicit, 'Miſerebor cuius miſereor: & miſericordiam præſtabo "cui' "miſerebor': 16 igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerẽtis eſt Dei. 17 Dicit enim ſcriptura Pharaoni: 'Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam: & vt annuntietur nomen meum in vniuerſa terra. 18 Ergo cuius vult miſeretur: & quem vult indurat. 19 "Dicis' itaque mihi: Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis reſiſtit? 20 O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? 'Nunquid dicit figmẽtum ei qui ſe finxit: Quid me feciſti ſic? 21 An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in 22 contumeliam? Quòd ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia, 23 vaſa iræ "apta' in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam. 24 Quos & vocauit nos: non ſolùm ex Iudæis, ſed etiam ex Gentibus, 25 ſicut in Oſee dicit, 'Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam': & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. 26 Et erit: in loco vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui. 27 Iſaias autẽ clamat pro Iſraël: Si fuerit numerus filiorum Iſraël tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. 28 Verbum' enim conſummans, & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terrã. 29 & ſicut prædixit Iſaias: 'Niſi Dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen: ſicut Sodoma facti eſſemus, & 30 ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſem'. Quid

-2 MS. G. "illi 4 MS. "1. ic s. Gen. 25, 2. "concubitum G. S. "patre noſtro 5 MS. G. S.

Gen. 25, 23. Mal. 1, 2. 3.

Exo. 33, 19.

"cuius MS. "miſereor G.

Exo. 9, 16.

"Dices R. G. S.

Iſai. 10, 22. Oſee 1, 10.

"λόγον

Iſai. 1, 9.

ergo dicemus? Quòd gentes quæ non
sectabantur iustitiam, apprehenderunt
iustitiam, iustitiam autẽ quæ ex fide est.
*sectans 6 MS. G. S. *Israël verò 'sectando' legem iustitiæ, in 31
legem iustitiæ non peruẽnit. *Quare? 32
Quia non ex fide, sed quasi ex operibus.
offenderunt enim in lapidem offensionis, Isai. 8,14. 28,16. 1 Pet.2,7. *sicut scriptum est: 'Ecce pono in 33
Sion lapidem offensionis, & petrã scandali: & omnis qui credit in eum, non
confundetur. CAP. X.

FRatres, voluntas quidem cordis mei 1
& obsecratio ad Deum, fit pro illis in
salutem. *Testimonium enim perhibeo 2
illis quòd æmulationem Dei habent, sed
non secundum scientiam. *Ignorantes 3
enim iustitiam Dei, & suam quærentes
statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.
*Finis enim legis, Christus: ad iustitiam 4
* Q. R. omni credenti. *'Moyses enim scripsit, 5
Lev.18,5. quoniam iustitiam quæ ex lege est 'qui
Ezec.20,11. fecerit homo, viuet in ea. *Quæ autem 6
Deut.30,12. ex fide est iustitia, sic dicit, 'Ne dixeris in
corde tuo, quis ascendet in cælum? id est,
Christum deducere. *Aut quis descen- 7
det in abyssum? hoc est, Christũ à mortuis reuocare. *Sed quid dicit scriptura? 8
- 3 MS. G. S. Deut.30,14. 'Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo. hoc est verbum fidei quod prædicamus. *Quia si confitearis in ore tuo 9
*excitauit 4 MS. Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd Deus illũ 'suscitauit' à mortuis: saluus eris. *Corde enim creditur 10
Isai.28,16. ad iustitiam: ore autem confessio fit ad
salutem. *Dicit enim scriptura: 'Omnis 11
qui credit in illum, non confundetur.
*Non enim est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues 12
Ioel 2,22. Act.2,21. 'qui 1 MS. G. S. in omnes qui inuocant illum. *'Omnis 13
enim 'quicunque' inuocauerit nomen
Domini, saluus erit. *Quomodo ergo in- 14
uocabunt in quẽ non crediderunt? Aut
quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autẽ audient sine prædicante? *Quomodo verò prædicabunt 15
Isai.52,7. Nah.1,15. nisi mittantur? sicut scriptũ est: 'Quàm
speciosi pedes euangelizantium pacem,
euangelizantiũ bona! *Sed non omnes 16
'obedierunt 1 MS. G. S. Isai.53,1. Ioh.12,38. 'obediunt' Euangelio. Isaias enim dicit,
'Domine, quis credidit auditui nostro?
*Ergo fides, ex auditu: auditus autem 17
per verbũ Christi. *Sed dico, Nunquid 18
non audierunt? Et quidem 'in omnem Psal.18,5. terram exiuit sonus eorum: & in fines
orbis terræ verba eorũ. *Sed dico, Nun- 19
quid Israël non cognouit? Primus Moyses dicit, 'Ego ad æmulationem vos ad- Deut.32,21. ducam in non gentem: in gentem insi-
pientem, in iram vos mittam. *Isaias au- 20
tem audet, & dicit, 'Inuentus sum à non Isai.65,1. quærentibus me: palam apparui ijs qui
me non interrogabant. *Ad Israël autem 21
dicit, 'Tota die expandi manus meas ad Isai.65,2. populum non credentem, & contradicentem mihi'. CAP. XI. -6 MS. R. Amb. G. s.

DIco ergo: Nũquid Deus repulit po- 1
pulum suum? Absit. Nam & ego
Israëlita sum, ex semine Abraham, de
tribu Beniamin. *Non repulit Deus ple- 2
bem suam quam præsciuit. An nescitis
in Elia quid dicit scriptura: quemadmodum interpellat Deum aduersum Israël?
*'Domine, prophetas tuos occiderunt, 3 Reg.19,10.
altaria tua suffoderunt; & ego relictus
sum solus, & quærunt animam meam.
*Sed quid dicit illi diuinum responsum? 4
'Reliqui mihi septem millia virorũ, qui 3 Reg.19,18.
non curuauerunt genua *'Baal'. *Sic er- 5 - MS q. * ante MS q. go & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ 'saluę' factę sunt. -2 MS. G. S. Q. R.
*Si autem gratia: iam non ex operibus. 6
alioquin gratia iã non est gratia. *Quid 7
ergo? quod quærebat Israël, hoc non est
consecutus: electio autẽ consecuta est:
cæteri verò excæcati sunt. *sicut scriptum 8
est: 'Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videant: & aures, Isai.6,9. Mat.13,14 Ioh.12,40. Act.28,26. vt non audiant, vsq. in hodiernum diem.
*Et Dauid dicit: 'Fiat mensa eorum *in 9 Psal.68,23. laqueum & in captionem & in scanda- * coram ipsis MS.
lum & in retributionem illis. *Obscu- 10
rentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. *Dico er- 11 - G. S.
go, Nunquid 'sic' offenderunt vt caderent? Absit. Sed illorum delicto, salus est
Gentibus, vt illos æmulentur. *Quòd 12
si delictum illorum diuitiæ sunt mundi,
& diminutio eorum diuitiæ Gentium:
quantò magis plenitudo eorum? *Vo- 13
bis enim dico Gentibus, 'quandiu' quidem ego *ad quantum 6. Q. R.

'honorificoi MS. G. S. dem ego sum Gentium Apostolus, mi- 13
nisterium meum 'honorificabo', *siquo 14
modo ad æmulandũ prouocem carnem
meam, & saluos faciam aliquos ex illis.
*Si enim amissio eorum, recõciliatio est 15
mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? *Quòd si delibatio sancta est, & 16
massa: & si radix sancta, & rami. *Quòd 17
si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autẽ cùm
oleaster esses, insertus es in illis, & socius
radicis & pinguedinis oliuæ factus es,
*noli gloriari aduersus ramos. Quòd si 18
gloriaris: non tu radicem portas, sed ra-
dix te. 'Dicis' ergo: Fracti sunt rami, vt 19
'Dices 2 MS. G. S. ego inserar. *Bene: propter incredulita- 20
tem fracti sunt, tu autem fide stas: noli
altum sapere, sed time. *Si enim Deus 21
naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat. *Vide ergo boni- 22
tatem & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te
autem bonitatem Dei, si permanseris in
bonitate, alioquin & tu excidêris. *Sed 23
& illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur. potens est enim Deus
iterum inserere illos. *Nam si tu ex na- 24
turali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam: quantò magis ij qui secundum naturam, inserentur suæ oliuæ? *Nolo enim vos igno- 25
rare fratres mysterium hoc, (vt non sitis
vobisipsis sapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo
Gentium intraret: *& sic omnis Israël 26
Is.59,20. saluus fieret, sicut scriptum est: 'Veniet
ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatẽ à Iacob. *Et hoc illis à me testamen- 27
tum: cùm abstulero peccata eorum. *Se- 28
cundum Euangelium quidem, inimici
propter vos: secundum electionem autem, charissimi propter patres. *Sine 29
pœnitentia enim sunt dona & vocatio
Dei. *Sicut enim aliquando & vos non 30
credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum. *ita & isti nunc non cre- 31
- MS. G. S. diderunt in vestram misericordiam: vt
& ipsi misericordiam consequantur.
*Concluſit enim Deus 'omnia' in incre- 32
dulitatem: vt omnium misereatur. *O 33
altitudo diuitiarum *, sapientiæ, & scien- * & c. 3. Sap.9,13. tiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt
iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!
*'Quis enim cognouit sensum Domi- 34 Isai.40,13. 1 Cõ.2,16.
ni? Aut quis consiliarius eius fuit? *Aut 35
quis prior dedit illi, & retribuetur ei?
*Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in 36
ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula,
Amen. CAP. XII.

OBsecro itaque vos fratres per mise- 1 Phil. 4,18.
ricordiam Dei, 'vt exhibeatis cor-
pora vestra hostiam viuentem, sanctam,
Deo placentẽ, 'rationabile' obsequium * rationale Q. R.
vestrum. *Et nolite conformari huic se- 2
culo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, 'vt probetis 'quæ sit voluntas Eph.5,17. 1 Thes.4,3. 'Q. R.
Dei bona, & beneplacens, & perfecta'.
*Dico enim, per gratiam quæ data est 3
mihi, omnibus qui sunt inter vos, Non
plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, 'vnicuique sicut 1 Cõ.12,11
Deus diuisit mensurã fidei. *Sicut enim 4 Eph. 4,7.
in vno corpore multa mẽbra habemus,
omnia autẽ membra non eundẽ actum
habent: *ita multi vnum corpus sumus 5
in Christo, singuli autem alter alterius
membra. *Habentes autem donatio- 6
nes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, *siue ministerium 7
in ministrando, siue qui docet in doctrina: *qui exhortatur in exhortando, qui 8
tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate.
*Dilectio sine simulatione. 'Odien- 9 Amos 5,15. Eph.4,3.
tes malum: adhærentes bono. *'Cha- 10 1 Pet.2,22. 2,17.
ritatem' fraternitatis inuicem diligentes. 'Honore inuicem præuenientes. 'Charitate 4 MS. G. Q. R.
*'Solicitudine non pigri. Spiritu fer- 11 Heb. 13,1
uentes: 'Domino' seruientes. *Spe gau- 12 1 Pet.5,5. 'tempori Amb. Q. R.
dentes. In tribulatione patientes. Ora- 13
tioni instantes. *'Necessitatibus' sancto- * Memoriis Q. R.
rum communicantes. 'Hospitalitatem Heb.13,2.
sectantes. *'Benedicite persequentibus 14 1 Pet.4,9. Mat.5,44.
vos: benedicite, & nolite maledicere.
*Gaudere cum gaudentibus, flere cum 15 1 Cor.3,18.
flentibus. *Idipsum inuicem sentientes. 16 Prou.3,7.
'Non alta sapientes, sed humilibus con- Isai.5,21.
sentientes. 'Nolite esse prudentes apud Prou.20,22
vosmetipsos. *'Nulli malum pro malo 17 1 Pet.3,9.

reddentes. ¦prouidentes bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. ¶ ¦Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. ¶ ¦Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. ſcriptũ eſt enim, Mihi vindictam: ego retribuam, dicit Dñs. ¶ Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potũ da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. ¶ Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.

a Co.8,21. - G.S.
Heb.12,14
Eccli.28,1. Mat.5,39.
Deu.32,35. Heb.10,30.
"vindicta 1 MS.R.G * & Msq.
Pro.25,21.

CAP. XIII.

¦OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo. quæ autem ſunt, à Deo "ordinata' ſunt. ¶ Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. ¶ nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autẽ non timere poteſtatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. ¶ Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris: time. non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram, ei qui malum agit. ¶ Ideo "neceſſitate' ſubditi eſtote: non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. ¶ Ideo enim & tributa preſtatis. miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. ¶ ¦Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. ¶ Nemini quicquam debeatis: niſi, vt inuicẽ diligatis. qui enim diligit proximum, legẽ impleuit. ¶ Nam, ¦Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non cõcupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatũ: in hoc verbo inſtauratur, ¦Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. ¶ Dilectio "proximi', malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. ¶ Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus. ¶ Nox "præceſſit', dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. ¶ Sicut in die honeſtè ambulemus: ¦non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in cõtentione & æmulatione: ¶ ſed "induimini' Dñm Ieſum Chriſtum, & carnis curã ne feceritis in deſideriis.

Sap.6,4. Tit.3,1. 1 Pet.2,13.
"ordinatæ 2 MS. G.S.
"neceſſitati MS. Q.n.
Mat.22,21
Exo.20,14. Deu.5,18. Mat.19,18 Leu.19,18.
Mat.22,39 Mar.12,31 Gal.5,14. Iac.2,8.
"proximo 1 MS. Gq. S.
"Q.n.
Luc.21,34. Cal.5,16. 1 Pet.2,11.
"induite 4 MS. Amb.S. G. vero carnis modo transferri passum.

CAP. XIIII.

¦INfirmum autem in fide aſſumite: non in diſceptationibus cogitationum. ¶ Alius enim credit ſe manducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus "manducet'. ¶ Is qui manducat, non manducantem non ſpernat: & qui non manducat; manducantem non iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. ¶ Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit. ſtabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere illum. ¶ Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. ¶ Qui ſapit diem, Domino ſapit*. Et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. ¶ Nemo enim noſtrum ſibi viuit: & nemo ſibi moritur. ¶ Siue enim viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. ¶ In hoc enim Chriſtus* mortuus eſt, & "reſurrexit': vt & mortuorum & viuorum dominetur. ¶ Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuum? ¦Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. ¶ ſcriptum eſt enim, ¦Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi "flectetur' omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. ¶ Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. ¶ Non ergo amplius inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. ¶ Scio & cõfido in Domino Ieſu, quia nihil commune per "ipſum': niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt. ¶ Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur: iam non ſecundum charitatem ambulas. ¦Noli cibo tuo illũ perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt. ¶ Non ergo blaſphemetur bonum "noſtrum'. ¶ Non eſt enim regnum Dei eſca

Iſai.45,23. Phil.2,10.
"flectet 5 MS.G.S.
1 Co.8,11.
"ipſum G.S.
"veſtrũ 1 MS.R.G.
* Et, qui non ſapit diem, Domino nõ ſapit e. s.
* & 10 MS. Amb. G.S.
"reuixit 6 MS.Q.n.
1 Co.5,10.

Dei eſca & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. ¶ qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet Deo, & probatus eſt hominibus. ¶ Itaq. quæ pacis ſunt, ſectemur: & quæ ædificationis ſunt, inuicẽ cuſtodiamus. ¶ Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. ¦omnia quidẽ ſunt munda: ſed malum eſt homini qui per offendiculum manducat. ¶ ¦Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus "offenditur', aut ſcandalizatur, aut infirmatur. ¶ Tu fidem habes? penes temetipſum habe coram Deo: Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat. ¶ Qui autem diſcernit, ſi manducauerit, damnatus eſt: quia nõ ex fide. Omnẽ autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

,6 MS. G.S.
Tit.1,15.
1 Co.8,13.
"offendit 4 MS. Amb.G.
Rom.14,23.

CAP. XV.

DEbemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. ¶ Vnuſquiſq. "veſtrum' proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationẽ. ¶ Etenim Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt, ¦Improperia improperantiũ tibi, ceciderũt ſuper me. ¶ Quæcunque enim "ſcripta' ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt: vt per patientiã & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. ¶ Deus autẽ patientiæ & ſolatij ¦det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum: ¶ vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. ¶ Propter quod ſuſcipite inuicem: ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei. ¶ Dico enim Chriſtũ Ieſum miniſtrũ fuiſſe circunciſionis propter veritatẽ Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum: ¶ Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum, ſicut ſcriptum eſt: ¦Propterea confitebor tibi in Gẽtibus Domine, & nomini tuo cantabo. ¶ Et iterum dicit, Lætamini Gentes cum plebe eius. ¶ Et iterum, ¦Laudate omnes gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi. ¶ Et rurſus Iſaias ait, ¦Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere Gentes, in "eũ' Gentes ſperabunt. ¶ Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in ſpe, "& virtute Spiritus ſancti. ¶ Certus ſum autem fratres mei & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita vt poſſitis alterutrum monere. ¶ Audacius autem ſcripſi vobis fratres ex parte tanquam in memoriam vos reducens: propter gratiã quæ data eſt mihi à Deo, ¶ vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in Gentibus: ſanctificans Euangeliũ Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta "&' ſanctificata in Spiritu ſancto. ¶ Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu "ad Deũ. ¶ Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non "efficit' Chriſtus in obedientiam Gentium, verbo & factis, ¶ in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritus ſancti: ita vt ab Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum repleuerim Euangelium Chriſti. ¶ Sic autem "prædicaui' Euangelium hoc, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem: ¶ ſed ſicut ſcriptũ eſt, ¦Quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent. ¶ Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos*. ¶ Nunc verò alterius locũ non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam "præcedentibus' annis: ¶ ** cùm in Hiſpaniam proficiſci cœpero*, ſpero quòd præteriens "videam' vos, & à vobis deducar illuc: ¶ ſi vobis primùm ex parte fruitus fuero. Nunc igitur "proficiſcar' in Ieruſalem miniſtrare ſanctis. ¶ Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquã facere in pauperes ſanctorum qui ſunt in Ieruſalem. ¶ Placuit enim eis: & debitores ſunt eorum. ¦Nam ſi ſpiritualium eorum participes "facti' ſunt gẽtiles: debent & in carnalibus miniſtrare illis. ¶ Hoc igitur cùm conſummauero, & aſſignauero eis fructum hunc: per vos proficiſcar in Hiſpaniam. ¶ Scio autẽ quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis "Chriſti veniam. ¶ Obſecro ergo vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem "ſancti' Spiritus, vt ad-

"noſtrum 4 MS. Gq. s.
1 Co.10.
"ſcripta' e.s.
"ſcripta' 1 MS.
Iſai.11,10.
"eũ' 3 MS. G.
"& prohibitus ſum vſque adhuc o.
- G.S.
* ſed 2 MS.
"veniam ad vos, nam e. "videbo 2 MS. Amb. G.S.
"proficiſcor 1 MS. G.S.
- MS.
1 Co.9,11.
"factæ ſunt gentes 2 MS: Amb. G.S.
"euangelii e.s.
- 1 MS: G.S.

vt adiuuetis me in orationibus pro me' ad Deum, ‡vt liberer ab infidelibus qui 31
sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio
*in Ierosolymam 14 MS.G. - 14 MS. G.Q.n. *& 9 MS. Amb. G.S. ‡requiescam 1 MS.G.S. *accepta fiat in Ierusalem sanctis, ‡vt ve- 32
niam ad vos in gaudio per voluntatem
Dei, 'vt' refrigerer' vobiscũ. ‡Deus au- 33
tem pacis sit cũ omnibus vobis. Amen.

CAP. XVI.

COmmendo autem vobis Phœben 1
sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est in Cenchris: ‡vt 2
eã suscipiatis in Domino dignè sanctis:
& assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit. etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi. ‡Salutate Priscam 3
Act.18,2. 26. & Aquilam adiutores meos in Christo
Iesu, ‡(qui pro anima mea suas ceruices 4
supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cũctæ ecclesiæ Gentium)
‡& domesticam ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi: qui est
*Q.n. *Iesu MS. q. primitiuus 'Asiæ' in Christo*. ‡Salutate 6
Mariam, quæ multum laborauit in 'nobis'. ‡Salutate Andronicum & 'Iuliam' 7
'vobis MS. Amb. G q. S. 'Iuliam 1 MS.R. G.S. cognatos & concaptiuos meos: qui sunt
nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. ‡Salutate Ampliatũ di- 8
lectissimum mihi in Domino. ‡Salutate 9
Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum.
‡Salutate Apellen probum in Christo. 10
domo MS.S. ac textus consentit G. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli. ‡Sa- 11
lutate Herodionem cognatum meum.
Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino. ‡Salutate Tryphæ- 12
nã & Tryphosam: quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino. ‡Sa- 13
lutate Rufum electum in Domino, &
matrem eius & meam. ‡Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt, fra- 14
tres. ‡Salutate Philologum & Iuliã, Ne- 15
*Olympiam G.S. reum, & sororẽ eius & 'Olympiadem': & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. ‡Salu- 16
tant vos omnes Ecclesiæ Christi. ‡Rogo 17
autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, &
18 declinate ab illis. ‡Huiusce modi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocen-
19 tium. ‡Vestra enim obedientia in 'omnem locum' diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in
20 bono: & simplices in malo. ‡Deus autem pacis 'conterat' Satanam sub pedibus vestris veloci-
21 ter. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. ‡'Salutat vos Timótheus adiutor meus, & Lucius, & Ia-
22 son, & Sosipater cognati mei. ‡Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domino. Salutat vos Caius hospes
23 meus, & 'vniuersa ecclesia'. ‡Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus,
24 frater. ‡Gratia Domini nostri Iesu Chri-
25 sti cum omnibus vobis, Amen. ‡'Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti,
26 ‡quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionẽ fidei, in cun-
27 ctis Gẽtibus cogniti, ‡soli sapienti Deo, per Iesum Christum, 'cui' honor, '& gloria' in secula seculorum, Amen.

'omnes G.S.

'conteret 4 MS. Amb. G.S.

Act.16,1. Phil.2,19.

'vniuersæ ecclesiæ 6 MS. Amb. G.S.

Eph.3,20.

- 1 MS.R. G.S. Q.n. - 1 MS. Amb. G.S. - 3 MS.

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS PRIMA.

CAP. I.

PAVLVS vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatẽ Dei, & Sosthenes frater, ‡Ecclesiæ Dei quæ est
2 Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum &
3 nostro. ‡Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo.
4 ‡Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis in
5 Christo Iesu, ‡quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni

omni scientia, ‡(sicut testimoniũ Chri- 6
sti confirmatũ est in vobis,) ‡ita vt nihil 7
vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Chri-
sti, ‡qui & confirmabit vos vsque in fi- 8
nẽ sine crimine, in die aduentus Domini
1Thes.5,24 nostri Iesu Christi. ‡'Fidelis Deus: per 9
quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. ‡Obsecro 10
autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata:
'eadem mente, & eadẽ sententia 3 MS.G.S. sitis autem perfecti 'in eodem sensu, &
in eadem scientia'. ‡Significatũ est enim 11
mihi de vobis fratres mei, ab ijs qui sunt Chloës, quia contentiones sunt inter
vos. ‡Hoc autem dico, quòd vnusquis- 12
Act.18,24. que vestrum dicit, Ego quidẽ sum Pauli, ego autem 'Apollo, ego verò Cephæ, ego autẽ Christi. ‡Diuisus est Christus? 13
Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?
'meo MS.S. Act.18,8. ‡Gratias ago Deo 'quòd neminem ve- 14
strum baptizaui, nisi Crispũ & Caium:
‡nequis dicat quòd in nomine meo ba- 15
ptizati estis. ‡Baptizaui autẽ & Stepha- 16
næ domum. Cæterùm nescio si quem
'reliquo alium 'baptizauerim. ‡Non enim misit 17
1Thes.1,10. me Christus baptizare, sed euangelizare: 'non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. ‡Verbũ enim cru- 18
cis pereuntibus quidem stultitia est: ijs
Ioh.3,14. autem qui salui fiunt, id est nobis, 'Dei
Rom.1,16. virtus est. ‡Scriptum est enim, 'Perdam 19
sapientiam sapientium: & prudentiam
Esa.29,14. 1Cor.3,18. prudentium reprobabo. ‡'Vbi sapiens? 20
vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultã fecit Deus sapientiã huius
mundi? ‡Nam quia in Dei sapientia non 21
cognouit mundus per sapientiã Deum: placuit Deo per stultitiã prædicationis
saluos facere credentes. ‡Quoniã & Iu- 22
dęi signa petunt, & Græci sapientiã quę-
runt: ‡nos autẽ prædicamus Christum 23
crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus aũt stultitiam, ‡ipsis autem vo- 24
catis Iudæis atq. Græcis Christũ Dei virtutem & Dei sapientiã: ‡quia quod stul- 25
tum est Dei, sapientius est hominibus:
& quod infirmum est Dei, fortius est
26 hominibus. ‡Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnẽ, non multi poten-
27 tes, non multi nobiles: ‡sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mũdi elegit Deus,
28 vt confundat fortia: ‡& ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret:
29 ‡vt non glorietur omnis caro in conspe-
30 ctu eius. ‡Ex ipso autẽ vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo & 'iustitia & sanctificatio & redem- Ier.23,5.6. Ier.9,22;32
31 ptio: ‡vt quemadmodum scriptum est: 'Qui gloriatur, in Domino glorietur. 2Co.10,17

CAP. II.

1 ET ego cùm venissem ad vos fratres, veni 'non 'in sublimitate' sermonis Sup.1,17. 'per sublimitatem 2 MS.G.
aut sapientię, annuntians vobis testimo-
2 nium Christi. ‡Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Chri-
3 stum, & hunc crucifixum. ‡Et 'ego in Act.18,1.
infirmitate & timore & tremore multo
4 fui apud vos: ‡& 'sermo meus & prædi- Sup.1,17.
catio mea non in persuasibilibus humanę sapientię verbis, sed in ostensione spi-
5 ritus & virtutis: ‡vt fides vestra non sit in sapientia hominũ, sed in virtute Dei.
Sapientiam autem loquimur inter per-
6 fectos. ‡sapientiam verò non huius seculi, neque principum huius seculi, qui
7 destruuntur: ‡sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in
8 gloriã nostram, ‡quã nemo principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquã Dñm gloriæ crucifixis-
9 sent. ‡Sed sicut scriptũ est, 'Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor Isai.64,4.
hominis ascendit, quæ præparauit Deus
10 ijs qui diligunt illum. ‡nobis aũt reuelauit Deus per spiritũ suũ. Spiritus enim
omnia scrutatur, etiam profunda Dei.
11 ‡Quis enim hominũ scit quæ sunt hominis, nisi spirit' hominis qui in ipso est?
ita & quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi
12 spiritus Dei. ‡Nos aũt non spiritũ huius' mũdi accepimus, sed spiritũ qui ex Deo - 3 MS.S.
est: vt sciamus quæ à Deo donata sunt
13 nobis. ‡'quæ & loquimur non in doctis 1Cor.1,16.
humana-

humanæ ſapientiæ verbis: ſed in doctrina Spiritus*, ſpiritualibus ſpiritualia cõparantes. [14] Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere: [15] 'quia' ſpiritualiter 'examinatur'. Spiritualis autem iudicat omnia: & ipſe à nemine iudicatur. [16] Quis enim cognouit ſenſum 'Domini, qui inſtruat eum'? Nos autem ſenſum Chriſti habemus.

*ſancti 2 MS.G.

'ea quæ 4 MS. 'quæ 2 MS. 'examinantur 6 MS.R.Q.n. Iſai.40, 13. Sap.9,13. Rom.11,34 'Domini? aut quis inſtruxit eũ? MS q.

CAP. III.

ET ego fratres nõ potui vobis loqui [1] quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tanquam paruulis in Chriſto, [2] lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis. ſed nec nunc quidem poteſtis: adhuc enim carnales eſtis. [3] Cùm enim ſit inter vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis, & ſecũdum hominem ambulatis? [4] Cùm enim quis dicat, Ego quidẽ ſum Pauli, alius autem, Ego Apollo: nõne 'homines' eſtis? Quid igitur eſt Apollo? quid verò Paulus? [5] Miniſtri eius cui credidiſtis, & vnicuique ſicut Dominus dedit. [6] Ego plantaui, Apollo rigauit: ſed Deus incrementum dedit. [7] Itaque neq. qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat, Deus. [8] Qui autem plantat & qui rigat, vnum ſunt. 'Vnuſquiſq. autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. [9] Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. [10] Secũdum gratiam Dei quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamẽtum poſui: alius autem ſuperædificat. Vnuſquiſq. autem videat quomodo ſuperædificet. [11] Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, [12] præter id quod poſitum eſt: 'quod' eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, [13] vniuſcuiuſq. opus manifeſtũ erit: Dies enim 'Domini' declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſq. opus quale ſit, ignis probabit. [14] Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit: mercedem accipiet. [15] Si cuius opus arſerit, detrimẽtum patietur: ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignem.

Pſal.61,13 Gal.6,5.

'qui 3 MS.

'Domini' 3 MS. G.s.

[16] Neſcitis quia templum Dei eſtis: & [17] Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autẽ templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. 'Templum enim Dei ſanctum eſt: quod eſtis vos. [18] Nemo ſe ſeducat: ſi quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat vt ſit ſapiens. [19] Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum. Scriptũ eſt enim: 'Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. [20] Et iterum, 'Dominus nouit cogitationes ſapientium quoniã vanæ ſunt. [21] Nemo itaq. glorietur in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt: [22] ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura, omnia enim veſtra ſunt: [23] vos autem Chriſti: Chriſtus autem Dei.

Inſp.6,19. 2 Cor.6,16

Iob.5,13.

Pſal.93,11.

CAP. IIII.

SIc nos exiſtimet homo vt 'miniſtros [1] Chriſti, & diſpẽſatores myſteriorum [2] Dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. [3] Mihi autẽ pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neque meipſum [4] iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me, Dominus eſt. [5] Itaq. nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuiq. [6] à Deo. Hæc autem fratres transfigurau i in me & Apollo, propter vos: vt in nobis diſcatis, ne ſuprà quàm ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterum infletur pro alio. [7] Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? [8] Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſine nobis regnatis: & vtinam 'regnetis', vt & nos vobiſcum 'regnemus'. [9] Puto enim quòd Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tãquam morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & angelis & hominibus. [10] Nos ſtulti propter Chriſtum: vos autem prudẽtes in Chriſto, nos infirmi: vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles.

1 Cor.4,4.

'regnaretis 9 MS. 'regnaremus 5 MS.

[11] Vſque

[11] Vſque in hanc horã & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſum⁹, & colaphis cædimur, [12] & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris. maledicimur: & benedicimus. perſecutionem patimur: [13] & ſuſtinemus. blaſphemamur: & obſecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc. [14] Non vt confundam vos, hæc ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo. [15] Nam ſi decẽ millia pædagogorum habeatis in Chriſto: ſed nõ multos patres. Nam in Chriſto Ieſu, per euangeliũ ego vos genui. [16] Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote*. [17] Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus & fidelis in Domino: qui vos commonefaciet vias meas quæ ſunt in Chriſto Ieſu, ſicut vbiq. in omni Eccleſia doceo. [18] Tanquã non venturus ſim ad vos, [19] ſic inflati ſunt quidam. Veniã autem ad vos citò, ſi Dñs voluerit: & cognoſcam non ſermonem eorum qui inflati ſunt: ſed virtutem. [20] Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. [21] Quid vultis? in virga veniam ad vos: an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?

1 Th.2,9. 2 Th.3,8.

*ſicut & ego Chriſti MS.gq.

CAP. V.

OMnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gẽtes, 'ita vt vxorẽ patris aliquis habeat. [2] Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit. [3] Ego quidem abſens corpore, præſens aũt ſpiritu, iam 'iudicaui vt præſens, eũ qui ſic *operatus eſt, [4] in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cũ virtute Dñi noſtri Ieſu*, [5] tradere huiuſmodi Satanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Dñi 'noſtri' Ieſu 'Chriſti'. [6] Non eſt bona gloriatio veſtra. 'Neſcitis quia modicũ fermentũ totam maſſam corrumpit? [7] Expurgate *vetus fermentũ, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Et enim Paſcha noſtrũ *immolatus eſt Chriſtus. [8] Itaq. epulemur: non in fermento veteri, neq. in fermento malitiæ & nequitię: ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. [9] Scripſi vobis in

Lev.18,8. 20,11.

Gal.5,9.

*hoc 1 MS.G.S.

*Chriſti 3 MS.G.S.

*3 MS. Amb.G. *3 MS. Gq. Gal.5,9.

*igitur 4 MS.G. operamur in s. ter in Gq. nominor. *pro nobis G.s.

epiſtola, Ne cõmiſceamini fornicariis. [10] non vtiq. fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. [11] Nunc autẽ ſcripſi vobis non cõmiſceri, ſi is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiẽs, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cum eiuſmodi nec cibũ ſumere. [12] Quid enim mihi de iis qui foris ſunt iudicare? Nõne de iis qui intus ſunt vos iudicatis? [13] nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobiſipſis.

CAP. VI.

AVdet aliquis veſtrum habẽs negotium aduerſus alterũ, iudicari apud [2] iniquos, & non apud ſanctos? An neſcitis quoniã ſancti de 'mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus: indigni eſtis qui de minimis iudicetis? [3] Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? [4] quãtò magis ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis: cõtemptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. [5] Ad verecundiam veſtrã dico. Sic nõ eſt inter vos ſapiens quiſquã, qui [6] poſſit iudicare inter fratrem ſuum? Sed frater cũ fratre iudicio contẽdit: & hoc [7] apud infideles? Iam quidẽ omnino delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. 'Quare non magis iniuriã accipitis? quare non magis fraudem patimini? [8] 'Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus. [9] An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare: Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorũ concubitores, [10] neq. fures, neq. auari, neq. ebrioſi, neq. maledici, neq. rapaces regnum Dei poſſidebunt. [11] Et hæc 'quidem' fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. [12] Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent: ſed ego ſub nullius [13] redigar poteſtate. Eſca ventri, & venter eſcis; Deus autem & hunc & 'has' deſtruet: corpus autem non fornicationi, ſed Domino: & Dominus corpori.

Mat.5,39. Luc.6,29.

Rom.12,19 1 Th.4,6.

'quidam 1 MS.R. Amb.G.s.

Eccli.37,31 Infr.10,22.

'hanc o. 'hæc o.

[14] Deus

*Deus verò & Dominum ſuſcitauit: & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam. *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo mẽbra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit.
*An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne vna. *Qui autem adhæret Domino: vnus ſpiritus eſt.
*Fugite fornicationem. Omne *peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. *An neſcitis quoniam membra veſtra, templũ "ſunt' Spiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? *Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

Gen. 2, 24. Mat. 19, 5. Mar. 10, 8. Eph. 5, 31.
* enim MS.S.
Sup. 3, 17. 2 Cor. 6, 16 " eſt 4 MS. Amb. Inſ. 7, 23. 1 Pet. 1, 18.

CAP. VII.

DE quibus autẽ ſcripſiſtis mihi: Bonum eſt homini mulierem nõ tangere. *propter fornicationem aũt vnuſquiſq. ſuam vxorẽ habeat, & vnaquæq. ſuum virũ habeat. *Vxori vir debitum reddat: ſimiliter autẽ & vxor viro. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem & vir, ſui corporis poteſtatem non habet: ſed mulier.
*Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex cõſenſu ad tempus, vt vacetis *orationi: & iterũ reuertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram. *Hoc autem dico ſecundũ indulgentiam, non ſecundùm imperium.
*Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum: ſed vnuſquiſq. proprium donum habet ex Deo: alius quidẽ ſic, alius verò ſic. *Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis ſi ſic "permaneant' ſicut & ego. *Quòd ſi non ſe continent: nubant. Melius eſt enim nubere, quàm vri. *Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, 'vxorem à viro non diſcedere:
*quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. *Nam cæteris ego dico, non Dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo: non dimittat illam. *Et ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa: non dimittat virũ. *ſanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelẽ: & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filij veſtri immũdi eſſent: nunc autem ſancti ſunt. *Quòd ſi infidelis diſcedit: diſcedat. non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi. in pace autẽ vocauit nos Deus.
*Vnde enim ſcis mulier, ſi virũ ſaluum facies? aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam facies? *niſi vnicuique ſicut diuiſit Dominus, vnumquemque ſicut vocauit Deus, ita ambulet, & ſicut in omnibus eccleſiis doceo. *Circũciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus eſt? non circumcidatur. *Circumciſio nihil eſt, & præputiũ nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorum Dei. *Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt: in ea permaneat.
*Seruus vocatus es? nõ ſit tibi curæ, ſed & ſi potes fieri liber: magis vtere. *Qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Dñi: ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominũ. *Vnuſquiſq. in quo vocatus eſt, "frater' in hoc "permaneat' apud Deum. *De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiam cõſecutus à Domino vt ſim fidelis. *Exiſtimo "ergo' hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatẽ, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. *Alligatus es vxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorẽ. *Si autẽ acceperis vxorem: non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autẽ vobis parco. *Hoc itaq. dico fratres, tẽpus breue eſt, reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquã non habẽtes ſint. *& qui flent, tanquam non flẽtes: & qui gaudent, tanquã non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes: *& qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, præterit enim figura huius mũdi. *Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt: ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. *Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori: & "diuiſus eſt.
*Et mulier innupta & virgo', cogitat quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi: quomodo placeat viro. *Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico: non vt laqueum vobis injiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum 'obſeruandi'. *Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quòd ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat. non peccat, ſi' nubat. *Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam: bene facit. *Igitur & qui matrimonio iungit virginẽ ſuam, benefacit: & qui non iungit, melius facit. *Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit. quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt*: cui vult nubat: tantùm in Domino. *Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum conſilium; puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam.

Sup. 6, 20. 1 Pet. 1, 18.
"fratres 3 MS.R.G.S.
"maneat o. "maneat MS. Amb. G.S.
"enim MS. "autem MS q.
Eph. 5, 1.
* ieiunio & R.G.S.
*maneãt 12 MS.G.
Mat. 5, 32. 19, 9. Mar. 10, 9. 16, 11. Luc. 16, 18.
Rom. 7, 2.
*a lege MS q.

CAP. VIII.

DE ijs autem quæ idolis ſacrificantur, ſcimus quia omnes ſcientiam habemus. Scientia inflat: charitas verò ædificat. *Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum ſcire. *Si quis autem diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo. *De eſcis autem quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idôlum in mundo, & quòd nullus eſt Deus, niſi vnus. *Nam etſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra (ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi) *nobis tamen vnus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in "illum': & vnus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. *Sed non in omnibus eſt ſcientia. Quidam autem *conſcientia vſque nunc idoli, quaſi idolothytum manducant: & conſcientia ipſorum cùm ſit infirma, polluitur. *Eſca autem nos non commendat Deo. Neque enim ſi manducauerimus, abundabimus: neque ſi non manducauerimus, deficiemus. *Videte autem ne fortè hæc licentia veſtra offendiculũ fiat infirmis. *Si enim quis viderit eum qui habet ſcientiam, in idolio recumbentem; nonne conſcientia eius, cùm ſit infirma, ædificabitur; ad manducandum idolothyta? *Et peribit infirmus in tua 'ſcientia' frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt? *Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam: in Chriſtũ peccatis. *Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.

1 Tim. 4, 1.
'obſecrãdi MS.R.
1 MS. 65.
"illo MS. Amb. s.
*cum M q.
Rom. 14, 21.
*conſcientia MS q.

CAP. IX.

NOn ſum liber? Non ſum Apoſtolus? Nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrũ vidi? Nonne opus meum vos eſtis in Domino? *Et ſi alijs non ſum Apoſtolus: ſed tamen vobis ſum. nam ſignaculum apoſtolatus mei vos eſtis in Domino. *mea defenſio apud eos qui me interrogant, hæc eſt: *Nunquid non habemus poteſtatem manducandi & bibendi? *Nunquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli & fratres Domini, & Cephas? *Aut ego ſolus & Barnabas, non habemus poteſtatem hoc operandi? *Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineam: & de fructu eius nõ edit? Quis paſcit gregem: & de lacte gregis non manducat? *Nunquid ſecundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? *Scriptum eſt enim in lege Moyſi, 'Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? *An propter nos vtiq. *dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt. quoniam debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? *Si alij poteſtatis veſtrę participes ſunt: quare non

1 MS. Amb. G.
Deut. 25, 4. 1 Tim. 5, 18.
*hoc MS. G q. S.
Rom. 15, 27.

potius nos? Sed non vſi ſumus hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti.
Deu.18,1. *¹ Neſcitis quoniam qui in ſacrario 13
operantur; quæ de ſacrario ſunt edunt:
-8 MS. G. ⁻ & qui altari deſeruiunt; cum altari
participant? *Ita & Dominus ordina- 14
uit iis qui Euangelium annuntiant, de
Euangelio viuere. *Ego autẽ nullo ho- 15
rum vſus ſum. Non autem ſcripſi hęc,
vt ita fiant in me: bonum eſt enim mihi
magis mori, quàm vt gloriam meam
quis euacuet. *Nam & ſi euangeliza- 16
uero, nõ eſt mihi gloria: neceſſitas enim
mihi incumbit: væ enim mihi eſt ſi non
euangelizauero. * Si enim volens hoc 17
ago: mercedem habeo. ſi autem inuitus: diſpenſatio mihi credita eſt. *Quæ 18
eſt ergo merces mea? Vt Euangelium
prædicans, ſine ſumptu ponam Euangelium, vt non abutar poteſtate mea in
Euangelio. *Nam cùm liber eſſem ex 19
omnibus, omnium me ſeruum feci: vt
plures lucrifacerem. *Et factus ſum 20
Iudæis tanquam Iudæus: vt Iudæos lucrarer. *iis qui ſub lege ſunt: quaſi ſub 21
lege eſſem (cùm ipſe non eſſem ſub lege) vt eos qui ſub lege erant, lucrifacerem. iis qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem (cùm ſine lege Dei non eſſem: ſed in lege eſſem Chriſti) vt lucrifacerem eos qui ſine lege erant.
*Factus ſum infirmis infirmus: vt infir- 22
mos lucrifacerem. Omnibus omnia factus ſum: vt omnes facerem ſaluos.
*Omnia autem facio propter Euange- 23
lium: vt particeps eius efficiar. *Neſci- 24
tis quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes
quidem currunt: ſed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis.
*Omnis autem qui in agone conten- 25
dit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. *Ego 26
igitur ſic curro, non quaſi in incertum:
ſic pugno, non quaſi aërem verberans:
*ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo; ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. 27

CAP. X.

1 NOlo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes *ſub Exo.13,21. Num.5,18.
nube fuerunt, & omnes *mare tranſie-
2 runt, *& omnes in Moyſe baptizati
3 ſunt in nube & in mari: *& *omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, Exo.14,22 Exo.16,15.
4 *& *omnes eundem potum ſpiritalem Exo.17,6. Num.20, 10,11.
biberunt: (bibebant autem de ſpiritali,
conſequente eos, petra: petra autem
5 erat Chriſtus,) *ſed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo. nam *pro- Nu.26,65.
6 ſtrati ſunt in deſerto. *Hæc autem in
figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus Nu.11,4,5 Pſ.105,14.
concupiſcentes malorum, ſicut *& illi
7 concupierunt. *neque *idololatræ *effi- *idolorũ cultores 2 MS.S.
ciamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmodum ſcriptum eſt: *Sedit populus Exo.32,6.
manducare & bibere, & ſurrexerunt
8 ludere. *Neque fornicemur, *ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & cecide- Num.25,1.
9 runt vna die viginti tria millia. *Neque
tentemus Chriſtum: ſicut quidam eorum tentauerunt, & *à ſerpentibus per- Num. 21, 5,6.
10 ierunt. *Neque murmurauerit is: ſicut quidam eorum murmurauerunt, & Num.11, 33.14,37.
11 perierunt ab exterminatore. *Hæc autem omnia in figura contingebant illis:
ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos, fines ſeculorum deue-
12 nerunt. *Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, *appre-hendit R. G.S.
13 videat ne cadat. *Tentatio vos non *apprehendat, niſi humana, fidelis autem
Deus eſt, qui non patietur vos tentari
ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam
cum tentatione prouentum, vt poſſitis
14 ſuſtinere. *Propter quod chariſſimi
15 mihi, fugite ab idolorum cultura. *Vt
prudentibus loquor: vos ipſi iudicate
16 quod dico. *Calix benedictionis cui
benedicimus: nónne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nónne participatio corporis Do-
17 mini eſt? *Quoniam vnus panis, vnum *nam omnes 6 MS. Amb. G.S.
corpus multi ſumus, *omnes qui de vno
18 pane* participamus. *Videte Iſraël ſe- * & de vno calice MS.
cundum carnem: nónne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? *Quid er-
19 go? dico quòd idolis immolatum ſit aliquid? aut quòd idôlum ſit aliquid?
*Sed

*Sed quæ immolant Gentes, dæmo- 20
niis immolant, & non Deo. Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum.
*Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & 21
menſæ dæmoniorum. *An æmulamur 22
Dominum? Nunquid fortiores illo ſumus? *Omnia mihi licẽt, ſed non omnia
Eccl.37,31. Sap.6,22. expediunt. *Omnia mihi licent, ſed non 23
omnia ædificant. *Nemo quod ſuum eſt 24
quærat: ſed quod alterius. *Omne quod 25
in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conſcientiã. *¹ Do- 26
Pſal.23,1. 49,12. *enim 1 MS.Amb. G.S.
mini * eſt terra, & plenitudo eius. *Si 27
quis vocat vos infidelium*, & vultis ire:
*alcenã MS q.
omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogãtes propter conſcientiam. *Si quis autem dixerit, Hoc *im- 28
*immolatum 7 MS.Amb.
molatum* eſt idõlis: nolite manducare
propter illum qui indicauit, & propter
conſcientiam: *conſcientiã autem dico 29
non tuã, ſed alterius. Vt quid enim liber-
*alia 3 MS.Amb. G.S.
tas mea iudicatur ab *aliena conſcientia?
*Si ego cum gratia participo: quid bla- 30
Col.3,17. *2 MS. Amb. G.S.
ſphẽmor pro eo quod gratias ago? *Siue 31
ergo mãducatis, ſiue bibitis, ſiue *aliud
quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. *Sine offẽſione eſtote Iudæis & Gen- 32
tibus, & eccleſiæ Dei: *ſicut & ego per 33
omnia omnibus placeo, non quærens
quod mihi vtile eſt, ſed quod multis: vt
ſalui fiant.

CAP. XI.

1 IMitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. *Laudo autẽ vos fratres, quòd 2
per omnia mei memores eſtis: & ſicut
tradidi vobis, præcepta mea tenetis.
Ibi.3,23. *Volo autẽ vos ſcire, *quòd omnis viri 3
caput, Chriſtus eſt. caput autem mulieris, vir: caput verò Chriſti, Deꝰ. *Omnis 4
vir orans aut prophetans velato capite:
deturpat caput ſuum. *Omnis autem 5
mulier orans aut prophetans non velato
capite: deturpat caput ſuum: vnũ enim
*& 11 MS.G.S.
eſt ac ſi decaluetur. *Nam ſi nõ velatur 6
mulier, *tondeatur. Si verò turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari: velet caput
*1 MS. Amb. G.
ſuũ. *Vir quidem nõ debet velare caput 7
ſuum: quoniam imago & gloria Dei
eſt, mulier autem gloria viri eſt. *Non 8
enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex
viro. *Etenim non eſt creatus vir pro- Gen.2,21. 22.
9 pter mulierẽ, ſed mulier propter virum.
10 (*Ideo debet mulier *poteſtatẽ habere *vellimus MS. *tamen MS.S.
11 ſupra caput propter angelos.) *Verũtamen neq. vir ſine muliere: neq. mulier
12 ſine viro, in Domino. *Nam ſicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autẽ ex Deo. *Veſtipſi iudicate: decet
13 mulierẽ non velatã orare Deum? *Nec
14 ipſa natura docet vos, quòd vir quidem
15 ſi comã nutriat, ignominia eſt illi: *mulier verò ſi comam nutriat, gloria eſt illi,
quoniã capilli pro velamine ei dati ſunt?
16 *Si quis autẽ videtur contentioſus eſſe: nos talem conſuetudinẽ non habemus,
17 neque *eccleſia Dei. *Hoc autem præ- *eccleſiæ 2 MS. G.
cipio: non laudans quòd non in melius,
18 ſed in deterius cõuenitis. *Primùm quidem cõuenientibus vobis in eccleſiam,
audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte
19 credo. *Nam oportet & hæreſes eſſe: vt
& qui probati ſunt, manifeſti fiant in
20 vobis. *Conuenientibus ergo vobis in
21 vnum, iam non eſt dominicam cœnam
22 manducare. *Vnuſquiſque enim ſuam
cœnam præſumit ad manducandum. Et
alius quidem eſurit: alius autem ebrius
23 eſt. *Nunquid domos non habetis ad manducandũ & bibendum? aut eccle- *Laudabo G.S.
ſiam Dei contemnitis: & cõfunditis eos
qui nõ habẽt? Quid dicã vobis? *Laudo *vos? in hoc non MS. G.
24 vos in hoc? non laudo. *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quo-
niam Dominus Ieſus in qua nocte tra-
25 debatur, accepit panẽ: *& gratias agens
fregit, & dixit: *Accipite & manducate, Mat.26,26 Marc.14,22 Luc.22,19. *frangitur Amb. G.S.
hoc eſt corpus meum, quod pro vobis
tradetur: hoc facite in meam commemorationem. *Similiter & calicẽ, poſt- 25
quã cœnauit, dicens, Hic calix, nouum
teſtamentum eſt in meo ſanguine. hoc
facite, quotieſcunque bibetis, in meam
26 commemorationem. *Quotieſcunque
enim manducabitis panem hunc, & ca-
licem bibetis: mortem Domini annun-
27 tiabitis, donec veniat. *¹ Itaque quicun- 1Ioh.4,3.
que manducauerit panẽ hunc, vel biberit calicẽ Domini indignè: reus erit cor-
28 poris & ſanguinis Domini. *¹ Probet 2 Cor.13,5.

autem seipsum homo: & sic, de pane illo
edat, & de calice bibat. [29] *Qui enim man-
ducat & bibit indignè: iudiciũ sibi man-
ducat & bibit, non diiudicans corpus
Domini. [30] *Ideò inter vos multi infirmi
& imbecilles, & dormiũt multi. [31] *Quòd
si nosmetipsos diiudicaremus: non vtiq.
iudicaremur. [32] *Dum iudicamur autem,
à Domino corripimur: vt non cum hoc
mundo damnemur. [33] *Itaque fratres mei,
cùm conuenitis ad manducandum, in-
uicem expectate. [34] *Si quis esurit, domi
manducet: vt non in iudicium conue-
niatis. Cætera autem, cùm venero, dis-
ponam.

Cap. xii.

[1] DE spiritualibus autẽ, nolo vos igno-
rare fratres. [2] *Scitis quoniam cùm
Gentes essetis, ad simulachra muta pro-
ut ducebamini euntes. [3] *Ideo notum vo-
Mar. 9, 39. bis facio, quòd nemo in Spiritu Dei lo-
"Iesum 1 MS. G. S. quens, dicit anathema "Iesu'. Et nemo
potest dicere, Dominus Iesus: nisi in Spi-
Rom. 12, 6. 1 Pet. 4, 10. ritu sancto. [4] *Diuisiones verò gratiarum
sunt: idem autem Spiritus. [5] *Et diuisio-
nes ministrationum sunt: idem autẽ Do-
minus. [6] *Et diuisiones operationũ sunt,
idem verò Deus, qui operatur omnia in
omnibus. [7] *Vnicuique autem datur ma-
nifestatio Spiritus ad vtilitatẽ. [8] *Alij qui-
dem per Spiritum datur sermo sapien-
tiæ: alij autem sermo scientiæ secundum
eundem Spiritũ: [9] *alteri fides in eodem
Spiritu: alij gratia sanitatum, in vno Spi-
ritu. [10] *alij operatio virtutum, alij prophe-
tia, alij discretio spirituum, alij genera
"linguarum c. 9. linguarũ, alij interpretatio "sermonum'.
Rom. 12, 3. Ephes. 4, 7. [11] *Hæc autem omnia operatur vnus at-
que idẽ Spiritus, diuidens singulis pro-
Rom. 12, 4. ut vult. [12] *Sicut enim corpus vnum est,
& membra habet multa, omnia autem
membra corporis cũ sint multa, vnum
tamen corpus sunt: ita & Christus. [13] *Et-
enim in vno Spiritu omnes nos in vnum
baptizati sumus, siue Iudęi, siue Gẽtiles,
"vnũ spiritum potauimus 1 MS. Amb. s. siue serui, siue liberi: & omnes "in vno
Spiritu potati sumus'. [14] *Nam & corpus
non est vnum membrum sed multa. [15] *Si
dixerit pes, Quoniam non sum manus,
non sum de corpore: nũ ideo non est de
[16] corpore? *Et si dixerit auris, Quoniam
non sum oculus, non sum de corpore:
[17] num ideo non est de corpore? *Si totum
corpus oculus: vbi auditus? Si totum au-
[18] ditus: vbi odoratus? *Nunc autẽ posuit
Deus membra, vnumquodq. eorum in
[19] corpore sicut voluit. *Quòd si essent
omnia vnum membrum, vbi corpus?
[20] *Nunc aũt multa quidẽ membra: vnum
[21] ãutem corpus. *Non potest autẽ oculus
dicere manui, Opera tua nõ indigeo. aut
iterum caput pedibus, Non estis mihi
[22] necessarij. *Sed multò magis quæ viden-
tur mẽbra corporis infirmiora esse, ne-
[23] cessariora sunt. *& quæ putamus igno-
biliora membra esse corporis, his honoro-
rem abundantiorem circundamus: &
quæ inhonesta sunt nostra, abundantio-
[24] rem honestatẽ habent. *Honesta aũt no-
stra, nullius egent: sed Deus temperauit
corpus, ei cui deerat abundantiorẽ tri-
[25] buendo honorem, *vt non sit schisma in
corpore, sed idipsum pro inuicem solici-
[26] ta sint membra. *Et siquid patitur vnum
membrũ: compatiuntur omnia mem-
bra. siue gloriatur vnum membrũ: con-
[27] gaudent omnia membra. *Vos aũt estis Rom. 12, 5.
corpus Christi, & mẽbra "de membro'. "ex parte a. "in loco vestro 1. Eph. 4, 11.
[28] *Et quosdam quidẽ posuit Deus in ec-
clesia primùm Apostolos, secundò pro-
phetas, tertiò doctores, deinde virtutes,
exinde gratias curationum, opitulatio-
nes, gubernationes, genera linguarum". "interpretationes sermonũ MS. Amb.
[29] *Nunquid omnes Apostoli? nunquid
omnes prophetæ? nunquid omnes do-
[30] ctores? "nunquid omnes virtutes? nun-
quid omnes gratiã habent curationum?
nunquid omnes linguis loquũtur? nun-
[31] quid omnes interpretantur? *Æmula-
mini autẽ charismata meliora. Et adhuc
excellentiorem viam vobis demonstro.

Cap. xiii.

[1] SI linguis hominũ loquar & angelo-
rum, charitatem autẽ non habeam:
factus sum "velut' æs sonans, aut cymba-
G. lũ tinniens. [2] *Et si habuero prophetiam,
& nouerim mysteria omnia, & omnem
scientiam, & si habuero omnem fidem,
ita vt montes transferam, charitatem
autem non habuero: nihil sum.
[3] *Et si

[3] *Et si distribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas, & si tradidero
corpus meum "ita' vt ardeã, charitatem
1 MS. Amb. G. S. autem non habuero: nihil mihi prodest.
[4] *Charitas patiens est, benigna est: Cha-
ritas non æmulatur, non agit perperam:
non inflatur, [5] *non est ambitiosa, non
quærit quæ sua sunt, non irritatur, non
cogitat malum: [6] *non gaudet super ini-
quitate: congaudet autẽ veritati: [7] *om-
nia suffert, omnia credit, omnia sperat,
omnia sustinet. [8] *Charitas nunquam ex-
cidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue
linguæ cessabunt, siue scientia destruc-
tur. [9] *Ex parte enim cognoscimus, & ex
parte prophetamus. [10] *Cùm autem vene-
rit quod perfectũ est, euacuabitur quod
ex parte est. [11] *Cùm essem paruulus, lo-
quebar vt paruulus, sapiebam vt paruu-
lus, cogitabam vt paruulus. Quando au-
tem factus sum vir: euacuaui quæ erant
paruuli. [12] *Videmus nunc per speculum
in ænigmate: tunc autẽ facie ad faciem.
Nunc cognosco ex parte: tunc autem
cognoscã sicut & cognitus sum. [13] *Nunc
"manet 5 MS. G. autem "manent', fides, spes, charitas; tria
hæc. maior autem horum est charitas.

Cap. xiiii.

[1] SEctamini charitatẽ, æmulamini spi-
ritalia: magis autem vt prophetetis.
[2] *Qui enim loquitur lingua, non homi-
nibus loquitur, sed Deo: nemo enim au-
"Spiritus G. dit. "Spiritu' autem loquitur mysteria.
[3] *nam qui prophetat: hominibus loqui-
"1 MS. G. S. tur "ad' ædificationẽ, & exhortationem,
& consolationem. [4] *Qui loquitur lingua,
semetipsum ędificat: qui autem prophe-
tat, ecclesiam ędificat. [5] *Volo autem om-
nes vos loqui linguis: magis autem pro-
phetare. Nam maior est qui prophetat,
quàm qui loquitur linguis: nisi fortè in-
terpretetur vt ecclesia ædificationẽ ac-
cipiat. [6] *Nunc autem fratres, si venero
ad vos linguis loquens: quid vobis pro-
dero, nisi vobis loquar aut in reuelatio-
ne, aut in scientia, aut in prophetia, aut
in doctrina? [7] *Tamẽ quę sine anima sunt
vocem dantia, siue tibia, siue cithara: ni-
si distinctionem sonituũ dederint, quo-
modo scietur id quod canitur, aut quod
[8] citharizatur? *Etenim si incertã vocem
[9] det tuba: quis parabit se ad bellum? *Ita
& vos per linguam nisi manifestum ser-
monem dederitis: quomodo scietur id
quod dicitur? eritis enim in aëra loquen-
[10] tes. *Tam multa, vt puta, genera lingua-
rũ sunt in hoc' mundo: & nihil sine vo- 2 MS. G. S.
[11] ce est. *Si ergo nesciero virtutem vocis,
ero ei cui loquor barbarus: & qui loqui-
[12] tur, mihi barbarus. *Sic & vos, quoniam
æmulatores estis spirituum: ad ædifica-
tionem ecclesiæ quærite vt abundetis.
[13] *Et ideo qui loquitur lingua: oret vt in-
[14] terpretetur. *Nam si orem lingua, spi-
ritus meus orat, mens autem mea sine
[15] fructu est. *Quid ergo est? Orabo spiri-
tu, orabo & mente: psallam spiritu, psal-
[16] lam & mente. *Cęterùm si benedixeris
spiritu: "qui supplet locum idiotæ', quo- "quis supplet locũ idiótæ? o.
modo dicet, Amen, super tuam benedi-
ctionem? quoniam quid dicas, nescit.
[17] *nam tu quidem bene gratias agis: sed
[18] alter non ædificatur. *Gratias ago Deo
meo, quòd omnium vestrum lingua lo-
[19] quor. *Sed in ecclesia volo quinque ver-
ba sensu meo loqui, vt & alios instruam:
quàm decem millia verborũ in lingua.
[20] *Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed
malitia paruuli estote: sensibus aũt per-
[21] fecti estote. *In lege "scriptum est, "Quo- "enim MS. Amb. Isai. 28, 11.
niam in alijs linguis & labijs alijs loquar
populo huic: & nec sic exaudient me, di-
[22] cit Dominus. *Itaque linguæ in signum
sunt non fidelibus, sed infidelibus: "pro- "prophetia 1 MS. Amb. R. G.
phetiæ autem, non infidelibus, sed fide-
[23] libus. *Si ergo conueniat vniuersa eccle-
sia in vnum, & omnes linguis loquan-
tur, intrent autem idiotæ aut infideles,
[24] nõne dicent, "quòd' insanitis? *Si autem "quid MS.
omnes prophetent, intret autẽ quis infi-
delis vel idiota: cõuincitur ab omnibus,
[25] diiudicatur ab omnibus. *occulta cordis
eius manifesta fiunt: & ita cadens in fa-
ciem adorabit Deũ, pronuntians quòd
[26] verè Deus in vobis sit. *Quid ergo est
fratres: cùm conuenitis, vnusquisq. ve-
strum psalmum habet, doctrinã habet,
apocalypsin habet, linguã habet, inter-
pretationẽ habet: omnia ad ædificatio-
[27] nem fiant. *Siue lingua quis loquitur:

secundum duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur. *Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo. *Prophetæ autẽ duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent. *Quòd si alij reuelatũ fuerit sedenti, prior taceat. *Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortentur, *& spiritus prophetarum, prophetis 'subiecti sunt'. *Nõ enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum 'doceo'. *'Mulieres in eccle siis taceant, non enim permittitur eis loqui, 'sed subditas esse, sicut & lex dicit. *Siquid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. *An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos peruênit? *Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quę scribo vobis, quia Domini sunt mandata. *Si quis autem ignorat, 'ignorabitur'. *Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. *Omnia autem honestè & secundum ordinem 'fiant in vobis'.

'subiectus est Ms. Amb. s.
-2 MS. G.S.Q.n.
1 Tim.2,12
Gen.3,16.
*ignoret G.s.Q.n.
-1 MS. Amb. G. s.

CAP. XV.

'NOtum autem vobis facio, fratres, Euangeliũ quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, *per quod & saluamini, qua ratione prędicauerim vobis si tenetis, nisi frustrà credidistis. *Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: 'quoniã Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: *& 'quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundum scripturas: *& 'quia visus est Cephæ: & post hoc vndecim. *Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. *Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus. *'Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. *'Ego enim sum minimus Apostolorum: qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. *Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autẽ, sed gratia Dei mecum: *Siue enim ego, siue illi: sic prædicamus, & sic credidistis. *Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis: quomodo quidã dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? *Si autẽ resurrectio mortuorum nõ est: neq. Christus resurrexit. *Si autẽ Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. *inuenimur autẽ & falsi testes Dei: quoniã testimoniũ diximus aduersus Deũ, quòd suscitauerit Christũ, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. *Nam si mortui non resurgunt, neq. Christus resurrexit. *Quod si Christus non resurrexit: vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. *Ergo & qui dormierũt in Christo, perierunt. *Si in hac vita tãtùm, in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. *Nũc autem Christus resurrexit à mortuis 'primitiæ dormiẽtium, *quoniã 'quidem' per hominem mors: & 'per hominem resurrectio mortuorũ. *Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur. *'Vnusquisq. aũt in suo ordine, primitiæ Christus: deinde ij qui sunt Christi, 'qui' in 'aduentũ' eius 'crediderunt'. *Deinde finis: cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm euacuauerit omnẽ principatum & potestatẽ & virtutem. *Oportet aũt illum regnare: 'donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. *'Nouissima' autem inimica destruetur mors. 'Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cùm autẽ dicat, *Omnia subiecta sunt ei: sine dubio, præter eum qui subiecit ei omnia. *Cùm autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. *Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui nõ resurgũt? vt quid & baptizãtur pro illis? *vt quid & nos periclitamur omni hora? *Quotidie morior 'per' vestram gloriã fratres, quã habeo in Christo Iesu Domino nostro. *Si (secundum hominem) ad bestias pugnaui

Gal.1,11.
-2 MS. G.S. 'aduentu 1 MS. Amb. G.S. -2 MS. Amb. G.S.
1 Thes.4,15
1 Pet.2,24. Isai.53,5,8.
Ion.2,2. Mi.12,40.
Mat.28,6. Mar.16,6. Luc.24,6. 34. Ioh.20,19.
Act.9,3.
Ephes.3,8.
Apo.1,5. Col.1,18.
'enim 3 MS. G. Gen.3,6. Rom.5,12. 6,23.
Psal.109,1. Hebr.1,13. 10,13.
'Nouissimè MS q. Psal.8,8. Hebr.2,8.
'propter MS. Q.s.

pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? 'mãducemus & bibamus, cras enim moriemur. *Nolite seduci: Corrumpunt mores bonos colloquia mala. *Euigilate 'iusti', & nolite peccare. ignorantiam enim Dei quidam habent, ad reuerentiam vobis loquor. *Sed 'dicit' aliquis, Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore 'venient'? *Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. *Et quod seminas, nõ corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum, vtputa, tritici aut alicuius cæterorum. *Deus autem dat illi corpus sicut 'vult': & vnicuique seminum propriũ corpus. *Non omnis caro, eadem caro: sed alia 'hominum, alia' pecorum, alia volucrum, alia piscium. *Et corpora cælestia & corpora terrestria: sed alia quidem cælestiũ gloria, alia autem terrestrium. *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate: *sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: 'surget' in incorruptione. *Seminatur in ignobilitate: 'surget' in gloria. Seminatur in infirmitate: 'surget' in virtute. *Seminatur corpus animale: 'surget' corpus spiritale. Si est corpus animale, est & spiritale, *sicut scriptum est, 'Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritũ viuificantem. *Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale. *Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, cælestis. *Qualis terrenus, tales & terreni. & qualis cælestis, tales & cælestes. *Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cælestis. *Hoc autẽ dico fratres, quia caro & sanguis regnũ Dei possidere non possunt: neque corruptio, incorruptelam possidebit. *Ecce mysterium vobis dico. 'Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur'. *In momẽto, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim 'tuba') & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur: *Oportet enim corruptile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. *Cùm autem 'mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. *Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? *Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex. *Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. *Itaq. fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.

Isai.22,13. 56,12. Sap.2,6.
'iustè 4 MS. G.S.
'dicet 4 MS. G.S. 'veniunt 1 MS. G.
'voluit 8 MS. Amb. G
'quidem 1 MS. Amb. G. 'verò 1 MS. Amb. G.
'surgit 1 MS. G.S.
Gen.2,7.
'Q.n.
1 MS. s. Q.n.
*corruptum hoc induerit incorruptionem, & 1 MS. G.S.
Ose.13,14. Heb.2,14. 1 Ioh.3,5.

CAP. XVI.

*DE collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. *Per vnam sabbathi vnusquisque vestrũ apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit: vt non cùm venero, tunc collectæ fiant. *Cùm autem præsens fuero: quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem. *Quod si dignum fuerit vt & ego eam: mecũ ibunt. *Veniam autem ad vos, cùm Macedoniã pertransiero. nam Macedoniã pertransibo. *Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo: vt vos me deducatis, quocunque iero. *Nolo enim vos modò in transitu videre, spero enim me aliquantulũ temporis manere apud vos, si Dominus permiserit. *Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecosten. *Ostiũ enim mihi apertũ est magnum & euidẽs: & aduersarij multi. *Si autem venerit Timótheus, videte vt sine timore sit apud vos. opus enim Domini operatur, sicut & ego. *Nequis ergo illum spernat; deducite autẽ illum in pace: vt veniat ad me: expecto enim illum cum fratribus. *De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam 'multũ rogaui eum vt veniret ad vos cum fratribus: & vtique non fuit voluntas eius vt nunc veniret. veniet autem cùm ei vacuum fuerit. *Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini. *omnia vestra in charitate fiant. Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stéphanæ & -3 MS. G.S. -G.S.Q.n.

*& Achaici o. Fortunati' *, quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministeriũ sanctorum ordinauerunt seipsos: [16] [8] *vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. [17] *Gaudeo autem in præsentia Stéphanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi supplueruerunt. [18] *refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. Cognoscite ergo qui *omnes MS.S. huiusmodi sunt. [19] [10] *Salutant vos *ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multum, Aquila & Priscilla cũ domestica sua ec- *apud quos & hospitor MS.Amb. clesia*. [20] *Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. [21] *Salutatio, mea manu Pauli. [22] *Siquis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anáthema. Maranatha. [23] *Gratia - MS q. Amb. Domini nostri Iesu 'Christi' vobiscum. [24] *Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS II.

CAP. I.

[1] PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timótheus frater: ecclesię Dei quę est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia. [2] *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. [3] *Benedictus Deus & Pater Eph.1,3. 1 Pet.1,3. Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, [4] *qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi *siue consolamur pro vestra consolatione MS. Q.n. - 15 MS. Amb.S. "in tolerantiam 9 MS.G. Q.u. "vt spes nostra firma sit MS. à Deo. [5] *quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra. [6] *Siue aũt tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: *siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute', quæ operatur 'tolerantiam' earundem passionũ quas & nos patimur; [7] *"& spes nostra firma est' pro vobis: scientes quòd sicut socij passionum estis, sic eritis & cõsolationis. [8] *Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. [9] *Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidẽtes in nobis, sed in Deo [10] qui suscitat mortuos, *qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem speramus, quõniam & adhuc eripiet, [11] *adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agãtur pro "nobis'. [12] *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus, in 'hoc' mundo: abundantius autem ad - 2 MS.S. [13] vos. *Non enim alia scribimus vobis, "legitis 2 MS.G. quàm quæ "legistis' & "cognoscitis'. Spe- "cognouistis o. Q.n. ro autem quòd vsque in finem cogno- [14] scetis: *sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi. [15] *Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis: [16] *& per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. [17] *Cùm ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secũdum carnem cogito, vt sit apud me EST, & NON? [18] *Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui "fuit' apud vos, non est in illo EST, & "fit 10 MS. [19] NON. *Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit EST & NON, sed EST in illo fuit. [20] *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo EST: ideo & per ipsum, Amẽ [21] Deo ad gloriam "nostram'. *Qui autem confirmat "nos vobiscum' in "Chri- *per nos Amb. G.S. "vos nobiscum 3 MS.G. Q.n. "Christũ 1 MS. G. Q.n. [22] sto', & qui vnxit nos, Deus: *qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in [23] cordibus nostris. *Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni vltrà Corinthum,

thum, non, quia dominamur fidei vestræ: sed adiutores sumus gaudij vestri: nam fide statis.

CAP. II.

[1] STatui autem hoc ipsum apud me ne iterum in tristitia venirem ad vos. [2] *Si enim ego contristo vos: & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? [3] *Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non cùm venero, tristitiam super tristitiã habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrum est. [4] *Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt cõtristemini: sed vt sciatis, *charitatem quã habeo Amb. G.S. *habeo 3 Ms. "quam charitatem "habeam' abundãtiùs in vobis. [5] *Si quis autẽ contristauit, non me contristauit: sed ex parte, vt non onerem omnes vos. [6] *Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: [7] *ita vt econtrario magis donetis & consolemini, ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. [8] *Propter quod obsecro vos vt confirmetis in illum charitatem. [9] *Ideo enim & scripsi, vt cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. [10] *Cui "donatis 3 MS.G.S. autem aliquid "donastis': & ego. Nam & ego quod donaui, siquid donaui, propter vos in persona Christi: [11] *vt non circumueniamur à satana. non enim ignoramus cogitationes eius. [12] *Cùm venissem autem Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino, [13] *non habui requiem spiritui meo, eo quòd nõ inuenerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. [14] *Deo autẽ gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. [15] *quia Christi bonus odor sumus Deo in ijs qui salui fiunt, & in iis qui pereunt. [16] *aliis quidem odor mortis in mortem: aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hęc quis tam idoneus? [17] *Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur,

CAP. III.

[1] INcipimus iterum nosmetipsos commendare? aut nunquid egemus (sicut quidam) cõmendatitiis epistolis ad vos, [2] aut ex vobis? *Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & [3] legitur ab omnibus hominibus: *manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. [4] *Fiduciam autem talem habemus per [5] Christum ad Deum: *non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex [6] Deo est. *qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: nõ "litera, sed Spi- "litera; sed Spiritus MS. G. ritu'. litera enim occidit: Spiritus au- [7] tem viuificat. *Quòd si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israël in faciem Moysi, propter [8] gloriã vultus eius, quæ euacuatur: *quomodo nõ magis ministratio Spiritus erit [9] in gloria? *Nam si ministratio damnationis 'in' gloria est: multò magis abun- - 5 MS: Amb. G.S: [10] dat ministerium iustitiæ in gloria. *Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. [11] *Si enim quod euacuatur per gloriam est: multò magis quod manet, in glo- [12] ria est. *Habentes igitur talem spem, [13] multa fiducia "vtimur': *& non sicut "vtamur 1 MS.Amb. Exo.34, 33. Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in [14] faciem eius quod euacuatur, *sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum ("quoniam' in Christo eua- "quod 6 MS.R. G.S. [15] cuatur) *sed vsque in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamen positum [16] est super cor eorum. *Cùm autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur [17] velamen. *'Dñs autem Spiritus est. Vbi Iob.4,24. [18] autem Spiritus Dñi: ibi libertas. *Nos verò omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini Spiritu.

CAP. IIII.

IDeo habentes hanc miniſtrationẽ: iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, nõ deficimus, ſed abdicamus occulta dedecoris, non ambulãtes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis commẽdantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo. Quod ſi etiam opertũ eſt Euangelium noſtrum: in iis qui pereunt eſt opertum, in quibus Deus huius ſeculi excęcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum: nos autem, ſeruos veſtros per Ieſum, quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in facie Chriſti Ieſu. Habemus autẽ theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationẽ patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deiicimur, ſed nõ perîmus: ſemper mortificationẽ Ieſu in corpore noſtro circũferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporib⁹ noſtris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum: vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: Credidi, Propter quod locutus ſum, & nos credimus propter quod & loquimur: ſcientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit & conſtituet vobiſcum. Omnia enim propter vos: vt gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus: ſed licet is qui foris eſt noſter homo, corrumpitur: tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneũ & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autẽ non videntur, æterna ſunt.

CAP. V.

SCimus enim quoniã ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationẽ ex Deo habemus, domũ non manufactam æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram quæ de cælo eſt, ſuperindui cupientes: ſi tamen veſtiti, non nudi inueniamur. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati: eo quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus. Audentes igitur ſemper, & ſcientes quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Dño. (per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominũ. Et ideò cõtendimus, ſiue abſentes, ſiue præſentes placere illi. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Scientes ergo timorem Domini hominibus ſuademus: Deo autem manifeſti ſumus. Spero autẽ & in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe. Non iterum cõmendamus nos vobis, ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excedimus, Deo: ſiue ſobrij ſumus, vobis. Charitas enim Chriſti vrget nos: æſtimãtes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Itaque nos, ex hoc neminem nouimus ſecundum carnem. Et ſi cognouimus ſecũdum carnem Chriſtum: ſed nunc iam non nouimus. Si qua ergo

* humiliamur, ſed non confundimur. MS.

eis 2 MS. R. Amb. G.S.

2 MS. G.

11 MS. Amb. qui 3 MS. G. ipſe qui: s.

virtutis ſit G.S.

2 MS. G.S.

excidimus MS. Syra tranſfert: inſanimus, ſimiliter verti poſſunt Græca. Textus conformis eſt Amb.

qua ergo in Chriſto noua creatura: vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſterium reconciliationis. quoniam quidẽ Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tãquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.

Iſa.43,19. Apoc.21,5.

CAP. VI.

ADiuuãtes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. (Ait enim, Tẽpore accepto exaudiui te: & in die ſalutis adiuui te. Ecce, nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis.) nemini dãtes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſteriũ noſtrum: ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitię à dextris, & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiã & bonam famam: vt ſeductores & veraces: ſicut qui ignoti & cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus: vt caſtigati, & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij, cor noſtrũ dilatatum eſt. Non anguſtiamini in nobis: anguſtiamini autẽ in viſceribus veſtris. eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cũ infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem cõſenſus templo Dei cum idôlis? Vos enim eſtis templum Dei viui: ſicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus: & ipſi erunt mihi populus: Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos. & ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

& 7 MS. Amb. G.

Iſa.49,8.

1 Co.10,32

1 Co.4,2.

Rom.14,10

2 Cor.3,27 6,19. Leu.26,12.

Iſa.52,11.

Ier.31,1.9.

CAP. VII.

HAs ergo habentes promiſſiones chariſſimi, mũdemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad condemnationẽ dico: prædixi enim quòd in cordibus noſtris eſtis ad commoriẽdum & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia eſt apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus ſum conſolatione: ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra. Nam & cùm veniſſemus in Macedoniã, nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus: foris, pugnę intus, timores. Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus, in aduentu Titi. Non ſolùm autem in aduentu eius, ſed etiam in conſolatione, qua conſolatus eſt in vobis, referens nobis veſtrum deſiderium, veſtrum fletum, veſtram æmulationem pro me, ita magis vt gauderem. Quoniam & ſi contriſtaui vos in epiſtola, non me pœnitet: etſi pœniteret, videns quòd epiſtola illa (& ſi ad horam) vos contriſtauit. nunc gaudeo: non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſeculi autem triſtitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipſum, ſecundum Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinẽ: ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem,

veſtrum MS. s.

1 Pa.2,19.

morem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictã. in omnibus exhibuiſtis vos, incontaminatos eſſe negotio.

12 *Igitur etſi ſcripſi vobis, non propter eum qui fecit iniuriã, nec propter eum qui paſſus eſt: ſed ad manifeſtandam ſolicitudinem noſtrã quam habemus pro
ad vos 6 MS.G. vobis corã Deo. 13 *ideo conſolati ſumus. In conſolatione autem noſtra, abundantiùs magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritꝰ eius ab omnibus vobis. 14 *& ſiquid apud illum de vobis gloriatus ſum, non ſum confuſus: ſed ſicut omnia vobis in veritate locuti ſumus, ita & gloriatio noſtra quæ fuit ad Titum, veritas facta eſt, 15 *& viſcera eius abundantiùs in vobis ſunt: reminiſcentis omnium veſtrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepiſtis illum. 16 *Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

CAP. VIII.

1 NOtam autẽ facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data eſt in eccleſiis Macedoniæ, 2 *quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorũ fuit, & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorũ, 3 *quia ſecundũ virtutem (teſtimonium illis reddo) & ſupra virtutem voluntarij fuerũt, 4 *cum multa exhortatione obſecrãtes nos gratiam & cõmunicationem miniſterij quod fit in Sanctos. 5 *Et non ſicut ſperauimus, ſed ſemetipſos dederunt, primùm Domino, deinde nobis per voluntatem Dei: 6 *ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat in *vobis* etiam gratiam iſtam.
*vos 2 MS.Amb.G 7 *Sed ſicut in omnibus abundatis fide & ſermone, & ſcientia, & omni ſolicitudine, *inſuper* & charitate veſtra in nos, vt & in hac gratia abundetis. 8 *Non quaſi imperans dico: ſed per aliorum ſolicitudinẽ, etiam veſtræ charitatis *ingenium* bonum comprobans. 9 *Scitis enim gratiã Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis.
- 6 MS. G.S. *ingenuũ* 1 MS.G. *Pro* ingeniũ bonum, *Amb. tantum legit* bonum. *Syri* Conſtantiam. 10 *Et cõſilium in hoc do: hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolũ facere, ſed & velle

11 cœpiſtis ab anno priore: *nunc verò & facto perficite. vt quemadmodũ promptus eſt animus voluntatis: ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis. 12 *Si enim voluntas prõpta eſt: ſecundum id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id quod non habet. 13 *Non enim vt aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate. 14 *In præſenti tempore veſtra abundantia, illorum inopiam ſuppleat: vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementũ, vt fiat æqualitas, 15 *ſicut ſcriptum eſt: 'Qui multum', non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Exo.16,18. *habuit 11 MS. Ambr.s.
16 *Gratias autem Deo, qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis in corde Titi, 17 *quoniam exhortationẽ quidem ſuſcepit: ſed cùm ſolicitior eſſet, ſua voluntate profectus eſt ad vos. 18 *Miſimus etiam cum illo fratrem, cuius laus eſt in Euangelio per omnes eccleſias: 19 *non ſolùm autem, ſed & ordinatus eſt ab eccleſiis comes peregrinationis noſtræ, in hanc gratiam quæ miniſtratur à nobis ad Domini gloriam, & deſtinatã voluntatem 20 noſtram: *deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ miniſtratur à nobis. 21 *Prouidemꝰ enim bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram Rom.12,17 22 hominibus. *Miſimus autem cum illis & fratrem noſtrum, quem probauimus in multis ſæpe ſolicitũ eſſe: nunc autem multo ſolicitiorem, confidentia multa 23 in vos, *ſiue pro Tito qui eſt ſocius meus & in *vos* adiutor, ſiue fratres noſtri Apoſtoli eccleſiarum, *gloriæ* Chriſti. *vobis MS.Amb.s. *gloria 2 MS.G.
24 *Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis veſtræ & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in facie eccleſiarum.

CAP. IX.

1 NAm de miniſterio quod fit in ſanctos ex abundanti eſt mihi ſcribere 2 vobis. *Scio enim promptum animum veſtrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniã & Achaia parata eſt ab anno prẽterito, & veſtra æmulatio prouocauit plurimos. 3 *Miſi autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmo-
4 dum dixi) parati ſitis: *ne cùm venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos, vt non dicamus vos in hac ſubſtantia. 5 *Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres vt perueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe ſic, quaſi benedictionem, non tanquam auaritiam. 6 *Hoc autem dico, Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 7 *Vnuſquiſq. prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia
Pſal.111,9. aut ex neceſſitate: 'hilarem enim datorem diligit Deus. 8 *Potens eſt autẽ Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne
Pſal.111,9. opus bonum, 9 *ſicut ſcriptum eſt: 'Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius
*ſeculum ſeculi MS. 69. manet in *æternum'. 10 *Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti: & panem ad manducandum præſtabit: & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitię veſtræ: 11 *vt in omnibus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatẽ, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. 12 *Quoniam miniſterium huius officij non ſolùm ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiã abundat per multas gratiarũ actiones in Domino, 13 *per probationẽ miniſterij huius, glorificantes Deum in obedientia confeſſionis veſtræ in Euangelium Chriſti, & ſimplicitate cõmunicationis in illos, & in omnes, 14 *& in ipſorũ obſecratione pro vobis, deſiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. 15 *Gratias Deo ſuper inenarrabili dono eius.

CAP. X.

1 IPſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti, qui in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens autem confido in vobis.
2 *Rogo autem, ne præſens audeam per eam confidentiam qua exiſtimor audere in quoſdam: qui arbitrantur nos tanquam ſecundum carnem ambulemus.
3 *In carne enim ambulantes, non ſecundum carnẽ militamus. 4 *Nam arma militiæ noſtrę non carnalia ſunt: ſed potentia Deo ad deſtructionẽ munitionum,
5 conſilia deſtruentes, *& omnem altitudinem extollentẽ ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti,
6 *& in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit veſtra obedientia. 7 *Quæ ſecundũ faciem ſunt, videte. Si quis confidit ſibi, Chriſti ſe eſſe: hoc cogitet iterũ apud ſe, quià
8 ſicut ipſe Chriſti eſt: ita & nos. *Nam & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationẽ, & non in deſtru-
9 ctionem veſtram: non erubeſcam. *Vt autem non exiſtimer tanquam terrere
10 vos per epiſtolas, *(quoniam quidẽ epiſtolæ, inquiunt, graues ſunt & fortes: præſentia aũt corporis infirma, & ſermo
11 contemptibilis) *hoc cogitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes; tales & præſentes in
12 facto. *Non enim audemus inſerere aut comparare nos quibuſdam, qui ſeipſos commendant: ſed ipſi in nobis noſmetipſos metientes & comparãtes noſmet-
13 ipſos nobis. *Nos autẽ non in immenſum gloriabimur, ſed ſecundum men- Epheſ.4,5.
ſurã regulæ, qua menſus eſt nobis Deus, menſuram pertingendi vſque ad vos.
14 *Non enim quaſi non pertingentes ad vos, ſuperextendimus nos. Vſque ad vos enim peruenimus in Euangelio Chriſti.
15 *non in immenſum gloriantes in alienis laboribus: ſpem autem habentes creſcentis fidei veſtræ, in vobis magnificari
16 ſecundũ regulam noſtram in abundantiam, *etiam in illa quæ vltra vos ſunt, euanglizare, non in aliena regula, in ijs
17 quæ præparata ſunt gloriari. *'Qui autem gloriatur: in Domino glorietur. Ieré.9,23; 1 Cò.1,31.
18 *Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem 'Deus' commendat. *Dominus 3 MS. Amb. G.s.

CAP. XI.

1 VTinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ: ſed & ſupportate
2 me: *Æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. 3 *Timeo autem

Gen.3, 4. autem ne ſicut ſerpens Heuam ſeduxit aſtutia ſua: ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto. [4] Nam ſi is qui venit, aliũ Chriſtum prædicat quem nõ prædicauimus, aut alium ſpiritum accipitis quem non accepiſtis: aut aliud euangelium quod non recepiſtis: rectè pateremini. [5] Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis. [6] Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia, in omnibus autẽ manifeſtati ſumus vobis. [7] Aũt nunquid peccatum feci, meipſum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis? [8] Alias Eccleſias expoliaui, accipiens ſtipendiũ ad miniſterium veſtrum. [9] Et cũ eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui: nam quod mihi deerat, ſuppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia: & in omnibus ſine onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo. [10] Eſt veritas Chriſti in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. [11] Quare? quia non diligo vos? Deus ſcit. [12] Quod autem facio: & faciam, vt amputẽ occaſionem eorum qui volunt occaſionẽ: vt in quo gloriãtur, inueniãtur ſicut & nos. [13] Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli, ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. [14] Et non mirum: ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis. [15] non eſt ergo magnum ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ: quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. [16] Iterum dico, (ne quis me putet inſipiẽtem eſſe, alioquin velut inſipientem accipite me, vt & ego modicũ quid glorier) [17] quod loquor, non loquor ſecundum Deũ, ſed quaſi in inſipientia, in hac ſubſtantia gloriæ. [18] Quoniã multi gloriantur ſecundum carnem: & ego gloriabor. [19] Libenter enim ſuffertis inſipientes: cùm ſitis ipſi ſapientes. [20] Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit; ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit. [21] Secundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in inſipiẽtia dico) audeo

[22] & ego. Hebræi ſunt: & ego. Iſraëlitæ ſunt: & ego. Semen Abrahæ ſunt: & ego. [23] Miniſtri Chriſti ſunt: & ego (vt minus ſapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. [24] A Iudæis quinquies, quadragenas, Deu.25,3. [25] vna minus, accepi. Ter virgis cæſus Act.16,22. ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, Act.14,18. [26] nocte & die in profundo maris fui, in itinere ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, [27] in labore & erumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis multis, [28] in frigore & nuditate; præter illa quæ extrinſecus ſunt: inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarum. [29] Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? [30] Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. [31] Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, ſcit quòd non mentior. [32] Damaſci præpoſitus Gentis Aretæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorũ, vt me comprehenderet: [33] & per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus eius.

Act.9,24.

CAP. XII.

[1] SI gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autẽ ad viſiones & reuelationes Domini. [2] Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue in corpore, neſcio: ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit) raptum huiuſmodi vſque ad tertium cælum. [3] Et ſcio huiuſmodi hominem (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit) [4] quoniam raptus eſt in Paradiſum: & audiuit arcana verba, quę nõ licet homini loqui. [5] Pro huiuſmodi gloriabor: pro me autẽ nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis. [6] Nam & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam, parco autẽ: ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. [7] Et ne magnitudo reuelationum extollat

Act.9,3. 22,17.

extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ, vt me colaphizet. [8] Propter quod ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me: [9] & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. [10] Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſequutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. Cùm enim infirmor: tunc potens ſum. [11] Factus ſum inſipiens: vos me coëgiſtis. Ego enim à vobis debui commẽdari: nihil enim minus fui ab iis qui ſunt ſupra modum Apoſtoli: tametſi nihil ſum. [12] Signa tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patiẽtia, in ſignis & prodigiis & virtutibus. [13] Quid eſt enim quod minus habuiſtis præ cæteris eccleſiis: niſi quòd ego ipſe non grauaui vos? Donate mihi hãc iniuriam. [14] Ecce, tertio hoc paratus ſum venire ad vos: & non ero grauis vobis. Non enim quæro quæ veſtra ſunt; ſed vos. Nec enim debent filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis. [15] Ego autem libentiſſimè impendam & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris: licet plus vos diligens minùs diligar. [16] Sed eſto: ego vos non grauaui: ſed cùm eſſem aſtutus, dolo vos cepi. [17] Nunquid per aliquem eorum quos miſi ad vos, circunueni vos? [18] Rogaui Titum: & miſi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circunuenit? nónne eodem ſpiritu ambulauimus? nonne iiſdem veſtigiis? [19] Olim putatis quòd excuſemus nos apud vos? Corã Deo, in Chriſto loquimur: omnia autem chariſſimi propter ędificationem veſtram. [20] Timeo enim ne fortè cùm venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar à vobis, qualẽ non vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, [21] ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos. ne iterum cùm venero, humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex iis qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã ſuper immunditia & fornicatione & impudicitia quam geſſerunt.

CAP. XIII.

[1] ECce tertio hoc venio ad vos: In ore duorum vel trium teſtium ſtabit Deu.19,15: Mat.17,16 Ioh.8,17. Heb.10,28. [2] omne verbum. Prædixi & prædico, vt præſens, & nũc abſens, iis qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam ſi venero iterum, non parcam. [3] An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus: qui in vobis non infirmatur, ſed potẽs eſt in vobis? [4] Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate: ſed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi ſumus in illo: ſed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. [5] Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide: ipſi vos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi fortè reprobi eſtis. [6] Spero autem quòd cognoſcitis quia nos non ſumus reprobi. [7] Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus, ſed vt vos quod bonum eſt, faciatis; nos autem vt [8] reprobi ſimus. Non enim poſſumus aliquid aduerſus veritatem: ſed pro ve- [9] ritate. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi ſumus, vos autem potentes eſtis. Hoc & oramus, veſtrã conſummationem. [10] Ideò hęc abſens ſcribo: vt non præſens duriùs agam ſecundum poteſtatem quã Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem.

[11] De cætero fratres, gaudete, perfecti eſtote: exhortamini. idem ſapite: pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit [12] vobiſcum. Salutate inuicem in oſculo [13] ſancto. Salutant vos omnes ſancti. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis. Amen.

EPI-

EPISTOLA PAVLI AD GALATAS.

CAP. I.

PAVLVS Apoſtolus non ab hominibus, neq. per hominẽ, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deũ patrẽ qui ſuſcitauit eum à mortuis, *& qui mecum ſunt omnes fratres: eccleſijs Galatiæ. *Gratia vobis & pax à Deo patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto, *qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de preſenti ſeculo nequam, ſecundum voluntatem Dei & patris noſtri: *cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen. *Miror, quòd ſic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiã Chriſti, in aliud Euangeliũ: *quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti. *Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. *Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis 'euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. *Modò enim hominib⁹ ſuadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.

1 Cor. 15, 1. *Notũ enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem. *Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. *Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo, quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam Dei, & expugnabam illam, *& proficiebã in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantiùs æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. *Cùm autem placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, *vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuò nõ acquie-

Ephes. 3, 3.

17 ui carni & ſanguini, *neque veni Ieroſolymam ad anteceſſores meos apoſtolos: ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus
18 ſum Damaſcũ. *Deinde poſt annos tres veni Ieroſolymã videre Petrum: & man-
19 ſi apud eum diebus quindecim. *Alium autem Apoſtolorum vidi neminem: niſi
20 Iacobum fratrem Dñi. *Quæ autem ſcribo vobis: ecce coram Deo, quia non
21 mentior. *Deinde veni in partes Syriæ
22 & Ciliciæ. *Eram autem ignotus facie eccleſiis Iudææ, quæ erant in Chriſto:
23 *tantum autem auditũ habebant, Quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat, *& in me clarificabant
24 Deum.

CAP. II.

DEinde poſt annos quatuordecim, iterum aſcendi Ieroſolymam cum
2 Barnaba, aſſumpto & Tito. *Aſcendi autem ſecundum reuelationem: & contuli cum illis Euangelium quod prędico in Gentibus, ſeorſum autem iis qui videbantur "aliquid eſſe': ne fortè in vacuum
3 currerem aut cucurriſſem. *Sed neque Titus qui mecum erat, cùm eſſet Gentilis, compulſus eſt circumcidi: *'ſed' pro-
4 pter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierũt explorare libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerent. *'Qui-
5 bus' neque ad horam ceſſimus "ſubiectioni': vt veritas Euangelij permaneat
6 apud vos. *Ab iis autem qui videbantur eſſe aliquid (quales aliquãdo fuerint, nihil mea intereſt. 'Deus perſonam hominis non accipit) mihi enim qui videban-
7 tur eſſe aliquid', nihil cõtulerunt. *Sed econtra cùm vidiſſent quòd creditum eſt mihi Euangeliũ præputij, ſicut Petro
8 circunciſionis. (*qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis:
9 operatus eſt & mihi inter Gentes) *& cùm cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacôbus & Cephas & Iohannes qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis: vt
10 nos in Gentes, ipſi autem in circũciſionem: *tantùm vt pauperum memores

7 ms. Hier. G.
"maiores eſſe Ms q.
- Ms q.
- 15 Ms. Amb. Q. 8.
"ſubiectione 3 Ms. Q. 8.
Deu. 10, 17. 2 Par. 9, 17. Iob 34, 19. Sup. 6, 8. Eccl. 35, 16. Rom. 2, 11. Epheſ. 6, 9. Col. 3, 25. Act. 10, 34. 1 Per. 1, 17.
- 6 Ms. Hier. G.

eſſemus

eſſemus, quod etiam ſolicitus fui hoc
11 ipſum facere. *Cùm autem veniſſet Ce-
'Petrus Ms. R. Hier. G.
phas' Antiochîam: in faciem ei reſtiti,
12 quia reprehenſibilis erat. *Prius enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: cùm autem veniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circunciſione erant. *Et ſimula-
13 tioni eius conſenſerunt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem. *Sed cùm vidiſſem
14 quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cùm Iudæus ſis, gentiliter viuis, & non Iudaicè: quomodo Gentes cogis Iudaizare? *Nos natura Iudæi, &
15 non ex Gentibus peccatores. *'Scientes
Ian. 3, 19. 20.
16 autem quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu "credimus', vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex
'credidimus 3 Ms. Hier. G.
Ian. 3, 20.
operibus legis: propter quod 'ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.
17 *Quod ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuẽti ſumus & ipſi peccatores: nunquid Chriſt⁹ peccati miniſter eſt? Abſit.
18 *Si enim quæ deſtruxi, iterũ hæc ædifico: præuaricatorem me conſtituo. *Ego
19 enim per legem, legi mortuus ſum, vt Deo viuam: Chriſto confixus ſum cruci.
20 *Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Quod autẽ nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.
21 *Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

CAP. III.

O Inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit
1 nõ "obedire' veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, in
"credere MS. Hier. Q. 8.
2 vobis crucifixus? *Hoc ſolum à vobis volo diſcere, Ex operibus legis Spiritum accepiſtis, an ex auditu fidei? *Sic ſtulti
3 eſtis, vt cũ ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini? *Tanta paſſi eſtis ſine
4 cauſa? ſi tamen ſine cauſa. *Qui ergo
5 tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? *Sicut', 'Abraham credidit Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam.
Accepiſti 4 MSS. Hier. G. Ian. 5, 3. 4.
6

7 *"Cognoſcite' ergo quia qui ex fide ſunt,
"Cognoſcitis 6 MS. Hier. Q. 8.
8 ij ſunt filij Abrahæ. *Prouidens autem ſcriptura quia ex fide iuſtificat gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ, 'Quia be-
Gen. 12, 3. 22, 18. 26, 4. Eccl. 44, 20
9 nedicentur in te omnes gentes: *Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cũ fideli
10 Abraham. *Quicunque enim ex operibus legis ſunt: ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: 'Maledictus omnis qui
Deu. 27, 26.
non permanſerit in omnibus quę ſcripta
11 ſunt in libro legis, vt faciat ea. *Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur
Abac. 2, 4. Rom. 1, 17.
apud Deum, manifeſtũ eſt: 'quia iuſtus
12 ex fide "viuit'. *Lex autem non eſt ex fide: ſed 'Qui fecerit ea, viuet in illis.
"viuet 3 MS. R. Hier. G. s. Leu. 18, 5.
13 *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia
Deu. 21, 23.
ſcriptũ eſt: 'Maledictus omnis qui pen-
14 det in ligno) *vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu: vt pollicitationẽ Spiritus accipiamus per fidem.
15 *Fratres (ſecundum hominem dico) 'tamen hominis confirmatũ teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat.
Heb. 9, 17.
16 *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones: & ſemini eius. Non dicit, Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno, Et ſe-
17 mini tuo qui eſt Chriſtus. *Hoc autem dico, teſtamentum cõfirmatum à Deo: quę poſt quadringẽtos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad eua-
18 cuandam promiſſionem. *Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahę autem per repromiſſionem donauit Deus. *Quid igitur lex? Propter
19 "tranſgreſſiones' poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per
"trãſgreſſionem MS. s.
20 angelos in manu mediatoris. *Mediator autem, vnius non eſt: Deus autem vnus
21 eſt. *Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ "poſſet
"poſſit 3 MS.
22 viuificare: verè ex lege eſſet iuſtitia. *Sed 'concluſit ſcriptura omnia ſub peccato:
Rom. 3, 9.
vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur
23 credentibus. *Priusautem, quàm veniret fides: ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem quæ reuelanda
24 erat. *Itaq. lex, pædagogus noſter fuit
25 in Chriſto: vt ex fide iuſtificemur. *At vbi venit fides: iam non ſumus ſub pæ-

M dagogo.

dagogo. Omnes enim filij Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu. Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis: Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudęus neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Si aũt vos Chriſti: ergo ſemen Abrahę eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes.

Rom.6,3.

CAP. IIII.

Dico autem quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad prędinitum tempus à patre: ita & nos, cùm eſſemus paruuli, ſub elementis mũdi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filiũ ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erãt, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus Spiritum filij ſui in corda veſtra clamantẽ: Abba, Pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quòd ſi filius: & hæres per Deum. Sed tunc quidem ignorantes Deum, ijs qui natura nõ ſunt dij, ſeruiebatis. Nũc autem cùm cognoueritis Deũ, imò cogniti ſitis à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò ſeruire vultis? Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. Timeo vos, ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos: fratres, obſecro vos. Nihil me læſiſtis. Scitis autẽ quia per infirmitatẽ carnis euangelizaui vobis iampridem: & tentationẽ veſtram in carne mea, non ſpreuiſtis neq. reſpuiſtis, ſed ſicut angelum Dei excepiſtis me ſicut Chriſtũ Ieſum. Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? Teſtimonium enim perhibeo vobis quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. Ergo inimicus vobis factus ſum verum dicens vobis? Æmulantur vos non bene: ſed excludere vos volũt, vt illos ęmulemini. Bonum autem æmulamini in bono ſemper: & non tantùm cùm præſens ſum apud vos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Vellem autem eſſe apud vos modò, & mutare vocem meã: quoniam confundor in vobis. Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, legem non legiſtis? Scriptũ eſt enim quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per remiſſionem. quæ ſunt per allegoriã dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnũ quidem à monte Sina, in ſeruitutem generans: quæ eſt Agar, (Sina enim, mons eſt in Arabia: qui coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt Ieruſalem) & ſeruit cum filijs ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt: quæ eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus. Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eũ qui ſecundum ſpiritum: ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillã & filium eius. non enim hæres erit filius ancillę cum filio liberæ. Itaq. fratres, non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit.

Rom.9,8. Gen.16,15. Gen.21,2. Gen.21,10.

CAP. V.

STate: & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtificor aũt rurſus omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciẽdæ. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu, ex fide, ſpẽ iuſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Perſuaſio, non eſt ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud ſapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque eſt ille. Ego autem fratres, ſi circunciſionem adhuc prædico: quid adhuc perſecutionem patior? Ergo euacuatum eſt ſcandalũ crucis. Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatẽ vocati eſtis fratres: tantum ne libertatẽ in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſeruite inuicem. Omnis enim lex in vno ſermone impletur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quod ſi inuicem mordetis & comeditis: videte ne abinuicem conſumamini. Dico autem: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. hęc enim ſibi inuicem aduerſantur: vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Quòd ſi ſpiritu ducimini: nõ eſtis ſub lege. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixę, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia. quæ prædico vobis, ſicut prædixi; quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Fructus autem Spiritus eſt: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas: Aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiſcentiis. Si viuimus ſpiritu: ſpiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Ad.15,1.2. Gen.16,15. Gen.21,2. Rom.9,8. Nemini conſenſeritis o. Q.n. hæc MS. G. meam R.G. Textus conſonat MS. & Hier. vestra, Hier.S. 1 Co.5,6. Rom.13,9. Iac.2,8. Rom.13,14 1 Pet.2,11. spiritus MS. Leu.19,18. Mat.22,39 Mar.12,31 1MS. Lin.G. 1 Co.3,8. 1 MS. Lin.G.S.

CAP. VI.

FRatres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cũ nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tãtum gloriam habebit, & non in altero. Vnuſquiſq. enim onus ſuum portabit. Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo: hęc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua: de carne & metet corruptionẽ: qui autem ſeminat in ſpiritu: de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus. tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu. Quicunque volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi, tantum vt crucis Chriſti perſecutionem nõ patiantur. Neque enim qui circuncidũntur, legem cuſtodiunt. ſed volunt vos circuncidi: vt in carne veſtra glorientur. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mundo. In Chriſto enim Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium: ſed noua creatura. Et quicumq. hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſraël Dei. De cætero nemo mihi moleſtus ſit; ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Gratia Dñi noſtri Ieſu Chriſti, cũ ſpiritu veſtro fratres. Amen.

1 Co.3,8. verbum 3 MS. Hier. G.3. Thes.5,15 enim 6.

EPISTOLA PAVLI AD EPHESIOS.

CAP. I.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei: omnibus ſanctis qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu. Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali;

2 Co.1,3. 1 Pet.1,3.

in cælestibus, in Christo: *sicut elegit 4
nos in ipso ante mundi constitutionẽ, vt
essemus sancti & immaculati in conspe-
ctu eius in charitate. *Qui prędestinauit 5
nos in adoptionem filiorum, per Iesum
Christum, in ipsum: secundum proposi-
tum voluntatis suæ, *in laudem gloriæ 6
gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in di-
lecto filio suo. *In quo habemus re- 7
demptionem per sanguinem eius (re-
missionem peccatorum) secundum di-
uitias gratiæ eius, *quæ superabundauit 8
in nobis in omni sapientia & prudentia,
*vt notum faceret nobis sacramentum 9
voluntatis suæ, secũdùm beneplacitum
eius, quod proposuit in eo, *in dispensa- 10
tione plenitudinis temporum, instau-
rare omnia in Christo, quæ in cælis &
quæ in terra sunt, in ipso. *In quo etiam 11
nos sorte vocati sumus: prædestinati se-
cundum propositum eius qui operatur
omnia, secundum consilium voluntatis
suæ: *vt simus in laudẽ gloriæ eius nos, 12
qui antè sperauimus in Christo: *in quo 13
& vos, cùm audissetis verbum veritatis,
(Euangelium salutis vestræ,) in quo &
credẽtes signati estis Spiritu promissio-
nis sancto, *qui est pignus hæreditatis 14
nostræ, in redemptionem acquisitionis,
in laudem gloriæ ipsius. *Propterea & 15
ego audiens fidem vestram, quæ est in
'Domino' Iesu, & dilectionem in omnes
sanctos: *non cesso gratias agens pro 16
vobis, memoriam vestri faciens in ora-
tionibus meis, *vt Deus, Domini nostri 17
Iesu Christi pater, gloriæ, det vobis spiri-
tum sapientiæ & reuelationis, in 'agni-
tione' eius, *illuminatos oculos cordis 18
vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis
eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis
eius in sanctis, *& quæ sit supereminens 19
magnitudo virtutis eius in nos, qui cre-
dimus 'secundum operationem poten-
tiæ virtutis eius, *quam operatus est in 20
Christo, suscitans illũ à mortuis, & con-
stituens ad dexteram suam in cęlestibus,
*supra omnem principatum & potesta- 21
tem & virtutem, & dominationem, &
omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro.

*Et omnia subiecit sub pedibus eius: 22
& ipsum dedit caput "supra omnem ec- 23
clesiam', *quæ est corpus ipsius, * ple-
nitudo eius, qui omnia in omnibus ad-
impletur.

CAP. II.

ET vos 'cùm essetis mortui delictis 1
& peccatis vestris, *in quibus ali- 2
quando ambulastis secundum seculum
mundi huius, secundum principem po-
testatis aëris huius, spiritus qui nũc ope-
ratur in filios diffidentiæ, *in quibus & 3
nos omnes aliquando conuersati sumus
in desiderijs carnis nostræ, facientes "vo-
luntatem' carnis & cogitationum, & era-
mus natura filij iræ sicut & cæteri: *Deus 4
autem (qui dives est in misericordia) pro-
pter nimiam charitatem suam qua dile-
xit nos, *& cũ essemus mortui peccatis, 5
conuiuificauit nos Christo, (cuius gratia
estis saluati.) *& conresuscitauit, & con- 6
sedere fecit in cęlestibus in Christo Iesu,
*vt ostenderet in seculis superuenien- 7
tibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in
bonitate super nos in Christo Iesu. *Gra- 8
tia enim estis saluati per fidẽ (& hoc non
ex vobis, Dei enim donum est) *non ex 9
operibus, vt nequis glorietur. *Ipsius 10
enim sumus factura, creati in Christo
Iesu in operibus bonis, quæ præparauit
Deus vt in illis ambulemus. *Propter 11
quod memores estote, quòd aliquando
vos 'eratis' Gentes in carne, qui dicebā-
mini pręputiũ ab ea quę dicitur circũci-
sio in carne manu facta: *'qui' eratis illo 12
in tempore sine Christo, alienati à con-
uersatione Israël, & hospites testamen-
torum, promissionis spem non haben-
tes, & sine Deo in hoc mundo. *Nunc 13
autem in Christo Iesu vos qui aliquando
eratis longè, facti estis propè in sangui-
ne Christi. *Ipse enim est pax nostra, qui 14
fecit vtraque vnum, & medium pariе-
tem maceriæ soluens, 'inimicitias' in car-
ne sua: *legem mandatorũ decretis eua- 15
cuans: vt duos condat in semetipso in
vnum nouum hominẽ, faciens pacem, 16
*'& reconciliet ambos in vno corpore
Deo per crucẽ, interficiens 'inimicitias'
in 'semetipso'. *Et veniens euangeliza- 17
uit pa-

Psal. 8, 8. "super-omnia ipsi ecclesiæ 5 MS. Hier. G.S. * & MS.s.

Col. 2, 13. 3, 3. *contui-uificauit MS q.

" voluntates 2 MS. Hier. G

- 2 MS. Hier. G. Q.s.

"in dispẽsationem 2 MS. G.S.

Inf. 3, 7.

*qui MS q. - 1 MS. Hier. G.

*quod 8 MS. Hier. G.

- 2 MS. Hier. G.S.

*inimicitiam 4 MS. Hier. G.S.

*vt MS. Hier.

"inimicitiam 8 MS. Hier. G.S.

*Q.s.

uit pacem vobis qui longè fuistis, & pa-
cem ijs qui propè. *'quoniam per ipsum 18
habemus accessum ambo in vno Spiritu
ad Patrem. *Ergo iam non estis hospi- 19
tes & aduenæ: sed estis ciues sanctorum
& domestici Dei, *superædificati super 20
fundamentum Apostolorũ & Prophe-
tarum, ipso summo angulari lapide Iesu
Christo: *in quo omnis ædificatio con- 21
structa, crescit in templum sanctum in
Domino, *in quo & vos coædificami- 22
ni in habitaculum Dei in Spiritu sancto.

CAP. III.

HVius rei gratia, ego Paulus vinctus 1
Christi Iesu, pro vobis Gẽtibus: *si 2
tamen audistis dispensationẽ gratiæ Dei
quæ data est mihi in vobis, *quoniam 3
secundum reuelationem notũ mihi fa-
ctum est sacramentum, sicut suprà scri-
psi in breui. *prout potestis legentes in- 4
telligere prudentiam meam in mysterio
Christi, *quod alijs generationibus non 5
est agnitum filiis hominum, sicuti nunc
reuelatum est sanctis Apostolis eius &
Prophetis in Spiritu, *Gentes esse cohæ- 6
redes & concorporales & cõparticipes
promissionis eius in Christo Iesu per Eu-
angelium: *Cuius factus sum minister 7
secundum donum gratiæ Dei, quæ data
est mihi 'secundum operationem virtu-
tis eius. *'Mihi omnium sanctorum mi- 8
nimo, data est gratia hæc, In Gentibus
euãgelizare inuestigabiles diuitias Chri-
sti, *& illuminare omnes quæ sit dispen- 9
satio sacramenti absconditi à seculis in
Deo, qui omnia creauit: *vt innotescat 10
*"principibus' & potestatibus, in cælesti-
bus, per ecclesiam, multiformis sapien-
tia Dei, *secundum præfinitionem se- 11
culorum, quã fecit in Christo Iesu Do-
mino nostro: *In quo habemus fidu- 12
ciam & accessum in confidentia, per fi-
dem eius. *Propter quod peto ne deficia- 13
tis in tribulationib⁹ meis pro vobis, quæ
est gloria vestra. *Huius rei gratia fle- 14
cto genua mea ad Patrem Domini nostri
Iesu Christi, *ex quo omnis paternitas in 15
'cælis' & in terra nominatur, *vt det vo- 16
bis secundum diuitias gloriæ suæ, "virtu-
tem' corroborari per Spiritum eius in "in-

teriori homine': *Christũ habitare per 17
fidem in cordibus vestris, in charitate ra-
dicati & fundati, *vt possitis compre- 18
hendere cum omnibus sanctis, quæ sit
latitudo & longitudo, & sublimitas, &
profundum, *scire etiam supereminen- 19
tem scientiæ charitatem Christi, vt im-
pleamini in omnem plenitudinem Dei.
*'Ei autem qui potens est omnia facere 20
superabundanter quàm petimus aut in-
telligimus, secundum virtutẽ quæ ope-
ratur in nobis: *Ipsi gloria in ecclesia, & 21
in Christo Iesu in omnes generationes
seculi seculorum. Amen.

CAP. IIII.

OBsecro itaq. vos ego vinctus in Do- 1
mino, 'vt dignè ambuletis vocatio- 2
ne qua vocati estis, *cum omni humili-
tate & mansuetudine, cũ patientia, sup-
portantes inuicẽ in charitate, *'solliciti 3
seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis.
*Vnum corpus, & vnus spiritus sicut 4
'vocati estis in vna spe vocationis vestræ.
* Vnus Dominus, vna fides, vnum ba- 5
ptisma. *'Vnus Deus & Pater omnium, 6
qui est super omnes, & per omnia, & in
omnibus nobis. *'Vnicuiq. autem no- 7
strum data est gratia 'secundum mensu-
ram donationis Christi. *Propter quod 8
dicit, 'Ascendens in altum, captiuam
duxit captiuitatem: dedit dona homini-
bus. (*Quod autem ascendit, quid est, 9
nisi quia & descẽdit primùm in inferio- 10
res partes terræ? *Qui descendit, ipse
est & qui ascendit supra omnes cælos, vt
impleret omnia.) *'Et ipse dedit quos- 11
dam quidem Apostolos, quosdã autem
Prophetas, alios verò Euangelistas, alios
autem pastores & doctores *ad cõsum- 12
mationem sanctorum in opus ministe-
rij, in ædificationem corporis Christi:
*donec occurramus omnes in vnitatem 13
fidei & agnitionis filij Dei, in virum per-
fectum, in mensuram ætatis plenitudi-
nis Christi: *vt iam non simus paruuli 14
fluctuantes, & circumferamur omni
vento doctrinæ in nequitia hominum,
in astutia ad circumuentionem erroris.
*'Veritatem autem facientes in chari- 15
tate, crescamus in illo per omnia, qui est

Psal. 8, 8.

Col. 2, 13.

1 Cor. 12, 9

"nunc R. Hier. G.

"principibus 3 MS. R. Hier. G.s.

"cælo 9 MS.

"virtute 3 MS. R. Hier. G.s.

Deut. 4, 35. Mal. 2, 10.

Rom. 12, 3. 1 Co. 12, 11

2 Co. 10, 15

Psal. 67, 19.

1 Co. 12, 28

Zach. 8, 16.

caput, Christus: *ex quo totum corpus 16
compactum & connexum per omnem
iuncturam subministrationis, secũdum
operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmẽtum corporis facit
in ædificationem sui in charitate. *Hoc 17
Rom.1,9. igitur dico & ' testificor in Domino: vt
1 Pet.4,3. iam non ambuletis ' sicut & Gentes am-
Rom.1,21. bulant in vanitate sensus sui, *' tenebris 18
obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ est
in illis, propter cæcitatẽ cordis ipsorum,
*qui desperantes, semetipsos tradide- 19
runt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. *Vos 20
autem non ita didicistis Christum: *si 21
tamen illum audistis, & in ipso edocti
"deponere MS.R. Hier. G.S. Col.3,8. estis, (sicut est veritas in Iesu.) *' "Depo- 22
nite' vos, secundum pristinam conuersationem, veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.
Heb.4,1. *' Renouamini autem spiritu mẽtis ve- 23
1 Pet.4,2. stræ: *& ' induite nouum hominem qui 24
secundùm Deũ creatus est in iustitia, &
Rom.6,4. 2,2. sanctitate veritatis. *' Propter quod de- 25
Col.3,12. ponẽtes mendacium, 'loquimini veritatem vnusquisq. cum proximo suo: quo-
1 Pet.2,1. Zach.8,16. Psal.4,5. niam sumus inuicem membra. *' Irascimini, & nolite peccare. sol non occidat
Iac.4,7. super iracundiam vestram. *' Nolite 27
locum dare diabolo. *Qui furabatur, 28
iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem
patienti. *Omnis sermo malus ex ore 29
vestro non procedat: sed siquis bonus ad
"opportunitatis 3 MS. G. Q.n. ædificationem "fidei', vt det gratiam au- 30
dientibus. *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis "in
"in diem 8 MS.G.S. die' redemptionis. *Omnis amaritudo, 31
& ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis 'cum omni ma-
Col.3,12. litia. *' Estote autem inuicem benigni, 32
misericordes, donantes inuicem sicut & Deus in Christo donauit vobis.

CAP. V.

ESTote ergo imitatores Dei: sicut filij 1
charissimi. *' & ambulate in dile- 2
Iob.13,34. & 15,12. 1 Ioh.4,13. ctione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblatio-
nem & hostiam Deo in odorẽ suauitatis.
3 *' Fornicatio autem & omnis immun- Col.3,5.
ditia, aut auaritia, nec nominetur in
4 vobis, sicut decet sanctos: *aut turpitudo, aut stultiloquiũ, aut scurrilitas, quæ
ad rem non "pertinet': sed magis gratia- "pertinẽt 1 MS.R. Hier.G.S.
5 rum actio. *Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut im-
mundus, aut auarus ("quod est idolorum "qui est idolorum seruus R. G.Q.n.
seruitus') non habet hæreditatẽ in regno Mat.24,4. Marc.13,5. Luc.21,8.
6 Christi & Dei. *' Nemo vos seducat in- Col.2,18. 2 Thes.2,3.
anibus verbis. propter hæc enim venit ira
7 Dei in filios diffidentiæ. *Nolite ergo ef-
8 fici participes eorum. *Eratis enim aliquãdo tenebræ: nunc autem lux in Do-
9 mino. Vt filij lucis ambulate, (*fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iu-
10 stitia, & veritate) *probantes quid sit be-
11 neplacitum Deo: *& nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum,
12 magis autẽ *redarguite. *Quæ enim in *& 4 MS. Hier.G.
occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.
13 *Omnia autem quæ arguuntur: à lumine manifestãtur: omne enim quod "ma- "manifestat 1 MS. S.Q.n.
14 nifestatur', lumen est. *Propter quod
dicit: Surge qui dormis & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. *Vide-
te itaque fratres quomodo cautè ambu-
letis. 'non quasi insipiẽtes, sed vt sapien- Col.4,5.
16 tes: *redimentes tempus, quoniam dies
17 mali sunt. *Propterea nolite fieri imprudentes: ' sed intelligentes quæ sit volun- 1 Thes.4,9.
18 tas Dei. *Et nolite inebriari vino in quo
19 est luxuria, sed implemini Spiritu*, *lo- *sanctoo.
quẽtes vobismetipsis in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes
& psallẽtes in cordibus vestris Domino:
20 *gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Dñi nostri Iesu Christi Deo
21 & Patri. *Subiecti inuicem, in timore
22 Christi. *' Mulieres viris suis subditę sint, Gen.3,16. Col.3,18.
23 sicut Domino: *' quoniam vir, caput est 1 Pet.3,1.; 1 Cor.11,3.
mulieris: sicut Christus caput est eccle-
24 siæ. Ipse, saluator corporis "eius'. *Sed "7 MS. Hier.G.S.
sicut ecclesia subiecta est Christo, ita &
25 mulieres viris suis in omnibus. *' Viri, Col.3,19.
diligite vxores vestras, sicut & Christus
dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro
26 ea: *vt illã sanctificaret, mundans eam *vitæ MS 4.
27 lauacro aquæ in verbo*, *vt exhiberet "ipse'

"ipsam 1 MS.R.G. At textus Hier. & G.q.d.scripsit. "ipse' sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & im-
maculata. *Ita & viri debent diligere 28
vxores suas vt corpora sua. Qui suam
vxorem diligit: seipsum diligit. *Nemo 29
enim vnquam carnẽ suam odio habuit:
sed nutrit & fouet eam, sicut & Chri-
stus ecclesiam: *quia mẽbra sumus cor- 30
poris eius, de carne eius & de ossibus
Gen.2,24. Mat.19,5. eius. *' Propter hoc relinquet homo pa- 31
trem & matrẽ suam: & adhærebit vxori
Mat.10,7. 1 Co.6,16. suæ, & ' erunt duo in carne vna. *Sacra- 32
mentum hoc magnum est, ego autem
dico in Christo & in ecclesia. *Veruntamen & vos singuli, vnusquisq. vxorem 33
"vt 7 MS. Hier.G. suam sicut seipsum diligat: vxor autem
"timeat virum 'suum'.

CAP. VI.

'FIlij, obedite parentibus vestris in 1
Domino, hoc enim iustũ est. *' Ho- 2
Exo.20,12. Deu.5,16. Eph.5,9. 7,29. nora patrẽ tuum & matrem tuã. (quod
Mat.15,4. Mat.7,10. est mandatum primum in promissione, 3
Col.3,22. Tit.2,9. vt bene sit tibi, & sis longæuus super terrã. *Et vos patres, nolite ad iracundiam 4
prouocare filios vestros: sed educate illos
in disciplina & correptione Domini.
1Tit.2,18. *' Serui obedite dominis carnalibus, cum 5
timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: *non ad ocu- 6
lũ seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, *cum bona volun- 7
tate seruientes, sicut Domino & nõ hominibus. *scientes quoniam vnusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc 8
recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. *Et vos domini eadem facite illis, 9
remittentes minas: scientes quia & illorum & vester Dominus, est in cælis: &
Deu.10,17 1Tim.1,7. Iob.34,19. Iap.2,1. Eph.5,6. Col.3,25. Act.10,34. 1Tim.1,17. 'personarũ acceptio non est apud eum.
*De cætero fratres, confortamini in Do- 10
mino, & in potentia virtutis eius. *In- 11
duite vos armaturam Dei: vt possitis stare aduersus insidias diabuli. *quoniam 12
non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus. *Propterea 13
accipite armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo, & "in omnibus perfe- "omnibus perfectis 1 MS. G.Q.n.
14 cti' stare. *State ergo succincti lumbos
vestros in veritate, & induti loricam iu-
15 stitiæ, *& calceati pedes in præparatio-
16 nem Euangelij pacis: *in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.
17 *& 'galeam salutis assumite: & gladium Isai.59,17. 1 Thes.5,8. Luc.18,1.
18 spiritus, (quod est verbũ Dei) *' per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in ipso 'vi- Col.4,2.
gilantes in omni instantia, & obsecra-
19 tione pro omnibus sanctis: *' & pro me, 2 Thes.3,1.
vt detur mihi sermo in apertione oris
mei cum fiducia, notum facere mysteriũ Euangelij, *pro quo legatione fun-
20 gor in catena, ita vt in ipso audeam, pro-
21 ut oportet me, loqui. *Vt autem & vos sciatis quę circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in Domi-
22 no: *quem misi ad vos in hoc ipsum, vt
23 cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra. *Pax fratribus & cha-
24 ritas cum fide à Deo patre*, & Domino *nostro MS 4.
Iesu Christo. *Gratia cum omnibus qui
diligunt Dominum nostrũ Iesum Christum in incorruptione. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD PHILIPPENSES.

CAP. I.

1 PAVLVS & Timotheus serui Iesu Christi: omnibus
sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episco-
2 pis & "diaconibus'. *Gratia "diaconis 2 MS.G.
vobis & pax à Deo patre nostro, & Do-
3 mino Iesu Christo. *Gratias ago Deo
4 meo in omni memoria vestri. *(semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem
5 faciens) *super communicatione vestra in euangelio Christi à prima die vsque
6 nunc. *confidẽs hoc ipsum quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsq.

in diem Christi Iesu. [7] ℣sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis, eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. [8] ℣Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. [9] ℣Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu: [10] ℣vt probetis potiora, vt sitis sinceres & sine offensa in diem Christi, [11] ℣repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudẽ Dei.

[12] ℣Scire autem vos volo fratres, quia quę circa me sunt, magis ad profectum venerunt Euangelij: [13] ℣ita vt vincula mea manifesta fierẽt in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus, [14] ℣vt plures è fratribus in Domino, confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui. [15] ℣Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem: quidam autẽ & propter bonam voluntatem Christum prædicant. [16] ℣Quidam ex charitate: scientes quoniam in defensionem Euangelij positus sum.

[17] ℣Quidam autem ex contentione Christum annuntiant nõ sincerè: existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.

[18] ℣Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionẽ, siue per veritatem, Christus "annuntietur': & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. [19] ℣Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem & subministrationem Spiritus Iesu Christi, [20] ℣secundũ expectationem & spem meam, quia in nullo cõfundar, sed in omni fiducia sicut semper, & nũc magnificabitur Christ⁹ in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. [21] ℣Mihi enim viuere Christ⁹ est: & mori lucrum.

[22] ℣Quod si viuere in carne, "hic' mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro.

[23] ℣Coarctor autem è duobus: desiderium habens dissolui & esse cũ Christo, multò magis melius: [24] ℣permanere autem in carne, [25] ℣necessariũ propter vos. [26] ℣Et hoc confidens, scio quia manebo & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum & gaudium fidei: [27] ℣vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meũ aduentum iterum ad vos. [28] ℣Tantùm dignè Euangelio Christi conuersamini: vt siue cùm venero, & videro vos, siue absens, audiam de vobis quia statis in vno spiritu, vnanimes, collaborantes fidei Euangelij. [29] ℣Et in nullo terreamini ab aduersariis, quæ illis est causa perditionis: vobis autem salutis, & hoc à Deo: [30] ℣quia vobis donatum est pro Christo, non solùm vt in eũ credatis, sed vt etiam pro illo patiamini; [1] ℣idem certamen habentes quale & vidistis in me, & nunc "audistis de me.

"annuntiatur 1 MS. G.

"hoc R G.

*magis 4 MS. G. *valde Amb.

Ephes. 4, 1. Col. 1, 10. 1 Thes. 2, 12

"auditis 1 MS. Amb. G. S.

CAP. II.

[1] ℣SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatiũ charitatis, siqua societas spiritus, siqua viscera "miserationis': [2] ℣implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habẽtes, vnanimes, [3] ℣idipsum sentientes: [4] ℣nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes: [5] ℣non quę sua sunt singuli considerantes, sed ea quę aliorum. [6] ℣Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu; [7] ℣qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, [8] ℣sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. [9] ℣Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. [10] ℣Propter quod & Deus exaltauit illũ: & donauit illi nomẽ quod est super omne nomẽ: [11] ℣vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium*, terrestrium, & infernorum, [12] ℣& omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. [13] ℣Itaque charissimi mei (sicut semper obedistis:) non vt in præsentia mei tantùm, sed multò magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutẽ operamini. [14] ℣Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona volũtate. [15] ℣Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus: [16] ℣vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ. inter quos lucetis sicut luminaria in mundo: [16] ℣verbum

"ac miserationes 7 MS. Amb. G. S.

1 Cor. 11, 24-31.

Heb. 2, 9.

Isai. 45, 23. Rom. 14, 11 * & 2 MS. G. S.

1 Par. 4, 9.

[16] ℣verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi, quia nõ in vacuum cucurri, neq. in vacũ laboraui. [17] ℣Sed & si immolor, supra sacrificiũ & obsequiũ fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. [18] ℣Idipsum autẽ & vos gaudete, & congratulamini mihi. [19] ℣Spero autem in Domino Iesu, 'Timótheum me citò mittere ad vos: vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. [20] ℣Neminẽ enim habeo tam vnanimem, qui sincera affectione pro vobis solicitus sit. [21] ℣'Omnes enim quæ sua sunt quærunt: non quę sunt Iesu Christi. [22] ℣Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecũ seruiuit in "Euangelio'. [23] ℣Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox, vt videro quæ circa me sunt. [24] ℣Confido autem in Domino quoniam & ipse veniam ad vos citò. [25] ℣Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorẽ & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos. [26] ℣quoniã quidem omnes vos desiderabat: & mœstus erat, propterea quòd audieratis illũ infirmatum. [27] ℣Nam & infirmatus est vsque ad mortem: sed Deus misertus est eius: non solùm autem eius, verùm etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. [28] ℣Festinantiùs ergo misi illum: vt viso eo, iterũ gaudeatis, & ego sine tristitia sim. [29] ℣Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino: & eiusmodi cum honore habetote. [30] ℣quoniam propter opus Christi, vsque ad mortem accessit: tradens animam suam, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meũ obsequium.

1 Cor. 16, 10. 1 Cor. 4, 17.

"Euangelium 1 MS. G.

CAP. III.

[1] ℣DE cætero fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. [2] ℣Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. [3] ℣Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus Deo: & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, [4] ℣quãquam & ego habeam confidentiam in carne. Siquis alius videtur confidere in carne: ego magis, [5] ℣circumcisus octauo die, ex genere Israël, de tribu Ben-iamin, 'Hebræus ex Hebræis; 'secundum legem Pharisæus, [6] ℣secundum æmulationem persequens ecclesiã Dei, secundum iustitiam quæ in lege est conuersatus sine querela. [7] ℣Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. [8] ℣Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminẽtem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam: [9] ℣& inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi*, quæ ex Deo est iustitia in fide: [10] ℣ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem "passionum' illius: configuratus morti eius, [11] ℣si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis. [12] ℣Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si comprehẽdam in quo & comprehensus sum à Christo Iesu.

[13] ℣Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem: quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ [14] sunt priora extẽdens meipsum; ℣ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. [15] ℣Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & siquid aliter sapitis, & hoc vobis [16] Deus 'reuelauit'. ℣Veruntamen ad quid peruẽnimus, vt idẽ sapiamus, in eadem [17] permaneamus regula. ℣Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos qui ita ambulãt sicut habetis formã "nostram'. [18] ℣'Multi enim ambulant, quos sæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) [19] inimicos crucis Christi: ℣quorum finis, interitus: quorũ Deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. [20] ℣Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde etiam Saluatorem expectamus, Dominũ nostrum Iesum Christum, [21] ℣qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem qua etiam possit subijcere sibi omnia.

2 Cor. 11, 22 Act. 23, 6.

*Iesu M s q.

"passionis M s q.

"reuelabit 6 MS. R. G. S.

"nos 1 MS. G. Rom. 16, 17

*1 MS. lat. G. S. *2 MS. lat. G. S.

CAP. IIII.

ITaq. fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic state in Domino, charissimi.
*Euodiã 3 MS. R. G. S. *Euhodiam Amb. *Euodiam rogo & *Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in Dño. *Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quę mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. *Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. *Modestia vestra nota sit omnibus hominib⁹: Dominus propè est. *Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione, cũ gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. *Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu. *De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quęcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, siqua virtus, siqua laus disciplinæ, hæc cogitate.
-2 MS. G. S. *Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum. *Gauisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis. *Non quasi propter penuriã dico. ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. *Scio & humiliari, scio & abundare: (vbique, & in omnibus instítutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. *omnia possum in eo qui me confortat. *Veruntamen bene feciſtis, communicantes tribulationi meæ. *Scitis aũt & vos Philippenses, quòd in principio Euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli: *quia & Thessalonicam, semel & bis in vsum mihi misistis. *Non quia quæro datum: sed requiro fructum abundantem in ratione vestra'. *Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorẽ suauitatis, hostiam acceptam, placentẽ Deo. *Deus autem
*in rationem vestram 2 MS. Ambr. G.
Rom. 12, 1.

meus impleat omne desiderium vestrum secundũ diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. *Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. *Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. *Salutant vos qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti: maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD COLOSSENSES.

CAP. I.

PAvlvs Apostolus Iesu Christi per voluntatẽ Dei, & Timótheus frater: *eis qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes: *audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionẽ quam habetis in sanctos omnes, *propter spem quæ reposita est vobis in cęlis, quam audistis in verbo veritatis Euangelij, *quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit sicut in vobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate, *sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, *qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. *ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali: *vt ambuletis dignè, Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: *in omni virtute confortati secundum potentiã claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cũ gaudio *gratias agentes "Deo & Patri"
"Patri 2 MS. Amb. G q.

Deo patri 19 MS. s. q. & Patri' qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine: *qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnũ filij dilectionis suæ, *in quo habemus redemptionẽ, *remissionem peccatorum, *qui est imago Dei inuisibilis, primogenit⁹ omnis creaturę: *quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principat⁹, siue potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: *& ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. *Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens.
*quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare: *& per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificãs per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. *Et vos cùm essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis: *nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortẽ, exhibere vos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso. *si tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Euãgelij quod audistis, quod prædicatũ est in vniuersa creatura quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister. *Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia: *cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vobis', vt impleam verbum Dei, *mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, *quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ, *quẽ nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnẽ hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominẽ perfectum in Christo Iesu. *in quo & laboro, certando secundum operationem eius quam operatur in me in virtute.
*vos 2 MS. Amb. G.

CAP. II.

VOlo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis & pro ijs qui sunt Laodiciæ, & quicunque non viderunt faciem meã in carne: *vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei *Patris' Christi Iesu, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscõditi.
*& 3 MS. R. G. *& 7 MS. R. G. S.
*Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonũ. *Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns ordinẽ vestrum, & firmamentũ eius quæ in Christo est, fidei vestræ. *Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum, in ipso ambulate, *radicati & superædificati in ipso, & confirmati fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam: secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. *quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: *& estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: *in quo & circuncisi estis circuncisione nõ manu facta in expoliatione corporis carnis, *in circuncisione Christi, *consepulti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidẽ operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. *Et vos cùm mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo: donans vobis omnia delicta, *delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti', quod erat contrarium nobis. & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: *& expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palã, triumphans illos in semetipso.
*Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi', aut neomeniæ, aut sabbathorum: *quę sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. *Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorum, quę non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, *& non tenens caput, ex quo totũ corpus per
*peccatorũ G. Q. S. *sed o. *decreti 3 MS. Amb. G. S. Eph. 2, 1. -o. Mat. 24, 4.

pus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentũ Dei. [20] *Si ergo mortui eſtis cum Chriſto, ab elementis huius mũdi: quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? [21] *Ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis: [22] *quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum. quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.

- 2 MS. G.S.

* Ne tetigeris, neq. guſtaueris, neque cõtrectaueris MS. G.S.

CAP. III.

[1] IGitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto: quæ ſurſum ſunt, quærite: vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. [2] *quæ ſurſum ſunt ſapite: non quæ ſuper terram. [3] *Mortui enim eſtis: & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. [4] *Cùm Chriſtus apparuerit, vita veſtra: tunc & vos apparebitis cũ ipſo in gloria. [5] *Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcẽtiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus: [6] *propter quæ, venit ira Dei ſuper filios incredulitatis. [7] *in quibus & vos ambulaſtis aliquãdo, cùm viueretis in illis. [8] *Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. [9] *Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, [10] *& induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, ſecũdum imaginem eius qui creauit illum. [11] *vbi non eſt, Gentilis & Iudæus, circunciſio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber: ſed omnia, & in omnibus Chriſtus. [12] *Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patiẽtiam, [13] *ſupportantes inuicem: & donantes vobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelam, ſicut & Dominus donauit vobis: ita & vos. [14] *Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis: [15] *& pax Chriſti exultet in

Rom. 6, 4. 12. Epheſ. 4, 23 Heb. 12, 1.

1 Pet. 2, 1. 4, 2.

* maſculus & fœmina MS.

Epheſ. 2, 11.

- 1 MS. Amb. G.S.

vobis. [10] *Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus, & Marcus conſobrinꝰ Barnabæ (de quo accepiſtis mandata. Si venerit ad vos, excipite illũ.) [11] *& Ieſus qui dicitur Iuſtus: qui ſunt ex circunciſione. hi ſoli ſunt adiutores mei in regno Dei: qui mihi fuerunt ſolatio. [12] *Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſolicitus pro vobis in orationibꝰ, vt ſtetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei. [13] *Teſtimonium enim illi perhibeo quòd habet multum laborem pro vobis, & pro iis qui ſunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. [14] *Salutat vos Lucas medicus chariſſimus: & Demas. [15] *Salutate fratres qui ſunt Laodiciæ: & Nymphã & quæ in domo eius eſt eccleſiam. [16] *Et cùm lecta fuerit apud vos epiſtola, facite vt & in Laodicenſium eccleſia legatur: & [a] eam quæ Laodicenſiũ eſt, vos legatis'. [17] *Et dicite Archippo, Vide miniſterium quod accepiſti in Domino, vt illud impleas. [18] *Salutatio, mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorũ meorum. Gratia vobiſcum. Amen.

Col. 4, 7.

[a] ea quæ Laodicenſium eſt vobis legatur MS. q.

* Domini noſtri Ieſu Chriſti MS. q.

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES I.

CAP. I.

PAVLVS & Siluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo patre, & Domino Ieſu Chriſto. [2] *Gratia vobis & pax. Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis: memoriã veſtri facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione, [3] *memores operis fidei veſtræ & laboris, & charitatis, & ſuſtinẽtiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti, ante Deum & Patrem noſtrum: [4] *ſcientes fratres dilecti à Deo, electionem veſtram: [5] *quia Euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantùm, ſed in virtute & in ſpiritu ſancto, & in plenitudine multa, ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. [6] *Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini:

[a] Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto MS. b.c.

excipientes verbũ in tribulatione multa, cum gaudio ſpiritus ſancti: [7] *ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in [8] Macedonia & in Achaia. *A vobis enim diffamatus eſt ſermo Domini: nõ ſolùm in Macedonia & in Achaia, ſed [a] in omni loco, fides veſtra quæ eſt ad Deum, profecta eſt, ita vt nõ ſit nobis neceſſe quicquam loqui. [9] *Ipſi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo cõuerſi eſtis ad Deum à ſimulachris, ſeruire Deo viuo & vero, [10] *& expectare Filiũ eius de cælis (quem ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum, qui eripuit nos ab ira ventura.

[a] & in MS. G.S.

CAP. II.

[1] NAm ipſi ſcitis fratres introitũ noſtrum ad vos, quia non inanis fuit: [2] *ſed antè paſſi & contumeliis affecti (ſicut ſcitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo noſtro, loqui ad vos Euangeliũ Dei in multa ſolicitudine. [3] *Exhortatio enim noſtra non de errore, neq. de immunditia, neq. in dolo: [4] *ſed ſicut probati ſumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur: nõ quaſi hominibus placentes ſed Deo, qui probat [5] corda noſtra. *Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: neque in occaſione auaritiæ, Deus [6] teſtis eſt: *nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis. [7] *Cùm poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti Apoſtoli: ſed facti ſumus [a] paruuli in medio veſtrum, tanquã ſi nutrix [8] foueat filios ſuos: *ita deſiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non ſolùm Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras: quoniam chariſſimi nobis [9] facti eſtis. *Memores enim eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis. noctẽ & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euange- [10] liũ Dei. *Vos teſtes eſtis & Deus, quàm ſanctè, & iuſtè & ſine querela, vobis, qui [11] credidiſtis, fuimus. *ſicut ſcitis qualiter vnumquemque veſtrum (ſicut pater filios ſuos) [12] *deprecantes vos & conſolantes, teſtificati ſumus vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in ſuũ regnum & glo-

- 4 MS. G.S.

[a] honori 1 MS. lenes 2 MS. G.S. q.b.

Act. 16, 19. 22.

[a] habuerimus 1 MS.

1 Cor. 4, 12. 2 Theſſ. 3, 8.

& gloriam. *Ideò & nos gratias agimus 13
Deo ſine intermiſſione: quoniam cùm
accepiſſetis à nobis verbũ auditus Dei,
accepiſtis illud non vt verbum homi-
num, ſed (ſicut eſt verè) verbũ Dei, qui
operatur in vobis qui credidiſtis. *vos 14
enim imitatores facti eſtis fratres eccle-
ſiarum Dei quæ ſunt in Iudæa, in Chri-
ſto Ieſu: quia eadem paſſi eſtis & vos à
contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iu-
dæis, *qui & Dominum occiderunt Ie- 15
ſum & Prophetas, & nos perſecuti ſunt,
& Deo non placent, & omnibus homi-
nibus aduerſantur, *prohibentes nos 16
Gentibus loqui vt ſaluæ fiãt, vt impleant
peccata ſua ſemper. præuênit enim ira
Dei ſuper illos vſque in finem. *Nos 17
autem fratres deſolati à vobis ad tempus
horæ, aſpectu, non corde: abundantius
feſtinauimus faciẽ veſtram videre cum
multo deſiderio. *quoniam voluimus 18
venire ad vos, ego quidem Paulus, & ſe-
mel & iterũ: ſed impediuit nos Satanas.
*Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium 19
aut corona gloriæ? Nónne vos ante Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis
in aduentu eius? *vos enim eſtis gloria 20
noſtra & gaudium.

CAP. III.

PRopter quod non ſuſtinentes am- 1
plius, placuit nobis remanere Athe-
nis, ſolis. *& miſimus Timótheum fra- 2
trem noſtrũ, & miniſtrum Dei in Euan-
gelio Chriſti, ad confirmãdos vos & ex-
hortandos pro fide veſtra: *vt nemo mo- 3
ueatur in tribulationibus iſtis: ipſi enim
ſcitis, quòd in hoc poſiti ſumus. *Nam 4
& cùm apud vos eſſemus, prædicebā-
mus vobis paſſuros nos tribulationes,
ſicut & factum eſt, & ſcitis. *Propterea 5
& ego amplius nõ ſuſtinens, miſi ad co-
gnoſcendam fidem veſtram: ne fortè
tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat
labor noſter. *Nunc autem veniente 6
Timótheo ad nos à vobis, & annuntiãte
nobis fidem & charitatem veſtram, &
quia memoriam noſtri habetis bonam
ſemper, deſiderantes nos videre, ſicut
nos quoque vos: *ideo conſolati ſumus 7
fratres, in vobis, in omni neceſſitate &
tribulatione noſtra per fidem veſtram,
8 *quoniam nunc viuimus, ſi vos ſtatis in
9 Domino. *Quam enim gratiarũ actio-
nẽ poſſumus Deo retribuere pro vobis,
in omni gaudio quo gaudemus propter
10 vos ante Deum noſtrum, *nocte ac die
abũdantiùs orantes vt videamus faciem
veſtram, & compleamus ea quæ deſunt
11 fidei veſtræ? *Ipſe autem Deus & Pater
noſter, & Dominus noſter Ieſus Chri-
12 ſtus dirigat viam noſtram ad vos. *Vos
autem Dominus multiplicet, & abun-
dare faciat charitatem in inuicem, & charita-
in omnes: quemadmodum & nos in vo- te Amb. G.
13 bis, *ad confirmanda corda veſtra ſine * veſtram
querela, in ſanctitate, ante Deum & Pa- M S. S.
trem noſtrum, in aduentu Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis
eius. Amen.

CAP. IIII.

1 DE cætero ergo fratres, rogamus vos
& obſecramus in Domino Ieſu, vt
quemadmodum accepiſtis à nobis, quo-
modo oporteat vos ambulare, & place-
re Deo, sicut & ambulatis, vt abun- *ſic & am
2 detis magis. *Scitis enim quæ præcepta buletis
dederim vobis per Dominum Ieſum. M S. R.
3 *Hæc eſt enim volũtas Dei, ſanctifica- G. S.
tio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatio- Rom. 12, 2.
4 ne, *vt ſciat vnuſquiſq. veſtrũ vas ſuum Epheſ. 5, 17.
poſſidere in ſanctificatione & honore:
5 *non in paſſione deſiderij, ſicut & Gen-
6 tes quæ ignorant Deum, *& nequis ſu-
pergrediatur, neq. circumueniat in ne-
gotio fratrem ſuum: quoniã vindex eſt *& 2 MS.
Dominus de his omnibus, ſicut prædi- Amb. G. S.
7 ximus vobis, & teſtificati ſumus. *non
enim vocauit nos Deus in immũditiam:
8 ſed in ſanctificationem. *Itaq. qui hæc -2 MS. G.
ſpernit, non hominẽ ſpernit, ſed Deum,
qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum
9 in nobis. *De charitate autem fraterni- Ioh. 13, 34.
tatis non neceſſe habemus ſcribere vo- 15, 17.
bis: ipſi enim vos à Deo didiciſtis vt di- 1 Ioh. 2, 10.
10 ligatis inuicem. *Etenim illud facitis in 4, 13.
omnes fratres in vniuerſa Macedonia.
Rogamus autem vos fratres vt abunde-
11 tis magis: *& operam detis vt quieti ſi-
tis, & vt veſtrum negotiũ agatis, & ope-
remini manibus veſtris, ſicut præcepi-
mus

*5 MS. Amb. G.

Act. 16, 1.

*peruênit MS. S. Q. n.

*autem 8 MS. Amb. G. S.

mus vobis: *& vt honeſtè ambuletis ad 12
eos qui foris ſunt: & nullius aliquid deſi-
deretis. *Nolumus autem vos ignorare 13
fratres de dormientibus, vt non contri-
ſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non ha-
bent. *Si enim credimus quòd Ieſus 14
mortuꝰ eſt & reſurrexit: ita & Deus eos
qui dormierũt per Ieſum, adducet cum
eo. *Hoc enim vobis dicimus in verbo 15
Domini, quia nos qui viuimus, qui reſi-
dui ſumus in aduentu Domini nõ præ- 1 Cor. 15,
ueniemus eos qui dormierunt. *Quo- 51. in aduen
niam ipſe Dominus in iuſſu & in voce tum 6 M S. Amb. G.
archangeli & in tuba Dei deſcendet de 16
cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, re-
ſurgent primi. *Deinde nos qui viuimus, 17
qui relinquimur: ſimul rapiemur cum
illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra,
& ſic ſemper cũ Domino erimus. *Itaq. 18
conſolamini inuicem in verbis iſtis.

CAP. V.

DE temporibus autem & momentis 1
fratres, non indigetis vt ſcribamus
vobis. *Ipſi enim diligenter ſcitis quia 2
dies Domini, ſicut fur in nocte, ita ve-
niet. *cùm enim dixerint, pax & ſecu- 3
ritas: tunc repẽtinus eis ſuperueniet in-
teritus, ſicut dolor in vtero habenti, &
non effugient. *Vos autem fratres, non 4
eſtis in tenebris: vt vos dies illa tanquam
fur comprehẽdat. *omnes enim vos, fi- 5
lij lucis eſtis, & filij diei: nõ ſumus noctis
neque tenebrarum. *Igitur non dormia- 6
mus ſicut & cæteri: ſed vigilemus & ſo-
brij ſimus. *Qui enim dormiunt, nocte 7
dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij
ſunt. *Nos autem qui diei ſumus, ſobrij 8
ſimus, induti loricam fidei & charitatis,
& galeam ſpem ſalutis: *quoniam non 9
poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſi-
tionem ſalutis per Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum, *qui mortuus eſt pro 10
nobis: vt ſiue vigilemus, ſiue dormia-
mus, ſimul cum illo viuamus. *Propter 11
quod conſolamini inuicem: & ædificate
alterutrum, ſicut & facitis. *Rogamus 12
autem vos fratres, vt noueritis eos qui
laborant inter vos, & præſunt vobis in
Domino, & monent vos: *vt habeatis 13
illos abundantiùs in charitate propter
opus illorum. pacem habete cum eis.
14 *Rogamus autem vos fratres, corripite
inquietos, cõſolamini puſillamines, ſuſ-
cipite infirmos, patientes eſtote ad om-
15 nes. *Videte nequis malum pro malo Prov. 17, 13.
alicui reddat: ſed ſemper quod bonũ eſt 20, 22.
16 ſectamini inuicem, & in omnes. *Sem- Rom. 12, 17
17 per gaudete. *Sine intermiſſione orate. 1 Pet. 3, 9.
18 *In omnibus gratias agite. hæc eſt enim Eccli. 18, 22
volũtas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus Luc. 18, 1.
19 vobis. *Spiritũ nolite extinguere. *Pro- Col. 4, 2.
20 phetias nolite ſpernere. *Omnia autem
21 probate: quod bonum eſt tenete. *Ab
22 omni ſpecie mala abſtinete vos. *Ipſe
23 autem Deus pacis ſanctificet vos per
omnia: vt integer ſpiritus veſter, & ani-
ma & corpus ſine querela, in aduentu
Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.
24 *Fidelis eſt qui vocauit vos, qui etiam 1 Cor. 1, 9.
25 faciet. *Fratres orate pro nobis. *Salu-
26 tate fratres omnes in oſculo ſancto. *Ad-
27 iuro vos per Dominum vt legatur epi-
ſtola hæc omnibus ſanctis fratribus. -2 MS.
28 *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vo-
biſcum. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES SECVNDA.

CAP. I.

1 PAVLVS & Siluanus & Timótheus: Eccleſiæ
Theſſalonicenſium in Deo Patre noſtro, &
Domino Ieſu Chriſto.
2 *Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chri-
3 ſto. *Gratias agere debemus ſemper Deo
pro vobis fratres, ita vt dignum eſt, quo-
niam ſupercreſcit fides veſtra, & abun-
dat charitas vniuſcuiuſq. veſtrum in in- *ominiũ 3 MS. R.
4 uicem: *ita vt & noſipſi in vobis glorie- Amb. G. S.
mur in eccleſiis Dei, pro patiẽtia veſtra,
& fide in omnibus perſecutionibus ve-
5 ſtris & tribulationibꝰ, quas ſuſtinetis *in
exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni ha-
beamini regno Dei, pro quo & patimi- *in 6.
ni. *ſi

*parue-nenti 1 M. *habentis M S. q.

Phil. 1, 28.

2 Thes. 1, 10. Apoc. 3, 3. 16, 15.

Eph. 5, 19. Col. 3, 16.

ni. [5]si tamen iustum est apud Deum re- 6
[a] retribu-tionem o. tribuere [a]tribulationem', iis qui vos tri-
bulant: [6]& vobis qui tribulamini re- 7
quiem nobiscum in reuelatione Domi-
ni Iesu de cælo cum angelis virtutis eius,
[7]in flamma ignis dantis vindictam iis qui 8
non nouerunt Deum, & qui non obe-
diunt Euangelio Dñi nostri Iesu Christi.
[8]qui pœnas dabunt in interitu æternas à 9
facie Domini & à gloria virtutis eius;
[9]cùm venerit glorificari in sanctis suis, 10
& admirabilis fieri in omnibus qui cre-
diderunt, quia creditũ est testimonium
nostrum super vos in die illo. [10]In quo 11
etiam oramus semper pro vobis: vt di-
gnetur vos vocatione sua Deus noster,
& impleat omnem voluntatem bonita-
[a] fuę Msq. tis [a]& opus fidei in virtute, [11]vt clarifice- 12
tur nomen Domini nostri Iesu Christi
in vobis, & vos in illo secundũ gratiam
Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

CAP. II.

ROgamus autem vos fratres per ad- 1
uentum Domini nostri Iesu Chri-
sti, & nostræ congregationis in ipsum:
[2]vt non citò moueamini à vestro sensu, 2
neque terreamini, neque per spiritum,
neque per sermonem, neque per epistо-
lam tanquam per nos [a]missam', quasi in-
[a] 1 MS. G. S. Eph. 5, 6. stet dies Domini. [3]Nequis vos seducat 3
vllo modo, quoniam nisi venerit discес-
sio primùm, & reuelatus fuerit homo
peccati, filius perditionis, [4]qui aduersa- 4
tur & extollitur supra omne quod dici-
tur Deus, aut quod colitur, ita vt in tem-
[a] quia 1 MS. G. plo Dei sedeat, ostendens sę [a]tanquam' 5
sit Deus. [5]Num retinetis quòd cùm ad-
huc essem apud vos, hæc dicebã vobis?
[6]Et nunc quid detineat scitis: vt reue- 6
letur in suo tẽpore. ([7]Nam mysterium 7
iam operatur iniquitatis: tantum vt qui
tenet nũc, teneat, donec de medio fiat.)
Isai. 11, 4. [8]Et tunc reuelabitur ille iniquus: [a]quem 8
Dominus Iesus interficiet spiritu oris
sui: & destruet illustratione aduentus sui
eum, [9]cuius est aduentus secũdum ope- 9
rationem Satanæ, in omni virtute, &
signis & prodigiis mendacibus, [10]& in 10
omni seductione iniquitatis iis qui per-
eunt, eo quòd charitatem veritatis non
[11]receperunt vt salui fierent. [12]Ideo mittet 11
illis Deus operationem erroris, vt cre- 12
dant mendacio: [13]vt iudicentur omnes
qui non crediderunt veritati, sed con- 13
senserunt iniquitati. [14]Nos autem debe-
mus gratias agere Deo semper pro vobis
fratres dilecti à Deo, quòd elegerit [a]vos' [a] nos M s. Q. n.
Deus primitias in salutem, in sanctifica- [a] ad quod 20 M s. G. s.
14 tione spiritus & fide veritatis: [15][a]in quam'
& vocauit vos per Euangeliũ nostrum,
in acquisitionem gloriæ Domini nostri
15 Iesu Christi. [16]Itaque fratres state: & te-
nete traditiones quas didicistis, siue per
sermonem, siue per epistolam nostram.
16 [17]Ipse autẽ Dominus noster Iesus Chri-
stus, & Deus & pater noster qui dilexit
nos, & dedit consolationem æternam,
17 & spem bonam in gratia: [18] Exhorte-
tur corda vestra, & confirmet in omni
opere & sermone bono.

CAP. III.

1 DE cætero fratres, [a]orate pro nobis, Ephes. 6, 18. Col. 4, 3.
vt sermo Dei currat & clarificetur,
2 sicut & apud vos: [3]& vt liberemur ab
importunis & malis hominibus. non
3 enim omnium est fides. [4]Fidelis autem
Dñs est, qui cõfirmabit vos & custodiet
4 à malo. [5]Confidimus autem de vobis in
Domino, quoniam quę [a]præcipimus', & [a] præcepi-mus M s. Amb. s.
facitis, & facietis. [6]Dominus autẽ diri-
5 gat corda vestra in charitate Dei, & pa-
tientia Christi. [7]Denuntiamus autẽ vo-
6 bis fratres in nomine Domini nostri Ie-
su Christi, vt subtrahatis vos ab omni
fratre ambulante inordinatè, & non se-
cundùm traditionem quã acceperunt à
7 nobis. [8]Ipsi enim scitis quẽadmodum
oporteat imitari nos: quoniam non in- Act. 20, 34. 1 Cor. 4, 12 1 Thes. 2, 9.
8 quieti fuimus inter vos: [9][a] neque gratis
panem manducauimus ab aliquo, sed in
labore & in fatigatione nocte & die ope-
rantes, ne quem vestrum grauaremus.
9 [10]Non quasi nõ habuerimus potestatem:
sed vt nosmetipsos formã daremus vo-
10 bis ad imitandum nos. [11]Nam & cùm
essemus apud vos, hoc denuntiabamus
vobis: quoniam siquis non vult operari, [a] Audi-mus 1 M s. G.
11 nec manducet. [12][a]Audiuimus' enim in-
ter vos quosdam ambulantes inquietè,
12 nihil operantes, sed curiosè agentes. [13]Ijs
autem

autem qui eiusmodi sunt, denũtiamus,
& obsecramus in Domino Iesu Christo,
vt cum silentio operantes, suum panem
manducent. [14][a]Vos autem fratres noli- 13
Gal. 6, 9. te deficere benefaciẽtes. [15]Quòd si quis 14
non obedit verbo nostro, per epistolam
hunc notate: & ne commisceamini cum
illo, vt confundatur: [16]& nolite quasi ini- 15
micum existimare, sed corripite vt fra-
trem. [17]Ipse autem Dominus pacis det 16
vobis pacem sempiternam in omni lo-
co. Dominus sit cum omnibus vobis.
[18]Salutatio, mea manu Pauli, quod est si- 17
gnum in omni epistola. ita scribo. [19]Gra- 18
tia Domini nostri Iesu Christi cum om-
nibus vobis. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM PRIMA.

CAP. I.

RAvlvs Apostolus Iesu 1
Christi secundum impe-
rium Dei saluatoris nostri,
& Christi Iesu spei nostræ:
Act. 16, 1. [2][a] Timótheo dilecto fi- 2
[a] 4 MS. Amb. G. lio in fide. Gratia, misericordia, [a]&'
pax, à Deo patre, & Christo Iesu Domi-
no nostro. [3]Sicut rogaui te vt remaneres 3
Epheſi cùm irem in Macedoniam, vt
denuntiares quibusdam ne aliter doce-
rent, [4]neque intenderent fabulis & ge- 4
nealogijs interminatis: quæ quæstiones
præstant magis quàm ædificationẽ Dei
quæ est in fide. [5]Finis autem præcepti 5
est charitas de corde puro, & conscien-
tia bona, & fide nõ ficta. [6]A quibus qui- 6
dam aberrantes, conuersi sunt in vani-
loquium, [7]volentes esse legis doctores, 7
non intelligentes neq. quæ loquuntur,
1 Tim. 1, 12. neq. de quibus affirmant. [8][a]Scimus au- 8
tem quia bona est lex, si quis ea legitimè
[a] scientes o. vtatur: [9][a]sciens' hoc quia lex iusto non 9
est posita, sed iniustis, & non subditis,
impijs & peccatoribus, sceleratis & cõ-
taminatis, parricidis & matricidis, ho-
micidis, [10]fornicarijs, masculorum con- 10
cubitoribus, plagiarijs, mendacibus,
periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ
11 aduersatur, [11]quæ est secundum Euan-
gelium glorię beati Dei, quod creditum
12 est mihi. [12]Gratias ago ei qui me confor-
tauit [a]Christo Iesu Domino nostro quia [a] in o.
fidelem me existimauit, ponens in mi-
13 nisterio. [13]qui prius blasphemus fui &
persecutor & contumeliosus. sed miseri-
cordiã Dei consecutus sum, quia igno-
14 rans feci in incredulitate. [14]Superabun-
dauit autem gratia Domini nostri cum
fide & dilectione, quæ est in Christo Ie-
15 su. [15]Fidelis sermo, & omni acceptione
dignus: quòd [a]Christus Iesus venit in Mat. 9, 13. Mar. 2, 17. [a] 1 MS. S.
[a]hunc' mundum peccatores saluos face-
16 re: quorum primus ego sum. [16]Sed ideo
misericordiam consecutus sum: vt in
me primò ostenderet Christ[a] Iesus om-
nem patiẽtiam, ad [a]informationem' eo- [a] deformationẽ o.
17 rum qui crediturí sunt illi in vitam ęter-
nam. [17]Regi autem seculorum immor-
tali, inuisibili, soli Deo honor & gloria
18 in secula seculorum, Amen. [18]Hoc præ-
ceptum commendo tibi fili Timóthee:
secundum præcedentes in te prophetias
19 vt milites in illis bonam militiam, [19]ha-
bens fidem & bonam conscientiã, quam
quidam repellentes, circa fidem naufra-
20 gauerunt. [20]ex quibus est Hymenæus &
Alexander: quos tradidi Satanæ, vt dis-
cant non blasphemare.

CAP. II.

OBsecro igitur primùm omnium fie- 1
ri obsecrationes, orationes, postula-
tiones, gratiarum actiones pro omnibus
2 hominibus, [2]pro regibus & omnibus
qui in sublimitate sunt: vt quietam &
tranquillam vitam agamus in omni pie-
3 tate & castitate. [3]hoc enim bonum est
& acceptũ coram saluatore nostro Deo,
4 [4]qui omnes homines vult saluos fieri,
5 & ad agnitionẽ veritatis venire. [5]Vnus
enim Deus, vnus & mediator Dei & ho-
6 minum homo Christus Iesus: [6]qui dedit
redemptionem semetipsum pro omni-
bus [a]cuius testimonium temporibus suis [a] 14 M s. G. s.
7 [a]confirmatum est'. [7][a]in quo positus sum [a] 14 M s. G. m. 2 Tim. 1, 11
ego prædicator & Apostolus (veritatem
dico, non mentior) doctor Gentium in

fide & veritate. [8] Volo ergo viros orare
in omni loco: leuantes puras manus, sine
1 Pet.3,3. ira & disceptatione. [9] Similiter & mu-
lieres in habitu ornato: cum verecundia
& sobrietate ornantes se, non in tortis
crinibus, aut auro, aut margaritis, vel
veste pretiosa, [10] sed quod decet mulieres
promittentes pietatem per opera bona.
[11] Mulier in silentio discat, cum omni
1 Cor.14, 34. subiectione. [12] Docere autem mulieri
non permitto, neq. dominari in virum:
Gen.1,27. sed esse in silentio. [13] Adam enim primus
formatus est: deinde Heua. [14] & Adam
Gen.3,6. non est seductus: mulier autem sedu-
cta, in præuaricatione fuit. [15] Saluabitur
permanserit MS q. autem per filiorũ generationem: si per-
manserint in fide & dilectione & sanc-
tificatione cum sobrietate.

CAP. III.

FIdelis sermo. Siquis episcopatum
desiderat, bonum opus desiderat.
Tit.1,7. [2] Oportet ergo episcopum irreprehen-
enim o. Tit.1,6. sibilem esse, vnius vxoris virũ, sobrium,
-s MS. Q.H. prudentem, ornatum, pudicum, hospi-
talem, doctorem, [3] non vinolẽtum, non
percussorem: sed modestum, nõ litigio-
sed MSq. sum, non cupidum, [4] suæ domui bene
præpositum, filios habentem subditos
cum omni castitate. [5] Siquis autem do-
mui suæ præesse nescit: quomodo eccle-
siæ Dei diligẽtiam habebit? [6] Non neo-
phytum: ne in superbiam elatus, in iudi-
cium incidat diaboli. [7] Oportet autem
illum & testimonium habere bonum
ab iis qui foris sunt: vt nõ in opprobrium
incidat & laqueum diaboli. [8] Diaconos
similiter pudicos, non bilingues, non
multo vino deditos, non turpe lucrum
sectantes: [9] habentes mysterium fidei in
conscientia pura. [10] Et hi autem proben-
tur primùm: & sic ministrent, nullum
crimen habentes. [11] Mulieres similiter
pudicas, non detrahentes, sobrias, fide-
les in omnibus. [12] Diaconi sint vnius
vxoris viri: qui filiis suis bene præsint,
& suis domibus. [13] Qui enim bene mini-
strauerint, gradum bonum sibi acqui-
rent, & multam fiduciam in fide quæ est
in Christo Iesu. [14] Hæc tibi scribo: spe-
* fili Timóthee MSq. rans me ad te venire citò. [15] si autem tar-
dauero: vt scias quomodo oporteat te in
domo Dei conuersari, quæ est ecclesia
Dei viui, columna & firmamentum ve-
16 ritatis. [16] Et manifestè magnum est pie-
tatis sacramentum, quod manifestatum
est in carne, iustificatum est in spiritu,
apparuit angelis, prædicatum est Gen-
tibus, creditum est in mũdo, assumptum
est in gloria.

CAP. IIII.

SPiritus autem manifestè dicit quia
2 Tim.3,1. 2 Pet.3,3. Iud.18. in nouissimis temporibus discedent
quidam à fide, attendentes spiritibus er-
2 roris & doctrinis dæmoniorum, [2] in hy-
pocrisi loquẽtium mendacium, & cau-
teriatam habentium suã conscientiam,
3 [3] prohibentium nubere, abstinere à ci-
bis quos Deus creauit ad percipiendum
cum gratiarum actione fidelibus, & iis
4 qui cognouerunt veritatem. [4] Quia om-
nis creatura Dei bona est, & nihil reij-
ciendum quod cum gratiarum actione
5 percipitur. [5] sanctificatur enim per ver-
6 bum Dei & orationem. [6] Hæc propo-
nens fratribus, bonus eris minister Chri-
sti Iesu, enutritus verbis fidei & bonæ
2 Tim.2,23 Tit.3,9. 7 doctrinæ quam assecutus es. [7] Ineptas
autem & aniles fabulas deuita: exerce
-ij MS. Amb. 8 autem' teipsum ad pietatem. [8] Nam
corporalis exercitatio, ad modicum vti-
lis est: pietas autem ad omnia vtilis est:
promissionẽ habens vitæ quæ nunc est,
9 & futuræ. [9] Fidelis sermo, & omni acce-
10 ptione dignus. [10] In hoc enim laboramus
& maledicimur, quia speramus in Deũ
quòd sperauimus I MS.G. viuum qui est saluator omnium homi-
11 num, maximè fidelium. [11] Præcipe hæc
12 & doce. [12] Nemo adolescentiam tuam
cõtemnat: sed exemplum esto fidelium
in verbo, in conuersatione, in charitate,
13 in fide, in castitate. [13] Dum venio, atten-
de lectioni, exhortationi, doctrinæ.
* & MS. Amb.S. 14 [14] Noli negligere gratiam quæ in te est:
quæ data est tibi per prophetiam, cum
15 impositione manuũ presbyterij. [15] Hæc
meditare, in his esto: vt profectus tuus
16 manifestus sit omnibus. [16] Attende tibi
& doctrinæ: insta in illis. Hoc enim fa-
ciens, & teipsum saluum facies, & eos
qui te audiunt.

CAP.

CAP. V.

SEniorẽ ne increpaueris: sed obsecra
vt patrem: iuuenes, vt fratres: [2] anus
vt matres: iuuenculas, vt sorores in omni
castitate. [3] Viduas honora: quæ verè
viduæ sunt. [4] Si qua autem vidua filios
discat 2 MS.G.S. aut nepotes habet: discat primùm do-
mum suam regere, & mutuam vicẽ red-
dere parentibus. hoc enim acceptũ est
coram Deo. [5] Quæ autem verè vidua est
sperat 10 MS.Amb. & desolata: speret in Deum, & instet
5. sperauit 3 MS.R.G. obsecrationibus & orationibus nocte &
Q.H. instat 10 MS.Amb. B.G.S. die. [6] Nã quæ in delicijs est: viuens mor-
Ibid ad eiusdem pertinere admonet Graecanica scholia. Itaque, Siquis, pro Siqua posse esset. tua est. [7] Et hoc præcipe vt irreprehen-
sibiles sint. [8] Siquis autem suorum, &
maximè domesticorum curam non ha-
bet, fidẽ negauit, & est infideli deterior.
[9] Vidua eligatur nõ minus sexaginta an-
norum, quæ fuerit vnius viri vxor, [10] in
operibus bonis testimonium habens, si
filios educauit, si hospitio recepit, si san-
ctorum pedes lauit, si tribulationẽ pa-
tientibus subministrauit, si omne opus
bonum subsecuta est. [11] Adolescentiores
autem viduas deuita. Cùm enim luxu-
riatæ fuerint in Christo, nubere volunt:
12 habentes damnationem, quia primam
fidem irritam fecerunt. [13] simul autem
& otiosæ discunt circuire domos: non
solùm otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ,
loquentes quæ non oportet. [14] Volo er-
go iuniores nubere: filios procreare, ma-
tresfamiliâs esse: nullam occasionẽ dare
aduersario maledicti gratia. [15] Iã enim
post o. quædam conuersæ sunt retro satanam.
[16] Si quis fidelis habet viduas, submini-
1 MS q. stret illis, & non grauetur ecclesia: vt ijs
quæ verè viduę sunt, sufficiat. [17] Qui be-
ne præsunt presbyteri, duplici honore
digni habeantur: maximè qui laborant
in verbo & doctrina. [18] Dicit enim scri-
Deut.25,4. 1 Cor.9,9. alligabis MS.G.S. Mat.10,10. Luc.10,7. ptura: Nõ infrænabis os boui triturán-
ti. &, dignus est operarius mercede sua.
[19] Aduersus presbyterum accusationem
noli recipere: nisi sub duobus aut tribus
testibus. [20] Peccantes coram omnibus ar-
gue: vt & cæteri timorem habeant. [21] Te-
stor coram Deo & Christo Iesu & electis
angelis, vt hæc custodias sine præiudi-
cio, nihil faciens in aliam partem decli-
22 nando. [22] Manus citò nemini impoueris,
neq. communicaueris peccatis alienis.
23 Teipsum castum custodi. [23] Noli adhuc
aquam bibere: sed modico vino vtere
24 propter stomachum tuum, & frequen-
tes tuas infirmitates. [24] Quorundam ho-
minum peccata manifesta sunt, præce-
dentia ad iudicium: quosdam autẽ sub- & 4 MS. R.Amb.G.
25 sequuntur. [25] Similiter & facta bona,
manifesta sunt: & quæ aliter se habent,
abscondi non possunt.

CAP. VI.

1 QVicunque sunt sub iugo serui, do-
minos suos omni honore dignos,
arbitrentur: ne nomẽ Domini & doctri-
2 na blasphemetur. [2] Qui autem fideles
habent dominos, non cõtemnant quia
fratres sunt, sed magis seruiant, quia fi-
deles sunt & dilecti, qui beneficij parti-
3 cipes sunt. Hæc doce, & exhortare. [3] Si-
quis aliter docet, & non acquiescit sanis
sermonibus Domini nostri Iesu Christi,
& ei quę secundum pietatem est, doctri-
4 næ: [4] superbus est, nihil sciens, sed lan-
guens circa quęstiones & pugnas verbo-
rum: ex quibus oriuntur inuidiæ, con-
tẽtiones, blasphemiæ, suspiciones malæ,
5 [5] conflictationes hominum mente cor-
ruptorum, & qui veritate priuati sunt,
existimantium quæstum esse pietatem.
6 [6] Est autẽ quæstus magnus, pietas cum
7 sufficientia. [7] Nihil enim intulimus in Iob.1,21. Eccl.5,14. hunc mundum: haud dubium, quòd -1 MS.S.
8 nec auferre quid possumus. [8] Habentes Pro.27,26. autem alimenta, & quibus tegamur, his
9 contenti simus. [9] Nam qui volunt diui- Mat.6,25.
tes fieri, incidunt in tentationem & la-
queum diaboli, & desideria multa inu- -1 MS. Amb. G.S.
tilia, & nociua, quæ mergunt homines * & MS q.
10 in interitum & perditionẽ. [10] Radix enim
omnium malorum est cupiditas: quam
quidam appetentes errauerunt à fide, &
11 inseruerunt se doloribus multis. [11] Tu
autem ô homo Dei, hæc fuge: sectare
verò iustitiam, pietatem, fidem, charita-
12 tem, patientiam, mansuetudinẽ. [12] Certa
bonũ certamen fidei: apprehẽde vitam
æternam, in qua vocatus es & confessus
bonam confessionem coram multis te-
13 stibus. [13] Præcipio tibi coram Deo qui vi-

Mat.27,10. Ioh.18,37. uificat omnia, & Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem: 14 vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque 15 in aduētum Domini nostri Iesu Christi. quem suis temporibus ostēdet beatus & solus potens, Rex regum & Dominus dominātium, qui solus habet im- 16 Apoc.17,14 & 19,16. mortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominū vidit, Ioh.1,18. 1 Ioh.4,12. sed nec videre potest, cui honor & im- 17 perium sempiternū. Amen. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sape- Luc.12,15. re, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum) bene agere, 18 diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi 19 fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. O Timó- 20 thee, depositum custodi: deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis sciētiæ, quam quidā pro- 21 mittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM SECVNDA.

CAP. I.

PAVLVS Apostolus Ie- 1
su Christi per voluntatem Dei, secundū promissionem vitę quæ est in Christo Iesu: Timótheo charissimo fi- 2
*&MS.S. lio, gratia, misericordia, *pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nostro.

*meo MS. *meis MS.S. Gratias ago Deo*, cui seruio à progenitoribus* in conscientia pura, quòd sine 3
intermissione habeā tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre, memor lachrymarū tuarum, vt gaudio implear, recordatio- 4 5
nem accipiēs eius fidei quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus 6 sum autē quòd & in te. Propter quam causam admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionem 7 manuum mearum. Non enim dedit Rom.8,15. nobis Deus spiritum timoris: sed virtu- 8
tis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neq; me vinctum eius: sed collabora Euangelio secundum virtutem 9
Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione sua' sancta, non secundū opera 4 MS. Amb. G.S. nostra, sed secundum propositum suum Tit.3,5. & gratiam, quæ data est nobis in Chri- 10
sto Iesu ante tempora secularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui Tit.1,2. destruxit quidem mortem, illuminauit autē vitam & incorruptionē per Euan- 11
gelium: in quo positus sum ego prædi- 1 Tim.2,7. cator & Apostolus & magister Gētium. Ob quam causam etiam hæc patior: 12
sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem: Formam habe sanorum verborum, quæ à 13
me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custo- 14
di per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis hoc, quòd auersi sunt à me *enim o. omnes qui in Asia sunt: ex quibus est 15
Phigelus, & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: "Phigellus15 MS. R.G.Q.R. "Philetus o. quia sæpe me refrigerauit, & catenam Infr.4,19. meā non erubuit. sed cùm Romam venisset: solicitè me quæsiuit, & inuenit. 16 17
Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. Et quanta 18
Epheси ministrauit, tu melius nosti.

CAP. II.

TV ergo fili mi, confortare in gratia 1
quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti à me per multos testes, hæc cōmenda fidelib⁹ hominibus, qui idonei erunt 2
& alios docere. Labora sicut bonus mi- 3
les Christi Iesu. Nemo militans Deo, - 1 MS. G.S. implicat se negotijs secularibus: vt ei 4
placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agōne: non coronatur nisi legiti- 5 "coronabitur o.
mè certauerit. Laborantem agricolam 6
oportet primùm de fructibus percipere. Intel-

re. Intellige quæ dico: dabit enim tibi 7
Dominus in omnibus intellectū. Me- 8
4 MSS. Amb.G.S. mor esto, Dominum Iesvm Christvm resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelium meum, 9
in quo laboro vsque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo pro- 10
pter electos: vt & ipsi salutē consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti. Fidelis sermo. Nam si commor- 11
tui sumus: & conuiuemus. si sustine- 12
Mat.10,33. Mar.8,38. Luc.9,5. bimus: & conregnabimus. si negauerimus: & ille negabit nos. si non credi- 13
mus: ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc commone: testi- 14
'Deo MS q. ficans coram Domino'. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile est, nisi
in 5 MS. add s. ad subuersionem audientium. Solici- 15
5 MS. 6 MS. G.S. 6 MS. G.S. 5 MS. G. 6 Q.R. tè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operariū inconfusibilē, rectè tractantem verbum veritatis. Profana au- 16
'proficiēt' 3 MS. R. Amb. G.S. tem & inaniloquia deuita. multū enim 'proficiunt' ad impietatem: & sermo 17
serpet 7 MS.R. G.S. eorum vt cancer 'serpit': ex quibus est Hymenæus & Philētus: qui à veritate 18
exciderunt, dicentes resurrectionē esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem. Sed firmum fundamen- 19
tum Dei stat, habens signaculum hoc, Cognouit Dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. In magna autem do- 20
mo, non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emunda- 21
uerit se ab istis: erit vas in honorem sanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratū. Iuuenilia autem 22
desideria fuge: sectare verò iustitiam, fidem, charitatem, & pacem cum ijs qui inuocant Dominum de corde puro.
1 Tim.1,7: Tit.3,9. Stultas autē & sine disciplina quęstiones deuita: sciens quia generant lites. 23
Seruum autem Domini non oportet li- 24
tigare: sed mansuetū esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia cor- 25
- 10 MS. Amb.G.S. Q.R. ripientem eos qui resistunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad 26
cognoscendā veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo 'captiui' tenentur ad ipsius voluntatem. "capti 3 MS. Amb.

CAP. III.

HOc autem scito, quòd in nouissi- 1 1 Tim.4,1.
mis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipsos 2
amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, 3 2 Reg.3,3. Iudæ 18.
sceleſti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine 4
benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis 5
quàm Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. ex his enim sunt qui 6
penetrant domos: & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis: semper discen- 7
tes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodū autem Exo. 7,11. 22.
Iannes & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. sed vl- 8 9
trà non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Tu autē assecutus es meam 10
doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionē, pa- 11
tientiā, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui, & Actorum 13.&14.
ex omnibus eripuit me Dominus. Et 12
omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionē patientur. Mali au- 13
tem homines & seductores proficient in peius: errantes & in errorem mittentes.
Tu verò permane in ijs quæ didicisti, 14
& credita sunt tibi: sciens à quo didiceris. & quia ab infantia sacras literas no- 15
sti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. Om- 16 1 Pet. 1,20.
nis scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendū, ad 'corrigendum', ad erudiendum in iustitia: "corripiendum MS q.
vt perfectus sit homo Dei, ad omne 17
opus bonum instructus.

CAP. IIII.

TEstificor coram Deo & Iesu Chri- 1
sto qui iudicatur⁹ est viuos & mortuos;

tuos,& per aduentum ipſius,& regnum
eius: *prædica verbum. inſta oportunè, 2
importunè: argue, obſecra, increpa in
omni patientia & doctrina. *Erit enim 3
tempus cùm ſanam doctrinam non ſu-
ſtinebunt:ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros,prurientes auribus, 4
*& à veritate quidem auditum auertẽt, 5
ad fabulas autẽ conuertentur. *Tu verò
vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ,miniſterium tuum imple. ˜Sobrius eſto'. *Ego enim iam delibor: & 6
-2 MS. Amb. G. S. Q. n.
tẽpus reſolutionis meæ inſtat. *Bonum 7
certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. *In reliquo, repoſita 8
eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet
mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex:
non ſolùm autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius. *Feſtina ad me 9
venire citò. *Demas enim me reliquit, 10
diligens hoc ſeculũ, & abiit Theſſalonicam: Creſcẽs in Galatiam, Titus in Dal-
matiam. * Lucas eſt mecum ſolus. Mar- 11
Col. 4, 14.
cum aſſume, & adduc tecum: eſt enim
mihi vtilis in "miniſterium'. *Tychicum 12
" miniſterio MS q.
autem miſi Epheſum. *Penulam quam 13
reliqui Troade apud Carpum, veniens
affer tecum, & libros, maximè autem
membranas. *Alexander ærarius mul- 14
ta mala mihi oſtendit. "reddet'illi Domi-
" reddat 7 MS. R. Amb. G. Q. n.
nus ſecundum opera eius: *quem & tu 15
deuita: valde enim reſtitit verbis noſtris.
*In prima mea defenſione nemo mihi 16
affuit,ſed omnes me dereliquerunt:non
illis "imputetur'. *Dominus autem mihi 17
" reputetur 2 MS.
aſtitit,& confortauit me, vt per me prædicatio "impleatur', & audiant omnes
" implere-tur 6 MS. Amb.
Gentes; & liberatus ſum de ore leonis.
*"Liberauit'me Dominus ab omni ope- 18
" Liberabit autem 3 MS. Amb. G. S.
re malo: & ſaluum faciet in regnũ ſuum
cæleſte, cui gloria in ſecula ſeculorum.
Amen. *Saluta "Priſcam'& Aquilam, & 19
" Priſcillam MS. R. Amb. G. S. Q. n. Sup. 1, 16.
'Oneſiphori domum. *Eraſtus remanſit 20
Corinthi. Trophimum autẽ reliqui infirmum Mileti. *Feſtina ante hyemem 21
venire. " Salutãt' te Eubulus, & Pudens,
" Salutat 3 MS. Amb. G. S.
& Linus, & Claudia, & fratres omnes.
*Dominus Ieſus Chriſtus cum ſpiritu 22
*nobiſcum G. q. *tecum S.
tuo. Gratia "vobiſcum'. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD TITVM.

CAP. I.

PAVLVS ſeruus Dei, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti ſecundũ fidem electorũ Dei & agnitionem veritatis: quæ ſecũdum pietatem eſt 1 2
*in ſpem vitæ æternæ, quam promiſit
qui non mentitur, Deus, 'ante tempora 1 Tim. 1, 9.
ſecularia: *manifeſtauit aũt temporibus 3
ſuis verbum ſuum in prædicatione,quæ
credita eſt mihi ſecundum præceptum 4
ſaluatoris noſtri Dei: *Tito dilecto filio
ſecundũ communẽ fidem, gratia & pax
à Deo patre, & Chriſto Ieſu ſaluatore
noſtro. *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſti- 5
tuas per ciuitates presbyteros, ſicut &
ego diſpoſui tibi. *'Si quis ſine crimine 6 1 Tim. 3, 2.
eſt, vnius vxoris vir, filios habens fideles,
non in accuſatione luxuriæ,aut non ſubditos. *'Oportet enim epiſcopum ſine 7 1 Tim. 3, 2.
crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem:
non ſuperbum, non iracundum, non
vinolentum,non percuſſorem,non turpis lucri cupidum: *ſed hoſpitalem, be- 8
nignum, "ſobrium, iuſtum, ſanctũ, con- " prudentem 17 MS. R. Q. n.
tinentem: *amplectentem eum qui ſe- 9
cundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit "exhortari in doctrina *& 4 MS. G. S.
ſana, & eos qui contradicunt, arguere.
*Sunt enim multi inobedientes, vani- 10
loqui & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt: *quos oportet redargui 11
qui vniuerſas domos ſubuertũt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.
*'Dixit quidam ex illis, proprius ipſo- 12 Epimenides.
rum propheta, Cretenſes ſemper mendaces,malæ beſtiæ,ventres pigri. *Teſti- 13
monium hoc verum eſt. Quam ob cauſam increpa illos durè, vt ſani ſint in
fide, *non intendentes Iudaicis fabulis, 14
& mandatis hominum auerſantium
ſe à veritate. *'Omnia munda mundis: 15 Rom. 14, 20.
coinquinatis autem & infidelibus nihil
eſt mundum,ſed inquinatæ ſunt eorum
& mens & conſcientia. *Confitentur ſe 16
noſſe Deum: factis autem negant cùm
ſint abominati & incredibiles, & ad
omne opus bonum reprobi.

CAP. II.

TV autẽ loquere quæ decent ſanam 1
doctrinam. *Senes, vt ſobrij ſint, 2
pudici,prudẽtes, ſani in fide, in dilectione,in patientia. *Anus ſimiliter,in habi- 3
tu ſancto non criminatrices, non multo vino ſeruientes: bene docentes, *vt 4
prudentiam doceant adoleſcentulas, vt
viros ſuos amẽt, filios ſuos diligãt, *pru- 5
dentes, caſtas, ˜ſobrias', domus curam
habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt
non blaſphemetur verbum Dei. *Iuue- 6
nes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint. *In 7
omnibus teipſum præbe exemplũ bo-
norum operum,in doctrina, "in integri- "integritatem,gratiatem 1 MS G.S. Textus conſtemnes eſt Hier.
tate,in grauitate', *verbum ſanum, irre-
prehenſibile: vt is qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malũ dicere de nobis. *'Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, 9 Ephe. 6, 5. Col. 3, 22. 1 Pet. 2, 18.
in omnibus placentes, nõ contradicentes: *non fraudantes, ſed in omnibus fi- 10
dem bonam oſtendentes: vt doctrinam
Saluatoris noſtri Dei ornẽt in omnibus.
*Apparuit enim gratia Dei "ſaluatoris 11 "ſalutaris 1 MS. G. S. ſenſ inter-pres noſter legi meritò grauiùs.
noſtri'omnibus hominibus: *erudiens 12
nos vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, *expectantes bea- 13
tam ſpem & aduentum gloriæ magni
Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,
*quidedit ſemetipſum pro nobis, vt nos 14
redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem,ſectatorem bonorum operum. *Hęc loque- 15
re,& exhortare,& argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

CAP. III.

ADmone illos principibus & pote- 1
ſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe,
*neminem blaſphemare, non litigioſos 2
eſſe,ſed modeſtos: omnem oſtendentes
manſuetudinem ad omnes homines.
*Eramus enim aliquando & nos inſi- 3
pientes, increduli,errantes,ſeruiẽtes deſideriis & voluptatibus variis, in malitia
& inuidia agentes,odibiles, odientes inuicem. *Cùm autem benignitas & hu- 4
manitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei:
*'non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus 5 2 Tim. 1, 9.
nos,ſed ſecundùm ſuam miſericordiam
ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti,
*quem effudit in nos abundè per Ieſum 6
Chriſtum ſaluatorem noſtrum: *vt iu- 7
ſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitę æternę. *Fidelis ſer- 8
mo eſt: & de his volo te confirmare: vt
curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo. Hęc ſunt bona & vtilia homi-
nibus. *'Stultas autem quęſtiones,& ge- 9 1 Tim. 4, 7; 2 Tim. 2, 23
nealogias,& contentiones,& pugnas legis deuita. ſunt enim inutiles & vanæ.
*Hæreticum hominem poſt vnam & 10
ſecundam correptionem deuita: *ſciens 11
quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, &
delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus. *Cũ miſero ad te Artemam 12
aut Tychicum, feſtina ad me venire Nicopolim. ibi enim ſtatui hyemare. *Zenam legiſperitũ & Apollo ſollicitè præ- 13
mitte, vt nihil illis deſit. *Diſcant autem 14
& noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus
neceſſarios: vt non ſint infructuoſi.
*Salutant te qui mecum ſunt omnes: 15
ſaluta eos qui nos amant in fide. Gratia
Dei cum omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD PHILEMONEM.

PAVLVS vinctus Chriſti Ieſu, & Timótheus frater: Philémoni dilecto & adiutori noſtro; 1 2
*& Appiæ ſorori chariſſimæ, & Archippo
commilitoni noſtro, & eccleſiæ quæ in 3
domo tua eſt. *Gratia vobis & pax à Deo
patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto:
*Gratias ago Deo meo,ſemper memo- 4
riam tui faciẽs in orationibus meis, *au- 5

diens charitatem tuam & fidem quam
habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos: *vt communicatio fidei tuæ eui- 6
*operis 2 MS.R.G.Q.n. dẽs fiat in agnitione omnis *boni "quod
"quæ est 3 MS. est "in vobis in Christo Iesu. *Gaudium 7
-4 MS. R.G. enim magnum habui & consolationem
*in nobis 7 MS. Amb.G. in charitate tua; quia viscera sanctorum
-MS. Q.n. requieuerunt per te frater. *Propter 8
quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperãdi tibi quod ad rem pertinet: *propter charitatem magis obsecro, cùm sis talis, vt Paulus senex, nunc 9
autem & vinctus Iesu Christi. *Obsecro 10
te pro meo filio quem genui in vinculis,
Onesimo, *qui tibi aliquando inutilis 11
fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis,
-3 MS.G. "id est 6 Ms. Hier. G. *quem remisi "tibi". Tu autem illum "vt" 12
mea viscera, suscipe. *quem ego volue- 13
ram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euãgelij: *sine con- 14
silio autem tuo nihil volui facere, vti ne
velut ex necessitate bonum tuum esset,
sed voluntarium. *Forsitan enim ideo 15
discessit ad horam à te, vt æternũ illum
reciperes: *iam non vt seruum, sed pro 16
seruo charissimũ fratrẽ, maximè mihi;
quanto autem magis tibi & in carne &
in Domino? *Si ergo habes me socium: 17
suscipe illum sicut me. *Si autẽ aliquid 18
nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa.
*Ego Paulus scripsi mea manu: ego red- 19
dam: vt non dicam tibi, quòd & teipsum
mihi debes. *ita frater. Ego te fruar in 20
*Christo MS. Hier. Gq. 5. Domino. Refice viscera mea in "Domino". *Confidens in obedientia tua 21
scripsi tibi: sciens quoniam & super id
quod dico, facies. *Simul autem & para 22
mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis. *Salutat 23
te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu; *Marcus, Aristarchus, Demas 24
& Lucas adiutores mei. *Gratia Do- 25
mini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD HEBRÆOS.

CAP. I.

MVLTIFARIAM multisq. modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: *"nouissimè" "nouissimis MS. G.S. diebus istis locutus est nobis in Filio, quẽ cõstituit hæredem vniuersorũ, per quem fecit & secula. *"qui cùm sit splendor Sap.7,26. gloriæ, & figura substãtię eius, portansq. omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, "sedet" ad dexteram "sedit 1 MS.G. maiestatis in excelsis: *tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. *Cui enim dixit aliquando angelorum, 'Filius meus Psal.2,7. es tu, ego hodie genui te? Et rursum: 'Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi 2 Reg.7,14 in filium? *Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, 'Et adorent eum omnes angeli Dei. *Et Psal.96,8. ad angelos quidem dicit, 'Qui facit angelos suos, spiritus: & ministros suos, Psal.103,4. flammã ignis. *Ad filium autem: 'Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga Psal.44,7. æquitatis, virga regni tui. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. *Et, 'Tu in Ps.101,26. principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli: *Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent. *Et velut amictum "mutabis" eos, & mutabuntur: tu autẽ idem ipse es, & anni tui non "inuolues 1 MS.G.S. deficient. *Ad quem autem angelorum dixit aliquando: 'Sede à dextris meis, Psal.109,1. 1 Co.15,25 quoadvsque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? *Nónne omnes, sunt administratorij spiritus: in ministerium missi propter eos qui hæreditatem "capient" salutis? "capiunt MS q.R. B.Q.n.

CAP. II.

PROpterea abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus: ne fortè

fortè pereffluamus. *Si enim qui per 2
angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: *quomodo nos effugiemus si 3
tantam neglexerimus salutem: quę cùm
initium accepissent enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, *conteſtãte Deo signis, & por- 4
tentis, & variis virtutibus, & Spiritus
sancti distributionibus secundum suam
voluntatem. *Non enim angelis subie- 5
*3 MS. G.S. cit "Deus" orbem terræ futurum, de quo
loquimur. *Testatus est autẽ in quodam 6
Psal.8,5. loco quis, dicens, 'Quid est homo quòd
memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum? *Minuisti eum paulo- 7
minus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. *'Omnia subiecisti 8
Mat.28,18 1 Cor.15, 26. Ephes.1,22. sub pedib9 eius: In eo enim quòd omnia
ei subiecit, nihil dimisit non subiectum
ei. Nunc autem necdũ videmus omnia
Heb.2,8. subiecta ei. *'Eum autem qui modico 9
quàm angeli, minoratus est, videmus
Iesum propter passionem mortis, gloria
& honore coronatum: vt "gratia" Dei,
*Idem pro omnibus gustaret mortem. *Dece- 10
bat enim eum propter quem omnia, &
per quem omnia, qui multos filios in
gloriam adduxerat, authorem salutis
*"passiones 6 MS. G.S. eorum, per "passionem" "consummare".
"consummari MS. *Qui enim sanctificat, & qui sanctifi- 11
cantur: ex vno omnes. Propter quã causam non confunditur fratres eos voca-
Psal.21,23. re, *dicens, 'Nuntiabo nomẽ tuum fra- 12
tribus meis: in medio ecclesiæ laudabo
Psal.17,3. te. *Et iterum, 'Ego ero fidens in eum. 13
Isa.8,18. Et iterum: 'Ecce ego & pueri mei: quos
dedit mihi Deus. *Quia ergo pueri com- 14
municauerunt carni & sanguini: & ipse
Q.n.15,14 1 Co.15,54 similiter participauit eisdẽ: vt per mortem destrueret eũ qui habebat mortis
imperium, id est, diabolum: *& libera- 15
ret eos qui timore mortis per totã vitam
obnoxij erant seruituti. *Nusquã enim 16
angelos apprehendit: sed semen Abrahę
apprehendit. Vnde debuit per omnia
fratribus similari: *vt misericors fieret 17
& fidelis pontifex ad Deum, vt repropi-

tiaret delicta populi. In eo enim in quo 18
passus est ipse & tentatus: *potens est &
eis qui tentantur auxiliari.

CAP. III.

VNdè fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ 2
Iesum": *qui fidelis est ei qui fecit illum; *Christũ 6 MS.G.S. sicut & 'Moyses in omni domo eius. Num.12,7.
*Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse 3
dignus est habitus, quantò ampliorem
honorem habet domus, qui fabricauit
illam. *Omnis namque domus fabri- 4
catur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est. *Et Moyses quidem fidelis 5
erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda
erant: *Christus verò tanquam filius in 6
domo sua: quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem,
firmam retineamus. *Quapropter sicut 7
dicit Spiritus sanctus, 'Hodie si vocẽ eius Psal.94,8.
audieritis, *nolite obdurare corda ve- 8
stra sicut in exacerbatione secundũ diẽ
tentationis in deserto, *vbi tentauerunt 9
me patres vestri: probauerunt & vide-
runt opera mea *quadraginta annis. Pro- 10
pter quod infẽsus fui generationi huic,
& dixi, Semper errant corde. Ipsi autem
non cognouerunt vias meas. *quibus 11
iurauiin ira mea, Si introibunt in requiẽ
meam. *Videte fratres, ne fortè sit in 12
aliquo vestrum cor malum, incredulitatis, discedendi à Deo viuo: *sed adhorta- 13
mini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. *Par- 14
ticipes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius vsque ad fi-
nem firmum retineamus. *Dum dici- 15
tur, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra quemadmodũ in illa exacerbatione. *Quidã enim 16
audientes exacerbauerunt: sed non vniuersi qui profecti sunt ex Ægypto per
Moysen. *Quibus aũt infensus est qua- 17
draginta annis? Nónne illis qui peccauerunt 'quorum cadauera prostrata sunt Num. 14, 37.
in deserto? *'Quibus autem iurauit non 18 Num.14, 21,23.
introire in requiẽ ipsius: nisi illis qui in-

creduli fuerunt? *Et videmus quia non 19
potuerunt introire propter incredulitatem. CAP. IIII.
"in requiem ipsius MS. q.
TImeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introëundi in requiem 1
eius, existimetur aliquis ex vobis deesse.
*Etenim & nobis nuntiatum est, quem- 2
admodum & illis. sed nõ profuit illis sermo auditus, nõ admistus fidei ex ijs quæ audierunt. *Ingrediemur enim in re- 3
quiẽ qui credidimus: quemadmodum
Psal.94,11. dixit, 'Sicut iuraui in ira mea, si introi-
" factis 4 MS. G. S. bunt in requiem meam: & quidem operibus ab institutione mundi "perfectis'.
*Dixit enim quodam loco de die septi- 4
Gen.2,2. ma sic: 'Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. *Et in isto rur- 5
sum, 'Si introibunt in requiem meam.
*Quoniam ergo superest introire quos- 6
dam in illam, & ij quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem: *iterum terminat diem 7
quendã, Hodie, in Dauid dicendo, post tantum temporis, sicut suprà dictum
Sup.3,7. est, 'Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. *Nam si eis 8
Iesus requiem præstitisset: nunquam de alia loqueretur posthac die. *Itaque re- 9
linquitur sabbathismꝰ populo Dei. *Qui 10
enim ingressus est in requiẽ eius: etiam
*&MS q. ipse requieuit ab operibus suis, sicut *à suis Deus. *Festinemus ergò ingredi in 11
illam requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. *Viuus 12
est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationũ & intenPsal.33,16. Eccl.15,20. tionum cordis. *'Et non est vlla creatu- 13
ra inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. *Habentes ergo 14
pontificem magnum qui penetrauit cęlos Iesum filium Dei: teneamus *confes- *spei nostræ o.
sionem. *Non enim habemus pontifi- 15
cem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.
*Adeamus ergo cum fiducia ad thro- 16

num gratiæ*: vt misericordiã consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio *eius MS. B.S.
opportuno. CAP. V.
OMnis namq. Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in iis quæ sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. *qui 2
condolere possit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est 3
infirmitate: *& propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. *'Nec quis- 4 2 Pa.26,18
quam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquã Aaron. *Sic & Chri- 5
stus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum, 'Filius meus es tu: ego hodie genui te. Psal.2,7.
*Quemadmodum & in alio loco dicit, 6 Psal.109,4.
Tu es sacerdos in æternum, secundum
ordinem Melchisedec. *Qui in diebus 7
carnis suæ, preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluũ facere à morte cum clamore valido & lachrymis offerens, *exauditus est pro sua reuerentia. *&10 MS.G.S. *Dei MS q.
Et quidem cùm esset filius, didicit ex 8
iis quæ passus est, obedientiam. *& con- 9
summatus, factus est omnibus obtemperantibns sibi, causa salutis æternæ,
*appellatus à Deo pontifex iuxta ordi- 10
nẽ Melchi-sedec. *De quo nobis grandis sermo & "interpretabilis' ad dicen- 11 "ininterpretabilis 10 MS.R. G.S.Q.R.
dum: quoniam imbecilles facti estis ad
audiendũ. *Etenim cùm deberetis ma- 12
gistri esse propter tempus: rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.
*Omnis enim qui lactis est particeps, ex- 13
pers est sermonis iustitię: paruulus enim
est. *Perfectorum autem est solidus ci- 14
bus: eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni ac mali.

CAP. VI.

QVapropter intermittentes inchoationis Christi' sermonem ad perfe- 1
ctionem feramur, non rursum iacientes
fundamentum pœnitentiæ ab operibus
mortuis, & fidei ad Deũ, *baptismatum 2
doctrinæ, impositionis quoq. manuũ, ac
resurre-

resurrectionis mortuorũ, & iudicij æterni. *Et hoc faciemus, si quidem permise- 3
rit Deus. *'Impossibile enim est eos qui 4
Mat.12,45 Ioh.10,26. 1Pet.2,20. semel sunt illuminati, gustauerũt etiam
donum cæleste, & participes facti sunt
Spiritus sancti, *gustauerunt nihilomi- 5
nus bonum Dei verbum, virtutésque
seculi venturi, *& prolapsi sunt: rursus 6
renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. *Terra enim sæpe ve- 7
nientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur: accipit benedictionẽ à Deo.
*proferens autem spinas ac tribulos: re- 8
proba est, & maledicto proxima, cuius
consummatio in combustionem. *Con- 9
fidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. *Non enim iniustus Deus, vt obli- 10
uiscatur operis vestri & dilectionis quã
ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis. *Cupimus 11
autem vnumquemq. vestrum eandem
ostentare solicitudinem ad expletionem
spei vsq. in finem: *vt nõ segnes efficia- 12
mini, verùm imitatores eorũ qui fide &
patientia hæreditabunt promissiones.
*Abrahæ namque promittens Deus, 13
quoniam neminem habuit per quem
Gen.22,16. iuraret maiorẽ, 'iurauit per semetipsum,
Gen.12,3. 18,18.22, 26. *dicens, 'Nisi benedicens benedicam 14
te, & multiplicans multiplicabo te. *Et 15
sic lõganimiter ferẽs, adeptus est repromissionem. *Homines enim per maio- 16
rem sui iurant: & omnis controuersiæ
eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. *In quo abũdantius volens 17
Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: *vt per duas res im- 18
mobiles, quibus impossibile est mentiri
Deum, fortissimum solatiũ habeamus,
qui confugimus ad tenendam propositam spem, *quam sicut ancoram habe- 19
mus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis,
*vbi præcursor pro nobis introiit Iesus, 20
secundum ordinem Melchisedec pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

HIc enim 'Melchi-sedec, rex Salem, Gen.14,18.
sacerdos Dei summi, qui obuiauit
Abrahæ regresso à cæde regum, & bene- 1
dixit ei: *cui & decimas omnium diuisit 2
Abraham: primùm quidem qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autẽ & rex
Salem, quod est, rex pacis, *sine patre, 3
sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuũ. *Intuemini autem 4
quantus sit hic, cui & decimas dedit de
præcipuis Abraham patriarcha. *Et qui- 5
dem "de filiis Leui sacerdotiũ accipien- Nu.18, 22. Deu.18, 1-3 Ios.14,4.
tes, "mandatum habent decimas sume-
re à populo secundum legem, id est, à
fratribus suis: quãquam & ipsi exierint
de lumbis Abrahæ. *Cuius autem gene- 6
ratio non annumeratur in eis, decimas
sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. *Sine 7
vlla autem contradictione, quod minus
est, à meliore benedicitur. *Et hîc qui- 8
dem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur, quia viuit.
*Et (vt ita dictum sit) per Abraham, & 9
Leui, qui decimas "accepit', decimatus *accipit 6 MS. G. Q.R.
est. *adhuc enim in lumbis patris erat, 10
quando obuiauit ei Melchi-sedec. *Si 11
ergo cõsummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium
fuit secundum ordinem Melchi-sedec,
alium surgere sacerdotem, & nõ secun- 12
dum ordinem Aaron dici? *Translato
enim sacerdotio, necesse est vt & legis 13
translatio fiat. *In quo enim hæc dicuntur: de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. *Manifestum est enim 14
quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster: "sacerdotio 1 MS. R. G. S.
in qua tribu nihil de "sacerdotibus' Moy-
ses locutus est. *Et amplius adhuc ma- 15
nifestum est: si secũdum similitudinem
Melchi-sedec exurgat alius sacerdos,
*qui non secundum legem mandati 16
carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. *Cõtestatur enim, 17 Psal.109,4
'Quoniam tu es sacerdos in æternum,
secundum ordinem Melchi-sedec. *Re- 18

Reprobatio

probatio quidem fit præcedentis mandati: propter infirmitatem eius & inutilitatem. [19] nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum.

[20] Et quantum eſt non ſine iureiurando (alij quidem, ſine iureiurando ſacerdotes facti ſunt: [21] hic autẽ cum iureiurando per eum qui dixit ad illum, Iurauit Pſal.109,4. Dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum) [22] in tantum melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus.

[23] Et alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes, idcircò quòd morte prohiberentur permanere: [24] hic autẽ eo quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. [25] Vnde & ſaluare in perpe- acceden tes 13 MS. R.G.S. Q.n. tuum poteſt accedens per ſemetipſum ad Deum: ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. [26] Talis enim decebat vt eis 7 MS. G.S. nobis eſſet pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus. [27] qui non habet neceſſitatem quotidie (quẽadmodum Lev.9,7. 16,6. ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel, ſe offerendo. [28] Lex enim homines conſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes: ſermo autem iuriſiurandi qui poſt legem eſt, Filium in æternum perfectum.

CAP. VIII.

[1] CApitulum autem ſuper ea quæ dicuntur, Talem habemus Pontificem, qui cõſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis: [2] ſanctorum miniſter & Deus MS. B.S. tabernaculi veri, quod fixit Dominus & non homo. [3] Omnis enim pontifex, ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur, vnde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat: [4] ſi ergo eſſet ſuper terrã, nec eſſet ſacerdos: cùm eſſent qui offerrent ſecundùm legem munera, [5] qui exemplari & vmbræ deſeruiunt cæleſtiũ. Sicut reſpõſum eſt Moyſi, cùm conſummaret tabernaculum, Vide (inExo.25,9. 40. Act.7,44. quit) omnia facito ſecundũ exemplar quod tibi oſtẽſum eſt in monte. [6] Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium quantò & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. [7] Nam ſi illud prius culpa vacaſſet: non vtique ſecundi locus inquireretur. [8] Vituperans enim eos dicit: Ecce dies venient, dicit Dominus: Ier.31,31. & cõſummabo ſuper domum Iſraël, & ſuper domum Iuda teſtamentũ nouum, [9] non ſecundùm teſtamentum quod feci patribus eorũ in die qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de Terra-Ægypti: quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo: & ego [10] neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc eſt teſtamẽtum quod diſponam domui Iſraël poſt dies illos, dicit Dñs: Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum: [11] & non docebit vnuſquiſq. proximum ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens, Cognoſce Dominum: quoniam omnes ſcient me à minore vſque ad ma- [12] iorem eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum; & peccatorũ eorum [13] iam non memorabor. Dicendo autem nouum: veterauit prius. Quod aũt antiquatur & ſeneſcit: prope interitum eſt.

CAP. IX.

[1] HAbuit quidem & prius, iuſtificationes culturæ, & ſanctum ſeculare. [2] Tabernaculum enim factũ eſt primũ, in quo erant, candelabra, & menſa, & propoſitio panũ, quæ dicitur Sancta. [3] Poſt velamentum autẽ ſecundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta ſanctorum: [4] aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fron- [5] duerat, & tabulæ teſtamenti, ſuperque eam erant Cherubim gloriæ obũbrantia propitiatoriũ. de quibus non eſt modò dicendum per ſingula. [6] His verò ita compoſitis, in priori quidem tabernaculo ſemper introibant Sacerdotes, ſa- [7] crificiorum officia conſummantes. in ſecundo autẽ, ſemel in anno ſolus pontifex: non ſine ſanguine quẽ offert pro [8] ſua & populi ignorantia: hoc ſignificante Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe

Exo.25,8. 26,1 36,8.

3 Reg. 8,9. 2 Par.5,10. Exo.25,22.

Exo.30,10. Lev.16,2.

10. offerrer MS.B.

tam eſſe ſanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum. [9] quæ parabola eſt tẽporis inſtantis: iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, [10] ſolummodo in cibis & in potibus, & variis baptiſmatibus, & iuſtitiis carnis vſque ad tempus correctionis impoſitis. [11] Chriſtus autem aſſiſtens põtifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculũ non manufactum, id eſt, non huius creationis: [12] neque per ſanguinem hircorum & aut vitulorũ, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione iuuenta. [13] Si enim ſanguis hircorum, & taurorum & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: [14] quantò magis ſanguis Chriſti qui per Spiritum ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti? [15] Et ideò noui teſtamenti mediator eſt: vt morte intercedente, in redẽptionem earum præuaricationũ quæ erant ſub priori teſtamento repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis. [16] Vbi enim teſtamentum eſt: mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.

[17] Teſtamentum enim, in mortuis confirmatum eſt: alioquin nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. [18] Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt. [19] Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo: accipiens ſanguinẽ vitulorum & hircorũ cum aqua & lana coccinea & hyſſopo: ipſum quoque librum & omnem populũ aſperſit, [20] dicens, Hic ſanguis teſtamenti, quod Exo.24,8. Mat.26,28. mandauit ad vos Deus. [21] Etiam tabernaculum & omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit: [22] Et omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. [23] Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cæleſtium, his mundari: ipſa autem cæleſtia, melioribus hoſtiis quàm iſtis. [24] Non enim in manufacta Sancta Ieſus introiuit exemplaria verorum: ſed in ipſum cælũ, vt appareat nunc vultui Dei [25] pro nobis. Neq. vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta, per ſingulos annos in ſanguine alieno: [26] alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum, ad deſtitutionem peccati, per hoſtiã ſuam apparuit. [27] Et quemadmodum ſtatutũ eſt hominibus ſemel mori, poſt [28] hoc autem iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecundò ſine peccato apparebit expectantibus ſe, in ſalutem.

in conſummationem MS.q. deſtructionem 15 MS. Q.n. Rom.5,6.8. 1 Pet.3,18.

CAP. X.

[1] VMbram enim habens lex, futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum: per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis quas offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos [2] facere: alioquin ceſſaſſent offerri ideo quòd nullam haberent vltrà conſcientiam peccati, cultores ſemel mundati. [3] ſed in ipſis cõmemoratio peccatorum [4] per ſingulos annos fit. impoſſibile enim eſt ſanguine taurorũ & hircorum auferri peccata. [5] Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi: [6] holocautomata, & pro peccato, non tibi placuerunt. [7] Tunc dixi, Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me: Vt faciam Deus voluntatem tuam. [8] Superiùs dicens, Quia hoſtias & oblationes, & holocautomata, & pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundũ legem [9] offeruntur, tunc dixi, Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam: aufert [10] primum, vt ſequens ſtatuat. In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem [11] corporis Ieſu Chriſti ſemel. Et omnis quidem ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nũquam poſſunt auferre pec- [12] cata: hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in [13] dextera Dei, de cætero expectans, donec ponãtur inimici eius ſcabellum pe- [14] dum eius. Vna enim oblatione, conſummauit in ſempiternũ ſanctificatos.

Lev.16,14

Ibidem.

Pſal.39,7.

Pſal.109,1. 1 Co.15,25

Conte-

*Cõteſtatur autem nos & Spiritus ſanctus. Poſtquã enim dixit: 15
Ier.21,31. 33. Sup. 8, 8. *'Hoc autem teſtamentum quod teſtabor ad illos poſt 16
"dabo MS. Haymos. dies illos, dicit Dominus, "Dando' leges meas in cordibus eorum,& in mentibus eorum ſuperſcribam eas: *& peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. *Vbi autem horum 17 18
remiſſio: iam non eſt oblatio pro peccato. *Habentes itaque fratres fiduciam 19
in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti: *quam initiauit nobis viam nouam 20
& viuẽtem per velamen, id eſt, carnem ſuam, *& ſacerdotem magnum ſuper 21
domum Dei, *accedamus cũ vero corde 22
in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſciẽtia mala,& abluti corpus aqua munda, *teneamus ſpei noſtrę confeſſionem 23
indeclinabilem (fidelis enim eſt qui repromiſit) *& conſideremus inuicem in 24
prouocationem charitatis & bonorum operum: *non deſerentes collectionem 25
noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdã,ſed conſolantes,& tantò magis quantò videritis appropinquantem diem.
Sup. 6,4. *'Voluntariè enim peccantibus nobis 26
poſt acceptam notitiã veritatis,iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, *terribilis autem quædam expectatio iudicij & 27
ignis æmulatio,quæ cõſumptura eſt aduerſarios. *Irritam quis faciens legem 28
Deut.17. 19.15. Mat.18,16 Ioh.8,17. 2 Cor.13,1 Moyſi: ſine vlla miſeratione, 'duobus vel tribus teſtibus moritur. *quantò magis putatis, deteriora mereri ſupplicia 29
qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamẽti pollutum duxerit,in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? *Scimus enim qui 30
Deu.32,35. Rom.12,19 "vindicta 1 MS.G.S. "reddam 4 MS. -5 MS. G.S. dixit, 'Mihi "vindictã', ego "retribuam'. Et iterum: -Quia' 'iudicabit Dominus populum ſuum. *Horrendum eſt inci- 31
dere in manus Dei viuentis. *Rememo- 32
Pſ.34,14. ramini autem priſtinos dies: in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum. *& in altero quidem op- 33
probriis & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti. *Nam & vinctis 34
compaſſi eſtis:& rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manen- 35
tem ſubſtantiam. *Nolite itaque amittere confidentiam veſtrã, quæ magnam 36
habet remunerationẽ. *Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.
Abac.2,3. 1 Pet.1,6. 37 'Adhuc enim modicum, aliquantulumq́ue,qui venturus eſt, veniet,& non
Rom.1,17. Gal.3,12. 38 tardabit. *'iuſtus autem meus ex fide "viuit'. quòd ſi ſubtraxerit ſe: non placebit animæ meæ. *Nos autẽ non ſumus 39
"viuet R. G.S. -6 MS. G.8. ſubtractionis -filij' in perditionem: ſed fidei in acquiſitionem animæ.

CAP. XI.

EST autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum,argumentum nõ apparentium. *In hac enim teſtimonium 1 2
conſecuti ſunt ſenes. *'Fide,intelligimus Gen.1,1.3. aptata eſſe ſecula verbo Dei: vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. *'Fide, pluri- 3 4
Gen.4,4. mam hoſtiam Abel quàm Cain, obtulit Deo: 'per quam teſtimonium conſecu- Mat.23,34 tus eſt eſſe iuſtus,teſtimoniũ perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. *Fide, 'Henoch 5
Gen.5,24. Eccl.44,16 49,16. tranſlatus eſt, ne videret mortẽ,& non inueniebatur: quia tranſtulit illũ Deus: ante tranſlationem enim, teſtimonium habuit placuiſſe Deo. *Sine fide autem 6
-5 MS.9. Q.8. impoſſibile eſt placere -Deo'. Credere enim oportet accedentem ad Deũ quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.
Gen.6,13. 18. Ecd.44,17 7 *Fide, 'Noë reſponſo accepto de ijs quę adhuc non videbãtur, metuens, aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum:& iuſtitiæ quæ per
Gen.2,4. 13,1. 8 fidem eſt, hæres eſt inſtitutus. *Fide, 'qui vocatur Abraham obediuit in locũ exire quẽ acceperus erat in hæreditatem: 9 & exijt, neſciens quò iret. *Fide, demoratus eſt in Terra-repromiſſionis, tanquã in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohęredibus repromiſſionis eiuſdem. *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & conditor Deus. *Fide, '& ipſa Sara
Gen.17,19 18,10.21,2 11 fex & conditor Deus. *Fide, '& ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptione ſeminis accepit, etiã prẽter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit eſſe eum qui repromiſerat. *Propter quod & ab vno orti ſunt 10 12

Iſa.41, 22,23. ti ſunt(& hoc emortuo) 'tanquam ſidera cęli in multitudine,& ſicut arena quę eſt ad oram maris,innumerabilis. *Iuxta 13
fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. *Qui enim hæc dicunt:ſignificant 14
ſe patriam inquirere. *Et ſi quidẽ ipſius 15
meminiſſent de qua exierunt:habebant vtiq. tempus reuertendi. *nunc autem 16
meliorem appetunt,id eſt, cæleſtẽ.Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum,parauit enim illis ciuitatem. *Fide, 17
Gen.22,9. Iac.2,21 'is quo Iſ.8. 'obtulit Abraham Iſaac, cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat, 'qui ſuſceperat repromiſſiones; *(ad quẽ dictum 18
Gen.21,12 Im.9,7. eſt, 'Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen)
*arbitrãs quia & à mortuis ſuſcitare po- 19
tens eſt Deus. vnde eũ & in parabolam
Gen.27,27. 38. Gen.48,15 Gen.47,31. accepit. *Fide, & de futuris, benedixit 20
Iſaac, Iacob & Eſau. *Fide, 'Iacob moriens, ſingulos filiorum Ioſeph benedi- 21
Gen.50,24. 25. Im.2. xit: & adorauit faſtigium virgæ eius.
*Fide, Ioſeph moriens, de profectione 22
filiorũ Iſraël memoratus eſt: & de oſſibus ſuis mãdauit. *Fide, Moyſes natus, 23
Iſ.7,22. occultatus eſt menſibus tribus à parentibus ſuis: eo quòd vidiſſent elegantem
Iac.1,26. infantem, & non timuerunt 'regis edi- Iac.2,11. ctum. *Fide, Moyſes grandis factus ne- 24
gauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis: *ma- 25
gis eligens affligi cum populo Dei,quàm tẽporalis peccati habere iucunditatem, *maiores diuitias æſtimans theſauro Æ- 26
gyptiorum, improperium Chriſti. aſpiciebat enim in remunerationem. *Fide, 27
reliquit Ægyptum: non veritus animoſitatem regis. inuiſibilẽ enim tanquam
Iac.2, 11,21. videns ſuſtinuit. *Fide, 'celebrauit paſcha, & ſanguinis effuſionem: ne qui va- 28
ſtabat primitiua, tangeret eos. *Fide, 29
Im.14,22. 'tranſierunt Mare-rubrum tanquã per aridam terram: quod experti Ægyptij,
Ioſ.6,20. deuorati ſunt. *Fide, 'muri Iericho cor- 30
ruerunt,circuitu dierum ſeptem. *Fide, 31
Ioſ.2,1.23.25 Ioſ.6,23. 'Rahab meretrix non perijt cum incredulis: 'excipiens exploratores cum pace.
*Et quid adhuc dicam? Deficiet enim 32
me tempus enarrantem de Gedeon, Ba
rac,Sampſon, Iephte,Dauid, Samuel,& 33
Prophetis: *qui per fidem, deuicerunt regna,operati ſunt iuſtitiam,adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leo- 34
num, *extinxerunt impetũ ignis, *effu- *effugerunt 4 MS. G.S. gauerunt'aciem gladij,conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello,caſtra verterunt exterorum: *acceperunt 35
mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. alij aũt diſtenti ſunt,non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorẽ inuenirent reſurrectionem. *Alij verò ludibria 36
& verba experti,inſuper & vincula & carceres: *lapidati ſunt,ſecti ſunt, tentãti ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis,egentes,anguſtiati,afflicti: *qui- 37 38
bus dignus non erat mundus. in ſolitudinibus errantes, in montib⁹, & ſpeluncis,& in cauernis terræ. *Et hi omnes te- 39
ſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem, *Deo pro nobis melius 40
aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur.

CAP. XII.

IDeoque & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium: 'deponentes 1
Rom.6,4. Col.3,8. Epheſ.4,22. 1 Pet.2,1. omne pondus & circumſtans nos peccatum,per patientiam curramus -ad' pro- 4,1. -9 MS: G.S. poſitum nobis certamen, *aſpiciẽtes in 2
authorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque
*ſedit 2 MS. G.S. 3 in dextera ſedis Dei ſedet'. *Recogitate enim eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem: vt ne fatigemini, animis ve- 4
-1 MS: G.S. ſtris deficientes. *Nondum -enim' vſq. ad ſanguinem reſtitiſtis,aduerſus peccatum repugnantes: *& obliti eſtis conſo- 5
Pro.3,11. lationis,quę vobis,tanquam filiis loquitur,dicens, 'Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini: neque fatigeris dum
Iob.5,17. Apoc.3,19. 6 ab eo argueris. *Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat aũt omnem 7 filium quem recipit. *In diſciplina perſeuerate. Tanquam filiis vobis offert ſe Deus. quis enim filius, quem non corri- 8 pit pater? *Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes:

ergo

ergo adulteri, & non filij estis. ‡Deinde 5
patres quidem carnis nostræ, eruditores
habuimus, & reuerebamur eos. num
multò magis obtẽperabimus Patri spi-
rituum, & viuemus? ‡Et illi quidem in 10
tempore paucorum dierum, secundum
voluntatem suam erudiebant nos: hic
autem ad id quod vtile est in recipiendo
sanctificationem eius. ‡Omnis autem 11
disciplina in præsenti quidem videtur
nõ esse gaudij, sed mœroris: postea autem
fructum pacatissimum exercitatis per
eam, 'reddet' iustitiæ. ‡Propter quod re- 12
missas manus & soluta genua erigite:
‡& gressus rectos facite pedibus vestris: 13
vt non claudicãs quis erret, magis autem
sanetur. ‡'Pacem sequimini cum om- 14
nibus, & sanctimoniam: sine qua nemo
videbit Deum: ‡contemplantes nequis 15
desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritu-
dinis sursum germinans impediat, &
per illam inquinentur multi. ‡Nequis 16
fornicator aut profanus 'vt Esau: qui
propter vnam escam vendidit primiti-
ua sua: ‡scitote enim quoniam & 'postea 17
cupiens hæreditare benedictionem, re-
probatus est: non enim inuênit pœni-
tentiæ locum, quanquã cum lachrymis
inquisisset eam. ‡'Non enim accessistis 18
ad tractabilem montem, & "accessibi-
lem' ignem, & turbinem, & caliginem,
& procellam, ‡& tubæ sonũ, & vocem 19
verborum, quam qui "audierunt', excu-
sauerunt se, ne eis fieret verbum. (‡Non 20
enim portabant quod dicebatur, 'Et si
bestia tetigerit montem, lapidabitur.
‡Et ita terribile erat quod videbatur. 21
Moyses dixit: Exterritus sum & treme-
bundus.) ‡Sed accessistis ad Sion mon- 22
tem, & ciuitatem Dei viuentis, Ieru-
salem cælestem, & multorum milliũ an-
gelorum frequentiam, ‡& ecclesiam 23
primitiuorum, qui conscripti sunt in
cælis, & iudicem omnium Deum, & spi-
ritus iustorum perfectorum, ‡& testa- 24
menti noui mediatorem Iesum, & san-
guinis asperſionem melius loquentem
quàm Abel. ‡Videte ne recusetis lo- 25
quentem. Si enim illi non effugerũt, re-
cusantes eum qui super terram loque-

batur: multò magis nos, qui de cælis lo-
quentem nobis, auertimus. ‡cuius vox 26
mouit terram tunc: nunc autem repro-
mittit, dicẽns, 'Adhuc semel: & ego mo- Aggæi 2,7.
uebo non solùm terram, sed & cælum.
‡Quod autem Adhuc semel dicit: de- 27
clarat mobilium translationem tãquam
factorum, vt maneant ea quæ sunt im-
mobilia. ‡Itaque regnum immobile 28
suscipientes, habemus gratiã: per quam
seruiamus placentes Deo, cum metu &
reuerentia. ‡Etenim 'Deus noster ignis 29 Deut.4,24. Rom.12,19
consumens est.

CAP. XIII.

CHaritas fraternitatis maneat in vo- 1 ‡MS.G. Q.n.
bis'. ‡'Et hospitalitatẽ nolite obli- 2 Rom.12,13 1 Pet.4,9.
uisci, 'per hanc enim "placuerunt' qui- Gen.18,3. 19,2.
dam, angelis hospitio receptis. ‡Memen- 3 "latuerũt 1 MS.G. Q.n.
tote vinctorum, tanquam simul vincti:
& laborantium, tanquam & ipsi in cor-
pore morantes. ‡Honorabile connu- 4
bium in omnibus, & thorus immacula-
tus. Fornicatores enim & adulteros iu-
dicabit Deus. ‡Sint mores sine auaritia: 5
contenti præsentibus. ipse enim dixit:
'Non te deseram, neque derelinquam. Deut.31,8. Ios.1,5.
‡ita vt confidenter dicamus: 'Dominus 6 ‡MS. G.S. Ps.55,12. 117,6.
mihi adiutor: non timebo quid faciat
mihi homo. ‡Memẽtote præpositorum 7
vestrorũ, qui vobis locuti sunt verbum
Dei: quorum intuentes exitum conuer-
sationis, imitamini fidem. ‡Iesus Chri- 8
stus heri & hodie: ipse & in secula. ‡Do- 9
ctrinis variis & peregrinis nolite abdu-
ci. Optimum est enim gratia "stabiliri' "stabilire MS.
cor, non escis: quæ non profuerunt am-
bulantibus in eis. ‡Habemus altare: de 10
quo edere non habent potestatem qui
tabernaculo deseruiunt. ‡'Quorum 11 Lev.4,12. 6,30.16,27.
enim animalium infertur sanguis pro
peccato in sancta per põtificem, horum
corpora cremantur extra castra. ‡Pro- 12
pter quod & Iesus, vt sanctificaret per
suum sanguinem populum, extra por-
tam passus est. ‡Exeamus igitur ad eum 13
extra castra: improperiũ eius portantes.
‡'Non enim habemus hîc manentem 14 Mich.2,10.
ciuitatem: sed futuram inquirimus. ‡Per 15
ipsum ergo offeramus hostiam laudis
semper Deo, id est, fructum labiorum
confiten-

confitentium nomini eius. ‡Beneficen- 16
tiæ autem & communionis nolite obli-
uisci. talibus enim hostiis promeretur
Deus. ‡Obedite præpositis vestris, & 17
subiacete eis. Ipsi enim peruigilãt quasi
rationem pro animabus vestris redditu-
ri: vt cum gaudio hoc faciant, & non ge-
mentes. hoc enim non expedit vobis.
‡Orate pro nobis. cõfidimus enim quia 18
bonam conscientiam habemus: in om-
nibus bene volentes conuersari. ‡Am- 19
plius autem deprecor vos hoc facere,
quò celerius restituar vobis. ‡Deus autẽ 20
pacis qui eduxit de mortuis pastorem
magnum ouium, in sanguine testamen-
ti ęterni, Dominũ nostrum Iesum Chri-
stum: ‡aptet vos in omni bono, vt facia- 21
tis eius voluntatẽ, faciens in vobis quod
placeat coram se per Iesum Christũ: cui
est gloria in secula seculorum. Amen.
‡Rogo autem vos fratres vt sufferatis 22
verbũ solatij. Etenim perpaucis scripsi
vobis. ‡Cognoscite fratrem nostrum 23
Timótheum dimissum: cum quo (si ce-
leriùs venerit) videbo vos. ‡Salutate om- 24
nes prępositos vestros, & omnes sanctos.
Salutant vos de Italia 'fratres'. ‡Gratia 25
cum omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA CATHOLICA IACOBI APOSTOLI.

CAP. I.

IAcobvs Dei & Domini 1
nostri Iesu Christi ser-
uus, duodecim tribu-
bus quæ sunt in dispersione, salutem. ‡Omne 2
gaudiũ existimate fra-
tres mei, cùm in tentationes varias inci-
deritis: ‡'scientes quòd probatio fidei ve- Iam.5,3. 3
stræ patientiam operatur. ‡Patientia au- 4
tem opus perfectum habeat: vt sitis per-
fecti & integri, in nullo deficientes. ‡Si 5
quis autem vestrum indiget sapientia,
postulet à Deo qui dat omnibus "af- "Ampliciter c.1. Mat.7,7. 21,22.
fluenter', & non improperat: & dabitur
ei. ‡'Postulet autẽ in fide nihil hæsitans. 6
qui enim hæsitat, similis est fluctui ma- Mar.11,24 Luc.11,9 Ioh.14,13. 16,23.24.
ris, qui à vento mouetur & circumfer-
tur. ‡non ergo æstimet homo ille quòd 7
accipiat aliquid à Domino. ‡Vir duplex 8
animo incõstans est in omnibus viis suis.
‡Glorietur autem frater humilis, in ex- 9
altatione sua. ‡diues autem, in humili- 10
tate sua, 'quoniam sicut flos fœni transi- Ps.102,15. Eccl.14,18 Isai.40,6. 1 Pet.1,24.
bit: ‡exortus est enim sol cum ardore, & 11
arefecit fœnum, & flos eius decidit, &
decor vultus eius deperiit: ita & diues in
itineribus suis marcescet. ‡'Beatus vir 12 Iob 5,17.
qui suffert tentationem: quoniam cùm
probatus fuerit, accipiet coronam vitæ,
quam repromisit Deus diligentibus se.
‡Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à 13
Deo tentatur. Deus enim intẽtator ma-
lorum est: ipse autem neminem tentat.
‡Vnusquisque verò tentatur à concupi- 14
scentia sua abstractus & illectus. ‡Dein- 15
de concupiscentia cùm conceperit, pa-
rit peccatum: peccatum verò cùm con-
summatum fuerit, generat mortem.
‡Nolite itaque errare fratres mei dile- 16
ctissimi. ‡Omne datum optimum, & 17
omne donum perfectum, desursum est,
descendens à Patre luminũ, apud quem
non est transmutatio, nec vicissitudinis
obumbratio. ‡Voluntariè *genuit nos 18 *enim Ms.B.6q.
verbo veritatis, vt simus initiũ aliquod
creaturæ eius. ‡Scitis fratres mei dilectis- 19
simi. 'Sit autem omnis homo velox ad Pro.17,27.
audiendum: tardus autẽ ad loquendum,
& tardus ad iram. ‡Ira enim viri, iusti- 20
tiam Dei non operatur. ‡Propter quod 21
abiicientes omnẽ immunditiã & abun-
dantiam malitiæ, in mansuetudine susci-
pite insitum verbum, quod potest sal-
uare animas vestras. ‡'Estote autem fa- 22 Mat.7,21.
ctores verbi, & non auditores tantùm:
fallentes vosmetipsos. ‡Quia si quis au- 23 Rom.2,13.
ditor est verbi, & non factor: hic com-
parabitur viro consideranti vultum na-
tiuitatis suæ in speculo. ‡consideravit 24
enim se, & abijt, & statim oblit' est qua-
lis fuerit. ‡Qui autem perspexerit "in le- 25 "in legem perfectã 1 Ms. G. S.
ge perfectæ 'libertatis, & permanserit in
ea, non auditor obliuiosus factus, sed fa-
ctor operis: hic beatus in facto suo erit.
‡Si quis autem putat se religiosum esse, 26

O non re-

non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio.
[27] *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc eſt, Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

CAP. II.

Lev.19,15. Deut.1,16. 17,16.19. Pro.24,23. Eccl.42,1.
[1] FRatres mei, 'nolite in perſonarũ acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. *Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte cãdida, introierit autem & pauper in ſordido habitu,
[3] *& intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara,& dixeritis ei, Tu ſede hîc bene;pauperi autẽm dicatis, Tu ſta illic; aut ſede ſub ſcabello pedum meorum:
[4] *nónne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum? *Audite fratres mei dilectiſſimi:
[5] nónne De⁹ elegit pauperes in hoc mundo,diuites in fide,& hæredes regni quod repromiſit Deus diligentibus ſe? *Vos
[6] autem exhonoraſtis pauperem. Nónne diuites per potentiam opprimunt vos: & ipſi trahunt vos ad iudicia? *Nónne
[7] ipſi blaſphemant bonum nomen quod inuocatum eſt ſuper vos? *Si tamen le-
[8] gem perficitis regalem ſecundum "ſcripturas', Diliges proximum tuum ſicut teipſum: bene facitis: *ſi autem perſo-
[9] nas accipitis, peccatum operamini, re-
Lev.19,18. Mat.22,39 Mar.12,31 Rom.13,9. Gal.5,14. Lev.19,15. 37. Deut.1,18. Mat.5,19.
[10] darguti à lege quaſi trãſgreſſores. *'Qui-
[11] cunque autem totam legem ſeruauerit, offendat autẽ in vno: factus eſt omnium reus. *Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit &, Non occides. Quòd ſi non
[12] mœchaberis, occides autem: factus es tranſgreſſor legis. *Sic loquimini, & ſic
[13] facite ſicut per legem libertatis incipientes iudicari. *Iudicium enim ſine miſe-
[14] ricordia illi qui nõ "fecit' miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium. *Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſal-
1 Ioh.3,17.
[15] uare eum? *Si autẽ frater aut ſoror nudi ſint,& indigeãt victu quotidiano: *dicat
[16] autem aliquis ex vobis,illis; Ite in pace,

* ſcripturam R. G.S.
" fecerit 2 MS.

calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpo-
[17] ri:quid proderit? *Sic & fides,ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.
[18] *Sed "dicit' quis: Tu fidem habes,& ego opera habeo. oſtende mihi fidem tuam ſine operibus: & ego oſtendam tibi ex
[19] operibus fidem meam. *Tu credis quoniam vnus eſt Deus. Benefacis: & dæmones credunt, & contremiſcunt. *Vis
[20] autem ſcire ô homo inanis, quoniam
[21] fides ſine operibus "otioſa' eſt? *Abraham pater noſter nónne ex operibus iuſtificatus eſt, 'offerens Iſaac filium ſuum
[22] ſuper altare? *Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operi-
[23] bus fides conſummata eſt? *Et ſuppleta eſt ſcriptura;dicens, 'Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. *Videtis
[24] quoniã ex operibus iuſtificatur homo:
[25] & non ex fide tantùm? *Similiter autem & 'Rahab meretrix, nónne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuntios, & alia
[26] via eiiciens? *Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides ſine operibus mortua eſt.

" dicet 3 MS.R.G.
" mortua 5 MS.R. G.S.
Gen.22,9.
Gen.15,6. Rom.4,3. Gal.3,6.
Ioſ.2,10. 46,25. Heb.11,32.

CAP. III.

Mat.23,8.
[1] NOlite 'plures magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quoniam maius iudi-
" ſumentum e.s.
[2] cium "ſumitis'. *In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit: hic perfectus eſt vir. "poteſt' etiã fre-
" potens 1 MS.G.
[3] no circũducere totũ corpus. *"Si' autem "equis frena' in ora mittimus ad conſentiendum nobis, "etiam' omne corpus il-
" Sicut MS. " equorũ frenos Q.n. " & MS.B G.S.
[4] lorum circumferimus. *'Et ecce', naues, cùm magnæ ſint, & à ventis validis minentur:circumferuntur "autẽ à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis vo-
" Ecce & MS.G. " tamen MS q. - 3 MS.B. G.S.
[5] luerit. *Ita & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce "quantus' ignis quàm magnam ſyluam
" quantulus G.S.
[6] incendit! *Et lingua,ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. *Omnis
[7] enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpentium & cæterorum domantur,& domita

domita ſunt à natura humana. *linguam
[8] autem nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero. *In ipſa benedicimus Deum &
[9] Patrem:& in ipſa maledicimus homines qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. *Ex
[10] ipſo ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita
[11] fieri. *Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam?
[12] *Nunquid poteſt, fratres mei, ficus vuas facere;aut vitis, ficus? Sic neq. 'ſalſa', dulcem poteſt facere aquam. *Quis
[13] ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona cõuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapiẽtiæ. *Quòd
[14] ſi zelum amarum habetis, & contentiones "ſint' in cordibus veſtris: nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus veritatem. *non eſt enim iſta ſapientia deſur-
[15] ſum deſcendens: ſed terrena, animalis, diabolica. *Vbi enim zelus & contẽtio:
[16] ibi inconſtantia,& omne opus prauum.
[17] *Quæ autem deſurſum eſt ſapiẽtia, primùm quidem pudica eſt: deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, "bonis conſentiens', plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione.
[18] *Fructus autem iuſtitiæ, in pace ſeminatur, facientibus pacem.

'falſam 1 MS.G. Q.S.
-7 MS. G.S.
-4 MS. G.S.

CAP. IIII.

[1] VNde bella & lites in vobis? Nónne hinc?ex concupiſcentijs veſtris quæ militant in membris veſtris? *Concupi-
[2] ſcitis: & non habetis. occiditis, & zelatis: & nõ poteſtis adipiſci. litigatis & belligeratis: & non habetis, propter quod
[3] non poſtulatis. *Petitis, & non accipitis: eo quòd malè petatis:vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis. *'Adulteri', neſci-
[4] tis quia "amicitia huius mundi, inimica eſt Dei? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius: inimicus Dei conſtituitur. *"An' putatis quia inaniter ſcri-
[5] ptura "dicat: Ad inuidiã" concupiſcit ſpiritus qui habitat in "vobis'? *Maiorẽ autẽ dat gratiã. Propter quod dicit, 'Deus
[6] ſuperbis reſiſtit, 'humilibus autem dat
[7] gratiam. *Subditi ergo eſtote Deo, 'reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis.
[8] *Appropinquate Deo:& appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.
[9] *Miſeri eſtote,& lugete,& plorate:riſus veſter in luctũ conuertatur, & gaudium
[10] in mœrorem. *Humiliamini in conſpe-
[11] ctu Domini: & exaltabit vos. *Nolite detrahere alterutrum fratres "mei'. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum:detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor le-
[12] gis, ſed iudex. *Vnus eſt "enim' legiſlator, & iudex qui poteſt perdere & libe-
[13] rare. *"Tu autem quis es qui iudicas proximum? Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mer-
[14] cabimur, & lucrũ faciemus *(qui ignoratis quid erit in craſtino. Quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt", ad modicum pa-
[15] rens, & deinceps exterminabitur) *pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit: &, Si vixerimus, faciemus hoc aut illud.
[16] *Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris. Omnis exultatio talis, maligna
[17] eſt. *Scienti igitur bonum facere, & non facienti: peccatum eſt illi.

Gen.6,5. 8,21. Iſa.2,15. " & adulteræ 1 MS.R.G. Iob.15,19. " Aut MS. " dicat ad inuidiã? Concupiſcit Q.n. " nobis 1 MS.G.S. 1 Pet.5,5. Iac.3,34. Epheſ.4,27. 1 Pe.5,9.
-1 MS. G.
Rom.14,4.
" enim 1 MS.R.G.

CAP. V.

[1] AGite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis. *Diuitiæ veſtræ putrefactæ
[2] ſunt:& veſtimẽta veſtra à tineis comeſta
[3] ſunt. *Aurum & argentũ veſtrum æruginauit: & ærugo eorũ in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis "vobis iram' in
-7 MS. G.Q.n.
[4] nouiſſimis diebus. *Ecce merces operariorum qui meſſuerũt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum, in aures Domini ſabbaoth
[5] introiuit. *Epulati eſtis ſuper terram:& in luxuriis enutriſtis corda veſtra in die
[6] occiſionis. *"Adduxiſtis" &' occidiſtis
[7] iuſtum, "&' non "reſtitit' vobis. *Patientes igitur eſtote fratres, vſque ad aduentũ Domini. Ecce,agricola expectat pretioſum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum: *Patientes eſtote & vos, & confirmate corda veſtra: quoniam aduen-

" Addixiſtis 6 MS. G.S. Q.n. - MS. G. - MS. G. " reſiſtit 7 MS. G.

tus Domini 'appropinquabit'. *Nolite 9
ingemiscere fratres in alterutrũ: vt non
iudicemini. *Ecce, iudex ante ianuam 10
assistit. Exemplum accipite fratres *la-
boris & patientiæ, Prophetas: qui locuti
sunt in nomine Domini. *Ecce beatifi- 11
camus eos qui sustinuerunt. Sufferen-
tiam Iob audistis, & finem Domini vi-
distis, quoniam misericors Dominus est
& miserator. *Ante omnia autem fra- 12
tres mei, 'nolite iurare, neq. per cælum,
neque per terram, neq. aliud quodcum-
que iuramentum. Sit autem sermo ve-
ster, est, est, non, non: vt non sub iudicio
decidatis. *Tristatur 'aliquis vestrum? 13
oret. Æquo animo est? psallat. *Infir- 14
matur quis in vobis? inducat presbyte-
ros ecclesiæ, & orent super eum, 'vngen-
tes eum oleo in nomine Domini. *& 15
oratio fidei saluabit infirmum, & alleua-
bit eum Dominus: & si in peccatis sit,
remittentur ei. *Confitemini ergo al- 16
terutrum peccata vestra: & orate pro in-
uicem vt saluemini. multũ enim valet
deprecatio iusti assidua. *'Elias, homo 17
erat similis nobis passibilis: & oratione
orauit vt non plueret super terram, &
non pluit annos tres & menses sex. *Et 18
'rursum orauit: & cælũ dedit pluuiam,
& terra dedit fructum suum. *Fratres 19
mei, si quis ex vobis errauerit à veritate,
& conuerterit quis eum: *scire debet, 20
quoniam qui conuerti fecerit peccato-
rem ab errore viæ suæ, saluabit animam
'eius' à morte, & 'operit' multitudinem
peccatorum.

'appro-pinquauit 5 MS. G.S.

*exitus mali & longani-mitatis, & MS. B.

Mat. 5, 34.

*autem MS q.

Mat. 6, 13.

3 Re. 18, 41 45.

'suam MS. Q.n. 'operiet 3 MS. R. Beda, G. S.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI I.

CAP. I.

PETRVS Apostolus Ie- 1
su Christi, electis adue-
nis dispersionis Ponti,
Galatiæ, Cappadociæ,
Asiæ, & Bithyniæ, *se- 2
cundum præscientiam
Dei patris, in sanctificationem Spiritus,
in obedientiam & aspersionem sangui-
nis Iesu Christi: Gratia vobis & pax mul-
tiplicetur. *'Benedictus Deus & pater 3 1 Co. 1, 3. Ephes. 1, 3.
Domini nostri Iesu Christi, qui secun-
dum misericordiam suam magnam re-
generauit nos in spem viuam, per resur-
rectionem Iesu Christi ex mortuis, *in 4
hæreditatem incorruptibilem, & incon-
taminatam, & immarcescibilem, con-
seruatam in cælis in vobis, *qui in virtu- 5
te Dei custodimini per fidẽ in salutem,
paratam reuelari in tempore nouissimo.
*In quo 'exultabitis', modicum nunc si 6 'exultatis MS. Q.
oportet contristari in variis tentationi-
bus: *vt probatio vestræ fidei multo pre- 7
tiosior auro (quod per ignem probatur)
inueniatur in laudem & gloriam & ho-
norem in 'reuelatione' Iesu Christi: 'reuela-tionem o.
*quem cùm non videritis, diligitis: in 8
quem nunc quoque non videntes 'cre-
ditis': credentes autem exultatis lætitia
inenarrabili & glorificata, *reportantes 9 'vestrarũ MS. S.
finem fidei vestræ, salutem animarum'.
*De qua salute exquisierunt atque scru- 10
tati sunt Prophetæ, qui de futura in vo-
bis gratia prophetauerunt. *scrutantes 11
in quod vel quale tempus significaret in
eis Spiritus Christi: prænuntians eas quę
in Christo sunt passiones & posteriores
glorias. *quibus reuelatum est quia non 12
sibimetipsis, vobis autem ministrabant
ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos
qui euangelizauerũt vobis, Spiritu san-
cto misso de cælo, in 'quem' desiderant 'quæ 2 MS. G.S.
angeli prospicere. *Propter quod succin- 13 'perfecti MS q.
cti lumbos mentis vestræ, sobrij, 'perfe-
ctè' sperate in eam quæ offertur vobis
gratiam, in 'reuelatione' Iesu Christi, 'reuela-tionem MS q.
*quasi filij obedientiæ, non configurati 14
prioribus ignorantiæ vestræ desideriis:
*sed secundum eum qui vocauit vos, 15
Sanctum, *& ipsi in omni conuersatione * vt o.
sancti sitis: *quoniã scriptum est: 'Sancti 16 Leu. 11, 44 19, 2. 20, 7.
eritis, quoniam ego sanctus sum. *Et si 17 Deut. 10, 17
Patrem inuocatis eum 'qui sine acce- Rom. 2, 11. Gal. 2, 6.
ptione personarum iudicat secundum 1 Co. 6, 20. 7, 23.
vniuscuiusq. opus: in timore, incolatus Act. 20, 28.
vestri tempore conuersamini. *'Scien- 18 Heb. 9, 12. 14.
tes quòd non corruptibilibus auro vel
argento redempti estis de vana vestra
conuersatione paternæ traditionis: *'sed 19 1 Ioh. 1, 7. Apoc. 1, 5.
pretioso

pretioso sanguine quasi agni immacula-
ti Christi & incontaminati, *præcogniti 20
quidem ante mundi constitutionẽ, ma-
nifestati autem nouissimis temporibus
propter vos, *qui per ipsum fideles estis 21
in Deo qui suscitauit eum à mortuis, &
dedit ei gloriam, vt fides vestra, & spes
esset in 'Deo'. *Animas vestras castifi- 22 'Deum 1 MS. G. S.
cantes in obedientia charitatis, in frater-
nitatis amore simplici ex corde inuicem
diligite attentius: *renati non ex semine 23
corruptibili, sed incorruptibili per ver-
bũ Dei viui & permanentis in ętternum.
*'quia omnis caro vt fœnum: & omnis 24 'quia 1 MS. R. G.
gloria eius tanquam flos fœni. exaruit
fœnum: & flos eius decidit. *Verbum 25
autem Domini manet in æternum. hoc
est autem verbum quod euangeliza-
tum est in 'vobis'.

Iac. 1, 18. 1 Pet. 1, 23.

Esa. 40, 6. Iac. 1, 10.

'vos 1 MS. R. G.

CAP. II.

DEponentes igitur omnẽ malitiam 1
& omnem dolum, & simulationes,
& inuidias, & omnes detractiones, *sic- 2
ut modò geniti infantes 'rationabiles',
sine dolo lac concupiscite: vt in eo cre-
scatis in salutẽ. *si tamen' gustastis quo- 3
niam 'dulcis' est Dominus. *Ad quem ac- 4
cedentes, lapidem viuũ, ab hominibus
quidem reprobatum, à Deo autem ele-
ctum & honorificatũ: *& ipsi tanquam 5
lapides viui superædificamini, 'domos
spirituales' sacerdotium sanctum, offer-
re spirituales hostias, acceptabiles Deo
per Iesum Christũ. *Propter quod con- 6
tinet scriptura, 'Ecce pono in Sion lapi-
dem summum angularem electũ, preti-
osum: & qui crediderit in eũ, non con-
fundetur. *Vobis igitur honor creden- 7
tibus: non credentibus autẽ, 'lapis quem
reprobauerunt ædificantes, hic factus
est in caput anguli: *& lapis offensionis, 8
& petra scandali, his qui offendunt ver-
bo, nec credunt in 'quo' & positi sunt.
*'Vos autem genus electum, regale sa- 9
cerdotium, gens sancta, populus acqui-
sitionis: vt virtutes annuntietis eius qui
de tenebris vos vocauit in admirabile lu-
men suum. *'Qui aliquando non popu- 10
lus: nunc aũt populus Dei. qui non con-
secuti misericordiam: nunc autem mise-

'rationa-bile 4 MS. R. B. G. S.

*3 MS. G. S.

'suauis 3 Ms.

'domus spiritualis 3 MS. R. G Q. n.

Esa. 28, 16. Rom. 9, 33.

'quod 3 Ms. B. G. Q. n.

Esa. 8, 14. 1 Pet. 2, 7.

Osee 2, 23. Rom. 9, 25.

ricordiam consecuti. *'Charissimi ob- 11 Rom. 13, 14. Gal. 5, 16. 19.
secro vos' tanquam aduenas & peregri-
nos, abstinere vos à carnalibus desiderijs
quæ militant aduersus animam, *'con- 12 2 MS. G. Inf. 3, 16.
uersationem vestram inter Gentes ha-
bentes bonam: vt in eo quod detrectant
de vobis tanquam de malefactoribus, ex
bonis operibus vos considerantes, glori-
ficent Deum in die visitationis. *'Sub- 13 Rom. 13, 1.
iecti igitur estote omni humanę creatu-
ræ propter Deum: siue regi, quasi præ-
cellenti: *siue ducibus tanquam ab eo 14
missis ad vindictam malefactorum, lau-
dem verò bonorũ: *quia sic est volun- 15
tas Dei, vt bene facientes obmutescere
faciatis imprudentium hominum igno-
rantiam: *quasi liberi, & non quasi vela- 16
men habentes malitiæ libertatẽ, sed sic-
ut serui Dei. *Omnes honorate. 'frater- 17 Rom. 12, 10. Ephes. 6, 5.
nitatem diligite. Deum timete. Regem
honorificate. *'Serui, subditi estote in 18 Col. 3, 22. Tit. 2, 9.
omni timore dominis, nõ tantùm bonis
& modestis, sed etiam dyscolis. *'Hæc 19 2 Co. 7, 10.
est enim gratia, si propter Dei conscien-
tiam sustinet quis tristitias, patiens iniu-
stè. *Quæ enim est 'gloria': si peccantes, 20 'gratia MS q.
& colaphizati suffertis? Sed si benefa-
cientes *'patienter' sustinetis: hæc est gra- *& 3 MS. B. G. S.
tia apud Deum. *In hoc enim vocati 21 'patiẽtes 4 MS. B. G. S.
estis: quia & Christus passus est pro 'no-
bis, vobis' relinquens exemplum vt se-
quamini vestigia eius. *'qui peccatum 22 'vobis, nobis MS. G q. 'nobis, nobis 3 MS. G q. S. Q. n.
non fecit, nec inuentus est dolus in ore
eius. *qui cùm malediceretur, non ma- 23 Isai. 53, 9. 1 Ioh. 3, 5.
ledicebat: cùm pateretur, non commi-
nabatur: tradebat autem iudicanti 'se in- 'iustè G. Q. n.
iustè'. *'qui peccata nostra ipse pertulit 24 Isai. 53, 4. 5.
in corpore suo super lignum: vt pecca-
tis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuo-
re sanati estis. *Eratis enim sicut oues 25
errantes: sed cõuersi estis nunc ad pasto-
rem & episcopum animarũ vestrarum.

CAP. III.

SImiliter & 'mulieres subditæ sint vi- 1 Ephes. 5, 25. Col. 3, 18.
ris suis: vt & si qui non credunt verbo,
per mulierũ conuersationem sine ver-
bo lucrifiant, *considerantes in timore 2
'castam' conuersationem vestrã. *'Quã- 3 'sanctam MS. 2 Tim. 2, 9.
rum non sit extrinsecus capillatura, aut
circundatio auri, aut indumenti vesti-

mentorum cultus: ✱ſed qui abſconditus
4 eſt cordis homo, in incorruptibilitate
*quod MS q. quieti & modeſti ſpiritus, "qui' eſt in con-
ſpectu Dei locuples. ✱Sic enim aliquan-
5 do & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo,
ornabant ſe, ſubiectæ propriis viris.
Gen.18,12. 6 ✱'Sicut Sara obediebat Abrahæ, domi-
num eum vocans: cuius eſtis filiæ, bene
facientes, & non pertimentes vllam per-
1 Pet.3,3. 7 turbationem. ✱'Viri ſimiliter, cohabi-
tantes ſecundum ſcientiam, quaſi infir-
miori vaſculo muliebri impartiētes ho-
norem, tanquam & cohæredibus gratiæ
vitæ: vt non impediantur orationes ve-
*In fine 4 MS. G. S. Q. n. 8 ſtræ. ✱"In fide' autem: omnes vnanimes,
compatientes, fraternitatis amatores,
Pro. 17, 13. 20, 22. Mat. 5, 39. Rom. 12, 17 9 miſericordes, modeſti, humiles: ✱'non
reddentes malum pro malo, nec male-
dictum pro maledicto: ſed econtrario,
benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt
benedictionem hæreditate poſſideatis.
1 Theſ.5,15 Pſal.33,13. Pſal.33,14 36,8. 10 ✱'Qui enim vult vitam diligere, & dies
videre bonos: Coërceat linguam ſuam à
malo, & labia eius ne loquantur dolum.
Iſai.1,16. *autem MS q. 11 ✱'Declinet' à malo, & faciat bonum: in-
quirat pacem, & ſequatur eam: ✱Quia 12
oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius
in preces eorum: Vultus autem Domi-
ni ſuper facientes mala. ✱Et quis eſt qui 13
vobis noceat, ſi boni æmulatores fueri-
Mat. 5, 10. tis? ✱'Sed & ſi quid patimini propter iu- 14
ſtitiam: beati. Timorem autem eorum
"vt MS q. ne timueritis, "&' non conturbemini.
15 ✱Dominum autem Chriſtum ſanctifi-
cate in cordibus veſtris, parati ſemper ad
ſatisfactionem omni poſcenti vos ratio-
*& fide MS. Q. n. Sup. 2,12. Rom. 5, 6. nem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe": ✱' 16
ſed cum modeſtia & timore, conſcientiam
habentes bonam: vt in eo quod detra-
hunt vobis, confundantur qui calum-
niantur veſtram bonam in Chriſto con-
uerſationem. ✱Melius eſt enim vt bene 17
facientes (ſi voluntas Dei velit) pati,
Heb.9,14. 28. quàm malè facientes. ✱'quia & Chri- 18
-5 MS. G. "mortificatus quidem carne, viuificatus 5 MS. G. S. "ſpiritibus MS. G. S. Q. n. ſtus ſemel pro peccatis "noſtris' mortuus
eſt, iuſt⁹ pro iniuſtis: vt nos offerret Deo,
'mortificatos quidem carne, viuificatos'
autem ſpiritu. ✱In quo & his qui in car- 19
cere erant 'ſpiritu' veniens prædicauit:
20 ✱qui increduli fuerant aliquādo, 'quan-

do expectabant Dei patientiam in die-
Gen. 6, 14. Mat. 24, 37. Luc. 17, 26. bus Noë, cùm fabricaretur arca: in qua
21 pauci, id eſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt
"nos 3 MS. R. G. Pro lectione textus facit B. S. & videtur, ſcholiaſtes Græcanicus. per aquam. ✱Quod & "vos' nunc ſimi-
lis formæ ſaluos facit baptiſma: nō car-
nis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ
22 bonæ interrogatio in Deum per reſurre-
ctionem Ieſu Chriſti, ✱qui eſt in dextera
Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternę
hæredes efficeremur: profectus in cæ-
lum, ſubiectis ſibi angelis & poteſtati-
bus & virtutibus.

CAP. IIII.

1 CHriſto igitur paſſo in carne, & vos
eadem cogitatione armamini, quia
qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis:
2 ✱vt iam non deſideriis hominum, ſed
voluntati Dei quod reliquum eſt in car-
3 ne viuat temporis. ✱'Sufficit enim præ- Ephe. 4, 22.
teritum tempus ad voluntatē Gentium
conſummādam, his qui ambulauerunt
in luxuriis, deſideriis, vinolentiis, com-
eſſationibus, potationibus, & illicitis
4 idolorum cultibus. ✱"in quo "admiran- "in quibus nunc obſtupeſcunt 13 MS. "peregrinantur 3 MS. G.
tur' non concurrentibus vobis in ean-
dem luxuriæ confuſionē, blaſphemān-
5 tes. ✱qui reddent rationem ei, qui para-
6 tus eſt iudicare viuos & mortuos. ✱Pro-
pter hoc enim & mortuis euangeliza-
tum eſt: vt iudicentur quidē ſecundum
homines in carne, viuant autem ſecun-
7 dum Deum "in' Spiritu. ✱Omnium au- - 1 MS. G. S.
tem finis "appropinquabit'. Eſtote itaq. "appropinquauit 8 MS. G. S.
prudentes: & vigilate in orationibus.
8 ✱Ante omnia autem, mutuam in "vo- "vosmetipſos 3 MS. G. S.
biſmetipſis' charitatem continuam ha-
bentes: quia 'charitas operit multitudi- Pro. 10, 12. Rom. 12, 13
9 nem peccatorum. ✱Hoſpitales inuicem
10 ſine murmuratione. ✱'Vnuſquiſq. ſicut Heb. 13, 2. 1 Phil. 2, 14.
accepit gratiam, in alterutrum illam ad-
miniſtrantes: 'ſicut boni diſpenſatores Rom. 12, 6. 1 Cor. 4, 2.
11 multiformis gratiæ Dei. ✱Si quis loqui-
tur; quaſi ſermones Dei: ſi quis mini-
ſtrat; tanquam ex virtute, quam admi-
niſtrat Deus. vt in omnibus honorifice-
tur Deus per Ieſum Chriſtum: cui eſt
gloria & imperium in ſecula ſeculorum.
12 Amen. ✱Chariſſimi, nolite 'peregrinari' "mirari MS. B. S. Q. n.
in feruore qui ad tentationem vo-
bis fit, quaſi noui aliquid vobis cōtingat:
✱ſed com-

✱ſed cōmunicantes Chriſti paſſionibus, 13
gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius
gaudeatis exultantes. ✱Si exprobramini 14
in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam
'gloria Dei Spiritus in vobis requieſcit 1 MS. S. 'gloriæ & Dei Spiritus in vobis requieſcit 3 MS. G. Q. n. 'quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis
Dei, & qui eſt eius Spiritus: ſuper vos re-
quieſcet'. ✱Nemo autem veſtrum pa- 15
tiatur vt homicida, aut fur, aut maledi-
cus, aut alienorū appetitor. ✱Si autem 16
vt Chriſtianus: non erubeſcat, glorificet
autem Deum in iſto nomine. ✱quoniam 17
tempus eſt vt incipiat iudicium à domo
Dei. Si autem primùm à nobis: quis fi-
nis eorum qui non credunt Dei Euan-
Pro. 11, 31. *quidē o. 'ſaluatur 1 MS. G. S. gelio? ✱'Et ſi iuſtus "vix 'ſaluabitur': im- 18
pius & peccator vbi parebunt? ✱Itaque 19
& hi qui patiuntur ſecundum voluntā-
tem Dei: fideli creatori commendent
animas ſuas in benefactis.

CAP. V.

1 SEniores ergo qui in vobis ſunt obſe-
cro, conſenior & teſtis Chriſti paſſio-
*q. s. num, "qui' & eius quę in futuro reuelan-
da eſt, gloriæ communicator: ✱paſcite 2
qui in vobis eſt gregem Dei, prouiden-
tes nō coactè, ſed ſpontaneè ſecundum
Deum: neque turpis lucri gratia, ſed vo-
luntariè: ✱neque vt dominantes in cleris, 3
'forma facti gregis M S. B. S. *G. S. ſed formæ facti gregi "ex animo'. ✱Et cū 4
apparuerit princeps paſtorum, percipie-
tis immarceſcibilem gloriæ coronam.
Ium. 12, 10 Iacob. 4, 6. 5 ✱Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſe-
nioribus. 'Omnes autem inuicem hu-
militatem inſinuate; quia Deus ſuperbis
reſiſtit: humilibus autem dat gratiam.
Iacob. 4, 10. 1 Pet. 5, 6. 6 ✱'Humiliamini igitur ſub potenti manu
Dei, vt vos exaltet in tempore viſitatio-
Mat. 6, 25. 11. Luc. 12, 22. nis: ✱'omnem ſolicitudinem veſtrā pro- 7
iicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt
de vobis. ✱Sobrij eſtote & vigilate: quia 8
aduerſarius veſter diabolus tanquā leo
rugiens circuit, quærens quem deuoret.
✱Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes ean- 9
dem paſſionem ei quæ in mundo eſt, ve-
ſtræ fraternitati fieri. ✱Deus autem om- 10
nis gratiæ, qui vocauit nos in æternam
ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum
paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolida-
bitque. ✱Ipſi gloria, & imperium in ſe- 11
cula ſeculorū. Amen. ✱Per Siluanum 12
fidelem fratrem vobis, vt arbitror, bre-
uiter ſcripſi: obſecrans & cōteſtans hanc
eſſe veram gratiam Dei, in qua ſtatis.
13 ✱Salutat vos eccleſia, quę eſt in Babylo-
14 ne, "coëlecta': & Marcus filius meus. ✱Sa- "collecta 9.
lutate inuicem in oſculo ſancto: Gratia
vobis omnibus qui eſtis in Chriſto Ieſu.
Amen.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI II.

CAP. I.

1 'IMON' Petrus, ſeruus "Simeon 1 MS. G q.
& Apoſtolus Ieſu Chri-
ſti, iis qui cœqualem
nobiſcū ſortiti ſunt fi-
dem in iuſtitia Dei no-
2 ſtri, & Saluatoris Ieſu
Chriſti. ✱Gratia vobis & pax adimple-
atur in cognitione Dei & 'Chriſti' Ieſu -10 MS. G q.
3 Domini noſtri: ✱quomodo omnia nobis
diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam & pie-
tatem, "donata ſunt', per cognitionem "donata eſt 7 MS. G. Vtramq. lectionem agnoſcit Beda.
eius, qui vocauit nos propria gloria &
4 virtute, ✱per "quem' maxima & pretio- "quæ 7 MS. G. "quam 8 MS. B. Textus conſentit Gq.
ſa nobis promiſſa donauit: vt per hæc
efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fu-
gientes eius quæ in mundo eſt, concupi-
5 ſcentiæ corruptionem. ✱Vos autem cu-
ram omnem ſubinferentes, miniſtrate
in fide veſtra virtutē, in virtute autem
6 ſcientiam, ✱in ſcientia autem abſtinen-
tiam, in abſtinētia autem patientiam, in
7 patientia autē pietatem, ✱in pietate au-
tem amorem fraternitatis, in amore au-
8 tem fraternitatis charitatē. ✱Hæc enim
"ſi vobiſcum aſſint', & ſuperent: non va- "vobis cùm adſint 5 MS: Vtrosuis mōdo intelligi poſſunt Gq: a.
cuos, nec ſine fructu vos conſtituent in
Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione.
9 ✱Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus
eſt, & manu tentans, obliuionem acci-
piens purgationis veterum ſuorum deli-
10 ctorum. ✱Quapropter fratres magis ſa-
tagite vt per bona opera certam veſtram
vocationem & electionem faciatis: hæc
enim facientes, non peccabitis aliquan-

do. *Sic enim abundanter miniſtrabitur 11
vobis introitus in æternum regnum Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti.
*Propter quod incipiã vos ſemper com- 12
monere de his: & quidẽ ſcientes & confirmatos vos in præſenti veritate. *Iuſtum autem arbitror quãdiu ſum in hoc 13
tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione: *certus quòd velox eſt depoſitio 14
tabernaculi mei ſecundum quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit
Ioh.21,19. mihi. *Dabo autem operam & frequen- 15
ter habere vos poſt obitum meũ, vt horum memoriam faciatis. *‖ Non enim 16
1 Cor.1,17 13,20. ‖ indoctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & ‖ præſcientiam': ſed ſpeculatores
‖ præſentiã 5 MS. R.G. facti: ‖ illius' magnitudinis. *Accipiens 17
‖ ἐκείνε enim à Deo patre honorem & gloriam, voce delapſa ad eũ huiuſcemodi à ma-
Mat.17,5. gnifica gloria, ‖ Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipſum audite. *Et hanc vocem nos audiuimus de 18
cælo allatam, cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto. *Et habemus firmiorem 19
propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, &
2 Tim.3,16 lucifer oriatur in cordibus veſtris: *‖ hoc 20
primum intelligentes quòd omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. *Non enim voluntate humana allata eſt aliquã do prophetia: ſed Spi- 21
ritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.

CAP. II.

FVerunt verò & pſeudoprophetæ in 1
populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces qui introducẽt ſectas perditionis, & eũ qui emit eos, Dominum negant: ſuperducentes ſibi celerem perditionem. *Et multi ſequentur eorũ luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur. *& in auaritia fictis verbis de vo- 3
bis negotiabũtur. quibus iudicium iam olim non ceſſat: & perditio eorum non
Ioh.4,18. Iude 6. dormitat. *‖ Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit: ſed rudentibus 4
inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari: *Et 5
originali mũdo non pepercit, ſed ‖ octauum Noë iuſtitiæ pręconem cuſtodiuit, Gen.7,1.
diluuium mundo impiorum inducens.
6 *‖ Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum qui im- Gen.19,25.
piè acturi ſunt ponens: *& iuſtum Lot
oppreſſum à nefandorum ‖ iniuria ac' - 1 MS. R. G.
8 luxurioſa conuerſatione eripuit: *aſpectu enim & auditu iuſtus erat: habitans ‖ impudica 1 MS. Q. n.
apud eos qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. *No- 9
uit ‖ Dominus' pios de tentatione eripere; iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciãdos: *magis autem eos qui poſt 10
carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemq́ue contemnunt, audaces, ſibi placẽtes: ‖ ſectas' non ‖ δόξας
metuunt ‖ introducere' blaſphemantes. - 6 MS. G.
11 *Vbi angeli, fortitudine & virtute cùm ſint maiores, non portant aduerſum ſe
12 ‖ execrabile iudicium. *Hi verò velut ir- ‖ à Domino 1 MS. R.G.
rationabilia pecora, naturaliter in captionem & in pernicię, in his quæ ignorant blaſphemantes in corruptione ſua
13 peribunt, *percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem, exiſtimantes diei delicias ‖, coinquinationis', & maculæ: ‖ coinquinationes 1 MS. G.
deliciis affluentes, in conuiuiis ſuis luxu-
14 riantes vobiſcum, *oculos habẽtes plenos adulterij & inceſſabilis delicti. Pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum auaritia habẽtes, maledictionis filij:
15 *derelinquentes rectam viam errauerunt, ‖ ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui Nu. 22,23. Iude 11.
16 mercedẽ iniquitatis amauit, *correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ. ſubiugale
mutum ‖ animal' ‖ hominis voce loquẽs, - 4 MS. B.G.
17 prohibuit prophetæ inſipientiam. *‖ Hi ‖ in MS.R. B. G.
ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbini- Iude 12.
bus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. *‖ Superba' enim vani- 18
tatis loquentes, pelliciunt in deſideriis ‖ Superbia o.
carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore cõuerſantur, *liber- 19
tatem illis promittentes, cùm ipſi ſerui Ioh.8,34.
ſint corruptionis. ‖ à quo enim quis ſu- Rom.6,20. Heb.6,4.
20 peratus eſt: huius & ſeruus eſt. *‖ Si enim 10,26. Mat.12,45
refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu

Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperãtur: facta ſunt eis poſteriora deteriora
21 prioribus. *Melius enim erat illis non cognoſcere viã iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem, retrorſum conuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mãdato. *Con- 22
Pro.26,12. tigit enim eis illud veri prouerbij: ‖ Canis reuerſus ad ſuum vomitum: &, Sus lota in volutabro luti.

CAP. III.

HAnc ecce vobis chariſſimi ſecun- 1
dam ſcribo epiſtolã, in quibus veſtram excito in cõmonitione ſinceram mentem: *vt memores ſitis eorum quę 2
prędixi verborum à ſanctis prophetis, & Apoſtolorum veſtrorum, præceptorum
1 Tim.4,1. Domini & Saluatoris. *‖ hoc primùm 3
2 Tim.3,1. ſcientes, quòd veniẽt in nouiſſimis die-
Iuda 18. bus in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes, *di- 4
Ecc.12,27 centes, ‖ Vbi eſt promiſſio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerãt ab initio creaturæ.
*Latet enim eos hoc volẽtes, quòd cæli 5
erant priùs & terra, de aqua, & per aquã, conſiſtens Dei verbo: *per quæ, ille tunc 6
mundus aqua inundatus periit. *Cæli 7
autem qui nunc ſunt, & terra eodẽ verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum. *Vnum verò hoc non lateat vos 8
chariſſimi, quia vnus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut
‖ promiſſi 4 MS.G. ‖ promiſſionem ſuam', ſicut quidam exiſti- 9
‖ promiſſis MS q. mant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. *‖ Adueniet autem dies 10
1 Theſſ.5,2. Apoc.3,3. 16,15. Domini vt fur: in quo cęli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. *Cũ igitur hęc omnia 11
diſſoluenda ſint: quales oportet vos eſſe in ſanctis cõuerſationibus & pietatibus,
*expectantes & properantes in aduen- 12
‖ Dei 1 MS.G. tum diei ‖ Domini', per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore
Apoc.21,1. Iſa.65,17. 66,22. &c. tabeſcẽt? *‖ Nouos verò cælos & nouam 13
terram ‖ ſecundum' promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. *Pro- 14
pter quod chariſſimi hæc expectantes, ſatagite, immaculati & inuiolati ei inue- Rom.2,4: *Ieſu Chriſti Ms q.
15 niri in pace. *‖ & Domini noſtri' longanimitatem, ſalutem arbitremini, ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiã ſcripſit vobis:
16 *ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcriptu-
17 ras, ad ſuam ipſorum perditionem. *Vos igitur fratres præſcientes, cuſtodite, ne inſipientium errore traducti excidatis à
18 ‖ ppria firmitate. *creſcite verò in gratia & in cognitione Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI I.

CAP. I.

1 QVod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vi-
2 tæ: *(& vita manifeſtata eſt: & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud patrem, &
3 apparuit nobis) *quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre & cum Filio eius Ie-
4 ſu Chriſto. *Et hæc ſcribimus vobis vt ‖ gaudeatis, &' gaudium veſtrum ſit ple- - 3 MS. Aug. G.S.
5 num. *Et hæc eſt annuntiatio quam audiuimus ab eo, & annuntiamus vobis,
‖ Quoniam Deus lux eſt: & tenebræ in Ioh.8,12.
6 eo nõ ſunt vllæ. *Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritа-
7 tem non facimus. *Si autẽ in luce ambulamus ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatem habemus ad inuicem, ‖ & ſanguis Ie- Heb.9,14. 1 Pet.1,19. Apoc.1,5.
ſu Chriſti filij eius emũdat nos ab omni

3 Reg.8,46 2 Par.6,36 Pro.20,9. Eccl.7,21. peccato. *'Si dixerimus quoniam pec- 8
catum nõ habemus: ipsi nos seducimus,
& veritas in nobis non est. *Si confitea- 9
mur peccata nostra: fidelis est & iustus,
vt remittat nobis peccata nostra, &
emundet nos omni iniquitate. *Si di- 10
xerimus quoniam non peccauimus:
mendacem facimus eum, & verbum
eius non est in nobis.

CAP. II.

FIlioli mei, hæc scribo vobis, vt non 1
peccetis. Sed & si quis peccauerit, ad-
uocatum habemus apud Patrem, Iesum
Christum iustum: *& ipse est propitiatio 2
pro peccatis nostris: non pro nostris au-
tem tantùm, sed etiam pro totius mun-
di. *Et in hoc scimus quoniam cognoui- 3
mus eum, si mandata eius obseruemus.

* Deum MS q. *Qui dicit se nosse 'eum', & mandata 4
eius non custodit: mendax est, & in hoc
veritas non est. *Qui autem seruat ver- 5
bum eius: verè in hoc charitas Dei per-
fecta est, in hoc scimus quoniam in ipso
sumus. *Qui dicit se in ipso manere, de- 6
bet sicut ille ambulauit, & ipse ambula-
re. *Charissimi, non mandatũ nouum 7
scribo vobis, sed mandatum vetus quod
habuistis ab initio. Mandatum vetus est
verbum quod audistis. *'Iterum man- 8
datum nouũ scribo vobis, quod verum
est & 'in ipso, & in vobis: quia tenebræ
transierunt, & verum lumen iam lucet.
*Qui dicit se in luce esse, & fratrẽ suum 9
odit: in tenebris est vsque adhuc. *'Qui 10
diligit fratrem suum, in lumine manet,
& scandalum in eo non est. *Qui autem 11
odit fratrem suum: in tenebris est, & in
tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia
tenebræ obcæcauerunt oculos eius.
*Scribo vobis filioli, quoniã remittun- 12
tur vobis peccata propter nomen eius.
*Scribo vobis patres, quoniam cogno- 13
uistis eum qui ab initio est. Scribo vobis
adolescentes, quoniã vicistis malignum.

*Scripsi 1 MS. Gq. s. * Q.n. *Scripsi vobis adolescentes 3 MS. G.S. *'Scribo 'vobis infantes, quoniã cogno- 14
uistis patrẽ. *Scribo vobis iuuenes', quo-
niam fortes estis, & verbum Dei manet
in vobis, & vicistis malignum. *Nolite 15
diligere mundum, neq. ea quæ in mun-
do sunt. Si quis diligit mundum, non est
charitas Patris in eo. *quoniam omne 16
quod est in mundo, concupiscentia car-
nis est, & concupiscentia oculorum, &
superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed
ex mundo est. *Et mundus 'transit', & 17 'transibit MSq.Aug.
concupiscentia eius. Qui autẽ facit vo-
luntatem Dei, manet in æternũ. *Filioli, 18
nouissima hora est: & sicut audistis, quia
Antichristus venit: nũc Antichristi mul-
ti facti sunt. vnde scimus, quia nouissi-
ma hora est. *Ex nobis prodierunt: sed 19
non erant ex nobis. nã si fuissent ex no-
bis, permansissent vtique nobiscum: sed
vt manifesti sint quoniam non sunt om-
nes ex nobis. *Sed vos vnctionem ha- 20
betis à Sancto, & nostis omnia. *Nõ scri- 21
psi vobis quasi ignorantibus veritatem,
sed quasi scientibus eam: & quoniã om-
ne mendaciũ ex veritate non est. *Quis 22
est mendax, nisi is qui negat quoniam
Iesus 'non' est Christus? Hic est Antichri- - 5 MS. Q.n.
stus qui negat Patrem & Filium. *Om- 23
nis qui negat Filium: nec Patrem habet.
qui confitetur Filium: & Patrem habet.
*Vos quod audistis ab initio, in vobis 24
permaneat: Si in vobis permãserit quod
audistis ab initio, & vos in Filio & Patre
manebitis. *Et hæc est repromissio quã 25
ipse pollicitus est nobis, vitam æternam.
*Hæc scripsi vobis de his qui seducunt 26
vos. *Et vos vnctionem quam accepi- 27
stis ab eo, maneat in vobis. Et non ne-
cesse habetis vt aliquis doceat vos: sed
sicut vnctio eius docet vos de omnibus,
& verum est, & non est mendacium. Et
sicut docuit vos: manete in eo. *Et nunc 28
filioli manete in eo: vt cùm apparuerit,
habeamus fiduciam, & non confunda-
mur ab eo in aduẽtu eius. *Si scitis quo- 29
niam iustus est, scitote quoniam & om-
nis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

CAP. III.

VIdete qualem charitatem dedit no- 1
bis Pater, vt Filij Dei nominemur
& simus. Propter hoc mũdus non nouit
nos: quia non nouit eum. *Charissimi, 2
nunc filij Dei sumus: & nondum appa-
ruit quid erimus. Scimus quoniam cùm
apparuerit, similes ei erimus: quoniam
videbimus eum sicuti est. *Et omnis qui 3
habet

habet hanc spẽ in eo, sanctificat se, sicut
& ille sanctus est. *Omnis qui facit pec- 4
catum, & iniquitatẽ facit: & peccatum
est iniquitas. *'Et scitis quia ille appa- 5
ruit vt peccata nostra tolleret: & 'pecca-
tum in eo non est. *Omnis qui in eo ma- 6
net, non peccat: & omnis qui peccat,
non vidit eum, nec cognouit eum. *Fi- 7
lioli, nemo vos seducat. Qui facit iusti-
tiam, iustus est: sicut & ille iustus est.
*'Qui facit peccatum, ex diabolo est: 8
quoniam ab initio diabolus peccat. In
hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat ope-
ra diabolo. *Omnis qui natus est ex Deo, 9
peccatum nõ facit: quoniã semen ipsius
in eo manet, & non potest peccare, quo-
niam ex Deo natus est. *In hoc manife- 10
sti sunt filij Dei, & filij diabolo. Omnis
qui 'non est iustus', nõ est ex Deo, & qui
non diligit fratrem suum. *quoniã hæc 11
est annuntiatio, quam audistis ab initio,
'Vt 'diligatis' alterutrum. *Non sicut 12
'Cain qui ex maligno erat: & occidit fra-
trẽ suum. Et propter quid occîdit eum?
Quoniam opera eius maligna erant: fra-
tris autem eius, iusta. *Nolite mirari fra- 13
tres, si odit vos mundus. *Nos scimus 14
quoniam 'translati sumus de morte ad
vitam, 'quoniam diligimus fratres. Qui
non diligit: manet in morte. *'omnis 15
qui odit fratrem suum: homicida est. Et
scitis quoniam omnis homicida non ha-
bet vitam ęternam in semetipso manen-
tem. *'In hoc cognouimus charitatem 16
Dei, quoniã ille animam suam pro no-
bis posuit: & nos debemus pro fratribus
animas ponere. *'Qui habuerit substan- 17
tiam * mundi, & viderit fratrem suum
necesse habere, & clauserit viscera sua
ab eo: quomodo charitas Dei manet in
eo? *Filioli mei, non diligamus verbo, 18
neque lingua, sed opere & veritate. *in 19
hoc cognoscimus quoniam ex veritate
sumus: & in conspectu eius suadebimus
corda nostra. *Quoniam si reprehende- 20
rit nos cor nostrum: maior est Deus cor-
de nostro, & nouit omnia. *Charissimi, 21
si cor nostrum non reprehenderit nos:
fiduciam habemus ad Deum. *& quic- 22
quid petierimus, accipiemus ab eo: quo-
niam mandata eius custodimus, & ea Mat.7,7. 21,22. Ioh.14,13. 15,7. 16,24. Inf.3,14. Ioh.6,29. 17,3. Ioh.13,34. 13,12. Ioh.14,23. 15,10.
23 quæ sunt placita coram eo, facimus. *'Et
hoc est mandatum eius, Vt credamus in
nomine filij eius Iesu Christi: & 'diliga-
mus alterutrum, sicut dedit mandatum
24 nobis. *'Et qui seruat mandata eius:
in illo manet, & ipse in eo, & in hoc sci-
mus quoniam manet in nobis de Spiri-
tu quem dedit nobis.

CAP. IIII.

1 CHarissimi, nolite omni spiritui cre-
dere, sed probate spiritus si ex Deo
sint: quoniam multi pseudoprophetæ
2 exierunt in mũdum. *In hoc cognoscí-
tur spiritus Dei. omnis spiritus qui con-
fitetur Iesum Christum in carne venis-
3 se, ex Deo est: *& omnis spirit' qui 'soluit 'Q.n.
Iesum', ex Deo non est, & hic est 'An- *Antichristi G.Q.m.
tichristus', de quo audistis quoniam ve-
4 nit, & nunc iam in mundo est. *Vos ex
Deo estis filioli, & vicistis 'eum', quo- 'eos 4 MS. G.S.
niam maior est qui in vobis est, quàm
5 qui in mundo. *Ipsi de mũdo sunt: ideo
de mundo loquuntur, & mũdus eos au-
6 dit. *Nos ex Deo sumus. 'Qui nouit Ioh.8,47. 10,27.
Deum: audit nos. qui non est ex Deo:
non audit nos. in hoc cognoscimus spíri-
7 tum veritatis, & spiritum erroris. *Cha-
rissimi, diligamus nos inuicẽ: quia cha-
ritas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex
8 Deo natus est, & cognoscit Deum. *Qui
non diligit, non nouit Deum: quoniam
9 Deus charitas est. *'In hoc apparuit Ioh.3,16.
charitas Dei in nobis, quoniam filium
suum vnigenitum misit Deus in mun-
10 dum, vt viuamus per eum. *In hoc est
charitas: nõ quasi nos dilexerimus Deũ,
sed quoniam ipse *dilexit nos, & misit fi- *prior MSq.
lium suum propitiationem pro peccatis
11 nostris. *Charissimi, si sic Deus dilexit
nos: & nos debemus alterutrũ diligere.
12 *'Deum nemo vidit vnquam. Si diliga- 1 Ioh.1. 2 Tim.6,16
mus inuicem: Deus in nobis manet, &
13 charitas eius in nobis perfecta est. *In
hoc cognoscimus quoniam in eo mane-
mus, & ipse in nobis: quoniam de Spi-
14 ritu suo dedit nobis. *Et nos vidimus, &
testificamur quoniã Pater misit Filium
15 'suum' Saluatorem mundi. *Quisquis - 21 MS. G.
confessus fuerit quoniam Iesus est filius
Dei:

Dei: Deus in eo manet, & ipſe in Deo.
16 ‡Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 17 ‡In hoc perfecta eſt charitas *nobiſcum, vt fiduciã habeam⁹ in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. 18 ‡Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. qui autem timet: nõ eſt perfectus in charitate. 19 ‡Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.
20 ‡Si quis dixerit, quoniam diligo Deum: & fratrem ſuum oderit, mẽdax eſt. Qui enim nõ diligit fratrem ſuum quem *vidit, 'videt': Deum quem non 'videt', quomodo poteſt diligere? 21 ‡Et hoc mandatum habemus "à Deo': vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

* Dei Msq. *eius s.

*vidit 4 MS. R.G. Ioh. 13, 34. 15, 12. Epheſ. 5, 2. "ab eo 5 MS. Aug. G. S.

CAP. V.

1 OMnis qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit & eum qui natus eſt ex eo. 2 ‡In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos Dei: cùm Deum diligamus, & mandata eius faciamus. 3 ‡Hęc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus: '& mandata eius grauia non ſunt. 4 ‡Quoniam omne quod natum eſt ex Deo: vincit mundũ: & hæc eſt victoria, quę vincit mundum: fides noſtra. 5 ‡'Quis eſt *qui vincit mundum, niſi qui credit quoniã Ieſus eſt filius Dei? 6 ‡hic eſt qui venit per aquam & ſanguinẽ Ieſus Chriſtus: non in aqua ſolùm: ſed in aqua & ſanguine. Et Spiritus eſt qui teſtificatur, quoniam 'Chriſtus' eſt veritas. 7 ‡Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. & hi tres vnũ ſunt. 8 ‡Et tres ſunt qui teſtimoniũ dant in terra: Spiritus, aqua, & ſanguis. & hi tres vnum ſunt: 9 ‡Si teſtimonium hominũ accipimus: teſtimonium Dei maius eſt. quoniam hoc eſt teſtimonium Dei quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo. 10 ‡Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. 'Qui non credit filio, mendacem facit eũ: quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo.
11 ‡Et hoc eſt teſtimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc 12 vita in filio eius eſt. ‡Qui habet filium*: habet vitam. qui non habet filium Dei, 13 vitam non habet. ‡Hæc 'ſcribo' vobis: vt ſciatis quoniam vitam habetis æternam qui creditis in nomine filij Dei.
14 ‡Et hæc eſt fiducia quam habemus ad 'eum': Quia 'quodcunq. petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos. 15 ‡Et ſcimus quia audit nos quicquid petierimus: ſcimus quoniam habemus petitiones quas 'poſtulamus' ab eo. 16 ‡Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, 'petat, & dabitur ei vita, peccanti 'non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: nõ pro illo dico vt roget quis. 17 ‡Omnis iniquitas, peccatum eſt: &, eſt 18 peccatum, *ad mortem. ‡Scimus, quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: ſed generatio Dei conſeruat eũ, & malignus non tangit eũ. 19 ‡Scimus quoniam ex Deo ſumus: & mundus totus in maligno poſitus eſt. 20 ‡Et ſcimus quoniam filius Dei venit: '& dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus verum Deũ, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus: & 21 vita æterna. ‡Filioli, cuſtodite vos à ſimulachris. Amen.

*Dei Ms. Gq.

'ſcripſi 7 MS. B.G. s.

'Deum Msq. Sup. 3, 22.

'poſtulauimus 1 MS. G.S.

'petet, & dabit ei vitã, peccantibus 6 MS. G.S.

*non G.s.

Luc. 24, 45

1 Co. 15, 57 *autem MS. Gq.

*Spiritus e. s. - 5 MS. B. S. Q.n.

- 15 MS. R.G.Q.n.

Ioh. 3, 36.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI II.

1 SEnior, Electæ Dominæ & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunr veritatẽ, 2 ‡propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiſcum erit in æternũ. 3 ‡Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo patre, & à Chriſto Ieſu filio Patris in veritate, & charitate. 4 ‡Gauiſus ſum valdè, quoniam inueni de filijs tuis ambulantes in veritate, ſicut mandatum accepimus à Patre. 5 ‡Et nunc rogo te domina, non tanquã mandatum nouũ ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum. 6 ‡Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundum mandata eius. Hoc eſt enim mandatũ, vt quemadmodũ audiſtis ab initio, in eo ambuletis: 7 ‡quoniam multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carnem: hic eſt ſeductor & antichriſtus. 8 ‡Videte voſmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis: ſed vt mercedem plenam accipiatis. 9 ‡Omnis qui recedit, & nõ permanet in doctrina Chriſti: Deũ non habet. qui permanet in doctrina: hic & Patrem, & Filium habet. 10 ‡Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis. 11 ‡Qui enim dicit illi AVE: communicat operibus eius malignis.* 12 ‡Plura habens vobis ſcribere, nolui per chartam & atramentum: ſpero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium veſtrum plenum ſit. 13 ‡Salutant te filij ſororis tuæ electæ.

Ioh. 13, 34. 15, 12. 1 Ioh. 3, 11.

*Maius horũ non habeo gaudium R.G.Q.n.

*benefaciens, deduces o.

*Ecce, prædixi vobis, vt in die Domini non confundamini MS.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI III.

1 SEnior Gaio chariſſimo, quem ego diligo in veritate: 2 ‡Chariſſime de omnibus orationem facio proſperè te ingredi, & valere, ſicut proſperè agit anima tua. 3 ‡Gauiſus ſum valdè venientibus fratribus, & teſtimonium perhibẽtibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas. 4 ‡Maiorẽ horum, non habeo gratiam' quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. 5 ‡Chariſſime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos 6 ‡teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu eccleſiæ: quo 'benefacies, deducens' dignè Deo. 7 ‡Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus. 8 ‡Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi: vt cooperatores ſimus veritatis.
9 ‡Scripſiſſem forſitan eccleſiæ: ſed is qui amat primatũ gerere in eis, Diotrepes; 10 non recipit nos. ‡propter hoc ſi venero, commoneam eius opera quæ facit: verbis malignis garriens in nos, & quaſi non ei iſta ſufficiant: neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de 11 eccleſia eiicit. ‡Chariſſime, noli imitari malum, ſed quod bonum eſt. Qui bene facit, ex Deo eſt: qui malè facit, nõ vidit 12 'Deum'. ‡Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus, & ab ipſa veritate, ſed & nos teſtimoniũ perhibemus: & noſti quoniam teſtimonium noſtrum verum 13 eſt. ‡Multa habui tibi ſcribere: ſed nolui per atramentum & calamum ſcribere 14 tibi. ‡Spero autẽ protinus te videre, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

*benefaciens, deduces o.

'eum Msq.

IVDÆ APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.

1 IVDAS Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi: his qui ſunt in Deo patre dilectis, & 2 Chriſto Ieſu conſeruatis, & vocatis. 3 ‡Miſericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur. ‡Chariſſimi, omnem ſolicitudinem faciens ſcribẽdi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere 4 vobis: deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei. ‡Subintroierũt enim quidã homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferẽtes in luxuriam, & ſolum 5 Dominatorem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes. ‡Commonere aũt vos volo, ſcientes ſemel omnia, quoniam Ieſus, populum de terra Ægy- Nu. 14, 37.
6 pti ſaluans, 'ſecundò eos qui non crediderunt, perdidit: ‡Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudi-

*super certare 2 MS. Q.n.

eium

cium magni diei, vinculis æternis sub ca-
ligine reseruauit. [6] Sicut Sodoma & 7
Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili
modo exfornicatæ, & abeuntes post car-
nem alteram, factæ sunt exemplũ, ignis
æterni pœnam sustinentes. [8] Similiter & 8
hi carnem quidem maculant, domina-
tionem autem spernunt, maiestatem
autẽ blasphemant. [9] Cùm Michaël Ar- 9
changelus, cum diabolo disputans alter-
caretur de Moysi corpore: non est ausus
iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit,
Increpet te MS. G. 'Imperet tibi' Dominus. [10] Hi autẽ quæ- 10
cunque quidem ignorãt, blasphémant:
quæcunq. autem naturaliter, tanquam
muta animalia, norunt, in his corrum-
quia 3 MS. R. G. puntur. [11] Væ illis, 'qui' in via Cain ab- 11
- 5 MS. G. ierunt: & errore Balaam, mercede effusi
Gen. 4, 8. sunt; & in contradictione Core perie-
Nu. 22, 23, 24. rũt. [12] Hi sunt in epulis suis, maculæ, con-
Nu. 16, 1. 32, 27. 3. uiuãtes sine timore, semetipsos pascẽtes,
2 Pet. 2, 17. nubes sine aqua, quæ à ventis 'circunfe-
conferuntur R. Q. runtur', arbores autũnales, infructuosę,
bis mortuæ, eradicatæ, [13] fluctus feri ma- 13
ris, despumãtes suas confusiones, sydera
errantia: quibus procella tenebrarũ ser-
uata est in æternũ. [14] Prophetauit autem 14
de his septimus ab Adam, Enoch, dicẽs,
Apoc. 1, 7. 'Ecce venit Dns in sanctis millibus suis,
[15] facere iudicium contra omnes, & ar- 15
guere omnes impios, de omnibus operi-
bus impietatis eorũ quibus impiè ege-
rũt, & de omnibus duris quæ locuti sunt
Deum M sq. contra 'eum' peccatores impij. [16] Hi sunt 16
murmuratores queruloſi, secũdum de-
Psal. 16, 10. sideria sua ambulantes, ' & os eorum lo-
superba 4 MS. R. G. quitur 'superbiam' mirantes personas
quæstus causa. [17] Vos autem charissimi 17
memores estote verborum quæ prædi-
cta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu
1 Tim. 4, 1. 2 Tim. 3, 1. 2 Pet. 3, 3. Christi, [18] qui dicebant vobis, quoniã 'in 18
in nouissimis temporibus MS. nouissimo tempore' venient illusores,
secundum desideria sua ambulantes 'in
impietatibus'. [19] Hi sunt qui segregant se- 19
impietatum 4 MS. G. metipsos, animales, Spiritum nõ haben-
in impietate M sq. tes. [20] Vos autem charissimi, superædifi- 20
vestræ 8 MS. B. G q. cantes vosmetipsos sanctissimæ 'nostræ'
fidei, in Spiritu sancto, orãtes, [21] 'vosmet- 21
ipsos vos 3 MS. ipsos' in dilectione Dei seruate, expe-
ctantes misericordiã Domini nostri Iesu
Christi in vitam æternam. [22] Et hos qui- 22
dem arguite iudicatos: [23] illos verò salua- 23
te, de igne rapientes. Aliis autem misere-
mini in timore: odiẽtes & eam quæ car-
nalis est, maculatã tunicam. [24] Ei autem 24
qui potens est vos conseruare sine pec-
cato, & constituere ante conspectũ glo-
riæ suæ immaculatos 'in exultatione' in -O. -3 MS. B. G. aduentu Domini nostri Iesu Christi', [25] Soli Deo Saluatori nostro per Iesum 25
Christum Dominum nostrum gloria &
magnificẽtia, imperium & potestas ante
omne seculum, & nunc & in omnia se-
cula seculorum. Amen.

APOCALYPSIS IOHANNIS APOSTOLI.

CAP. I.

1 APOCALYPSIS Iesu Christi quam dedit illi Deus, palàm facere ser-
uis suis quæ oportet fieri citò: & significauit,
mittens per angelum
2 suum seruo suo Iohanni, [2] qui testimo-
nium perhibuit verbo Dei, & testimo-
nium Iesu Christi, quæcunque vidit.
3 [3] Beatus qui legit & audit verba prophe-
tiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta
4 sunt. tempus enim propè est. [4] Iohan-
nes septem ecclesijs quæ sunt in Asia.
Exo. 3, 14. Gratia vobis & pax ab eo 'qui est, & qui
erat, & qui venturus est. & à septem spi-
ritibus qui in cõspectu throni eius sunt,
5 [5] & à Iesu Christo qui est testis fidelis,
1 Cor. 15, 20. 'primogenitus mortuorum, & princeps
regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos
Col. 1, 18. Heb. 9, 12. 14. 1 Pet. 1, 18. 6 à peccatis nostris 'in sanguine suo, [6] & fe-
cit nos regnum & sacerdotes Deo & pa-
1 Ioh. 1, 7. tri suo, ipsi gloria & imperium in secu-
Isai 3, 13. Mat. 24, 30 Iuda 14. 7 la seculorum. Amen. [7] 'Ecce venit cum
nubibus, & videbit eum omnis oculus,
& qui eum pupugerunt. Et plangent se
Isai. 44, 6. Infr. 21, 6. 22, 13. super eum omnes tribus terræ: etiam,
8 Amen. [8] 'Ego sum α & ω, principium &
finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui
erat, &

erat, & qui venturus est omnipotens.
9 [9] Ego Iohannes frater vester & particeps
in tribulatione, & regno, & patientia in
Christo Iesu, fui in insula quæ appella-
tur Patmos, propter verbum Dei & te-
10 stimonium Iesu. [10] Fui in spiritu in Do-
minica die, & audiui post me vocem ma-
gnam tanquam tubæ, [11] dicentis, Quod 11
vides, scribe in libro: & mitte septẽ ec-
clesiis quę sunt in Asia, Epheso, & Smyr-
næ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis,
& Philadelphiæ, & Laodiciæ. [12] Et con- 12
uersus sum, vt viderem vocem quæ lo-
quebatur mecum. Et conuersus vidi se-

ptem candelabra aurea: [13] & in medio 13
'MS. R. G. septem candelabrorũ 'aureorum' simi-
lem filio hominis, vestitum podêre, &
præcinctum ad mamillas zona aurea.
[14] caput autem eius & capilli erant can- 14
didi, tanquam lana alba, & tanquã nix,
& oculi eius tanquam flamma ignis: [15] & 15
'auricalco libanis. Pr. & vocalibano. pedes eius similes 'aurichalco', sicut in
camino ardenti. & vox illius tanquam
vox aquarum multarum: [16] & habebat 16
in dextera sua stellas septem. & de ore
eius gladius vtraq. parte acutus exibat:
& facies eius, sicut sol lucet in virtute
17 sua. [17] Et cùm vidissem eum, cecidi ad pe-
des eius tanquam mortuus. Et posuit
dexteram suam super me, dicens, Noli
timere: ego sum primus & nouissimus, Isai. 41, 4. & 44, 6.
18 [18] & viuus, & fui mortuus, & ecce sum
viuens in secula seculorũ, & habeo cla-
19 ues mortis & inferni. [19] Scribe ergo quæ
vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri
20 post hæc. [20] Sacramentum septem stella-
rũ quas vidisti in dextera mea, & septem
candelabra aurea. septem stellæ: angeli
sunt septem ecclesiarum. & candelabra
septem: septem ecclesiæ sunt.

CAP. II.

1 'ET' angelo Ephesi ecclesiæ scribe, -7 MS. G. Hæc dicit qui tenet septẽ stellas in
dextera sua, qui ambulat in medio septẽ
2 candelabrorum aureorum; [2] Scio opera
tua & laborem, & patientiam tuam: &
quia non potes sustinere malos, & tenta-
sti eos qui se dicũt Apostolos esse, & non
3 sunt, & inueniſti eos mendaces: [3] & pa-
tientiam habes, & sustinuisti propter
4 nomen meum, & non defecisti. [4] Sed
habeo aduersum te 'pauca', quòd chari- - 9 MS. Pr. G.
5 tatem tuam primam reliquisti. [5] Memor
esto itaque vnde excideris: & age pœni-
tentiam, & prima opera fac. sin autem:
venio tibi, & mouebo candelabrũ tuum
6 de loco suo, nisi pœnitentiã egeris. [6] Sed
hoc habes, quia odisti facta Nicolaita-
7 rum, quę & ego odi. [7] Qui habet aurem,
audiat quid Spiritus dicat ecclesiis, Vin-
centi dabo edere de ligno vitæ, quod est
8 in Paradiso Dei mei. [8] Et angelo Smyr-
næ ecclesiæ scribe, Hæc dicit primus &
nouissimus, qui fuit mortuus, & 'viuit', 'vixit R. G.
9 [9] Scio tribulationem tuam & paupertа-
tem tuam, sed diues es: & blasphemaris
ab his qui se dicunt Iudæos esse & non
10 sunt, sed sunt synagoga satanæ. [10] Nihil
horum timeas, quę passurus es. Ecce mis-
surus est diabolus aliquos ex vobis in
carcerem vt tentemini: & habebitis tri-
bulationem diebus decem. Esto fidelis
vsque ad mortem: & dabo tibi coronam
11 vitæ. [11] Qui habet aurem, audiat quid
Spiritus

Spiritus dicat ecclesiis, Qui vicerit, non lædetur à morte secũda. *Et angelo Pergami ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet rhomphęam vtraque parte acutam, 12

*Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi satanas habitat. *Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenẽtes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum, coram filiis Israël, edere, & fornicari: *ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. *Similiter pœnitentiam age. si quo minus: veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. *Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis, Vincenti dabo manna absc̃ditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo, nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. *Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe, Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquã flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco: *Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam & opera tua nouissima plura prioribus. *Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierẽ Iezabel, quæ se dicit propheten, docere & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. *Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret: & non vult pœnitere à fornicatione sua. *Ecce mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint: *& filios eius interficiã in mortem, & sciẽt omnes ecclesiæ quia ego sum scrutans renes & corda, & dabo vnicuique vestrum secundũ opera sua. *Vobis autem dico cæteris qui Thyatiræ estis, Quicunq. non habent doctrinam hanc, qui non cognouerunt altitudinem satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus, *tamen id quod habetis, tenete donec veniam. *Et qui vicerit & custodierit vsq. in finem opera mea: dabo illi potestatem super Gentes,

Num. 24,3. 25,2. 31,16

-1 MS. Pr. G.

*ego mitto 1 MS. R. Pr. G.

*in morte 8 MS. G. 1 Reg. 16,7 Psal. 7,10. Iere. 11,20. 17,10. 20,12.

*& MS. Gq.

altitudines 5 MS. G.

*qui 3 MS.

*& reget eas in virga ferrea, & tãquam vas figuli confringentur, *sicut & ego accepi à patre meo: & dabo illi stellam matutinam. *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Psal. 2,8. -1 MS. Pr. G.

CAP. III.

*ET angelo ecclesiæ Sardis, Scribe, Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas, Scio opera tua, quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es. *Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram Deo meo. inueni 3 MS. Pr. G.

*In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris: & serua, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris, Veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. *Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. *Et angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit: *Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum. *Ecce dabo de synagóga satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & nõ sunt, sed mentiuntur: Ecce faciã illos vt veniant, & adorẽt ante pedes tuos. & scient quia ego dilexi te. *quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum, tentare habitantes in terra. *Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & foras non egredietur amplius: & scribam super eũ nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum. *Qui

Psal. 2,8. -1 MS. Pr. G.

Infr. 16,15. 1 Thess. 5,2. 2 Pet. 3,10.

Isai. 22,22. Iob. 12,14.

*Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. *Et angelo Laodiciæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit, Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei. *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus esses, aut calidus. *sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. *quia dicis, Quòd dives sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos vt videas. *Ego quos amo, arguo & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age. *Ecce sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

Iob 24,5. 41,25.

-1 MS. Pr. G. Post hæc stat. pm Mq. Et 5 MS. Bo.

Prou. 11. Hebr. 12,6.

mihi 11 Mq. Pr.

CAP. IIII.

*POst hęc vidi: & ecce ostium apertum in cælo, & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri cito post hæc. *Statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. *Et qui sedebat, similis erat aspectu lapidis iaspidis, & sardini: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ. *Et in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor: & super thronos, vigintiquatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureę. *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronũ, qui sunt septem Spiritus Dei. *Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis antè & retro. *Et animal primum, simile leoni: & secundum animal, simile vitulo: & tertium animal, habens faciem quasi hominis: & quartum animal, simile aquilę volanti. *Et quatuor animalia, singula eorum, habebant alas senas in circuitu: & intus plena sunt oculis, & requiem non habebant die ac nocte, dicẽtia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. *Et cùm darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum: *procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorũ, & mittebant coronas suas ante thronum dicẽtes, *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutẽ: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Isai 6,3.

CAP. V.

*ET vidi in dextera sedẽtis supra thronum, librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. *Et vidi angelum fortem, prædicantem voce ma- 1 2

gna, Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? [3] Et nemo poterat neque in cælo neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neq. respicere illum. [4] Et ego flebam multum, quoniã nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum. [5] Et vnus de senioribus dixit mihi, Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. [6] Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. [7] Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum. [8] Et cùm aperuisset librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt corã agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorũ, quæ sunt orationes sanctorum: [9] & cantabant canticũ nouum, dicentes, Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo, & natione, [10] & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. [11] Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, [12] dicentium voce magna: Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiã, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. [13] Et omnem creaturam quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audiui dicentes, Sedenti in throno, & Agno, benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorũ. [14] Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentem in secula seculorum.

dicit 6 MS. Pr. G.

3 MS. Pr. G.

reges 6. regnabunt 12 MS. G. Q. R.

Dan. 7, 10.

diuitias Pr. G.

Pr. G.

7 MS. G. verum R. Pr. & Gq. legunt.

CAP. VI.

ET vidi quòd aperuisset Agnus vnũ de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicẽs, tanquam vocem tonitrui, Veni, & vide. [2] Et vidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. [3] Et cùm aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens, Veni, & vide. [4] Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus. [5] Et cùm aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens, Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua. [6] Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animaliũ dicentium: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum & oleum ne læseris. [7] Et cùm aperuisset sigillũ quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, Veni & vide. [8] Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eũ, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ. [9] Et cùm aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbũ Dei, & propter testimoniũ quod habebant. [10] & clamabãt voce magna, dicentes, Vsquequo Domine, (sanctus, & verus,) non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra? [11] Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerẽt adhuc tempus modicum, donec compleãtur conserui eorum, & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi. [12] Et vidi, cùm aperuisset sigillum sextum: & ecce terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquã saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: [13] & stellæ de cælo ceciderũt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cùm à vento magno mouetur: [14] & cælum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt: [15] & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se

dicẽtem 6 MS. R. Pr. G. χείνις. χείνιας

cæli 2 MS. G.

insula R. G.

runt se in spelũcis & in petris montium. [15] & dicunt montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni: [16] quoniam vênit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare?

Isa. 2, 19. Osee 10, 8. Luc. 23, 30. Isa. 9, 6.

CAP. VII.

POst hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ ne flarent super terram, neque super mare, neq. in vllam arborem. [2] Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, [3] dicens, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frõtibus eorum. [4] Et audiui numerum signatorum, cẽtum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorũ Israël. [5] Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. [6] Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. [7] Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. [8] Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Ben-iamin, duodecim millia signati. [9] Post hæc vidi turbã magnam quã dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, [10] & clamabant voce magna, dicentes, Salus Deo nostro qui sedet super thronũ, & Agno. [11] Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quatuor animaliũ: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, [12] dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen. [13] Et respondit vnus de senioribus: & dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? [14] Et dixi illi, Domine mi, tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. [15] ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. [16] non esurient neq. sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus. [17] quoniam Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

ne flarent ventus 4 MS. G.

neque 4 MS. Pr. G.

Isa. 49, 10.

Isa. 25, 8. Ioh. 21, 4.

CAP. VIII.

ET cùm aperuisset sigillũ septimum, factum est silentium in cælo, quasi media hora. [2] Et vidi septẽ angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ. [3] Et alius angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulũ aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorũ omnium super altare aureum: quod est ante thronum Dei. [4] Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo. [5] Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua & voces & fulgura, & terræmotus magnus. [6] Et septem angeli qui habebant septem tubas, præparauerunt se vt tuba canerent. [7] Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis, mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est. [8] Et secundus angelus tuba cecinit: & tanquã mons magnus igne ardens, missus est in mare, & facta est tertia pars maris, sanguis: [9] & mortua est tertia pars creaturæ eorũ quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interijt. [10] Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna, ardens tanquã facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum: [11] & nomen

2 MS. G. Q. R.

7 MS. Pr. G.

ante Ms 4

ſtellæ, dicitur Abſinthium; & facta eſt tertia pars aquarum in abſinthium: & multi hominum mortui ſunt de aquis, quia amaræ factæ ſunt. [12] Et quartus angelus tuba cecinit: & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum, ita vt obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & "noctis' ſimiliter. [13] Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra: de cæteris vocibus* trium angelorum qui erant tuba canituri.

"nox 3 MS. "nocti 5 MS. Q. n.

*tubæ 2 MS. G.

CAP. IX.

ET quintus angelus tuba cecinit, & [1] vidi ſtellam de cælo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clauis putei abyſſi. [2] Et aperuit puteũ abyſſi: & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aër de fumo putei. [3] Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatẽ ſcorpiones terræ: [4] & præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ neque omne viride, neque omnem arborem: niſi tantum homines qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis.

*dictũ o. "crucia- rent R. G. Textus conformis eſt Gq. Iſai. 2, 19. Oſee 10, 8. Luc. 23, 30. Sup. 6, 16.

[5] & "datum' eſt illis ne occiderent eos: ſed vt "cruciarentur' menſibus quinque: & cruciatus eorũ, vt cruciatus ſcorpij cùm percutit hominem. [6] Et 'in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. [7] Et ſimilitudines locuſtarũ, ſimiles equis paratis in prœlium: & ſuper capita earum tanquam coronę, ſimiles auro: & facies earum tanquam facies hominum. [8] Et habebant capillos ſicut capillos mulierũ: & dentes earum, ſicut* leonum erant. [9] & habebant loricas ſicut loricas ferreas, & vox alarum earum ſicut vox curruũ equorum multorum currentium in bellum: [10] & habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum: & poteſtas earũ nocere hominibus menſibus quinque. [11] & habebant ſuper ſe regem angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon: Latinè habens nomen Exterminans. [12] Væ vnum abiit, & ecce veniũt adhuc duo væ poſt hæc. [13] Et ſextus angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei, [14] dicentem ſexto angelo qui habebat tubam, Solue quatuor angelos, qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate. [15] Et ſoluti ſunt quatuor angeli, qui parati erant in horam, & diem & menſem & annum: vt occiderent tertiã partem hominum. [16] Et numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerũ eorum. [17] Et ita vidi equos in viſione: & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum: & de ore eorũ procedit ignis, & fumus, & ſulphur. [18] Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominũ, de igne & ex fumo & ſulphure, quæ procedebãt de ore ipſorum. [19] Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum. nam caudæ eorum, ſimiles ſerpentibus, habentes capita: & in his nocent. [20] Et cęteri homines qui non ſunt occiſi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum, vt non adorarent dæmonia & ſimulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare, [21] & non egerunt pœnitentiã ab homicidiis ſuis, neque à veneficiis ſuis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.

Sup. 16, 9.

*dentes MS q.

CAP. X.

ET vidi alium angelum fortem deſcendentem de cælo, amictũ nube, [1] & iris in capite eius, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam "columna' ignis. [2] & habebat in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedẽ ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram. [3] & clamauit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit. Et cùm clamaſſet, locuta ſunt ſeptẽ tonitrua voces ſuas. [4] Et cùm locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: & audiui vocem de cælo dicentẽ mihi, Signa

"columnæ 1 MS. R. Pr. G.

Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua: & noli ea ſcribere. [5] Et angelus quem vidi ſtãtem ſuper mare, & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cælum. [6] & iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum, qui creauit cælum & ea quæ in eo ſunt: & terram, & ea quæ in ea ſunt: & mare, & ea quæ in eo ſunt: Quia tempus non erit amplius: [7] ſed in diebus vocis ſeptimi angeli, cùm cœperit tuba canere, conſummabitur myſteriũ Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos Prophetas. [8] Et audiui vocem de cælo iterum loquẽtem mecum, & dicentem, Vade, & accipe librum apertum de manu angeli ſtantis ſuper mare & ſuper terram. [9] Et abij ad angelum, dicẽs ei vt daret mihi librum. Et dixit mihi: 'Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrẽ tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel. [10] Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel, dulce: & cùm deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus, [11] & dixit mihi, Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

Dan. 12, 7.

Luc. 3, 1.

CAP. XI.

ET datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ: & dictum eſt mihi, Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. [2] atrium autem quod eſt foris templũ, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum eſt Gentibus, & ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus: [3] & dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis. [4] Hi ſunt duæ oliuæ & duo candelabra [5] in conſpectu Domini terræ ſtantes. Et ſi quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorũ, & deuorabit inimicos eorum. & ſiquis voluerit eos lædere: ſic oportet [6] eum occidi. Hi habent poteſtatẽ claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorum: & poteſtatem habent ſuper aquas conuertendi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plaga quotieſcunque voluerint. [7] Et cùm finierint teſtimonium ſuum: beſtia quę aſcendit de abyſſo, faciet aduerſum eos bellum, & [8] vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis magnę, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus, vbi & dominus eorum crucifixus eſt. [9] Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non ſinent poni in monumentis. [10] & inhabitãtes terram gaudebunt ſuper illos, & iocundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant ſuper terram. [11] Et poſt dies tres & dimidium, ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus cécidit ſuper eos qui [12] viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cælo, dicentem eis, Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cælum in nube: [13] & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus eſt terræmotus magnus: & decima pars ciuitatis cécidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum

septem millia: & reliqui in timorẽ sunt missi, & dederunt gloriam Deo cæli.
14 ‡Væ secundum abiit: & ecce væ tertium veniet citò. 15 ‡Et septimus angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cælo dicẽtes, Factum est regnum huius mundi, Domini nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorũ. Amen'. -6 MS. Pr. G.
16 ‡Et viginti quatuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerũt Deum,
17 ‡dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. 18 ‡Et iratæ sunt Gẽtes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorũ, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt terram. 19 ‡Et apertum est templum Dei in cælo: & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terræ motus, & grando magna.

CAP. XII.

ET signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedib' eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: 2 ‡& in vtero habens -5 MS. R. G.Q. R. 'clamabat' parturiens, & cruciabatur vt pariat. 3 ‡Et visum est aliud signum in cælo, & ecce draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem: & 4 in capitibus eius 'diademata septem, ‡& cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram, & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cùm peperisset, filium eius deuoraret. 5 ‡Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius, 6 ‡& mulier fugit in solitudinem vbi habebat locum paratum 'pascat o. à Deo, vt ibi pascant' eam diebus mille ducentis sexaginta. 7 ‡Et factum est prœlium magnum' in cælo, Michaël & angeli eius prœliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius: 8 ‡& non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. 9 ‡Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est -2 MS. R. Pr. G. in terram, & angeli eius cum illo missi 10 sunt. ‡Et audiui vocem magnam in cælo dicentem, Nunc facta est salus & virtus, & regnũ Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.
11 ‡Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas 12 vsque ad mortem. ‡propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. 13 ‡Et postquam vidit draco quòd proiectus esset in terrã, persecutus est mulierẽ quæ peperit masculũ: 14 ‡& datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. 15 ‡Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquã flumen: vt eam 16 faceret trahi à flumine. ‡Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco 17 de ore suo. ‡Et iratus est draco in mulierem: & abijt facere prœliũ cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. 18 ‡Et stetit supra arenam maris.

CAP. XII.

1 ET vidi de mari bestiã ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina 2 blasphemiæ. ‡Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut 'vrsi, & 'pedes MS q. os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam & potestatem magnam. 3 ‡Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. 4 ‡Et adorauerunt draconem qui dedit potestatẽ bestiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ?

lis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? 5 ‡Et datum est ei os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos. 6 ‡Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant. 7 ‡Et est datum illi bellum facere cum sanctis & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populũ, & linguam, & gentem, 8 ‡& adorauerunt eam omnes qui inhabitant terram, quorũ non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi. 9 ‡Si quis habet aurem, audiat. 10 ‡Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatẽ 'vadit': 'qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occîdi. Hic est patientia & fides sanctorum. 11 ‡Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra: & habebat cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut draco. 'vadet Ms. Pr. Ioan. 9, 6. Mat. 26, 52
12 ‡Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram & habitantes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. 13 ‡Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum. 14 ‡Et seducit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagã gladij, & vixit. 15 ‡Et datum est illi vt daret spiritũ imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ: & 'faciat' vt quicunque non adorauerint imaginẽ bestiæ, occidantur. 'fecit Ms. G. Q. R.
16 ‡Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere charactẽrẽ in dextera manu sua, aut in frontibus suis. 17 ‡& nequis possit emere aut vendere, nisi qui habet charactẽrem, aut nomen bestiæ, aut numerũ nominis eius. 18 ‡Hic sapientia est. Qui habet intellectũ, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

CAP. XIIII.

1 ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. 2 ‡Et audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis 3 suis. ‡Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa cẽtum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. 4 ‡Hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo 5 & Agno: ‡& in ore eorum non est inuentum mendacium. sine macula enim 6 sunt ante thronum Dei'. 7 ‡Et vidi alterum angelum volantem per medium 'cæli' habentem Euangelium æternum, -4 MS. G. Q. R. 'cælum 1 MS. R. vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentẽ, & tribum, & linguam, & populum: 7 ‡dicens magna voce, 'Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum 'qui fecit cælum & terram, 'mare & omnia quæ in eis sunt' & fontes 8 aquarum. ‡Et alius angelus secutus est dicens, 'Cécidit cécidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suę 9 potauit omnes gentes. ‡Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna, Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit charactêrem in 10 fronte sua, aut in manu sua: ‡& hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice irę ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in cõspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni. 11 ‡& fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & siquis acceperit 12 charactêrem nominis eius. ‡Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt 13 mandata Dei & fidem Iesu. ‡Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis. opera enim

4 Esdr. 16, 68. Eccl. 12, 13. Psal. 145, 6. Act. 14, 15. 'mare MS. R. Pr. G. Isai. 21, 9. Ier. 51, 8. Inf. 18, 2.

illorum sequũtur illos. 14 *Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nubẽ sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronã auream, & in manu sua falcem acutam. 15 *Et alius angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, [1] Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. 16 *Et misit qui sedebat super nubẽ, falcem suam in terram: & demessa est terra. 17 *Et alius angelus exiuit de templo quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam. 18 *Et alius angelus exiuit de altari qui habebat potestatem supra ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineę terrę: quoniam maturę sunt vuę eius. 19 *Et misit angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum: 20 *& calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

[1] Ioel.3,13. Mat.13,39

CAP. XV.

1 ET vidi aliud signũ in cælo magnum & mirabile: angelos septem, habentes plagas septem nouissimas. Quoniam in illis consummata est ira Dei. 2 *Et vidi tanquam mare vitreum mistum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius & numerum nominis eius stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei: 3 *& cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ *rex "seculorum'. 4 *[1] Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es; quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. 5 *Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo: 6 *& exierũt septẽ angeli, habentes septem plagas, de templo: *lino 2 MS.R.G. quibus accedit Pr. legẽs, Vestiti lintea munda. vestiti 'lapide' mundo & cãdido, & præcincti circa pectora zonis aureis. 7 *Et vnum de quatuor animalibus, dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum. 8 *Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

*Domine o. "sanctorum 2 MS. Gq. Q.R. Ier.10,7.

CAP. XVI.

1 ET audiui vocem magnã de templo, dicentem septem angelis: Ite, & effundite septẽ phialas iræ Dei in terram.

2 *Et abiit primus*, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ: & in eos qui adorauerunt imaginem eius. 3 *Et secundus 'angelus' effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquã mortui: & omnis anima viuens, mortua est in mari. 4 *Et tertius effudit phialã suam super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis. 5 *Et audiui angelum "aquarum' dicentem, Iustus es Domine, "quarũ Q. qui es, & qui eras, sanctus, "quia' hæc iudicasti: 6 *quia sanguinem sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt. 7 *Et audiui alterum dicentem, Etiam Domine Deus omnipotens vera & iusta iudicia tua. 8 *Et quartus 'angelus' effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines & igni: 9 *& æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam vt darẽt illi gloriam. 10 *Et quintus 'angelus' effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore: 11 *& blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. 12 *Et sextus 'angelus' effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphráten: & siccauit aquam eius, vt prepararetur via regibus ab ortu solis. 13 *Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ *spiritus tres immũdos in modum ranarum. 14 *Sunt enim spiritus dæmoniorum

*angelus MS q.

-5 MS. Pr.

-MS q.

-MS q.

-MS q.

*exiit MS. Pr.

moniorũ facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prœlium ad diem magnum omnipotentis Dei. 15 *[1] Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. 16 *Et congregabit illos in locum qui vocatur Hebraicè Armagedon. 17 *Et septimus 'angelus' effudit phialam suam in aërem, & exiuit vox magna de templo à throno, dicens, Factum est.

18 *Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus, sic magnus. 19 *Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. 20 *Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. 21 *Et grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.

[1] Sap.3,3. Mat.24,42. 44. Luc.12,39. 40. 2 Cor.5,3.

CAP. XVII.

1 ET venit vnus de septem angelis qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens, Veni, ostendam tibi damnationẽ meretricis magnæ, quę sedet super aquas multas, 2 *cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. 3 *Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem. 4 *Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum 'abominatione' & immũditia fornicationis 'eius': 5 *Et in fronte eius nomen scriptum, Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. 6 *Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cùm vidissem illam admiratio-

'abominationũ 11 MS. Pr.G. Pr. legit plenum abominationũ & immunditiæ fornicationis totius terræ. Cui suffragatur Arabs Graecus.

7 ne magna. *Et dixit mihi angelus, Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem. 8 *Bestia quã vidisti fuit, & nõ est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in libro vitę à constitutione mundi) videntes bestiam quæ erat, & non est. 9 *Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septẽ capita: septẽ montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. 10 *Quinque ceciderunt, vnus est, & 'alius non-dum venit: & cùm venerit, oportet illum breue tempus manere. 11 *Et bestia quæ erat & non est, & ipsa octaua est: & de septem est, & in interitum vadit. 12 *Et decem cornua quæ vidisti: decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora 'accipient' post bestiam'. 13 *Hi vnum consilium habent & virtutem: & potestatem suam bestiæ tradent. 14 *Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, 'quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt, vocati, & electi, & fideles. 15 *Et dixit mihi, Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet: 16 populi sunt, & Gentes, & linguæ. 17 *Et decem cornua quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatã facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. 17 *Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suum bestię, donec consummentur verba Dei. 18 *Et mulier quam vidisti: est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

*accipiũt 5 MS. Pr. G. *cum bestia Pr. quo modo Graecis rectissimè vertitur. 1 Tim.6,15 Infr.19,16.

CAP. XVIII.

1 ET post hæc vidi alium angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à gloria eius. 2 *Et exclamauit in 'fortitudine' dicens, 'Cecidit cecidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis: 3 *quia de vino iręfornicationis

'forti voce 18 MS. G.Q.R. Isai.21,19. Ier.51,8. Sup.14,8.

tionis eius biberunt omnes gentes: & reges terræ cũ illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. 4 Et audiui aliã vocem de cælo, dicentem, Exite de illa populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. 5 Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est Deus iniquitatum eius. 6 Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo quo miscuit, miscete illi duplum. 7 Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit, Sedeo regina: & vidua non sum, & luctum non videbo. 8 Ideò in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus qui iudicabit illam. 9 Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cùm viderint fumum incendij eius; 10 longè stantes propter timorem tormentorũ eius, dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudiciũ tuum. 11 Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illã: quoniam merces eorũ nemo emet amplius, 12 merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore, & cinnamomũ, & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorũ, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum. 14 Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam nõ inuenient. 15 Mercatores horum qui diuites facti sunt, ab ea lõgè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes, 16 & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: 17 quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ: & omnis gubernator, & omnis qui in lacũ nauigat, & nautæ, & qui 18 in mari operantur, longè steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes, Quæ similis ciuitati huic 19 magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius: quoniam vna hora desolata est. 20 Exulta super eam cælum & sancti Apostoli & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. 21 Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylõ ciuitas illa magna: & vltrà iam non inuenietur. 22 Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius; 23 & lux lucernæ nõ lucebit in te amplius, & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt 24 omnes gentes. Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est; & omnium qui interfecti sunt in terra.

CAP. XIX.

1 POst hæc audiui quasi vocem turbarum multarum in cælo dicentium, Allelu-Ia. Laus, & gloria, & virtus Deo 2 nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. 3 Et iterum dixerunt, Allelu-Ia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. 4 Et ceciderunt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes, Amen, Allelu-Ia. 5 Et vox de throno exiuit, dicẽs, Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius: & qui timetis eum pusilli & magni. 6 Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarũ, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Allelu-Ia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens. 7 Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. 8 Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim: iustificationes sunt sanctorum. 9 Et dixit mihi, Scribe: Matt. 22, 2. Luc. 14. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. & dicit mihi: Hęc verba Dei vera sunt. 10 Et cecidi ante pedes eius, Isa. 18, 9. vt adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ. 11 Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis & in 2 MS. G. Verax, & cum iustitia iudicat & pugnat. 12 Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habẽs nomen scriptum, quod nemo nouit nisi 13 ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanIsa. 63, 1. guine: & vocatur nomen eius, Verbum Dei. 14 Et exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo. 15 Et de ore vocabatur MS. eius procedit gladius acutus: vt in ipso ex vtraque parte MS. R. Pr. O. Q. R. percutiat Gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini Psal. 2, 9. Sap. 17, 14. furoris iræ Dei omnipotentis. 16 Et habet in vestimẽto & in femore suo scriptum, Apoc. 6, 15. Rex Regũ, & Dominus dominantium. 17 Et vidi vnum Angelũ stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quę volabant per medium cæli, Venite, & cõgregamini ad cœnam magnam Dei: 18 vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum. 19 Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendũ prœlium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. 20 Et apprehensa est bestia, & cum ea Pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperũt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum 21 ignis ardentis & sulphure: Et cæteri occisi sunt in gladio sedẽtis super equũ, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

CAP. XX.

1 ET vidi angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & 2 catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eũ per annos mille: 3 & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec cõsummentur mille anni. & post hæc oportet illum solui modico tempore. 4 Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis, & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neq. imaginem eius, nec acceperunt charactẽrem eius in frontibus aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille 5 annis. Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni: 6 Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. in his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi: & regnabunt cũm illo mille 7 annis. Et cùm consummati fuerint Ezec. 39, 2. mille anni, soluetur Satanas de carcere 39. suo, & exibit, & seducet Gẽtes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prœlium, quorum numerus est sicut arena maris. 8 Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum, & 9 ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos: & Dia10 bolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac 11 nocte in secula seculorum. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus non est inuen12 tus eis. Et vidi mortuos magnos, & pusillos

*Dominus MS q. — iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit, Sedeo regina: & vidua non sum, & luctum non videbo. Ideò in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus qui iudicabit illam.

*Dominus R. G. *iudicauit 4 MS. R. G. — Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cùm viderint fumum incendij eius; longè stantes propter timorem tormentorũ eius, dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudiciũ tuum.

*margaritæ MS. G. *coccini 5 MS. R. G. *cinnamomi Pr. O. R. *& amomum o. — merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore, & cinnamomũ, & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorũ, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum.

*hominum o. — Mercatores horum qui diuites facti sunt, ab ea lõgè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes, & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssо, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis:

*turbarum o. — quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ: & omnis gubernator, & omnis qui in lacũ nauigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longè steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes, Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius: quoniam vna hora desolata est.

*Exultate super eam cæli 7 MS. Pr. — Exulta super eam cælum & sancti Apostoli & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa.

Isai. 47, 8. — Sedeo regina: & vidua non sum, & luctum non videbo.

*Dominus R. G. *iudicauit 4 MS. R. G. — Quoniam fortis est Deus qui iudicabit illam.

*dixit R. G. — & iterum dixerunt, Allelu-Ia.

*turbæ o. — & sicut vocem aquarum multarũ, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Allelu-Ia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens.

*Salus & virtus, & gloria Dei nostri R. G. Q. R. — Laus, & gloria, & virtus Deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius.

Matt. 22, 2. Luc. 14. — Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.

Isai. 18, 9. — Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ.

*vocabatur MS. — & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis & Verax, & cum iustitia iudicat & pugnat.

Isai. 63, 1. — & vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocatur nomen eius, Verbum Dei.

*ex vtraque parte MS. R. Pr. O. Q. R. — & de ore eius procedit gladius acutus: vt in ipso percutiat Gentes.

Psal. 2, 9. Sap. 17, 14. — Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.

Apoc. 6, 15. — Et habet in vestimẽto & in femore suo scriptum, Rex Regũ, & Dominus dominantium.

Matt. 22, 2. Luc. 14. — Et vidi vnum Angelũ stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quę volabant per medium cæli, Venite, & cõgregamini ad cœnam magnam Dei:

*vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum.

*ardens 2 MS. Alia ironnilla legunt, ardẽtis sulphure. Pr. haber, ardentis igne & sulphure. Græca legũt, ardens in sulphure. — Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendũ prœlium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea Pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperũt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphure: Et cæteri occisi sunt in gladio sedẽtis super equũ, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

*5 MS. Pr. G. — nec acceperunt charactẽrem eius in frontibus aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis.

*cotim Pr. *ab eis o. — & locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos, & pusillos

pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. 13 & dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundùm opera ipsorum. 14 Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. 15 Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

CAP. XXI.

Et vidi cælum nouum, & terram nouam. Primum enim cælum, & prima terra abiit, & mare iam non est. 2 Et ego Iohannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentẽ de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. 3 Et audiui vocem magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. 4 & absterget Deus omnẽ lachrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit. neque luctus, neque clamor, neq. dolor erit vltrà, quæ prima abierũt. 5 Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt & vera. 6 Et dixit mihi, Factum est. ego sum α & ω: initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. 7 Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus: & ille erit mihi filius. 8 Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. 9 Et venit vnus de septem angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem Agni. 10 Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentẽ de cælo à Deo, 11 habentem claritatem Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum'. 12 Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis angelos' duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuũ filiorum Israël. 13 Ab oriente, portæ tres: & ab Aquilone, portæ tres: & ab Austro, portæ tres: 14 & ab occasu, portæ tres. 15 Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim nomina, duodecim Apostolorum Agni. 15 Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam' auream, vt metiretur ciuitatem 16 & portas eius, & murum. 16 & ciuitas in quadro posita est, & lõgitudo eius tanta est, quanta & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine per stadia duodecim millia, & longitudo & altitudo & 17 latitudo eius æqualia sunt. 17 Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis 18 quæ est angeli. 18 Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. 19 Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, iaspis: secundum, sapphirus: tertium, calcedonius: quartum, smaragdus: 20 quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus: vndecimum, hyacinthus: 21 duodecimum, amethystus. 21 Et duodecim portæ: duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ, erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. 22 Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & Agnus. 23 Et ciuitas non eget Sole neque luna, vt luceant in ea. nam claritas Dei illuminauit' eam, 24 & lucerna eius est Agnus. 24 Et ambulabunt Gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in 25 illam. 25 Et portæ eius non claudentur 26 per diem: nox enim non erit illic. 26 Et afferent gloriam & honorem gentium 27 in illam. 27 Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

CAP. XXII.

Et ostendit mihi fluuiũ aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni. 2 In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructũ suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium. 3 Et omne maledictum non erit amplius: & sedes Dei & Agni in illa erunt, & serui eius seruient illi. 4 Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum. 5 Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminat' illos, & regnabunt in secula seculorum. 6 Et dixit mihi, Hæc verba fidelissima sunt & vera. Et Dominꝰ Deus spirituum prophetarũ misit Angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri citò. 7 Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. 8 Et ego Iohannes qui audiui, & vidi hæc. Et postquam audissem & vidissem, cecidi vt adorarẽ ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. 9 & dixit mihi, Vide ne feceris; conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant verba libri huius. Deum adora. 10 Et dicit mihi, Ne signaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim propè est. 11 Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. 12 Ecce venio citò. & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. 13 Ego sum α & ω, primus & nouissimus, principium & finis. 14 Beati qui lauant stolas suas: vt sit potestas eorũ in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. 15 Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendaciũ. 16 Ego Iesus misi angelum meũ, testificari vobis hæc in ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. 17 Et spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis. 18 Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius, Si quis apposuerit ad hęc: apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. 19 Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitę, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt 20 in libro isto. dicit qui testimoniũ perhibet istorum. Etiam venio citò: Amen. 21 Veni Domine Iesu. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.

AMEN.

APPROBATIO.

Has Bibliorum varias lectiones, ex diuersis vulgatæ editionis manuscriptis exemplaribus, olim quidem ex mandato facultatis nostræ Theologicæ magna ex parte collectas; nunc verò ex eiusdem facultatis commissione auctas & fideliter examinatas, nos infrascripti Theologi vidimus & probauimus, Anni 1573. mense Maio.

Iohannes Molanus, Louanij in facultate Theologica librorum Pontificius & Regius Censor, atque pro tempore eiusdem facultatis Decanus

Augustinus Hunnæus Regius & ordinarius S. Theologiæ Professor.

Cornelius Reyneri Goudanus S. Theologiæ Professor ordinarius.

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO

Testamento citatorum ex veteri, quæ huc in id congesta sunt, vt pij lectores natiuam quorundam intelligentiam, quæ ab ipso Christo vero interprete, & spiritu eius per Apostolos sit tradita, assequantur, perspiciantque in quem vsum ea Apostoli & Euangelistæ adduxerint.

GENESIS.

1 d Masculum & fœminá fecit eos. Mat.19.a. Mar.10.a
2 a Requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis Heb.4.b
2 b Factus est primus homo Adam in animam viuentem 1 Cor.15.f
2 d Dimittet homo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori. Matth.19.a. Mar.10.a. Ephes.5 g. 1 Cor.6.d.
2 d Erunt duo in carne vna Matth.19.a. Mar.10.a. 1 Cor.6.d. Gal.3.b.
12 a Exi de terra tua & de cognatione tua Act.7.a
12 a Et in semine tuo benedicentur omnes gentes Act.3.d Ephes.5.g.
15 b Sic erit semen tuum Rom.4.c
15 b Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam Rom.4.a. Iac.2.d. Gal.3.a
15 c Erit semen tuũ peregrinum in terra non sua Act.7.a
17 a Quia patrẽ multarum gentium constitui te Ro. 4.c
18 b Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius Rom.9.b
21 b Eijce ancillam & filium eius Gal.4.d
21 b In Isaac vocabitur tibi semen Rom.9.b
22 c Nisi benedicens benedicam te, & mul. Heb.6.c
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes Gal.3.b Act.3.d
25 c Quia maior seruiet minori. Rom.9.c

EXODVS.

3 b Ego sum Deus Abraham, &c. Mat.22.c. Mar.12.c Luc.20.f
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt ostẽdam in te potentiam meam Rom 9.d
12 g Os non comminuetis ex eo Ioh.19.f
13 a Omne masculinum adaperiens vuluam Luc.2.d
16 d Qui multum, non abundauit, &c. 2 Cor.8.c
20 c Non mœchaberis Mat.5.d
20 c Non adulterabis, Non occides, Non furtum facies, Non loquẽris contra proximum tuum falsum testimonium, Non concupisces Rom.13.c
20 c Non concupisces Rom.7.b
20 c Non occides Mat.5.c. Luc.18.d
20 c Honora patrem tuum & matrem tuam Mat.15.a Mar.7.b. Eph.6.a
21 c Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur Mat.15.a. Mar.7.b
21 c Oculum pro oculo, dentem pro dente Mat.5.f
22 d Principi populi tui non maledices Act.23.a
24 c Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus Heb.9.e
25 g Vide, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est, &c. Heb.8.b. Act.7.f
32 a Fac nobis deos qui præcedant nos. Act.7.c
33 d Miserebor cui voluero, &c. Rom.9.c
34 d Non sicut Moyses ponebat velamen super faciem 2 Cor.2.c

LEVIT.

12 g Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum 1 Pet.1.c
18 a Qui fecerit homo, viuet in ea Rom.10.b. Gal.3.b
19 c Non periurabis Matth.5.e
19 d Diliges proximum tuum sicut teipsum Rom.13.d Gal.5.c. Iac.2.b. Mat.22.d. Mar.12.c
19 d Diliges proximum tuum Mat.5.g
20 b Qui maledixerit patri, &c. Mat.15.a
24 d Oculum pro oculo Mat.5.f
26 b Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, &c. 2 Cor.6.d

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo Ioan.19.f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noster ignis consumens est Heb.12.g
5 b Non concupisces Rom.7.c.13.c
5 b Non occides Mat.5.c. Luc.18.d
5 b Non mœchaberis Mat.5.d. Luc.18.d
5 b Non furtum facies Luc.18.d. Rom.13.c
5 b Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium Luc.18.d. Rom.13.c
5 b Honora patrem & matrem Matth.15.a. Mar.7.b Ephes.6.a
6 a Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est Mar.12.c
6 a Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Mat.22.d. Mar.12.c. Luc.10.c
6 c 10 d Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies Mat.4.b. Luc.4.b
6 c Non tentabis Dominum Deum tuum Mar.4.b Luc.4.b
8 a Non in solo pane viuit homo. Mat.4.a. Luc.4.a
10 d Deus personam hominis non accipit Gal.2.b
18 c Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus Act.3.d.7.c
19 d In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum 2 Cor.13.a. Mat.18.b. Ioan.8.e
19 d Oculum pro oculo, dentem pro dente Mat.5.f
21 d Maledictus omnis qui pendet in ligno Gal.3.b
25 b Non alligabis os boui trituranti 1 Corinth.9.a 1 Timoth.5.c
25 b Siquis mortuus fuerit non habens filium Mat.21.c Mar.12.b. Luc.20.c
27 d Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ, &c. Gal.3.b
30 c Quis ascendet in cælum? Rom.10.b
30 c Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo Rom.10.b
32 c Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, &c. Rom.10.d
32 c Mihi vindictam, ego retribuam Rom.12.d

IOSVE.

1 a Non te deseram, neque derelinquam Heb.13.a

REG. II.

7 e Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium Heb.1.b

REG. III.

19 b Domine, prophetas tuos occiderunt, &c. Rom.11.a
19 b Reliqui mihi septem millia virorum Rom.11.a

IOB.

5 c Comprehendam sapientes in astutia eorum 1 Cor.3.d

LIBER PSALM.

2 a Quare fremuerunt gentes Act.4.c
2 b Filius meus es tu, ego hodie genui te Act.13.c Heb.1.b.5.b

2 c Reges eos in virga ferrea Apoc.2.g.19.c
4 b Irascimini, & nolite peccare Ephes.4.f
5 c Sepulchrum patens est guttur eorum Rom.3.b
6 c Discedite à me, omnes qui operamini iniquitatem Matt.7.d. 25.d. Luc.13.f.
8 b Ex ore infantium & lactentium, &c. Mat.21.b
8 c Quid est homo quòd memor es eius? Heb.2.a
8 c Omnia subiecit sub pedibus eius 1 Cor.15.d
9 c Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Rom.3.c
13 a Non est iustus quisquam, non est intelligens Ro.3.b
15 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem Rom.3.c
15 c Prouidebam Dominum in conspectu, &c. Act.2.d
15 d Non dabis sanctum tuum videre corruptionem Act.2.e.13.e
17 a Ego ero fidens in eum Heb.2.c
17 g Propterea confitebor tibi in Gentibus Dñe Ro.15.b
18 a Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum Rom.10.d
21 a Eli, eli, lamma sabacthani Mat.27.e. Mar.15.c
21 c Diuiserunt sibi vestimenta mea Mat.27.d. Ioh.19.e
21 c Nuntiabo nomen tuum fratribus meis Heb.2.c
23 a Domini est terra & plenitudo eius 1 Cor.10.f
24 c Odio habuerunt me gratis Ioh.15.d
30 a In manus tuas commendo spiritum meum Luc.23.f
31 a Beati quorum remissæ sunt iniquitates Rom.4.a
33 c Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos 1 Pet.3.b
39 b Hostiam & oblationem noluisti Heb.10.b
40 c Qui manducat mecum panem Ioh.13.b
43 d Propter te mortificamur tota die Rom.8.g
44 b Thronus tuus Deus in seculum seculi Heb.1.c
50 a Vt iustificeris in sermonibus tuis Rom.3.a
54 d Iacta super Dominum curam tuam 1 Pet.5.b
61 d Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet - 1 Cor.3.b
67 d Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem Ephes.4.b
68 b Zelus domus tuæ comedit me Ioh.2.d
68 b Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Rom.15.a
68 c Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum Rom.11.b
68 c Fiat commoratio eorum deserta Act.1.d
68 e In siti mea potauerunt me aceto Ioh.19.f
77 a Aperiam in parabolis os meum Matth.13.e
77 c Panem cæli dedit eis Ioh.6.d
81 b Ego dixi dij estis Ioh.10.g
88 d Inueni Dauid seruum meum Act.13.d
90 c Angelis suis mandauit de te Matt.4.a. Luc.4.b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt 1 Cor.3.d
94 c Hodie si vocem eius audieritis Heb.3.b
94 d Sicut iuraui in ira mea Heb.4.a
96 b Et adorent eum omnes angeli eius Heb.1.c
101 d Tu in principio Domine terram fundasti Heb.1.c
103 a Qui facit angelos suos spiritus Heb.1.c
108 b Et episcopatum eius accipiat alter Act.1.d
109 a Dixit Dominus Domino meo Matth.22.d. Luc.20.g. Act.2.f
109 a Sede à dextris meis Heb.1.d
109 a Donec ponam inimicos tuos scabellum, &c. Heb.1.d 1 Cor.15.d
109 b Tu es sacerdos in æternum Heb.5.b.7.c
109 b Iurauit Dominus & non pœnitebit eum Heb.7.c
111 b Dispersit, dedit pauperibus 2 Cor.9.c
115 a Credidi, propter quod locutus sum 2 Cor.4.c
115 a Omnis homo mendax Rom.3.a
116 a Laudate Dominum omnes gentes Rom.15.c
117 a Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo Heb.13.b
117 d Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes Mat.21.d Mar.12.a. Act.4.b. 1 Pet.2.b
117 d Hosanna filio Dauid Matth.21.b
131 c De fructu ventris tui ponã super sedem tuam, Act.2.c
139 a Venenum aspidum sub labiis eorum Rom.3.b

PROVERB.

3 a Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Rom.12.d
3 b Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, &c. Heb.12.b
3 b Quem diligit Dominus corripit, &c. Heb.12.b Apoc.3.d.
10 b Charitas operit multitudinem pec. 1 Pet.4.b
17 c Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat 1 Thes.5.d. 1 Pet.3.b.
20 c Qui maledixerit patri vel matri Mat.15.a. Mar.7.b
25 c Si esurierit inimicus tuus, ciba illum Rom.12.d
26 b Canis reuersus ad vomitum 2 Pet.2.d

ISAIAS.

1 c Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen Ro.9.f
5 d Homo plantauit vineã Mat.21.b. Luc.20.b. Mar.12.a
6 a Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Apoc.4.c
6 c Auditu audietis, & non intelligetis Matth.13.b Mar.4.b. Luc.8.b. Act.28.f. Ioh.12.f. Ro.11.b
7 c Ecce virgo in vtero habebit Matth.1.d
8 d Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus Heb.2.d
9 a Terra Zabulon & Terra Nephthali Matth.4.c
10 e Si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris Rom.9.f
11 a Reuelabitur ille iniquus quem Dominus interficiet spiritu oris sui 2 Thess.2.c
11 c Erit radix Iesse Rom.15.c. Act.13.d
21 c Cecidit cecidit Babylon illa magna Apoc.14.b
22 d Manducemus & bibamus, cras enim moriemur 1 Cor.15.e
22 f Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid Apoc.3.b
25 c Absterget Dominus omnẽ lachrymam ab oculis, &c. Apoc.7.d.21.b
28 c Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic 1 Cor.14.d
28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis Rom.9.g 1 Pet.2.b. Act.4.b
29 d Populus hic labiis me honorat Mat.15.a. Mar.7.b
29 e Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam, &c. 1 Cor.1.c
33 c Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? 1 Cor.1.c
40 a Vox clamantis in deserto Matth.3.a. Mar.1.a. Luc.3.a. Ioh.1.c
40 b Omnis caro fœnum 1 Pet.1.d. Iac.1.d
40 d Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis instruxit eum? 1 Cor.2.d
40 d Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Rom.11.d
41 b 44 a Ego sum primus & nouissim. Apoc.1.d. & 22.c
42 a Ecce puer meus quem elegi. Matth.12.b
43 d Ecce noua facio omnia. Apoc.21.b. 2 Cor.5.d
45 b Nunquid dicit figmentum ei qui se, &c. Rom.9.d
45 d Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu Rom.14.b
49 b Posui te in lucem Gentium Act.13.g
49 c Tempore accepto exaudiui te, & in 2 Cor.6.a
49 c Non esurient neque sitient amplius Apoc.7.d
50 b Tunc expuerunt in faciem eius Matth.26.g
52 b Quàm specioſi pedes euang. pacem Rom.10.c
52 d Propter quod exite de medio eorum, & separamini, &c. 2 Cor.6.d
52 b Nomen Dei per vos blasphematur Rom.2.d
52 d Quibus nõ est annuntiatum de eo, videbunt Ro.15.e
53 a Domine, quis credidit auditui nostro? Rom.10.c. Ioh.12.f

53 b Ipſe infirmitates noſtras accepit Matth. 8. c
53 c Tanquam ouis ad occiſionem. Act. 8. f
53 d Et cum iniquis reputatus eſt Mar. 15. c. Luc. 22. d
53 e Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus 1 Pet. 2. d. 1 Ioh. 3. a
53 e Qui peccata noſtra pertulit in corpore 1 Pet. 2. d
54 a Lætare ſterilis quæ non paris Gal. 4. d
54 c Et erunt omnes docibiles Dei Ioh. 6. e
55 a Et qui ſitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis Apoc. 22. d
55 b Dabo vobis ſancta Dauid fidelia Act. 13. e
56 c Domus mea domus orationis vocabitur Matt. 21. b Marc. 11. c. Luc. 19. g.
59 b Contritio & infelicitas in viis eorum Rom. 3. c
59 c Galeam ſalutis aſſumite Epheſ. 6. c. 1 Theſſ. 5. b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob Rom. 11. d
60 c Et portæ eius non claudentur per diem Apoc. 21. g
60 d Et ciuitas non eget Sole neque Luna Apoc. 21. g
60 d Nox vltra non erit Apoc. 22. a
61 a Spiritus Domini ſuper me Luc. 4. c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit Mat. 21. a
64 b Quod oculus nó vidit, nec auris audiuit, &c. 1 Co. 2. b
65 a Inuentus ſum à non quærentibus me Rom. 10. d
65 a Tota die expandi manus meas ad populum non credentem Rom. 10. d
65 c Nouos verò cælos & noua terra. 2 Pet. 3. c. Apo. 21. a
66 a Cælum mihi ſedes eſt Act. 7. f
66 g Vbi vermis eorum non moritur Mar. 9. g

IEREM.

7 b Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Matt. 21. b. Mar. 1, 11. c. Luc. 19. g.
9 g Qui gloriatur, in Domino glorietur 1 Cor. 1. d 2 Cor. 10. d
10 a Quis non timebit te Domine Apo. 15. b
17 d Ego ſum ſcrutans renes & corda Apoc. 2. f
31 c Vox in Rama audita eſt Matth. 2. d
31 a Ero vobis in patré, & vos eritis mihi in filios. 2 Co. 6. d
31 c Ecce dies venient, dicit Dominus, & cõſummabo ſuper domum Iſraël & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum Heb. 8. c
31 f Hoc autem teſtamentum quod teſtabor ad illos, &c. Dabo leges meas in cordibus eorum Heb. 10. c
51 a Cecidit cecidit Babylon magna. Apoc. 18. a

EZECH.

3 Accipe librum, & deuora illum. Apoc. 10. d
20 b Qui fecerit homo, viuet in ea Rom. 10. b
32 b Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum Matth. 24. c
36 c Nomé Dei per vos blaſphematur inter Gétes. Ro. 2. d

DANIEL.

9 g Cùm videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt à Daniele propheta. Matth. 24. b. Mar. 13. b. Luc. 21. d

OSEE.

1 d Et erit in loco vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos, &c. Rom. 9. e
2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam. Ro. 9. e 1 Pet. 2. b
6 c Miſericordiam volo, & non ſacrific. Mat. 9. b. 12. a
10 b Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos Luc. 23. d
11 a Ex Ægypto vocaui filium meum Matth. 2. c
13 d Abſorpta eſt mors in victoria. 1 Cor. 15. g

IOEL.

2 g Et erit in nouiſſimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo Act. 2. c
2 g Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit Rom. 10. c

AMOS.

5 g Nunquid victimas & hoſtias obtuliſti mihi Act. 7. e
6 a Væ vobis diuitibus Luc. 6. d
9 c Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid Act. 15. c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus Matth. 12. c. Luc. 11. d
3 b Pœnitentiá egerunt in prædicatione Ionæ Mat. 12. d Luc. 11. e

MICHÆ.

5 a Et tu Bethlehem terra Iuda Matth. 2. a
7 b Veni ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem Math. 10. d. Luc. 12. g

AGGÆ.

2 b Adhuc ſemel, & ego mouebo non ſolùm terram, ſed & cælum Heb. 12. g

HABAC.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & diſperdimini: quia opus operor ego in dieb. veſtris. Act. 13. f
2 a Iuſtus autem ex fide viuit Rom. 1. c. Gal. 3. b

NAHVM.

1 d Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem? Rom. 10. c
4 b Quid eſt quod ſcribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire? Matth. 17. b. Mar. 9. b
4 b Vt conuertat corda patrum in filios Luc. 1. b

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo Epheſ. 4. f

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Eſau autem odio habui Rom. 9. c
3 a Ecce ego mitto angelum meum Matth. 11. b Mar. 1. a. Luc. 7. d. Ioh. 1. c
4 b Ipſe eſt Elias qui venturus erat Matth. 11. b
9 b Ecce rex tuus venit Matth. 21. a. Ioh. 12. b
11 c Et acceperunt triginta argenteos Matth. 27. a
12 c Videbunt in quem compunxerunt Ioh. 19. g
13 c Percutiam paſtorem Matth. 26. c. Mar. 14. b

NOTATIONES IN SACRA BIBLIA,

QVIBVS, VARIANTIA DISCREPANTIBVS EXEMPLARIBVS LOCA, SVMMO STVDIO DISCVTIVNTVR,

Auctore

FRANCISCO LVCA BRVGENSI,
S. THEOLOG. LICENTIATO.

ILLVSTRISSIMO S. R. E. CARDINALI, GVLIELMO SIRLETO.

IAM DEMVM prodeunt, Ampliſſime Præſul, ſecunda Bibliorum editione, quæ à quinquennio primæ editioni iungendæ fuerant, promiſſæ Notationes. Meritò notandum me exiſtiment aliqui non ſtatim ab initio ſeruati promiſſi, quòd Bibliorum illorum, noſtra tũc opera expolitorum, margines, abſq; Notationibus his, ad quas etiã Lectorem remittunt, intelligi nequeant. Ceterùm, facilè me culpa exſoluturus eſt, qui cauſas intellexerit. Etenim, cùm primùm rem animo concepiſſem, trium menſium arbitrabar opus eſſe, trimeſtri à me in ea quæ tractanda acceperam loca ſcribi poſſe. At, cùm rem cœpi, & inueſtigandis, penetrandis, explicandiſque locorum varietatibus, me dedi; tantam inueni, etiam vbi minimè expectaueram, rei difficultatem; quantam nemo, niſi qui ipſe experientia didicerit, facilè autumet, ita vt triennium operi diligentiſſimè tributum, nedum trimeſtre, haudquaquam ſuffecerit, ſi exacti aliquid, cuiuſmodi ſit oportet id quod hoc exulceratiſſimo quidem ſed argutiſſimo ſeculo prodire audeat, ederetur. Verùm, an exactum id ſit quod à nobis editur, aliis iudicandum relinquimus: nos certè laboribus nullis pepercimus, ita vt, ſi non res, at conatus, laude dignus eſſe poſſe videatur. Acceſſerunt porrò ad operis difficultatem, alia non rarò litteraria negotia, quæ, nunc à maioribus demandata, nunc ex officio incumbentia, cùm prætermitti non poſſent, operis huius editionem tardarunt. Denique, bellorum ortæ tempeſtates, cùm nos Louanio eieciſſent, atque in patria nihilo iam magis tranquilla exſules eſſe compuliſſent, diu manus à tabulis prohibuerunt, ſeruientium piorum conſolationi, ſacris concionibus, ſacra excipienda exomologeſi, aliiſque ſacris miniſteriis, atque exſpectantium interim, ſi fortè, pacatis diuina dignatione rebus, Louanium, vbi librorum copia ſuppetebat, liceret reuerti. Verùm, cùm longa nos exſpectatione falli, & ſuaui ſpe fruſtrari miſerè cerneremus, id quod reliquum erat aggreſſi, à medio prioris epiſtolæ B. Petri deinceps, quo modo potuimus ad finem perduximus, atque ad editionem vniuerſa parauimus. Sed erunt; ſat ſcio; qui hæc noſtra ridebunt, atque vt friuola adſpernabuntur, ij nempè, qui, aut ſcripturam ipſam ſacram, aut illius præcipuè vulgatam Latinè editionem, ob ſtyli humilitatem, atq. incomtas ac natiuas phraſes paruipendunt, nec curæ ipſis ſunt, quæ occurrunt ſubinde, codicum varietatulæ. At eorum ego nihil mouebor ſententijs, qui, & ſcripturam ipſam ſacram, & vulgatam illius Latinorum verſionem, antiquiſſimam illam, & SS. Tridentinæ Synodi declaratione, præ cæteris vniuerſis authenticam, eo

A proſe-

proſequor honore, vt longè faciam pluris, vnum hîc, etiam minimum, ſuæ integritati locum reſtituiſſe, quàm Ciceronis, Salluſtij, Virgilij, Horatij, aut cuiuſcumque alterius huius ordinis, quinquaginta. Et ſi qui laudi ſibi ducunt horum editiones à mendis vindicaſſe: longè ego maiori dignum laude cenſeo, qui hîc id operæ collocarit. Non ita verò id operæ hîc deſidero, quaſi ſcriptura ſacra erroribus obnoxia ſit, quæ à prima veritate profecta veritatis regula eſt, ſed, quòd, in codices ſiue apographa ipſa, Græca maximè & Latina, per frequentem exemplarium in exemplaria transfuſionem, nunc librariorum, nunc lectorum, oſcitantia, incuria, inſcitia, temeritate, labeculæ, errata, deprauationeſque ſubinde irrepſerint, quæ, aliorum codicum ſiue apographorum collatione, mutari, corrigi, auferri debeant. Id cùm in ipſo ſcripturæ fonte acciderit (perſpicuum eſt in nouo Teſtamento Græco: nam de veteri Hebræo nihil dicere volumus) longè magis in tranſlatione accidiſſe potuit. Quare, quod nobis obiectant alij, cùm vetus editio Latina, à Tridentino concilio probata, atque authentica pronunciata ſit, nulla ampliùs opus eſſe caſtigatione, ridiculum prorſus eſt. Neque enim Concilium, editionis huius exemplaria erratorum expertia eſſe iudicauit, neque etiam certum aliquod editionis exemplar ſequendum omnibus propoſuit: ſed editionem ipſam, cæteris quæcumque exſtant Latinis editionibus, prætulit, & authenticam definiuit. Hanc qui voluerit ex Hebræo aut Græco mutare, aut ſuo pro iudicio corrigere, correctamque pro ipſa veteri editione emaculata proponere, is Synodi ſententiæ proculdubio aduerſetur. Non enim vterem ſeruat, ſed ſuam obtrudit editionem. Cęterùm, qui ex variis ipſius veteris editionis exemplaribus, illi emendandæ & primæuæ lectioni germanæq. Interpretis ſcripturæ reſtituendæ, operam nauet, tantùm abeſt vt menti Synodi aduerſetur, vt, ipſa ad hoc Synodo hortante, ex mente Synodi faciat. Statuit enim, vt hæc ipſa vetus & vulgata editio, quàm emendatiſſimè imprimatur; emendatè autẽ imprimi haud poſſe videtur, niſi, collatis variis illius exemplaribus, menda deprehenſa eliminentur, ſincera lectio admittatur. Qua in re, vt Synodi deſiderio ſatisfaceret Theologica Facultas, & D. Hentenio olim, & pòſt nobis, hoc operis demandauit. quanquam à nobis, textus, vt ab Hentenio eſt editus, verbis neutiquam mutatus ſit. Non enim, ex Hebræo, Græco, Chaldæo, aut Syro, vulgatam emendare ſtuduimus verſionem: ſed, cùm variare reperta eſſent vulgatæ verſionis exemplaria, adhibita ſunt Hebræa & Græca, plerumque etiam Chaldæa & Syra, vt dignoſci poſſet quæ exemplaria lectionem ſeruarent germanam. Nam, qui ſolam adfert Latinorum exemplarium variationem, nihil niſi ſcrupum inijcit lectoris animo: hæret enim animi dubius quid amplectatur, donec, aut ex fontibus, aut ex antiquis aliarum linguarum editionibus, aut ex tractatorum commentariis, aut ex locorum circumſtantiis, aut ex ipſa exemplarium ſpectata integritate, aut denique ex his ſimul omnibus, quod inter exemplaria ipſa diſcernat, adferatur. Hoc conati ſumus, cùm in marginibus Bibliorum, tum maximè his in Notationibus. Vſque adeò verò à nobis abfuit animus, vel minimum recedendi ab ipſa veteris Interpretis ſcriptura, vt is ſcopus noſter fuerit, ipſam quærere Interpretis ſcripturam, non tantùm in rebus maioris ponderis, verumetiam in minutis, &, quod amplius eſt, etiam vbi ipſa Interpretis ſcriptura minùs fortè commoda videri poterat. ita vt nihil perinde verear, quàm, vt nimiæ me anxietatis multi notent. At quare hæc? non aliam ob cauſam, quàm, vt pura puta haberi poſſit, quam Synodo viſum eſt præſcribere, vetus editio: quæ ſi quid ſubinde minùs commodè fortaſſe vertat, non aliunde ipſa emendetur, ſed ex doctorum virorum id ſcriptis diſcatur. Quare &, cùm in dubium, de germana Interpretis ſcriptura, quouis pacto veniremus, non ipſi ſententiam diximus, ſed, iis quæ pro ſingulis facerent partibus in medium allatis, ferendam ſententiam aliis reliquimus. Quin & alias, cùm, re ſatis perſpicua

ſpicua, noſtram auſi ſumus ſententiam explicare, in omnes æquè partes, ita vt ferebat vnaquæque, differuimus, vt ſi quem plus fortè alterius partis mouere poſſint rationes, eam præ noſtra liber amplectatur opinione. Cupimus enim melioribus ſubiecta ſententiis, quæ à nobis iudicata ſunt; nec tantùm, verumetiam quæcunq. aut dicta aut ſcripta. Quamobrem, olim decreuimus, alicui Præſulum Eccleſiæ, has noſtras lucubrationes inſcribere: non quòd iis dignas cenſeremus, ſed, quòd eorum propriè ſit, certum eiuſmodi de rebus iudicium ferre. Porrò, ab ipſo initio, non alius occurrit, cui meliori viderentur ratione offerri poſſe, quàm V. D. Amplitudo, Cardinalis Illuſtriſſime, quem, pietatis iunctæ eruditioni nota, celebrem nobis, carum, obſeruatumque reddiderat. Vt enim auctoritate polles, ita & eruditione præſtas, &, quod huc facit, linguarum cognitione excellis, quodque proximè vrget, earum peritus & ſtudioſus es rerum, cuiuſmodi hîc tractare conati ſumus. Id loquuntur doctiſſimæ veſtræ in Græcum Pſalterium obſeruationes, Regio Bibliorum operi iunctæ, &, quas præ manibus R. V. habet, quarum non exiguam ipſi vidimus & legimus partem, exactiſſimæ in librum Eccleſiaſtici Notationes, quibus alia conſimilia plura D. V. induſtriam meditari intelleximus. Quare, quidquid hoc eſt, quod de lectionum S. Scripturæ varietate ſcripſimus; parum vtique, ſi reſpiciantur, quæ, & nobis ipſis, & aliis, adhuc relicta ſunt; ampliſs. D. T. exhibemus ac dedicamus, vt, ſub tui nominis auſpiciis editum, & à te benignè in tutelam acceptum, ſi quid erroris habeat, tua auctoritate corrigatur; ſi quid boni, tui nominis accommodatione aduerſus æmulos defendatur; ſi quid lectu dignum, tuæ eruditionis celebritate commendetur. Vniuerſa enim quæ dicta à nobis ſunt, tuæ, & ſanctiſſimi Patris noſtri Romani Pontificis, atque Eccleſiæ Catholicæ cenſuræ, perpetuò ſubmiſſa volumus. In his porrò elaborandis, adfuit præcipuè nobis, Reuerendus in Chriſto Pater, S. Theologiæ Licentiatus, P. Ioannes VVilhelmi Harlemius, Collegii ſocietatis Ieſu Louanii colendiſſimus Rector, ac per Belgium Viceprouincialis digniſſimus, vir ſumma eruditione, qui, diuino quo præcellebat ingenio, linguarum, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ atq. Arabicæ, difficultates ſuperauerat, & Theologicorum myſteriorum intima penetrauerat, ea adhæc vitæ puritate, ea morum ſuauitate ornatus, ea animi ad iuuandos quoſcumque promptitudine, ea denique in Deum perpetuò pergenti pietate præditus, vt homini bono, voluptatis ſummæ loco eſſet, eius frui alloquio, ſacriſque ſimul ac doctis ſermonibus refici. Teſtari poſſum, qui, eo, præceptore, inſtitutore, patre, quinetiam; quæ eius erat humanitas; familiari, ſeptennio & eo amplius vſus ſum: nec quidquam ita deploro, vt, quod ignorabam, vltimum id eſſe vale, quod, Scotis hæreticis Louanium ingreſſis, turbataque vniuerſa ac ſuos dimittente Academia, triſtis dicebam. Flagrantis cæleſti amoris igne animæ corpuſculum, lœmicus, Deo operante, ignis ſoluit, vt, cùm à corporis miſeriis, tum à mundi, qui ea dignus non erat, nunc certè, ſi vnquam aliàs, totus in maligno poſitus, malis libera, ad cæleſtem dilecti thalamum admiſſa, tota ἀπεκδύσεως in mellifluis eius amplexibus verſaretur. ita vt non mors ipſius, ſed noſtra nobis deflenda ſit derelictio. Non graue tibi arbitror eſſe, ſereniſſime Cardinalis, bonorum virorum audire laudes, quinimò volupe, huius præſertim, cuius fama non incognita; ſcio; D. V. fuit: qui huius, quod A. V. exhibemus, operis ſcribendi, ferè auctor nobis fuit, & conſilio perſæpe iuuit, ac librorum, quibuſcumque opus habuimus, copiam, ex inſtructiſſima Societatis Ieſu Louanienſi Bibliotheca, ſubminiſtrauit, quin & legit hæc pleraque omnia, ſuum eis calculum additurus, ſi vita comes fuiſſet; vt & delecti à Facultate Theologica Doctores, ij qui Bibliorum editioni ſubſcripſerunt, niſi iam à nobis mutuò ſeiuncti, vix, an in vita ſuperſtes ſit, alter de altero intelligere poſſemus. Adfuit porrò etiam ſingulariter, ad hæc conficienda, ſua nobis ope,

qui ea ipsa excudit, Regis Architypographus, Christophorus Plantinus: tulit enim sumptus non mediocres, quibus, & me scribentem minusque solida cum valetudine fere colluctantem fouit, & aliis, qui, aut aliunde manuscriptos codices aduexerunt, aut ea quæ in aduersaria ieceramus accuratè descripserunt, aut alio quocumque modo auxilio fuerunt, liberaliter satisfecit, emptis etiam à se nonnullis atque è propria officina missis libris. Quare, si quid his, aut fructus, aut ornatus, Ecclesiæ Catholicæ allatum esse potuit, vel meritò quid boni ipso conatu apud Deum comparatum; ad cuius sanè gloriam animus respexit; suas sibi hi vindicant partes, Harlemius & Plantinus, ipsi inter se coniunctissimi, & mihi pro beneficiis in me collatis suo ambo merito colendi. Te itaque, pietate atque eruditione ornatissime Cardinalis, obnixè oro, vt hæc, quæ Illustrissimæ D. T. dicamus, qualiacumque scripta, æqui boni consulas, atque in tuam benignè tutelam accipias: vt intelligenti, id quod primum ediderim, tibi cęteriſque Ecclesiæ Præsulibus gratum esse, ad plura tentanda animus addatur. Meipsum porrò beneuolentiæ humanitatis tuæ etiam atque etiam commendo: & tuorum à te numero adscribi opto. Dominus Deus Ecclesiæ suæ diu te incolumem seruet. Brugis Flandrorum, die B. Laurentij martyrio celebri, IV. Idus Augusti, anni CIↃ. IↃ. LXXIX.

Amplissimæ D. V. obseruantissimus,

Franciscus Lucas.

AVCTORIS AD CANDIDVM LECTOREM PRÆFATIO.

CVM *commissum mihi esset, eas, quæ in Louanienſium Bibliorum marginibus adnotatæ erant lectionum varietates, ad fontes & veterũ commentarios reuocare, &, ſi quidem concinerent, marginalibus id notis ſignare, vt quo quo modo germana ab adulterina diſcerni poſſet lectio: animaduerti ſæpenumero, fieri haud poſſe, vt notis id in margine indicaretur; quòd fontes, vel ambigui vel obſcuri eſſent, aut ad dignoſcendam germanam lectionem quædam facerent, quæ, cùm verbis exprimenda eſſent, tot exprimi nõ poſſent, quot marginis anguſtia poſſet capere. Quamobrem, conſilium ſubijt, ad calcem Bibliorum, breuibus eiuſmodi annotari poſſe. Quod cùm, ad R.P. Harlemium, qui hoc in negotio præerat, retuliſſem, probaſſet q̃ ille; adſcripſi, in Bibliorum margine, ad ea loca, in quæ viſum erat aliquid annotare, ſignum Q. n. quod eſſet, Quære notationes. Cùm verò, eo quod in Bibliorum margine laborandum erat confecto, Biblijſq̃ ipſis ad Typographiam miſsis, me ad ſcribendas in ea loca notationes dediſſem; animum temperare haud potui, quin exactè id conarer facere quod incumbebat; nec paucis, quemadmodum ſtatueram, abſoluere potui, vt ad calcem Bibliorum adijci poſſent, nec citò, vti ſperaueram, vt vnà cum Biblijs prodirent. Quare, nunc, ſeorſum, ſecunda cum Bibliorum editione, prodeunt, neceſſariæ quidem ad intelligenda marginalia annotata Bibliorum illorum noſtra opera adauctorum; quippe ad quas illa remittant, ſed quæ à marginalibus illis annotatis ipſa non pendeant, quibuſcunque Bibliorum editionibus atque exemplaribus adhibitis ſeruientes. In his porro, textum, initio ſingularum notationum,*

tionum; ita fere propoſuimus, vt in Louanienſibus eſt Biblijs: quem deinde, cum alijs Latinis exemplaribus, impreſsis & ſcriptis, contulimus. habuimus impreſſa exemplaria ſemper octo aut nouem; ſcripta, XXXII. aut XXXIII, vt minimũ, ſæpe plura; ea quæ ſtatim deſcripturi ſumus; propria dico, præter ea, quæ ante nos, Pariſienſes, Hentenius, alijq̃, annotauerant. Sæpe enim in vno inuenias, quod non in multis alijs: & frequenter, de genuina Interpretis ſcriptura, plus ex Latinis codicibus quàm aliunde intelligere licet, dum, inter varia exemplaria, quem legendi modum vulgaria ſequantur, in quem conſpirent emendatiora, conſpicitur. Dehinc, conſuluimus commẽtaria, enarrationes, ſcholia, tranſlationes, primæ, mediæ, poſtremæ ætatis, auctorum, Græcorum, & Latinorum, quoſcumque habere potuimus: vt ſi quid vſquam eſſet, quod ad noſtrũ faceret inſtitutum, quoad eius à nobis fieri poſſet, in medium adferremus. Poſthæc adhibuimus, in veteri quidem teſtamento, Hebraicum, Græcum, & Chaldaicum, textus; in nouo, Græcum & Syriacum: &, ne fortè horum exemplaria ſibi mutuò quandoque non conſtarent, lecta ſunt Græci textus antigrapha complura, cæterorum ſaltem duo. Poſtremò, ſi quid, vel ex locorum circunſtantijs, vel ex locis ſimilibus, vel aliunde, de lectionis varietate intelligi poſſet, id omne perſcrutari conati ſumus; &, ſi non ipſi iudicium ferre, certè alijs dare, vnde aut ferre poſſent, aut ſuo quamque momento lectionis varietatem æſtimare. His autem, ſenſum ſæpenumero addidimus, aliquando ſingularum varietatum, maximè verò eius quæ vero ſimillima erat, vt ne fortè, ob minus perſpicuum ſenſum; id quod fere accidit; reprobaretur. Horum porrò occaſione, ſæpe etiam antecedentia & ſubſequentia proximè tractauimus loca: &, ſi quæ Græcorum, Chaldaicorum, aut Syricorum apographorum, occurreret variatio, etiã ea edifſerta eſt: quin & difficultates, quæ, vel ex his, vel ex Hebraico, oriuntur, pro virili noſtra enodatæ ſunt: nec prætermiſſum eſſe arbitror, id quod multi deſiderant, quo modo Hebraicè Latinus & Græci Interpretes legerint, dum eorum tranſlationes, ab Hebraica ſcriptura, vt nunc punctis vocalibus adfecta exſtat, diſcrepare videntur. Cæterùm, non deterreant Lectorem, linguarum fortè imperitum, quæ frequenter his admiſcentur, Hebraici, Chaldaici, Græci, Syrici, textuum, verba: id enim fieri ita debuit, vt fides dictis haberetur, feréque ita interiecta ſunt, vt, ſaluo atque integro loci ſenſu, tranſiliri, ab eo qui non intelligat, poſſint. Porrò varietates, quæ, in manuſcriptis exemplaribus, eius varietatis quæ diſcutienda erat occaſione, quippe loco vicinæ, reperta ſunt, cùm tractandæ non viderentur, ad marginem ſunt notatæ, ijs ſignis quæ in Biblijs frequentata & declarata ſunt. Sunt verò notationes, iuxta librorum S. Scripturæ, capitum, verſuũmque, ordinem, ſeſe mutuò ſequentes: ita vt nullo indice opus ſit, niſi eorum locorum, quæ, occaſione, aliunde explicanda aliquando ſe obtulerunt. quem & ad calcem libri inuenies. Quod reliquum eſt, Lectorem obſecro, vt, hæc mediocritatis noſtræ ſcripta, eo accipiat & legat animo, quo ſcripta & data ſunt, candido, & veritatis non contentionis ſtudioſo, qui inſectari alios abhorreat, &, ſicubi erret ipſe, lubens monſtratum errorem corrigat; ſi quid ignoret, diſcere gaudeat, nec ſuam velit vſquam opinionem meliori ſententiæ præiudicium ferre.

CATALOGVS EORVM QVIBVS VSI SVMVS S. SCRIPTVRÆ LIBRORVM.

Compl. R. — COMPLVTENSIA, & ex Complutensibus expressa, Regia Biblia, Hebraica, Græca, Latina, Chaldaica, &, quod Regijs proprium est, Syrica.

Ven. — Hebraica & Chaldaica Biblia magna, Venetiis excusa.

Neb. — Psalterium Augustini Nebiensis, quinque linguis, Hebraica, Græca, Latina, Chaldaica atque Arabica.

Angl. Port. — Psalteria Hebraica manuscripta duo, vnum Collegij Louaniensis Societatis Iesu, alterum D. Clementis Angli, & tertium Portugallicum, ex fide reuerendissimi D. Lindani citatum.

Syricum Noui Testamenti manuscriptum, Colonieuse, ex Orientis partibus allatum.

Syrica Noui Testamenti editio, sumptibus Ferdinandi Imperatoris, & Iohannis Widmanstadij opera, Viennæ Austriacæ edita.

Ald. Argent. Vat. — Græca Biblia Aldi Manutij, anno 1517. impressa.

Græca veteris Testamenti Biblia, Argentorati edita, collata cum duobus Græcis Vaticanæ Bibliothecæ antigraphis, quorum variæ lectiones ad marginem adnotatæ sunt, iussu reuerendissimi Cardinalis Granuellani.

Basil. — Græca Vet. Testamenti Biblia Basileæ excusa anno 1550, cum Latina interpretatione.

Torn. — Psalterium Græcum, Latinis litteris, Tornaci, olim in cœnobio S. Martini scriptum.

Psalterium Græcum Parisijs impressum, ex S. Victoris codice emendatum. Alterum Parisijs à Cheuallonio excusum; Tertium, Antverpiæ à Stelsio.

Nouum Testamentum Græcum Basileæ excusum, cum Vaticano codice, in Euangeliis collatum, quondam D. Werneri Atrebatensis Collegij Louanij Præsidis.

Nouum Testamentum Græcum Basileæ impressum, anno 1563. cum lectionum varietate: & alia aliquot alibi excusa, quæ quia Louanio longè absumus, commemorare haud possumus; vt nec cæteros libros exactè, ita vt facilè deceret, describere.

A, ɛ, γ, δ, ι, &c. — Nouum Testamentum Græcum Parisijs editum, ad XVI Græca exemplaria à Parisiensibus collatum, signata Græcis numeris, α, ɛ, γ, δ, ɛ, ϛ, ζ, η, ϑ, ι, ιɑ, ιɛ, ιγ, ιδ, ιε, ις: quorum primum, Complutense est exemplar: secundum, ex Italia transmissum fuit: octauum, cum ceteris, ex Bibliotheca Regis Francorum sumtum.

Di. o. l. Ge. o. l. p. au. ar. Do. Pau. Su. Con. Cor. Au. V. S. — Vetusta Latina manuscripta, quibus ad castigandum Parisienses sunt vsi; Cœnobij S. Dionysij oblongum & latum, S. Germani oblongum, latum, parvum, aureum & argenteum, Donatianicum, Paulinum, Suessionense, Constantiense, Corsendoncense, Aureum, S. Victoris exemplaria, & Sorbonicum correctorium.

Latina Biblia quæ ad castigationem D. Iohannes Hentenius adhibuit, descripta ab eo in præfatione Bibliorum à se editorum.

Brug. — Manuscripta Latina Biblia, duobus magnis voluminibus comprehensa, Cathedralis Ecclesiæ D. Donatiani Brugensis, antiquitate simul & integritate paucis aut nullis secunda, quæ à clarissimo viro D. Iacobo Pamelio, Bibliothecæ D. Donatiani præfecto, Louanium transmissa fuerunt.

Lob. — Alterum Bibliorum, duobus tomis contentum, manuscriptum exemplar, similiter vetustate & integritate venerandum, à R. D. Ermino Fransoys, Cœnobij Lobiensis S. Petri Abbate, commodato missum, scriptum; vt ad calcem libri diligens scriptor notauit; à F. Goderanno, Anno incarnationis Dominicæ 1084. indictione 7ª, concurrente 1º, Epacta 11ª, rege Henrico æquè Henrici Cæsaris filio iam trienni obsidione vrbem Romam grauiter premente, concluso in ea Gregorio Papa, qui & Hildebrandus, Anno 9º. præsulatus Henrici Ecclesiæ Leodicensis, 8º. autem Gerardi Cameracensis, 6º. quoque Arnulfi Abbatis eiusdem Lobiensis cœnobij S. Petri. Habet hoc exemplar, triplex tribus columnis distinctum; vt & alij quidam veteres codices; Psalterium, Gallicum, Romanum, & Hebraicum. Gallicum, nostra est vulgata editio, ab Hieronymo castigata, & obeliscis atque asteriscis notata. Romanum, ea est qua Romani ante Hieronymi castigationem videntur vsi. Hebraicum, Hieronymi est ex Hebræo versio.

Leod. — Tertium his simile manuscriptum, quatuor aut quinque tomis, ex Leodiensi S. Iacobi Abbatia allatum: cui hoc vnum deest, quòd, plerisque locis, posteriori alicuius præpostera cura, antiqua ac germana erasa, vulgaris lectio substituta sit.

A, B, C, D, &c. T. N. — Viginti manuscripta Bibliorum exemplaria contribuit, quem suum nuper Louanij diem obijsse intelleximus, M. N. Augustinus Hunnæus, piæ memoriæ; viginti contribuit signata Alphabeti litteris: sunt autem, vt iuxta præstantiæ ordinem ea numeremus, O, Q, T, E, N, P, L, H, G, A, M, V, I, K, B, C, D, F, R, S. Cæterùm T & N, fragmenta sunt dumtaxat; T, Acta Apostolorum, Epistolas D. Pauli, & Catholicas veteri scriptura continens; N. Iob, Prouerbia, & eos qui deinde sequuntur libros vsq. ad Ezechielem; litteris miræ magnitudinis; emendatum, ante trecentos annos, ex Caroli magni Biblijs vndequaque collectis, iussu, vt præfatio habet, F. Iordani Magistri ordinis Prædicatorum, & F. Hugonis Prioris Prouincialis in Francia, à Prædicatoribus S. Dominici Fratribus, quorum & emendationum rationes, sub libri finem leguntur, ad quas textus aureâ margimis notâ remittit. O, Q, E, lectissima sunt antigrapha; sed in Psalmis, O, cùm Hieronymi ex Hebræo translationem habeat, multùm ab aliis eiusdem translationis antigraphis discrepat. H in libris Regum præstat; P in Psalmis, &, in quibus excellit etiam L, Sapientiæ libris. I & K sæpe adnotant lectionem veriorem. V quod signamus, & ipsum Q littera, à M. N. Hunnæo insignitum est. Habuimus ab Hunnæo & Breuiarium peruetustum, quod quandoq. citamus; denique præter alia, id quod maximi facimus, manuscriptum Bibliorum correctorium, ab incerto auctore; quem Epanorthoten aut Correctorem ferè vocamus; magna diligentia ac fide contextum, secuto, vti oportet, antiquos nostræ editionis codices, eosq3, cum Hebraïs, Græcis, & veterum Patrum commentarijs, sedulò collatos. qui liber Genes. 8. v. 7. latiùs à nobis descriptus est. Hos porrò manuscriptos codices, iam à morte D. Hunnæi, opinor Collegij Societatis Iesu esse: reliquerat enim illos Collegio, cui olim commodatò miserat, nisi ante mortem repeteret.

O, Q, E. — O. H. — P. — L. — I. — K. — V. — Epanorthotes.

So. ru. — So. au. Hatl. — So. lon. — So. al. — So. au. — So. la. — Pl. m. — Pl. ang. — Pl. la. — Pl. par. — Pl. long. — Atr. — Atr. f.

Collegium Societatis Iesu, duo sua subministrauit manuscripta Bibliorum apographa, minori forma, quorum vnum Societatis rubrum, alterum appellauimus aureum siue Harlemense, eò quòd auro ornatum Harlemio à Plantino donatum fuerit. Plura subministrauit Collegium Societatis fragmenta Bibliorum, eaq3 spectatæ antiquitatis, quæ idcirco à confractione P. Harlemius redemerat; vnum continens octateuchum, vnum libros Regum & eos qui subsequuntur vsque ad Ezræ, id quod Societatis longum diximus: duo, Societatis album & aureum, codices sunt euangeliorum: quartum, Societatis latum, Paulinas habet epistolas, easq3 glossematis illustratas. Christophorus Plantinus quinque miserat manuscripta Biblia, quæ suo ære à confractione seruarat, vocata à nobis Plantini medius codex, angustus, latus, paruus & longus: quæ, quo ordine à nobis numerantur, eo censenda sunt.

Pl. m. — Pl. ang. — Pl. la. — Pl. par. — Pl. long. — Atr. — Atr. f.

Atrebatensis Collegij Præsidens, præclarissimus M. N. M. Cornelius Reineri Goudanus, duo commodauerat manuscripta Biblia, quorum vnum Atrebatense, alterum Atrebatense fericatum diximus: quibus exemplaribus, vt & eo quod proximè sequitur, etiam Hentenius vsus fuit.

Bess. — Ex maiori Theologorum Collegio habuimus exemplar quondam Bessarionis Cardinalis, quod ille à Iuliano, Cardinali S. Angeli, Florentini concilij Præside; vt epigraphe habet; dono acceperat, id quod in libris Regum maximè, veram lectionem sæpe notat in margine.

Bust. siue Tril. — Collegium Bustidianum seu Trilingue, etiam vnum dederat scriptum, vti coronide addita adnotatum est; anno 1432, annis octo ante typographicæ artis inuentionem.

Mal. — Ex Abbatia Malmundariensi accepimus miræ vetustatis libellos, qui plerique, magis eam qua veteres Patres, quàm qua nos vtimur, editionem referunt; vnum Psalmorum, vnum Sapientiæ & Ecclesiastici, vnũ Machabæorum, vnum Epistolarum Catholicarum & Apocalypseos, duos epistolarum D. Pauli, quorum alterum maiorem, alterum minorem, à litterarum magnitudine, vocauimus. Minor nostra editionis studiosus est; maior, veterem sectatur, eam quæ ante Hieronymi castigationem.

Mal. ma. — Mal. mi.

D. Pamelius commodauit nobis, quod Tornaco allatum fuit, vetustissimum atque lectissimum cœnobij S. Martini Psalterium, anno Domini 1105. scriptum: id quod, quatuor columnis, quatuor Psalterij editiones exhibet, Gallicam, Romanam, Hebraicam, Græcam. Græca ipsa est Græca translatio, Latinis litteris scripta.

Tom. — Vsi sumus & Psalterio ex Cameraco allato, Goticis litteris scripto; in cuius lectione, Reuerendissimus D. Lindanus, repuerascendum sibi fuisse, scripsit. id quod Romani Psalterij exemplar esse deprehendimus.

Got. — A D. Læuino Torrentino habuimus Glossam ordinariam, in Prophetas minores, manuscriptam.

Tor. — A D. Nicolao Michaëlis, Reuerendo monasterij S. Andreæ iuxta Brugas Abbate, vnum tomum manuscriptorum Bibliorum, quæ ea habet Abbatia, insignium: quo vno manuscripto, perficientes Brugis id quod à Louaniensi fuga restabat, vsi sumus. Legimus atque adduximus aliquando & alia quædam manuscripta exemplaria: quibus quia continuè vsi non sumus, suis ea locis nominasse sufficiat.

And. — Typis excusa Latina Biblia, quibus perpetuò vsi sumus, hæc sunt: Excusa Moguntiæ anno 1472, quam primam esse accepimus Bibliorum à Typographis editionem (quanquam aliam illa priorem quidam se vidisse dicant) Coloniæ anno 1479, Nurenburgi anno 1478, Venetiis anno 1497, Lugduni, cum lectionum varietate anno 1522, Coloniæ apud Quentelium anno 1529, Parisijs castigata anno 1557, &, Benedicti scholijs aucta, anno 1573.

Mog. Colo. Nuren. Ven. Lugd. Quent.

Enarratorum atque auctorum quibus vsi sumus, longum esset catalogum texere: ex iis quibus aliquando nominantur locis, poterunt intelligi. Cæterùm, post Epistolam ad Romanos, non omnes legimus quos adhuc statueramus, præter spem Louanio exsules.

NOTA-

NOTATIONES IN GENESIN.

1. APITIS tertij versu decimoquinto: *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.*] Latina exemplaria pleraq. *Ipsa* scribunt *conteret caput tuum*. S. Germani oblõgum & Sorbonicum correctorium, à Parisiensibus notata, *Ipse* legunt *conteret caput tuum*. Harum lectionum posterior, Hebræo conformior est: legitur enim הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב Eadẽ lectio Græcæ translationi similis est: sic enim habet, αὐτὸς σε τηρήσῃ κεφαλήν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτὸς πτέρναν. Ipse tuum conteret caput, & tu conteres eius calcaneum. ita exemplaria Complutense & Vaticanum. Germaniæ verò editiones, cum Aldina, αὐτός σε τηρήσῃ κεφ. καὶ σὺ τηρήσεις αὐτὸς πτέρ. Ipse tuum obseruabit cap. & tu obseruabis eius calc. id quod à Patribus ferè lectum est, atque adeò Hieronymo, qui, si in aliis codicibus τηρεῖν legi compertisset, ea nimirum primam syllabam formante, id proculdubiò prætulisset. In Hebraicis namque super Genesin quæstionibus, producta Interpretum 72. translatione, *Ipse seruabit caput tuum, & tu seruabis eius calcaneum*, annotat. Melius habet in Hebræo, *Ipse conteret caput tuum, & tu conteres eius calcea*. quia & nostri gressus præpediuntur à colubro, & Dominus conteret Satanam sub pedibus nostris velociter. Quibus in verbis etiam conspicitur, Hieronymum, lectioni prædictæ conformiter, *Ipse* vertere.

Fortassis autem commodiùs neutro genere transferatur: Ipsum conteret caput tuum. Est enim Hebraicè, pronomini הוּא cum præcedente nomine זֶרַע, quod semen significat, debita conuenientia, vt vocem quæ subaudiatur, aliundè accersere, necesse non sit. Hoc modo (neutro inquam genere) in Latinis quibusdam exemplaribus haberi; insuper, ita D. Leonem legisse, Aloysius Lippomanus docere videtur. Dum enim Leonis magni in hunc locum verba Catenæ suæ copulaturus esset, præmisit, Vel iuxta alia exemplaria: Ipsum conteret caput tuum. Tum ipsius verba ex sermone De natiuitate Domini secundo subiunxit: Deus omnipotens & clemens, &c. statim vt nos diabolica malignitas veneno suæ mortificauit inuidiæ, prædestinata mortalibus suæ pietatis remedia (&c.) præsignauit; denuncians serpenti, futurum semen mulieris, quod noxij capitis elationem sua virtute contereret, Christum scilicet in carne venturum Deum hominemque signans, qui natus ex Virgine, violatorem humanæ propaginis incorrupta natiuitate damnaret. quibus ex verbis, à Leone, hoc modo, locum hunc lectum, vero non est absimile. Isidorus Clarius hoc ipso modo sua Biblia emẽdauit: Ipsum cont. &c.

Minimè verò contemnenda est ea Latinorum exemplarium lectio *Ipsa conteret caput tuum*, tum quòd in omnibus pænè Latinis codicibus legatur (nos certè post D. Hentenium, nullum vulgatæ editionis codicem potuimus reperire qui diuersum legeret: nam Parisiensium sunt quos pro *ipse* Hentenius adfert: neque constat de Sorbonico correctorio, qui alter est Parisiensium, an ex Hebræo, an ex Latinorum codicum auctoritate, sic legendum doceat; vt neque de Aloysij exemplaribus, an nostræ sint editionis, cuius certè Clarij Biblia, quæ *ipsum* habent, non sunt) tum quòd à Veteribus, & ijs qui vulgata ex Hebræo, &, quod magis est admirandum, (dissonãt enim Græca exemplaria) ijs qui vulgata ex Græco editione vsi sunt, agnoscatur atque exponatur. Augustinus libri secundi de Genesi contra Manichæos capite 18. Obseruat (inquit) ipse plantam mulieris, vt si quando illicita labitur delectatio, tunc illam capiat: & illa obseruat caput eius, vt eum in ipso initio malæ suasionis excludat. Similis est Gregorij lib. 1. moral. cap. 38. Eucherij, Bedæ, ac Rabani, lectio atque expositio. Neque verò hæc lectio Hebræo repugnat. In primis enim potuerit Interpres הִיא fœmininum pronomen pro הוּא masculino legisse, vt nonnulli conijciunt. Deinde, fœmininum pronomen, nonnunquam eo modo scriptum reperitur quo masculinum, הוּא, quanquam הִיא legatur. atque ita hoc loco accipiendum & legendum esse הוּא, nonnulli existimant. Hinc Guido Fabricius, Pici Mirandulani principis auctoritate nixus, in Hebraicis illis Biblijs Regio operi adiunctis, quibus Latina interpretatio inter contextus lineas inserta est, excudi curauit הוּא, quanquam errore positum sit הִוא. Nec reijcienda est ista lectio, quòd masculini generis verbum pronomenque sequantur, verbum יָשׁוּף, pronomen נוּ: nam & alibi phrases huiusmodi reperiuntur. Esther primo capite, וְכָל הַנָּשִׁים יִתְּנוּ יְקָר לְבַעְלֵיהֶן Ecclesiastæ duodecimo כָּל בְּנוֹת הַשִּׁיר Potest autem hæc lectio, ad eum ferè sensum quo superiores exponuntur, de Christi matre intelligi, vt serpentis caput contriuisse dicatur, quia eum genuit qui contriuit, quia diabolum sua morte deuicit, & nos ex eius tyrannide in libertatem asseruit.

Hatl. 10 Indi. 1. & 4

Locus iste à Chaldæo paraphraste ad hunc modum redditus est: Et inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter filiũ tuum & inter filium illius: ipse erit memor. exemplar Venetum: obseruans tibi quod fecisti ei à principio, & tu eris obseruans ei in fine. Atque in hac paraphrasi obseruetur & illud, quod illi Græcæ lectioni conformiter, quæ & olim & hodie multorum est codicum, πρσς, per π in prima syllaba, transferatur *obseruans*, ne, cùm & hæc accedat ratio, à quoquam facilè reijciatur. Porrò, etsi exemplar Venetum, priori loco יְשׁוּפְךָ habeat, posteriori tamen, Complutensi & Regio cõformiter, תְּהִי נֹצֵר legit: atq. expositio esse videtur יְהִי נֹצֵר, eius quod in Complutensi & Regio est נֹצֵר.

2. C. 4. v. 8. *Dixitq3 Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras.*] Quod in Latinis codicibus legitur, *Egrediamur foras*, in Hebræis & Chaldæis non reperitur. In Græcis habetur διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, transeamus in campum. Hieronymi in Hebraicis quæst. hæc notatio est: Et dixit Cain ad Abel fratrem suum, subauditur, ea quæ locutus est Dominus. Superfluum ergo est quod in Samaritanorum & nostro volumine reperitur, Transeamus in campum. Hac vt videtur Hieronymi notatione motus Rabanus, prædicta verba omisit: & F. Magdalius Gaudensis, cuius extat Bibliæ correctorium anno 1508. Coloniæ excusum, scripsit, *Egrediamur foras* non est de textu, nec habetur in Hebraico.

3. C. 8. v. 7. Magna est de loci istius lectione contentio. Hebræi namque libri habent: Et emisit coruum, & exijt egrediendo & redeundo, donec arescerent aquæ desuper terram. Græci verò codices legunt: Et emisit coruum ad videndum si cessauit aqua, & egressus non est reuersus vsque siccari aquam à facie terræ. Quæritur vtri sequendi sint, Hebræi an Græci codices. videntur enim inter se pugnare. Multi exclamare nihil dubitant, Hebræos libros qui hodie sunt, Iudæorum perfidia vitiatos esse, Græcos autem integros; ideoque, hos sequendos, illos minimè. Verùm, quid Iudæos mouisse potuerit, vt hunc peruerterent locum? vt coruum in arcam reuertum dicerent, qui reuersus non sit? An vlli Christianæ fidei mysterio sua hac corruptela illudere conati sunt? At dicet aliquis, Vt multis in locis Hebræus textus de industria corruptus est, ita contigit hoc loco corrumpi. quid? an non præferendi codices Græci, quos omnes sequuntur patres? Sed hunc vicissim interrogatum volo, an reijciendi codices Hebræi, quos nulli reijciunt patrum? Patres namque editionem 70. Interpretum, qua tunc omnes vtebantur, secuti, Hebræa, aut non consuluerunt, aut consulta non reiecerunt. Hieronymus, qui in Dialogo cõtra Luciferianos, iuxta Interpretes 70, emissum de arca coruum dicit non rediisse: in Hebraicis quæst. aliter in Hebræo de coruo dici notat. Procopius Gazæus, Græcus auctor causis cur columba redierit expositis: Sic etiam, inquit, vt habet Hebraicus textus, & coruus in arcam reuolauit. An id semper præferendum est, quod 70. transtulerunt, & translatione eorum Patres vsi legerunt? Quòd si sic, cur SS. Synodus Tridentina, vulgatam Latinorum editionem, quæ ab illa innumeris locis discrepat, & Hebræo longè conformior est, sequendam omnibus proposuit? Sed hoc nos confodere telo existimant, quòd & Latina editio, quæ à Catholica Ecclesia recepta est, de coruo legat: *Qui egrediebatur & non reuertebatur*. Quid dicant, si huius editionis exemplaria, quæ inter se putant consonare, qui qua oportuit diligentia ea scrutati non sunt, varia esse ostendantur? Exemplaria S. Germani latum & oblongum, S. Dionysij oblongum, & Complutense cum Regio, *Qui egrediebatur & reuertebatur* sine negatione legunt. At fortè ad Hebræos codices hæc exemplaria mutata sunt. Minimè verò. Est nobis à M. N. Augustino Hunnæo, antiquum Bibliorum correctorium mutuò datum, multis annis scriptum, & pluribus fortè compositum, quod & ad hunc modum legit, & hanc antiquorum codicum lectionem esse asserit. Verba eius asscribemus: Item b. *Dimisit coruum, qui egrediebatur & reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram*. Certissimè tene, quòd nec Hebræi, sicut dicit Hieronymus, nec antiqui Latini (codices) habent *non*: sed est sensus, quòd ibat & redibat extra arcam circuiendo, & propter hoc vtitur Interpres præterito, non perfecto, sed imperfecto: licet Græcus habeat, puto de 70. sed sequendi sunt Hebræi & antiqui, & Hieronymus. Hæc ibi. Ad quæ quid dici possit? An quòd libro fidendum non sit? Non hoc dicet qui euoluerit, quæ namque, à nostri sæculi scriptoribus, ex manuscriptis codicibus collectæ sunt variæ lectiones, omnes propemodum in eo comperimus, & ad fontes fideliter examinatos deprehendimus. Neque dici potest eius libri auctorem, ex ijs esse, qui ad Hebræos codices Latinos mutare studerent: non semel enim, Hebræos sui temporis corruptos asserit, & sequendos Latinos antiquos docet, eosque, qui ad Hebræa, Latina mutarunt exemplaria, arguit. Hæc sit libri, qui sæpe à nobis citandus erit, descriptio. In vetustissimo codice Abbatiæ Tosanæ iuxta Brugas, legi vidimus, & *non reuertebatur*; sed recentiori manu scriptas voculas *&* *non*, ita vt altera omnino omissa ab initio fuisse videatur, vel *&*, vel *non*. In margine annotatum erat,

D Melchior Canus l. 2. c. 13. multa cenguisse patrum loca.

Circa medium dialogi.

Hieronymus, Qui egrediebatur & reuertebatur. Porrò quod dicit Hunnæi correctorium, atque huius codicis margo, ab Hieronymo negationem non legi, vero ſimile eſt ex Hebraicis ſuper Geneſin quæſt. ſumptum: atque hinc colligere licet, locum illum aliquando abſque negatione lectum, quam & ipſa Hieronymi verba reijciunt, quamuis in eis, quæ à nobis conſulta ſunt, Hieronymi exemplaribus, legatur. Similis eſt corruptela in Frobeniana Ioſephi Hiſtoriographi editione Latina. Nam & Ioſephi verbis ibi addita eſt negatio: Qui (de coruo eſt ſermo) cuncta reperiens inundantia, non regreſſus eſt ad Noë. Omittendam negationem, & proximè præcedens ratio loquitur, & aliæ editiones cum Græcis exemplaribus teſtantur. Sic enim habet Ioſephus, ὁ δ' οὐδαμοῦ εὑρὼν ἔτι λιμαζομένῳ, πρὸς νῶε ἐπάνηλθε. Onkelos, qui paulo poſt Chriſti tempora Chaldaica paraphraſi Pentateuchum illuſtrauit, ſine negatione reddidit: Et miſit coruum, & exiuit exiens & reuertens, donec ſiccarentur aquæ deſuper terram. Atque his oſtenſum ſit, falſitatis non eſſe arguendos Hebræos codices: & inter varia Latinæ editionis exemplaria, nec ea contemnenda quæ negationem Græcis conformiter legunt, nec illa reiicienda quæ Hebræis ſimiliter tollunt. Neque verò hæc, ſi rectè intelligantur, inter ſe pugnant: coruus enim dimiſſus in arcam reuerſus non eſt, ſed ad arcæ tectum regreſſus, inde ad eſcam euolauit, eoque redijt, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. Fortaſſis enim auis illa dimiſſa, vidit hominum aut brutorum cadauera, præſertim cùm montium reuelata eſſent cacumina, atq. ad ea, vti eſt immunda, inuento ſibi congruo cibo, perrexit & redijt. Columba verò, cui extra arcam non fuit eſca conueniens (cadauera namque abominatur, & non niſi ſeminibus paſcitur) in arcam redire voluit, extenditque manum ſuam Noë, & apprehenſam intulit in arcam. Aliud enim de coruo, aliud de columba, Moyſis narratio inſinuat. Quod fortè Interpretes 70. conſiderantes, ad eum modum, quo dictum eſt, tranſtulerunt.

4. C. 11. v. 12. Hoc loco interijcit editio Interpretum 70. generationem vnam, idque ad hunc modum: Et vixit Arphaxad annos 135. & genuit Caïnam: & vixit Arphaxad, poſtquã genuit ipſe Caïnam, annos 430. (aut, vt quidam legunt, 330.) & genuit filios & filias, & mortuus eſt. Et vixit Caïnam annos 130, & genuit Sala: & vixit Caïnam, poſtquam genuit ipſe Sala, annos 330. & genuit filios ac filias, & mortuus eſt. Et vixit Sala annos 130, & genuit Heber. Hanc editionem S. Lucas, tertio Euangelij ſui capite, vbi Chriſti genealogiã ſcribit, ſequitur: Qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Caïnam, qui fuit Arphaxad. Hæc Caïnam generatio, in Hebræis, Chaldæis, & Latinis, veteris teſtamenti codicibus, non inuenitur, ſed ab Arphaxad Sale, à Sale Heber genitus legitur: quibus Philonis & Ioſephi Iudaicæ antiquitates conſonant. Procopius Gazeus: Hebraica, inquit, veritas habet, Selam genitum eſſe ab Arphaxad: quæ enim in medio ponuntur, obeliſco ſignata viſuntur. Meritò autem exiſtimandum eſt, generationem hanc, nec ſine cauſa à LXX II. Interpretibus additam, nec ſine myſterio à Moyſe prætermiſſam; vtrumque verè, vtrumque prudenter, factum eſſe; alterum, & verè, & prudenter, Lucam ſecutum eſſe. Recenſetur conformiter ab omnibus, Geneſ. 5. v. 9. alius Caïnam, filius Enos, pater Malaleël, quem & Lucas ſuo loco numerauit. Genuit autem Arphaxad, ſecundum Hebræos, Chaldæos, & Latinos codices, anno ætatis ſuæ 35, Sale: vixitque poſt genitum Sale, 403. annis. Et Sale genuit, anno ætatis 30, Heber.

Luc. 3. f. 35. & 36.

5. C. 23. v. 19. *Atque ita ſepeliuit Abraham Saram vxorem ſuam in ſpelunca agri duplici.*] Plerique Latinorum codicum legunt: *In ſpelunca agri duplici*; quidam, *In ſpelunca agri duplicis*. Priori lectioni Græca ſuffragantur, ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ διπλοῦ. Vtraque ex Hebræo verti poteſt אל מערת שדה המכפלה Nam, ſi שָׂדֶה legas, rectiùs *duplici* trãſferas: ſi verò שָׂדֵה, vt eſt in punctatis Bibliis, potiùs *duplicis* vertendum videtur. Cùm enim שֹׂדֶה, his inſignitum punctis, vocem הַמַּכְפֵּלָה regat, interpretandum eſt, In ſpelunca agri duplicitatis, id quod eſt, agri duplicis. Nec obſtat, quòd ſpelunca huius capitis verſu 9. & alibi, duplex dicatur: nam & ſpelunca duplex dici poteſt, & ager; illa, quia duplex erat (fortè, quia duæ ſpeluncæ ſibi mutuò vicinæ erant, aut quia altera intra alteram, vt Procopius exiſtimat) hic, quia ſpeluncæ duplici adiacebat, erat enim in extrema agri parte. Certè, Geneſ. 49. v. 29. & 30. iuxta Hebræa legitur: Sepelite me cum patribus, in ſpelunca quæ in agro Ephron Hetthæi, in ſpelunca quæ בַּשָּׂדֶה הַמַּכְפֵּלָה in agro duplicitatis, ſeu duplici, qui eſt contra Mambre. Itaque, neutra illorum lectionum Latinarum reijcienda eſt, quanquam à noſtro & 72. Interpretibus, penè ſemper duplex ſpelunca dici ſoleat, & Ioſephus libri 1. cap. 33. ſepulchrum duplex vocet: Sepulchrumque eius factum eſt duplex. Quidam Interpretum retinent Hebræam vocem Machpelah, vt proprium loci nomen.

6. C. 24. v. 24. *Filia ſum Bathuelis, filij Nachor, quem peperit ei Melcha.*] Alij legunt: *Filia ſum Bath. filij Melcha, quem peperit Nachor.* & quamuis vtriuſque lectionis idem ſit ſenſus: hæc tamen huius loci; illa verò quadrageſimiſeptimi verſus eſſe cognoſcitur, quando, cum Hebræis, Græcis & Chaldæis, Latina exemplaria conferuntur. Thare pater Abrahæ genuit Nachor, Nachor ex Melcha vxore ſua genuit Bathuelem patrem Rebeccæ. Itaque quod dicitur, *Quem peperit Nachor*, intelligendum eſt *ipſi Nachor*, vt etiam Hebræa, Chaldæa & Græca, expreſſè habent. Quia verò id paulò obſcurius erat, quidam ad hunc modum mutarunt: *Filij Melchæ, quem peperit ex Nachor:* quidam hoc modo vitiarunt: *Filij Melchæ, quem peperit ei Nachor.*

Gen. 11. d. 27 & 29. Gen. 24. b. 15.

C. 36. v. 2. Quatuordecim ex ſcriptis noſtris codicibus habent: *Eſau accepit vxores* (&c.) *Ada* (&c.) *& Olibama filiam Anæ, filij Sebeon Heuei:* atque hi Regiorum Bibliorum Latino textui, Rabano, & Græcis libris, conſentiunt. Alij quatuordecim, cum Pariſienſium quinque, ſcribunt: *Filiam Anæ filiæ Sebeon Heuei.* atq. his Hebræa & Chaldæa ſuffragantur, quamuis vertendum potius videatur: *Filiam Anæ filiam Sebeon Heuei.* Et ſanè hoc modo, accuſandi inquam caſu, tria manuſcriptorum noſtrorum legere comperimus; vnum, quod Abbas S. Iacobi Leodienſis mutuò dedit; alterum, quod Collegium Trilingue annumerauit; tertium, quod D. M. N. Auguſtinus Hunnæus contribuit. Et quidem primum, Leodienſe, nonnullam indicat factam mutationem: ſecundum verò & tertium, omni exceptione maiora ſunt. Eſt aliud manuſcriptum, quod Atrebatenſe collegium ſuppeditauit, id quod illis accedens *filia* legit. Videtur autem minùs probanda ea lectio *Filiam Anæ filiæ Sebeon Heuei*, quòd ſenſum non habeat, niſi aut nugacem, aut falſum. Vel enim ſignificatur, Oolibama filiam fuiſſe Anæ & filiæ Sebeon Heuei, id eſt, filij & nurus Sebeon H., quod eſt, Anæ & vxoris eius (in quem ſenſum Hunnæi R. legit, *Filiam Anæ filiam filiæ Sebeon Heuei*) id quod friuolum eſt: vel ſignificatur, Oolibama filiam fuiſſe Anæ, & Anam filiam fuiſſe Sebeon Heuei, quod verum non eſt. Fuit enim Ana (vt ex 24. huius capitis verſu conſtat) filius Sebeon Heuei. Itaque præferenda videtur lectio iſta *Filiam Anæ filiam Sebeon Heuei*, vt ad Oolibamã vtrumque referatur, quæ & Anæ fuit filia, & Sebeonis; ac Sebeonis quidem, quia ex filio Ana neptis. Fortaſſis autem ad hanc tollendam obſcuritatem, 70. vt habet prima lectio, *Filiam Anæ filij Sebeon Heuei* tranſtulerunt. Eadem eſt verſu 14. lectionis diuerſitas: nouemdecim enim noſtrorum manuſcriptorum, cum quinque Pariſienſium, legunt *filiæ Sebeon*; duodecim *filij Sebeon. Filiam*, vt loco non conuenit, ita nulla legunt: & illa quidem, Hebræis & Chaldæis; hæc autem Græcis libris conſonant.

7.

C. 48. v. 15. Regia Biblia legunt: *Benedixitq; Iacob Ioſeph, & ait.* Nouem ſcripta ab Hentenio notata, & viginti à nobis collecta, cum Rabano habent: *Benedixitq; Ioſeph filio ſuo, & ait:* & hanc germanam eſſe noſtræ verſionis lectionem, veroſimile eſt. Hebraicè & Chaldaicè eſt: Et benedixit ipſi Ioſeph, & ait. Quod autem in aliis Latinorum exemplaribus legitur: *Benedixitq; Iacob filiis* aut *filios Ioſeph, & ait*, ad Græca accedit (quæ habent, & benedixit eos, & ait) & ſenſum exprimit, ipſi enim Ioſeph in filiis benedixit.

8.

NOTATIONES IN EXODVM.

CAP. 4. verſ. 18. Pro eo quod multi codices habent: *Et reuerſus eſt ad Iethro ſocerum ſuum*; antiquiores ferè legunt, *Et reuerſus eſt ad Iethro cognatum ſuum.* Id quod, non ſolùm à nobis noſtris in ſcriptis deprehenſum eſt; verùm etiam in illo quod antè deſcripſimus correctorio, eſt annotatum, his verbis: Item d. Antiqui: *Et reuerſus eſt ad Iethro cognatum ſuum.* Noui, pro *cognatum*, *ſocerum* poſuerunt, quaſi iſtud Hebræus non habeat. ſed idem Hebræum quod eſt hic, ſumitur pro cognato, infra xviij. a. hæc ibi. Similis eſt locus Exodi 3. v. 1. vbi, etſi pleraque noſtrorum exemplarium legant *ſoceri*; vndecim, cum Rabano & Eugubino, habent *cognati*. Hebræis vtrobique eſt חֹתֵן, quod, Exodi 18, non ſolùm a, ſed etiam b, c, & d, ſimiliter legitur, & conſtanter ab Interprete noſtro *cognatus* redditur. Sed & Num. 10. v. 29. & Iud. 4. v. 11. vbi Hobab dicitur חֹתֵן מֹשֶׁה, noſter *cognatum* Moyſi tranſtulit. Itaque Exodi cap. 3. v. 1. & cap. 4. v. 18. quibus in locis lectionis diuerſitas eſt, illa noſtri Interpretis videtur ſcriptura, quæ Iethro cognatum Moyſis vocat. Alij tranſtulerunt ſocerum, nec ſolùm neoterici, ſed etiam veteres. LXX II. locis proximè recitatis πενθερὸν dixerunt; aliis γαμβρὸν, ſi emendatioribus exemplaribus, Vaticano & Complutenſi, fides habenda eſt. Chaldæus vbique חָמָה reddidit, quod ſocerum denotat. Neque hæc Hebrææ vocis ſignificatio, Latinum latuit Interpretem: id enim vel ex capite 19. Iudicum manifeſtum eſt. ſi tamen idem fuerit Interpres libri Iudicum & Pentateuchi. Videri autem poſſit ex his, hæc eius fuiſſe ſententia, Raguelem patrem eſſe Iethro & Sephoræ, ceterarumque filiarum quæ ſacerdoti Madian fuiſſe dicuntur; & Raguelem quidem ſocerum Moyſis, Iethro verò fratrem vxoris Moyſis, quem cognatum Moyſi dixerit, niſi, per cognatum, cum Ruperto, ſocerum intelligas, quod eſt inſuetum. Nonnulli exiſtimant, Raguelem fuiſſe patrem Iethro; Iethro autem patrem Sephoræ & ceterarum illarum puellarum; eundemque eſſe Hobab, qui Iethro. Aliorum ſen-

9.

Septendecim noſtrorum m. ſ. legunt ſocerum; quatuordecim cognatum: atq. ex quatuordecim, lectionis diuerſitatem duo in margine indicant. Exodi 3. a. 1.

rum ſententia eſt, binomium fuiſſe Raguelem, dictum & Raguelem & Iethro; huius autem filium fuiſſe Hobab: quam & B. Hieronymi eſſe, in libro aduerſus Heluidium, maximè quoad priorem partem, comperio: Diſce, ait, ſcripturæ conſuetudinem, eundem hominem diuerſis nominibus nũcupari. Raguel ſocer Moyſi, & Iethro dicitur.

10. C. 4. v. 26. *Et dimiſit eum poſtquam dixerat: Sponſus ſanguinum tu mihi es, ob circumciſionem.* Quemadmodum hac lectione totum repetitur quod præcedenti verſu dictum legitur: *Sponſus ſanguinum tu mihi es:* ſic etiam nonnulli codices Græci, totum repetunt hoc loco, quod poſuerant proximo: Stetit ſanguis circũciſionis filij mei. quanquam Græcæ Germanorum editiones, cum Aldino exemplari, nihil repetant. Correctorium verò annotat, noſtræ editionis veram poſteriori loco eſſe lectionem: *Sponſus ſanguinum, ob circumciſionem*, omiſſis videlicet illis verbis *tu mihi es*. quæ lectio, ab octo noſtrorum manuſcriptorum, emendatiorum ferè, probatur; & Hebræo conformis eſt, atque Auguſtinianæ lectioni conſimilis. Auguſtinus enim, quæſtione ſuper Exodum vndecima, quanquam 72. interpretatione vtatur, nec cum Græcis Germanorum libris nihil repetit, nec cum Græcis Vaticanæ Bibliothecæ & Hiſpanorum exemplaribus totum reſumit: ſed huic Latinorum atque Hebræorum lectioni ſimiliter, partim quod prius legerat, repetit: deſiit ſanguis circumciſionis.

Cùm angelus Domini Moyſi diuertenti mortem intentaret, ob intermiſſam filij circumciſionem; vxor eius periculo exterrita, accepto cultro petrino circumcidit filium, *& ſanguine circumciſionis pedes Moyſis tetigit*, dixitque: Sponſus ſanguinum tu mihi es. Sanguine te mihi iungo. Sanguine te mihi retinere cogor. Dimiſit autem Angelus Moyſen, poſtquam illa eum ſponſum ſanguinum vocauerat; dimiſit, inquam, ob circumciſionem. Poteſt autem, eodem ferè ſenſu, pars illa, *ob circumciſionem*, ad proxima referri: Liberatus eſt mortis periculo Moyſes, poſtquam Sephora eum, quòd filium pro eius ſalute circumcidere coacta eſſet, ſponſum ſanguinis dixerat, id eſt, poſtquam filium circumciderat. Chaldæus paraphraſtes locum iſtum ad hunc modum explicuit: Tulitque Sephora petram, & circumcidit præputium filij ſui, & obtulit coram angelo, & dixit: Propter ſanguinem circumciſionis huius, detur ſponſus mihi. Et quum quieuiſſet ab eo, tunc dixit: Niſi ſanguis circumciſionis huius (fuſus fuiſſet,) condemnatus erat ſponſus ad mortem.

11. C. 9. v. 9. 10. & 11. Sextam Ægypti plagam, alij noſtrorum codicum *vlcera* vocant, alij *vulnera*. Hebraicè dicitur שְׁחִין, quam vocem, hoc an illo modo, hoc loco Interpres verterit, non ſatis conſtat, cùm quòd codices varient, tum, quòd vtroque modo, aliis atque aliis locis, tranſtuliſſe legatur. Deut. 28. v. 35. *vlcus*; Iſaiæ 38. v. 21. *vulnus* reddidit. Adhæc, *vlcus* tranſtulit Leuitici 13. v. 18. 19. 20. 23. (his enim iam commemoratis locis, quinque & triginta conſultis ſcriptis exemplaribus, lectionis nullam reperimus diuerſitatem) Secundi autem capitis Iob verſ. 7. ſi genuina eſt lectio, quæ à Gregorio lecta eſt & Correctorio probata, *vulnus* interpretatus eſt. Itaq; vtra ſit hoc Exodi loco germana Interpretis ſcriptura, non facilè quis dixerit. Auctor Correctorij *vulnera* legendum exiſtimat: cuius ſanè ſententiam noſtra ſcripta confirmare videntur. Nam tribus *vlcera* legentibus, ſeptemdecim *vulnera* legunt, cum ſex ab Hentenio notatis: alia vndecim, cum tribus Hentenij, vno loco hanc, alio illam habent lectionem, ſed eo ferè ordine, vt primo loco *vlcera* ſcribant, poſterioribus vulnera, id quod *vulnerum* lectionem non parum ſtabilire videtur. Ceterùm, Iſidorus, Rabanus, & Beda, *vlcera* legunt: &, Deut. 28. v. 27. vbi hanc Ægypti plagam tranſgreſſoribus Iſraëlitis Moyſes imprecatur, codicibus ſibi conſentientibus, vertit Interpres: *Percutiat te Dominus vlcere Ægypti*. Atq. huic lectioni conforme eſt, quod 72. interpretati ſunt, ἕλκει, idque vniuerſis, quæ iam recenſita ſunt, locis, vno Iſaiæ demto, quo prætermiſerunt, vt Hieronymus annotauit. Sed, cùm ex ſcabie, vlceribus, apoſtematibus (quibus ferè modis Hebræam vocem reddunt) vulnera naſci, & ex vulneribus vlcera redire ſoleant, etſi *vulnera* nuncupetur, eadem intelligi poteſt plaga. quam ad hunc Ioſephus deſcribit modum, δεινῶς ἀυτοῖς ἐξηλκώθη τὰ σώματα τ' ἐντὸς διαῤῥηγνυμένων. Chaldæus vbiq. Hebræum verbum retinuit, de cuius ſignificatione Hieronymus, productum Iſaiæ locum enarrans, ex propoſito agit.

12. C. 11. v. 10. *Moyſes autem & Aaron fecerunt omnia ſigna & oſtenta quæ ſcripta ſunt, coram Pharaone.* Eſt quidem hæc lectio plerique Græcis libris conſentanea: ſed correctiora exemplaria, cum Hebræis atque Chaldæis codicibus, & Græco Regiæ editionis textu, nonnihil ſuperfluere docent. Quædã verò & *oſtenta* demunt: at ea præferenda videntur, etiam Correctori, quæ *ſigna* & auferunt. Quanquã enim Hebræa vox מוֹפֵת *ſignum* denotet, atque ad eum modum huius capitis verſ. 9, & 2. Regum 13. v. 3. ac 5. ab Interprete transferatur: tamen, non qualecumque ſignum, ſed portentum propriè deſignat. quamobrem, Exodi 4. v. 21. *oſtentum*, Ezechielis 12. v. 11. *portentum* reddidit. 72. τέρας tranſtulerunt. Coniunctiſque duobus his verbis אוֹת & מוֹפֵת, illud Interpres vulgatus vertit *ſignum*, hoc *portentum*. 72. ſimiliter, σημεῖον καὶ τέρας. Chaldæus, 3. Reg. 13. & Ezech. 12. מוֹפֵת

Exo. 7. a. 3. Deu. 13. a. 1

exposuit אוֹתָה: aliis autem locis, eas ferè retinuit dictiones, quæ in Hebræo leguntur.

C. 12. v. 24. *Cuſtodi verbum iſtud legitimum tibi & filiis tuis vſque in aternum.* Ita plerique codicum legunt. Quatuor autem Hentenij, cum vno noſtro: *Cuſtodite verbum iſtud legit. vobis & filijs veſtris vſque in aternum.* Fortaſſe reddidit Interpres: *Cuſtodite verbum iſtud legit. tibi & filijs tuis vſque in æt.* Hoc enim Chaldæo, Græco, & (quod præcipuè ſpectandum eſt) Hebræo conforme eſt. Sex ſcriptorum noſtrorum exemplarium, hoc habent modo: *Cuſtodi verbum iſtud. legitimum erit tibi & filijs tuis vſque in aternum.* quę diſtinctio, in alijs etiam exemplaribus *erit* omittentibus, conſpicitur: eaq; lectioni Hebraicæ aptiùs conuenire videtur. 13.

C. 14. v. 19. *Tollensq; ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſraël, abijt poſt eos.* Quatuor Hentenij manuſcripta auferunt *ſe*. quod, Græcis quidem codicibus, ſimiliter non additur, ſed, vel legendum eſt, vel ſubaudiendum: ſenſus enim eſt, Angelum Dei, ex anteriori caſtrorum loco, in poſtremum exercitus agmen ſe tranſtuliſſe. Hebraicè eſt וַיִּסַּע מַלְאַךְ & profectus eſt Angelus. Fortè Interpres noſter, cum 72. legit, נִסַּע, quod eſt, & ſuſtulit. ἐξῆρε δ'. quamquam voces iſtæ, nec ſignificatis abſimiles ſint: ſicuti, quod Chaldæus reddidit, נְטַל, & leuare & proficiſci ſignificat. 14.

C. 15. v. 19. *Ingreſſus eſt enim eques Pharaonis cum curribus & equitibus eius in mare.*] Sincera eſt (quod etiam Epanorthotes annotauit) aliorum codicum lectio, *equus Pharaonis*. ita enim Hebraicè eſt, ita Græcè סוּס פַּרְעֹה ἵππος φαραώ. Accipitur autem *equus* collectiuè: quamobrem Chaldæus vertit: Ingreſſa eſt סוּסוֹת פַּרְעֹה multitudo equorum Pharaonis, cum curribus ſuis & equitibus ſuis in mare. F. Magdalius, in ſuo Bibliorũ Correctorio, notat: *Equus* legi debet, non *eques*, niſi equitem pro ipſo iumẽto cui inſidetur accipere velimus. Vtrumque enim *eques* ſignificat, vt refert Aulus Gellius libro 18. cap. 5. Hæc ille rectè. Rabanus legit, ex Græco (nam Græcam tranſlationem quandoque intermiſcet) Intrauit equitatus Pharao, cum quadrigis & aſcenſoribus, in mare. ἵππος enim etiam equitatum ſignificat. 15.

Teſtatur inſuper Epanorthotes (Auctorem illum ἀνώνυμον intelligo, cuius Correctorium M. N. Hunnæus cõmodauit) in antiquis ſuis libris non legi pronomen *eius*, vt in quibuſdam noſtris non legitur: &, in Græco quidem id non additur: in Hebræo autem & Chaldæo, etiam geminatur. Hebraicè eſt: cum curru (id eſt, curribus) eius (vel ſuo) & cum equitibus eius (vel ſuis) in mare.

C. 16. v. 34. *Sicut præcepit Dominus Moyſi*. hoc & ad præcedentia referri poteſt, vt ſint Moyſis & Aaron loquentis verba, quomodo quæſtione ſuper Exodum 61. Auguſtinus ſe referre ſignificat; & ad ſequentia. Alij libri habent: *Sicut præceperat Dominus Moyſi.* id quod ad ſequentia aptè refertur, ſicut & Hebræorum codicum diſtinctio refert, vt ſenſus ſit: Sicut præcepit, aut præceperat (vtrũuis enim legi & verti poteſt) Dominus Moyſi, ita poſuit illud Aaron in tabernaculo reſeruandum. Phraſis eſt Hebræis familiaris, ad hunc modũ copulatiuam coniunctionem accipere, aduerbio ſimilitudinis præcedente. 16.

C. 21. v. 16. & 17. Eo ordine multi codices Latini, cum Græcis exemplaribus, hos verſus legunt, vt, eum qui parentum percuſſorem interficiendum præcipit, is ſequatur, qui in parentes maledico mortem decernit; atque hunc, is qui plagiarium condemnat. ſic nimirum illæ coniunguntur leges, quæ in eos qui iniuria parentes afficiunt, latæ ſunt, quomodo Rabanus coniunxit explicandi gratia. Verùm, monet Corrector, verſus hos, iuxta antiquos codices, tranſponendos eſſe, nempe, vt decimus ſextus ſit, qui eſt decimus ſeptimus; & ècontrà, decimus ſeptimus, qui decimus ſextus, vt, inter duas leges, quæ parentum contemtores iudicant, media ſit quæ plagiarium damnat. Hunc ordinem, & in quibuſdam noſtrorum ſcriptorum, atque in Regiis Bibliis vidimus: eundem inſinuat Rabanus: eſtque Hebraici textus, & Chaldaicæ paraphraſeos. 17.

C. 24. v. 11. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſraël, miſit manum ſuam, viderunt q; Deum.*] Quidam legi mallet: *Nec ſuper eos qui propius acceſſerant de &c.* id enim eſt quod ſignificatur, Deum, nihil eos læſiſſe, qui ex filiis Iſrael, conſcenſo monte, ei appropinquarant, eumque viderant. Verùm, cùm Latini codices, ſuffragante Rabani textu, conſtanter legant: *Nec ſuper eos qui procul receſſerant.* (id enim quod nonnulli habent, *Nec non ſuper eos*, error eſſe, etiam Correctori videtur) hanc germanam Interpretis ſcripturam eſſe, veroſimillimum eſt. Atque huc facit, quòd Hebræa vox, quæ hoc loco legitur אֲצִילִים, principes & nobiles ideò ſignificet, quòd à plebeïs ſint ſeparati: ita vt videatur Interpres ipſam nominis etymologicam rationem tranſtuliſſe, cùm dixit, *eos qui procul receſſerant*. ſimili ferè ratione 70. verterunt *electos*. Eſt autem is ipſe ſenſus, qui iam dictus eſt, Deum Principibus, qui, conſcenſo monte, à filiis Iſraël procul receſſerãt, etſi ab eis viſus eſſet, nihil nocuiſſe. Clariſſimè locum iſtum explicat Chaldæa paraphraſis וּלְכַרְבֵי בְנֵי יִשְׂרָאֵל לָא תֵּיתֵי נִזְקָא וַחֲזוֹ יְת יְקָרָא דֵּייָ, id eſt, & magnatibus filiorum Iſraël nullum fuit nocumentum, 18.

mentum, & viderunt gloriam Domini: Verumenimuero, ſi Hebraica dictio אֲצִילִים ab אֵצֶל præpoſitione *apud* denotante, deducta, propinquos poſſit ſignificare (id quod Oleaſter annotauit) id priorem illam coniecturam adiuuet.

19. C. 33. v. 19. *Ego oſtendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te*] Legendum non eſſe *vocabor* docent, auctor Correctorij, & dominus Hentenius; nec ſine ratione, cùm exemplaria emendatiora *vocabo* legant, ſuffragantibus Hebræis, Chaldæis, & Græcis codicibus. docet autem D. Auguſtinus, in quæſtionibus ſuper Exodum c. 154, *vocabo* genere locutionis inuſitato pro *vocabor* poſitum, ad Dei gratiam commendandam. locum enim hunc hoc modo intelligit: Ego faciam, vt omnes gentes Dominum me vocent atque agnoſcant, in conſpectu (tuo, hoc eſt) Iſraelitici populi (cuius hæc audiens typum geris) dum per vniuerſum terrarum orbem diſperſus erit. Quidam iſtius loci hunc ſenſum reddunt: Ego, te audiente, recenſebo nomina mea, ex quibus gloriam & bonitatem meam intelligere queas.

NOTATIONES IN LEVITICVM.

20. C. 19. v. 16. *Non eris criminator & ſuſurro in populo.*] Multi codices habent *in populis*, quomodo & Radulphus Flauiacenſis legit, qui ante annos 550. myſticos in Leuiticum commentarios ſcripſit. Hebraicè eſt: Non incedes detractor in populis tuis. Vnicam vocem רָכִיל, Interpres duabus expoſuit, criminatore & ſuſurrone. Significat autem propriè negotiatorem, &, hinc ducta ſimilitudine, detractorem, quòd hinc inde rapiat quod aliis narret. Accipitur & pro fraudulento, quamobrem 72. reddiderunt: Non ambulabis dolo in gente tua. quomodo & noſter, vocem hanc interpretatus eſt, Prouerb. 11. v. 13. & alibi.

21. C. 19. v. 26. *Non comedetis carnem cum ſanguine.*] Vox *carnem*, ab antiquis manuſcriptis (id quod etiam Epanorthotes teſtatur) & Bibliis Regiis non additur: in Hebræo, Chaldæo & Græco non legitur: Radulphi commentario adiunctus textus habet, ſed Radulpho non lectam, ipſe commentarius loquitur. Subauditur autem à quibuſdam, & rectè: quanquam, non tantùm carnem cum ſanguine, verumetiam cuicumque ſanguis admixtus eſſet, comedere, Iudæis minimè licuerit. Sunt qui certum ſuperſtitionis genus hic prohibitum putent. LXX11. verterunt: Non comedetis in montibus. Quod enim Hebraicè eſt עַל הֶהָרִים, ipſi עַל הָרִים legerunt. Intellexerunt autem Idololatriam prohibitam: in montibus enim idola colebantur, & idolothyta comedebantur. Quamobrem Ezech. 18. inter prima flagitia numeratur, in montibus comedere. Comedere ſuper montes, ait Iſichius in hunc ſcribens locum, quod 70. poſuerunt, pro eo quod noſtra editio habet: *Non comedetis cum ſanguine*, propter eos qui idolorum feſtiuitatibus conſueti ſunt, prohibuit. Hoc enim & Oſee, accuſans populum Iudæorum, dixit: Spiritus fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo. Super vertices montium incenſum adolebant, & ſuper colles ſacrificabant. *Oſ.4.v.12. 13.*

22. C. 27. v. 27. *Quod ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit iuxta æſtimationem ſuam, & addet quintam partem preij.*] Duplex hoc loco eſt lectio, vna: *Iuxta æſtimationem tuam.* Hæc duorum eſt Pariſienſiũ exemplarium, probata Petro Serrano, reſpondetque Hebræo textui, in quo verſus iſte ad hunc legitur modum: Quod ſi immundum eſt animal, redimet iuxta æſtimationem tuam, addetque quintam partem eius vltra eam: ſi verò non redimatur, vendetur iuxta æſtimationem tuam. Alloquitur ſacerdotem, cui iam antè ſæpius rerum deuotarum æſtimationem commiſerat. Altera eſt: *Iuxta æſtimationem ſuam.* iſta plerorumque eſt codicum, eſt & Radulphi, acceditque exemplaribus Chaldæis & Græcis, à quibus, etiã ſuperioribus huius capitis verſibus, illa, quæ in Hebræo eſt, ad ſacerdotem allocutio, mutata eſt. Chaldæa ſic hoc loco habent: Quòd ſi immundum eſt animal, redimet iuxta æſtimationem eius, addetque quintam partem eius vltra eam: ſi verò non redimatur, vendetur iuxta æſtimationem eius. hanc lectionem ita Radulphus intelligit, vt iuxta offerentis æſtimationem redemptio fieri doceatur. Verùm, quomodo probabile ſit, emptori commiſſam rei emendæ æſtimationem? præſertim, cùm (id quod ex verſibus ſuperioribus paret) ſacerdoti æſtimatio committi ſoleat? cõferantur cum hoc, verſus 11.12.13. Cumque ſubiungit Interpres, *Si redimere noluerit, vendetur alteri quantumcumque fuerit antè æſtimatum*, ſatis indicat non intellexiſſe ſe, offerenti æſtimationem commiſſam fuiſſe. Prouidè, ita lectio iſta intelligenda videtur, vt *ſuam* pro *eius* poſitum accipiatur, hoc ſenſu, Redimet iuxta æſtimationem Sacerdotis (quomodo Chaldæus intellexiſſe videtur) aut potiùs, Redimet animal illud iuxta quod fuerit æſtimatum, ab eo nimirum cuius eſt rebus huiuſmodi pretium ſtatuere. ad quem ſenſum 72. verterunt: Si autem quadrupedum immũdorum, commutabit ſecundum pretium illius. Pia Radulphi enarratio (ſi fortè arrideat magis) hæc eſt: In ſuperioribus, ſacerdos his quæ redimuntur ſtatuit pretium: hic autem iuxta æſtimationem offerentis redemptio fit, quia & ſacerdotis eſt audienda ſententia, cùm ad redimendam immunditiam, noſtræ pœnitentiæ nobis modus imponitur: & vnuſquiſque conuenire debet conſcientiam ſuam, quæ ſibi potiſſimum cognita eſt, &, ſecundum æſtimationem ſuam, dignam Deo offerre ſatisfactionem. *Ps.Ge.l.9.* *Lev.27.d.27.*

NOTATIONES IN NVMEROS.

C. 1. v. 51. *Cùm proficiſcendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum; cùm caſtra metanda, erigent.*] Quædam exemplaria legunt: *cùm caſtrametandum, erigent.* In Hebræo, Chaldæo, & Græco, proficiſci & caſtrametari, tabernaculo tribuitur: In proficiſcendo tabernaculum, depo. illud Leuitæ, & in caſtrametando tabernaculum, &c. Verùm id, cum eo quod in noſtra eſt editione, in idem redit. ſimul enim proficiſcebantur & caſtrametabantur, tabernaculum atque exercitus, nube, aut deſerente tabernaculum, aut operiente. Eſt autem loci iſtius ſenſus: Cùm tabernaculum aliò transferendum erit, Leuitæ illud in partes, ex quibus componitur, reſoluent: cùm autem conſtiterit vno in loco, ijdem illud conſtruent atque erigent. quiſquis autem, qui de tribu Leui non ſit, aut ad diſſoluendum, aut ad conſtruendum, acceſſerit, iudicum ſententia interficietur. Quod nos habemus: *Quiſquis externorũ acceſſerit*, multa ſcripta legunt *exterorum*; Rabanus *extraneorum*. Annotauit autem & Rabanus, intelligi hoc loco, etiam Iſraelitas qui de tribu Leui non ſunt. 23. *Num.10.d. Exod.40.d.34*

C. 4. v. 6. 8. 10. 11. 12. 14. 25. Frequens eſt hoc capite inter codices iſta diuerſitas, quòd pelles, rerum ſacrarum velamina, alij *ianthinas* dicant, alij *hyacinthinas*. Eademque varietas aliis multis occurrit locis: Exodi 25. v. 5., 26. v. 14., 35. v. 7. ac 23., 36. v. 19., 39. v. 33. Vtrum autem Interpres verterit, facilè dici non poteſt: tum quòd varient codices, tum quòd Hebræa vox תָּחַשׁ (quæ locis his omnibus legitur) admittat non minùs vnum quàm alterum. Attamen videri poteſt *ianthinum* ab Interprete ſcriptum: &, vel ex eo, quòd minùs trita vox minùs intelligeretur, vulgari mutata; vel ex eo, quòd 70. hyacinthinum tranſtulerunt, hoc modo etiam noſtris ſcribendum codicibus iudicatum; vel, vtraque ex cauſa *ianthinum* reiectum. Certè, cùm Hebraicè תְּכֵלֶת legitur, noſtri codices *hyacinthum* aut *hyacinthinum* conſtanter habent: cùm תָּחַשׁ quidam *ianthinum* ſcribunt. hoc cùm plurimis locis conſpiciatur, conijci poteſt, illud *hyacinthinum*, hoc *ianthinum*, ab Interprete tranſlatum. Quod ſi obijciat quis, non mirum quòd vtraque vox ab Interprete *hyacinthinum* tranſlata ſit, cùm à 72. vtraque eo modo ſit verſa: dicat, vnde, in ordinaria gloſſa, & aliis quibuſdam vetuſtis exemplaribus, *ianthinum* legatur? Sed, quid opus eſt longiorem hac de re diſputationem texere, cùm ianthinæ & hyacinthinæ pelles, eædem fortaſſis intelligi poſſint, vtpote ab eiuſdem coloris floribus nuncupatæ? Teſtatur enim Plinius, ianthinas veſtes dictas à violis, Græco nomine ἴα vocatis, quæ apricis & macris locis ſponte proueniunt purpureæ. Hyacinthinas autem veſtes, ab Hyacinthis dici, & purpureos eſſe hyacinthos (quanquam & alterius coloris inueniantur) nemo eſt qui neſciat. Veſtes igitur pelleſque coloris purpurei, & ianthinæ & hyacinthinæ dici poſſunt. Vel cæruleæ veſtes ac pelles vtroque hoc modo rectè appellentur. Scribit enim Hieronymus in 16. Ezechielis caput, vtrumque & ianthinum, & hyacinthinum, aërij & κυανέου coloris eſſe. Tractat illa Ezechielis verba: Calceaui te hyacintho, ſiue, vt apud eum legitur, ianthino: docetque vocem תחש, quæ etiam ibi legitur, ab Aquila & Symmacho *ianthina*, à 70. & Theodotione, hyacinthina tranſlatam. Porrò recentiores Interpretes, Hebræam vocem relinquunt, thaſſum ſiue taxum ſcribentes: docentque nonnulli, animal eſſe varij coloris, Chaldæo תְּכֵלְתָּא nominatum, quia colorum ſuorum varietate delectetur. Nonnulli bouem eſſe exiſtimant, alij aliud opinantur. Dubium autem non eſt, quin pelles, quæ ſuper cetera velamina ponendæ fuerunt, eiuſmodi fuerint, quæ imbribus & quibuſcumque aëris iniuriis obſiſtere poſſent. Nec ambigendum eſt, quin ſacrarum rerum tegmina, pretioſa fuerint atque ornata, ac talia, quæ, eos qui portabant, omnis reuerentiæ admonerent. 24. *Id indicit Clarius & Hentenius. idipſum, in 25. Exodi caput, cenſet Eugubinus.* *Exod.26.v.14. ac 35.35 v.8 ac 3.36.v. 8.&c. Num. 4.v.6.7.& 11.&c.* *Apoc.7.d. 1.*

C. 21. v. 18. *Profectiq; ſunt de ſolitudine, Mathana.*] Superfluit *profectiq; ſunt.* in compluribus enim noſtræ editionis libris, Pariſienſium ſex, Hentenij ſex, noſtris vndecim, Hebræo textu & Græco, & enarratore Ruperto, ſuffragantibus, nõ legitur. Hebraicè eſt: Et è ſolitudine, in Mathana; Græcè: Et à puteo in Manthanaem. Superfluit autem textui, non ſenſui, id quod etiã Epanorthotes annotauit: deſcribitur enim progreſſus itineris Iſrael, nimirum, à puteo ſolitudinis in Mathana. Chaldæus iſta ad puteum retulit, & propria nomina interpretatus, hoc modo reddidit: Ex deſerto datus eſt eis. *ſequitur:* Et ex quo datus eſt eis, deſcendit cum eis ad valles: & ex vallibus aſcendit cum eis ad collem; & de colle ad vallem, quæ in agris Moab vſque ad ſummitatem collis, quæ reſpicit verſus Berhieſimoth. Videtur autem ad id reſpexiſſe, quod Hebræi dicunt, aquas ex petra manantes, 25. *Lib.11.ep.6 & 8.*

nantes, caſtra, quocunque proficiſcerentur, ſubſequutas fuiſſe, per canales ſiue ductus, quos fecerunt principes, baculis, quos in terra poſt ſe trahebant. Manuſcriptorum noſtrorum quinque addunt *in: In Mathana*, cum Græcis codicibus. id quod, non parum illuſtrat locum, tollitque erroris occaſionem, eorum qui ſcripſerunt: *Profectíque ſunt in ſolitudinem Mathana*, & qui *Profectíque ſunt de ſolitudine Mathana in Nahaliel &c.* Huiuſmodi enim corruptelas in nonnullis ſcriptis exemplaribus deprehendimus.

26. C. 21. v. 20. *Bamoth, vallis eſt in regione Moab, in vertice Phaſga, quod reſpicit contra deſertum.*] Epanorthotes, ex antiquis codicibus ſuis, addendam docet, quæ Hebraicè & Græcè additur, præpoſitionem *de: de Bamoth, vallis eſt in reg. &c.* Eadem legitur, in manuſcriptis, Hentenij ſeptem, noſtris nouem, Pariſienſium ſex. & ſenſus eſt; vel: de Bamoth, quæ eſt vallis in regione Moab, venerunt in verticem Phaſga, quem Oleaſter probat; vel: de Bamoth, vallis eſt in regione Moab, ad quem venerunt, vel, quò peruenerunt. In quem ſenſum, Hieronymus, explicans 39. manſionem, vertit: Et de excelſis ad vallem quæ eſt in regione Moab. Sed, quomodo ſit vallis in montis vertice? id enim ſequitur: *In vertice Phaſga*. Hieronymus myſticam quorundam expoſitionem refert. fortaſſis autem litteræ ſenſus eſt: *In vertice Phaſga*, circa radices Phaſga, qui montis Abarim vertex eſt. vt intelligantur, in humilioribus locis montis Abarim caſtrametati, ante ſeu contra Phaſga, quod fuit nomen verticis eiuſdem montis. Infra, verſu 47. capitis 33, eadem manſio, alijs nominibus deſcribi videtur: *Egreſſique de Helmon Deblathaim, venerunt ad montes Abarim, contra Nabo.*

Id quod deinceps ſequitur: *Quod reſpicit contra deſertum*, multi ſcriptorum codicum, & quidem emendatiorum plerique, legunt: *Et quod reſpicit contra deſertum*. Sed alterum fortè redundat, aut &, aut *quod*. Hebraicè & tantùm legitur, vt in duobus Latinis ſcriptis; Græcè, *quod*, τὸ κλίτος, vt in pluribus ſcriptis, quorum duo *q̃* habent.

27. C. 24. v. 7. *Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius erit in aquas multas.*] Vera huius loci lectio hæc eſſe videtur: *Et ſemen illius erit in aquas multas*. hoc enim modo plerique librorum, tum calamis, tum typis, exaratorum, legunt; Rabano, Beda, & Ruperto, ſuffragantibus, textuque Hebræo conſentiente. Quod autem habent codices quidam, *Et ſemen illius erit in gentes multas*, veræ lectionis expoſitio eſt. Frequenter enim, per aquas, gentes & populi ſignificantur. vnde & in Apocalypſi Ioannem Angelus inſtruens: Aquæ, inquit, quas vidiſti, vbi meretrix ſedet, populi ſunt, & gentes, & linguæ. Itaque Interpretes 72, &, qui eos fortè ſequutus eſt, Chaldæus, huius loci, non verba, ſed ſenſum, tranſferentes, dixerunt: Exibit homo ex ſemine eius, ſeu (quæ Chaldæi ſunt verba) creſcet Rex qui vngetur de filijs eius, & dominabitur populis multis.

28. C. 33. v. 3. *Profecti igitur de Rameſſe menſe primo, 15. die menſis primi, fecerunt altera die Phaſe, filij Iſraël, in manu excelſa, videntibus cunctis Aegyptijs, &c.*] *Fecerunt altera die phaſe*. ſic pleraque exemplaria: nonnulla verò, tantum: *Altera die phaſe*, legunt; τὸ *fecerunt* auferunt tria Pariſienſium, Baſileenſe, Complutenſe, S. Germani paruum; ſex noſtra, vnum quidem Lugduni excuſum anno 1522, quinque autem manuſcripta, quorum quatuor D. Hunnæi ſunt, litteris A. F. M. Q. ſignata, vnum Plantini, quod latum diximus. Conformis eſt gloſſæ ordinariæ & Lyrani lectio. Exemplaria M. N. Hunnæi, D. F. K. cum Plantini medio & Beſſarionis codice, indicant *fecerunt* ſuperfluere. Atque his, his inquam codicibus, qui *fecerunt* auferunt, aut auferendum iudicant, volunt, Hebræa, Chaldæa, & Græca. Rabanus & Colonienſium Biblia anni 1529, omiſſo verbo *fecerunt*, legunt: *Altera die poſt phaſe*: quomodo etiam Iſidorus exponit, cuius commentarium in tres Moyſis libros ſcriptum, contribuit Louanienſis Bibliotheca Societatis Ieſu. Beda habet: *Altera die Paſcha*. Itaque transfodienda videtur vox illa *fecerunt*, præſertim, cùm etiam Textus ſeries eam reijcere videatur, & legenti falſum ſenſum offerat. Non enim, quod primò intelligitur, filij Iſraël fecerunt phaſe 16°die menſis primi, nec videntibus Ægyptiis & ſepelientibus primogenitos; ſed ad decimæquartæ diei veſperã, domi, priuſquam Ægyptij, ſubita filiorum morte turbati, exire compellerent. Toſtatus quidem *fecerunt* legit, & partem iſtam, vt parentheſin, additam intelligit, hoc ſenſu, altera, id eſt, decimaquarta die, fecerant phaſe filij Iſraël: ſed, vt orationis incommodum non euitatur, ita non id Hebraicè ſignificatur. Legitur enim: Et profecti ſunt de Rameſſes, menſe primo, decimaquinta die menſis primi, מִמָּחֳרַת הַפֶּסַח, à craſtino Peſach, egreſſi ſunt filij Iſraël, in manu &c. *A craſtino Peſach*, id eſt, altera die poſt peſach ſeu phaſe, poſtridie quàm immolatus fuerat agnus paſchalis. Chaldæus vertit מִבָּתַר פִּסְחָא à poſt phaſe; 72. τῇ ἐπαύριον τῶν ἀζύμων poſtridie paſchæ. Præferenda igitur ea lectio videtur, quæ, omiſſo verbo *fecerunt*, habet: *Altera die phaſe*, quod eſt, die ſequente ipſum phaſe, profecti ſunt. Videri poteſt ab indocto quopiam adiectum, quòd, neque facilè iſtud intelligeret, neque prolixioris ſententiæ terminationem aduerteret. Verumenimuero, in antiquioribus & emendatioribus noſtris exemplaribus, *fecerunt* addi deprehendimus: id quod & Epanorthotes annotauit, cuius in hunc locum hæc ſunt verba: XXXIII. a. *profecti igitur de Rameſſe &c.* ſuſpenſiuè vſque *in Socoth*. Item *a. menſis primi altera die phaſe.* non video bene, quomodo ſit ibi *fecerũt* (antiqui verò interponunt quòd dicitur *fecerunt*; ibi: *fecerunt altera die phaſe*) ſed & ipſe Strabus habet: *Altera die poſt phaſe profecti ſunt de Rameſſe.* Hæc Corrector. Lyranus, ſuum hac de controuerſia iudicium his reliquit verbis: Aliqui libri habent: *Altera die fecerunt phaſe:* ſed li *fecerunt* non eſt in Hebræo, nec in libris correctis. nec mirum, quia non eſt de textu, ſed peruertit ſententiam, vel ſaltem obſcurat eam; quia videtur ſonare, quòd filij Iſraël fecerunt phaſe, poſt exitum de Rameſſe: quod non eſt verum.

NOTATIONES IN DEVTERONOMIVM.

C. 2. v. 27. 28. 29. Quæ Latini libri, Rabano conſentiente, fere numero multitudinis ſcribunt: *Tranſibimus per terram tuam, publica gradiemur via, non declinabimus &c.* exemplar S. Germani paruum ſingulari legit: *Tranſibo per terram tuam, publica gradiar via, non declinabo neque ad dextram neque ad ſiniſtram. Alimenta pretio vende mihi, vt veſcar: aquam pecunia tribue, & ſic bibam. tantùm eſt, mihi concedas tranſitum (&c.) donec veniam ad Iordanem, & tranſeam ad terram, quam Dominus Deus noſter daturus eſt nobis*; conformiter codicibus Hebraicis, & quibuſdam Chaldaicis ac Græcis. Textus Regiorum Bibliorum Græcus & Chaldaicus, cùm reliqua ſingulari legant, ille, primum numero plurali habet †παρελεύσομεν διὰ τῆς γῆς σου tranſibimus per terram tuam; hic, tertium לֹא נַעֲבֹר נָנוּ non declinabimus &c. 29. *Græcus G.q. Ven.*

C. 10. v. 20. *Dominum Deum tuum timebis, & ei ſeruies.*] D. Hentenio huius loci germana eſſe lectio viſa eſt: *Et ei ſeruies.* nec ſine ratione. nam, vt multorum inſignium exemplarium eſt; ita, Hebræo, Chaldæo, & Græco conſonat: quanquam Regiorum Bibliorum editio Græca, cum aliis Latinis libris, legat: *Et ei ſoli ſeruies.* Deu. 6. v. 13. eadem eſt eiuſdem ſententiæ diuerſa lectio. nonnulla enim exemplaria demunt *ſoli*, conſimiliter Rabano, codici Græco Vaticano, atque Hebræis ac Chaldæis libris: pleraq. addunt, conſentaneè Græcis textibus, Regiorum, Aldinorum, & Germanicorum Bibliorum. Epanorthotes ſexto capite legendum docet *ſoli*; decimo tollendum: neque alia ex cauſa de locis his diuerſimodè cenſere videtur, quàm ex probatiorum Latinorum exemplarium authoritate. Nam & nos inuenimus, exemplaribus noſtris correctioribus, atque etiam Toſtato, ſexto capite addi; decimo, tolli, τὸ *ſoli*. vt Interpres, hic, verba tranſtuliſſe; ibi, ſenſum, videri poſſit. Senſum autem, quem Dominus reddidit, cùm Tétatori obiecit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Significatur enim, ita ſeruiendum Deo, vt non alteri. hoc eſt, ſoli ipſi diuinos honores, qui λάτρεια nuncupatur, exhibendos. 30. *Mat.4.b.10. Luc.4.b.8.*

C. 14. v. 23. *Decimam frumenti tui (&c.) & primogenita de armentis & ouibus tuis offeres.* ita nonnulli Latinorum codicum: ac ſimile quid adiiciunt Græci: Eo feres decimam frumenti tui (&c.) & primog. boum & ouium tuarum. Verùm, Latini codices emendatiores, vocem *offeres* confodiunt, neque vllum verbum addunt, conformiter Rabano, & Hebræo textui, atq. Chaldæo. Subaudiendum autem ex præcedentibus relinquunt *ſeparabis & comedes in conſpectu Domini*. qui enim priùs generatim dixerat, decimam partem cunctorum quæ ex terra naſcuntur ſeparandam, & in loco, quem elegerit Dominus, comedendam: iam illa enumerat, decimam frumenti, & vini, & olei, atq. adiicit, armentorũ & gregum primogenita. 31.

C. 21. v. 6. Latina exemplaria pleraq. omnia nobis viſa, leguntˑ *Et venient, aut veniant, †maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabúntque manus &c.* Exemplar autem, quod nobis commodatò miſit colendiſſimus Lobienſis cœnobij Abbas, ſcribit: *Et maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabúntque manus &c.* non habet *venient*, ſeu *veniant*, niſi altera manu inter lineas ſcriptum. Hoc ipſum Rabanus prætermittit, ita vt ex præcedentibus ſententia pendeat: *Accedéntque ſacerdotes filij Leui (quos elegit Dominus &c.* quæ parentheſeos notis concludantur) *& omnes maiores natu ciuitatis illius, ad interfectum: lauabúntque manus &c.* Hebraicè legitur: Et omnes ſeniores ciuitatis illius, propinqui ad occiſum, lauabunt manus &c. ad eundem ferè modum Chaldaicè legitur, & Græcè. Rabani lectio, quod τοῖς προσκειμένοις *propinqui* reſpondeat, nihil habet. Id autem in vulgata lectione *venient* eſſe videtur, vt intellexerit Interpres, *propinqui* fient, id eſt, venient *ad occiſum*. ſed commodius alij intelligunt: Seniores ciuitatis, quæ propinquior eſt, vel qui propinquiores ſunt, occiſo, lauabunt &c. An autem, etiam ſacerdotibus, manus ſuper vitulum lauandæ fuerint, id quod Rabani lectione præcipi videtur, dubitari meritò poteſt. Quod nonnulla ſcripta legunt: *Et veniant maiores*, ſequentibus minus congruit. Quod Ge. p. addit *omnes: Et venient omnes maiores*, Rabani textui, Hebræo, Chaldæo, & Græco, conuenit. 32. *Toletanus, 1. MS*

33. C. 28. v. 22. & sequentibus. Multa, eorum, quæ Latini codices fere vt imprecantis verba hoc capite scribunt: *Percutiat te Dominus egestate, & persequatur donec pereas &c.* Rabanus, futuro tempore, vt prædicentis verba legit: *Percutiet te Dominus eg. Et persequetur donec pereas. Cælum, quod supra te est, æneum; & terra, quam calcas, erit ferrea. Tradet te Dominus. Per vnam viam egredieris, & per septem fugies, & dispergeris. Percutiet te Dominus vlcere Aegypti. filii tui & filiæ tradentur alteri populo.* Quibusdam partibus quædam scripta consentiunt. Hebraicè, nedum hæc, verumetiam vniuersa huiusmodi, quæ hoc capite recensentur, tempore futuro, aut præterito in futurum conuertendo, leguntur: sed, & vt prædicentis, & vt optantis, verba, reddi possunt. Hinc 70, quædam hoc, quædam illo modo, transtulerunt. Neque à sanctorum mansuetudine alienum est, hoc modo optare transgressoribus quas merentur pænas (id namque in Prophetarum libris non semel occurrit) non enim, quamuis similibus fortè vtantur verbis, quibus maledicis vti consuetudo est, malè aut precantur aut volunt: sed, prædicunt, id quod certo euenturum preuident, simulque ostendunt, non displicere sibi cognitam Dei sententiam, quam fixam atque immobilem statuit. Propheta cùm dicit, inquit Augustinus, *Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei*, videt hoc certissimè peccatoribus imminere, & placet ei quod Deus statuit, ne Deo ipse displiceat. Sermone 28° De diuersis.

34. C. 32. v. 30. *Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem milia?* Huic lectioni id incommodi est, quòd partes non aptè sibi respondeant. Antiqui codices Correctoris legunt: *Quomodo persequatur vnus mille, & duo fugent decem milia?* His nostrorum codicum vnus duntaxat, vtraque parte conformis est: plures, priori parte conueniunt; posteriori, voce discrepant, sensu consonant, nam *fugarent* legunt. Hebraicè & Chaldaicè futura leguntur, sed, quæ varijs modis reddi possint. Quidam transferunt: Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugabant decem milia? Alij, inter quos Septuaginta: Quomodo persequetur vnus mille: & duo fugabunt decem milia? Nonnulli: Quomodo persequatur (id est, persequi possit) vnus mille: & duo fugent (id est, fugare possint) decem milia? Intelligunt autem hunc locum, quidam, de Israëlitis inimicos expugnantibus: alii de inimicis Israëlitas superantibus. Prima autem interpretatio, accidisse significat: secunda, futurum prænunciat: tertia, anceps est, vt, & factum intelligi possit & futurum.

NOTATIONES IN LIBRVM IOSVE.

35. C. 12. v. 7. Hebraicè legitur וַעַד הָר חָלָק הָעֹלֶה שָׂעִירָה quod est, Et vsque ad montem leuem ascendentem in Seir. Vulgatus Interpres reddidit: *Vsque ad montem cuius pars ascendit in Seir*. quod enim alij legunt חֵלֶק, & glabrum siue leuem interpretantur: ipse legit חֶלֶק, & partem reddidit, non hoc tantùm loco, verumetiam superioris capitis versu 17. Chaldæus expositum, montem diuisum. LXX. ipsam vocem Hebraicam retinuerunt, ἀλὼκ, vel, vt Masij editio habet, ἀλακὲ siue ἀλακὲ. Quod autem in alijs Latinis exemplaribus additur *Libani (Vsque ad montem Libani, cuius pars &c.)* superfluere, non sine ratione censetur. Primùm, quòd, in multis codicibus Latinis nō reperiatur, quinque Parisiensium, quinq. Hentenij, octodecim nostris. Deinde, quòd à libris Hebraicis, Græcis, & Chaldaicis, non agnoscatur: &, Tostatus legisse non videatur. Demum, quòd à manifesta veritate reijciatur. Hìc enim Chananæa in Iosue potestatem redacta narratur: & ad id demonstrandum, termini longitudinis eius (latitudine enim exigua est) describuntur. vnus, versus Aquilonem, Baal-gad, qui fuit, aut planities in campestribus seu valle Libani, aut, quod vero similius putatur, pars montis Libani: alter versus Austrum, Mons glaber ascendens in Seir (id est, qui sursum porrigitur versus Seir) qui, si & ipse ad Libanum pertinuit, id quod lectio illa significat, Libanus coniunctus aut vicinus fuit monti Seir: sed id fieri non potuit, nisi mediam vel secuerit, vel cinxerit, Chananæam. id quod verum non est. Iugulandum itaque videtur, quod alijs libris additur, τὸ *Libani*: id quod sanè, D. Hentenius, & Parisienses, Bibliorum suorum textibus expulerunt. Easdem ob causas, transfodiendum videtur, quod alij legunt *Hermon*. nam Trilinguis Collegij scriptum, habet: *Vsque ad montem Hermon, cuius pars ascen. in S*. Hermon enim pars est Libani, & quidem affinis Baal-gad, quod ex capitibus Iosue, vndecimo & decimotertio, perspicuum est. Verumenimuero, obseruatum à nobis est, in exemplaribus nostris antiquioribus & emendatioribus plerisque, addi τὸ *Libani*. id quod & Epanorthotes in suis codicibus animaduertit: Antiqui, inquit, bis habent *Libani*: Hebræus cum Græco, tantùm habet illud, quod primò positum est. In libro autem, qui correctus dicitur, scriptor vnum abstulit, & Corrector aliud de minio subtus lineauit. Hæc Epanorthotes. Sunt tamen non contemnendæ fidei & antiquitatis exemplaria, à quibus posterius istud *Libani* omittatur, inter quæ est præstantissimus Lobiensis Cœnobij codex, anno à Dominica incarnatione 1084 scriptus.

Iosue 11. d. 17. Iosue 13. a. 5.

C. 21. v. 21. 27. 32. 36. Quod, his locis, multi codices, numero multitudinis habent: *Vrbes aut ciuitates confugij*; multi, numero singulari legunt. & quidem, versu 21, nouemdecim ex manuscriptis nostris, *vrbs confugij Sichem* scribunt; vicesimoseptimo, nouemdecim, *confugij ciuitatem Gaulum*; tricesimo–secundo, vigintiquinque, *ciuitatem confugij Cedes*; trigesimosexto, quatuor, *ciuitatem confugij Ramoth*. Omnibus his locis, Alphonsus Tostatus, singularem legit numerum (quanquam adiunctus textus habeat pluralem) & quidem, versu tricesimo–secundo, &, quo aptiùs conueniat, tricesimo–sexto, nominandi casum, *ciuitas*. atque hoc posteriori loco, tricesimo–sexto inquam versu, etiam quatuor scripta, nominandi casu *ciuitas* legunt. Hebræis & Chaldæis, vniuersis his locis, numerus est singularis: Sed Græci libri variant. Nam, 27. versu, plurali numero; 21. & 36, singulari; 32, Complutensis plurali, alij legunt singulari. Versibus igitur 21. & 36, necnon 32, Latinatum lectionum eæ præferendæ videntur, quibus singularis est numerus. quin & 27. versu, lectio eadem meritò præferatur. Vna enim horum quatuor locorum ratio est, quòd singulis singulæ confugij ciuitates recensentur, nec numerus conueniat plurium, vbi scribatur vnica. Versibus 13. & 37, vbi duo reliqua asyla, Hebron & Bosor, nominantur, idem militat argumentum; sed, priori quidem, numerus singularis constanter ab omnibus legitur: de posteriori verò, proxima notatione dicemus. Loca autem 1. Para. 6. e. 57. & f. 67, quæ, cùm simillima sint, numero leguntur plurali, & quidem Græco consentiente, atque, posteriori præsertim loco, Hebræo, commodè, si distinguantur, exponuntur: *Porro filijs Aaron dederunt ciuitates, ad confugiendum Hebron, & Lobna &c.* & versu 67: *Dederunt ergo eis vrbes, ad confugiendum, Sichem, cum suburbanis suis, in monte Ephraim, & Gaser &c.* ita vt *ciuitates*, seu *vrbes* ad omnes sequentes referatur: *ad confugiendum* autem, ad proximam tantùm. Sic Tostatus & Lyranus.

36.

C. 21. v. 37. Magna hoc loco exemplarium, nec tantùm Latinorum, diuersitas est. Quædam, versum hunc 37. *De tribu Ruben, vltra Iordanem, contra Iericho, ciuitates refugij, Bosor in solitudine Misor, & Iaser, & Iethson, & Mephaath, ciuitates quatuor, cum suburbanis suis*, omnino non legunt, Correctoris Latina exemplaria antiquiora; ex nostris, Brugense, quod est Cathedralis Ecclesiæ Diui Donatiani Brugensis; Lobiense, quod Lobiensis est monasterij; P. atque M. à Domino Hunnæo contributa (sunt enim D. M. N. Augustini Hunnæi, quæ alphabeti literis insigniuntur) & medium à Plantino transmissum. Leodiensis codex legit: sed facilè conspicitur ab initio omissse. H. & I, in textu quidem prætereunt: adscribunt autem, H. in proximo margine; I. in supremo paginæ vertice. N. & latus Plantini codex prætermittunt, cùm hunc versum, tum illum, qui ciuitates filiis Merari ex Gadis hereditate assignatas enumerat. & illud quidem nobis seruit: hoc autem contra omnium est fidem. In Massoreth Iudæorum, sanè vetusta, versus iste, qui vrbes à Rubenis tribu datas recenset, non agnoscitur: ex quo, in antiquissimis Bibliorum Hebraicorum exemplaribus, non extare colligitur. Bibliorum Venetorum Textus Hebraicus & Chaldaicus, non legunt: notatque Kamhius, se in antiquis exemplaribus, nisi quibusdā, non inuenisse. Tostatus, Hebræis sui temporis codicibus deesse, asserit. Verùm, quì fiat, cùm versu capitis istius septimo scriptum sit: *Et filijs Merari, per cog. suas, de tribubus Ruben & Gad & Zabulon, vrbes duodecim*, hìc, Zabulonitarum & Gaditarum vrbes recenseantur; Rubenitarum verò prætermittantur? Quomodo verò filiorum Merari, duodecim sint ciuitates, & Leuitarum quadraginta octo, nisi eæ, quas Rubenitæ contulerunt, addantur? An id, fortè, hoc loco contingit, quod 1. Paralip. 6. c. 60? ibi enim, enumeratis vndecim duntaxat ciuitatibus, subiungitur: *Omnes ciuitates tredecim per cognationes suas*. An hìc, fortè, similiter, solis octo recensitis, subiungatur: *Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cognationes suas duodecim?* & iterum: *Itaque ciuitates vniuersæ Leuitarum (&c.) fuerunt quadraginta-octo?* Sed, vndenam, vsque adeo & multis & diuersis libris, ciuitates Rubenitarum quatuor addantur? Græci enim libri, Chaldaici Complutenses, Syriacus A. Masij, & plurimi Hebraicorum & Latinorum, quatuor ciuitates, filijs Merari, ex Rubenis hereditate assignatas, connumerant. An addititia sint, quæ vniuersis his leguntur libris? profectò, non facilè id asserendum est: verumtamen, cùm sibi mutuo dissimilia sint, ita vt ex eadem profluxisse scaturigine non videantur, non temere omnino quis suspicetur. Quæ enim Hebraicè & Chaldaicè ponuntur, ab eis quæ Græcè & Latinè leguntur, non parum discrepant. Nulla enim Hebraicè & Chaldaicè, vel Iordanis, vel Ierichuntis, vel ciuitatis refugij, vel solitudinis Misor, mentio est, vt Græcè atque Latinè. Sed, si alicuius ciuitatis refugij non debuit mentio prætermitti: quodcunque enim asylorum hoc capite commemoratur, *ciuitas refugij* cognominatur. ex quo, etiam alijs istius capitis partibus, hæc differentia ostenditur. Latinorū codicum, qui quidē legunt, ea est inter se diuersitas, vt, nec loco, nec modo eodem, habeant; id quod statim declaraturi sumus. Ex his autem, adiectitia hæc esse colligas. Certè vir doctissimus Andreas Masius, quæ nunc Hebraicè leguntur, addititia existimare videtur: quæ Græcè, septuaginta-duos Interpretes, non de Hebræo transtulisse, sed de suo, explicandæ sententiæ caussa, addidisse, docet: quæ Latinè, ex Græco, non ex Hebræo, expressa, id quod non obscurè apparet; asserit. Prioris libri Paralipomenon sexto capite, vrbes quatuor, quas concessit Rubenitica tribus filijs Merari, concorditer leguntur ab omnibus, hoc modo: *Trans Iordanem quoque, ex aduersо Iericho, contra Orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis, Cademoth quoque & suburbana eius, & Mephaath cum suburbanis suis*. Hoc fortè loco adiuti fuerunt interpretes Græci, si, quæ in Iosue ediderunt, de suo addiderint. Nam, vt partes reliquæ similimæ sunt: ita, parum diuersa sunt nomina. Eadem sunt autem, cum eis, quæ Hebræi codices, hoc Iosue loco, habent. Verumenimuero, si ista non leguntur, necesse est subaudiantur: neque enim alioqui summa confici possit. Nihil autem à nobis statuitur, nec legenda decernuntur, nec tollenda definiuntur. Corrector hac de re in hunc modum scripsit: Item F. Nota, quòd illud quod dicitur, *De tribu Ruben vltra Iordanem*, quidam antiqui & Hebræi & Latini non habent hìc, videlicet, de quatuor ciuitatibus quas tradiderunt Leuitis. Alij, noui & Hebræi & Latini, sed & satis antiqui, habent. veruntamen, quia inuenio Græcum habere, constat mihi antiquos Hebræorum hoc habere: & postea agitur de tribu Gad. Et infra, secundum Hebræum & Græcum, *fuerunt* XLVIII, quòd etsi omnes (non) nominarentur, propter illas, dico, de Ruben, vel alias, nihilominus tot fuerunt. simile, primo Paralip. vi° d. *Ciuitates tredecim*, nec nominantur nisi x. vel xi. Hæc hunc in locum Epanorthotes.

Iosue 13. d. 9. c. 16. 17. 21.

Iere. 48. e. 21. d. 24.

Ea porrò exemplaria, in quibus ista leguntur: in quibus, versus iste, qui datas à Rubenitis ciuitates enumerat, habetur, multùm inter se discrepant, id quod paulo antè indicauimus. Nam, versum hunc, neque eodem loco, neque eodem modo, legunt. Plæraque Latinorum exemplarium, tertio loco habent. primùm enim ciuitates, quæ filijs Merari ex Zabulonis sorte datæ sunt, enumerant; deinde, eas quæ ex Gadis; tertiò, quæ ex Rubenis. Sed decem nostrorum manuscriptorum, Zabulonitarum ciuitatibus Rubenitarum subiungunt, ac tertiò Gaditarum vrbes ponunt, conformiter libris Græcis, Hebraicis, & Chaldaicis. Eo etiam ordine Tostatus enarrat: atque hoc est, quod Epanorthotes dicit, postquā de Rubenis tribu egerat: Et postea agitur de tribu Gad. Latinum exemplar Collegij Trilinguis, scriptum anno CIↃ IIIIᶜ XXXII, hunc, de Rubenitarum ciuitatibus, versum, tricesimo octauo versui subiecit. Nam enumeratis Zabulonitarum & Gaditarum ciuitatibus, subiungit: *Omnes vrbes fil. Merari per familias & cognationes suas, duodecim*. sequitur: *De tribu Ruben vltra Iordanem contra &c.* Fortasse, in eo, ex quo istud descriptum est, exemplari, non fuit, sed ex altero huic additus est, cùm putaret scriptor, verum alioqui non esse quod scripserat, filiis Merari vrbes duodecim datas, neque quod scribendum sequebatur, Leuitarum ciuitates simul quadragintaocto esse. Tantum, de versus istius ordine: nunc, de verborum diuersa lectione.

Communis lectio ea est, quæ initio Notationis in hunc locū producta est. Bibliorum autem Complutensium & Regiorum Latinus textus, tantùm: *De tribu Ruben ciuitates (&c.)* legit: verba hæc, *vltra Iordanem contra Iericho* prætermittit. Alphonsus Tostatus, Interpres adeò sedulus, vt vix quidquam prætereat, non attingit. Hebraicis & Chaldaicis libris omittuntur. ad hunc enim habent modum: Et de tribu Ruben, Beser & suburbana eius, & Iahasa & suburbana eius, Cedemoth & suburbana eius, & Mephaath & suburbana eius, ciuitates quatuor. Verùm, Græci libri, etsi aliter atque aliter, leguntur. Germanici cū Aldino habent, καὶ πέραν τοῦ Ιορδάνου, κατὰ Ιεριχὼ, ἐκ τῆς φυλῆς ῥουβὴν, ἔδωκε τὴν πόλιν τὸ φυγαδευτήριον τὸ φονεύοντος τὴν Γωσὸρ, ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ μισωρ, καὶ τὰ πεσπόεια αὐτῆς, καὶ τὴν Ιαζὴρ, καὶ τὰ πεισπόεια αὐτῆς, καὶ τὴν Ιαδσὼν, καὶ τὰ πεισπ. αὐτῆς, καὶ τὴν μασὰ, καὶ τὰ πεισπ. αὐτῆς, πόλεις τέσσαρες. Regia editio scribit, καὶ πόλεις τοῦ Ιορδάνου τὴν Ιεριχὼ ἐκ τῆς φυλῆς ῥουβὴν, τὴν πόλιν τὸ φυγαδ. τοῦ φον., τὴν Γωσὸρ, καὶ τὰ περ. αὐτῆς, καὶ τὴν Ιαζὴρ, καὶ τὰ περ. αὐτῆς, καὶ τὴν κεδσὼν, καὶ τὰ περ. ἀ., καὶ τὴν μαφὰ, καὶ τὰ περ. ἀ., τέσσ. πόλεις. Prolixiùs recitantur, vt & alia aduertantur. Masij editio, è diuersis correcta exemplaribus, legit, καὶ πέραν τοῦ Ιορδ. τῆς Ιεριχὼ, ἐκ τῆς φ. ῥουβὴν, τὴν πόλιν τοῦ φυγαδευτηρίου τοῦ φον., τὴν Γωσὸρ, ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς μισωρ, καὶ τὰ πεισπ. αὐτῆς, καὶ τὴν Ιασσὰ, καὶ Ιαὰ περ. ἀ., καὶ τὴν κεδσὼν, καὶ τὰ περ. ἀ., καὶ τὴν μαφὰ, καὶ τὰ περ. ἀ., π. τ. Itaque, vt in omnibus pænè Latinis, sic & in Græcis libris, verba illa, *vltra Iordanem contra Iericho*, leguntur.

Quod sequitur *ciuitates refugij*, vndecim nostrorum scriptorum, numero singulari, *ciuitatem refugij* legunt. similiter Tostatus, sed, qui magis congruat, primo casu, *ciuitas refugij*. Suffragantur his Græci codices, & manifesta ratio, quòd vnica hìc recenseatur refugij ciuitas, Bosor, in solitudine Misor sita.

Non enim ante, sed post *Misor*, distinctio collocanda est, vt recte quidam libri collocant. Neque enim Misor, ex ciuitatibus est, de sorte tribus Ruben filiis Merari datis: Nam sic quinque essent, cùm summa sit quatuor ciuitatū cum suburbanis suis: sed, vt nomen, vel ipsius solitudinis, vel potius regionis in qua est solitudo, positum est. atque id ex Græco perspicuum fit, ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ μισὼρ, vel, vt emendatiora habent exemplaria, ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς μισὼρ. Notandum est autem, id, quod Deuter. 4. g. 43. Hebraicè de situ Bosor dicitur בַּמִּדְבָּר בְּאֶרֶץ הַמִּישֹׁר Bammidbar beeres hammisor, septuaginta duos vertisse, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τῇ γῇ τῇ πεδινῇ; Latinum similiter transtulisse, *in solitudine quæ sita est in terra campestri*. Rursum, quod Iosue 20. c. 8. de eiusdē situ legitur, בַּמִּדְבָּר הַמִּישֹׁר Bammidbar hammisor, illos reddidisse ἐν ἐρήμῳ ἐν τῷ πεδίῳ; hunc expositisse, *quæ sita est in campestri solitudine*. Non videntur igitur existimasse, *Misor* proprium esse nomen, aut solitudinis, aut regionis: sed appellatiuum; quod campum seu planitiem designet. Nam & aliis scripturæ locis hac significatione in vsu est. Clarissimus est locus 3. Regum 20. d. 23., vbi serui Regis Syriæ dixisse leguntur: *Dij montium sunt Dij eorum, ideo superauerunt nos: sed melius est vt pugnemus contra eos.* בַּמִּישֹׁר bammisor *in campestribus* (seu, vt 70. reddiderunt, κατ' ἐνδὺ in plano) *& obtinebimus eos*. Quòd si non existimauit Latinus interpres, proprium nomen esse *Misor*, quì factum sit, quòd, hoc loco, *Bosor in solitudine Misor* sitam, Latina versione legamus? nisi ipsi, fortè, quæ Græcè legebat, exprimere visum fuerit. Sed cùm Græcorum Interpretum eadem fuisse sententia videatur, vndenam, hoc loco, vt proprium nomen Græcè scribitur? Iosue 13. capite, vbi Rubenis hereditas describitur, Græci Hebræam vocem *Misor*, quam Latinus, nunc *campestria*, nunc *planitiem* reddit, vt nomen proprium reliquerunt. Iterum Ieremiæ 48. capite, vbi legimus nos; *Et iudicium venit ad terram campestrem, super Helon & Iasa (&c.) & super Bosra, & super omnes ciuitates terræ Moab* (quo ex loco patet, Bosra siue Bosor fuisse in campis Moabiticis) Græci transtulerunt: Et iudicium venit ad terram ipsius Misor (τῆς μισωρ) super Chelon &c. Itaque, iam proprium, iam appellatiuum nomen, intellexisse videntur. Verùm cùm superiora loca, quæ, ex Deuteronomij quarto & Iosue 20. capite, producta sunt, & vicinora sint, & de situ Bosor expressiùs ac particulariùs agant, non omnis eximitur scrupulus, quî fiat, hìc vt proprium nomen legi? Sed, Græca Regis editio, aufert *in solitudine Misor*, id quod etiam ab Hebræis & Chaldæis libris omittitur. Vnum ex nostris Latinis antigraphis, O signatum, *Misor* dumtaxat tollit, libro Paralipomenon consentaneè: atque hanc huius versus partem ita legit: *Ciuitatem confugij Bosor in solitudine, Iasa, & Cademoth*, & Masphaath. Ciuitates, quas *Iasa* & *Cademoth* appellat, Hebræo, & Chaldæo, ac libro Paralipomenon, similiter: alia exemplaria *Iaser* & *Iethson* siue Gethson nominant. Græca quomodo vocent, superius videre licuit. Pro Ιαζὴρ autem, certum est, inquit Masius, scribi debere Ιασσὰ, ex libro Paralipomenon. Nam Ιαζὴρ mox dabitur ex tribu Gad. Quam *Masphaath* nuncupat superius citatum exemplar, multi Latinorum codicum, cōsonantibus quibusdam Græcis, *Masspha* dicūt. Masius, *Mapha* Græcè scribendum docet: atque ita scribit Latina Octateuchus, eximiæ vetustatis & integritatis, quam Patres Societatis Iesu, cùm multis aliis manuscriptis, nuper à confractione redemerunt. Latina Louaniensium editio, conformiter Hebræo atq. Chaldæo, & Paralipomenis, *Mephaath* legit. Tres istæ posteriores ciuitates, suprà, 13ᵘ. capitis versu 18, inter possessiones tribus Rubenis enumerantur. Tostato, diuersa planè est & mira istius partis lectio: *Bosor in solitudine, Tethson, Misor, & Ocho, ciuitates quatuor cum suburbanis suis*. Nihil mirum, quòd tres istas posteriores ciuitates ignotas dicat, nec decimotertio capite recensitas. satis patet corruptam esse lectionem, præsertim quoad medias ciuitates. hæc, de versus istius intricatissimi varijs lectionibus, notata sint.

NOTATIONES IN LIBRVM IVDICVM.

38. C. 14. v. 9. *Nec tamen voluit eis indicare, quòd mel de corpore leonis assumserat.*] ita multi scripti Latini codices, cum Hebraicis, ac Chaldaicis libris, legunt. Epanorthotes, secundum alios Latinos codices, *quòd mel de ore leonis assumserat*, legendum censet: mutationem ex Hebræo factam existimat. Sed, cur magis ex Hebræo *ore*, quàm ex versu præcedenti mutatum est corpore? imò verò id potius videtur, Interpretem hoc loco vertisse corpore; scriptorem autem substituisse, quod præcedenti versu legerat, *ore*, quòd corpus ab ore distingueret, vt fit nonnunquam, ac proinde, quòd de corpore assumserit, verum esse, non statim aduerteret; videret etiam vocum affinitatem. Sanè, manu scripta nostra, & antiquiora, & correctiora, cum plerisque impressis codicibus, superiori versu *ore*, isto *corpore* legunt. Tostatus etiam disertè annotat, libris nostris, priùs *ore*, posteriùs legi *corpore*, cùm Hebræis idem vtrobique sit nomen. Atque hac in parte, noster Interpres, fortè, Græcam translationem sequutus est. habet enim eodem pænè modo; versu octauo: Et ecce examen apum in ore leonis; versu nono: Quòd ex corpore leonis extraxerat mel. Priori enim loco, determinatam corporis partem, quam ænigmatis verba, *De comedente exiuit cibus*, significare videntur, Interpretes indicandam censuerunt: Posteriori, corporis seu cadaueris vocabulum, quòd conueniret aptiùs, retinendum iudicarunt. Quod Epanorthotes ait, Græcè legi *ore*, de versu præcedenti verum est; sed hoc versu, non inuenimus. quæ namque consuluimus exemplaria, ἐκ τῆς ἕξεως habent, vel, quæ Vaticani codicis lectio est, ἐκ τοῦ πτώματος. Porro ἕξις, pro corpore hoc loco accipitur, qua significatione apud classicos scri-

Fandem Iosephus corporis partem indicauit.

ptores reperitur. Duas ob causas videtur Samson, quòd de corpore leonis mel sumserat, parentibus non indicasse. vna fuit, ne, mel ex cadauere sumtum abominarentur: altera, ne Thamnatæis, mel in ore leonis, pridem filij manibus dilacerati, enatum, se comedisse, narrarent, & explicandi ænigmatis, quod proponere constituerat, rationem darent. quam causam postea insinuasse videtur, cùm vxori respondit: Patri meo & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? harum causarum vtrauis, si, posteriùs *corpore* legatur, manifestiùs indicatur. & prior quidem, quia corporis siue cadaueris mentio, continuò derestationem offert: posterior autem, quia significatur, non tantùm non indicasse, mel ex ore leonis sumtum, sed nec dixisse ex corpore acceptum. Germana igitur videtur noni versus lectio: *Quòd mel de corpore leonis assumserat.*

39. C. 15. v. 14. Pleraque exemplaria legunt: *Et sicut solent ad odorem ignis ligna consumi, ita vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta.* Duo autem Hentenij, & ex nostris octo, cum textibus qui Glossæ ordinariæ & Tostato adiecti sunt: *Et sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi, ita &c.* Regium: *Et sicut solent ad ardorem ignis lina consumi, ita &c.* Manuscriptum K. notatum, habet in margine *lina*. alterum S. notatum ita in textu scribit, vt vna legere possis, ligna non possis. Verisimile omnino est, non *ligna* sed *lina* scribendum esse: Nam & Hebræi codices, & Græci, atque Chaldæi, ita habent. quibus nec ea est vocum *lina* & *ligna* similitudo, ex qua error irrepsisse videtur.

Iosue 2. a. 6. Iosue secundo capite legitur וְהִתְעַמָּם בְּפִשְׁתֵּי הָעֵץ & abscondit eos in linis ligni. id quod Interpres noster expoluit: *Operuitq; eos stipula lini.* Accedit, quòd ad odorem ignis ligna consumi non soleant, neque ad ardorem, nisi sensim, id quod huius loci similitudini non conuenit. Itaque probandum videtur, quod Complutensia & Clariana Biblia legunt *lina*: sed an *ardorem* legendum sit, quomodo eadem Biblia cum aliis quibusdam habent, an *odorem*, non satis liquet Hebraicè legitur: Et fuerunt funes qui super brachijs eius, tanquam lina quæ arserunt in igne, & dissoluta sunt vincula eius de manibus eius. Noster Interpres sensum eleganter reddidit. Quod autem dixit: *Sicut solent lina consumi*, ei respondere videtur quod Hebraicè est כַּפְּשִׁתִּים אֲשֶׁר בָּעֵרוּ sicut lina quę arserũt, quod addidit: *Ad ardorem* aut *odorem ignis*, illi בָּאֵשׁ *in igne*. Itaque, quod Hebraicè dicitur *in igne*, exposuit *ad ardorem* aut *odorem ignis* quapropter, ex Hebræo, vera lectio colligi non posse videtur. Verùm, pro eo quod in Hebræo est כַּפְּשִׁתִּים אֲ֫בָ֥בָ֫אֵשׁ Græcis codicibus legitur ὥσει συπτίον aut συπτίῳ ἡνίκα ἂν ὀσφρανθῇ πυρός, sicut stuppa quando olfecerit ignem. An igitur בָּעֵרוּ odorari significet, vt hinc Latinis codicibus odoris sit mẽtio? an potius Græci codices, ex versu sequentis capitis nono, aut aliunde, corrupti sint? positionem namque בער huius significationis esse non comperi. Sanè, alter, vt minimùm, Varicanorum codicum, ad quos iussu Illustrissimi D. Granuellani, S. R. E. Cardinalis, Græca Bibliorum editio Argentorarensis collata est, legit, ὥσει συτίῳ ὃ ἐξεκαύθη ὑπὸ πυρί, sicut linum quod incensum est in igne. Sed, quid ad Chaldæum Interpretem, qui conuertit, כְּכַיְתָנָא דְאִתְרַח נוּרָא sicut linum quod olfecit in se ignem? ארח enim aphel est, à ריח, quod odorari significat, deductum. Nam & proximo capite pro Hebræo הריח positum est. Verùm, aliis inflammare denotat, reddunt enim: Sicut linum quod inflammauit in eo ignis. atque etiam proximo capite similiter. Non potest igitur statui, Latinum Interpretem, propter positionem בער, *odorem* reddidisse: attamen, pleraque exemplaria nostra, & quidem præstantissima quæque, *odorem* legunt. & certè, odoris vocabulum, huius loci similitudini aptè congruit. Declaratur enim quàm facilè Samson funes nouos confregerit, nimirum, sicut ignis linum continuò deuorat, si ei vel olfaciendum offeratur: non opus habet ardoris sui flamma complectatur, atque integris vtatur viribus.

Iosue 16. d. 9. Proximo capite, eadem diuersitas est: at, eo loci, procul dubio *odorem* dixit Interpres. Nam, præterquam quòd pleraque Latina exemplaria, & quidem vniuersa nostra, sic legunt, etiam Hebræa & Græca sic habent. An, ex eo loco, hîc mutatus sit, nescio. Abulensis Episcopus vtroque loco *odorem* legit.

NOTATIONES IN PRIMVM LIBRVM REGVM.

40. C. 1. v. 24. *Et adduxit eum secum postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modijs farinæ, & amphora vini.*] *Et tribus modijs farinæ*, hæc communis est Latinorũ codicum lectio, quam, Author quæstionum Hebr. in libros Regum, scriptorum vitio depraua tam asserit, legendumque iuxta Hebræa docet: *Et vno modio farinæ*. Sunt autem nonnulla Latina exemplaria, in quibus ita legitur, S. Germani paruum, Societatis Iesu rubrum, Sorbonicum correctorium, Textus glossæ ord. coniunctus, & Clariana Biblia. Hebraicè est: Et ephi vno farinæ. Ephi autem siue Epha, Latinus Interpres, aliquando modium, aliquando tres modios, vertit. Modium reddidit Deuter. 25. c. 14. 15. *Nec erit in domo tua modius maior & minor. Modius aqualis & verus erit tibi.* Iterum Iudicum 6. d. 19: *Coxit hœdum, & de farinæ modio azymos panes.* Tres modios interpretatus est Ruth 2. c. 17: *Inuenit hordei quasi Ephi mensuram, id est, tres modios.* Verba ista, *id est tres modios*, explicandi gratia Interpres adiecit. Chaldæus expoluit *tria sata*. Rursus, Isaiæ 5. c. 10: *Et triginta modij sementis facient modios tres.* Hebraicè est: Et semen homer siue Cori faciet Ephi. itaque, Corum, triginta modijs; Ephi, tribus, definiuit interpres. Corus enim, teste Ezechiele, decem Ephi continet. *Ephi* igitur, nunc *tres modios*, nunc *modium*, interpretatus est. Sunt enim diuersi modij. Atticum modium vnum, continet Ephi; nam, vt Iosephus ait, Corus decem modia Attica habet: Tres verò modios valet Ephi, eorum qui Sata dicuntur: Ephi enim trium Satorum mensura est. Satum autem siue סָאָה, Interprete nostro *modius* dicitur, 4. Regum 7. a. 1. & alibi. Ergo, siue legamus, tres farinæ modios Annam apportasse, siue, vnum; vnum Ephi attulisse, vt Hebraicè est, intelligi potest. Non facilè igitur corruptelæ arguenda est lectio ista: *Et tribus modijs farinæ*. immo verò, maior librorum consensus, eam Interpretis scripturam esse, docere videtur: cùm accedat etiam, D. Gregorij, V. Bedæ, & Angelomi, authoritas. Patet autem locum non habere, quòd Hebraicarum quæstionum Author dicit: Si cum vitulis tribus, tres modios farinæ obtulit, contra præceptum legis fecit. Nam in lege præcipitur, non nisi tres decimas cum singulis vitulis offerre. Vnde datur intelligi, quòd Elcana non obtulerit tres modios farinæ cũ tribus vitulis, sed nouem decimas, quibus, secundum Hebraicam mensuram, vnus efficitur Ephi. Patet, inquam, istud locum non habere, si, Ephi, vt vnius generis vnum modium; ita, alterius generis tres modios, complecti, intelligatur. Et, quid si Anna, tres modios, hoc est, tria Ephi, attulisset, non continuò obtulisset, potuisset donare sacerdotibus, vel comedere cum familiaribus, quemadmodum, tres vitulos adduxisse, & vnum obtulisse, legitur. Authorem Hebraicarum quæstionum sequitur Rupertus. Rabanus quoque, cuius in libros Regum commentaria, vetustissima manu scripta, Abbas S. Iacobi Leodiensis nobis commodauit. Græci, retento Hebræo vocabulo, transtulerunt hunc locum; Et Ephi similæ. Chaldæus: Et Mechilta vna farinæ. Quod hîc Mechiltam vertit, alibi tria Seim siue Sata reddidit.

41. C. 3. v. 2. Multa Hentenij scripta, multa Parisiensium, & nostra pleraque, legunt: *Heli iacebat in loco suo*: atque horum lectio, genuina videtur, cùm sit, etiam Authoris Hebraicarum quæstionum, Gregorij, Rabani, Angelomi, Eucherij, Bedæ, & Glossæ ordinariæ: cumque conformis sit, Hebræo, Græco, atque Chaldæo. Græci transtulerunt: Et Heli dormiebat in loco suo. & Interpres noster, quod hic *iacebat*, versu proximo dicit *dormiebat*. Intelligitur, autem cùm dicitur *in loco suo*, locus atrij penitior: in eo enim sacerdotes dormiebant, quippe qui tabernaculo Domini propinquior esset; in posteriori autem, Leuitæ. Lectionem prædictam, quidam emendare conati sunt. Nonnulli scripserunt: *Heli iacebat in lecto, siue, lectulo suo.* Id enim locus exigere videbatur. Fortassis autem marginis explicationem in textum retulerunt: Nam & scriptorum nostrorum vnum, in textu *loco*, in margine habet *lecto*. Alij scripserunt: *Et iacebat in domo sua*. Id quod Tostatus edisserit, atque ex hoc, & eo qui sequitur loco *Samuel a. dorm. &c.* Samuelẽ tabernaculo propinquiorem fuisse, propter senium ipsius Heli, existimat.

42. C. 3. v. 3. *Nec poterat (Heli) videre lucernam Dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei.* Hæc Latinorum codicum, id quod Epanorthotes testatũ reliquit, lectio est. Est & Enarratorum, Rabani ac Tostati. Exprimitur senis Heli miseria, vt, quantopere ministro indiguerit, declaretur, & Samuelis diligentia commendetur. Significatur autem Heli, vsqueadeo oculis caligasse, vt nocte ardentem in tabernaculo Domini lucernam, vix aut non videret. id enim esse videtur *antequam extingueretur*, nocte, cùm arderet. Hic & Rabani sensus esse videtur, cuius hęc sunt verba: Præ nimia enim senectute, Heli caligauerant oculi, nec poterat videre lucernam Domini cùm arderet in tabernaculo, antequam lux diurna fieret, quando eadem extinguẽda erat lucerna. Eadem habet Angelomus verba: ad similem Eucherius explicat modum. Caietanus intelligit: Non poterat videre lucernam Dei cùm esset prope extinctionem. q. d. videbat quidem plenè ardentem lucentemque lucernam Domini: sed propinquam extinctioni minusque ardentem, videre non poterat. vt sit istud dictum, ad differentiam eius quod quarto capite dicendum erat, Heli oculos finiuisse, nec quidquam videre potuisse. Atque hoc modo, non tantùm Latinam lectionem, verumetiam Hebraicam intelligit, accepta *vau* coniunctione pro *etiam*: Et poterat videre etiam lucernam &c. Quod sequitur: *Samuel autem dormiebat in &c.* non est intelligendum, quòd Samuel dormierit in sancto sanctorum, vbi erat arca Dei, sed, quòd non procul inde dormierit. Author Hebraicarum quæstionũ, quæ in Hieronymi operibus exstant, locum hunc legendum docet: *nec poterat videre*. vt hîc distinctio sit, & postea inferatur: *Et antequam lucerna Dei extingueretur, Samuel autem dormiebat, in templo Domini, vbi erat arca Dei.* Intelligi autem hoc modo debet, inquit: Et antequam lucerna Dei extingueretur in templo Domini vbi erat arca Dei, Samuel

muel dormiebat. Nicolaus Lyranus etiam, Latinorum codicum lectionem, aliquorum correctorum imperitia, corruptam putat, primo casu in quartum mutato, & germana distinctione sublata. Id quod suis coniecturis confirmari potest: Nam Gregorium magnum primo casu legisse: *Nec poterat videre lucerna Dei antequam extingueretur*, Commentarius loquitur. In cuius rei fidem, nonnulla verba adscribemus. Lucerna itaque Dei (habet in commentario Gregorius) videre non potest, cùm is qui pastorali dignitate præeminet, tanta spissitate sæcularis amoris premitur, vt, ad internæ claritatis intuitum, nulla gratiæ inspiratione, subleuetur. (&c.) Cùm autem antequam extingueretur videre non posse dicitur, in isto adhuc sæculo viuens prædicator reprobus, damnato iam in æternum impio in cæcitate similatur. Hæc Gregorius, inter alia multa idipsum commõstrantia. Exemplar D. M. N. Augustini Hunnæi H. litera insignitum, legit: *Nec poterat videri lucerna Dei*. ecce nominandi casum *lucerna*. sed is, cùm actiuo verbo non congruere iudicaretur, *videre* in *videri* mutatum est. Itaque, ex Gregorio, & vno manuscriptorum Bibliorum exemplari, primus casus habetur; sed, cum ea distinctione, quæ vulgò Latinorum est codicum. Verùm, longè facilius, pro cuiusque arbitrio, distinctio mutatur quàm casus. Lyrano igitur, germana nostræ translationis & lectio & distinctio videtur: *Et non poterat videre. Et lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat &c.* Nam, quod Hebraicè legitur, vertas: nec poterat videre. Et lucerna Dei antequam extingueretur, & Samuel dormiens, in templo Domini vbi erat arca Dei. Et vocauit Dominus &c. Ad eũ modum etiam Græci transtulerunt, καὶ οὐκ ἐδύνατο βλέπειν. καὶ ὁ λύχνος τοῦ θεοῦ πρὶν ἢ κατασβεσθῆναι, καὶ σαμουὴλ ἐκάθευδεν ἐν τῷ ναῷ κυρίου, οὗ ἦν ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ. καὶ ἐκάλεσε κύριος &c. Videtur autem nonnullis, inuersus ordo esse, ad hunc constituendus modum: Cùm lucernæ quæ erant in templo Domini, vbi erat arca Dei, necdum extinctæ essent, & Samuel adhuc dormiret: Et, id est, tunc, vocauit &c. q. d. antequam lux diurna fieret, seu, nocturno tempore, cùm Samuel dormiret, vocauit &c. Lucernas etenim, in tabernaculo testimonij, vesperi accendi, & manè extingui, Deus iusserat, vt est Exodi 27. d. 21. & Leuitici 24. a. 3. Partem istam, *In templo Domini vbi erat arca Dei*, Auctor Hebraicarum quæstionum, & alij, non ad Samuelem, sed ad lucernas referunt, vt sit ordo, sicut diximus, inuersus. & quidem, ad Samuelem non referendam, indicat fortè præcedens in Hebræo distinctio athnach, quæ Latinorum colo æquialet. Chaldæus ad Domini vocem retulit: hæc enim eius paraphrasis est: Et lucerna domus sanctuarij Domini necdũ extinguebatur, & Samuel cubans in atrio Leuitarum, & vox Domini è templo Domini, vbi erat arca Domini. Et vocauit Dominus, &c.

43. C. 4. v. 1. Quod huius capitis initio, in multis exemplaribus legitur: *Et factum est in diebus illis, conuenerunt Philistijm in pugnam*, à multis itidem præteritur. Nam, S. Petri Lobiense, S. Germani longum, Societatis Iesu longum, Hunnæi O, &, cum Complutensi, Regium, locum hunc ita scribunt, vt post id quod in superioris capitis est fine, *Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israëli*, continuò subiungatur: *Egressus est namque &c.* hanc antiquorum exemplarium esse lectionem, Epanorthotes testatur, &, in marginali Glossæ ordinariæ spatio, annotatur. Atque hæc antiquorum codicum lectio, D. Gregorij, & Angelomi authoritate probatur: & Hebraicorum ac Chaldaicorum librorum consensu stabilitur. Assuticium est igitur, quod alijs exemplaribus addi diximus: *Et factum est &c.* Id quod non obscurè insinuat, quam exemplaria cõstanter habent, coniunctio *namque*: *Egressus est namque &c.* qua probare non voluit Interpres, Philistijm in pugnam conuenisse: sed, procul dubio, quod est superioris capitis finis, quæcunque prædixerat Samuel, euenisse. quod animaduertens Gregorius scripsit: Vnde & ordinem, quo idem sermo in vniuerso Israëli venerit, latiùs exponens ait: *Egressus namque est Israël &c.* Assuta autem Latinis exemplaribus pars illa videtur, ex Græcis. in iis enim ita legitur: Et factum est in diebus illis, & conueniunt Philistijm contra Israël in pugnam. & egressus est Israël obuiam eis in prœlium &c. Sed, quàm imperitus fuerit sutor, non tantùm, ex eo quod de coniunctione diximus, patet.

44. C. 5. v. 6. hanc sexti versus partem, *Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magna in ciuitate*, multa Latinorum exemplarium transfodiunt. Cathedralis Ecclesiæ Brugensis vnum, Hentenij duo, Hunnæi duo, Parisiensium tria, cum Complutensi, ex quo Regium est expressum. Lyranus etiam, in antiquis non esse codicibus, testatum facit: idipsum Ordinariæ glossæ margo inculcat. Cardinalis Bessarionis codex, in margine, non addendam monet. Proinde Epanorthotes, inter *Et percussit in secretiori parte natium Azotum & fines eius*, &, *Videtes autem viri Azoti*, nihil interponendum docet. Profectò, neque Hebræa quidquam interijciunt, vt nec Chaldæa. Græcus etiam Regiorum Bibliorum textus, nihil admittit. Sed alij codices Græci interserunt: Et per medium regionis eorum pullularunt mures, & facta est confusio mortis magna in ciuitate. Hinc fortè desumtum est illud, quod multis hodie Latinis codicibus additur: *Et ebullierunt villæ &c.* & primùm quidem, commentarij loco, margini adscriptum; postea verò, textui mistum, vt Lyranus & Tostatus existimant. Similia enim, cùm innumeris locis acciderint, hoc ipso loco meridiana luce manifestius est, de eo, quod, in exemplaris Collegii Trilinguis, & medij codicis Plantini, textibus, legitur: Percussit eos Dominus passione quam Græci 'sirinnium' vocant. & quidem Plantini codex, bis id habet; in fine quinti, & iterum in fine sexti versus. Trilinguis, posteriori dumtaxat loco.

Proximè sequentis capitis versu quinto legitur: Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram. huius, & eorum quæ de murium figuris hîc dicuntur, occasione, existimatum videri potest, superiùs, vbi sedis vitijs percussi Azotij commemorantur (is est, capitis quinti versus sextus) eam desiderari plagam, quæ, muribus è terra productis, terram perdidit, hoc est, gignendis frugibus ineptam fecit. Porrò id quod Latinis libris additum est, non eodem ab omnibus loco legitur. Plerique, ei plagæ, quæ secretiores natium partes afflixisse narratur, subiiciunt: octo præponunt, hoc modo: *Aggrauata est autem manus Domini super Azotios, & demolitus est eos. Et ebullierunt v. & a. in medi. reg. illius, & nati sunt mures, & f. est conf. mortis in ciuitate. Et percussi in secretiori parte natium Azotum & fines eius. Videntes autem viri Az. &c.* quomodo & apud Rupertum legitur. Lotigum autem Societatis Iesu manuscriptum, collocat ante *Aggrauata est*. ita vt vel hinc liceat coniicere, adiecticium istud esse. Primus autem ordo Graecis libris conformior est. Legunt pleraque nostra manuscripta *confusio mortis magna*, conformiter libris Græcis: Nonnulla verò, *magnæ* habent; quædam, neutrum; tantùm *confusio mortis* scribunt.

45. C. 9. v. 25. *Et locutus est cum Saul in solario. Cumque manè surrexissent.* Ita legendum est. Nam, quod interijcitur, *Strauitque Saul in solario, & dormiuit*, non solùm non habent Hebræi codices & Chaldæi, sed nec Latini. D. Donatiani vnus, S. Germani duo, Hentenij duo, Hunnæi quatuor, Plantini vnus, Regius ex Complutensi, Textus adiunctus Glossæ ordinariæ. Bessarionici codicis margo prætermittendum monet. Denique, Corrector in antiquis libris non haberi testatur: & V. Beda, hunc locum edisserens, non legit. Cæterùm, Interpretes Græci, pro eo quod Latinus transtulit, *Et locutus est cum Saule in solario. Cumq; manè surrexissent*, reddiderunt: Et strauit (vel, vt habent Græca exemplaria, strauerunt) Sauli in solario & dormiuit; fortè, quòd paulo aliter legerint. Nam, verbo רבר, quod loqui significat, non est figura absimile רפר quod sternere denotat. רבץ etiam, coniugatione quinta, sternere est. Itaque, qui, quod Græcè legitur, Latinis libris additerunt, duas eiusdem sententiæ translationes coniunxerunt. Quidam autem, acceptam dũtaxat partem, addiderunt. Nam B. & I. legunt: *Et locutus est cum Saul in solario & dormiuit.* Nisi id factum sit, quòd scriptores, inter easdem voces media, errore præterierint. D. Gregorius legit: *Strauitque Saul* (sibi subaudit) *& dormiuit.* Sed fortasse, cum nonnullis exemplaribus Bibliorum, *in solario* subiungendum est. De solario scribit Suniæ & Fretelæ * Hieronymus: In Palæstina & Ægypto, vbi; vel scripti sunt diuini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ vel solaria vel meniana vocant, id est, plana tecta, quæ transuersis trabibus sustentantur.

46. C. 10. v. 2. *Cùm abieris hodie à me, inuenies duos viros, iuxta sepulchrum Rachel, in finibus Beniamin, in meridie. dicéntque tibi: Inuentæ sunt asinæ.*] *(In) meridie*, *dicéntque tibi*, ita legunt scripta, M. N. Hunnæi tria, Cathedralis Ecclesiæ Brugensis vnum, Societatis Iesu vnum, Cœnobii Lobiensis vnum, Atrebatensis Collegij alterum, & typis excusi libri plurimi. Eam, correctiorum exemplarium esse lectionem, Nicolaum scripsisse Tostatus refert. Sic Beda legit: atque ita legendum Epanorthotes docet. Multi autem libri addunt nonnihil: *In finibus Ben., (in) meridie, salientes magnas foueas, dicéntque tibi.* Atque his, vult S. Gregorius; & Græca Regis editio, ἐν τοῖς ὁρίοις βενιαμὶν, μεσημβρίας, ἁλλομένους μεγάλα. καὶ ἐροῦσί σοι. Germanorum verò editiones Græcæ, cum Aldina, legunt ἐν τῷ ὄρει βενιαμεὶν, ἐν σηλὼ, ἐν βαιθὴλ, ἁλλομένους μεγ. καὶ ἐρ. σοι. Hebraicè est בִּגְבוּל בִּנְיָמִן בְּצֶלְצַח וְאָמְרוּ אֵלֶיךָ quod est, in termino Beniamin, in Selsach, & dicent ad te. eodem modo Chaldaicè legitur. Patet hinc, in primis, Græcè, non, ἐν τῷ ὄρει, sed, ἐν τοῖς ὁρίοις legendum esse. Patet deinde, ἐν σηλὼ, Germanicis editionibus superfluere. Porrò, legendum ne sit ἐν βαιθαλ'θ, an potiùs μεσημβρίας, non ita liquet. Fortassis, neutrum legendum est: addita fortè sunt ista interpretationi τῇ ἑβδομηκοστῇδύο ex aliis translationibus, Græcis, Latinisve. Codex enim Vaticanus, neutrum legit; tantùm ἐν τ. οε. βενια., ἁλλ. μεγ. καὶ ἐρ. σοι. Itaque, quod Hebraicè est בְּצֶלְצַח, septuaginta duo reddidisse videntur, ἁλλομένους μεγάλα, saltantes grandia, vel, saltantes magnopere. Nam צלח (id quod perquam simile ei est quod Hebraicè legitur) saltare significat, vt & ipsi, huius capitis sexto & decimo versibus reddiderunt. μεγάλα autem, explicationis gratia, adiecerunt. Quod ergo Latinis quibusdam codicibus additur, *salientes magnas foueas*; ex Græca sumtum translatione videri

In exemplari Lindenij, ea litera in diuersi incerti & nouelli status erasa, & remissori manu restituta inuenitur.

a Gregorius, Vtraque lectionem Epanorthotes explicat.

b Videtur Gr. Veneta &c. Hentenius. Gr. ms. Procopio Gaz. c Gr.

d Vsitata & publicata. Gr.

e Addita est. Vat.

Bruxellensis ms. codicis, in margine, non in textu legitur.

Citra a Psal. 101.

Leodiensis codicis coniicitur additum. K. quæ ipsa deesse indicat.

potest, addita foueatum mentione, exponendæ sententiæ causa. Latinus namque Interpres, quod 72. vertisse dixi *saltantes magna*, transtulisse videtur (*in*) *meridie*. sed, qua ratione, mihi non constat. Attamen, si coniecturis vti fas est, dicam id quod videtur. עַל vmbram, עֹז clarum denotat. Fortassis igitur, voce צהרים, meridiem significari intellexit Interpres, quòd, meridie, vmbra parua sit, minusque obscura, aut nulla, ita vt clarus sit aër & splendidus, qui manè ac vesperi est vmbrosus. Eandem ob causam, meridionalem plagam intellexisse potuit, quòd, in plaga mundi meridionali, minores minúsque obscuræ sint vmbræ. Nam, mediúmne diem, an meridionalem plagam, intellexerit, non liquet satis. Quidam enim codices *meridie* legunt, conformiter Bedæ, & Græcæ Regis editioni, quæ habet μεσημβρίας, vt sensus sit: Circa diei istius medium inuenies viros duos. Alij autem, similiter Gregorio, *in meridie* habent, quod Hebræo similius est. atque eius sensus commodus est: Non procul à sepulchro Rachel, circa meridionalem partem finium Beniamin, viros duos inuenies &c. Nam sepulchrum Rachel, erat in parte hæreditatis Iudæ aquilonari, non procul à sortis Beniamin parte australi. Porro id quod noster Interpres *in meridie* transtulit, alij vt nomen proprium interpretantur, *in Selsach*. Atque huiusmodi interpretationem Græci codices referunt, quibus ἐν Σελσαλεὴθ legitur, corruptè, opinor.

47. C. 14. v. 41. *Et dixit Saul ad Dominum Deum Israël: Domine Deus Israël, da.*] Nonnulli codices omittunt Saulis nomen, sed, minùs rectè, cùm & Hebraicis libris, & Græcis & Chaldaicis, addatur. Nonnulli prætermittunt *Deum Israël*. Alij transfigunt *Deum Israël, Domine*. Alij rursus confodiunt *Domine Deus Israël*. harum lectionum posteriores duæ, Hebræo & Chaldæo consonant: vtrouis enim modo transferas, licet. Verumenimuero, parui refert quo istorum trium modorum legas; siue: *Et dixit Saul ad dominum: Domine Deus Israël da*, quo modo Corrector legit; siue: *Et dixit Saul ad dominum: Deus Israël da*, quo modo in Cardinalis Bessarionis antigrapho legendum notatur; siue: *Et dixit Saul ad dominum Deum Israël: Da*. quæ D. Gregorij lectio est. Pluris referunt, quæ sequuntur.

Deinceps quidam codices habent: *Da sanctitatem. & deprehensus est Ionathas*. sic Hentenij vnus, Parisiensium duo, atque ea vetera exemplaria quæ Glossæ ordinariæ margo significat. Alij: *Daiudicium* (vel *indicium*) *& deprehen. &c.* sic, Textus Regij operis Latinus, exemplar Societatis Iesu longum, manuscriptum insignis Ecclesiæ D. Donatiani Brugensis, aliud præclaræ Abbatiæ Lobiensis, & antiquiores Epanorthotæ codices. Sic & Græcus Regij operis textus, si indicium, cum Lobiensi, Brugensi, & alijs multis exemplaribus, legas. habet enim: ἢ εἶπε σαὴλ, κύριε ὁ θεὸς ἰσραὴλ δὸς δήλως. ἢ κατεκλ. ἢ τὰ ἐξῆς. Videntur autem duæ istæ lectiones, duæ esse translationes, eius quod in Hebræo est חָבָה תָמִים וְיֵצֵל עֻנִּי quod ad verbũ reddas; Da perfectionem, & depreh. &c. Sensus est: fac sortem prouenire pro rei veritate. Chaldæus reddidit: Fac venire eum in veritate. q. d. Fac vt sors, in eum qui peccauit, cadat. Sic, quod prior Latinorum codicum lectio habet, *Da sanctitatem*, significat: Ostendas quæso sorte hac qui sint innocentes; Quod posterior, *Da iudicium*, vel *indicium*: Manifestes obsecro nobis iudicium tuum, cuius iniquitate offensus, consulenti non respondendũ iudicaueris. vel: Prode eum quem iniquum iudicas: Designet sontem sententiatua, quem interficiamus. Vtra autem istarum lectionum, Latini Interpretis translatio sit, statui non facilè potest. Posteriorem (*Da iudicium, & depreh.*) Bibliorum Bessarionis margo comprobat. Eandem, Lyranus & Epanorthotes, Latini textus germanam esse lectionem, docere videntur. sed, prioris non meminerunt. Tertia est enim Latinorum codicum lectio, quam minùs probant, hæc nimirum: *Da iudicium. quid est quòd non responderis seruo tuo hodie? Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem. Aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et depreh. &c.* Lectio ista (quam D. Gregorius & habet & interpretatur) ex superioribus duabus, multisque præterea verbis rem explicantibus, conflata est. Verùm, cũ in Hebraicis & Chaldaicis libris, quibusdam etiam Græcis & antiquis Latinis, non habeantur; meritò, ad Interpretis nostri textum non pertinere, iudicantur. Sumta autem, ex Græca translatione, siue septuaginta duorum senum, siue aliorum, videntur. Nam, in Græco quidem Regiæ editionis textu, non habentur: sed in alijs editionibus hoc modo leguntur: Et dixit Saul: Domine Deus Israël, quid, quòd non respondisti seruo tuo hodie? si, in me, aut in Ionathan filio meo, iniquitas. Domine Deus Israël da manifestos. Et si hæc dicas, da igitur populo tuo Israël, da igitur sanctitatem. Et depreh. &c. Notandum est autem, initio Græcæ istius lectionis, non haberi, quod in Latinis codicibus habetur: Da iudicium vel indicium, vt eo verisimilius sit, id à Latino Interprete translatum. Pars postrema productæ lectionis Græcæ, nõ parum ab ea discrepat, quæ in Latinis codicibus legitur: *Aut, si est in populo tuo, hæc iniquitas, da sanctitatem*. sed sunt Latina quædam exemplaria, quæ Græcam sententiam, sua hac lectione, redoleant: *Aut si ita est in populo tuo hæc iniquitas, da sanctitatem.*

C. 21. v. 7. *Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul.* subiiciunt libri quidam: *hic pascebat mulas Saul.* Sed id, Alphonso Tostato & Nicolao Lyrano testibus, in libris correctis non est. Hentenij antigrapha quinque non legunt: Parisiensium sex omittunt: 14. nostra prætereunt. Regia editio non agnoscit: Ordinariæ Glossæ spatium marginale, aliàs non haberi testatum facit. V. Beda, Latinè se non legisse, etiam in commentariis indicat. Hebræus textus confodit: Chaldæus transfigit. Rectè itaque censuit, post Abulensem Episcopum & nostrum Epanorthoten, Dominus Hentenius, Latinis codicibus non addendum. Et, quomodo, mulas pascere, potentissimo seu principi pastorum Saul, conueniat? Legitur in Græcis libris (nam, ex eis, Latinis adiectum est) sed, pro eo, quod habemus nos; *potentissimus pastorum Saul*. quod enim, iuxta Hebraicam veritatem, Interpres noster transtulit, *Potent. past. Saul*; Græci dixerunt πέμνοντας ἡμιόνους σαὴλ. Itaque, duplici de causa arguendi sunt, qui, quod Græcè legerunt Pascens mulas Saul, Latinis codicibus adiecerunt. vna est, quòd Latinam versionem, quæ ex Hebraico fonte hausta est, ex Græca interpretatione emendare & mutare voluerint: altera, quòd, imperitè, diuersas eiusdem sententiæ translationes coniunxerint. huiuscemodi autem, vt frequenter accidisse videmus; ita, ab initio accidisse, verisimile est. Quæ enim, ante nostri Interpretis ex Hebræo translationem, animos omnium occupauerant Latina de Græcis expressa; quis dubitet, quadam præiudicata confirmataq. opinione, hominibus, qui nullum adhibere iudicium ipsi possent, Hebraicæ linguæ prorsus rudes, integriora & sinceriora existimata? Et, si non, in eorum quę Interpres noster reddiderat, locum, passim supposita; aut, cùm eum subterfugisse vel deesse quacunque ex causa putarentur, addita: at certè, hic, illic, margini adscripta: vnde pòst, librariorum errore, magna sit nata scripturæ confusio? Quamobrem, mirandum non est, si etiam ab antiquis Patribus, Gregorio, Rabano, Beda, & alijs, genuina nostræ translationis scriptura aliquando lecta non sit. Semel admonitum sit, quod ignorare non debet, qui germanam nostræ versionis lectionem velit dignoscere. Nunc ad eam lectionis diuersitatẽ, quam sumseramus examinandam, redeamus. Id quod Latinum & Græcos Interpretes, diuersis illis modis transtulisse, diximus; hoc est quod Hebraicè legitur אַבִּיר הָרֹעִים אֲשֶׁר לְשָׁאוּל: *Abbir*, fortem, potentem, principem, significat. itaque reddidit Interpres Latinus, & post eum alij, *Potentissimus pastorum Saul.* vt significetur, Doeg ijs præfectum fuisse, quibus pecudum greges atque armenta, quæ Rex possidebat, commissa erant. Ad eum modum & Chaldæus paraphrastes interpretatus est: Magister, seu, præfectus, pastorum qui Sauli. Significat autem *Abbir* etiam taurum, à fortitudine sic appellatum. an, eandem ob causam, Græcis פָּרָר, id est, mulum, significarit, vt hinc interpretati sint *Pascens mulas Saul*, equidem ignoro. Sed, quàm indignum sit primario Regis ministro, aut mulas, aut pecora quæcunque, pascere? Nam, versũ proximi capitis nono, primus inter Saulis seruos, Doeg fuisse dicitur. Verùm, & ibi reddiderunt Græci: ὁ κατεστηκὼς ἐπὶ τὰς ἡμιόνους σαὴλ, *qui constitutus erat super mulas Saul*, cùm mularum nulla Hebraicè mentio sit (non enim aliud habetur, quàm וְהוּא נָצָב עַל-עַבְדֵי שָׁאוּל & ipse constitutus super seruos Saul) nisi quis, per seruos, aut (vt legi atque intelligi potest) seruientes, mulas intelligat, quòd ferendis oneribus seruiant. huiusmodi quid illi fortassis voluerunt, eò quòd capite præcedenti transtulissent: *Pascens mulas Saul*. hos autem Iosephus sequutus est lib. 6. antiq. cap. 13. Doech enim Syrum, & pastorem mularum Regis, vocat.

NOTATIONES IN SECVNDVM LIBRVM REGVM.

C. 4. v. 5. *Ingressi sunt feruente die domum Isboseth: qui dormiebat super stratum suum meridie*. subiungunt Latini libri plerique: *Et ostiaria domus, purgans triticum*, **obdormiuit*. id quod, exemplaria, Complutense, & Regium, & S. Germani paruum, non habent. In margine Glossæ ordinariæ, obelo prænotatum est. In codice Cardinalis Bessarionis, subducta linea signatum. Annotat Episcopus Abulensis, quibusdam Biblijs additum esse. Existimat enim, interlineatem glossam fuisse, quæ, vt declararetur quomodo patuerit Baanæ & Rechab ingressus in domum Isboseth, priùs fuerit adscripta, & postea, librariorum imperitia, textui commixta. Sanè, nec in Chaldæo, nec in Hebræo textu, legitur. Sed in Græcis exemplaribus luculenter & constanter habetur. Ad hunc enim modũ exemplaria Græca legunt: Et ipse dormiebat in cubili meridiei, vel, meridie. Et ecce, ostiaria domus purgabat triticum, & dormituriuit, & dormiebat. & Rechab & Baana frater eius præterierunt, vel (vt legit, cum Vaticano codice, Regius) latuerunt. Videtur idipsum hoc loco accidisse, quod proximè præcedenti loco obseruauimus, nimirum, Latinam Hieronymi, & Græcam Septuagintaduorum, interpretationes, in Latinis libris, imperita temeritate coniunctas. Nam, quod Hieronymus reddidit: *Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, &*

Adiecta sunt hæc in altero latere manuscripti Brugensis.

49. *& Arabs.

tici, & percusserunt eum in inguine; Rechab & Baana frater eius, & fugerunt; id Septuaginta duo transtulisse videntur: *Et ecce ostiaria domus*, & deinceps, vti iam produximus. Non aliud enim Græcè legitur, quod Hebræo versui, quem ad illum modum Latinus Interpres trãstulit, respondeat; nec aliud Hebraicè, quod Græcæ isti translationi conueniat. Videntur igitur eiusdem sententiæ diuersæ translationes esse, Latina illa, & Græca ista. sed, Latinã quidem; Hebraicorum verborum significationi optimè congruit; Græca autem mirum in modum discedere videtur. Hoc enim modo Hebraicè est וְהִנֵּה בָאוּ עֹר־חוֹרֵ חַפֶּת רֹקְחֵי חִטִּים וַיַּכֻּהוּ אֶל־הַחֹמֶשׁ וַיִּכֶּב וּבַעֲנָה אֲחִי רֵכָב נִמְלָטוּ: quod ad verbũ reddas: Et ecce, ingressi sunt vsq. ad medium domus, accipientes frumenta, & percusserunt eũ in quinta (costa) & Rechab & Baana frater eius euaserunt. An aliter Hebraicè legerint 72. Interpretes, nescio: veruntamen, non vsqueadeo translatio eorum dissimilis est, quin vestigia seruet, quibus pateat satis, Hebræum illum versum, ab ipsis, hoc modo redditum; à Latino autem Interprete, modo altero. Vnde fit verisimile, non Latini interpretis, sed Græcorum translationem esse, quod plerisque Latinorum codicum additur: *Et ostiaria domus purgans triticum obdormiuit*.

50. Id quod sequitur, ab Interprete nostro translatum: *Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici*, vndecim ex scriptis nostris; emẽdatissima quæque; inuerso ordine legunt: *Assumentes autem spicas tritici latenter ingressi sunt (domum.)* Atque hoc ordine, iuxta antiquos codices, legendum, censet Epanorthotes. quanquam enim, prior verborum series, ei quæ Hebraicè est, conformis sit: putat tamen, Interpretem, assumtas ab eis spicas maluisse dicere, antequam ingressos commemoraret, vt fraudulentam ingressus occasionem priùs insinuaret. Nam spicas tritici assumserant, vt, cùm domum ingrederentur, nihil mali meditari, sed Regi, honoris causa, benedictionem adferre, putarentur. Sed, alij intelligunt, quòd, ingressi, spicas assumserint. Hebraicè tantùm est *sumentes frumenta:* quod, subaudita similitudinis nota, Chaldæus exposuit: Vt emtores frumentorum. q. d. habitu & specie mercatorum frumenti, penitiorem domus partem ingressi sunt. Quinque ex vndecim illis exemplaribus, Societatis Iesu longum, Hunnæi O, Brugense, Lobiése, & Leodiense, præstantissima certè, omittunt *domum*, quod & Epanorthotes confodisse videtur. quanquam, & Hebræis codicibus, & Chaldæis, nec non Græcis, domus mentio sit. Vnum antigraphum Parisiensium, & duo Hentenij, transfigunt *latenter*. nec in Hebræo expresse habetur: sed Interpres, domum fortè subticuit, & *latenter* dixit, pro eo quod Hebraicè est: (Et) *ecce* (ingressi sunt) *vsque ad medium domus*, vt sensus sit: Obseruante nemine ingressi sunt. Certè, nostri codices, cum Tostato & Epanorthote, *latenter* non omittunt.

Locum istum, Eucherij, Angelomi, & Rabani, textus, hoc ordine modoque legunt: *meridie. Ingressi sunt autem domum, & ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. Assumentes* spicas tritici latenter ingressi sunt, & perc. &c.* similiter, exemplar Atrebatensis Collegij sericatum, scribit. Alterum verò habet: *meridie. Ingressi sunt autem domum assumentes spicas tritici. latenter ingressi sunt, & ostiaria domus purgans triticum, & obdormiuit. & perc. &c.* Ecce, inter alia, aliis atque aliis locis collocari, illam septuagintaduorum translationem.

*autem deest.

51. C. 6. v. 6. *Postquam autem venerunt ad aream Nachor.* Sic, cum plerisque Latinis libris, quidam Græci. Hebraicè autem est *Nachon*, quo modo Hieronymus, libro De locis Hebraicis, legit; & Rabanus, in huius loci commentariis, quanquam semel & iterum mutarit aliquis posteriorem syllabam. Angelomi commentarius, idem qui Rabani, *Nachon* habet. Inter codices scripturæ, Latinos quidem, sic legunt, S. Germani paruus, Romanum Breuiarium ex decreto SS. Concilij Tridentini restitutum, & Glossæ ordinariæ textus; Græcos, Regius ex Complutensi. Sic planè habuit in Hebræo Aquila: vertit enim, Hieronymo teste, Aream præparatam. Sic & Chaldaicæ paraphraseos author: nam exposuit עַד אֲתַר מְתַקַן vsq. ad locum paratum. Non enim נכור* paratum significat, sed נכון*. Est verò facilis lapsus, Latinis, ex n in r; Græcis, ex μ in ρ; non ita Hebræis, ex ר in נ. Accedit, quòd scribis notior fuerit Nachor, quàm Nachon. Itaque Alphonsus Abulensis, *Nachon* scribendum censet. Quæ autem hic dicitur, *area Nachon*: 1. Par. 13. c. 9. dicitur *area Chidon*.

*Nachor. *Nachon.

52. Sequitur in S. Scripturæ textu: *Extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues*. quod subiungunt plerique codices, *& declinauerunt*, vel, *declinauerant eam*; nonnulli iugulant. S. Dionysij oblongus, S. Germani paruus, D. Donatiani, Regius. Leodiensis etiam codex initio omiserat: videntur &, Rabanus, Eucherius, atque Angelomus, non legisse. Et sanè, non aliud Hebraicè est, quàm כִּי שָׁקְמוּ וְהַבָּקָר, quod verti potest, &c, *Quoniam calcitrabant boues*, &, *Quoniam declinabant boues*. Itaque, vel, altera translatio, Latini Interpretis translationi assuta est (id quod manuscriptum Collegij Trilinguis exemplar indicare videtur: nam ad hunc habet modum, *Quoniam calcitrabant boues, & tenuerũt eam, aliàs declinauerant eam*) vel, Interpres, explicationis maioris gratia, vtramque dedit, id quod Caietanus annotat (quanquam parum Latinè dictum sit *declinauerunt eam*, pro, inclinauerunt eam) q.d. Quoniam calcitrando deiecturi videbantur arcam in terram. Ad hunc fere modum, 1. Paral. 13. c. 9, vbi eodem planè modo legitur, vertit: Bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam. 70. reddiderunt: Quoniam 'circumflexit' eam vitulus. Targum habet: Quoniam agitabant eam boues. Targum autem, idem est Chaldæis, quod Paraphrasis Latinis.

'inclinauit 1. Paralip. 13.

53. C. 6. v. 12. *Dixitque Dauid: Ibo & reducam arcam tum benedictione in domum meam.* Sententiam istam, multi Latinorum codicum prætermittunt; nostri quatuor; Hentenij duo, Parisiensium quatuor, Epanorthotæ antiquiores & satis antiqui, vt loquitur. Margo Glossæ ordinariæ; obelo confodit. Margo codicis Bessarionis, non addendam monet. In Hebraicis & Chaldaicis libris, non legitur: in Græcis, à mẽ non reperitur. Sed, Epanorthotes, Græcum dicit habere: Et dixit Dauid: Conuertam benedictionem in domum meam. Verùm, iuxta superiorum codicum authoritatem, nobis legendum docet: *& omnia eius propter arcam Domini. Abijt ergo Dauid*; nam, quod solet interijci, ad textum minimè pertinere. Est procul dubio additum, & quod Latinè legitur, & quod Græcè Epanorthotæ lectum est, eò quòd, huiusmodi quid, à Dauide, audito illo nũcio, dictum, vero non sit absimile; cogitatum autem, certum.

54. C. 6. v. 12. 13. & 14. Id quod in multis exemplaribus legitur: *Et erant cum Dauid septem chori & victima vituli*, à multis itidem tollitur; duobus Hentenij, nostris quinque; quinque Parisiensium, quibus Complutense comprehenditur. K. indicat à quibusdam omitti. Lyranus dicit, in correctis libris non exstare. Margo Glossæ ordin. notat, in antiquis codicibus non reperiri. Tostatus scribit; communiter in Bibliis non haberi. neque, in Hebræo, aut Chaldæo, legitur, ad hunc modum. Quamobrem, censent Lyranus & Epanorthotes, ad Interpretis nostri textum, non pertinere. Sumtum est de Græco, inquit Epanorthotes. Græci namque codices hoc legunt modo: *Et erant cum eo, portãtes arcam Domini, septem chori, & victima vituli & agni.* Id quod, ex eo ipsũ fonte hausta videtur, ex quo Latinus transtulit: *Cumque 'transcendissent', qui portabant arcam Domini, sex passus, 'immolabat' bouem & arietem.* Est autem hæc Latini translatio, fonti longè conformior. sic enim habet: וַיְהִי כִּי צָעֲדוּ נֹשְׂאֵי אֲרוֹן וְיָזַח שֵׁשׁ צְעָדִים וַיִּזְבַּח שׁוֹר וּמְרִיא, id est, vt verbum verbo reddamus: Et fuit, cùm incessissent, portantes arcam Domini, sex incessus, & immolauit bouem & pingue. Itaque, etiam hoc loco, Græca interpretatio, nostræ, quasi mutilæ, ab indoctis adiecta est.

'transissent. 1. MS. 'immolabant. 17. MS. R.

55. מְרִיא quidam bubalum, quidã omne pecus pingue, significare existimant. Santes Pagninus bubalũ hoc loco interpretatus est. Chaldæus paraphrastes pinguẽ reddidit: *Et fuit cùm portassent* arcam Domini, sex passibus, & mactauit bouem & (pecus) pingue*. Sic, & Latinus Interpres, aliquãdo transtulit: aliquando etiam, ouem interpretatus est. hoc loco, *arietem* dixit. nam, quod quidam addunt *& ouem (immolabat bouem & ouem & arietem)* cum Rabano, Angelomo, atque Eucherio, plurimi codices auferunt; duo Hentenij, quatuor Parisiensiũ, vnus & viginti nostri, antiqui Epanorthotæ. Septuaginta *agnum*, hoc loco reddiderunt: Et fortasse, veritus nihil, quàm aries, hoc loco intelligatur. Nam, in Paralipomenis, disertè habetur: Cumque adiuuissetDeus Leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septẽ tauri & septem arietes. Quo ex loco, etiam id colligere licet, quod quidã annotant, hîc in libris Regum, vbi dicitur *bouem & arietem*, singularem numerum pro plurali accipiendum.

*portantes Vat. Isaiæ c. 11 Isaiæ 11. a. 6

56. Sequitur in libris multis: *Et Dauid percutiebat in organis armigatis; & saltabat totis viribus ante Dominum.* Rursus alii libri transfodiunt ista: *Percutiebat in organis armigatis, &*, legunt enim: *Et Dauid saltabat totis viribus ante Dominum*. Sic Brugense manuscriptum, Lobiense, Societatis Iesu exemplar vnum, D. Hunnæi duo, D. Hentenij duo, Parisiensium tria, antiqua Correctorij & marginis Glossæ ord. Sic etiam codex Regius, &, inter Enarratores, Tostatus. Sumtum est autem etiam istud, ex Græca translatione, & adiectum nostræ, cùm minimè desit. Nam, quod Græci transtulerunt, Et Dauid pulsabat* in organis armigatis coram Domino: id Latinus reddidit: *Et Dauid saltabat totis viribus ante Dominum*. Chaldæus interpretatus est: Et Dauid laudabat omni fortitudine ante Dominum. Verbum בָּרַר, Chaldæus laudare, Latinus saltare, Græci pulsare reddiderunt, etiam versu capitis istius decimosexto; interpretationibus, diuersis quidem, sed non aduersis. Simul enim, & saltauit coram Domino Dauid, & pulsauit, & laudauit: pede, manu, ore, lætitiam cordis indicans, & gloriam Domini celebrans. Sed commiscendæ non fuerunt diuersæ interpretationes. Vt autem discernantur, quæ semel & iterum, eodem hoc loco, in Latinis libris mixtæ sunt, Latini & Græcorum translationes, subiiciemus, seorsum quæ Græcorum, seorsum quæ Latini translatio sit. Græcorum igitur translatio est: *Et abijt Dauid, & reduxit arcam Domini ex domo Obed edom in ciuitatem Dauid, in lætitia. Et erant cum eo, portantes arcam Domini, septem chori, & victima vituli & agni. Et Dauid percutiebat* in organis armigatis coram Domino, & ipse' indutus stolam eximiam.* Latini autem interpretatio est: *Abijt ergo*

*dicens Gq. 'ipse. Vat. Dauid Gq.

* immolabant Brug. Lob. H. O. * lineum. Brugense. in Lob. vtraq; lectio indicatur.

*Dauid, & adduxit arcam Dei, de domo Obed edom in ciuit. Da., cum gaudio. Cúmque transcendissent, qui portabant arcam Domini, sex passus, *immolabat' bouem & arietem, & Dauid saltabat totis viribus ante Dominum. porro Dauid erat accinctus ephod *lineo'.* Atque hoc planè modo, legunt, Brugense, Lobiense, & M. N. Hunnæi exemplaria H. & O. Leodiense, vix dubium est eodem legisse modo: sed, Corrector aut corruptor potiùs aliquis, vniuersam priorem huius loci scripturam erasit, &, minutioribus atq. arctioribus litteris, eam lectionẽ substituit, quæ in vulgaribus est codicibus. ita sustulit plerisque in locis ex hoc codice veram antiquorũ codicum lectionẽ. Inter Latinos libros, quibus illud, de organorum pulsatione, ex Græco additum est: quidam (quatuor nostri) omittunt *armigatis*. sed, nisi cum tota sententia, omitti non debet. Respondet enim ei quod Græcè est ἡρμοσμένοις, id est, adaptatis; temperatis, cõsonis. Glossa ord. & Lyranus, *armigatis* exponunt, ad armum ligatis, portatilibus.

L. P. Atr. Col.

57. C. 7. v. 23. *Quæ est autem, vt populus tuus Israël, gens in terra (&c.) quem redemisti tibi ex Ægypto, gentem & Deum eius?*] Hæc multorum codicum lectio est. Alij legunt: *Quem red. tibi ex Ægypto, gente & Deo eius?* Sic, vnus Plantini, duo Henteníj, quinque Hunnæi. sic antiquè Epanorthotæ. sic denique Glossa ordinaria & Alphonsus Tostatus. Duo Parisiensium exemplaria habent: *Quem red. tibi ex Ægypto, gentibus & diis eius.* Manuscriptum Hunnæi I notatum, in textu legit *gentem & Deum eius*: in margine habet, vel, *gente & Deo eius*, vel *gentibus & diis eorum*. Itaq. vniuersas tres lectiones indicat, quanquã à tertia nõnihil discedat. Hebraicè est אֲשֶׁר פָּדִיתָ לְךָ מִמִּצְרַיִם גּוֹיִם וֵאלֹהָיו id quod, tribus superioribus modis, interpretis licet, quanquam, qui tertiæ lectionis est modus, Hebraicis verbis proximè accedat, maximè, propter illud *gentibus*.

Si, vt prima habet lectio, transferas, pluribus modis intelligi poterit; Vno: Quem liberasti ex Ægypto, percutiens gentem siue gentes, & Deum siue Deos eius, Ægypti. Nam, & in dijs Regeque ac Principibus eorum, exercuerat vltionem. hunc sensum, in ipso scripturæ textu, Collegij Atrebatensis exemplar scriptum, exprimit. Ita habet: *Quem red. tibi ex Ægypto, percutiens gentem & domũ eius.* in quo, duo vitia sunt; vnum, quòd cum textu mixtus sit commentarius: alterum, quòd *Deum* mutatum sit in *domum*, occasione; vt verisimile est; Græcæ translationis. Miris modis, locus iste, quia non est intellectus, corruptus est. Altero modo intelligas: Quem liberasti ex Ægypto, gentẽ Israëliticam & ducẽ eius Mosen, vel, in plurali numero, gentes Israëlis (erant enim plures tribus atq. familiæ) & iudices siue primores earum. Tertio modo explices: Gentem Israëliticam, & te Deum eius. Nam, quasi affligitur Deus, cùm, ij quos amat, affliguntur. Quarto modo exponas, subaudito eijciendi verbo, ex prioris Paralipomenon decimo septimo capite: Vt eiiceres, vel, eiiciendo gentem & Deum eius (singularia pro pluralibus, gentes terræ Chanaan & deos earum) à facie populi tui, quem redemisti ex Ægypto. Ad hunc modum 72. transtulerunt: *Vt eijceres tu, à facie populi tui quos redemisti tibi ipsi ex Ægypto, gentes & tabernacula.* Sensus esse videtur: Vt eijceres gentes terræ Chanaan, & earum tabernacula, à facie populi tui, quem red. ex Ægypto. Atque hic huius loci sensus, proximè Paralipomenis accedit, in quibus, hæc ipsa Dauidis verba, ad hunc leguntur modum: Quis autem est alius, vt populus tuus Israël, gens vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua atque terroribus eiiceret nationes, à facie eius, quem de Ægypto liberarat? 72. senes verterunt *tabernacula'*, quod alij *Deos* transferunt, quia, non ואוהיו sed, diuabus transpositis litteris, יואהליו, legerunt. Intelliguntur autem eiecta Chananæorum tabernacula, non tantùm quia illa diruta sunt, sed etiam quia ipsi tabernaculis expulsi sunt. Quatuor igitur his modis, prima Latinorum codicum lectio, intelligi posse videtur.

1. Paralip. 17. d. 21.

Secundæ lectionis sensus est: Quem liberasti ex Ægypto, hoc est, ex gente, & Deo Ægypti. oppresserãt enim Dei populum Ægyptij, & Ægyptiorum Dij, Dæmones. hunc sensum, exẽplar M. N. Hunnæi, Q. notatum, apertè indicat. habet enim: *Quem red. tibi ex Ægyptia gente & Deo eius.*

Tertiæ lectionis idem ipse est sensus. Itaque, cùm lectionum istarum vnaquæque possit, & ex Hebræo transferri, & commodè intelligi, quæ ipsius sit Interpretis, non facilè dignosci potest. Ceterùm, Epanorthotes, eam Interpretis esse, quam posuimus secundam, asserit: atque id, cùm ex antiquis codicibus, tum ex Hebraicis quæstionibus, quas Interpreti nostro Hieronymo adscribit, colligere videtur; ex eo fortassis, quòd ea interpretatio ibi præferatur, cui ista Latinorum codicum lectio, quam secundam collocauimus, similior est (nam ea quam tertio loco produximus, vt rara est, ita non est agnita Epanorthotæ) Sic ibi legitur: A facie populi quem redemisti ex Ægypto gentem & Deum eius. Hebræus habet, gentibus & Dijs earum. Et est sensus: A facie populi tui quem redemisti ex Ægypto, de manu scilicet Ægyptiorum quos in mari rubro peremisti, & Dijs eorum in quibus iudicia fecisti. hæc Author Hebraicarũ quæst. cuius interpretatio, pronomen singulare, quod Hebraicè est, pro plurali capit. Eo modo etiam alij transferunt, & intelligunt: Quem saluasti ex Ægypto, & ex Gentibus, & ex Dijs earum. saluauit enim populum Iudaicum Deus, & ex Ægypto, & ex Gentibus, quæ, aut profectionem in terram Chanaan, aut habitationem, impedire conabantur. hoc sensu, & ea, quam, inter nostræ translationis lectiones, secundam posuimus, intelligatur, si singularia pro pluralibus accipiantur. Atque iste intellectus, libro Paralipomẽnon conformis est satis.

Num. 33. a. 4.

Hæc, Rabanus Maurus, in suum transtulit commentarium.

58. C. 8. v. 13. *Fecit quoque sibi Dauid nomen, cùm reuerteretur capta Syria, in valle Salinarum cæsis duodecim millibus.* Ita plurimi codices legunt: sed vera atque germana lectio est (quæ & ipsa multorum est codicum, & Rabani, atque Angelomi enarratorum) *cæsis decem & octo milibus*. hoc enim Hebræi codices habent, hoc Græci, hoc Chaldæi. Consentit Paralipomenon liber, cuius hac de re hæc sunt verba: *Abisai verò filius Saruiæ percussit Edom in valle Salinarum decem & octo milia.* Sed, ibi quidem, Abisai; hîc verò, Dauidi, victoria tribuitur. Dauidi tribuitur, vt Regi, vt supremo capiti; Abisai verò, vt istius pugnæ duci. Error autem eorum codicum, qui *cæsis duodecim milibus* legunt, ortus est ex Psalmi quinquagesimi noni titulo. Id quod etiam Author Hebraicarum quæstionum & Epanorthotes subindicant. Titulus Psalmi ad hunc modum habet: *Et conuertit Ioab, & percussit Idumæum in valle Salinarum, duodecim milia.* Vbi, & duodecim milia cæsa dicuntur, & Ioab victoria adscribitur. Nam, vt soluunt doctiores Hebræorum, primò Abisai; vicarius ipsius Ioab, cum Idumæis congressus, sex milia interfecit: deinde, superueniens Ioab, præfectus militiæ Dauidis, duodecim adhuc milia dimicando peremit. Quanquam Chaldæus, duodecim milia, quorum Psalmi titulus meminit, ad Dauidis milites referat. hæc enim eius paraphrasis est: Et post hæc reuersus est Ioab, & percussit Idumæos in planitie salis, & ceciderunt de exercitibus Dauidis & Ioab duodecim milia.

1. Paralip. 18. d. 12.

59. C. 8. v. 13. Illi *cæsis decem & octo milibus*, subiungunt libri plurimi: *Et in Gebelem ad vigintitria milia.* Id quod quædam exemplaria prætermittunt; Brugense, Lobiense, tria Hunnæi H.O. & R, duo Hentenij Bet. & Pet., quinque Parisiensium Di. o. Ge. o. p. Compl. S, denique, Leodiense exemplar, si bene aduertas. Hebraici & Chaldaici codices non agnoscunt. porrò, Septuaginta duorum esse videtur ex Hebræo translatio; sed, omni ex parte corrupta. LXXII, quod Latinus Interpres reddidit *In valle Salinarũ cæsis decem & octo milibus*, transtulerunt relicta Hebraica voce, ἐν γαιελὲχ ἐπτακαίδεκα χιλιάδας. sic Regum exemplar: corruptè autem in aliis multis ἐν γαιελὲμ legitur. Et sicut in his corruptè loci nomen legitur, *in Gebelem* pro *in Gemelech*: sic, in aliis fortassis, etiam cæsorum numerus, corruptè lectus est, *vigintitria milia* pro *octodecim milibus*. Quia igitur, locus alius, Græcè significari ab indoctis putabatur, diuersusque numerus deprehendebatur: aliud esse prælium, quod Latinis in libris desideraretur, iudicarunt. Quemadmodum alii, hanc ipsam historiã, quam Psalmi 59. titulus repetit, inuenire non potuerunt, quòd 70., hoc secundi Regum loco, Hebræam vocem retinuerint, & in Psalmi titulo ἐν τῇ Ἀραμναχαρὰ ἀλῶν verterint. Id quod testatur Hieronymus, in Psalmi quinquagesimi noni titulum scribens. Quæritur, inquit, vbi hęc historia scripta sit? In Regnorum libris, quæ hîc manifestissimè legitur. Sed, ibi, pro valle salinarum, 70. Interpretes ipsa Hebræa verba posuerunt גיא מלח gemelach. Sed quia interpretatum non est, ab his, qui Hebræi sermonis non habent notitiam, ignoratur. hæc Hieronymus. Ex huiusmodi igitur causis, Latinis libris additum est, quod supra diximus: *Et in Gebelem ad vigintitria milia.* Sanè, nec Paralipomẽnon liber, nec historiographus Iosephus, prælij in Gebelem initi, quo aduersariorum Dauidis vigintitria milia cæsa sint, meminerunt. cùm tamen, ille, decimo octauo capite prioris voluminis; hic, quinto capite libri septimi antiquitatum Iud., eorum, quæ isto capite secundi Regum commemorantur, nihil prætereant. Rectè igitur, legendum censet Epanorthotes: *In valle salinarum cæsis decem & octo milibus. Et posuit in Idumæa custodes,* nec quidquam interponendum, nec XVIII. in XII. mutandum.

60. C. 15. v. 7. Manuscripta pleraque legunt: *Post quatuor autem annos dixit Absolom ad Regem.* Quædam scribunt: *Post quadraginta autem annos dixit Absolom ad Regem.* Illis Iosephus adstipulatur. nam, libri 7. De antiquitatibus Iud. capite 9, Absolomis historiam prosequens: His itaque gestis, inquit, populo sibi placato, cùm iam deuotionem cunctorum se obtinuisse confideret, post reconciliationem patris annis quatuor iam transactis, supplicauit, vt eum pater in Hebron ire permitteret, quatenus promissa Deo sacrificia celebraret, quæ fugiens deuouisset. Sic Iosephus. his autem quæ *quadraginta* legunt, Hebræi & Chaldæi codices suffragantur. consentiunt etiam Græci; quos quidem vidi; *atque ijs, Latina pleraque Biblia, typis excusa, adeoque Regia, &, quæ prima peperit Typographia, Moguntina, conformia sunt. In hac lectionum authoritatumque varietate, quid potius eligendum sit, diuersi diuersimodè sentiunt. Author quæstionum Hebraicarum: Caue, inquit, lector, pleroſque mendosos codices,

* Reg. Alc. Bas. in Argent. ad Variantes editiones.

dices, in quibus scriptum inuenitur *post quatuor* (non *post quadraginta*) *annos*. In veracioribus verò codicibus, & in Hebraica veritate, non *quatuor*, sed *quadraginta* scribuntur anni. hunc Glossæ ord. Author & Lyranus sequuti sunt: atque in horum sententiam eunt Thomas Caietanus & Dionysius Richelius. Cardinalis Bessarion, in margine Bibliorum, quæ, à Iuliano, Cardinale S. Angeli, Florentini concilij Præside, dono acceperat, notauit: Nil mutes, XL enim esse debent, non IIII. Atqui, Epanorthotes, iuxta antiquos codices & Iosephum & 70. (vt appatet, ait, tam in Græco, quàm translatione vt Latinum de Græco) *Post quatuor autem annos* legendum iudicat. Hebræos codices facilius corrumpi potuisse existimat, quòd, siue per numerales notas, siue per dictiones, scribatur; Latinis, inter 4. & 40. minor sit similitudo. In huius sententiam propendet Abulensis Episcopus. sed, authoritate Hieronymi, hoc est, Authoris Hebraicarum quæstionum, motus, tutiùs censet, eam sequi lectionem, quæ annos dicit quadraginta. texit hac de re disputationem longissimam. Vtra, verior sit, sententia, Lectori iudicium relinquimus. Verumenimuero, Epanorthotæ, & authoritas multò est minor quàm illorum omnium celebrium Scriptorum, & rationes non videntur omni ex parte efficaces. In primis enim, Hebræis, cur אַרְבַּע cum אַרְבָּעִים mutarent, non fuit ratio. quia, commodiùs ostendantur anni quatuor. post quos seditionem hanc Absolom excitauerit, quàm anni quadraginta. Porro, ea, Latinis fuisse potuit, mutandi ratio, mutandi, inquam, *quadraginta*; quòd quadraginta anni difficillimè commonstrentur, ita vt innumeræ & parum commodæ sententiæ sint eorum qui explicare conati sunt. Cumque videretur, ad Absolonis, vel fugam, vel reuersionem, vel perfectam reconciliationem, referendum, quidam *quadraginta* in *sex* mutarunt. Sic enim Hugo Cardinalis, in exemplaribus quibusdam legi, testatur; Quidam in *quinque*: ita namque, duo ex correctioribus nostris exemplaribus, habent; Alij in *quatuor*: quos mouisse potuit, non tantùm Absolonis aut reuersio aut reconciliatio, verùm etiam quædam vocum affinitas, & quàm maximè, Iosephi historiographi authoritas. Quas ob causas, lectio ista, plerosque deinceps codices, & quidem emendatissimos, obtinuisse, videri potest. Sed, quod Iosephus habet *post reconciliationem patris quatuor annis iam transactis*, fortè, non ex S. Scripturæ historia dixit, sed, vt alia multa, aliunde habuit: quodque de quadraginta annis in S. Scriptura legit, quia explicatu difficilius est, prætermisit. His coniecturis, ea lectio, quæ annos quadraginta numerat, fortasse verisimilior reddatur; ac multo magis, si, cum ea, Hebræi, Chaldæi, & Græci codices, consipirare aduertantur: quanquam, vt diximus, explicatu multo sit difficilior. Nam si anni quatuor scribantur, constat satis, initium eorum ducendum, à reconciliatione patris, vt Iosephus dicit, hoc est, ab admissione Absolonis, aut ad intrandum Ierusalem, aut (quod duobus annis posterius est) ad videndam patris faciem. At, si quadraginta, vnde sint numerandi, inueniri vix potest. Hebræi ab eo tempore numerant, quo Israëlitæ regem petierunt. Author Hebraicarum quæstionum, intelligit, ab eo tempore, quo Dauid in Nobe Achimelechem sacerdotem fefellit. Tostatus ab eo mauult, quo Dauid à Samuele Rex vnctus est. id quod fortè vero propinquius est. Plures sententias videre apud Caietanum licet.

Ita verba habent & septuaginta exstant.

III. XL. 7. D. 4. ארבע quatuor. 40. ארבעים quadraginta.

61. C. 15. v. 20. Quod Hebraicè legitur שׁוּב וְהָשֵׁב אֶת אָחִיךָ עִמָּךְ חֶסֶד וֶאֱמֶת (quod est, vt verbum verbo reddatur, Reuertere & reuerti fac fratres tuos tecum misericordia & veritas) 72. transtulerunt: πορεύου*, καὶ ἀνάστρεψατὸν ἀδελφόν σου μετὰ σοῦ, καὶ ποιήσει ἔλεος καὶ ἀλήθειαν, Vade & reduc fratres tuos tecum, & Dominus faciet tecum misericordiam & veritatem. Latinus autem Interpres reddidit: *Reuertere & reduc tecum fratres tuos. ostendisti gratiam & fidem.* Ea est namque emendatiorum exemplarium lectio, Brugensis, Lobiensis, vnius Societatis Iesu, longi; duorum Hentenij Bet. Pet.; duorum Hunnæi H. O.; antiquorum codicum Epanorthotæ. Quod ergo à plurimis Latinis codicibus legitur: *Reuertere & 'reduc' tecum fratres tuos, & Dominus 'faciet' tecum misericordiam & veritatem, 'quia' ostendisti* gratiam & fidem*, ex translationibus duabus consarcinatum est: id quod, etiam Epanorthotes, diserte annotat, & nouis codicibus adscribit. hoc etiam ex eo verisimilitudinis non parum accipit, quòd ista diuersis modis diuersi libri connectant; quidam hac coniunctione *Ostendisti enim*; alij ista *Quia ostendisti*; nonnulli absque coniunctione. ea quæ superior margo demonstrat. Animaduerterunt autem & Complutenses, aut quos illi sequuti sunt, additiam esse partem alteram: ideoque alteram sustulerunt, sed eam, quæ verè nostri Interpretis translatio est, *Ostendisti gratiam & fidem*: quòd ista *Dominus fac. tec. miser. & veritatem* Hebræis vocibus conuenientior appareret.

* πορεύου, Vide n. 1. MS. Vetus MS. Bibl. Amst. MS. Amst. E. 1. P. Amst. MS. Amst. E. 1.

62. C. 17. v. 3. *Et reducam vniuersum populum, quomodo omnis reuerti solet.* Sic, Hunnæi exemplar K. signatum, quibusdam legi notat: sic, Hentenij sex codices, legunt: denique, sic, Epanorthotes, legendum docet. atque ista lectio Hebræo conformis est. Quia verò obscurior est, ab aliis atque alijs aliter atque aliter mutata est. Nonnulli *omnis* cum *amnis* cõmutarunt: *Quomodo amnis reuerti solet.* vt sensus sit: Sicut reuerti solet amnis, posito, quod aluei altitudinem excedat, obstaculo. Ea est, Brugensis, Lobiensis, & trium Hunnæi exemplarium H. L. O., lectio. Tostatus etiam, eo modo, in antigraphis quibusdam legit. Codex Societatis Iesu longus, *annis* scribit, in margine *amnis*. Quidam *omnis* in *vnus* transmutarunt: *Quomodo vnus reuerti solet*. Sic enim Bessarionis exemplar, quod in Collegio Theologorum maiori adseruatur, habet. huic scripturæ, alij, id quod subaudiendum videbatur, addiderunt: *Quomodo vnus homo reuerti solet.* Quod, quia perspicuo est sensu, codices plerosque inuasit. Neque, ab Hebraicæ scripturæ sensu, alienum est: nam, quod ad verbum ex Hebræo rectè vertitur, *Secundum redire omnem*, intelligi potest: Sicut vnusquisq. reuerti solet: tam facilè quàm vnus quilibet reuertitur. Verùm, prima Latinorum codicum lectio *Quomodo omnis reuerti solet*, vt, cum Hebræo, etiam voce consentit; ita, nostro Interpreti meritò adscribitur. Eam enim, & ea exemplaria, quæ *amnis* legunt, manifestè confirmant. Quidam autem plurali numero legunt: *Quomodo omnes reuerti solent.* Ita habet scriptum Collegij Atrebatensis scricatum, quanquam *quo* pro *quomodo* scribat. Author etiam Hebraicarum quæstionum; atque ex eo Rabanus & Angelomus; ad eum modum legit, additque commentarium: Scilicet, sicut reuerti solent, qui amisso in prælio Rege reuertuntur: sic vniuersus populus Israël reuertetur ad te.

NOTATIONES IN III. LIBRVM REGVM.

63. C. 2. v. 2. *Ego ingredior viam vniuersæ terræ: confortare & esto vir fortis.* sic plurima exemplaria legunt: atque ad eum modum, Græcæ Germanorum editiones, cum Aldina, addunt ἐγὼ εἰσπορεύσεις ἐν ὁδῷ πάσῃ, Et potens eris, & eris in virũ perfectum. Verùm, alia non pauca Latinorum exemplarium, omittunt *fortis*; Brugense, Lobiense, vnum Societatis Iesu, quatuor Parisiensium, quinque Hunnæi, multa Hentenij, quædam Bessarionis. tantùm habent: *Confortare, & esto vir*: Idque, conformiter Hebræo textui, & Græcis exemplaribus Vaticano ac Regio: consentiente etiam, inter Tractatores, Abulensi Episcopo. Non igitur veri simile est, ab Interprete additum *fortis*, cùm etiam sententiæ decorem tollat. Itaque Hentenius è textu sustulit. Videtur alicuius fuisse commentarius: quemadmodum &, quod Græcis illis exemplaribus additur, τέλειος. Chaldæus porro paraphrastes addidit: Et sis vir peccata timens.

Sequitur in vulgata editione, versu 3: *Et obserua custodias Domini Dei tui.* omnino enim ad eum legendum est modum: plurima namque nostræ editionis exemplaria, & Enarratores plerique, sic legunt. Exemplaria, Parisiensium quinque, Hentenij octo, nostra viginti; Enarratores, Tostatus, Carensis, Richelius, & si introspiciatur, Lyranus. Atque ita Hebraicè est וְשָׁמַרְתָּ אֶת-מִשְׁמֶרֶת, יְיָ אֱלֹהֶיךָ & Græcè καὶ φυλάξῃ τὴν φυλακὴν κυρίου τοῦ θεοῦ σου. Imperitis autem aliquibus, nonnihil desiderari visum fuit, quòd *custodias* verbum esse existimarent. Itaque, quidam scripserunt: *Et obserua 'custodias' mandata Domini Dei tui.* Sic enim duo librorum nostrorum. Alij: *Et obserua 'vt' custodias mandata Domini Dei tui.* sic enim habent ex codicibus nostris sex. Quidam, fortassis, explicandi gratia, duntaxat adscripserant *mandata*: atque id in textum postea relatum est. Nam & aliud scriptorum nostrorum habet: Et obserua custodias cerimonias & mandata D. D. tui. Aliud rursus: *Et obserua mandata & custodias D. D. tui.* Sic & Chaldæus expositor: Et custodias custodiam verbi Domini Dei tui.

64. φυλάξεις Gq. * custodiam * MS. * & 4 MS.

65. C. 2. v. 28. Et venit fama vsque ad Ioab, quia Ioab declinauerat post Adoniam, & post Absolonem non declinauerat. & fugit. Ita codices Hebræi Chaldæique legunt. Ab his, Græci & Latini libri dissentiunt. Græci scribunt: Et fama venit vsque ad Ioab filium Saruiæ, quia Ioab erat inclinatus post Adoniam, & post Salomonem non declinauerat. & fugit. Latini autem, omnes propemodum, habent: *Venit autem*, vel *ergo*, *nuncius ad Salomonem, quòd Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset. Fugit ergo.* In hac librorum diuersitate, quid potius sequendum sit, quæstio est non contemnenda.

Alphonsus Tostatus, quod aliàs rarò, Hieronymum Interpretem hoc loco arguit, quòd, Hebraicam litteram non rectè mutauerit; quòd, pro *Ioab* & pro *Absolom*, Salomonem scripserit. Quomodo enim nũcius ad Salomonem venit, quòd Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset, cùm id notorium esset, & Salomonem minimè lateret? &, quæ causa fuit fugæ Ioab, quòd ad Salomonem nuncius venerit? Non accusamus, inquit, nec excusamus Hieronymum, sed illi patenter Hebraicam veritatem præfetimus. Patiatur eam, quam alijs tulit, legem: non mirum, si quandoque erret, cùm Interpres, non Propheta sit. Sensum autem Hebraicæ lectionis dat peccommodum: Peruenit ad Ioab fama interfecti Adoniæ & ẽiecti Abiathar: & quia ipse Ioab, qui initio Absolonem sibi eximiè dilectum sequutus non fuerat, Adoniæ partes, in

maius Salomonis præiudicium, sequutus erat, ideò timens fugit.

Porrò, in marginali spatio commentariorum Tostati, annotatum est, errorem illum, non Interpreti, sed Scriptoribus tribuēdum: Creditur quòd Hieronymus bene transtulit, & in littera tam clara non erraret: tamen corrupta est littera vitio scriptorum seu stampatorum, quod genus hominum ignorantissimum est; potiùs lucro quàm scripturæ veritati aduertens. Ita ibi notatur. neque hoc à vero alienum est. Fit enim non parum probabile, iudicasse scriptores, aut Lectores aliquos, ipsi Ioab suam satis notā fuisse perfidiam; itaque, non Ioab, sed Salomoni nunciatum, quòd Ioab declinasset post Adoniam. atque ideò Ioab cum Salomonis nomine commutasse. Deinde, quia Absolonis historia huc nihil spectare videbatur, præsertim, cùm laudandus sit Ioab, quòd post Absolonem non declinauerit; arguendus autem, quòd post Salomonem non declinauerit: etiam Absolonis nomen in Salomonis mutandum, censuerunt. Et quidem, posteriores huius corruptelæ, in manuscriptis, signa non reperi, nisi fortè, quòd manuscriptorum nostrorum duo, pro & *post Salomonem*, legant & *post se* (quæ, cur sit facta mutatio; an, vt conuenientior esset oratio, quanquam parum conueniat pronomen reciprocum; an, vt Absolonis nomen, quod Salomonis nomini non absimile est, certiùs excluderetur; an, vtramque ob causam, dispici potest.) Prioris autem non parua animaduersa sunt. Sunt enim quibus legatur: *Venit autem nuncius ad Ioab, quòd.* Sic exemplar S. Germani paruum, sic antiqua exemplaria quæ Ordinariæ Glossæ margo cōmemorat, sic Author Hebraicarum quæstionum. Cardinalis Bessarionis exemplar habet, *Venit autem nuncius ad Ioab, eò quòd.* sed, priùs aliter habuit, *Salomonem* haud dubiè: postea verò, priori erasо, scriptum est *Ioab eò*, atque in margine notatum, à Bessarione, vt videtur, rectè est. Est autem hæc exemplarium istorum lectio, Græcorum codicum lectioni conformis. Nam, & illi, priori loco *Ioab*, posteriori *Salomonem* scribunt. Atque huius lectionis sensum, Hebraicarum quæstionum author dat: Venit ad Ioab fama, quòd in domo Salomonis diceretur, illum sequutum non fuisse Salomonem, sed declinasse post Adoniam: vt, scilicet, antequam Adonias affectasset regnum, Salomonem non dilexisse, nec ei fauisse, sed ab eo declinasse, diceretur. quod totum rei probauit euētus. Fortassis autē, non minùs est rectus sensus, quem Bessarionis exemplar indicat: Perlatum est nuncium Ioab, de morte Adoniæ, & eiectione Abiathar, eò quòd & ipse Adoniam, non Salomonem, secutus fuisset. Fugit ergo &c. In hunc ferè modum Iosephus narrat: Ioab autem princeps militiæ, peremtum audiens Adoniam, valde perterritus est. erat enim eius amicus potius quàm Salomonis regis: & periculum ex hoc propter illius fauorem non irrationaliter suspicatus, fugit &c.

Qui communem Latinorum codicum lectionem sequuntur, Hugo Carensis & Dionysius Richelius, nunciatum dicunt Salomoni, Ioab, etiam post inaugurationem Salomonis, Adoniæ partibus voluisse, & consilium de petenda ducendaque in vxorem Abisag Sunamitide suggessisse; ideoque Ioab, cùm id Salomonem rescisse audiret, ad tabernaculum Domini fugisse. Atque ad hunc modum, has discussisse varietates, sufficiat nobis: iudicium relinquimus alijs.

Verùm, quod quidam Latini codices addunt, *dicens* (*Dicens quòd Ioab declinasset*) textui superfluit: commentarius est, & quidem non omni ex parte probandus. *Nuncius* enim hoc loco, non pro eo qui nunciat, sed pro eo quod nunciatur, accipi debet. nam, & Hebraicè est שְׁמֻעָה, & Græcè ἀκοή.

66. C. 7. v. 24. *Duo ordines sculpturarum histriatarū erant fusiles.*] *histriatarum aut ystriatarum* legunt plerique libri: quam, quia vox est ignota, multi corruptè scripserunt. Quidam autem, non *histriatarum*, sed *striatarum* legendum putat. atque ita habet textus, cum versione & Notationibus Pagnini, anno 1557. excusus: ad eundem modum legunt Biblia anno 1529. Coloniæ impressa, & Benedicti Biblia anno 1573. edita. Striatæ autem sculpturæ sunt, quæ striis exornatæ sunt. Striæ, sunt quasi canaliculæ, aut sulci, per lignum aut æs aut lapidem ducti. Histriatas sculpturas, Rupertus exponit, sculpturas prostantes siue prominentes, ad spectandum, videlicet, inquit, apo tou historin (pro quo corruptè scriptum est apotiystorin) quod Græcè videre vel cognoscere dicitur. Rabanus, Eucherius, Angelomus, Tostatus, Carensis, Magdalius, Richelius, & ordinariæ Glossæ author; Histriatas sculpturas vocari dicunt, eas, quibus aliquæ exprimuntur historiæ: ita vt sit, histriatum, per syncopen, pro historiatum. Hinc duo manuscriptorum nostrorum habent *sculptarum historiarum*. Hunnæi vnum est, Plantini alterum. Verùm, ex capite quarto posterioris Paralipomenon, videntur, non historiarum, sed boum sculpturæ fuisse: *Similitudo quoque boum* (legimus ibi) *erat subter illud*. Id quod, non ad duodecim illos boues, sed ad sculpturas istas, ex Hebræo, referendum videtur. quanquam Interpres noster eò retulisse non videatur: subiunxit enim, *Et decem cubitis, quædam extrinsecus celaturæ, quasi duobus versibus, aluum maru circumibant. Boues autem erant fusiles*. Vt vt autem se habeat istud, hoc tertij Regum loco, pro *sculpturarum histriatarum*, Hebraicè est פְּקָעִים יְצֻקִים. Ita enim Hebraicè sententia ista se habet: שְׁנֵי טוּרִים הַפְּקָעִים יְצֻקִים בְּיִצְקָתוֹ

Ioseph. lib. 8. Antiq. cap. 2.

2. Paralip. 4. a. 3.

פְּקָעִים quod noster *sculpturas*, vel, *scalpturas*, vt legunt antiqui multi codices, generali nomine reddidit: alij cucurbitas exponunt, & intelligunt tubercula cucurbitis similia. Chaldæus interpretatus est figuras ouorum. In his, boum formata fuisse capita, ex illo loco Paralipomenon, colligunt. יצקים, id quod noster Interpres *histriatas* aut *striatas* vertisse videtur (nam פְּקָעִים hoc ipso versu *sculpturam* simpliciter interpretatus est) alij cōstanter *fusas* vertunt. est enim paul, à יָצַק quod, hoc ipso capite & loco, etiam nostro Interpreti, fundere significat. Fusæ autem sculpturæ, & striatæ esse possunt, & histriatæ: immo, solent histriatæ, etiam esse striatæ. ferè enim, sculptæ aut fusæ historiæ, strijs concluduntur. Id quod sequitur בְּיִצְקָתוֹ, quod ad verbum est *in fusione illius*, noster interpretatus est *fusiles erant* (videtur enim intellexisse *in fusione sua* pronomine singulari pro plurali accepto) nisi fortè *histriatarum* addiderit, atque id totum יצקים ביצקתו *fusarum in fusione illius*, reddiderit *fusiles erant*, sicut 2. Paral. 4. a. 3. nam, quod ibi Hebraicè similiter est: יְצוּקִים בְּמֵאֲצַקְתָּו reddidit *erant fusiles*. Hebraicè igitur, ea, quam tractamus, ex tertio Regum, sententia, ad verbum se habet: Duo ordines sculpturarum (vel cucurbitarum) fusarum in fusione illius. subaudi maris. Sensus loci est: Sculpturæ, quæ erat in circuitu maris, duo erant ordines siue versus: nec erat sculptura sculpta aut apposititia, sed simul cum mari fusa atque formata.

Sequitur in versione vulgata 25° versu: *Et stabat super duodecim boues. Stabat* legendum est, iuxta Hebræa & Chaldæa, non *stabant*. 67.
nec vnum dumtaxat Parisiensium manuscriptum *stabat* legit: verùm etiam octo nostra, cum Rabano Mauro, Eucherio Lugdunensi, & Alphonso Abulensi. Refertur autem ad mare (id quod Græci expresserunt: *Et duodecim boues sub mari*. sicut & noster Interpres 2. Paralip. 4: *Et idipsum mare super duodecim boues impositum erat*. Eo enim modo, illic Hebraicè est, quo hoc tertij Regum loco) nam, duos illos sculpturarum ordines, quidam in superiori maris parte aut medio fuisse existimant, non in inferiori, vt, super boues stetisse, videri possint.

C. 7. v. 26. *Duo milia batos capiebat* (sermo est de Salomonis æneo 68.
mari) *& tria milia metretas*. Vigintisex nostrorum manuscriptorum, cum Epanorthote nostro, prætereunt coniunctionem *&*: Duodecim, cum eodem Epanorthote, legunt *metretæ*. Addo, quod discutiendum suscepi. Vnum, K. signatum, indicat, quibusdam non legi *& tria milia metretas*. Alterum, ex Lobiensi Abbatia, ad marginem dumtaxat hæc adscripta habet. Tertium, O notatū, ista omnino non legit. Sed & Regia Biblia tollunt: Hentenij quoq. exemplar vnum, & Parisiensium duo, confodiunt. Epanorthotes ad hæc, se in quibusdam non inuenisse, significat. Denique, Lyranus, Tostatus, & Richelius, in libris correctis non haberi, testatum faciunt. Sanè, nec Eucherius, Rabanus, atque Angelomus, agnoscunt: nec in Græco, Chaldæo, aut Hebræo, leguntur. Et quidem, in Græcis Aldi ac Germanorum editionibus, de maris capacitate nihil legitur: at, in Hispanorum editione, habetur δύο χιλιάδας χόες ἐχώρει duo milia batorum (sic enim ibi vertitur) continebat; atque id tantùm, vt in Hebræo & Chaldæo. Itaque Enarratores iam commemorati, Tostatus præsertim & Richelius, *Duo milia batorum capiebat* legendum nobis existimant; quæ sequuntur *Et tria milia metretas*, omittenda. Conijciunt alicuius fuisse commentarium, qui, quantum duo milia batorum continerent, exponere voluerit. nequaquam enim intelligendum est, mare, duo batorum milia accepisse, & præterea tria metretarum milia. Epanorthotes autem, ab ipso nostro Interprete, exponendi gratia, adiecta putat. Sed, vt Epanorthotes procul dubio fallitur, ita illorum coniectura non solidè omnino fundata est. Non enim batus metretam sesquialterā continet, ita vt, tantum capiant, batorum duo, quantum metretarum tria milia: sed, metreta eadem est cum bato mēsura. Id quod Roberti Cenalis, qui, libro De mensuris & ponderibus accuratissimè scripto, id testatum reliquit, authoritate probare, non necesse est: hoc ipso loco, vt in Paralipomenis scriptus est, nostri ac 72. Interpretū authoritate, manifestè ostenditur. Nam, quod 2. Paralip. 4. Hebraicè de maris capacitate legitur מַחְזִיק בַּתִּים שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים וְכִיל LXXII. transtulerunt χωροῦσα μυρτιὰς τρισχιλίας ἐξετέλεσεν - ὡσῶν; Noster reddidit: *Capiebátque mensure tria milia metretas*. Non enim *mensuræ* prætermitti debet (quanquam in non paucis, impressis præsertim libris, prætermittatur) quod & in manuscriptis multis legitur (nostra viginti sex, cum Tostato & Carensi Tractatoribus, habent, & quidem duo quarto casu *mensuram*) & habet cui in Græco atque Hebræo respondeat. Cùm igitur Latinus & Græci Interpretes, in libro Paral., tria milia batorum, quod Hebraicè dicitur, reddiderint *tria milia metretarum:* metretam, eandem cum bato mensuram esse, crediderunt. Non ergo, cùm vertisset in tertio Regum *duo milia batorum capiebat*, addidit exponendi gratia Latinus Interpres, *tria milia metretas*. neque quisquam alius doctus id fecerit. Porro, ex illo loco Paralipomenon, haud dubium est, desumtum esse: &, aut, ab arcanarum litterarum studioso, conferendi gratia, in margine adscriptum; aut, ab imperito, siue quacunque alia, siue exponendi causa, textui additū. Verumenimuero, sic vnum soluimus nodum, vt fortius nectamus alium. Nam, quod in tertio

Regum

2. Paralip. 4. a. 5.

Græc.

Regum dicitur, mare accepisse duo milia batorum; & in posteriori Paralipomenon, tria milia metretarum, conciliant supra recensiti Enarratores, quòd batus metretam vnam ac dimidiam contineat: itaque duo milia batorum, tria milia sint metretarum. Nunc autem, cùm ostenditur, batum & metretam eiusdem rationis mensuras esse, immò Hebraicè vtroque loco batum nominari, manet crescitque difficultas, quomodo duo illa Scripturæ loca conueniant? Respondetur autem, propositum fuisse authori librorum Paralipomenon, addere, quæ in libris Regum prætermissa viderentur. quod igitur de maris capacitate, in libris Regum, minus dictum animaduertit, perfectè expressit: atque hunc, vt par erat, Iosephus sequutus, mare, trium milium batorum capax fuisse, describitur. Caietanus, in libris Regum, eam aquæ quantitatem exprimi dicit, quæ, pro communi sacerdotum vsu, in mare mitti solita sit: in Paralipomenis autem, eam, cuius mare capax fuerit, si quis illud ad summum opplere voluisset. solutio, plausibilior fortè, quàm verior.

69. C. 19. v. 18. *Et derelinquam mihi in Israël septem milia virorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal.* sic pleraque exemplaria: atque eo modo apud Paulum legitur, epistolæ ad Romanos 11. capite: Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerunt genua Baal. Duo S. Germani exemplaria, paruum & latum, pro *virorum*, habent *vniuersorum*. id quod Hebræo conforme est, quanquam commodius vertatur: Et derelinquam in Israël septem milia, vniuersa genua quæ non curuauerunt se ipsi Baal. sicut sequitur: *Et omne os quod non adorauit eum osculans manum*: quod Hebraicè est, Et omne os quod non osculatum est eum. Chaldaicè legitur, vt Hebraicè. Græcè autem vtrumque habetur: Et relinquam ex Israël septem milia (ἀνδρῶν, πάντα τὰ γόνατα ἃ οὐκ) virorum, omnia genua quæ non curuauerunt genu Baal, & omne os quod non adorauit eum.

Iun. 11. d. 4. Abundum fere familia eorum & aliorum

Vniquaque o. in Gq. H. L. C.

70. C. 19. v. 19. *Reperit Elisæum filium Saphat, arantem in duodecim iugis boum: & ipse in duodecim iugis boum arantibus vnus erat.*] Exemplaria non pauca legunt: *Reperit &c. & ipse in duodecim aranthibus vnus erat.* nempe prætermittunt *iugis boum*. sic, nonnulla Epanorthotæ, quinque Parisiensium Di. o. l. Ge. o. p. V, vnum Lobiensis Monasterij, vnum Hentenij, vnum Plantini, tria Hunnæi I. K. P., verùm, I. & K, tantùm, quibusdam sic legi, indicant. Sic etiam legunt, inter Enarratores, Eucherius & Tostatus. Hebraicè est: Et reperit Elisæ. fil. Saphat: & ipse arans: duodecim paria ante eum, & ipse in duodecim. atque ad eum modum verterunt 72. καὶ εὑρίσκει ἐκεῖ τὸν ἐλισαὲ τὸν σαφάτ· καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δώδεκα. Quidam reddunt, partem puto postremam, *Et ipse in duodecimo*, id est ipse duodecimum iugum agebat. vtroque enim modo verti potest: quòd, Hebræis, post decem, ordinalis & cardinalis numerus non distinguantur. Referri autem potest, quod vertitur: *Et ipse in duodecim*, vel ad iuga boum; hoc sensu, Et ipse erat in vno duodecim iugorum, ipse è duodecim vnum agebat. quomodo Chaldæus exposuit; Vel, ad arantes. nam, si erant duodecim iuga boum, erant proculdubio duodecim à quibus agebantur. atque ita sensus est, & quidem idem: Ipse inter duodecim arantes vnus erat. quo modo Caietanus explicuit. Itaque, quod legunt quidam Latini codices: *Et ipse in duodecim iugis boum arantibus vnus erat*, eiusdem loci duo esse videntur coniuncti commentarij. Verùm, Epanorthotes, hanc antiquorum codicum esse lectionem adstruit: atque ita omnino legendum cōtendit; hac præsertim ratione, quòd, ad iuga boum duodecim, quorum mentio præcedit, referri debeat, quod in Hebræo sequitur: *Et ipse in duodecim*. Sed, Interpres noster, ad aratra ducentes viros, quorum tacita antecedit mentio, retulisse se, significare videtur, cùm addit *vnus erat*. Cæterùm, vt illa Epanorthotæ ratione, lectio ista, *Et ipse in duodecim arantibus vnus erat*, nō refellitur: ita, hac, nostra non statuitur. Nam, & ea lectio, quam Epanorthotes probat, ad arantes, si bene intelligatur, respicit. sensus enim est: Et ipse inter duodecim, atantes iugis boum, vnus erat; vel: Et ipse inter arantes boum duodecim iugis, vnus erat. Sed altera, & clarior est lectio, & commodior: nec exiguæ vetustatis exēplaria sunt, quæ ad eum modum, cum Tostato, habent. quamquam, nostra vetustiora pleraq. & correctiora, alteri velint. Interim, iudicium alijs relinquimus: nos enim, in partem vtramque disserimus.

NOTATIONES IN QVARTVM LIBRVM REGVM.

71. C. 9. v. 29. Hebræi codices habent וּבִשְׁנַת אַחַת-עֶשְׂרֵה שָׁנָה לְיוֹרָם בֶּן אַחְאָב מָלַךְ אֲחַזְיָהוּ עַל יְהוּדָה: וַיָּבוֹא יֵהוּא יִזְרְעֶאלָה id est: Et in anno vndecimo, anno Ioram filij Achab, regnauit Achasias super Iudam, & venit Iehu in Iezrehel. Chaldæus expositum: Et in anno vndecimo annorum Ioram filij Achab regis Israël, regnauit Achasias super domum Iuda, & venit Iehu in Iezrehel. Græci reddiderunt, καὶ ἐν ἔτει ἑνδεκάτῳ ἰωράμ υἱοῦ Ααχὰβ ἐβασίλευσεν ὀχοσίας ὑὸς ἰούδαν, καὶ ἦλθεν ἰὼὺ εἰς ἰεζραήλ. Editionis Latinæ vulgatæ Biblia, quæ Hentenius emendauit, locum hunc ita legūt: *Anno vndecimo Ioram filij Achab, regnauit Ochosias super Iudam, venitque Iehu in Iezrahël.*

Tria scriptorum nostrorum habent: *Anno duodecimo Ioram*; sed contra Hebraicorum, Chaldaicorum, & Græcorum librorum fidem. Corruptelæ occasio ex superiori capite nata est: legitur enim ibi nec mendosè: *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israël regnauit Ochosias filius Ioram regis Iudæ*. Conciliant autem loca ista alij aliter; Tostatus, quòd hîc, annus qui agebatur, illic annus transactus intelligatur. 4. Regum 8. f. 25.

Ei quod sequitur, *Filij Achab*, subiungunt multa exemplaria *Regis Israël*, quemadmodum octauo capite legitur. & quidem etiam Chaldaico Regij operis textui, & Græcis codicibus, quos vidimus, similiter additur: sed in Hebræis non habetur.

Sequitur *Regnauit Ochosias*. Quem typis excusi libri fere *Ochosiam* nominant, Græcis Interpretibus consentanee: manuscriptorum plurima, etiam Epanorthote teste, & Hebraicarum quæstionum author, ac Rabanus & Angelomus, in libris Regū *Achasiam* appellant, Hebræis conformiter. sed & in Paralipomenis, Hebraicarum quæstionum author Achasiā vocat. Regnauit igitur *Achasias* seu *Ochosias*.

Sed, finito Achasiæ regno, initium repeti, absurdum videtur. Et quidem respondent aliqui, id fieri, vt, eum propter scelera non diu regnasse, intelligamus: atqui, eam fortè ob causam, Interpres Latinus, non hoc modo transtulit, quo iam produximus. Videri autem id possit ex manuscriptis compluribus, quæ, quod dicitur *anno vndecimo Ioram*, non tam ad Achasiæ regnum, quàm ad Iehu in Iezrahël aduentum, referunt. sed, diuersimodè. Quædam habent, quæ quidem æqualiter ad vtrumque referunt, quo etiam modo præcedens lectio intelligi possit: *Anno vndecimo Ioram filij Achab Regis Israël, regnauitque Ochosias super Iudam, venitque Hieu in Iezrahël*. sic exemplar Societatis Iesu rubrum. cui consimile est Collegij Atrebatensis exemplar: *An. vnd. Io. fil. Ach. R. Is. & regnauit Och. sup. Iud., & venit Hi. in Iez.* Nonnulla autem legunt: *An. vnd. I. f. Ahab reg. Israël, anno quoque Abasiæ super Iudam primo, venit Hyeu Iez.* sic H. & L. Doctoris Hunnæi, & Brugense manuscriptum, quamquam, hoc, priùs aliter legisse videatur. His non absimile est O: *An. vnd. Io. filij Aab regis, & Ahasiæ super Iudam primo, venit Ieu in Iez.* Alia scribunt: *Anno vnd. I. fil. Ach. r. Is. regnante Achasia super Iudam, venit Hieu in Iez.* sic Hunnæi G. & Q., Plantini angustum, & Lobiense. V Hunnæi cum A. & M, & Societatis Iesu longus, ac Christophori Plantini latus codex, legunt: *A. vn. I. fil. Achab, & regis Achasiæ super Iudam, venit Hieu in Iezrahël*. atque hanc (sed prætermissa & coniunctione, quam nec Societatis Iesu emendatissimus codex, nec Hebræa habent) antiquorum codicum, ac proinde genuinam huius loci lectionem esse, Epanorthotes asserit. Et sanè possit ad hunc modum ex Hebræo verti, subStratis dictioni מלך, quę nunc cametz & patah notatur, sex punctis. nam כְּלַךְ quidem *regnauit* est, מֶלֶךְ verò *regem* denotat. Coniunctio porro dictionis וַיָּבוֹא *venitque*, vel, tantùm conuertendi officium habere intelligenda esset; vel, pro aduerbio temporis accipienda, Tunc venit Iehu &c. Sed fortè quempiam moueat, quòd nullus regis Achasiæ annus exprimatur. Atqui, simile est superioris capitis versu decimosexto: *Anno quinto Ioram filij Achab regis Israël, & Iosaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda.* quanquam & ille locus hac occasione fuerit deprauatus. Sed, quomodo verum est, Iehu in Iezrahël venisse, anno vndecimo Ioram, cùm occiso Ioram, qui duodecim annis regnasse narratur, eò venerit? An, quia duodecimus annus agebatur duntaxat, dicatur, *Anno vndecimo*, transacto videlicet? An, quæ aliorum sententia est, regni Ioram anni imperfecti, primus & duodecimus, pro vno numerētur? hanc igitur, quam diximus, lectionem, Epanorthotes probat; cuius verba, etsi incomposita, operæpretium fuerit adscribere: Item F. Antiqui Latini & antiqui Hebræi *Anno vndecimo Ioram filij Aab, regis Ahasiæ super Iudam, venit Hyeu in Hyezrahël*. Texit chronicam, istum Hyeu inserens, post annos Regum præcedentium, quos extinxerat. q.d. illis extinctis, istè regnare incepit. hoc est, Anno x 1. Ioram Regis, & anno, videlicet finali, quotuscunque fuerit, Achasiæ, venit Hyeu regnaturus. Talis autem associatio finalis conregnationis, habetur in fine capitis præcedentis. In fine enim regnorum istorum duorum Regum, hic regnare incepit. Sed sciendum, quòd mem & lamed & caph, si bis tria puncta substernantur, sonat melech, & significat rex vel regis: si duo longa puncta vel paruæ lineæ supponantur, sonat malach, & interpretatur regnauit: quod quidam tam Latini quàm Græci habent sic: Anno x 1. Ioram filij Achab regnauit Ahasias super Iudam. Quid autem necesse erat, de inchoatione regni istius hîc repetere, quod iam finitum erat, cùm vtrumque sufficienter suprà viij. g. dixisset? quia tamen ibi dicitur *duodecimo*, hîc oportet glossari, *vndecimo*, id est, post vndecimum. Sunt autem & alij, qui venam istarum litterarum hescientes, vtramque simul litteram complicantes, & nomen *Israël* addiderunt, totum interponentes sic: *Regis Israël regnauit &c.* hæc Epanorthotes.

Ahab. Lob. nam, quod habet Regis, alia littera supra scriptum est. Athasia Lob. Lob.

C. 16. v. 6. Textius vulgatæ editionis Regius, ex Complutensi exem- 72.
plar Domini Hunnæi, Q. notātum, habet: *Et eiecit Iudæos de Hai-* Chaldæus pa-
lam; & raphrasta Re-

gla editionis le
גּ אֲרוֹנָאִי
Veneta
אַכְפַּאי

Lxm, & Syri venerunt in Hailam. Illud exemplar Idumæos; hoc Syros, in Hailam veniſſe, commemorat. Videtur autem varietas iſta ex Hebræo nata. Hebræi enim, hoc loco, אֲרוֹמִים ſcribunt, אֲרוֹמִים legunt: quorum, iſtud quidem Idumæos ſignat; illud autem Syros denotare videtur. quamquam Syrus, ארם ſine vau littera, dici ſoleat. certè Syros Ioſephus intellexit, cuius hæc eſt rei iſtius narratio: Syrorum verò Rex capiens ciuitatem Ailath, ad mare rubrum poſitam, & habitatores eius occidens, in ea Syros ſtatuit: & alijs in circuitu ciuitatibus ita fecit, perimens vbique Iudæos. Sed & recentior quidam notat, Syros à אֲרוֹמִים רוֹם appellatos, quòd elati eſſent. Eſt autem Hebraicè locus iſte ad hunc modum ſcriptus וַיַּךְ יְהוֹשָׁפָט אֶת־הַיְהוּדִים מֵאֵילוֹת וַאֲרוֹמִים בָּאוּ אֵילוֹת: Et extirpauit Iudæos de Eloth, & Aromim venerunt Elath. An autem ſcribarũ errore varietas iſta nata ſit, quam poſtea deprehenſam in marginis ſpatio annotarint: an, certo authoris conſilio addita, equidem ignoro. Vtut autem id ſe habeat, minimè dubitãdum eſt, cum Idumæis, Syros, ad Ailam habitandam, veniſſe; & quidem, Syros, vtpote victores & dominos, Idumæis præfectos. Ciuitas erat Aila, in Idumæorum regione ſita, Regi Syriæ ſubiecta: quam, pòſt, à Regibus Iudæorum occupatam, Raſin, & Syrorum ditioni, & Idumæorum manſioni reſtituit. hinc plerique Latinorum librorum, vtroſque ad hunc modum iungunt: *Et eiecit Iudæos de Aila, & Idumæi & Syri venerunt in Ailam*. Sunt autem nonnulla ſcriptorum noſtrorum, quæ primis quidem lectionibus accedant, ſed tertiam hanc redoleant. h. & l. legunt: *Et eiecit Iud. de Abila Syriæ, & Idumæi ven. in Abilam*. Duo alia ſcribunt: *Et eiecit Iud. de Abila & Idumæa, & Syri ven. in Abilam*. Quæ autẽ trium illarum lectionum noſtro Interpreti attribuenda ſit (ſatis enim veriſimile eſt, ipſius non eſſe, duarum iſtarum maximè poſteriorem) pronunciare nolim. fortè, diuerſa quæ legit, quia non eſt improbabile vtraque acciditſſe, coniunxit. Cæterùm, Dominus Hentenius, eam probauit lectionem, quæ ſolos nominat Idumæos: atque ea Græcæ interpretationi conſonat.

Ioſephus l. 9. antiq. Iud. c. 13, vel ſecundũ Græcum exemplar, c. 12.

Idumæi.
ואדומים
ף

Syri & Idumæi, 1 MS.

NOTATIONES IN PARALIPOMENON PRIOREM LIBRVM.

73. C. 1. v. 32. Catalogo filiorum Cethuræ codices quidam filios Dadan annumerant, his verbis: *Filij autem Dadan, Aſſurim, & Latuſſim, & Laommim*. ſic nimirum Geneſi Paralipomena reſpondent. Verùm, libri plurimi, filios Dadan prætereunt; Pariſienſium quatuor, Di. o. l. Ge. o. l.; Hentenij quatuor, in quibus Atrebatenſis Collegij vterque credo numeratur; Hunnæi ſeptem, E. H. I. L. M. O. Q.; Societatis Ieſu vnus, ruber; Plantini duo, anguſtus & medius; Brugenſis Eccleſiæ vnus, Abbatiæ Leodienſis S. Iacobi vnus, quamquam conſueto more deprauator egerit; Collegij Buſlidiani vnus; denique, poſt Complutenſem, Regius. Sed & Abulenſis Interpres prætermittit. Hebræi codices etiam, & Græci editionis Regiæ, minimè legunt. Meritò igitur notauit legendum Epanorthotes: *Saba & Dadan. Filij autem Madian*, nec interponendum quidquam. quamquam, cum Aldino, Germanorum Græca antigrapha habeant σαβα καὶ δαιδὰν, δύο. καὶ υἱοὶ δαιδὰν, ῥαγουὴλ, καὶ ναβδεὴλ, καὶ ἀσσουελὶμ, καὶ λαταισεὶμ, καὶ λοωμεὶμ, φύτε. καὶ υἱοὶ μαδιὰν. vbi præterea duo filij Dadan recenſentur, quos, cum Hebræis, Latini non agnoſcunt. nam Græcorum ijdem illi codices, etiam in Geneſi addunt.

Gen. 25. a. 3.

Compl. R.

74. C. 4. v. 22. *Et qui reuerſi ſunt in Lahem.*] Id quod alij habent maſculino genere, vt iam produximus: alij fœminino ſcribunt: *Et quæ reuerſæ ſunt*. hoc modo Hebraicarum quæſtionum Author legit, & de Noëmi ac Ruth exponit: illo, Abulenſis Epiſcopus, & de Securo atque Incendente, id eſt, de Mahalon & Chelion filijs Elimelech, qui, in Noëmi & Ruth, reuerſi in Bethlehem dicantur, interpretatur. Correctiores noſtri codices maſculinum genus habent: & Hentenius ac Pariſienſes, hanc probatam ſibi lectionem, in textum retulerunt. Ex Hebræo, vtra ſit germana noſtri Interpretis ſcriptura, minimè liquet. וַיָּשֻׁבִי לַחֶם habetur. ישבי, ſi à שׁוּב, quod reuerti ſignificat, deducatur, quemadmodum noſter deduxit Interpres, alij tempori non accedit propiùs, quàm futuro. In futuro autem, iod, in calce dictionis, fœmininis ſeruit; in capite autem, maſculinis. Sed futurũ non eſt, niſi altero iod mutato, legas תָּשֻׁבִי, quod loco nõ conueniret; aut יָשֻׁבוּ, quod priori ſuffragaretur lectioni (quamquam maſculina verba quandoque fœminis tribuantur) præſertim vau in præteritum futurum conuertente. Quidam à יָשַׁב formant, vt participium ſit numeri pluralis, in regimine poſitum, ſitque ſenſus, habitatores Lahem. Alij, proprium viri nomen eſſe intelligunt, Iaſubi Lahem. Ambigua certè & difficilis eſt verborum veterum explicatio. Abulenſis, noſtri Interpretis tranſlationẽ minùs probat, quòd Mahalon & Chelion, de quibus intelligendum exiſtimat, non de ſtirpe Sela, ſed de progenie Phares fuiſſe, ex Ruth quarto capite colligi videatur. Notandũ eſt autem, ſcripta noſtra vniuerſa, vno demto, ſeruare relatiuum *qui* aut *quæ*. Abulenſem verò omittere (quomodo & in Leodienſi exemplari lectũ fuiſſe, inſpicienti vix dubium eſſe poteſt) ita vt ad præcedentes Securum & Incendentem (non enim legendum eſt, vt multi legunt, *Incedens*) referatur. Sanè, neque Hebræi relatiuum exprimunt, neque Græci addunt. ᾧ ἀπέστειλεν habent εἰς λεεὶμ, Et reuerſi ſunt in Lehem, nimirum iuxta Hiſpanicam editionem. nam Aldi & Germanorum exemplaria legunt, quæ planè alia eſt tranſlatio, ᾧ ἐπέστειλεν αὐτοὺς, & reduxit eos. Illa verſio, eiuſdem rationis eſt cum Latina, maſculinum ſeruante genus, videtur enim vtraque, ex Hebræo ad hunc modum lecto וַיָּשֻׁבוּ לַחֶם ſumta: id enim transferas, & reuerſi ſunt Lehem. hæc autem Græca verſio, ex aliter lectis Hebraicis dictionibus profluxit; lectis ad hunc וַיָּשִׁיבוּ לַחֶם aut iſtum וַיָּשֻׁבוּ לַחֶם aut ſimilem modum. hæc enim interpreteris, *& reduxit eos*.

Quod nonnulli codices habent *Lahem*, quomodo addita ab Hebræis puncta ſonant; tredecim ſcriptorum noſtrorum, cum Textu Regio, Lehem ſcribunt. quo etiam modo 72. legerunt, ſi tamen Regia editio germanam & incorruptam eorum tranſlationem ſeruet. Duo & viginti habent *Bethlehem*: quam genuinæ lectionis explicationem fuiſſe eſt veriſimile. Nam; quod Magdalius habet, in prioris Paral. viceſimum caput; ſicut quandoque dicimus *Solyma*, & quandoque *Ieroſolyma*; ita & *Lehem* & *Bethlehem*.

C. 11. v. 14. Manuſcriptorum plurima ſingulari numero legunt: *hic ſtetit in medio agri, & defendit eum: cúmque percuſſiſſet Philiſtæos, dedit Dominus ſalutem magnam populo ſuo*; Hentenij duodecim, noſtra vigintinouem, conformiter libris Græcis. Impreſſi autem codices, ſecuti, vt plerumque veriſimile eſt, primam Moguntinenſium editionem, fere numero multitudinis ſcribunt: *hi ſteterunt in med. ag. & defenderunt eum, cúmque percuſſiſſent Phil.* Sic & Lyranus legit: duo quoque ſcripta noſtra eam habent lectionem, ſed, non ſine prioris raſura. Eſt autẽ hæc lectio, quæ inquam pluralem habet numerum, Hebræo conſentanea; intelligenda, vt videtur, ſi non etiam de Ieſbaam & Semma, certè de Dauide & Eleazaro. quia dicitur: *Iſte fuit cum Dauid in Phesdomim*: & paulo pòſt ſequitur: *hi ſteterunt &c.* Videri autem poſſit, pluralem numerum in ſingularem mutandi, occaſio fuiſſe, quòd, cùm præcedentia de vno Eleazaro expreſsè loquantur, præter opinionem pluralis numerus introducatur. Verùm, nihil facilè ſtatuendum eſt.

75.

K. & Leodien. ſe ſatis lucidè.

2 Regum 23.

76.

C. 11. v. 22. Quædam exemplaria, Hentenij duo, Pariſienſium duo, noſtra ſeptem, habent: *Banaias filius Ioiadæ vir robuſtiſſimus*. Pleraque autem, noſtra vigintiſex, legunt: *Banaias filius Ioiadæ viri robuſtiſſimi*. atque hoc modo legendum eſſe, Hebræa docent. בֶּן־בְּנָיָה בֶן־אִישׁ־חַיִל יְהוֹיָדָע quod ad verbum interpreteris, vel, Benaiah filius Iehoiada filij viri fortitudinis; vel: Benaiah filius Iehoiada filius viri fortitudinis. Posteriori hoc modo 72. tranſtulerunt: eodemque Latinus intellexit, atque idcirco filij nomen repetere noluit. Non enim ea eſt Latinis, quæ Hebræis, amphibolia, omiſſo filij nomine. Veruntamen, emphaſim addit repetitum. Secundi Regum 23. capite, eodem modo ſe habentia Hebræa, ſimiliter reddidit: *Et Banaias filius Ioadæ viri fortiſſimi.*

2 Reg. 23. c. 8

77. C. 20. v. 5. duo Pariſienſium exemplaria Di. o. & Ge. o, cum textu Gloſſæ ordinariæ, legunt: *In quo percuſſit Adeodatus filius Saltus Lehemitem fratrem Goliath Geth*. nimirum ſic ex Hebræo vertas, אֶת־לַחְמִי ipſum lahmi, ſiue lehemitem. אֶת enim particula, perſonam deſignat patientem. Atque eo modo 70. tranſtulerunt, ᾧ ἐπάταξεν ἐλεαζὰρ υἱὸς ἰασεὶ τὸν λαχμὶ ἀδελφὸν γολιὰθ τοῦ γεθθαίου. Verùm, accipitur quandoque אֶת, pro præpoſitione. atque ita hoc loco accipiendum, Hebræi quidã exiſtimant, vt ſenſus ſit, אֶת־לַחְמִי de lahmi, id eſt, qui de genere erat Bethlehemitarum. Atque ea expoſitio alteri Latinorum lectioni adſtipulatur; huic, inquam, lectioni, quæ omnium penè eſt codicum & enarratorum. *In quo perc. Adeod. fil. Saltus, Bethlehemites*, ſeu potius, quod Magdalij correctoriũ probat (quanquam idem ſignificetur) *Lehemites* (vt, in Paralipomenis, Hebraicarum quæſtionum Author, legi notat) *fratrem Gol. Geth*. Suffragatur huic lectioni atque interpretationi liber Regum ſecundus, cuius primo & viceſimo capite. hoc ipſum ſtratagema ad hunc modum narratur: *In quo percuſſit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Getheum*. Vtrobique autem interpretatus eſt propria nomina Latinus Interpres, fortè, quòd nominibus his Dauidem ſignificari exiſtimaret, vt multi noſtrorum Tractatorum, cum Hebraicarum quæſtionum Authore, intelligunt. Cæterùm, D. Alphonſus Toſtatus, multis rationibus oſtendit, non Dauidis & Goliatis monomachiam, quæ decimoſeptimo capite primi Regum deſcribitur, hoc loco intelligendam; ſed Elchanæ ſeu Adeodati, quem Ioſephus Ephan cognatum Dauidis vocat, cum Goliatis illius fratre, quem Philiſtinorum fortiſſimum appellat: ἰρίσευσιν, inquit Ioſephus, ἐφανὸς ὁ συγγενὴς αὐτῶ. μονομαχήσας δὲ τῷ πάντων ἀνδρειοτάτῳ τῶν παλαιστινῶν, ἀπέκτεινεν αὐτόν, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς φυγὴν ἔτρεψε. Non ſic Latina Frobenij editio narrat. Iniquè autem ſuſtulerunt, ex Paralipomenis, quidam, nomen *Saltus*: *In quo p. Ad. filius Bethlehemitis fratrem G. G.* nequaquam enim prætermittendum eſt. ſed, eo addito, non incommodè legatur *Bethlehemitis* ſeu *Lehemitis*: tam enim ad patrem, quàm ad filium, referri Hebræum poteſt. Atque hoc modo Epanorthotes legendum docet: Antiqui, inquit, & generaliter, antequam correxerunt inducentes quaſdam nouitates, habent omnes Latini ſic: *In quo perc. Adeodatus Hebemitis fratrem Gol. Gethæi &c.* quanquam in ſyllaba ſecunda errarit ſcriba: *Helemitis* enim ſcribendum videtur fuiſſe, quomodo Brugenſium antiquiſſimum exemplar habet: ſed & Hunnæi correctiſſimus codex O, *Helemites* legit. Verùm, inuerſas eſſe ſyllabas priores, fit, ex Hebræo, veriſimile. Imitati verò ſunt Hebraici textus, cùm vocem, tum ambiguitatem, qui ſcripſerunt: *In quo p. Ad. f. Saltus Lahami* fratrem G.G. ſic enim habent, Biblia, & Dionyſij Carthuſ. Commentaria, in ædibus Quentelianis excuſa.

Fratrem Goliath Getthæi.] Noſtrorum manuſcriptorum tredecim, cum Lyrano, quarto caſu, *Getthæum* legunt. Vtroque autem modo reddi Hebræa poſſunt: patiuntur enim, tam ad fratrem Goliatis, quàm ad ipſum Goliatem referri: atque vtrumque Getthæum fuiſſe ſcriptura teſtatur. Non conſtat tamẽ verè fratres fuiſſe: Frater enim dici potuit prioris poſterior, duntaxat, quòd fortitudine magnitudineque ſimilis eſſet: & ob hoc, fortaſſis, etiam ipſo prioris nomine, Goliath nuncupatus eſt. nam, quem *fratrem Goliath Get*. Paralipomena nominant, *Goliath Getthæum* ſecundus Regũ liber appellat.

78. C. 23. v. 29. Pro eo quod quidam codices habent *Et ad torrendum*, alij habent *Et ad feruentem ſimilam*. atque hanc lectionem, Epanorthotes, noſtræ editionis genuinam eſſe, adſtruit: eique facilè aſſentiar, quòd, plerorumque manuſcriptorum, etiam correctiſſimorum & antiquiſſimorum, eam ſcripturam eſſe comperiam. Noſtra vnum & viginti, Hentenij decem, Pariſienſium quatuor, cum Abulenſi Epiſcopo, *Et ad feruentem ſimilam* legunt. Altera lectio complurium eſt typis excuſorum codicum (illi enim, ferè, Moguntinæ editioni, primogenitæ artis typographicæ proli, conſimiles ſunt.) ſed pauciſſimorum manuſcriptorum. ex noſtris, vnum duntaxat ita habet. Verùm, non pauca vtramque lectionem coniungunt; ſeptem ad hunc modum: *Et ad feruentem ſimilam, & ad torrendum*; quæ & Pariſienſium correctio eſt; duo ad iſtum: Et ad torrendum ſimilam. quorum vnum Antuerpienſe eſt, Plantini ære redemtum: alterum Leodienſe, ex S. Iacobi Abbatia mutuò acceptum, in quo τὸ feruentem, transfoſſum eſt. Lectio autem iſta *Et ad torrendum*, vt & aliæ multæ, ex Hebraicis ſumta eſt quæſtionibus, quas, quòd, Hieronymo noſtræ editionis Authori, adſcriberentur, nonnulli in primis ſequendas exiſtimarunt. Sunt autem earum quæſtionum in hunc locum verba iſta: Quod verò in codicibus quibuſdam habetur *ad feruentem ſimilam*, & in quibuſdam *ad feruentem* tantummodo, error ineſt. In Hebræo non habet in hoc loco *ſimilam*, quia ſimila iam paulo ſuperius nominata eſt: ſed, *ad torrendum* in Hebræo ponitur, vt ſubaudias *ſpicas*. Primitiæ enim ſpicarum, quando deferebantur, torrebantur, & grana comedebantur. quod genus cibi vulgò graneas vocant. hæc ibi. Hebraicè eſt וְלִמְרֻקֶּחֶת, id eſt, & ad frixam, ſiue toſtam. ſubaudit Hebraicus Scholiaſtes, *ſimilam*. Inter ea, quæ pro gratiarum actione offerenda erant, numeratur, Leuitici 7. capite סֹלֶת מְרֻקֶּבֶת, id eſt, *ſimila* frixa, ſeu, vt noſtra habet tranſlatio, *cocta*. Simila aqua mixta, in ſartagine, feruenti oleo, vſque ad indurationem, coquebatur: & poſtea, in minutas fracta partes, iterumque oleo conſperſa, offerebatur. Erat autem aliud ſacrificium, ſimilæ in craticula toſtæ; aliud rurſus in clibano coctæ; denique aliud, crudæ ſimilæ. hæc enim quatuor genera, & Leuitici ſecundo capite deſcribuntur, & hoc loco Paralipomenon ferè indicantur. Atque his præfecti erant Sacerdotes & Leuitæ, ſuo ſinguli modo. Videtur igitur germana noſtræ verſionis lectio, nec reijcienda, *& ad feruentem ſimilam*. veruntamen, an ſimilæ nomẽ Interpres expreſſerit: an alius quiſpiam exponendi gratia addiderit (teſtatur enim Hebraicarum quæſtionum author, vt in Hebræo, ita in Latinis quibuſdam, non haberi) ſtatuere nequeo. Græci tranſtulerunt (vt etiam alibi) καὶ εἰς τὴν πεφυεσμένην, & ad fermentatam. poteſt, aut *ſimilam* ſubaudiri, aut, Hebraico more, fœmineum genus ſubſtantiuè poſitum intelligi.

Leui. 7. 12.

Aquila ſecundũ.

Symmachus Leui. 6.

NOTATIONES IN LIBRVM EZRÆ.

79. C. 2. v. 69. *Secundum vires ſuas dederunt *impenſas operis, auri ſolidos quadraginta milia & mille*. Sic Latini codices habent; ſcripti, quos conſuluimus, omnes; impreſſi penè omnes. Penè inquam, nam Complutenſia Biblia & Quentelianæ (quibus adde, ſi placet, Clariana) legunt: *Secundum vir. ſu. dederunt (&c.) auri ſolidos ſexaginta milia & mille*. conſentiunt, Bedæ commentarijs adiunctus textus, & D. Richelius in ſeptimum Nehemiæ caput. Lugdunenſia quoque Biblia anni 1522, aliàs ſexaginta legi, in marginali ſpatio annotant. hæc autem lectio, cùm Hebræis, tum Græcis codicibus, conſona eſt. in iis enim ad hunc legitur modum: Quemadmodum poteſtas eorum, dederunt in theſaurum operis, drachmarum auri ſex myriades & mille.

1 a. 7. MS. & H. G.

Non poteſt autem, huic Hebræorum Græcorumque lectioni, prior illa Latinorum conciliari, niſi ſolidus drachmæ ſeſquialter intelligatur. Tres autem enumerantur aurei ſolidi ſpecies, drachmalis, didrachmalis, ſextularis. Drachmalis reſpondet drachmæ; didrachmalis duplus eſt; ſextularis, ſeſquitertius. Itaque, cùm non ſit ſolidus drachmæ ſeſquialter, is intelligendus eſt, qui drachmæ reſpondet, præſertim cùm Hebraicus fons, drachmas nominet. id enim nomen etiam Hebræis vſurpatur: darcemon eſt hoc loco, & Nehemiæ ſeptimo capite, vbi, etiam Interpres noſter, drachmæ nomen reliquit. Videtur igitur ea Latinorum codicum vera lectio, quæ, ſolidorum auri, vnum & ſexagintamilia numerat. Quamobrem Epanorthotes notat: Et infrà, iuxta Hebræa: Auri ſolidos ſexaginta milia & mille. vbi, an ſubaudiat antiquos Latinorum codices, vt non rarò aliàs, neſcio. hoc tamen ſcio, quòd Hebræos codices, conſtanter repugnantibus Latinis, ſequi, non facilè ſoleat. Eſt autem Latinis, ex LX in XL. (hac enim forma in plurimis codicibus ſcribitur) facilis lapſus, vt videri hinc poſſit nata erroris occaſio.

Verùm, Nehemiæ ſeptimo capite, verſu 70. & ſequentibus, hoc ipſum diſtinctiùs enumeratum, ſi ad ſummam redigatur, duntaxat vnum & quadraginta milia drachmarum auri efficit.

Dicat aliquis, non hæc ipſa, ſed alia eſſe, quæ eo loco referuntur. Inprimis, quia, præſente Nehemia contigit, quod ibi refertur: ipſe enim, mille auri drachmas, & alia non pauca contuliſſe, narratur. Abſente autem Nehemia, qui nondum in Iudæam venerat, accidit, quod liber Ezræ commemorat.

Primum argumentum.

Deinde, non tantùm auri atque argenti pondus diuerſum, vtroque recenſetur loco: verùm etiam diuerſiſſimus eſt tunicarum ſacerdotalium numerus. II.

Præterea, diuerſi generis hominum munera ſunt quæ commemorat Nehemias; ſed à ſolis data principibus quæ refert Ezras. III.

Adhæc, in impenſas templi data ſunt quæ habet Ezras: at in muri ædificationem, quæ Nehemias. IIII.

Denique, editionis vulgatæ Interpres, in Nehemia, ante iſtius rei narrationem, annotauit: *hucuſque refertur quid in commentario ſcriptum fuerit: exin Nehemiæ hiſtoria texitur.* V.

Argumentis his non incommodè fortaſſis reſpondeatur. Et primo quidem, Nehemiam cum Zorobabele in Iudæam aſcendiſſe: nam inter illuſtriores, qui cum Zorobabele venerant, Nehemias numeratur, Ezræ 2. v. 2. Itaque, abſente eo non accidit, quod, eiuſdem capitis verſu 69, commemoratur. Verùm, quia incertum eſt, an is Nehemias eo loco intelligendus ſit, quem Ieroſolymam rediiſſe deſtructis muris, liber Nehemiæ refert: reſponderi argumento poteſt, non conſtare, vniuerſam collationem in Iudæa factam: quin potiùs, pergentibus in Iudæam, duce Zorobabele, Iudæorum plurimis, Perſas multos, magiſque Iudæos in Perſide manentes, huc de facultatibus ſuis contribuiſſe: aut, poſtquam illi in Iudæam venerant, tranſmiſiſſe. Cyrus enim Rex, omnes erat hortatus, vt, templi Ieroſolymitani ædificationem, opibus ſuis promouerent. atque id feciſſe narrantur Ezræ 1. verſu 6°.

Primum argumentum.

Ezr. 1. b. 4.

Ad ſecundum dici poteſt, in Nehemiæ volumine, tunicas vniuerſas, quæ ſacerdotibus donatæ ſunt, enumerari: at in Eztæ, precioſiores duntaxat. II.

Tertium argumentum, non parum accipit veriſimilitudinis, ex ipſo Eztæ textu: *Et de principibus patrum, cùm ingrederentur templũ Domini, quod eſt in Ieruſalem, ſponte obtulerunt in domum Dei, ad extruendam eam in loco ſuo. Secundum vires ſuas dederunt impenſas operis auri ſolidos *quadraginta milia & mille, argenti minas quinque milia, & veſtes ſacerdotales centum.* Id enim videtur dicere, principes patrum ſiue familiarum, cùm viſerent locum in quo templum Domini fuerat, contuliſſe, pro facultatibus ſuis, ad reſtituendum templum, ſolidorum auri mille & quadraginta aut ſexaginta milia, minarum argẽti quinque milia, & veſtes ſacerdotales centum. Et, ne cui fortè id mirum videatur, tertius Ezræ liber, capite quinto, mille auri minas, præter ſupradictum argenti pondus & ſacerdotalium veſtium numerum, à principibus, voto promiſſas, narrat. Adulterinæ namque lectiones ſunt, quæ *auri minas nouem milia*, aut *vndecim milia*, aut *duodecim milia*, habent. *Et de propoſitis ipſis*, habet Ezras aut quiſquis eſt Author, *per pagos, dum venirent in templum Dei, quod erat in Ieruſalem, *vouerunt ſuſcitare templum in loco ſuo, ſecundum ſuam virtutem, & *dare in templum *theſaurarium operum ſacrum, auri minas *mille, & argenti minas quinque milia, & ſtolas ſacerdotales centum*. Sic enim locum, qui in multis codicibus multis modis corruptè legitur, ex emẽdatioribus reſtituimus (quanquam vitij nonnihil remanere videatur) accedente Græcorum exemplarium conſenſu, quæ ad hunc habent modum: ᾧ ἐν τῇ ἠρυμένον κατὰ τὰς πρόθεσις, ἐν τῷ παραγίνεσθαι αὐτοὺς εἰς τὸ ἱερὸν τὸ θεοῦ, τὸ ἐν ἱερουσαλὴμ, ἠύξαντο ἐγεῖραι τὸν οἶκον ἐπὶ τὸ τόπῳ αὐτῶ, κατὰ τὴν αὐτῶν δύναμιν, ᾧ δοῦναι εἰς τὸ ἔργον θησαυρὸν τῶν ἔργων, χρυσίου μνᾶς χιλίας, ᾧ ἀργυρίου μνᾶς τετρακισχιλίας, ᾧ στολὰς ἱερατικὰς ἑκατόν. Reperimus autem exemplar Græcum tertij Ezræ, in Aldina Bibliorum editione. in ea enim primus eſt Ezræ, qui Latinis dicitur tertius; & ſecundus, qui Latinis ſunt primus & ſecundus. Sed, in Regijs Bibliis, quibus nihil huiuſmodi deeſſe videri poterat, tertius Ezræ Græcè non legitur: necin

Ezr. 2. v. 2.

III.

3. Ezræ 5. v. 44. 45.

** imouare &c.*

** dari MS.*

** theſaurum.*

** nouem milia. o.*

** vndecim milia. o.*

** duodecim milia. o.*

** Et dare in ſacrum ærarium pro operibus, vertimi quidam.*

nec in Germanicis Græcorum Bibliorum exemplaribus Nehemiæ librum sequitur. Annotauit etiam Hebraicus Scholiastes, initio tertij Ezræ: huius libri, ne Græcum quidem codicem, nedum Hebræum, nemini (quod sciam) videre contigit: ideò, præter solam interpretationem veterem, aliud dare non potuimus. huius testimonio, & Regiorum Bibliorum integritate, atque in Germanicis consueto ordine, nixi, notauimus aliquando in marginali Bibliorum spatio, circa tertij Ezræ initium: hic, & sequens Ezræ liber, non alio exstant sermone, quàm Latino. Sed, postea, Aldinam editionem nacti, inuenimus, etiam Græco sermone, librum Ezræ tertium exstare. cõsulto etiam eo Germanicorum Bibliorum tomo, in quem illi congesti sunt libri, quos Hebræorum canon non numerat, etiam in eo tertium Ezræ Græcum reperimus: sed & in Vaticano codice exstare, diuersæ eius lectiones, conferendo deprehensæ, loquuntur. sic, curæ posteriores, absolutius semper aliquid adferunt. quartum tamen Ezræ, Græcum non vidimus. Vt autem ad id, à quo digressi sumus, reuertamur: Græca tertij Ezræ exemplaria, eam quam produximus, probant lectionem, quæ, mille auri minas, à principibus promissas, refert. Sunt autem, mille auri minæ Atticæ, drachmarum auri centum milia: mille autem Hebraicæ minæ, drachmarum ducenta & quadraginta milia. Quod si, drachmarum auri centum milia promiserint: facilè, haud dubiè, vnum & sexaginta milia dare potuerunt. Respondemus, in Ezræ libro, qui primus dicitur, eorum omnium, quæ ad templi ædificationem tunc collata fuerant, quoad aurum maximè atque argentum, summam numerari; & intelligi, tam gentium & vulgi Iudaici, quàm principum Iudaicorum dona; Sensumque esse loci, quòd familiarum principes, ad extruendam Dei domum, sponte obtulerint munera sua, nimirum, vnum & viginti milia drachmarum auri, & cętera quæ habet Nehemias: Simul autem eos, cum populo & alijs quibusdam ex regno Cyri, pro opibus suis, dedisse auri vnum & quadraginta aut sexaginta milia drachmarum. Nam, prętерquam, quòd Ezram, insignes quidam Enarratores sic intelligant: rationes, quas, ex iis quę sequentur, licebit colligere, sic intelligendum docent. Tertius autem Ezręs, non eius est authoritatis, vt extorqueat fidem. quanquam dici possit, principes, suo & populi nomine, centum milia drachmarum auri promisisse (quod satis significatur si legas *dari*) sed plura vno & sexaginta milibus corradi non potuisse. Iosephus lib. 11. antiquitatum Iudaic. cap. 3, vel 4. secundum exemplar Græcum: Dux verò dinumeratę multitudinis, inquit, Zorobabel fuit, filius Salathiel, ex nepotibus Dauid genitus, de tribu Iuda, & Iesus filius Iosedec principis Sacerdotum, nec non & Mardochæus & Serebæus, qui à populo principes fuerant constituti. qui & contulerunt, auri quidem minas centum, argenti autem quinque milia. ita Iosephus.

1111. Quartum argumentum, Caietanus profert, non probat: nec, qui probari possit, video. iam enim ædificatus erat murus: & portis clausis, populoque congregato, non collata sunt hæc munera; sed, quæ nuper collata conscriptaque erant, recitata sunt. id quod manifestum ex sequentibus euadet. Addunt autem manuscripta non pauca, iis quæ Nehemias habet, vocem *Dei*, *Dederunt in opus Dei*: quod, quanquam ad textum non pertineat; tamen, quomodo intellectus sit locus, indicat.

v. Quintum argumentum, vt intelligatur, obseruandũ est, septimo Nehemiæ, pænè toto, capite, eos recensери, qui in Iudæam primùm ascenderant, ex libro quem Nehemias inuenerat. sic enim quinto capitis illius versu legitur: *Et inueni librum census, eorum qui ascenderant primùm: & inuentum est scriptum in eo: Isti filij prouinciæ &c.* Quæritur autem quis sit liber iste? & vbi sit finis eorum quæ ex hoc libro referuntur? Quidam, librum Ezræ esse, existimant, quem primum Ezræ dicere solemus. sunt enim, quæ hîc referuntur, eadem pænè, cum ijs quæ in Ezra leguntur. Quidam, alium esse putant, post Ezræ librum annis aliquot scriptum: propterea quòd, cum eo, in quibusdam filiorum particularibus numeris non conueniat, quòd, temporis successu, alij aucti sint liberis, alij orbati. Certè, Nehemiæ recitatio, ante 66. versum, ab Ezræ libro octies & decies in numeris discrepat: & tamen, iuxta Hebræos, & quosdam Græcos ac Latinos codices, Dionysium etiam Carthusianum, eadem est, Ezræ atque Nehemiæ, totius summa multitudinis, quadragintaduo milia, trecenti, sexaginta, sed, quæ mulrò plures contineat, quàm sint antè expresè recensiti. Quibus prior placuit sententia, nimirum, Ezræ librum esse, quem citat Nehemias, censuerunt, Ezræ verba versu 69. finiri; illi nimirum, qui hanc notam versui 69. subiecerunt: *Hucusque refertur quid in commentario scriptum fuerit: exin Nehemiæ historia texitur.* hac, vt existimo, adducti ratione, quòd, quæ sequuntur, proximis tribus versibus, de impensarum contributione, magis à libro Ezræ diuersa sunt, quàm vlla præcedentia. Verùm, si alium librum fuisse dicamus, quæ altera est opinio, nihil mirum, si, paululum ab Ezræ libro discrepet: neque, cùm distinctiùs singulorum dona enumeret, mirum est, non eundem exsurgere numerum. Nam, qui distinctè enumerat, præcipuarum dumtaxat personarum præcipua munera censet: qui autem omnium vnam summam profert, omnia omnium dona commiscet. quanquam, Sacerdotales tunicas, fortè, tantùm pretiosiores, Ezras enumeret. Sed, fuerit Ezræ liber, cur non potuit ex eo Nehemias, hæc paululùm mutata, explicatiùs nimirum proposita, recitasse? idem namque est ordo, & eadem pænè verba, cùm ante, tum post donorũ supputationẽ. Quocirca, ambigere fortassis liceat, an nostri sit Interpretis superior illa notatio: aut, si eius, an eo loco collocata? Sanè, manuscriptorum nostrorum plurima, viginti numero, & quidem pleraque antiquissima, notationem illam non habent: sed initio sequentis capitis, pleraque eadem, cum nonnullis impressis codicibus, addunt: Et venerat mensis septimus *scenopegiæ sub Ezra & Nehemia*, quo additamẽto hîc sequestrari significantur Ezræ verba à Nehemiæ, vt, ipsis Ezræ verbis, ad suam Nehemias regrediatur historiam. nam & tunc, mensis erat septimus, in quo Scenopegia celebranda erant. Verùm, multo est verisimilius, etiam hæc, ad Ezræ verba pertinere: nam, additamentum illud, exemplaria, Brugense, & Lobiense, antiquitate & integritate præstantissima, cum multis alijs, non agnoscunt: Hebræa etiam & Græca non legunt: Epanorthotes omittendum censet: denique Lyranus & Carthusianus reijciunt. Finiri autem videtur Ezræ, siue, quisquis recitati commentarij fuerit author, verba, paulo pòst, hîc: *Filij autem Israël erant in ciuitatibus suis*; tum Nehemiæ sequi historiam: *Congregatúsque est omnis populus &c.* Istud enim, cum eo loco, in quo suam Nehemias reliquerat historiam (Ezræ scilicet verba inserens) optimè hæret: *Dedit autem Deus*, habet Nehemias quinto versu septimi capitis, *in corde meo, & congregaui optimates, & magistratus, & vulgus, vt recenserem eos: & inueni librum census eorum qui ascenderant primùm, & inuentum est scriptum in eo: Isti filij prouinciæ &c.* Subiecit autem recitatis illius libri verbis: *Congregatúsque est omnis populus, quasi vir vnus, ad plateam quæ est ante portam aquarum &c.* repetens, quod prius dixerat, congregatum populum, vt alia commodè adijceret. hanc ob causam, vt opinor, Hebraici libri octauum caput hoc loco inchoant: *Congregatúsque est omnis populus &c.* quibus conformiter Latinum Lobiensis Cœnobij manuscriptum, nouum hîc caput auspicatur librorum Ezræ & Nehemiæ. Et fortasse, ante hæc verba, annotatio illa *hucusque refertur &c.* ab Auctore collocata est: atqui aliter Lobiensis codex, nec huiusmodi quid in alijs manuscriptis deprehendi. Epanorthotes autem sententiæ isti omnino refragatur. nam & legendam dicit annotationem, & eo loco legendam (post 69. versum) & ipsi nostro Interpreti adscribendam; inserta enim hæc, ab eo, hoc loco, quemadmodum in libro Esther, plura. Sed, interpretis licet sit, & eo loco legenda, & vera agnoscenda: fieri nihilominus potest, idem esse, quod Nehemias narrat, cum eo quod Ezras habet. Nam, quod Ezras summatim scripserat, Nehemias explicatiùs recensere voluit: paulo autem pòst, cùm id causæ non subesset, rursus Ezræ verbis vti, vsque ad capitis octaui initium: *Congregatúsque est omnis populus &c.* Sanè, Lyranus, idipsum esse, quod Nehemias enumerat, cum eo quod Ezras summatim dicit, agnouisse videtur: atque id omnino Richelius sentit, septimum Nehemiæ enarrans caput. hac autem sententia, non parum stabiliri videtur, ea manuscriptorum Latinorum lectio, quæ Ezræ secundo capite vnum & quadraginta milia drachmarum auri numerat. Nam, si quę Nehemias recensет, subductis calculis colligas: tantum, nec amplius, comperis.

Sed responderi possit, plus ab Ezra quàm à Nehemia recensitum, quòd plurium dona Ezras complexus sit, nempe, eorum etiam omnium, qui ex regno Cyri de opibus suis aliquid contulerunt: Nehemiam autem, præcipua dumtaxat Iudæorum dona, enumerasse. Lectionem verò Latinorum, in plerisque Ezræ libris corruptam, tum ex causa suprà adducta, tum ex ipso Nehemiæ loco. Nam, & in quibusdam Græcis libris, Nehemias ex Ezra corruptus fuit. vt enim conueniret Ezræ Nehemias, scripserunt Græci quidam, à populo, quadraginta milia drachmarum auri, contributa, id quod Epanorthotes testatur. Sic igitur, habent aliquid lectiones singulæ, quo probabiles reddantur. atque id proferre, & alijs iudicium relinquere, propositum nobis fuit.

NOTATIO IN LIBRVM NEHEMIÆ.

C. 3. v. 32. *Artifices & negotiatores.* sic, plerique codices, legunt. 80.
Biblia autem Complutensia & Benedictina; addam Clariana; cum manuscripto Hunnæi D. notato, *aurifices* habent. Hebraicè est צֹרְפִים, id quod, proptiè fusores significat, qui, aurum aut argentum, fundendo, probant, purgant, & conflant, quos, consentientibus inter se exemplaribus, *aurifices* vocat Interpres noster; huius ipsius capitis versibus octauo & tricesimo primo: atque eo modo etiam alij transferunt.

NOTATIONES IN LIBRVM IOB.

C. 3. v. 4. *Non requirat eum Deus desuper, non sit in recordatione, & non illustretur lumine.* sic manuscripta, Hentenij tredecim, nostra vi- 81.
gintiquinque, legunt, cum Enarratoribus; Philippo Presbytero & Diuo Thoma. Impressi verò codices, secuti, vt opinor, Moguntinam editionem, partem illam mediam, *non sit in recordatione*, prætermittunt. quibus, correctiora Lyrani & Epanorthotæ manuscripta, suffragantur: atque inter nostra, codex antiquissimus S. Petri Lobiensis, & alter Leodiensis (manifestè namque huic conspicitur addita) & quatuor à D. Hunnæo connumerati, vnus O signatus, alter I. notatus, tertius litterarum magnitudine conspicuus, qui ante annos trecentos, ex Caroli magni Biblijs vndequaque collectis, iussu, vt præfatio habet, F. Iordani, Magistri ordinis Prædicatorum, & F. Hugonis Prioris prouincialis in Francia, correctus fuit; quartus, ecclesiastici breuiarij pars esse videtur. inter Latinos Tractatores, D. Hieronymus (si tamen illorum commentariorum author est) & Gregorius, partem istam non agnoscunt. Nec Hebraicis codicibus additur: à Græcis etiam & Chaldaicis omittitur. Videtur autem partis proximè præcedentis explicatio esse, primùm margini adscripta, postea textui adiecta. cui coniecturæ non parum addit momenti ista Bessarionici codicis lectio: *Non req.e.d., & non sit in recordatione desuper, nec ill.l.* Expositum autem ad hunc modum Hieronymus: Non requirat, inquit, eam Deus desuper, hoc est, ne fiat eius memoria ante Deum in bonum. & prior, Origeni attributus, commentarius: Non inquirat illum Dominus desuper, non recordetur, non reputet: non enim est dignus. &c. Itaque, Philippus Presbyter: Non sit in recordatione, inquit, hoc est, non requiretur desuper, ne fiat eius memoria ante Dominum in bonum.

81. C. 19. v. 24. *Quis mihi det vt exarentur in libro, stylo ferreo, & plumbi lamina, vel certè sculpantur in silice.*] Sedecim nostrorum manuscriptorum legunt: *Vel celte sculpantur in silice*; Tredecim, *Vel certè sculp. in sil.* Prior lectio est Richardi Pampolitani, Hugonis Carensis, & aliorum quorundam. Videtur & D. Gregorij fuisse. nam, Ecclesiæ, Iobis verba accommodans: Quæ, ait, quia forti sententia, modò per pondus auaritiæ grauibus, modò autem duris cordibus, loquitur: stylo ferreo in plumbi lamina, vel celte in silice scribit. Dicunt autem, celtem, instrumentum esse cæmentariorum, quo lapides sculpantur: quod quidem classici plerique scriptores *celum* vocant, attamen *celtem* appellatum inuenio, in antiquo quodam epitaphio, quod ex vetusto lapide in Aldi orthographia recitatur: Nam. neque. hic. atramentum. vel. papyrus. aut membrana. vlla. adhuc. sed. malleolo. &. celte. literatus. silex. Posterior lectio est Thomæ Aquinatis. nam, quamquam *celte* impressum sit in quibusdam codicibus, *certè* legendum esse, vt Romana habet editio, adiuncta verba testantur: Vel, inquit, si & hoc parum videtur, certè sculpantur stylo ferreo in silice. Quid Hieronymus & Philippus legerint, ex commentarijs non liquet.

Ex his autem lectionibus, omnes (quos quidem ego de hoc negotio sententiam dicentes legi) posteriorem præferunt. Epanorthotes: Iteme. *vel certè sculpantur.* non est ibi *celte*, pro instrumento ferreo. Biblia illa à Sancti Dominici Frattibus correcta, de quibus statim diximus, nonnullas habent sub finem notas, ad quas, signo aureo in textus margine collocato, Lector mittitur. & quidem, circa hunc locum, hoc notant modo: Quidam malè habent *celte*; id est cicello, quod est instrumentum cælandi, id est sculpendi lapides: quia antiqui habent *certè* aduerbium affirmandi, & Hebræus habet *firmè* vel *firmiter*. Magdalij correctorium habet: Legi debet: *Vel certè sculp. in s.* & hoc magis concordat cum Hebræo. Franciscus Titelmannus, *celte*, vt indoctam & barbaram lectionem reiicit, quæ, Bonauenturæ, Thomæ, Lyrano, &, qui iis superiores sunt, Enarratoribus, incognita fuerit: versum autem ab Hieronymo asserit *certè*. D. Hentenius & Parisienses, in suorum singuli Bibliorum textus, expulso *celte*, *certè* receperunt. Et sanè, etiam nostra, antiquiora & correctiora sunt exemplaria, quæ *certè* legunt. quibus accedunt, Moguntina, Quenteliana, & Complutensia Biblia. Hebraicè est לָעַד בְּצוּר יֵחָצְבוּן Dictione לעד, cælum quidẽ siue *celtis* aut *celtes* non significatur, *certè* autem intelligi posse videtur: sed alij, post Chaldæum, reddunt *in æternum*. eo modo etiam Græci transtulisse videntur, quanquam non sit suo loco positum εἰς τὸ διῆνεκὲς. Quidam productam sententiam vertit, additis duabus his dictionibus *aut certè*: Aut certè in perpetuum in saxo sculperentur.

Franciscus Raphlengius in exemplari quodam scriptũ reperit: V. t. s. i. s. atque ex eo, per *t* literam, *testes* aut quid simile legendum cõiicit. nam, quod Hebraicè est לָעַד, in testem aut in testimoniũ vertas licet. & sanè, admodum similis est vox *testes*, ei quæ vulgo legitur *celte*: sed in nullo manuscriptorum eam reperi: tantùm, in libro Annotationum in Iob, eam Augustini lectionem esse deprehendi: Aut in testimonium in petris sculpantur.

83. C. 30. v. 12. Triplicem potissimùm inuenio huius loci lectionem; vnam: *Ad dexteram orientes calamitates meæ illico surrexerunt*; alteram: *Ad dext.* [a] *orientis calamitatis meæ il. surr.*; tertiam: *Ad dexteram* [a] *orientis calamitates meæ ill. surr.* Primam, Franciscus Titelmannus habet & explicat: cui simile est quod in Augustini annotationibus legitur:

[a] orientem 1. MS. Manuscripti. 2.

Et à dextris germinantes consurrexerunt. Secundam, sequuntur vndecim; Tertiam octodecim nostrorum exemplarium. Hebraicè est עַל־יָמִין פָּרְחָה יְקוּמוּ Difficultas est in voce פָּרַח, quæ à פֶּרַח quod, oriri, germinare, florere, significat, deducta est. Doctores Hebræi ferè puerum intelligunt: Ad dexteram pueri surrexerunt. sensus est, puerorum vnusquisque mihi audet illudere. Scholiastes Hebræus reddidit: In dexteram iuuentus insurgunt. quod est, iuuenes ætate florentes in me insurgunt. atque ad hunc modum Chaldæus paraphrastes: Ad dexteram eum impudentia filij eorum surrexerunt. Græci Interpretes, פרחה, germen transtulerũt, ἐπὶ δεξιῶν ἔλασεν τὰ τέκνα αὐτοῦ. hos Latinus Interpres fortè sequutus est: &, germinis nomine, nascentes seu orientes calamitates intellexit. nam, Hebraicæ dictioni פרחה, & Græcæ ἔλασεν, in nostra tralatione totum hoc *orient. calam. meæ* respondere videtur, hæc, si vera est coniectura, germana nostræ editionis agnoscenda est, vel prima, vel secunda, lectio. Eo autem secunda est probabilior, quòd, libris Græcis (quos quidem vidimus) conformior, & manuscriptis Latinis sit notior. nam, primam, in nostris scriptis non inuenimus; secundam verò, in correctissimis, & in plerisque impressis codicibus. Possit autem eius esse sensus: Statim vt orta est calamitas mea, insurrexerunt in me afflictores mei. Sed, tertia lectio *Ad dext. orientis calamitates meæ il.surr.*, vt plerorumque est manuscriptorum, ita & tractatorum; Richelij, Lyrani, Thomæ, Gregorij, Philippi, Hieronymi; aut eius, cuius ille est commentarius, qui in Hieronymi operibus exstat. Proinde, an Interpres noster, nomine פרחה, Deum qui Oriens appellatur, aut plagam mundi Orientalem, aut quid simile, intellexerit? & *calamitates meæ*, vt sequentis verbi suppositum, addiderit, quærendum est. Epanorthotes, circa huius loci varietates, non aliud habet, quàm, *ad dexteram orientu* legendum.

Brug. Lob. H. K. O. P. &c.

84. C. 33. v. 23. *Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de milibus.*] Pletique codices habent *de similibus*. id quod D. Gregorius & legit & exponit: similiter Hugo Cardinalis, & Glossæ ordinariæ author, qui Gregorium sequuntur. Atqui, nonnulli legunt *de milibus*; ex nostris scriptis, quatuor, Brugense, Busslidianum, & duo ab Hunnæo commodata; ex Parisiensium, tria, Dionysij vtrumq. & Germani paruum, quibus accedunt antiqui codices Epanorthotę. & Typographicę editiones, Complutensis, Basileensis*, Colonensis, Louaniensis, & *Parisiensis. horum exemplarium lectionem, Hebraici, Græci, & Chaldaici libri, constanter concorditerque probant. Eandem tuentur Enarratores, Hieronymus, Philippus, Thomas, Lyranus. & Hieronymi quidem ac Philippi (nam Thomæ & Lyrani commentaria luce sunt clatiora) quibus id monstretur, hæc verba sunt, eadem vtriusque: Si fuerit quispiam sanctorum (&c.) is pro huiusce modi, &c. poterit impetrare: si de multis operibus bonis, quæ operari debuerat, saltem vnum bonum opus eius, &c. valuerit inuenire. Eandem lectionem Epanorthotes adstruit, verbis his: Item F. *Loquens vnus de milibus.* Hebræus & Græcus & antiqui Latini habent *milibus*, & habent *vnus*. Gregorius exponit *de similibus*. tamen in Biblia, qua vsus est, vidi *de milibus*. Sed, fieri facilè potuit, quòd, exemplar illud, cùm in Iob commentaria scriberet, aut non habuerit, aut non consulerit, aut denique consultum neglexerit.

* *ante annos 74.*
* *anni 1557.*

85. C. 36. v. 27. *Qui aufert stillas pluuiæ: & effundit imbres adinstar gurgitum.*] Rursus codicis mendo deceptus Gregorius legit: *Qui aufert stellas pluuiæ.* legendum est enim, *Qui 'aufert' stillas pluuiæ.* sic antiqui codices Epanorthotæ, & F. Dominicanorum: sic plerique nostri libri, cùm typis tum calamis exarati. Sic Hieronymus, Philippus, Thomas, Lyranus: sic postremò, Hebræa, Græca, Chaldæa. Quod autem in Augustini annotationibus legitur: *Et innumerabiles stellæ & pluuiæ*, verisimile est corruptè legi (vt plurima in hoc libro, ipso Augustino teste) legendum autem, vt habent libri Græci: Et numerabiles (ei) stillæ pluuiæ. sic namque exponens subiungit: hoc enim quod homines prædicatores impleuit, euangelium, numerabile est vsque in consummationem sæculi, donec auferatur scientia, quæ ex parte est, vt veniat quod perfectum est facie ad faciem.

* *affert. ex*

L. 2. retract. c. 13.

86. C. 41. v. 14. *Membra carnium eius coherentia sibi: mittet contra eum flumina, & ad locum alium non ferentur.* Quidam codices habent: *Mittet contra eum flumina*; Alij: *Mittet contra eum fulmina**. Vtra germana sit lectio, ex Hebræo non facilè cognosci potest. non enim aliud legitur, quàm יְצוּק עָלָיו. Id quod Hebraicus Scholiastes vertit: Fortis in eo, scilicet, vnaquæque partium carnis eius, id est, cato eius firma & solida est. Septuaginta reddiderunt κατακέκριται ἐπ' αὐτὸν effundit super eum: יצק enim & fundere & roborare significat. Græcos, priori significatione vertentes, noster secutus, interpretatus videtur: *Mittet contra eum* (nam futurum esse intellexit, quod Hebraicus Scholiastes pro participio accipit) & addidisse quod subaudiendum putauit, *fulmina*, aut *flumina*. quocirca, non facilè genuina lectio colligi ex Hebræo potest, nisi quòd, fundi, magis proptiè flumini, quàm fulmini, conueniat. Sed fulmina verisimiliorem reddunt lectionem, & codices & enarratores. Nostrorum enim manuscriptorum, quatuor &

* *& ibunt. &c*

viginti ſcribunt *fulmina*; ſeptem dumtaxat, eaque minùs correcta, *flumina*. Maior quoque exemplarium noſtrorum typis impreſſorum pars, *fulmina* habet. Enarratores, quos vidi, omnes, *fulmina* legunt; D. Hieronymus, Philippus Preſbyter, (nam, qui in V. Bedæ operibus eſt, commentarius, idem eſt) Gregorius Papa, Thomas Aquinas, ordinariæ Gloſſæ author, Nicolaus Lyranus, Hugo Cardinalis, Dionyſius Richelius, Franciſcus Titelmannus. Accedit, quòd fulminibus magis conuenire quàm fluminibus videatur, id quod deinceps Interpres tranſtulit: *Et ad locum alium non ferentur*. Cæterùm, Epanorthotes, legendum dicit: *Et ad locum alium non fertur*. id quod tam fluminum quàm fulminum lectionem probat. nam, vt non ſe mouet loco Leuiathan, eiaculante in eum Deo fulmina: ſic, veriſimile eſt, non moueri loco, mittente in eum Deo flumina, magno in mare impetu labentia. Sic habet Epanorthotes: *Item emittet contra eum flumina, & ad locum alium non fertur*. An ſcriptum ſit *flumina* pro *fulmina*, equidem ignoro: ſed *fertur* rectè ſcriptum, ſubiuncta teſtantur: *Iuxta Hebraum, & antiquos, ſed Gregorius feruntur*. Hebraicè eſt בַּל־יָמוּט non mouebitur: ſimiliter Græcè, οὐ σαλευθήσεται. Ex noſtris Latinis manuſcriptis, duo emendatiſſima, vnum inſignis Cathedralis Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis, alterum D. Hunnæi O litera ſignatum, legunt, cum Epanorthote, *fertur*: ſed Enarratores recenſiti, concorditer, *feruntur* aut *ferentur* exponunt.

NOTATIONES IN LIBRVM PSALMORVM.

87. PSALMI ſecundi verſu ſexto: *Prædicans præceptum eius*. Sic, manuſcripta noſtra vniuerſa, vno demto, legunt, cum impreſſis codicibus, & Latinis enarratoribus, Arnobio, Auguſtino, Ruffino, Caſſiodoro, Beda, Haymone, Remigio, & poſterioribus. Manuſcriptum noſtrum Goticis litteris ſcriptum, Pſalterium Romanum Tornacenſis manuſcripti, & Regius textus, legunt, *Prædicans præceptum Domini*, ſuffragantibus Græcis exemplaribus, Tornacenſi, Latinis litteris ſcripto, Regio, Nebienſi, Aldino, Cheualloniano, Antverpienſi, Baſileenſi, Argentoratenſi ad Vaticana collato, & Pariſienſi ex S. Victoris codice emendato. Sic & in Hieronymi ac Theodoriti commentariis legitur. Cæterùm conſideratis vniuerſis, illa, non hæc, noſtræ editionis lectio eſſe videtur. Eſt autem idem lectionis vtriuſque ſenſus, exprimente id vna, ad quod ſe refert altera: atque ex Hebræo, ad eundem modum lecto, vtraq. profluxiſſe videtur. Dictio namque quæ Hebraicè eſt אַל, duobus modis legi poteſt. aut, eo puncto, quod Hebræis dicitur ſegol, אַל, quomodo Biblia Hebræorum punctis inſignita legunt: aut, eo quod ſeri nuncupatur, אַל, quomodo ſuperioribus lectionibus ſeruiat. atque ea ratione, etiam Hieronymus & Chaldæus paraphraſtes legerunt. Verterunt namque: Annunciabo Dei præceptum. quamquam aliqua Chaldaicæ paraphraſeos exemplaria omittant ראלהא, quod eſt *Dei*.

88. Pſal. 5. v. 9. Latina antigrapha plurima, cum multis Græcis, legunt, *Dirige in conſpectu tuo viam meam*: quomodo & Auguſtinus, Caſſiodorus, Beda, Haymo, & qui in Græcum olim carmen Pſalterium tranſtulit, Apollinaris, legunt. Auguſtinus: In conſpectu, inquit, tuo dirige iter meum, id eſt, vbi nullus hominum videt, quibus credendum non eſt laudantibus aut vituperantibus. non enim vllo modo poſſunt de aliena conſcientia iudicare, in qua iter dirigitur ad Deum. Apollinaris, ἰθυντήριον ἴσσον ἐπ' ὄμμασι σοῖσιν ἀταρπόν. Antiqui autem Latini codices Epanorthotæ, quatuor Pariſienſium, vnus Hentenij, tres noſtri*, habent: *Dirige in conſpectu meo viam tuam*. quæ & Græcorum quorundam codicum, Theodorito teſte, lectio eſt, ac nominatim, Græci exemplaris Vaticanæ Bibliothecæ, id quod, cùm dignitate, tum eruditione & pietate clariſſimus, S. R. E. Cardinalis, D. Gulielmus Sirletus, in ſuis variarum lectionum in Pſalmos annotationibus refert, & noſtra ad Vaticana collatio notat. Eſt etiam Hebraicorum ac Chaldaicorum librorum ſcriptura i veterum quoque tractatorum, Arnobij, Chryſoſtomi & Hieronymi, & Carthuſianorum Brunonis ac Dionyſij, denique ſacrarum virginum Suniæ ac Fretelæ. Et ſanè videri poſſit lectio iſta, quòd minùs intelligeretur, commutata priori. Arnobij verba ſunt: Hunc deducet Dominus in ſua iuſtitia propter inimicos, vt dirigat in conſpectu eius viam ſuam. quare propter inimicos? quia inimici alteram viam oſtendunt, quæ ducit ad mortem. Et propter ipſos hic dirigit viam quæ ducit ad vitam. Chryſoſtomi: Dirige in conſpectu tuo viam meam (ſic enim legitur) hoc eſt, fac mihi eam claram, apertam, notam, vt ea ſit apud me certa & recta. Alius autem Interpres dixit: Complana ante me viam tuam, hoc eſt, redde planam ac facilem. Hieronymi in commentariis verba ſunt (adiuncti enim his authoribus textus aliter legunt.) Propter inimi. meos dirige in conſpectu tuo viam meam. hoc eſt, viam tuam rectam fac, propter inimicos meos, qui inſidiantur mihi (&c.) hoc eſt, ne in ſcripturis tuis, per quas ingredi cupio in Eccleſiam tuam, corruam. Omnis enim qui malè intelligit ſcripturas, in via Dei corruit. Quæ Eu-

* *Brug. Lob. Torn.*

D. Hieronymus lib. 3. aduerſus Pelagianos, Remigius Antiſiodorenſis, Thomas Aquinas, & Ludolphus Carthuſianus, vtriuſque lectionis meminerunt.

thymius Græcus author in hunc locum ſcripſit, priori lectioni ſuffragantur. Propter viſibiles, explanans ait, atque inuiſibiles inimicos meos, qui in ſemitis meis ſcandala ſeminant, & laqueos tendunt, explana quæſo Domine viam meã ad te. ita enim Symmachus reddidit. Sic Euthymius, ſed aliud Symmacho tribuit Hieronymus. ita namque in epiſtola quam de Pſalterij emendatione ad Suniam & Fretelam ſcripſit, habet: Dirige in conſpectu meo viam tuam. pro quo in Græco legitur, κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, dirige in conſpectu tuo viam meam, quod nec Septuaginta habent, nec Aquila, nec Symmachus, nec Theodotio, ſed ſola κοινὴ editio. Denique & in Hebræo ſcriptum ita reperi, הַיְשֶׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ, quod omnes voce ſimili tranſtulerunt: *Dirige in conſpectu meo viam tuam* (&c.) Poſtulat autem Propheta, vt via Domini, quæ per ſe recta eſt, etiam ſibi rectà fiat. Hactenus Hieronymus. Cæterùm, cùm via Domini nobis eſt recta, & via noſtra Deo recta eſt.

Pſal. 13.* *Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſè agebant: venenum aſpidum ſub labiis eorum.* * *Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* * *Contritio & infelicitas in viis eorum: & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum.* Tres iſti verſus, an ad decimumtertiũ Pſalmum pertineant, quæſtio eſt omnimodè cõtrouerſa. aiunt hi, negant alij. partis igitur vtriuſque rationes atque argumenta proferemus. 89.

Ad Pſalmum decimumtertium pertinere, videri ex eo in primis poſſint, quòd ab Apoſtolo in Pſalmi 13ii exemplaribus lecti fuerint: quippe qui, tertio ad Romanos capite, eos, tanquam ex contextu vnius Pſalmi, ſimul deinceps referat. Cauſati enim ſumus, inquit, Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt: Quia non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, & cætera deinceps. Deinde, in vetuſto Anglicanæ Eccleſiæ Hebraico Pſalterio, verſus iſti hoc decimitertij loco habentur. recitantur à R^mo Domino D. Lindano, libro De optimo genere interpretandi ſcripturas. Adhæc, in vtraque Arabica interpretatione, Syra videlicet atque Ægyptia, omnino in 13° Pſalmo leguntur. Author eſt Auguſtinus Iuſtinianus, Epiſcopus Nebienſis. atque hinc conijcit, olim Græcè lectos fuiſſe: illas enim interpretationes, ex Græco deſumtas non dubitat. Et certè, in vetuſtiſſimo Vaticanæ Bibliothecæ Græco codice, legi, Iulius Eugubinus in Nazianzeni Apologeticum ſcribens ſcholia, teſtatur. In Latinis autem codicibus, tam antiquis quàm nouis, conſtanter ſcribuntur: & à Ruffino, Auguſtino, & poſterioribus Pſalmorum Latinis Enarratoribus, agnoſcuntur atque exponuntur. *Rom. 3. b. 8.*

Altera ſententia eorum, qui, tres illos verſus, non eſſe decimitertij Pſalmi exiſtimant, ſuis etiam argumentis probatur. Inprimis, quòd tres iſti verſus, non legantur in Pſalmo 52, qui decimotertio ſimillimus & penè idem eſt. Verùm, non eſt id efficax argumentum, immò verò alterum potius hinc effici videatur. nam, ſi idem eſt cum 13. Pſalmo, cur repetitus eſt? ſed, eſt diſcriminis nonnihil, penultimis verſibus à ſe mutuò diſcrepantibus. Fieri autem potuit, quòd, diuerſis occaſionibus, eoſdem ferè Pſalmos, Dauid decantauerit. Altera ſuccedit ratio, quòd in nullis Hebraicis codicibus, verſus iſti, Pſalmo 13, legantur. Nam, quæ in illo Anglicano Pſalterio leguntur, fictitia & ſuppoſititia eſſe non dubitant, nimirum, quæ nec ſcitè iuxta Hebraicam Grammaticen ſcripta ſint. Quod cùm oſtendere conati ſint quidam, hoc tantùm nos addemus, illud ipſum Pſalterium aſſerere, hos verſus in Hebræo non legi. Suntenim Latinæ quædam annotationes in eius margine adſcriptæ, quæ circa hunc locum hoc habent modo: *Sepulchrum*. Tres iſti verſus in Hebræo non habentur. Apoſtolus autem de Deuteronomio, Pſalterio, & cæteris ſcripturarum locis, hoc teſtimonium texuit. Quid amplius deſideres, quàm teſtimoniũ illius exemplaris, quod refragari exiſtimabatur? Sed, ne fortè dicas, annotationes illas ab indocto quopiam adiectas, qui, quid hoc libro Hebraicè ſcriptũ eſſet aut legere non potuerit, aut non intelligere: In altero margine, Latinã is ipſe ſcripſit explicationem, & quidem Hebraicis dictionibus qualitercunque accommodatam, vt præcedentium & ſubſequentium, ita & iſtorum verſuum. Videtur igitur adeò parui exemplar illud feciſſe, vt, quamuis in eo verſus illos eſſe non ignoraret, non ideò negandum putarit, in Hebræo non haberi. Neque verò iſta ex relatu dico. ipſe deprehendi: exemplar namque illud commodatò nobis miſit, qui eo vtitur, Franc. Raphlengius, Plantini gener. Ex quo id nequeo præterire, quòd, non vt Apoſtolus, habeat, *Venenum aſpidum ſub labiis eorum*, ſed תֻּמְרָתָם לְשׁוֹנָם *ſub lingua eorum*: neq. *Et amaritudine plenum eſt*, ſed וּמָלְאָה *& dolo plenum eſt*: niſi dicas fortè, LXX. duos, ex מְרָמָה πικρίαν tetdidiſſe, Pſalmi decimi verſu 7. Dominus Lindanus tranſcripſit וּמַלְאָה. Alterũ nobis datum eſt, Hebraicum Pſalterium, ex Societatis Ieſu Bibliotheca, illo fortaſſis antiquius, id quod nullum horum verſuum habet veſtigium. Denique, ipſe R^mus D. Lindanus, in antiquiſſimo Portugallicæ Synagogæ Pſalterio, quod magnis ad ſe ſumtibus adferendum curauit, verſus iſtos, 13. Pſalmo, non reperit. *Sunt ferè Hieronymi in commentarijs verba.*

reperit. his addè, quòd, in Chaldaica paraphraſi, non legantur. Inſuper, ab omnibus penè Græcis exemplaribus, prætermittuntur; nec tantùm impreſſis, verumetiam manuſcriptis, Pariſienſi S. Victoris, Tornacenſi S. Martini. Nec Sereniſſimus Dominus Cardinalis Sirletus, in ſuis in Græcum Pſalteriũ Annotationibus, Vaticanis codicibus legi notauit, cùm tamen id præſertim agat, vt vulgatum Græcorum Pſalterium, ex Vaticanis exemplaribus, corrigat. Similiter, neq. illi quidquã annotarunt, qui illuſtriſſimi D. Cardinalis Granuellani iuſſu, Græca Argentoratenſium Biblia, ad Vaticana exemplaria duo, contulerunt. Poſtremò, tres iſti decimitertij Pſalmi verſus, ab antiquis tractatoribus, Arnobio inter Latinos, Chryſoſtomo, Theodorito & Euthymio, inter Græcos, non agnoſcuntur. & quidem additus Arnobio textus legit: ſed Arnobij cõmentarium, ita præterit, vt nec vidiſſe nec nouiſſe videatur: In quo populo, habet, omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti, deuorabant plebem Dei, velut eſcam panis. cætera quæ ſubſequuntur, iis, qui deinceps ſunt, verſibus, ſeruiunt: præcedentia præcedentibus conueniunt. Apollinaris, cùm reliqua huius Pſalmi, carmine reddiderit, hæc duntaxat prætermiſit. Sub finem tamen editionis Pariſienſis, ἐν ταῖς διαφόροις γραφαῖς notatum inuenimus: Ἐργατίνης. μετὰ τοῦτον τὸ στόμα ἐν ἄλλῳ ἀντιγράφῳ εὑρίσκεται ταῦτα: Λαυκαΐνην καὶ τὰ λοιπά. Poſt hunc verſum Ἐργατίνης, in alio exemplari inueniuntur hæc: Λαυκαΐνην & cætera. ſunt autem ea, de quibus eſt controuerſia, ſimili carmine reddita. Caſſiodorus Romanus Senator & Haymo Halberſtattenſis Epiſcopus, exponunt quidem iſta, ſed præmonent, non à Propheta eſſe addita. Caſſiodorus: hi quinque verſus, ait, vſque ad diuiſionem ſecundam, in Hebræis exemplaribus non habentur: ſed, quoniam, in vſum Eccleſiæ, conſuetudine longa recepti ſunt, prout conceſſum fuerit, ſingulos exponemus. Haymo: Sciendum, inquit, quòd Propheta iſtos tres ſequentes verſus in hoc Pſalmo non poſuit: ſed, quia, Apoſtolus, Iudæorum fidem increpans, in epiſtola ad Romanos ita contexuit, Eccleſia autem eius, tamquam & Dauid authoritatem attendens, eius contextionẽ non permutauit. hæc Haymo. Ad id igitur, quod de Apoſtoli citatione adfertur, qui tamquam ex eodem Pſalmo recitat, & eum verſum *Omnes declinauerunt*, & eum *Sepulchrum patens* cum duobus ſequentibus, reſpondent, Apoſtolum, ex diuerſis S. Scripturæ locis, collegiſſe, & in vnam congeriem compoſuiſſe, ea, quæ, de hominum Chriſti gratia non renouatorum, corruptione, ſcripta fuerant. itaque, non ab Apoſtolo ex Pſalmo 13. hæc deſumta, ſed ex Apoſtolo in Pſalmum 13. relata. huius autem ſententiæ patronum atque authorem Hieronymum habent, qui, cùm in huius Pſalmi commentarijs, tum in proœmio libri 16. cõmentariorum in Iſaiam, docet, Apoſtolum, ex diuerſis ſcripturarum locis, teſtimonium hoc texuiſſe. Operæpretium autem fuerit, eius verba ex proœmio illo adſcribere. Euſtochij quæſtio erat: Quomodo verum eſſet, quòd Hieronymus ſcripſerat, Apoſtolos, ea tantùm de 70. interpretibus ponere teſtimonia, quæ cum Hebræo conſonarent, ſi qua autem ab alijs addita ſunt, omnino negligere: cùm 13. Pſalmi octo verſus, qui leguntur in Eccleſiis, & in Hebræo nõ habentur, Apoſtolus Paulus Romanis ſcribens vſurparit? huic quæſtioni Hieronymus his tandẽ reſpondet verbis: Itaq. omnẽ ſcripturam mente perluſtrans, animaduerti, ſicut omnis pænè ad Romanos epiſtola de veteri ſtructa eſt inſtrumento, ſic & hoc teſtimonium de Pſalmis & Eſaia eſſe contextum. Nam duo primi verſus, *Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſè agebant*, quinti Pſalmi ſunt. Illud autem quod ſequitur, *Venenum aſpidum ſub labiis eorum*, centeſimi triceſimiquinti Pſalmi eſt. Rurſumque cùm dicitur, *Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt*, de nono Pſalmo ſumtum eſt. Tres autem verſiculos qui ſequuntur, *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem: Contritio & infelicitas in viis eorum: Et viam pacis non cognouerunt*, in Eſaia Propheta reperi, quos in 16. explanationis eius libro, quem nunc dictare cupio, expoſiturus ſum. Vltimus autem verſus, id eſt, octauus, *Non eſt timor Dei ante oculos eorum*, in triceſimiquinti Pſalmi principio eſt. Nec in hoc cuiquam videatur eſſe diuerſum, ſi, quod in ſuis locis numero dicitur ſingulari, ab Apoſtolo pluraliter dicatur, qui ſcribebat ad plurimos, & in vnum ſenſum multa cogebat exempla. Arbitror ſolutam quæſtionem tuam, & noſtram regulam, ſuper tranſlatione veteris inſtrumenti, concuſſam magis eſſe quàm motam: Et non tam Apoſtolum, de Pſalmo tertiodecimo ſumſiſſe, quod in Hebraico non habetur, quàm eos qui artem contexendarum inter ſe ſcripturarum Apoſtoli neſciebant, quæſiſſe aptum locum, vbi aſſumtum ab eo teſtimonium ponerent, quod abſque authoritate in ſcriptura poſitum non putabant. Denique, omnes Græciæ tractatores, qui nobis eruditionis ſuæ in Pſalmos commentarios reliquerunt, hos verſiculos veru annotant atque prætereunt, liquidò confitentes, in Hebraico non haberi, nec eſſe in 70. interpretibus, ſed in editione vulgata, quæ Græcè κοινὴ dicitur, & in toto orbe diuerſa eſt. Hactenus Hieronymus, qui eandem habet ſententiam, in caput Iſaiæ 59. Hieronymum, præter alios, Beda ſequitur, Actorum Apoſtolicorum primum caput ediſſerens. vbi & ſimile exemplum habet. Quia namque D. Petrus Actorum 1. capite, iunxerat locum centeſimi octaui Pſalmi cum altero ſexageſimioctaui, vt, & Iudæ abiectionem, & Matthiæ electionẽ, Prophetæ teſtimonio adſtrueret: imperitus emendator, totum ex 108. Pſalmo ſumtum eſſe arbitratus, huic addidit, quod illic amplius legit: *fiat habitatio eius deſerta &c.* hoc itaque ſe habent modo partis vtriuſque rationes. Prævalere autem eæ videntur quæ poſterioris ſunt partis; aſſerentis, ſcilicet, verſus illos, non ad 13. Pſalmum pertinere, ſed, ex diuinarum litterarum varijs locis, ab Apoſtolo connexos, ac poſtea ex Apoſtolo Pſalmo 13. adiectos, quòd præcedentes verſus ad eum Pſalmum pertinerent. Porrò, vt Hebræis & Græcis codicibus non adiiciendos eſſe cenſeo, ita Latinis libris, quibus conſtanter leguntur, non ſubtrahendos iudico. Lectionis enim antiquitas, quæ D. D. Auguſtini & Hieronymi præceſſit tempora, & perpetuus Eccleſiæ in templis vſus, ſuo eos loco facilè mouueri, non ſinunt. Expediat autem fortaſſis, obeliſco eos prænotari, quemadmodùm, in his exemplaribus relictum. hoc autem prænotati ſigno, ſi verſus iſti ſcribantur, & lectionis antiquitati, & legentis eruditioni, ſatisfiet. Vnum, propter vetuſtatem, in Eccleſia decantandum eſt: alterum, propter notitiam ſcripturarum, ab eruditis ſciendum eſt. *Pſal.108.a.4.*

Pſal. 15. v. 3. *Sanctis qui ſunt in terra eius mirificauit*. ſic noſtra pleraque exemplaria legunt. Antiqui verò codices Epanorthotæ; cum Brugenſi, & altero P. ſignato, futuro tempore *mirificabit* habent. Priori modo Græci codices ſcribunt, ἐθαυμάσωσεν. ſimiliter, Arnobius, Hieronymus, Ruffinus, Caſſiodorus, Theodoritus, Euthymius, Haymo, Thomas, & Richardus Pampolitanus, exponũt. ad eundem modum Auguſtinus epiſtola 59. ſed addit, vel *mirificet*. In commentarijs, præterito quidem tempore, ſed prima perſona, *mirificaui* legit. id quod & Beda præcipuè exponit, & Bruno Carthuſianus ſequitur. Hebraicè eſt ואדירי. quod, non vt verbum, ſed vt nomen, alij omnes transferunt. Quidam autem אַדִּירֵי pro אַדִּירִים poſitum eſſe arbitrantur. alij regimen eſſe exiſtimant, ſubaudiendumque לֵב aut אֲנָי. LXX. legiſſe videntur יְאִדִּיר in initio quidem dictionis, י pro ו habuiſſe; in fine verò י vt paragogicum aut abundans accepiſſe. Sequitur in libris Græcis *Mirificauit Dominus*. quod & Euthymius agnoſcit: ſed Vaticanus codex Græcus, conſentientibus Hebraicis libris, & Latinis cùm libris tum commentarijs, præterit. *Omnes voluntates meas in eis*. Hieronymus pro *meas* habet *ſuas*, quo modo etiam Arnobius, Euthymius, & Græca antigrapha, legunt. ſic & Auguſtinus epiſtola iam citata: ſed in proprio huius loci commentario, *meas* legit, & in eadem illa epiſtola, paulò pòſt, emendatiores & electioris authoritatis libros, *meas* habere affirmat, id quod Hebræo conforme eſt. 91.

Romanum Pſalterium *inter illos* legit, Gallicum *in eis*. hæc Ruffini & noſtrorum plerorumque exemplarium lectio eſt: illa, Gotici noſtri Pſalterij, textus Hieronymi enarrationibus adſcripti, & Caſſiodori. Vtriuſque meminit Auguſtinus, epiſtola cuius iam ſæpe mentio habita eſt: præfert autem *in eis*, primùm, quòd conuenientius videatur: tum, quòd in pleriſque codicibus ſit: demum, quòd ita Græcè legatur, nempe, ἐν αὐτοῖς. quatquam, ſæpe, vt ait, quòd habet illa lingua *in illis*, noſtri interpretentur *inter illos*, vbi videtur ſententiæ conuenire. Hebraicè conſimiliter eſt, בָּם.

Reddidit autem Hieronymus verſum iſtum ex Hebræo, hoc modo: Sanctis qui in terra ſunt & magnificis, omnis voluntas mea in eis. ad ſimilem modum Neoterici interpretantur.

Pſal. 16. v. 3. *Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. vt non loquatur os meum &c.*] Epanorthotes in hæc verba annotat: *Et non eſt inuenta*. antiqui cum Hebræo, & Hieronymus, non ſubiungunt *in me*. ſatis antiqui habent cum Græco. Ita reperio in omnibus Græcis libris καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. ſimiliter, in noſtris Latinis exemplaribus, &, apud Enarratores Latinos & Græcos, lego. nam, & Hieronymi Cheualloniana editio *in me* habet: quamquam in D. Thomæ commentarijs ſemel prætermittatur. Hebraicè eſt בל תמצא זמתי id quod reddas: Non inuenietur iniquitas mea. hoc autem, idem eſt ac ſi dicas: Non eſt inuenta in me iniquitas. futurum enim pro præterito poſitum eſt. Itaque, nec Hebræo deeſt *in me*. Simili modo neque deeſt Hieronymi ex Hebræo tranſlatione: Et non inueniſti, habet, cogitationes meas non tranſire os meum. ſic enim Regia Biblia legunt. Tria autem noſtra manuſcripta, 3. Iacobi Pſalterium, & operum Hieronymi editio, poſteriorem negationem prætermittunt: Et non inu. cog. meas tranſ. os meum. ſed, habetur in Hebræo. Cæterùm, ſi prior lectio interrogando pronunciandaque ſit; is eſt ſenſus, quem habet poſterior. Diſtinxit autem Hebræum Hieronymus paulò aliter quàm LXX viri, & legit, non תִּמְצָא, ſed תִּמְצָא. Intellexerunt autem vtrique זמתי nomen eſſe; LXX. quidem ſingulare, vt legatur זִמָּתִי; Hieronymus plurale, vt זְמֹתַי legatur. זִמָּה, & cogitationẽ ſignificat, & iniquitatem. Hebraici noſtri libri, זְמֹתַי, ita vt verbum ſit, ſcribunt (ſic veriſimile eſt

Manuſcripti noſtri notatum legit: Et non inueniſti cogitationes meas. Vtinam non tranſiſſet os meum in opus Adam, quam lectionem Ecclaius agnoſcit.

le est Epanorthoten intellexisse) longeque aliter distinguunt; עָרַפְתָּנִי בַּל־תִּמְצָא זַמֹּתִי בַּל־יַעֲבָר־פִּי: id est: Conflasti me, non inuenies: cogitaui; non transibit os meum. futura pro præteritis accipiuntur, daturque sensus istet Examinasti me, sicut igni metalla probari solent, & iniquitatem in me non inuenisti: criminantur me inimici malitiosam & fallacem, ego verò nunquam aliud, quàm quod corde senserim, ore loquutus sum. Chaldæus paraphrastes reddidit: Probasti me; & non inuenisti corruptionem: cogitaui malum, non transiuit os meum.

Ver. Neh.

92. Psal. 16. v. 13. *Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.*] Omnes penè codices nostri *frameam tuam* legunt: quomodo etiam Græci libri ῥομφαίαν σου scribunt: & Apollinaris, φάσγανον ἀμυσσες δυσίων ἐξαίνυσο χειρὸς reddidit. Intelligunt autem per frameam, Ioannes de Turrecremata, Bruno, Remigius, Haymo, Beda, Cassiodorus, Augustinus, Ruffinus, & Hieronymus (istorum enim ista est lectio) Christi animam, quam assumsit æterna Dei virtus, vt per ipsam regna debellaret iniquitatis, & diuideret iustos ab impiis. Animam ergo meam, Christus loquitur, eripe ab inimicis manus tuæ. ita vt sit, sub verbis aliis, præcedentis repetitio. Nonnulli, quorum eadem est lectio, frameam exponunt potestatem impiis à Deo permissam. q. d. Potestatem quam impiis in me concessisti, iam tandem ab eis auser, qui non pro te militare, sed potiùs tibi tuæque potentiæ resistere, proponunt. Huiusmodi ferè Iacobi de Valentia interpretatio est, qui orari intelligit, vt, sacerdotium, sceptrum, omnemque principatum, Deus, à Iudæis Christum persequentibus, auferat. Adfert vtramque expositionem D. Thomas. Romano Psalterio adscribitur lectio, quæ nec Hebræo, nec Græco, conuenit: *Frameam' inimicorum de manu tua.* veruntamen Arnobij fuisse videtur. Eripe, ait, animam meam ab impio, id est, à mortis iugo, & gladium inimicorum de manu tua euelle. Alij libri, non quarto casu *frameam tuam*, sed sexto *framea tua* legunt. Sic, Correctoris antiqui codices. sic, inter nostros, Brugensis D. Donatiani. hoc modo, conciliatum Iacobi Psalterium habet: eodem, Psalterium R^mi D. Lindani industria emendatum, scribit. Atque huic lectioni, Græcus author Euthymius suffragatur. non enim ῥομφαίαν, vt nostra Græca exemplaria, sed ῥομφαίᾳ legit, quod & Interpres in margine notat, & Commentarius ipse loquitur. Tua, habet, framea, hoc est, tuo telo, libera animam meam ab impio Saul, atque eius sociis, qui electioni tuæ de me factæ tamquam inimici aduersantur. Hunc sensum & Theodoritus probat: Me autem, exponens ait, ab illorum insidiis libera, tuo gladio contra eos vtens. Sic enim Symmachus dixit: In gladio tuo. Hæc ille. Possit autem etiam intelligi lectio ista, ita vt Appositio sit, *ab impio framea tua.* Vtitur enim impiis hominibus Deus, vt armis, ad improborum scelera punienda, & piorum virtutem exercendam. Hinc Assyriorum rex, virga furoris Dei appellatur. huc facit, quod testatur Corrector, Græcos quosdam codices genitiuo legere. ita namq. sit Appositio, ἀπὸ ἀσεβοῦς ῥομφαίας σου. Similiter, ex Hebræo, Hieronymus, & post eũ alij, vertũt: Ab impio qui est gladius tuus. Porrò anceps est Hebræum, ita vt, & Appositio intelligi possit, & ablatiuus instrumenti, & verti, quemadmodum prior habet lectio, *Frameam tuam.* Nonnulli quoque vertunt primo casu *Gladius tuus* seu *framea tua.* q. d. propheta: Eripere tuum est, tuus quoque est gladius: mors & vita in tua sunt potestate. Chaldæi paraphrasis est: Eripe animam meam ab impio, qui meretur interfici gladio tuo. Quod sequitur, *Ab inimic.m.t.* Hebræi, in sequentis versus caput, separant.

Esa.10.a.5.

93. Psal. 16. v. 14. Quod Hebraicè est יְשִׂבְעוּ בָנִים, vt variè ab interpretibus vertitur: ita variè in vulgatæ editionis codicibus Latinis legitur. Quidam interpretantur, *Saturati sunt filij*, ex neotericis quidem nonnulli, ex veteribus autem Symmachus, Theodorito teste, itaque nouem nostrorum Latinorum manuscriptorum habent: & sensus est: Bonis thesauri tui, ipsi implentur, filij saturantur, & nepotes, eorum quæ parentum libidini superfuerunt hæreditate, ditantur. An & ipse Theodoritus ad hunc modum Græcè legerit, quamuis ita habeat textus, dubitari non immeritò possit. Cur enim Symmachi explanationem adferat? Alij transferunt: *Saturati sunt filiis*, Hieronymus, Pratensis, & alij. quo modo pleraque vulgatæ editionis exemplaria scribunt: & Tractatores complures legunt. estque Græcorum codicum lectio ἐχορτάσθησαν υἱῶν, id quod υἱῶν scribunt quidam. Olim nonnulli Græcorum librorum υἱῶν scripserunt, qui fuit & exemplarium, quibus Euthymius vsus est, error. Hinc Apollinaris πλησθέντες σιάλων carmine vertit: & Arnobius ac Cassiodorus, *saturati sunt porcina*, legunt atque exponunt. atque ea est lectio Psalterij nostri Goticè scripti: quo ex loco, vt & aliis non paucis, conijcere licet, illud, non vulgatæ editionis, sed alterius exemplar esse. Hunc certè locum, eo legit modo, quo Romanum Psalterium: Saturati sunt porcina, & reliquerunt quæ superfuerunt paruulis suis. D. Hieronymus in commentariis, vtramque lectionem *porcina* & *filiis*, adfert & explicat: Iudæi, ait, saturati sunt, quia multiplicati sunt in procreatione filiorum & in rebus sæculi. Quando dicit *saturati sunt porcina*, hoc Iudæorum immunditiam designat. Meminit vtriusque lectionis etiam Augustinus, non tantùm in proprio commentario, verumetiam epistola ad Paulinum 59. quo loco lectionem *filiis* præfert; in quam sententiam etiam Euthymius propendet. dubitare autẽ non potest, qui Hebræa consuluerit, de sententiæ huius veritate, non υἱῶν sed ὑῶν legendum. Cæterùm, etiam ij codices qui υἱῶν seu *porcina* legerunt (ὗες enim porci sues q. dicuntur) posteriori Latinorũ lectioni, *Saturati sunt filiis*, adstipulantur. Quod pro altera lectione faciat, est, antiquiores codices, vt Epanorthotes ait, *filij* legere. sed id nos in nostris codicibus obseruare, aut ex Tractatoribus colligere, non potuimus.

94. Psal. 17. v. 49. *Et ab insurgentibus in me exaltabis me.*] Coniunctionem & præmittunt antiqui codices Epanorthotæ, &, inter nostros, cùm antiquitate tum integritate præstantissimus D. Donatiani codex, cum Regio textu, & Cassiodoro, atque Augustino, Romano quoque Psalterio Lobiensis & Tornacensis exemplarium. Gallicum autem Lobiensis exemplaris Psalterium, & Brunonis Herbipolensis textus, asteriſco notatam addunt. A Græcis exemplaribus præteritur. Nec immeritò, vt videtur. pendet enim ex hoc versu, præcedentis sententia, præsertim vt Latinè & Græcè legitur: *Deus qui das vind. mihi, & subdis pop. sub me, liberator meus de inimi. meis iracundis, ab insurg. in me exalt. me.* nisi intelligas: *Deus* tu es *qui das vind. mihi, &c.* tu es *liberator meus, &c. Et ab insurg. in me exalta me.* Hebraicè legitur אַף, quod est, *etiam*: Etiam præ insurg. in me exalt. me.

95. Psal. 18. v. 14. *Et ab alienis parce seruo tuo.*] *Alienis*, an ad dæmones, homines, vel vtrosque, an ad peccata, referendum sit, vt ex Latina voce constare non potest, ita neque ex Græca. Hebraicè est זֵדִים, quod Pagninus quidem *à superbis* vertit, vt sit substantiui nominis forma: Hieronymus autem *à superbis*, vt sit adiectiui nominis יי pluralis numerus. Græci vna littera discrepante legerunt מזרים. est enim earum litterarum similitudo maxima. Id autem omnino ad personas referendum videtur. quamobrem, etiam id quod reddiderunt ἀπὸ ἀλλοτρίων, seu, *ab alienis*, ad personas referendum, vt Theodoritus refert, fit verisimile. Latinus quoque Interpres eôdem se retulisse significat, dum, quod Græcè sequitur, ἐὰν μή μου κατακυσιεύσωσι, transtulit, Si mei non fuerint dominati. sic enim Latini codices legunt, vt sensus sit: Custodi obsecro seruum tuum, ab his qui per superbiam à te sunt alieni, ne prauis eorum suggestionibus in vitia pertrahar. Nam etsi oppugnare me non desistant, si, custode tua gratia, non expugnauerint, ita vt iuxta eorum consilia vitiis seruiam, immaculatus, hoc est, à grauibus peccatis liber ero. Porrò, conijciunt quidam, *dominata* Latinè legendum esse. conijciunt autem ex veterum commentariis. Non paucos enim veterum expositorum (quamquam eorum commentariis additi textus, *dominati*, ferè legant) cùm ad peccata manifestè referant, *dominata* legisse, dubium esse vix potest. Arnobius ad hunc commentatur modum: Et ab alienis peccatis, quibus adulando fomitem exhibemus, parce seruo tuo, quia si in me per adulationem non fuerint 'dominati', tunc immaculatus ero. Ruffinus: non ait, inquit, si non fuerint in me delicta: sed, si mei, inquit, non fuerint 'dominati'. Impossibile est enim hominẽ esse sine peccato, quamdiu mortaliter viuit, &c. Clarior est Hieronymi commentarius: Si ista peccata non fuerint mihi dominata, tunc ero immaculatus. Nec minùs clarus est Augustini: Si mei non fuerint dominata occulta mea & aliena peccata, tunc immaculatus ero. ad eundem modum, in altera Psalmi expositione, scripsit: vbi, etiam qui profertur scripturæ textus, semel & iterum *dominata* seruat. Græcus quoque enarrator Euthymius, de peccatis intelligit: Si hæc, exponens ait, peccata me non vicerint, tunc perfectionem assequar. Id enim optimè Græci textus verba patiuntur, quæ ex se planè ambigua sunt, tam hoc, quàm præcedenti versiculo. Verùm, si Græci Interpretes, quod Hebraicè legerunt מְזֵדִים, ad personas, vt videri potest, retulerint: non solùm istud ἀπὸ ἀλλοτρίων, verumetiam quod sequitur, ἐὰν μή μου κατακυσιεύσωσι, ad personas referendum erit: & Latinè transferendum, non *Si mei non fu. dominata*, sed *Si mei non fu. dominati*. Atque hoc modo, vulgatæ editionis Psalterio, conspirantia, quæ quidem vidimus exemplaria, legi volunt: quibus Beda consentiens; Relatio, inquit, hîc fit, non ad voces, sed ad significatum. Si hostes isti, id est, occulta vitia & aliena, non fuerint dominati mei, &c. Augustino autem, &, qui eum præcesserunt, Latinis Tractatoribus, non eadem fuit Psalterij editio. Sed inueni etiam posteriores quosdam, ad peccata seu delicta retulisse, neque sub affectuum, aut defectuum, aut hostium, expresso nomine. Quinimò Brunonis Carthusiani manifesta est lectio: *Si mei non fuerint dominata*. postea tamen addit: vel sic: *Si inimici mei*, id est, delicta quæ prædixi, *non fuerint dominati mei*. Petrus Lombardus, Richardus Pampolitanus, Hugo Carensis, postquam exposuerunt *dominati*, subiungunt: Vel *dominata* secundum aliam litteram, occulta, scilicet, & aliena peccata vel delicta.

*dominata,

*dominata.

96. Psal. 21. v. 20. *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me.* sic, in Latinis codicibus compluribus, & Romano Psalterio, legitur. similiter, in exemplaribus Græcis. σὺ δὲ κύριε μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ. ad eundem modum, in Euthymij commentarijs. Manuscripta

scripta autem, Parisiensium quatuor, Hentenij 7, nostra 6, & antiqua Epanorthotæ, transfodiunt *à me*. id quod nec legitur in Gallico Psalterio. In commentariis Hieronymi, vt Parisiis edita sunt, legitur: vt autem in Francisci de Puteo Cathena citantur, omittitur. In Augustini in hunc Psalmum enarrationibus, priori additur, posteriori tollitur. In eiusdem epistola 120, cap. 16, omittitur. In Hebræo non est. itaq., Parisiensibus, in Biblijs anno 1557 excusis, omittere visum fuit, ac scribere: *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum.* atque hoc modo, & Colonien sis editio anni 1479, quæ est in Collegij nostri Houterle Bibliotheca, scripsit. Moguntina, quæ hanc annis septem præcessit, quam nobis Atrebatense Collegium subministrauit, habet: *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium meum.* sic etiam Gallicum Lobiensis codicis Psalterium, & Brunonis Herbipolensis Episcopi Textus, legunt. ea quæ, Hebræo planè conformis est, lectio. Fortassis autem, quod Interpres vertit *auxilium meum*, alij mutauerunt in *auxilium tuum*, alij in *auxilium à me* (sic enim in Iansenij commentariis lego) alij denique vtrumque *tuum* & *à me* coniunxerunt: *Auxilium tuum à me.* Dicitis, scribit Suniæ & Fretelæ Hieronymus, inuenisse vos *meum* (recitauerat *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum*) quod, & verum est, & ita corrigendum. Neque enim, si quid scriptorum est errore mutatum, stulta debemus contentione defendere.

97. Psal. 21. v. 32. *Et annunciabunt cæli iustitiam eius.* Plerisque in Latinis codicibus vox illa *cæli* additur. similiter, à plerisque Latinis Tractatoribus, exponitur; Hieronymo, Ruffino, Augustino, Cassiodoro, Beda, Haymone, Remigio, Thoma, Brunone, & posterioribus proletarijs. D. Augustinus, *Et annunciabunt*, habet, *cæli iustitiam eius.* Et annunciabunt Euangelistæ iustitiam eius. S. Hieronymus: *Annunciabunt cæli iustitiam eius*, hoc est, Apostoli vel Doctores. hos reliqui sequuntur, aut saltem conformiter interpretantur. Porro, sunt nostræ editionis vetusta quædam exemplaria, quæ τὸ *cæli* omittant, legantque duntaxat: *Et annunciabunt iustitiam eius.* sic, duo ex nostris, Brugense D. Donatiani, & Lobiense S. Petri; aliquot D. Lindani; quatuor Parisiensium; antiqua Epanorthotæ. his constanter volunt, Hebraici, Græci, Chaldaici, libri: Expositores etiam Euthymius & Theodoritus. Mirum itaque est, in Græco Apollinaris Psalterio legi, κεχυνοὶ ἐυδικίην ἀχαιΐην ἐρέουσι θεοῦ λαῷ ἀεξομένῳ. sed additum ab eo esse κεχυνοὶ, carminis gratia, verisimile est, quòd existimaret id subaudiri posse, præsertim, cùm Latinis quibusdã codicibus adderetur. Porro, vt in Latinis quibusdam codicibus non legitur; ita à quibusdam Latinis enarratoribus non agnoscitur. Inter hos Arnobius est, quod eius verba clarum efficiant, non enim respondet commentario textus. Semen verò nostrum, inquit, ipsi seruiat in castificatione continentiæ, vt annunciemus Domino generationem venturam, id est, futuram sanctorum gloriam cogitemus: Et annũciemus iustitiam Dei fratribus ac filiis ætate, & omni populo qui nascetur, quem fecit Dominus Deus noster. D. Augustinus; quamquam in octaui tomi commentariis legere & exponere videatur; in secundi tomi enarratione nec legit nec exponit. nam, epistolæ 120, qua hunc Psalmum, inter alia, Honorato explicuit, capite 30: Illud autem, habet, quod sequitur: Et annunciabunt iustitiam eius, populo qui nascetur, quem fecit Dominus, superioris sensus est. Nam quod ibi dictum est: Annunciabitur Domino generatio ventura: hîc est dictum: hæc annunciabit iustitiam eius &c. Rursus capite 35. similiter recitat. Itaque R^mus D. Lindanus, in eo quod à se correctum edidit, Psalterio, & R^mus D. Iansenius, in textu, quem paraphrasi suæ adscripsit, τὸ *cæli* prætermiserunt. cuius sententiæ est & Epanorthotes noster: Item g. habet: & annunciabũt iustitiam eius. Hebræus, & antiqui, & Hieronymus, non habent *cæli* (Hieronymi intelligit ex Hebræo translationem) neque Græcus. Notandum autem, quoniam si fuisset alibi de translatione, licet superfluum, Hieronymus obelo prænotasset. & in antiquis nullum obelum inuenis. his subnectenda sunt quæ Iacobus annotat: Vltimo versu, vbi passim legitur. *Et annunc. cæli iust. eius; cæli* neque ex Græco neque ex Hebræo inuenitur: neque Gallici Psalterij particula est, vt intueri licet ex vetustis codicibus: & in Psalterio Romano Hieronymus obelo confodit. Hæc ille. Videtur autem D. Iansenio, vox illa adiecta, vt verbum *annunciabunt* haberet suppositum, cùm suppositum eus sit *generatio ventura*. Sumta videri possit ex Psalmi 49. sexto versu, qui, priore sui parte, huic persimilis est: *Et annunciabunt cæli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est.* Psalmo item 96. legitur: *Annunciauerunt cæli iustitiam eius, & vid. om. pop. gl. eius.*

In Tornacensi typis Gallicis Psalterijs, &c. id præteritur.

Psal.96.a.6.

98. Psal. 26. v. 4. *Vt videam voluntatem Domini.* Ad hunc modum legunt vniuersa nostra Latina scripta, cum Latinis Tractatoribus, Arnobio, Hieronymo, Cassiodoro, Beda, Haymone, Remigio, Thoma Aq., Hugone de S. Victore, & alijs. Arnobius: Vnum, inquit, hoc est quod postulo Dominum, & hoc requiro, vt videã quid placeat Domino, sciam voluntatem eius, & videam protegi templum eius. Hieronymus: Vt videam voluntatem Domini, id est, dilectionem Dei, vt illud, Videbimus eum sicuti est, sed hîc per speculum. Sunt verò alij quidam Latini codices, qui vna mutata littera scribant, *Vt videam voluptatem Domini*; Suessionien sis exemplar (id quod ex Parisiensium fide in Bibliorum margine notatum est) & Psalterium R^mi D. Lindani opera castigatum. Adstipulatur his Romanum Missale, quod iam recens Pontificis Maximi Pij quinti iussu est editum. hoc enim eius Graduale est, in officio sextæ feriæ, Cineralia festa sequentis: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, vt videam voluptatem Domini †, & protegar à templo sancto eius. huic scripturæ, inter Latinos Patres, S. Augustinus suffragatur. eius enim lectio est: vt contempler delectationem Domini; expositio: Ecce quod amo, ecce quare volo habitare in domo Domini per omnes dies vitæ meæ. habet ibi magnum, delectationem ipsius Domini contemplari. Similia verba Ruffinus habet.

Lectio ista Romano & veteri Psalterio propria est, ex Græco corrupto, imò fidiculta, deducta.

In hac Latinorum varietate, si, ex Græcis & Hebraicis libris, ferenda sententia est, posterior scriptura probanda, prior erronea iudicanda est. Est enim Græcè τὸ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα* κυρίου· τερπνότης, voluptatem, delectationem, iucunditatem, non voluntatem denotat. Psalmi 15. versu 11. Interpres noster *delectationes* transtulit. eiusdem significationis est τέρψις, quo Apollinaris vtitur. Hebraicè est לַחֲזוֹת בְּנֹעַם יְהוָה: Noam, decorem, pulchritudinem, iucunditatem, designat. Hinc vertit Hieronymus: Vt videam pulchritudinem Domini; Felix, iucunditatem; Nonnulli, amœnitatem; Chaldæus בְּסִימוּתָא, hoc est, dulcedinem. quæ omnia, aut cum voluptate idem signant, aut ad voluptatem spectant. quinetiam, voluptatem transtulit quidam. Complures itaque ætatis nostræ scriptores, *voluptatem*, non *voluntatem*, legendũ censuerunt: Pagninus*, Iansenius, Bredembachius, Folengius, Eugubinus, Varlenius. Neque enim ea est Græcis & Hebræis, quæ Latinis, vocum vicinitas, ea quæ errori occasionem dedisse videtur, vel quòd scribæ, *voluntatem* pro *voluptatem*, vt sua sæpe perfunctorie agunt, legerint (nam & aliis quibusdam Scripturæ locis voces istæ varietatem effecerunt) vel quòd *voluntatem* emendandum iudicarint, quia id conuenientius videretur. Minimè verò, aut probandus est error, quia constans est; aut recipiendus, quia antiquus.

* delectationem 1 MS.

In Thesauro linguæ sanctæ

99. Psal. 36. v. 21. *Mutuabitur peccator & non soluet: iustus autem miseretur & tribuet.*] Exemplaria, Regium Goticum, & S. Germani argenteum, cum Psalterio Romano, legunt præsenti tempore *mutuatur*, conformiter Ambrosio & Cassiodoro, necnon Augustino, qui, cum veteri Psalterio, *fœneratur* habet; & consentaneè Græco, Hebræo & Chaldæo. δανείζεται est Græcè, לֹוֶה Hebraicè, מוֹשִׁיךְ Chaldaicè. Ad hunc proinde modum, Psalteria sua emendarunt, Iacobus, Lindanus, & Iansenius. Sed Bruno Carthusiæ patriarcha, vrget, premitque, *mutuabitur* dictum, non *mutuatur*: neque ego in nostræ editionis libris *mutuatur* inueni. nã qui iam nominati sunt, vulgatæ editionis non sunt: quamquam ignotus mihi sit argenteus ille Parisiensium. *Mutuatur* igitur vel *mutuabitur peccator, & non soluet.* Psalteria vetus & Romanum, quodque Romani Psalterij exemplar esse videtur, Goticum, similiter Chaldææ paraphrasi, scribunt *soluit*, quæ & Ambrosij atque Augustini lectio fuisse videtur. sed, futurum est, vt Gallico Psalterio & plerisque Bibliorum manuscriptis exemplaribus; ita & Græcis atque Hebraicis libris, illis ἀποτίσει, his יְשַׁלֵּם legitur. Quamobrem, D. Iansenio, futurum non videtur mutandum esse; immò verò, huius futuri occasione, reliqua istius versus verba, in futurum esse mutata. Nam & quod sequitur, *Iustus autem miseretur & tribuet*, præsenti tempore legi mallet *tribuit*. sic enim; id quod testatur; in quibusdam nostris libris habetur. nos sanè, in Gallico Lobiensis exemplaris Psalterio inuenimus. sic D. Ambrosius, & à Iacobo castigatum Psalterium, legunt: estque Græcè & Hebraicè præsens tempus. δίδωσιν, נוֹתֵן: & veteri Psalterio ac Romano, nostroque Goticis literis scripto, eodem tempore *commodat* legitur, quæ lectione, Tractatores, Hieronymus, Augustinus & Cassiodorus, atque Origenis Interpres, vtuntur. Chaldaicè est יהב, quod, &, ita vt præsentis temporis sit, יִתֵּן scribi potest, &, ita vt futuri, יִתֵּן. Manuscriptum nostrum H signatum legit *retribuit*; plurima *retribuet*; sed perperàm. Legendum est enim vel *tribuit*, quod & Bredembachius probat, vel *tribuet*. *Tribuet* antiquorum codicum scripturam esse, Epanorthotes affirmat.

Psal. 39. v. 6. *Multiplicati sunt super numerum.* ea est frequentior Latinorum codicum, & quidem omnium nostrorum manuscriptorum, lectio. est & Tractatorum, Arnobij, Hieronymi, Ruffini, Augustini, Cassiodori, Bedæ, Haymonis, Brunonis, Iohannis de Turre cremata, Petri Lombardi Parisiensis Episcopi, Thomæ Aquinatis, & Richardi Pampolitani Eremitæ. Nobilis est expositio Augustini, credentes electorum numerum superasse. Quidam libri, D. Iansenio teste, legunt: *Multiplicatæ sunt* (nos id in Isidori Clarij Biblijs vidimus) ita vt ad Dei cogitationes referatur, de quibus antecedit: *Et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi*: q. d. Propheta: Mirabiles prouidentiæ tuæ cogitationes, quas prædicare & celebrare volui, numero maiores esse deprehendi. D. Lindani Psalterium legit: *Multiplicata sunt*. id quod ad mirabilia referendum est, de quibus statim Propheta dixerat: multa feci tu Domine Deus meus mirabilia tua.

100.

Vt fertur Iohannis Scoti declaratio nem

tua. Eò referunt, Chrysostomus, Theodoritus, & Euthymius, Græci enarratores. Numerum; ait Chrysostomus in priori explanatione; & omnem narrationem superant miracula quæ à tua potentia facta sunt, &c. Sed & Apollinaris, ἀγγέλων κατέλεξε τάγμα πλέον εἴκοσι δεκάδων. hoc modo Latinis codicibus legendum, Lyranus & Iacobus conjiciunt. Vox Græca ἐπαθρώθησαν, & Hebræa עֲצָמוֹ, ambiguæ sunt, nulli generi adstrictæ, ita vt prædictas tres lectiones ex æquo patiantur. Sed Interpretes ita ferè vertunt, vt ad Dei mirabilia referantur. Hieronymus ex Hebræo: *Plura sunt quàm vt narrari queant.* Theodoriti interpres ex Græco: Multiplicata sunt super numerum. Quò etiam primam lectionem quidam referunt, subaudientes effectus mirabilium Dei, aut sermones & libros qui ad enarranda Dei mirabilia habiti & conscripti sunt.

101. Psal. 39. v. 9. *Et legem tuam in medio cordis mei.*] Latinorum librorum quidam legunt, *in medio ventris mei*; alij *in medio cordis mei.* vtriusque lectionis D. Ambrosius meminit. Prior Græcorum est codicum, & Græcorum Enarratorum, Chrysostomi, Theodoriti atq. Euthymij. Posterior, Tractatorum, Arnobij, Hieronymi, Ruffini, Augustini, Cassiodori, Haymonis, Remigij, & eorũ qui ætate sunt inferiores. quam etiam in suis Latinis codicibus habuere, Sunia & Fretela, quibus sic scripsit Hieronymus: *Legem tuam in medio cordis mei*, pro quo in Græco vos comperisse dicitis, τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου: quod in Hebræo scriptum est בְּתוֹךְ מֵעָי, sed propter euphoniam apud Latinos *in corde* translatum est, & tamen non debemus subtrahere quod verum est. Sic Hieronymus. Hanc proinde nostræ editionis genuinam existimem esse lectionem, *in medio cordis mei*: cùm etiam omnium penè sit exemplarium, eaque ferè, in quibus altera habetur lectio, nostræ editionis vulgatæ non sint; nempe, Hieronymi ex Hebræo translatio, Romanum Iacobi Psalterium, Latinus Regiorum Bibliorum textus (is enim est ex Complutensi expressus, qui, in Psalmorum libro, inter Græci textus lineas collocatus, ei planè fuit accommodatus) quanquam non satis meminerim, quod sit manuscriptum illud, quod in Bibliis signatum est: sed ex illorum aliquo verisimile est, descriptum aut mutatum esse. Adhæc Beda, illo exposito *in medio cordis mei*: habet, inquit, alia translatio: *In medio ventris mei.* Iuxta quod, &c. Conijcit D. Iansenius, pro κοιλίας, καρδίας ab interprete nostro lectum. siue autem hoc, siue illo modo, siue *cordis*, siue *ventris* legas, eôdem sensus redit. immò Euthymius, in medio ventris mei, positum intelligit, pro, ex corde atq. ex tota anima mea: vt sit sensus: Volui adimplere ex toto corde meo legem tuam. Cæterùm, D. Hieronymi iam producta verba, *ventris* vocabulum magis Hebrææ voci respondere significãt: atq. ita ipse transtulit, cum hoc, tum aliis in locis. Pagninus autem docet ex Camhio, nomine מֵעַי, omnia membra comprehendi, etiam cor, ideoque nonnumquam pro corde accipi. Insigniter Apollinaris hunc locum suo carmine explicuit: καὶ σὸν μεσατίῳ ἐνέφυλιν ἐν σήθεϊ θεσμόν: Atque tuam medio ponebam in pectore legem.

102. Psal. 40. v. 7. *Vana loquebatur.* ea est Latinorum & codicum & enarratorum vulgata lectio. Exemplar autem D. Donatiani, & alterum M. N. Hunnæi P signatum, legunt, *Variè loquebatur*: quomodo & antiqui Epanorthotę codices habent. Atque his consonum est, quod Græcè legitur, ματὴν ἐλάλει. Fortè igitur ista nostræ editionis lectio est: altera ex veteri aut Romano Psalterio desumta. Vtroque autem modo Hebræam vocem שָׁוְא liceat vertere; nam & שֶׁקֶר & תֹּהַּ significat. Quod sequitur, *Cor eius*, præcedentibus iungunt, Hieronymus, Augustinus, Beda, quæ etiam non paucorum codicum distinctio est. Porrò, Ambrosius Mediolanensis, Ruffinus Aquilensis, Remigius Antissiodorensis, & alij, sequentibus nectunt, *Cor eius congreg. iniq. sibi.* Neutra distinctio reijcienda est: sed, priorem Euthymius præfert. Coacti sunt autem, Hieronymus & Augustinus, priorem amplecti, quòd numero multitudinis legant: *Et ingrediebantur vt viderent, vana locutum est cor eorum, congregauerunt iniquitatem sibi. Egrediebantur foras, & loquebantur in idipsum.* nempè cum veteri Psalterio, cui Romanum & Goticum consentiunt. Sed singulari hæc leguntur numero, Hebræis, Græcis & Latinis nostræ editionis, codicibus, quos D. Ambrosius sequitur.

* si Hieron. L Gg. H. C. Cassiodorus similiter legit.

103. Psal. 41. v. 7. Plerique hodie Latini codices, suffragantibus libris Græcis, & Tractatoribus, Ruffino, Beda, Haymone, Brunone, Hugone de S. Victore, & Ioanne de Turre cremata, legunt: *Salutare vultus mei & Deus meus.* Manuscripta verò, Brugense, Lobiense, & Tornacense, ac Moguntinensis editio, consentientibus Epanorthotæ codicibus, habent: *Salutare vultus mei Deus meus*: prætermissa nempè coniunctione. quæ, etiam D. Augustini, Cassiodori, & veteris Psalterij, lectio est. Illam, in Græcis; hanc, in Latinis, sui temporis codicibus, Sunia & Fretela repererunt. à quibus de varietate ista consultus Hieronymus, respondit: Sciendum est, hoc in isto Psalmo bis inueniri; & in primo positum esse, *Salutare vultus mei Deus meus.* in secundo autem, id est, in fine ipsius Psalmi, *Salutare vultus mei & Deus meus*, ita dumtaxat, vt & coniunctio, de Hebræo & Theodotione, sub asteriscо addita sit. Itaque, Hieronymi sententia est, versu istius Psalmi sexto, ἀσωσέτως legendum, *Salutare vultus mei Deus meus.* Verumenimuerò, cùm Græcis libris coniunctio constanter legatur, &, *vultus mei* concorditer scribatur: videri possit, 72 viros, hoc loco Hebraicè legisse, vt in psalmi fine, פְּנֵי וֵאלֹהָי, hoc est, vultus mei & Deus meus. Hieronymus, cum Hebræis, hoc loco legit פְּנֵי אֱלֹהָי, in fine autem psalmi פְּנֵי וֵאלֹהָי, quorum illud significat *vultus eius Deus meus*; hoc, *vultus mei & Deus meus.* Illam verò prioris loci lectionem, Hebræi ita diuidunt, vt prior dictio sit sexti versus finis; posterior, septimi initium. Hinc vertit Hieronymus: Quia adhuc confitebor ei salutaribus vultus eius. Deus meus in meipso, &c. Alij: Quia ad conf. ei propter salutes faciei eius; vel, quum salutes sint in conspectu eius. Deus mi in me, &c. Sed nõ minùs verisimiliter, LXXII, sexto hoc versu ita legunt, distinguuntque, vt vltimo, σῶ ἐμοῦ ἐστὶν τὸ σωτήριόν μου, *vultus mei & Deus meus* (quanquam, vltimo versu, antiqui Latini codices, coniunctionem asteriscо notent, vt Hieronymus monuit: & exemplar Græcum Bibliothecæ Vaticanæ prætermittat, vt collator signauit.) Vltimus enim versus, sexti repetitio est, verbis, non tantùm sententia, omnino respondens, præterquam quòd מַה, id est, *quare*, repetat. quod tamen, contra alios codices, vnus Anglicanus, etiam sexto versu repetit וּמַה תֶּהֱמִי, conformiter quidem Græcis Latinisque libris: verùm, ex Hebræo Hieronymus non reddidit, si emendatioribus codicibus fides habetur: &, in Latinorum Psalterio, vt Hebræis superfluum, obelo prænotatit, si Lobiensi exemplari creditur. Chaldæus etiam non addidit. Videtur autem Chaldæus Paraphrastes vtrobique legisse פְּנֵי אֱלֹהָי. Nam, & sexto & vltimo versu, similiter reddidit בְּפוּרְקָנָא דְּקֳדָמוֹהִי propter salutem quæ est à præsentia eius. additidq. vltimo versu אֱרוֹם הוּא אֱלֹהָי quoniam ipse Deus meus; sexto autem, seruauit, quam diximus, Hebræorum distinctionem. In sequenti quoque psalmo, quem etiam iste finit versus; cùm omnes alij, Hebræi, Græci, Latini, legant, פְּנֵי וֵאלֹהָי; Chaldæus eo modo trãstulit, quo hoc in psalmo, בְּפוּרְקָנָא דְּקֳדָמוֹהִי אֱרוֹם הוּא אֱלֹהָי. id quod esse videtur, ex פְּנֵי אֱלֹהָי.

Vat. יתי ך תשע

יפורקניה Vat. יתי Ven. ך Nel. יתוני תשע

104. Psal. 43. v. 10. *Et non egredieris Deus in virtutibus nostris.*] Vocula *Deus*, ab his legitur, ab his tollitur. Legitur à multis Latinis, multis Græcis codicibus; & Tractatoribus, Ambrosio, Augustino, Cassiodoro, Lombardo, Brunone. Tollitur à tredecim Latinis exemplaribus, in Bibliorum margine annotatis, quorum quædam sunt D. Lindani, quædam Hentenij, quædam Parisiensium, quædam Epanorthotæ. notat enim Epanorthotes, antiquos suos codices non interponere *Deus.* His addo alia non pauca antigrapha, codicem Brugensem Cathedralis Ecclesiæ D. Donatiani, exemplar Louaniense Societatis Iesu, Hunnæi scriptum P. notatum, Remigij & Richelij commentariis adiunctos textus, Biblia Collegij nostri Houterle anno 1479. excusa, Latinum Nebiensis Psalterium, adhæc Gallicum Psalterium, ac denique Brunonis Episcopi textũ, à quo præfixo obelo iugulatur. Tollitur vox eadem ab emendatioribus Græcorum libris, doctissimo atque Illustrissimo Cardinali Sirleto teste, ac nominatim Vaticanæ Bibliothecæ exemplari, & translatione Symmachi, quam Euthymius profert, atque ea, quam Chrysostomus recitat. Hebraicis etiam in libris minimè legitur. Ruffinus, Beda, Haymo, Enarratores, omittunt: Theodoriti, textus quidem, vt impressus est, legit: commentarius autem prætermittit. Postremò, Hieronymus, inter Græcos Latinosque Suniæ ac Fretelæ codices, quorum illi habebant, hi prætermittebant, iudicium ferens, superfluum esse τὸ *Deus* censet. Videri autem possit vocula illa, ex psalmis quinquagesimonono & centesimoseptimo, qui sunt magna ex parte ijdem, huc translata: in illis enim eadem ipsa sententia repetitur, & vox *Deus* constanter legitur; quinquagesimonono: *Et non egredieris Deus in virtutibus nostris*; centesimoseptimo: *Et non exibis Deus in virt. nostris.* Sed quamuis his addatur locis, non ideò 43ª psalmo adijcienda est. id quod etiam fecisse deprehenditur in Hebraico Psalterio Anglicanus scriptor. scripsit enim versum istum 43ij psalmi ad hunc modum: אַף זָנַחְתָּ וַתַּכְלִימֵנוּ וְלֹא תֵצֵא אֱלֹהִים בְּצִבְאוֹתֵינוּ: scilicet, vt alia taceam, puncto seri signanda erat vocis אלהים capitalis litera, quamquam ita passim scribat. Verùm, deest vox אלהים, non tantùm nouitiis Hebræis, sed etiam vetustissimis. manuscriptis; vni Bibliothecæ Societatis Iesu, in quo versus iste ad hunc modum scribitur: אַף־זָנַחְתָּ וַתַּכְלִימֵנוּ וְלֹא תֵצֵא בְּצִבְאוֹתֵינוּ: alteri, Portugallicæ Synagogæ, quod R^mus D. Lindanus perscrutatus est. præterea, in Hebraicis non esse libris, Epanorthotes testatur. quid multa? ipsum Hieronymum, ante annos mille ducentos, in Hebræo non legisse, epistola ad Suniam innuit, translatio ex Hebræo loquitur: Et non egredieris in exercitibus nostris. Chaldæus hanc dedit paraphrasin: Et non collocabis maiestatem tuam in exercitibus nostris. Apollinaris istam, οὐδὲ κορυσσομένοις ἐστανίοισιν ὡς φὼν ἀρωγός: Nec priùs vt solitus pugnantibus egrediris dux.

Psal. 44. v. 6. *In corda inimicorum Regis.*] Antiqui Epanorthotæ codices legunt *in corde.* consentiunt nonnulli Lindani, nonnulli nostri. & nostri quidem, Brugensis D. Donatiani, Atrebatensis Collegij alter, Brunonis Herbipolensis Episcopi textus, & Quenteliana Biblia.

105.

blia. In textu Cathenæ Franciſci de puteo, est *in corde*: in margine annotatur Alia littera *in corda*. Iacobi editio, Psalterio Gallico tribuit *in corda*; Romano *in corde*, sed contrà, Lobiensis Cœnobij præstantissimus codex, anno Domini 1084. scriptus, Romano Psalterio *in corda*; Gallico adscribit *in corde*. Tornacensis S. Martini, anno 1105. scriptus, vtrique *in corde* tribuit. *In corde* legunt enarratores, Richelius, Ludolphus, Bruno, Remigius, Haymo, Beda, Cassiodorus, Augustinus, Ruffinus, &, quod ex eius commentariis Iansenius colligit, Hieronymus. Atque hoc modo est Græcè ἐν καρδίᾳ: quæ & Basilij, Chrysostomi, Theodoriti, atque Euthymij, lectio est. Hebraicè quoque singulari numero legitur בְּלֵב, sed, quod tam *in cor*, quàm *in corde* transferri possit. Græcus quidam, vt Epanorthotes ait, habet *in corda*. est autem primis standum, inquit. Itaque ipse *in corde* legendum putat: quæ & D. Lindani castigatio est. Verumenimuerò, non malè conueniat *in corda*, distinctioni quæ complurium est authorum, Latinorum, Hebræorum, Græcorum, includentium parenthesi, aut * *populi sub te*, aut * *populi sub te cadent*; ita vt sensus sit: Sagittę tuæ acutæ **cadent vel immittentur in** corda inimicorum tuorum. sed, quamquam conuenire possit, non ideò ab Interprete transtatum est, *in corda*. Porrò, D. Augustinus, Ruffinus, & alij non pauci, ita exponunt *in corde*, vt *in corda* minùs aptè conueniat. nam parenthesin non agnoscunt, sed intelligunt: Populi sub te cadent, corde, quod priùs aduersum te inimicè erexerant, humiliter submisso. Chaldæus paraphrastes locum explicuit: Sagittæ tuæ eductæ ad interimendas acies, populi sub te cadent, & filij arcuum tuorum immittentur in cor odientium regem.

* Ita. Biblia. Crispin. Tiralo. Lucyna.

106. Psal. 44. v. 12. Latini codices plerique, cum V. Beda & Haymone, legunt *Quoniam ipse est Dominus Deus tuus.* Porrò, nonnulli Lugdunensium libri (quod in Bibliis illi anno 1522. editis notarunt) & Brugense ac Lobiense vetustissima nostra lectissimaque manuscripta, demta voce *Deus*, scribunt *Quoniam ipse est Dominus tuus.* Quibus concorditer constanterque, Græca, Hebraica, & Chaldaica exemplaria, volunt ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου Græca; כִּי־הוּא אֲדֹנֶיךָ Hebraica; אֲרוֹם הוּא רְבוֹנָיךְ Chaldaica habent. Adstipulatur D. Hieronymi ex Hebræo versio, vt certè est in Lobiensi & tribus aliis antigraphis nostris: quibusdam enim additur nomen *Deus*, quæ Bredembachius esse secutus. Coniicit Bredembachius, ex vi nominis אֲדֹנֶיךָ, vertisse Hieronymum *Dominus Deus tuus*: sed eadem forma, eodemque modo, hominibus, etiam eiusmodi qui Deum repræsentasse non videntur, id tributum inuenio, Gen. 39. v. 16., Exodi 21. v. 4., & alibi. Hieronymi ad Principiam explanatio, si quis rectè aduertat, tantum *Quoniam ipse est Dominus tuus* legit. Non plus legit Chrysostomus, Græcus enarrator: nec, apud Iustinum & Basilium, vt Græcè excusi sunt, quidquam amplius additur. Euthymij commentarius non agnoscit *Deus* (Desponsare illi, inquit, & adoptare ab eo. Dominus enim tuus est, veluti creator. O immensam misericordiam & benignitatem Dei) neque Apollinaris carmen, αὐτὸς γὰρ ἀνὴρ σόδε νεκρὸν ἐγείρας ἀνέσωσεν. Lobiense exemplar Romano Latinorum Psalterio adscribit *Deus*: Romanum autem ferè consonat veteri, quod secuti, D. Augustinus, & eorum commentariorum Author quæ in Hieronymi operibus sunt, exposuerunt *Deus*. Et verè hîc rex sponsusque Deus est, cui paulo antè dicitur, Sedes tua Deus in seculum seculi. Verùm, hoc loco, vulgatæ Latinorum editioni, Dei nomen non additum, Epanorthotes docet: Hebræus, antiqui (Latini) & Græcus, *Quoniam ipse Dominus tuus*; non habent *Deus*.

107. Psal. 44. v. 12. & 13. *Et adorabunt eum.* hæc Latinorum codicum atque enarratorum lectio est. est & quorundam Græcorum manuscriptorum, Illustrissimo Cardinali Gulielmo Sirleto teste, ijsque qui Argentoratensium Græca Biblia ad Vaticana contulerunt. Inter Græcos etiam Tractatores, Basilius (cuius etiam Græcum exemplar consuluimus) & Chrysostomus, ad hunc legunt modum. Iustinus quoque Philosophus, in dialogo cum Tryphone, ad eum recitat modum. Et ne putetur vulgata Latinorum versio, aut quæ ei sit similis, à Iustini interprete aut correctore, substituta, (id quod in authoribus, ex Græco in Latinum versis, sæpenumero deprehendimus) nos in Græco Iustini codice id vidimus, quod his etiam verbis annotauit Interpres Perionius: In nostris exemplaribus est ἀλλ' προσκυνήσει, singulari numero 3ª personæ: in Iustiniano, numero multitudinis προσκυνήσουσι, quomodo etiam legimus in vulgata interpretatione. Sed dicit, in codicibus nostris esse προσκυνήσετε: ego verò duntaxat προσκυνήσεις, 2ª persona, inuenio, siue in codicibus, siue in authoribus, qui quid Græcè legatur, notant. immò Chrysostomus alterius versionem esse *Et adorabis ipsum* notat, eam quam Euthymius legit exponitque, ἀλλ' προσκυνήσεις αὐτῷ. ad quem modum Chaldaicè est וְתִסְגְּדִין לֵהּ. Ait porrò Hieronymus, in his quæ ad Principiam scripsit: Septuaginta interpretes non dixerunt *& adorabis eum*, sed *adorabunt eum*, vt sit sensus: Iste qui te amaturus est, qui tuam pulchritudinem dilecturus, Deus est & adorandus ab omnibus. Hebraicè est וְיִשְׁתַּחֲוֶה־לּוֹ, id quod rectè, Aquila, Symmachus, & Theodotion, Theodorito teste, nec non Hieronymus, transtulerunt. *Et adora eum.* est enim à verbo שָׁחָה, septimæ coniugationis imperatiuus, numeri singularis, generis fœminini. *Adorabunt* fortassis est ex וְיִשְׁתַּחֲווּ

Psal. 39. v. 9. *Et legem tuam in medio cordis mei.* 101.
Psal. 40. v. 7. *Vana loquebatur.* 102.
Psal. 41. v. 7. *Salutare vultus mei & Deus meus.* 103.
Psal. 43. v. 10. *Et non egredieris Deus in virtutibus nostris.* 104.
Psal. 44. v. 6. *In corda inimicorum Regis.* 105.

Quod sequitur *Et filiæ Tyri*, præcedentibus, omissa cõiunctione, iungunt, Romanum Psalterium, & Vetus, Augustini, Hieronymi, atque Arnobij. hoc pacto: *Et adorabunt eum filiæ Tyri*, quæ & illorum Græcorum D. Sirleti manuscriptorum lectio est: προσκυνήσουσιν αὐτῷ θυγατέρες Τύρου. itaque septuagintaduos Interpretes transtulisse, Hieronymus ad Principiam satis indicat. nam, præter ea quæ paulo antè ab eo dicta protulimus, coniunctionem omittit, quamquam dividat sententiæ istius partes. Theodoritus quoque: Septuaginta, inquit, docent Regiam, non ipsum esse solum Dominum sponsum, sed etiam eos qui contradicere audent, cuiusmodi sunt filiæ Tyri, dona allaturos & seruitutem ostensuros. Videtur & Apollinaris, qui Psalterium Græco carmine reddidit, hoc modo legisse. sic enim canit: καί μιν γουνάσσονται τύρω μειλήμασι κούρη, Atque ipsum Tyriæ donis coluere puellæ. Sed in primis Hebraicè, est coniunctio ו (*& filiæ Tyri*) tum in impressis Græcorum exemplaribus, & Authoribus, Iustino, Basilio, Chrysostomo, atque Euthymio: denique, in nostræ editionis Latinis codicibus. quamquam, Brunonii, obelisco; Brugensi exemplari & Lobiensi, asteriscо notetur. Atque ita separatur pars ista *Et fil. Tyri*, à præcedenti (quamquam, Hieronymus ad Principiam, & Cassiodorus, separent, etiam non lecta coniunctione) nisi præcedentis verbum subaudiendo repetas, aut, cum Beda, Remigio, & Brunone, & pro *etiam* accipias.

108.

Porrò autem, non est in Hebraicis libris, vt nec in vulgatis Græcis, quos tuentur, Iustinus, Basilius, Chrysostomus, atque Euthymius, numero multitudinis *filiæ*, sed *filia* בַּת־צֹר וְ θυγάτηρ Τύρου. hoc modo, qui Latinè legeret, nos quidem codicem nullum inuenimus; nam Regium textum ex Græco, vt aliàs, mutatum, margo loquitur; & Isidori Clarij Biblia, ex Hebræo variata, scholia satis indicant: sed R^mus D. Iansenius, suis plerisque codicibus, ita legi, testatum facit. quam obrem, sic habet textus, paraphrasi eius coniunctus. Cæterùm, annotat Scholiastes Hebraicus, *filia* collectiuum esse nomen pro populo, ideoque iungi verbo plurali *deprecabuntur.* quamquam, Chaldæus paraphrastes, &, cum Basilio, Chrysostomo, ac Theodorito, Euthymius, *deprecabuntur* à præcedenti separent, & ad diuites plebis referant. subaudiunt autem, Basilius, Euthymius, & Chaldæus, in priori, *erit* aut *veniet.* Et filia Tyri, hoc est, Tyrus, ait Euthymius, erit in muneribus. Basilius: Et filia Tyri veniet aliquando cum muneribus. Chaldæus interpretatus est: Et habitatores arcis Tyri cum muneribus venient, & vultum tuũ manè precabuntur ad domum sanctuarii tui diuites populorum.

Manuscript. S. Martini Certigatenses habet.

109.

Psal. 44. v. 14. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* hoc quidam ita intelligunt, vt *filiæ* sit nominandi aut vocandi casus. Cassiodorus: Omnis gloria eius filiæ regum ab intus. Vides quemadmodum in Ecclesiæ præconio perseuerat? Gloria est siquidem Ecclesiæ, quando filiæ principum siue iustorum conuertuntur ad Dominum, & secreta se cupiunt cordis deuotione offerre. Richardus Pampolitanus: Sed ne putetis ei placere ornatum exteriorem, videte quid concupiscat. *nam omnis gloria eius, ô filiæ regis*, ab intus, id est, in testimonio bonæ conscientię, vt interius sitis decoræ in virtute &c. fuit autem erroris occasio, pronomen *eius*, quod aliò referendum existimarunt, quàm ad id quod sequitur *filiæ regis*, quamquam Cassiodorus, deprauato eadem fortassis occasione codice, *regum* habeat, quo modo est in Romano Psalterio Tornacensis manuscripti. hinc factum est, quòd quidam, vitandæ obscuritatis ergò, *filiæ* cum *filia* commutauerint, *Omnis gloria eius filia regis ab intus*, id quod Augustinus Steuchus legit ac redarguit. Quia igitur *eius*, orationem & orationis sensum interturbat, omittendum esse censet Iacobus. Et sanè, in quibusdam libris tollitur, tribus nostris, vno, scilicet, ab Isidoro Clario castigato, duobus à Parisiensibus excusis, & plerisque D. Iansenij. Nec legitur Græcè, πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν. Videtur D. Iansenio, ex Augustino in nostros libros irrepsisse; Richardo Cenomano, ex Romana Psalmodia, vel alijs editionibus, additum esse. Verùm, quia non tãtùm veteris, quo Augustinus est vsus, aut Romani Psalterij; verumetiam nostri, codicibus, adeò constanter legitur, vt nullum sit nostrorum manuscriptorum, à quo prætermittatur; quinetiã posteriores enarratores, qui nostro sunt vsi Psalterio, Beda, Haymo, Bruno, Lombardus, Thomas, & alij, concorditer legant: non facilè adduci possum, vt, ab interprete non versum esse, credam. & quis, obsecro, id addidisset, quod sententiam, non tantùm non illustrat, vt etiam obscuret quàm maximè? Vnum Lobiensis Abbatiæ exemplar, in Gallici Psalterij descriptione, obelo prænotat. qui, si ex Hieronymi castigatione remansit, *eius*, in 70. translatoribus, plus haberi, significat. Sed nos, neque in Græcis libris legimus (vt nec in Græcis Authoribus, Iustino, Basilio, Theodorito, Euthymio) neque in Hebraicis exemplaribus penitus desideramus. Vertit quidem ex Hebræo Hieronymus (etiam in commentariis Principiæ scriptis, vbi primùm produxerat hanc lectionem: *Omnes gloriæ eius, gloriæ filiæ regis, ab intus*) absque *eius*: Omnis

110.

gloria filiæ regis intrinsecus. sed, si, quod Hebraicè est, כבודה, legas כְּבוֹנָה, verborum translatio est: Omnis gloria eius filiæ regis intrinsecus. nam כָּבוֹד gloriam, כְּבוֹנָה gloriam eius, feminæ videlicet, denotat. Hebraicis in libris punctatur כְּבֻרָה, id quod *inclytam* seu *gloriosam* interpretantur: Tota inclyta est filia regis intrinsecus. quidam reddunt: Omnis gloria filiæ regis intus est. Fortassis igitur ex כְּבוֹנָה versum est, quod plerisque Latinis codicibus legitur, pronomen *eius*. Cæterùm, etsi textui non superfluat, certè sensui superfluum est (id quod & Angelicus Doctor annotauit) ideoque commodè omittat translator. est enim sensus: *Omnis gloria eius, nempe, filiæ regis, ab intus*. Familiare id Hebræis est, pronomina quæ sensui superabundent addere. exempla passim obuia sunt. Psal. 73: Mons Sion in quo habitasti in eo. Psal. 104: Misit Moysen seruum suum, Aaron quem elegit ipsum. & cætera huiusmodi.

In Hebraico ex Portugallia Psalterio, exstat כבוד, *id quod D. Lindanus notauit.*

Psal. 73. a. 2. Psal. 104. a. 26.

111. Psal. 44. v. 18. *Memores erunt nominis tui.* sic scribunt multi Latini codices. sic legitur in Veteri & Romano Psalteriis. sic habetur in Arnobij, Augustini, Cassiodori, Bedæ, Pampolitani, & Hieronymo adscriptis, commentarijs. sic denique scribitur in quibusdam Græcis antigraphis, Illustrissimo Cardinali Sirleto teste, & nominatim Vaticano. Alij verò Latini libri, ijque integritate spectatiores, habent: *Memor ero nominis tui.* antiqui Epanorthotæ, 4. Parisiensium, 4. Hentenij, quinq. nostri, cum Gallorum Psalterio, & Brunonis textu. his volunt Enarratores, Basilius, Chrysostomus, Hieronymus, (nam Principiæ virgini Psalmi 44 expositionem scripsit) Ruffinus, Cassiodorus, Theodoritus, Remigius, Euthymius, Bruno, Ludolphus, Richelius, F. Pelbertus, P. Herentalensis. his adde, Apollinarem, & Iustinum martyrem cum Tryphone disserentem. Suffragantur eisdem plerique codices Græci: adstipulantur Hebraici. Haymo, Lombardus, & Iohannes de Pastura, vtrumq. exponunt. Chaldaicus textus Regiæ editionis, par est Hebraico: qui autem in editione Venetorum est, hanc habet paraphrasin: In tempore illò dicetis, 'Memorabimus' nominis tui in omni generatione & generatione, cui consonat Nebiense Psalterium, præterquam, quòd אַזְכִּיר habeat pro נַזְכִּיר; *memorabo* pro *memorabimus*.

* *Memorabo Ebr.*

112. Quod deinceps à nonnullis subiungitur *Domine* (*Memor ero nominis tui Domine,*) emendatioribus in libris non legitur; à Tractatoribus non additur; ab Hebraicis, Chaldaicis, & Græcis exemplaribus, non agnoscitur. Existimat Epanorthotes, tum hoc, tum illud *Memores erunt*, ex cantu & versiculis Apostolorum sumtum esse. id quod, maximè de isto *Domine* verum arbitror: nam alterum, ex veteri primùm Psalterio profluxisse videtur. Non igitur sine ratione D. Lindanus Psalterium emendauit: *Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem.*

113. Psal. 46. v. 5. *Speciem Iacob quem dilexit.*] Alij codices legunt *quem*, masculino genere, alij *quam* fœminino, multi ita scribunt, vt facilè vtrouis modo possis legere, ex quo, error natus videtur. Hieronymi, Bedæ, Brunonis, Pampolitani, Lyrani, Carensis, Turrecrematensis, Richelij, & Valentiani, commentaria, exponunt *quem*. ad Iacob enim referunt. Cassidori & Remigij enarrationes, probãt *quam*, nam speciem subaudiunt. Haymo & Lombardus vtrumque explicant. Hebræis & Chaldæis anceps est sermo, ita vt vtroq. hoc modo transferre liceat. Plerique nostræ ætatis Interpretes, *quem* vertunt: Hieronymus *quam* reddidit: Gloriam Iacob quam dilexit. Græci libri, *quam* constanter habent, clarissimè consentiẽte Euthymio Græco Enarratore. ἣν καλοῦσιν Ἰακὼβ ὃν ἠγάπησεν. Atque hanc fœminini generis lectionem, vt & nostræ editionis germanam, amplectuntur, Epanorthotes, Titelmannus, & alij nonnulli: in quorum sententiam Lindanus abiens, emendauit: *Speciem Iacob quam dilexit.* Parisienses verò, ab his dissentientes, scripserunt: *Speciem Iacob quem dilexit.*

* καλοῦσιν *Nebiense Psalt.*

114. Psal. 46. v. 10. *Quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.*] *Dij* legunt Latini codices, exponunt Latini Tractatores, tam primæ ætatis, quàm mediæ ac postremæ. Sunt verò hodie Latinæ quædam editiones, castigatæ *Dei*, Regis nimirũ, Clarij, & Lindani. est enim Græcè θεῦ, singularis numeri secundo casu. ὅτι τῷ θεῷ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. quæ & Græcorum Enarratorum, ac Iustini contra Tryphonem disputantis, est lectio. Quin etiam Apollinaris ad eum scripsit modũ· ἀνὰ τὰ θεοῦ θάρηχθεν ὑπερβασίᾳ χθονὸς ἀρχοί. quod est, Contra Deum superbia armati sunt principes terræ. Coniiciunt itaq. Latinè versum *Dei*; intellectum autẽ fuisse pluralis numeri primum casum, ac proinde *Dei* mutatũ in *Dij*. Cui coniecturæ etiã Hebræa suffragantur לֵאלֹהִים מָגְנֵי־אֶרֶץ קְאֹד נַעֲלָה. Nam, adiuncta voci אלהים (quod est, Dei nomen, vt notum est, quamquam Deos quoque, cùm pluralis sit numeri, significet) seruiens littera ל, ipsam, non primo casu accipiendam, docet. Vertunt igitur ex Hebræo: Quoniam Dei, aut Deo, scuta terræ. vehementer eleuatus est. Chaldæus exposuit לֵאלָהִין דְּיָי אִנּוּן תְּקִפֵי וגו׳ Quoniam Domini sunt clypei terræ, & super illos omnes' vehementer eleuatus est. Nebiense Psalterium, cum Venetorum Bibliis habet: לֵאלֹהִים קְרֹם יְיָ תְּקִפֵי וגו׳ Quoniam co-

* Ven. Neb.

ram Domino clypei &c. Non parum igitur verisimilitudinis, cùm ex Græcis, tum ex Hebræis, superiori coniecturæ accedit. Et certè, in Latino Psalterio, quod, in Hieronymi operibus, Græco textui adiunctum, exstat, *Dei* reperio, si, non nostra ætate facta mutatio, sed, aut ipsa translatio, aut Hieronymi emendatio est. Verùm, quid prohibeat, cur minus scribere possimus *Dei*, etiam nullo adiuti codice, cùm id plurimum probabilitatis habeat, & à germana lectione, quæ quæ illa sit, non discrepet? Cùm autem ex plerorumque Latinorum tractatorum commentarijs, *dij* eis aut lectum aut intellectum pateat: nescio quid ex Cassiodori commentario colligi possit. sic habet: Quia fortes terræ, qui erant populus Dei, nimium eleuati sunt. Hieronymi ex Hebræo translationem, è nostra editione deprauatam, verisimile est. Pleraque exemplaria legunt: Quoniam Dij 'scuta' terræ vehementer 'eleuati' sunt. Hunnæi manuscriptum, O, scribit: Quoniam Deus scuta terræ vehementer eleuata sunt. Regia editio variat: Quoniam Deo scuta terræ. vehementer eleuatus est.

* *sculpta. a eleuata. 2 MS.*

115. Ps. 47. v. 3. *Montes Sion, latera Aquilonis.* Ea est antigraphorum quorundam lectio, Brugensis, P., & antiquorum Epanorthotæ: quæ Græcis codicibus consentanea est, & authores habet, Augustinum, Græcosque Commentatores, Theodoritum atque Euthymium. Plerique verò Latini codices, singulari numero *Mons Sion* scribunt, conformiter Hebraicis & Chaldaicis exemplaribus. Atque hanc lectionem sequuntur, Ambrosius, Hieronymus, Ruffinus, Arnobius; vt videtur; Cassiodorus, Beda, Haymo, Remigius, & posteriores. Admonet autem Ambrosius, Græcè legi *montes*, hoc est ὄρη. Et montem quidem, inquit Euthymius, plurali numero *montes* dicit. Gallicum Psalterium codicis Lobiensis *montis* habet. qua de re Beda: habent, inquit, quidam libri *montis Sion*, quod sic construitur, Ciuitas fundatur ab exsultatione vniuersæ terræ, montis Sion, id est, ab his qui de Iudæis conuersi exsultant &c.

116. Ps. 48. v. 10. *Et laborauit in æternum.* Sic quidam codices legunt, præterito tempore *laborauit*; nonnulli Epanorthotæ, nonnulli Lindani, nonnulli nostri; cum Herbipolensis Psalterio. atque hoc modo est Græcè· ἠγάπησεν εἰς τὸν αἰῶνα. id quod sequuntur, Basilij, Chrysostomi, Theodoriti, Hieronymi, commentaria, & Apollinaris carmina. Corruptum est autem, quod habent exemplaria quædam, *liberauit*. Alij Latini codices futuro tempore habent: *Et laborabit in æternum*. quo modo, Ruffinus, Augustinus, Beda, Haymo, Remigius, & alij Latini his posteriores, legunt. Ambrosius vtrum legerit, non satis liquet. priora eius verba præteritum; posteriora, futurum adstruere videntur. Qui solus, ait de Christo, patrem reconciliauit, & laborauit vsq. in finem, quia nostrum laborem ipse susceptt, dicens &c. At paulo pòst: Ergo homo non dabit iam propitiationem suam, nec redemtionem, quia semel ablutus est à peccato per sanguinem Christi. Laborabit tamen vt seruet præcepta viuendi, & à mandatis cælestibus non recedat. Dum viuit in labore sit, & perseueret in eo, vt viuat in finem. Hebræis est quidem præteritum וְתֶחְדַּל לְעוֹלָם, sed, quod, vau littera, in futurum doceat conuertendum. quapropter transferunt, Hieronymus, & post hunc alij: Et quiescet, seu, cessabit in sæculum. Chaldæus: Et cessabit malum eius, punitio eorum, vel (vt est in Nebiensi) & punitio eius, in seculum. futuri temporis lectionem præferre videtur Epanorthotes; præteriti Lindanus.

* *Venetum, cui, similiter Nebiensi, repetitur & consuetio.*

Non possum non mirari Euthymij in hunc locum cõmentarium, qui non exponat τὸ ἐκοπίασεν, sed nescio quid aliud adferat. Similia sunt admodum Græca verba κοπάζω & κοπάζω, quorum illud laborare, hoc quiescere denotat. Itaque, in suspicionem adducor, fortassis ἐκόπασεν aut κοπάσῃ, quomodo Hebraicè est, ab Euthymio lectum. huic enim lectioni aptius conueniant, quæ ab eo dicuntur: veruntamen, nec quietis meminit, sed vitæ. Cùm pupugerit, ait, propheta eos qui pœnitentiam non egerunt in præsenti vita, nunc ad pœnitentes conuertitur, & futurorum spe pœnitentiæ molestias consolatur. Et viuet, inquit, in seculum hoc præsens, ille, nimirum, qui pœnitentiam agit, & deinceps etiam viuet perpetuò. hoc enim significant verba illa, viuet in finem, &c. κοπάζειν, quod est, cessare, quiescere, si fortè verterint LXX, genuinam vulgatam q. verterunt vocis חָדַל significationem. Chrysostomus, Alius, inquit, Interpres dixit: Et quieuit in seculum. Alius: Sed cùm desierit huic seculo, viuet in æternum. hinc est, quòd Iacobus legendum nobis censeat, pro *laborabit, quiescet*. Ex Hebræo, inquit, non *laborabit*, sed *quiescet*, quod illi oppositum est, legendum est. id enim ad Christum redimentem respicit, & ad id quod sequitur, & viuet adhuc in finem, siue, viuet vltrà in sempiternum, conspirat. at non æquè, *laborabit*. Itaque Psalterium emendauit: *Et quiescet in æternum*. audacter nimis.

117. Ex eo quod sequitur, *Et viuet adhuc in finem*, Vetus Psalterium & Romanum tollunt *adhuc*, consentientibus primæ ætatis Scriptoribus (qui ferè veteri Psalterio, cui Romanum proximè accedit, vsi sunt) Arnobio, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Cassiodoro. Neque enim lectum est olim, vt nec nunc legitur, in Græcis libris. Verùm, addidit nostræ editioni Hieronymus, ex Hebræo. id quod loquitur

loquitur asteriscus, qui ipsi *adhuc* in antiquis exemplaribus præponitur, Herbipolensi, Tornacensi, Lobiensi, Brugensi. hinc omnibus nostræ editionis codicibus, quos quidem viderim, additur (Goticum enim Romani Psalterij exemplar esse, multis iam argumentis didicisse mihi videor) & à mediæ posttremęque ætatis Latinis tractatoribus legitur.

118. Ps. 48. v. 12. *Vocauerunt nomina sua in terris suis.*] τὰ ἴδια, Latinorum exemplarium quædam, D. Iansenio teste, tollunt; pleraque, nostra vniuersa, legunt. Græcorum librorum, sex nostri, cum Basilio, demunt; tres alij ex nostris, cum Theodorito & Euthymio, addunt. Latini plerique Patres agnoscunt: Hebraici & Chaldaici libri omittunt. Legunt autem nonnulli veterum, non *suis*, sed *ipsorum*. Ambrosius: 'Inuocauerunt' nomina eorũ in terris ipsorum. cuiusmodi & Augustini & Cassiodori ac Romani Psalterij lectio est. Atque hoc etiam pacto verti ex Græco potest· ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν· αὐτῶν. Hebraicè ad verbum est: Vocauerunt in nominibus suis, aut eorum, super terras.

* *Inuocauerunt Aq. Caff. Ius. Gri.*

119. Psal. 48. v. 13. *Et homo cùm in honore esset, non intellexit.*] Coniunctionem & multa Latina exemplaria omittunt, Hentenij tredecim, nostra sedecim. Sed minùs rectè, quippè quæ legatur in emendatissimis quibusque, nostris sedecim, & antiquis Epanorthotæ, suffragantibus, Græcis, Hebraicis, & Chaldaicis libris. Hac de re scripsit Suniæ & Fretelæ Hieronymus: *homo cùm in honore esset*. pro quo in Græco vos inuenisse dicitis: *Et homo cùm in honore esset*. καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν. sed sciendum, quòd iste versiculus bis in hoc psalmo sit, & in priori additam habeat & coniunctionem; in fine non habeat. Hæc Hieronymus. In fine verò, ex nostris Latinis codicibus, vnus Goticus, cum Romano Psalterio, & vulgatis exemplaribus Græcis, addit &: verùm, contra fidem librorum nostræ editionis; Hebraicorum quoque exemplarium, nisi, coniunctionem, quæ illis in media est sententia, in initium reijcias. אָדָם בְּיקָר וְלֹא יָבִין. Græcus quoque Vaticanæ Bibliothecæ codex (id quod testatum facit D. Sirletus) &, inter Græcos expositores, Basilius, inter Latinos, Ruffinus, Augustinus, Beda, posteriori hoc loco coniunctionem omittunt. Sed hîc iterum occurrit Hebraicum illud ex Anglia Psalterium, legitque וְאָדָם *Et homo*, posteriori, vt priori loco. dolendum est, non fuisse illud Hieronymo visum, vt synceram potuisset Sophronio dare interpretationem, & germanam Suniæ indicare lectionem. Sed addendum est quod maioris est ponderis. Hebraicis nostris codicibus, priori loco legitur וְאָדָם בְּיקָר בַּל־יָלִין, hoc est, & homo in honore non permanebit; posteriori אָדָם בְּיקָר וְלֹא יָבִין homo in honore & non intelliget. Illi autem Anglicano Psalterio, posteriori loco vt priori, וְאָדָם בְּיקָר בַּל יָלִין legitur. Quinetiam obseruatum est à R^mo D. Lindano, in antiquo illo Portugallicæ Synagogæ Psalterio, similiter vtroque loco בַּל יָלִין scribi. Interpretes septuagintaduos; cùm vtrobiq. οὐ συνῶπτε *non intellexit* reddiderint; vtrobique יָבִין legisse, fit verisimile, nisi, fortè, versum vnum alteri similiter legendum, quòd intercalares versus conformes esse soleant, existimarint: vel, eundem vtriusque sensum esse iudicarint. Certè priori loco בַּל־יָלִין, posteriori וְלֹא יָבִין, non tantùm habent nostræ ætatis Hebraici libri, verumetiam vetustissimus quidam qui est in præclarissima Societatis Iesu Louaniensi Bibliotheca. nec hic tantùm, sed & ea exemplaria quibus olim vsi sunt Chaldæus Paraphrastes & D. Hieronymus. Ille namque priori loco vertit 'וּבַר נַשׁ חַיָּבָא בִיקָרָא וּבַר נַשׁ לָא יְכִית' Et filius hominis' peccator in honore non permanebit* (significat enim בַּיִת, Chaldæis, quod Hebræis לוּן, hoc est, pernoctare, permanere, &c.) posteriori 'בַּר נַשׁ חַיָּבָא בְּזִמְנָן דְּאִיתְוֹהִי' וְלָא יְתְבִין 'Filius hominis' peccator, in tempore quo subsistit ipse*, & non intelliget. Hic (Hieronymum puto) priori loco transtulit: Et homo in honore non commorabitur; posteriori: homo cùm in honore esset* non intellexit. sic enim fide dignissima exemplaria octo, quæ apud nos habemus, legunt. Nonum, ex M. N. Hunnæi Bibliotheca, O signatum, priori loco habet: Vt homo in honore non commorabitur; posteriori: homo in honore non commorabitur. Similem reddidit, haud dubiè scriptor, posteriorem locum priori. nam & quod sequitur, ita scripsit posteriori, vt est priori in loco*: Assimilatus est iumentis, exequatus est. cùm hæc, in aliis codicibus, prioris solius loci sit lectio; posterioris verò: 'Comparauit se' iumentis & 'silebitur'. Non semel aduerti, illũ Hieronymiani Psalterij scriptorem in mutando liberiorem fuisse. Non est itaq. mutandus, aut corruptelæ arguendus, Hebraicus textus, etsi non eodem modo vtroque habeat loco. Nam, neque in canticis, intercalares versus, ita sibi mutuò respondent, vt nulla vnquam voce discrepent; quinimò frequenter videmus, eos nonnihil, pro loci opportunitate, mutari. Et, si quis rectè consideret, optimè conuenit, prius יָלִין, posterius יָבִין. Cùm enim dixisset propheta, impium, famæ quæ ad posteros peruenire studio, suum terris indidisse nomen, conuenienter subiecit, eum in honore non perduraturum, quinimmò non pluris quàm bestiæ faciendum quibus se similem fecit. Huius autem causam, eadem penè repetita sententia, eleganter in psalmi fine expressit: Quia,

* *Vt vir. Nebiens. Psalt. antiquus. Remi iuffit. Bel. Vien.*

* *Vt vet. Nebiens. Psalt. Bel. Vien.*

* *Vt vet. Nebiens. Psalt. antiquus. Remi iuffit. Bel. Vien.*

cùm in honore propter diuitias esset, non fuit intelligens, sed pecudum vitam imitatus, sese similem illis fecit. Cæterùm, non est mutandus Latinus textus, nimirùm, qui ex LXX II Interpretibus, quos eo modo transtulisse concors sententia est, redditus sit.

120. Psal. 51. v. 2. *Venit Dauid in domum Abimelech.*] *Abimelech* scribunt Latina pleraque exemplaria, cum Arnobio, Cassiodoro, Beda, Haymone, Remigio, Thoma & Brunone, consentientibus nostris Græcis antigraphis, & Apollinaris Psalterio. Codicis verò Lobiensis Gallicum Psalterium & Romanum, Basileensia *, item & Quenteliana Biblia, & antiqua Epanorthotæ exemplaria, legunt *Achimelech*, cum S. Hilario inter Latinos, & Theodorito atque Euthymio inter Græcos, conspirantibus Hebraicis, Chaldaicisque libris. Primi Regum libri capite 22, vbi historia & verba Doeg, quæ psalmi titulus recitat, commemorantur, Hebraici, Chaldaici, & Latini codices; *Achimelech* concorditer legunt: atque, eo capite quod præcedit, similiter. Græci autem libri, mirum in modum variant. Aldinum exemplar & Argentoratense, vicesimo-primo capite legunt ἀβιμέλεχ; vicesimo-secundo ἀχιμέλεχ. Basileense, vtroque capite habet ἀβιμέλεχ, excepto 14° versu 22ⁱ capitis, cui est ἀχιμέλεχ. In Argentoratensi, capitis 22ⁱ primo loco, hoc est, versu nono, ex Vaticano castigatum habemus ἀβιμέλεχ, quo modo Theodoritus, in hoc Historiæ Regum loco, vbi Doëgis ad Saulem verba narrantur, esse, monet. Regium ex Complutensi constanter scribit ἀχιμέλεχ, id quod genuinum magis esse videtur. Nam & Enarratores, Hilarius, Hieronymus, Augustinus, qui Græcis aut ex Græco versis libris vsi sunt, in Regnorum libro Achimelech se legisse significant. Itaque, Psalterium R^mi D. Lindani opera castigatum, legit: *Venit Dauid in domum Achimelech*. Cæterùm, D. Augustinus, quia in Psalmorum codicibus, magis *Abimelech* quàm *Achimelech* inuenit, *Abimelech* potiùs existimat scriptum, & in mysterio mutatum à prophetico spiritu germanum sacerdotis nomen, ne tanquam res historiæ persequaris, & sacrata vela contemnas. quam ob causam etiam, in 33ⁱⁱ psalmi titulo, *Abimelech* pro *Achis* positum arbitratur. Verùm, non magis à mysterio alienum est *Achimelech* nomen quàm *Abimelech*: & quemadmodum Augustinus mysterium *Abimelech* nomine significatum prodit, ita Hilarius sacramentum *Achimelech* nomine tectum retegit. quanquam, cùm, ita vt historia habet, scribitur, non vsque adeò ad indaganda mysteria vrgeamur. Sed parum mouet, quòd plures codices *Abimelech* habeant, cùm quotidie comperiamus, meliorem numerum à maiore superari. Hæc dico, salua doctissimi iuxtà ac sanctissimi Augustini reuerentia, qui agnoscit etiam non absurdè sentiri, propter nominis similitudinem, & vnius syllabæ differentiam, titulos variatos. Porrò, non accidit varietas, ex vicinitate Hebraicarum litterarum אב & כ, id quod Hieronymo adscriptus commentarius notat: *Venit*, habet, *Dauid in domum Abimelech*. In Regnorum libro, & in ipso Hebraico Psalterio, *Achimelech* (hoc enim modo legendum esse, etiam ordinaria Glossa, in qua hæc referuntur, & Petri Lombardi collectanea, comprobent) scriptum est: sed quoniam beth ב & caph כ apud Hebræos litteræ modico apice distinguuntur, ideò error facilius obrepsit. Crassus sanè hoc loco, eius, qui errorem redarguit, error, quem non facilè Hieronymo adscripserim. Non enim per כ, sed per ח, Achimelech scribitur. Existimant autem, Theodoritus, Euthymius, atque Epanorthotes, binominem hunc fuisse, dictum & Abimelech & Achimelech. Theodoritus quidem, quia in 51. Psalmo vocetur Achimelech: in Regũ verò prima historia, Doim, apud Saulem, Abimelech accusasse legatur. Epanorthotes autem, quia; vt inquit, iuxta Hebræum & Hieronymum, 1. Paralip. XVIII. g. *Abimelech* iste dicitur, id est, pater meus rex, qui 11. Regum VIII, *Achimelech*, id est, frater meus rex, appellatur. Atqui, non fuit iste Achimelech, ille cuius meminit Psalmi titulus. Is enim cuius meminit titulus, regnante Saule Sacerdos maximus fuit, atque à Doege Saulis iussu interfectus est, antequam consequeretur regnum Dauid: ille autem cuius mentio est 2. Regum 8. & 1. Paral. 18, istius fuit nepos, ex filio Abiathare, & pontifex adepto regnum Dauide. Hieronymus, siue quisquis Author est quæstionum Hebraicarum in libros Paralipomenon, non aliud dicit, quàm, eum qui in Regum dicitur Achimelech, in Paralipomenon vocari Abimelech. Sed quemadmodum, nepos, & Abimelech dictus est & Achimelech: sic potuit & auus vtroque nomine vocatus fuisse. Verùm, ad hoc non cogunt nos Hebraici libri, constanter enim Achimelechem vocant; nisi 33. Psalmi titulus, vbi *Abimelech* legitur, de hoc, non de Achis Gethæorum rege, intelligendus sit, vt interpretantur nonnulli.

* *ante annos 74. excusa.*

אֲחִימֶלֶךְ *Sanctius in Psal. 33.*

1. *Paral. 18. v. 16. 2. Reg. 8. v. 17*

121. Psal. 53. v. 7. *Auerte mala inimicis meis.* Sic, cum Enarratoribus, Cassiodoro, Beda, Haymone, Remigio, & Brunone, multa manuscripta. Sed correctiora, suffragantibus Hilario & Augustino (non enim textus sequendi, sed commentaria introspicienda sunt) *Auertet* habent. Brugense, Lobiense, & antiqua Epanorthotæ. Atq. hæc Græcorum codicum lectio est ἀποστρέψει τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου. quam exponens Euthymius, ait: Illa nimirum mala, quæ illi aduersum me meditabantur, in eos cõuertet. Apollinaris traduxit κἀκὰ ἀναστρέψει τοῖς ἐχθροῖς.

ἀποστρέψεται ἐμοῖσιν. Hebraicè similiter est, ישוב הרעו, id est, reuertetur malum ad inimicos meos. vel, vt legunt (nam illo modo scribunt) יָשִׁיב הָרָע לְשֹׁרְרָי reddet, aut, conuertet malum in inimicos meos. *Reddet*, non *redde*, Hieronymus vertit, si Epanorthotæ & castigatioribus exemplaribus fides habetur. ad eundem modum Chaldaicè est יְתִיב בִּישׁ לְמֵעָקַי conuertet malum in eos qui affligunt me. vel, vt in Veneta editione est, יְתוּב בִּישָׁא reuertetur malum, &c. Græca Regis editio, cum Complutensi, pro ἀποστρέψει, habet ἀποστρέψῃ, id quod transferunt *auertes*: sed rectiùs transferatur *auertat*, tam si Græcum quàm si Hebraicum attendatur. Verisimilior igitur Latinorum codicum lectio est *auertet*. *Auertet* autem *mala inimicis meis*, hoc est, detorquebit mala in inimicos meos. Existimarim *auertet* in *auerte* mutatum, quòd sequatur: *In veritate tua disperde illos*. Sed non est infrequens Psalmographo subita personæ mutatio. Hilarius, exposito illo *Conuertet mala inimicis meis*: dehinc, ait, rursum fit ad personam Dei, ad quem primùm deprecatio erat cœpta, conuersio: *In veritate tua disperde illos*. Qua in parte, non est addenda & coniunctio, quam Epanorthotes, cùm ex fontibus, tum ex verioribus exemplaribus, omittendam admonet: nec, cum Augustino, legendum est *virtute*, haud dubiè enim codicis mendo falsus est: nec denique, quæ quorundam fuisse videtur lectio, scribendum est *disperge*. Hebræa namque vox צְמֹת, & Græca ἐξολοθρεύω, disperdere significant.

122. Ps. 54. v. 4. *Quoniam declinauerunt in me iniquitates.*] Multi Latini codices, cum Beda & Remigio, plurali numero legunt *iniquitates*, quibus Græci quidam adstipulantur. Epanorthotes: Græcus, inquit, habet *iniquitates*. Psalterium Græcum manuscriptũ Tornacensis exemplaris; item id quod Parisiis excusum est, atque ex S. Victoris codice emendatum; illud etiam quod est in Hieronymi operibus ex Cheuallonij editione; denique id quod separatum excudit Stelsius anno 43, plurali numero primoque casu legunt ἀνομίαι. ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαι. quam lectionem & Euthymius agnouit. Quædam ait, exemplaria *iniquitates* habent, in recto casu, & tunc expone, quòd iniquitates, hoc est, iniqui homines moti sunt contra me. *Heymo vtrinque memnit lectionis. Vet. Su. Ge. ar. Brug.* Alij Latini libri, numero singulari scribũt *iniquitatem*. antiqui Epanorthotæ, duo Parisiensium, vnus Hentenij, vnus noster, cum Gallico Psalterio ex Iacobi editione. hoc modo, ex commentarijs, legisse coniicias, Hilarium, Hieronymum, & Cassiodorum. huic lectioni conformiter, habent complura exemplaria Græca ἀνομίαν. quæ & Euthymij prior est lectio. huic cõsonat quod Hebraicè est עֲלַי יָטִּוּ עָוֶן quoniam voluent (futurum pro præsenti aut præterito) super me iniquitatem. item quod Chaldaicè: Quoniam testificabuntur contra me שְׁקָרָא mendacium. Non malè igitur D. Lindanus Psalterium correxit: *Quoniam declinauerunt in me iniquitatem.* Sed etsi *iniquitates* legendum esset: existimarem, cum D. Iansenio, non primo casu intelligendum; quin potiùs Græcos codices, quibus ἀνομίας legitur, deprauatos ex ἀνομίαν. sunt enim ι & ν Græcæ litteræ figura admodum similes, præsertim, si, ipsius iota, inferior pars, nonnihil, vt fit, eleuetur. Apollinaris carmine reddidit· ἕνεκεν ἀμπλακίας μοι ἐπικλίνεσκον ἀνῃρά.

123. Ps. 54. v. 17. *Ego autem ad Deum clamaui, & Dominus saluabit me.*] Alij codices habent: *Et Dominus saluauit me*, ita vt præteritum præterito respondeat. antiqui Epanorthotæ, quatuor Parisiensium, sex Hentenij, nouendecim nostri. Atque hoc modo, Haymo Alberstattensis, & Remigius Antissiodorensis, legunt. Græcis etiam duplex est aoristus ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ κύριος ἔσωσέ με. sic enim Vaticanum exemplar scribit. alia, Apollinari & Euthymio suffragantibus, habent καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου. hinc veteris Latinorum Psalterij translatio fuit: Et Dominus exaudiuit me, quam, Arnobius, Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, & Romanum Psalterium, sequuntur. Sed, quid Arnobium, vt cæteris antiquiorẽ, studiosè præpono, cùm non constet satis, illius esse Arnobij commentaria, qui Lactantii præceptor fuit! nam in Psalmi 109. commentario, Photinum nominatim confutat. Altera Græcorum lectio, ex qua fortassis nostra fluxit versio, Hebraicis & Chaldaicis consonat libris: quibus tamen duplex est futurum, sed, quæ rectè pro præteritis accipiantur, vt etiam Hebraicus Scholiastes indicat. *Epiphan. Tom.*

124. Ps. 55. v. 4. *Ab altitudine diei timeba.* hæc Latinorum codicum nostræ editionis constans scriptura est. hoc tantum inuenio varietatis, quòd affirmando quidam, quidam interrogando scribant. hac inter veteres Ruffinus vsus est, & vt interrogationem interpretatus est Est & Latinorum Tractatorum mediæ postremęque ętatis, eorum nempe, qui nostræ editionis Psalterio vsi sunt, lectio. Græci autem plerique libri, cum Euthymio Græco Tractatore, τὸ *ab altitudine*, iungunt superiori versiculo· ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὑψους· quoniam multi bellantes aduersum me ab altitudine. Tum, ei quod sequitur, negationem addunt· ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι, hoc est, dies, vel, die non timebo. & quidem in omnibus Græcis libris quos vidimus negatio legitur, consentientibus Græcis authoribus, Euthymio, Theodorito, & Apollinari. De quo, ad Suniam Hieronymus: *Quoniam multi bellantes aduersum me, ab altitudine diei timebo.* Et dicitis in Græco vos inuenisse ὅτι πολλοὶ πολεμοῦντές με, ἀπὸ ὑψους ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι, id est, non timebo. quod additum est. Et est ordo: Quoniam multi dimicant aduersum me, idcirco ego ab altitudine diei timebo: hoc est, non bellantes aduersum me, sed tuum excelsum timebo lumen. Quibus verbis, Hieronymus, & reiicit negationẽ, & vulgatam nostram exponit distinctionem, ea quæ, etiam quorundam est Græcorum librorum, atq. Enarratoris Theoditi. Hebraicis libris, vt non est negatio, Latinis codicibus conformiter: ita est distinctio, quam Euthymij & plerorumque exemplarium Græcorum esse diximus. sed facilè distinctio variatur. Clarissimè atque integerrimè locum hunc ex Hebræo Hieronymus reddidit: Multi enim qui pugnant contra me altissime. Quacunque die territus fuero, ego in te confidam. Simili modo Chaldæus: Quia multi pugnant contra me Deus altissime, cuius sedes in excelso. Die quo timuero, ego super te confidam. Quod Hieronymus & Chaldęus legerunt מרום, vt punctati sunt nostri libri, LXXII. מרום legerunt. illud, *altum*; hoc, *ab altitudine* significat. *Hieron. ad Suniam.*

Veteris Latinorum Psalterij lectionem, fortasse non inutile fuerit addere, quãquam, cùm à nostra Latina editione & vulgatis Græcis exemplaribus, tum ab Hebræo fonte, longè recedat, à seipsa etiam non parum dissentiat: aliter enim Hilarius legit, aliter Augustinus, aliter Hieronymus, si tamen Hieronymi in Psalmos commentarius est: Hilarius legit: Conculcauerunt me (hîc enim paulò altiùs repetere cogimur Psalmi verba) inimici mei tota die. Ab altitudine dierũ non timebo. Quia multi qui debellant me timebunt: ego verò in te sperabo. Hieronymus: Concul. me ini. mei to. die ab altitudine diei. Quoniam multi qui debellant me timebunt: ego verò in te ᵃsperauit Domine. Quomodo etiam habent, vetus Iacobi Psalterium (sed id ex Augustino desumtum suspicor) Cassiodorus Senator, & Romani Psalterij, quæ habemus, exemplaria, Goticum, Lobiense, Tornacense, Stapulense. Testatur Illustrissimus Dominus Sirlerus, non deesse Græcum codicem qui habeat ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με, φοβηθήσονται ἐγὼ ἡ δὲ σοι ἐλπιῶ. hinc illa fortasse veteris Psalterij lectio, quam integriorem habuisse videtur Augustinus. sed nimis à prototypo dissonat. ᵃsperabo *Cass. Rem. G. H.*

125. Psal. 55. v. 13. *In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi.*] *Tua* in Græco non est, vt neque in Romano Psalterio: sed ex Hebræo additum est, ab Hieronymo nostræ editionis castigatore. id quod indicat asteriscus, qui est in antiquis libris, Brugensi, Lobiensi, Tornacensi, Herbipolensi. *Quæ* legitur Græcè, sed non est Hebraicè: ideoque eiobelum præfigit Brunonis Herbipolensis Episcopi textus. Hebraicè, versus iste, ad hunc legitur modũ: In me Deus vota tua, reddam laudes tibi. Græcè ad istum: In me Deus vota, quæ reddam, laudis tuæ. Latina nostra lectio, ex vtroque accipit aliquid, ex quo facta est obscurior. hinc etiam est; quod fit verisimile; Latinorum codicum ea diuersitas, quòd alij *laudationes*, alij *laudationis* habeant, cuius, Haymo, Lombardus, & Glossa interlinearis, meminerũt. Sex Hentenij & ipse Bibliorum Parisiensium textus, scribunt *laudationis*: vniuersi nostri editionis vulgatæ, *laudationes*, cum V. Beda, Remigio Antissiodorensi Episcopo, Brunone Carthusianorum patriarcha, Iacobo Christopolitano Antistite, & Iohanne præsule Sabinensi. Addo autem, editionis vulgatæ. Nam Romana nostra Psalteria, Goticum, Lobiense, Tornacense, Stapulense, *laudationis* habent: quo modo & Hilarius, qui veteri Psalterio vsus est, legisse videri potest: Non extra se sunt, inquit, ista quæ sperat, nec laudationis vota quæ reddenda sunt extrinsecus capessenda &c. Similia Cassiodorus quoque: Dicit enim, inquit, in se esse vota laudationis, Dei tamen munere contributa, quæ in illa perpetuitate reddenda sunt, quando iam sancti indefessis vocibus persoluent laudis obsequium. Existimarim igitur, Veteris aut saltem Romani Psalterij lectionem esse *laudationis*: nostram verò editionem, emendatam *laudationes*, cùm adderet Castigator *tua*, & transfigeret *quæ*. Sanè, Iacobi editio, & antiquissima Lobiense & Tornacense manuscripta, concorditer, Romano Psalterio *laudationis*, Gallico *laudationes* attribuunt. Sed, cùm variè hac de re doctores iudicent, nihil ego decerno. D. Lindanus correxit *laudationis*: D. Hentenius & Parisienses *laudationes*. Et quidem Hentenius. nam, cùm Parisiensium Biblia, in textu *laudationis*; in margine, cum annotatis 4. exemplaribus, legerent *laudationes*: ipse, hoc in textum retulit; illud verò, cum 6. antigraphis, in margine locauit. Parisienses autem, posterioris editionis textum, ex prioris margine, vt aliàs penè semper, mutarunt.

126. Psal. 56. v. 8. *Cantabo & psalmum dicam Domino.* sic, quidam libri, cum Cassiodoro Romano Senatore, & Remigio Antissiodorensi Episcopo. ad quem modum apud Hilarium legitur: *Cant. & psal. dicam tibi.* Alij verò libri, nec *Domino*, nec *tibi* agnoscunt; dumtaxat· *Cantabo & psalmum dicam* legunt. tres Parisiensium, viginti octo nostri: quibus, Ruffinus, Augustinus, Haymo, Bruno, Lombardus, Ludolphus, Pelbartus, Pastura, suffragantur. Suffragantur & Hebraici ac Chaldaici libri. Denique, etiam Græci, cum Græco enarratore Euthymio. sed aliud quiddam (quod ipsum aut simile, etiam Apollinaris & Theodoritus legerunt, &, quod mirum est, inter Latinos, Richardus Pampolitanus) adijciunt· ἄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου, cantabo & psalmum dicam in gloria mea. id quod, rectè, à Vaticano exemplari omittitur. est enim ex 107. Psalmo huic adiectum: quemadmodum ἐξεγείρθητι ἡ δόξα μου, exurge gloria mea, ex hoc illi adiectum, nobis, post D. Hieronymum, videtur, quanquam, in Hebraico ex Anglia Psalterio, vtroque Psalmo legatur. Itaque, &, quod plerisque Græcorum libris additur ἐν τῇ δόξῃ μου, transfodiendum est: &, quod quibusdam Latinorum codicibus legitur *Domino*, iugulandum est. Sanè, à Dominis Hentenio & Lindano reiectum est: &, Lobiense, Tornacense, manuscripta, ac Iacobi editio, concorditer, Romanæ Psalmodiæ *Domino* addunt; Gallicanæ, quæ nostræ est editionis, demunt.

127. Psal. 57. v. 7. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.*] Antiqua Epanorthotæ exemplaria scribunt: *Molas leonum confregit Dominus*, quæ & Brugensis manuscripti lectio est, quanquam alteram quoque annotatam habeat. Lugdunensia etiam Biblia anni 1522, & Glossa ordinaria anni 1540, in margine, aliàs *confregit* legi notant. Atque hæc Tractatoris Cassiodori dilucida est lectio. Videtur & Remigij Antissiodorensis fuisse: *Et molas leonum*, inquit, id est, violentas & apertas damnationes, vt, Crucifige, Crucifige, *Confringet Dominus* quando resurrexit, & mors illi vltrà non dominata est. similis est Richelij commentarius. est autem hæc lectio, Græcis libris consentanea: iis enim, priori versus parte, futurum συντρίψει; posteriori, aoristus συνέθλασεν, legitur. quibus, Euthymius, Græcus author, consentiens, scribit: Illud etiam considera, quomodo aliquando Propheta, in futuro tempore dicat *conteret*: & aliquando in præterito *confregit*. huiusmodi enim est Prophetarum mos, vt sæpius diximus. Arnobius, Hieronymus, & Beda, duplex habent futurum. Hilarius & Augustinus, duplex præteritum. Hebraicè vtrumque imperandi modo legitur: Deus 'excute' dentes eorum 'ex' ore eorum: molares 'leonum' confringe Domine. quæ Hieronymi & aliorum interpretatio est. Nota autem, Anglicano codici, pro נְתוֹץ scriptum נְטֹשׁ. ᵃconteret in ᵇcalculum leonum

128. Psal. 61. v. 5. *Cucurri in siti*, constanter scribunt Latini codices, vnanimiter exponunt Latini tractatores. hoc igitur modo Latinus Interpres reddidit. Est autem Græcè ἔδραμον ἐν ᵃδίψει. id quod totidem verbis in carmen transtulit Apollinaris. Id verò, tam *cucurrerunt in siti*, quod textus consequentia exigere videtur, quàm *cucurri in siti*, vertì potest (quod etiam Ambrosius annotauit) est enim, aoristi secundi tertia pluralis, par primæ singulari. Itaque, Græci Enarratores, Basilius, Theodoritus, atque Euthymius, *cucurrerunt in siti*, intelligunt atque exponunt. Atque hoc modo intelligenda vertendaque Græca, Hebræa, ex quibus illa reddita sunt, docent. neq; enim ambiguum est יָרְעוּ כָּזָב. Id autem alij interpretantur: Placuerunt sibi in mendacio (quod Symmachi; Ambrosio teste; atque Hieronymi est) vel, diligunt, seu, volunt mendacium. Nam רָצָה plerumque, velle, placere, significat; aliquando, ambulare, currere. Aut fortasse legerunt LXXII. יָרְצוּ à themate רוּץ, quod propriè denotat currere. כָּזָב veritatis defectum, id est, mendacium, signat: LXX. verò ad potus defectum, id est, sitim transtulerunt, subaudita beth, præpositione *in*. ᵃsiti. Cg. Hil. Gg.

129. Psal. 61. v. 9. *Deus adiutor noster in æternum.*] Romana Psalteria omittunt τὸ *in æternum* ᵃ*quia*', habent, *Deus adiutor noster* ᵃ*est*'; Goticum, Lobiense, Tornacense, Stapulense (Goticum est manuscriptum, quod in Bibliorum margine notatum est) idque conformiter Psalterio veteri, quo, Cassiodorus, Augustinus, Hilarius, & Arnobius, vsi sunt (quanquam, veterine, an Romano Psalterio, Cassiodorus sit vsus, multum ambigam) & consentaneè Græcis codicibus, quibus ferè non aliud legitur, quàm ᵃ'ὅτι ὁ θεὸς βοηθὸς ἡμῶν'. Nostræ editionis Psalteria, addunt quidem *in æternum* (quemadmodũ & apud Ruffinum ac medię posterę ætatis Latinos tractatores reperitur) sed obelo confodiunt, quæ notis huiusmodi signantur, Iacobo teste: nos, id, in vno Herbipolensis Episcopi Psalterio, vidimus. Est autem obelus præfixus, ex Hieronymi sententia, qui ad Suniam & Fretelam scripsit: In 61: *Quia Deus adiutor noster in æternum*. pro quo in Græco sit ὁ θεὸς βοηθὸς ἡμῶν. id est, quia Deus adiutor noster. ergo *in æternum* obelus est. hæc Hieronymus. Videtur autem ex eo additum, quòd Hebraicè sit *sela*. אֱלֹהִים מַחְסֶה לָנוּ סֶלָה Deus spes nostra, Sela. *Sela* quidam interpretantur *in æternum*. ex quibus Chaldęus paraphrastes est (*Deus*, habet hoc loco, *spes nostra in æternum*) Alij, quod idem vnum est, reddunt *semper*. ex quibus sunt, Aquila & Hieronymus. vt significetur, sempiterna esse quæ dicta sunt. LXX. διάψαλμα transferunt. vnde, Græca antigrapha, Vaticanum & Nebiense, & Latina exemplaria, Brugense, Lobiense, Tornacense, Herbipolense, huic loco *Diapsalma* adiiciunt, quod & Hilarius ac Cassiodorus agnouerunt. Græca Tornacensis manuscripti editio addit *ὡς τὸν αἰῶνα*, quod est, *in æternum*. ᵃ*Quia*. *Hil. Cg. Vet. Aug. Gl. H. c.* ᵇ*Est*. *Aug. G. H. c.* ᶜ*Vet. Græci. v.*

130. Psal. 63. v. 7. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Hæc communior est lectio. Quædam verò exemplaria legunt ᵃ*Defecerunt scrutantes scrutinia*: vnum Parisiensium, Moguntinum; tria Hentenij, tria nostra, Lobiensis codicis Gallicum Psalterium, Cathenæ Francisci de puteo adiunctus textus, & Psalmi R^mi D. Lindani; consentientibus Enarratoribus, Beda, Remigio, Ludolpho, Richelio, & Pastura. his accedit Romanũ Psalterium, quod, cum Cassiodoro Senatore, singularis numeri quarto casu, habet: *Defecerunt scrutantes scrutinium*. quo modo & latum Plantini antigraphum legit. Suffragatur eisdem, D. Augustini lectio: Defecerunt scrutates scrutationes. cohsonant Græci libri· ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις. quibus Euthymius monachus adhæret, qui exponens ait: hoc est, Defatigati sunt quærentes dolosas artes. Apollinaris carmine in hunc modum reddidit· οἱ δ' ὀλιγοπλέεσκον ἀτέκτατα μαιεύοντες, Sed defecerunt inter mina perquirentes. Hebraicè est חָמְנוּ חֻפָּשׂ מַחְקָשָׁי. quod Felix interpretatus est: Perfecerunt scrutinium inuestigatum. Alius: Exequuntur quod scrutando excogitatum est. Hieronymus, vt LXXII, transtulit: *Defecerunt scrutantes* ᵇ*scrutinio*'. nam חָמַם, à quo deducunt חַמְנוּ, quandoque deficere significat. Putant autẽ, Nun, aut loco alterius mem *, aut loco dageschi, quod ipsi mem infigendum erat *, positum, quemadmodum & in Numeris, capitis 17. versu 13. Hebraica nostra manuscripta Psalteria, Anglicanum, & alterum Societatis Iesu, scribunt· חָמְנִי (quamquam, illud Societatis, videatur ת supra scriptum habere) quod est, occultauerunt scrutinium inuestigatum, præsertim si per cametz legas חָמְנוּ. sed, punctum cametz, Anglicanus codex non agnoscit. Atque hanc *tamenou*, per ט litteram, scriptionem, videtur & Felix Pratensis obseruasse, cuius altera ad marginem versio est: Absconderunt scrutinium inuestigatum. Immo, D. Bredembachius, hanc pro Hebraica lectione recitat atque interpretatur. Porrò, vt ad Latinorum codicum varietatem redeamus, eòdem ferè recidit, vtriusq. lectionis, *scrutinio*, *scrutinia*, sensus. Significatur enim vtraque, diligentissima perscrutatio, perinde ac si diceretur, quod sæpe aliàs occurrere solet, defecerũt scrutando scrutantes. Si verò referre placeat *scrutinio*, nõ tam ad *scrutantes*, quàm ad *defecerunt*, etiam hoc ex altera satis intelligitur lectione. Defecerunt enim scrutantes scrutinia, in scrutinijs vtique. Defecerunt autem in scrutinijs, vel quia cõsilium commodum inuenire non potuerint: vel quia inuentum commodè perficere non quiuerint. *Veramque lectionem P. Lombardus agnouit.* ᵃ*scrutinium* R. ᵇ*scrutationes* o. * מָחְמוּ * מַמּוּ

131. Psal. 63. v. 7. *Accedet homo ad cor altum.* ea frequentior est Latinorum codicum scriptura: quæ & eorum commentariorum esse videtur, quæ Hieronymo adscribuntur. Si, habent, cum sapientia Dei ad alti cordis intellectum quis accedens, ista discerninet; id est, veritatem ac falsitatem discernat, tunc Deus exaltabitur. huic similis est ea littera, cuius Hugo Cardinalis meminit: *Ad cognitionem altam.* Altera est non paucorum exemplarium scriptura: *Accedet homo & cor altum.* Sic enim antiqua Epanorthotæ; quatuor Parisiensium, Vet. Di. o. M. Ge. L. ar; Duo Hentenij, quorum alterum, haud dubito, Atrebatensis Collegij est; tria aut quatuor nostra, Brugense, Gallicum codicum Tornacensis & Stapulensis, Romanum Lobiensis. Sic Lugdunensia Biblia, aliàs legi, in margine notant. sic denique, in quibusdam Benedictinorum Psalteriis, D. Iansenius reperit, hæc esse videtur, commentariorum Arnobio attributorum, lectio. Videntes, habent, se defecisse, & hominem accedere ad superiorẽ gradum iustitiæ, faciunt ei cor altum, vt per elationem cordis eius exaltet se Deus ab eo. hanc secuti sunt Bruno & Richelius: vtramque exponunt Petrus Lombardus, Haymo, & Remigius. D. Augustinus quid legerit difficulter statui potest. *ad* constanter in commentarijs eius repetitur: & autem legendum, ex ipsa commentariorum enarratione, R^mus D. Iansenius, ostendere adnititur. Certè, V. Beda, dum eam, quæ ex Augustino sumta esse videtur, explicationem, profert, discrètè & *cor altum* legit atq. exponit, subiungitque: habet nostra translatio: *Ad cor altum*, quod satis congruè legi potest sic &c. Theodoritus atque Euthymius Græci Tractatores, & *cor altum* legunt. Sic & Græci codices habent· προσελεύσεται ἄνθρωπος καὶ καρδία βαθεῖα. Notatum habemus, Vaticano exemplari καρδίᾳ legi. id quod conuenire non videtur, nisi legas προσελεύσεταί ἀνθρώπῳ καρδίᾳ βαθείᾳ; aut προσελ. ἄνθ. καὶ καρδίᾳ βαθείᾳ. ſ. προσελεύσεται. quibus modis, lectioni, *ad cor altum*, suffragetur. Græcum Apollinaris carmen est νειόθεν ἴδμονα μᾶπιν ἔχων προσελεύσεται ἀνὴρ. cuius sensus est: Accedet vir prudenti consilio ex imo (perito) instructus. Hebraici codices habent וְקִרֵב אִישׁ לֵב עִמֹּק, quod est: Et accedet homo & cor altum. LXXII. legerunt וְקָרַב quod est & *accedet*, vel וְקָרֵב quod est, *accedet*. Nostra Biblia וְקָרֵב punctata sunt, itaque transfert Felix: Et interius viri & cor profundum. subaudi ex præcedentibus, *perfecerunt*. Alius: Etiam intimum cuiusque & cor profundum. ſ. exquirunt. Sensus est: Inquisierunt vel inquirunt quidquid humano ingenio humanaque diligentia inueniri potest. Ad similem modum & Hieronymus interpretatus est: *Cogitationibus singulorum & corde profundo. ſ. defecerunt. in perquisitis, scilicet, varijs profundis-* * & ſ. ᵃcogitationes ſ.

fundisque consilijs, defecerunt. Inter hæc autem, Hebræis coniunctio constanter legitur (*& cor*) non præpositio. quamobrem, castigatores, D. Lindanus, Iacobus, Parisienses, Psalterium emendarunt: *Accedet homo & cor altum.* Cuius sensus, Euthymio authore, est: Ad prauos istos peruersa huiusmodi consilia inuestigantes, accedet homo aliquis, illorum prauitati inseruiturus: accedet, inquam, homo, qui sit cor altum, hoc est, magni & profundi consilij. Beda, codicum, quos consuluit, deprauatione falsus, vt videtur, nostræ translationi, *ad cor altum*, tribuit. Porrò, non absimiliter ea lectio intelligi possit. *Accedet homo ad cor altum*, vtetur alto profundoque consilio. Id quod eodem planè modo, priori lectione significabitur, si verbum *accedet* subaudiendo repetas.

132. Psal. 64. v. 1. Tanta est in huius psalmi titulo codicum varietas, quanta vix alibi. In Latinis Louanienſium Bibliis, ad hunc modum se titulus habet: *In finem, psalmus Dauid, Canticum Aggæi, Ieremiæ, & Ezechiæ, populo transmigrationis, quando incipiebant proficisci.* Quidquid igitur ab hoc titulo, variè legi deprehenderimus, ex ordine proferemus. Latinum manuscriptum sericatum Collegij Atrebatensis omittit *In finem*: quod tamen Græcè, Hebraicè, & Chaldaicè, & aliis plerisque Latinis exemplaribus, Latinisque & Græcis Tractatoribus, constanter legitur.

Psalmus Dauid. In Græcis quibusdam exemplaribus est ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαυίδ psalmus cantici Dauid: sed, vt existimo, aut istud ᾠδῆς superfluit (certè à S. Victoris Græco codice & aliis quibusdam tollitur) aut illud ᾠδήν quod statim sequitur. Nam, tam Hebraicè quàm Latinè, semel dumtaxat legitur. *Canticum*, omittit exemplar Hunnæi C., sed, cùm ab aliis plerisque non omittitur, tum Græcè, Hebraicè, & Chaldaicè, legitur.

Aggæum prætermittunt, Lobiensis & Tornacensis cœnobiorum manuscripta, Atrebatensis Collegij sericatum exemplar, & Herbipolensis Psalterium, conformiter Græcis libris, similiterque Hieronymo, Augustino, Cassiodoro, Apollinari, & Theodorito.

Alterum Atrebatensis Collegij exemplar, pro *Ieremia* nominat *Zachariam*, ab aliis omnibus dissentiens, nisi quòd Ruffinus varietatem hanc insinuasse videatur. Sericato rursus, & quidem soli, additur *Ieremiæ propheta*. Quædam & *Zachariam* & *Ieremiam* nominant, Iacobo de Valentia teste: sed, *Zacharias*, neque ab antiquis Tractatoribus, neque à Græcis codicibus, agnoscitur; posset tamen, quod Richelius sentit, tam Zacharias addi, quàm Aggæus & Ieremias.

Brugense manuscriptum, R. G. & F. Hunnæi, & latum Plantini, suffragantibus, vt apparet, Arnobio, Remigio Antissiodorensi, & Brunone, *Ezechielem* prætermittunt, cuius prætermissionem alia complura significare videntur manuscripta, quę disiunctiua coniunctione scribunt vel *Ezechielis*. qui tamen, à D. Hieronymo, Augustino, Apollinari, Theodorito, & Græcis codicibus, concorditer additur. Ruffinus variam agnouit lectionem: Quidam, inquit, tituli, loco Aggæi, ponunt Ezechiel. similiter Beda: Quidam libri, non Aggæum habent, sed Ezechiel. corruptè autem, pro *Ezechiele*, *Ezechiam* quidam nominant.

Populo transmigrationis. sic & Lobiensis codex. Græcè est secundo casu, τῷ λαοῦ τῆς παροικίας. nonnulla autem Græca antigrapha præponunt coniunctionem· ᾧ τῷ λαοῦ τ̃ παρ. quomodo in Hieronymi commentariis legitur: Et populi de captiuitate. Græca Basileensium editio * habet τοῦ ἐκ τῆς τοῦ λαοῦ παροικίας. ad quem modum Herbipolense Psalterium legit: *de populi transmigratione.* Alij quidam Latini codices, cum Cassiodoro, habent: ᵃ *de populo transmigrationis*. Alij verò non pauci, cum V. Beda, Remigio Antissiodorensi, & Brunone Carthusiano, scribunt: *De verbo* ᵇ *peregrinationis*'. Vtriusque lectionis Richelius meminit, & longè ante Richelium Ruffinus: Vbi, inquit, hic dicitur *de verbo peregrinationis*, quidam dicunt *ex populo transmigrationis*, vbi, etsi verba discrepant, sententia non discordat. Plurimi autem libri, cum Ordinaria Glossa & Hugone Cardinali, vtramque iungunt, & ferè disiunctiua coniunctione: *De verbo peregrinationis,* ᵇ *vel de populo* ᵇ *transmigrationis*'. Videtur autem illud *de verbo peregrinationis*, altera esse ex Græco translatio, ex eo originem habens, quòd sit Græcè, pro λαοῦ, lectum λόγου. ᵃ καὶ ᵇ τ̃ λόγου τ̃ παροικίας, hoc est, pro, aut, de verbo, seu, negotio peregrinationis. Coniuncta est autem, vt videtur, vtraq. translatio, altera quæ in margine aut inter lineas notata erat, in textum assumta. Vtra verò assumta sit, dici non facilè potest: sed hoc certum est, plerosque eorum librorum, qui vtramque connectunt, Haymone suffragante, priorem habere *de verbo peregrin.* posteriorem cum disiunctiua coniunctione, *de populo transmigrationis*; ita vt hæc videatur, quemadmodum ad marginem notata erat, in textum relata. Brugense etiam manuscriptum, omnium facilè accuratissimum, cum reliquis quæ Ezechielem prætermittunt, & Beda, Remigius, ac Bruno, id solum *de verbo peregrinationis* agnoscunt. non id tamen præferendum assero.

ᶜ *Quando incipiebant proficisci.* Alij libri, *cùm* ᶜ *inciperent' proficisci.* Tornacensis codex cum Augustino, *cùm inciperent exire*. Græcè est, ὅτε ἤμελλον ἐκπορεύεσθαι, quando erant exituri.

Porrò hæc in Hebraicis & Chaldaicis codicibus non leguntur. Non aliud namque in titulo habent, quàm: *In finem, psalmus Dauid, canticum.* Theodoritus Græcus author: In nonnullis, inquit, exemplaribus adiungitur: canticum Ieremiæ, & Ezechielis, & populi peregrinantis, cùm profecturi essent. hæc non leguntur, neque in Hebraico, neque in aliis Interpretibus, neque apud LXX in sextuplici. Testatur Card. Sirletus, Vaticanæ Bibliothecæ Græco codici, non aliud legi, quàm εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαυίδ. Quæ vltrà adduntur, D. Hilarius Latinus enarrator non agnoscit. Nos ea, obelis confossa, in Latinis Psalteriis Lobiensi & Herbipolensi, vidimus. Videntur autem Nicolaus de Lyra & Iacobus de Valentia significare, hæc, Latinis quibusdam exemplaribus deesse. immò, Ianſenius, Latinorum, ac Græcorum, plerisque codicibus omitti, asserit: ac proinde addita ab expositoribus aliquibus putat, qui, ex quorum persona psalmus intelligendus esset, indicare voluerint, quæ & Lyrani ac Richelij Bredembachijque sententia est. Nonnulli ex eo opinantur hæc addita, quòd ij qui hîc nominantur, hoc Dauidis psalmo sint vsi, hoc Dauidis canticum & ipsi decantarint. cuius sententiæ Arnobius esse videtur: In Heb. inquit, non habet, nec Ieremiam, nec Aggæum, nisi solùm Dauid. Sed Esdra habens charitatem eorum, voluit eos memorare, asserens, istum psalmum Dauid, cecinisse eos, in prophetationis suæ initio, &c.

133. Psal. 67. v. 23. Multorum librorum, & Ruffini ac posteriorum Tractatorum, lectio est, *Conuertam in profundum maris.* quam, vt recitauit D. Augustinus, subiungit: Si *conuertam*, quare *in profundum maris?* In seipsum quippe conuertit Dominus, cùm salubriter conuertit, & non est vtique ipse in profundo maris. An fallit fortè Latina locutio, & pro eo positum est *in profundum*, quod est *in profundo?* Sic S. Augustinus. fortasse autem fallit Latina lectio. Nonnulla manuscripta antigrapha, cum Epanorthotæ libro, scribunt in profund'. id quod rectè *in profundis* legas. Codex Cathedralis Ecclesiæ Brugensis, cùm antiquitate tum integritate præstantissimus, disertè scribit: *In profundis maris*. quo modo Græcus quidã S. Augustini liber (quod ipse paulò pòst adfert) ἐν βυθοῖς legit, atque omnes nostri, cum Euthymio Græco Enarratore, similiter · ἐπιστρέψω ἐν βυθοῖς θαλάσσης. Interlinearis glossa, quibusdam *in profundo* legi annotat, id quod disertè in Haymone reperio, atque idem vnum est. Beda: Conuertam, habet, in profundo siue in profundum maris. fuit olim librorum quorundam, alterius fortè editionis, lectio, *Conuertar in profundum maris*: quam, D. Hilarius secutus est, & Romanum Psalterium retinuit. quam etiam Augustinus agnoscit atque exponit. huic bellè conuenit *in profundum*. huius itaque occasione, mutatum est fortasse *in profundis* seu *in profundo*, quod alterius erat editionis, in *in profundum*. hoc autem, *Conuertam in profundo maris*, seu, *in profundo maris*, intelligit Augustinus: Conuertam eos qui sunt in profundo maris, qui in huius seculi profundo iacent, demersi pondere peccatorum. Euthymius Monachus docet, *in profundis* exponi posse, pro ex profundis; vt sit præpositio pro præpositione. hoc modo exponunt Arnobius & Hieronymus. quanquam quid legerint non constet; *in profundo* an *de profundo*. nam, *in profundum*, etsi sic adscriptum sit, non videntur legisse. Sub finem commentariorum in Michæam, *de profundo* legit Hieronymus. Cassiodorus, vt omnem euitaret quæstionem, Hieronymi translationem, vtpote dilucidiorem, secutum se fatetur: *Conuertam de profundis maris*. sic enim est Hebraicè, & quidem ad verbum: Conuertam, vel, reducam de profundis maris. Chaldæi paraphrasis est: Reducam iustos qui sunt submersi, & quos ᵛ *Vocat. hîc,* deuorarunt pisces' in profundis maris, ad resurrectionem respexisse videtur.

134. Psal. 71. v. 15. Alia exemplaria legunt: *Et adorabunt de ipso semper.* alia: *Et orabunt de ipso semper.* Priori modo quæ legant, vt sunt pleraque, ita passim obuia: posteriori autem modo, Brugense manuscriptum habet. Neque id tantùm, sed & antiqui Epanorthotæ codices, quantum quidem à me colligi potest; nam erratum est à scriba nonnihil. Lugdunensia quoque Biblia in margine annotant: Aliàs *orabunt*. Romanum Iacobi Psalterium, ad eundem modum *orabunt* legit: sed manuscripta nostra Romani Psalterij antigrapha, Lobiense, Tornacense, & Goticum, priori lectioni conformiter, *adorabunt* habent. D. Augustinus *orabunt* sine controuersia legit. Remigius Antissiodorẽsis sic exponit ac si *orabunt* legisset. Bruno Carthusianorum patriarcha vtrumque explicat. Græcè est, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ διαπαντός. Προσεύχεσθαι, si Græcam velis compositionem reddere, adorare transferas: sed rectiùs fortassis adprecari. nam, adorare, Latinis ferè venerari denotat: προσεύχεσθαι verò Græcis, aut simpliciter, aut cum quadam assiduitate orare significat. Atque ita Euthymius Græcus author, in huius loci commentarijs, exponit. Hebraicæ quoq. dictionis תְּפִלָּה & Chaldaicæ צְלָא, orare, significatio est. Latinè igitur, *orabunt*, vel legendum vel intelligendum est. Quod autem habet Græcus πρὸς αὐτόν, aliqui, Augustinus ait, interpretati sunt *de ipso*; aliqui *pro ipso* vel *pro eo*. *Pro ipso* exponit Euthymius. Et Hebraicũ בַּעֲדוֹ *pro ipso* ferè transferunt Latini Interpretes. וְיִתְפַּלַּל בַּעֲדוֹ תָּמִיד & orabit pro eo semper (LXXII. senes, singularem numerum plurali commutarunt) quamquam Hieronymi pleraque exemplaria, *de eo* legant; vnicum ex nostris, *pro eo*. Eisdem verbis, legimus Geneseos 20. capite, Abimelechi, qui vxorem Abrahæ acceperat, dixisse Dominum וְיִתְפַּלֵּל בַּעֲדֶךָ quod procul dubio est, vt noster reddidit, *& orabit pro te:* atque id in Græcum, similiter atq. hoc Psalmo, translatum est καὶ προσεύξεταί σοι.

Gen. 20. b. 7.

135. Psal. 71. v. 16. *Erit firmamentum in terra in summis montium.*] Non est præmittenda & coniunctio, quæ, vt ab omnibus penè manuscriptis nostris tollitur, ita, nec Græcè nec Hebraicè nec Chaldaicè legitur. Est autem Hebraicè יְהִי פְּסַת־בר בָּאָרֶץ בְּרֹאשׁ הָרִים. id quod Hieronymus transtulit: Erit ᵃ memorabile' triticum in terra in capite montium. Alij quidam: Erit multiplicatio, seu, abundantia frumenti in terra in vertice montium. Alij iterum: Erit particula, aut vola, seu palma, frumenti in terra in capite montium. Alij rursus: Erit placenta frumenti in t. in c. m. Itaque, conijcit Nicolaus à Lyra, & post eum alij nonnulli, corruptè in vulgata Latinorum editione scriptum esse *firmamentum*; scribendum verò *frumentum*. nempe, vocum similitudinem, erroris dedisse occasionem. Verùm, cùm Græcè *firmamentum*, non *frumentum* legatur: non est doctis plerisque scriptoribus, ea coniectura verisimilis: Non enim ex Hebræo, sed ex Græco proximè educta est, Latina nostra translatio. Igitur, cùm constanter στήριγμα Græcè scribatur, consentientibus Euthymio, Theodorito & Iustino *, non est *frumentum* Latinè mutandum. Vt autem Græci tractatores Græcique codices στήριγμα constanter legunt: ita Latini Enarratores Latinique codices, *firmamentum* concorditer habent. Tractatores, Arnobius, Hieronymus, Ruffinus, Augustinus, Cassiodorus, Beda, Haymo, Remigius, & posteriores. Codices, quos nos vidimus, post alios, omnes, vno demto, quem ex Trilingui collegio mutuò habemus, qui, manifestè legit: *Erit frumentum in t. in s. m.* Verùm, cùm primùm is anno Domini 1432. scriptus sit, vt, in libri fine signatum est: vix dubium esse potest, ex Lyrani sententia factam mutationem. Verterunt autem 72. στήριγμα, seu firmamẽtum, quòd vocem פֶּסַת, ἅπ. λεγ. vt videtur, deduxerint; id quod Chaldæis, inter reliqua, certum reddere, firmare, & fulcire, significat. hinc & Chaldæus paraphrastes (Iosephum Cæcum, vt aliàs semper, intelligo, seu R. Akilam, nam alij huic, alij illi, eam quæ exstat Chaldaicam Psalterij paraphrasim, tribuunt) transtulit יְהֵי מֵעִיר לַחֲמָא בְּאַרְעָא בְּרֵישׁ טוּרַיָּא Erit fulciens, seu confortans, panis in terra in capite montium. quod alii vertunt: Erit substantificus panis &c. Cæterùm, nec incommodè, nec præter modum loquendi diuinæ scripturæ, *firmamentum*, quod habent 72, pro frumento, quo nimirum sustentatur hominis vita, & roborantur ac firmantur vires, accipiatur. Sic enim legimus 104. Psalmo· πᾶν στήριγμα ἄρτου συνέτριψεν Omne' firmamentum' panis contriuit. Rursus Isaiæ tertio: Omne' robur' panis & omne' robur' aquæ· ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος. Non est igitur ab arcanis litteris aliena interpretatio, si firmamentum exponatur pro frumento seu pane. præsertim, cùm sit Hebraicè פסת־בר firmamentum frumenti. hoc autem modo, Neotericorum complures exponunt: & ad Eucharistiæ ter maximum sacramentum referunt; non sine magna verisimilitudine. Nam & Iudæorum antiqui Doctores, de placenta, quam Messias daturus, eiusque sacerdotes oblaturi essent, hunc interpretati sunt locum. Sanè manifesta est admodum in hanc sententiam, alterius Chaldæi paraphrastæ, Ionathæ filij Vzielis, trãslatio· יְהֵי קְרֵבָן דְּעִבּוּרָא בְּאַרְעָא בְּרֵישׁ טוּרַיָּא בְּכֵן שְׁבָחָא Erit sacrificium frumenti in terra in capite montium in Ecclesia. Cùm hæc huius, tum alia aliorum, inter Hebræos veterum Magistrorum, verba, Petrus Galatinus, lib. 10. De arcanis Catholicæ veritatis capitibus 4. & 5, recitat. Veteres Christianorum Tractatores, qui sola ferè LXX duorum tralatione vsi sunt, non mirum, nihil hîc de sacris mysterijs annotasse.

Psal. 104. b. 16. *Psal. 1. 1. 1. Isa. 3.*

ᵃ *memorabile* 1 *MS.* ᵃ *memoriale* 1 *MS.*

136. Psal. 73. v. 19. *Ne tradas bestijs animas confitentes tibi.*] Exẽplarium nostrorum octodecim, legunt, cum Romano Psalterio & Ioanne de Turre-cremata, *animas confitentes*. Quatuor, cum Romano Breuiario & ordinaria Glossa ac Brunone, *animas confitentium*. Duo, cum Remigio Antissiodorensi, vt apparet, *animam confitentium*. Septem, cum Gallico Psalterio, *animam confitentem*, his septem consentiunt nonnulli Lugdunensium codices, quatuor Parisiensium, quinque Hentenij, & antiqui Epanorthotæ. Suffragantur istis Græci libri· μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι. Adstipulantur Tractatores; Latini, Arnobius, Ruffinus, Augustinus, Richardus Pampolitanus, Hugo Cardinalis, & Dionysius Carthusianus; Græcus, Euthymius. Volùt Hebraica antigrapha אַל־תִּתֵּן לְחַיַּת נַפֶּשׁ תּוֹרֶךָ. Vertunt autem Recentiores: Ne tradas bestiæ, aut cœtui (hostium,) animam turturis tuæ. תּוֹר enim turturem significat, sicut Leuitici 12. capite & aliis in locis. & planè ab hac Hebraica, Latina vox *Turtur*, per congeminationem, deducta videtur. Chaldæus paraphrastes transtulit: Ne tradas populis, qui similes sunt bestiæ syluestri, animã discentium legem tuam. Similiter Hieronymus: Ne tradas bestijs animam eruditam in' lege tua. תּוֹרָה namque, quod notum est, legem significat. itaque תּוֹרֶךָ pro תּוֹרָתְךָ acceperunt. Græci תּוֹרֶךָ legerunt, daleth literam pro resch. Est autem תּוֹרֶךָ, futurum quintæ coniugationis, à themate יָרָה, quod confiteri, gratias agere, laudare, denotat. תּוֹרְךָ, id est, confitebitur tibi. אלת ל'ך תורך, subaudito relatiuo, Ne tra. best. animam quæ confitebitur tibi. accepto autẽ futuro pro præsenti, vt aliàs fit non rarò, est *animam confitentem tibi.* faciunt itaque & Hebræa, vt diximus, pro quarta lectione. quamquam idem sit omnium illarum lectionum sensus: singularia enim pro pluralibus posita sunt.

Psal. 104. b. 15. *Psal. 1. 1. 1. Isa. 3.*

ᵛ *Vocat. hîc,*

ᵇ *Dial. con. Iregil.*

137. Psal. 75. v. 12. *Omnes qui in circuitu eius affertis munera.*] Latinorum codicum plerique *affertis* legunt. cui simile est, quod nonnulli, cum Cassiodoro, habent *offertis*. Alij quidam *afferent* scribunt, antiqui Epanorthotæ, & Brugensis ex nostris, cum exemplarium Lobiensis & Stapulensis Gallico Psalterio. Gallicum Tornacensis & Brunonis Herbipolensis textus *offerent* habent. Glossa interlinearis, aliàs *afferent* vel *offerent* legi notat. D. Haymo: Alia, inquit, littera habet: Qui in circuitu eius sunt, munera afferent. Augustinus legit *offerent*; Beda, Remigius, & Bruno *afferent*. Græcè est πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα. Omnes qui in circuitu eius, ferent munera. quæ & Euthymij est lectio, & Theodoriti, si commentarius discutiatur. Hebraicè similiter est: Omnes circuitus eius יוֹבִילוּ adducent munus. quin & Chaldaicè: Omnes qui habitant circum circa sanctuarium eius יַיְתוּן venire facient, seu, adducent sacrificium. videtur itaque germana lectio, *afferent* vel *offerent*. Mutant quidem nonnulli ex Hebræo Interpretes personam tertiam cum secunda; sed, imperatiui, non indicatiui modi, vt sit posterior versus istius pars priori consimilis: Vouete & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eius estis, afferte munus. Sententia est expositorum quorundam, ex Romano Psalterio, hanc accidisse corruptelam, personam nempe futuri tertiam in secundam præsentis transmutatam. & certè, exemplaria, Lobiense, Tornacense, Stapulense, concorditer, Romano Psalterio secundam præsentis, Gallico tertiam futuri attribuunt. Vtrum autem, offerendi an afferendi vocabulum legamus, parum quidem interest: veruntamen, afferendi vocabulum præponendum videtur: tum, quòd eo plerique omnes codices vtantur: tum, quòd voces, Græca atque Hebræa, hoc magis ex se denotent, quanquam non malè, nec præter loci commoditatem, offerre transferantur. Patebit autem huius, quæ probanda videtur, lectionis, *Omnes qui in circuitu eius afferent munera*, sensus, si fiat, post *eius*, commatis distinctio. subaudiendum est enim verbum *sunt*, id quod Antistitum Hipponensis & Herbipolensis lectio exprimit: *Omnes qui in circ. eius sunt, offerent mun.* Sed & Goticum manuscriptum id exprimit: verùm, quod tolerandum non est, cum secunda persona *offertis*.

138. Psal. 88. v. 40. *Auertisti testamentum serui tui.*] Multorum codicum lectio est *Auertisti*: cui Cassiodorus auxiliatur: Auertisti, inquit, testamentum, id est, in aliam partem transtulisti, vt, quod Iudæis fuerat promissum, ad vtilitatem gentium vtique peruenirer. Alij, *Euertisti* legunt. quinque Hentenij, 3. Parisiensium, 4. nostri. huic, Augustinus, Beda, Haymo, Remigius, & Bruno, volunt. Vbi est enim, inquit Augustinus, testamentum vetus Iudæorum? vbi est terra illa promissionis, in qua habitantes peccauerunt, qua deleta migrauerunt? Regnum Iudæorum quæris? non est: altare Iudæorum quæris? non est (&c.) Euertisti testamentum serui tui. Græcè est· κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου. καταστρέφειν, finem rei imponere, & vastare ac subuertere, denotat. hinc Euthymius exponit locum: Irritasti promissionem quam ei fecisti. Theodoritus explicat: Euertisti autem huius regnum. nam testamentum regnum vocat. Sanè captiui abducti fuerunt bini Dauidis posteri Iechonias & Sedechias: in his verò Dauidis regnum desiit. hæc ille. Alia est vox paulò pòst, *v. 44.* vbi legitur: *Auertisti adiutorium gladij eius*. Hebraicam vocem נְאַרְתָּה Ἀνέστρε- Symmachus vertit Execratus es; S. Hieronymus Attenuasti; Felix ψας Deuastasti; Quidam Aboleuisti; Alius Abiecisti. sequitur גְּדֵרֹת עָרָיו pactum serui tui. Chaldæus transtulit אַשְׁגִּיחְתָּא mutasti pactum quod (habebas) cum seruo tuo. In Onomastico docet ex Camhio Pagninus, vocem נָאַר, significare, à corde proijcere. vbi & locum hunc interpretatur: Proiecisti à corde pactum serui tui. id autem proiecti lectioni seruire possit: *Auertisti* ab oculis, à corde, *testamentum serui tui.* Sed, D. Lindanus & D. Iansenius emendandum iudicarunt: *Euertisti testamentum serui tui.*

ᵃ *Ex Aug. Tom.*

ᵇ *transmigrationis* 1 *MS.*

ᵇ *& de populi transmigratione. Lmd.*

ᵇ *mutmurationis o.*

139. Psal. 93. v. 15. *Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium.* sic nostra legunt Latina manuscripta, cum Græcis codicibus, & Græcis Latinisque Tractatoribus. Græci codices ad hunc habent modum· ἕως δ' δικαιοσύνη ἐπιστρέψει εἰς κρίσιν. Antiqua verò Correctoris Latina exemplaria, scribunt: *Quoadusque in iustitiam conuertatur iudicium.* Quo modo & Lugdunensia Biblia quibusdam legi signant. Atque istam Hebræis libris conformem iudicat Epanorthotes lectionem. est enim Hebraicè · כִּי־עַד צֶדֶק יָשׁוּב מִשְׁפָּט. quod est: Quia vsque ad iustitiam conuertetur iudicium. ad eundem modum Chaldaicè legitur· אֲרוּם עַד זַכָּאָה יִתּוּב דִּינָא. Sed videri possit, LXX. duos, כִּי־עַד pro ἕως οὗ seu *quoadusque* accepisse: & in voce מִשְׁפָּט quæ *iudicium* denotat, præpositionem subaudiuisse.

ᶜ *imcpiebã*

Quod sequitur, *Et qui iuxta illam, omnes qui recto sunt corde*, rursus notat Epanorthotes, ex antiquis codicibus, *Et qui iuxta illa* legen-

dum. Iterum Lugdunenſes, ſic aliàs legi indicant. *Illa* autem, videlicet (Corrector ait) iuſtitiam & iudicium. Porrò, vt in Latinis noſtris antigraphis, dumtaxat, *illam* inuenimus: ita in Græcis, Hebraicis, & Chaldaicis libris, Latinisque ac Græcis Enarratoribus, non niſi ſingularis numeri pronomem legimus. Arnobius legit: *Et qui tenent eam, omnes qui recto ſunt corde*. quæ & Caſſiodori ac noſtrorum Romani Pſalterii exemplariú lectio eſt. Auguſtinus habet: *Et qui habent eam, omnes recto ſunt corde*. In Græcis libris eſt· καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ· Et propinqui eius (ſiue iudicij, ſiue iuſtitiæ, nam vtrumque Græcis feminei eſt generis) omnes recti corde. In Hebraicis וְאַחֲרָיו כָּל־יִשְׁרֵי־לֵב quod eſt: Et poſt ipſum (vel ipſam) omnes recti corde. quæ & Aquilæ ac Theodotionis, Theodorito teſte, tranſlatio eſt. In Chaldaicis וּבָתְרוֹי יִתְפָּרְקוּן כָּל תְּרִיצֵי לִבָּא Et poſt ipſum redimentur omnes recti corde. Ex illis autem fontium lectionibus, liquet, quę Latinè leguntur, potius abſque interrogatione legenda intelligendaque, quo modo in manuſcriptis pleriſq. ſcribuntur. vnum verò, B. notatum habet: *Et qui iuxta illam, omnes recti corde*. at clarius multò, vtroque *qui* omiſſo, legatur: *Et iuxta illam, omnes recti corde*.

- 6 MS. Verſum iſtum, Pſalmi 93. decimumquintum, Hieronymus ex Hebræo ad hunc modum tranſtulit: Quoniam ⁻vſque' ad iuſtitiam reuerteretur iudicium: & ſequentur illud omnes recti corde. huius hanc dedit Iohannes Campenſis paraphraſim: futurum eſt enim, vt iuſtitia coniũgatur cum iudicio, & iudices quod iuſtum eſt iudicent, ſequanturque illud vniuerſi qui integro ſunt animo. Latinæ Græcæque lectionis iſtã D. Ianſenius paraphraſim ſcripſit: Quouſque tandem id eueniat, quod certò futurum eſt, nempe, vt iuſtitia Dei, poſt aliquam diſſimulationem, procedat ad iudicandum pro populo ſuo, eumque liberet impijs condemnatis: ac tum quidem, omnes qui recto ſunt corde, propinqui erunt iuſtitiæ diuinæ, eamque ſequentur, approbantes atque amplexantes eam: cùm è contrario, impij, Dei iuſtitiam auerſabuntur & execrabuntur.

140. Pſal. 93. v. 20. *Qui fingis laborem in præcepto.*] Duplex eſt, hac viceſimi verſus parte, varietas. prior, quòd quidam *fingit* legant, quod alij *fingis* ſcribunt: poſterior, quòd alij codices *laborem*, alij *dolorem* habeant. *fingis* legunt plerique libri; *fingit* verò habent, manuſcriptum Societatis Ieſu rubrum, & D. Hieronymo adſcriptus commẽtarius. S. Auguſtinus, cum poſterioribus Enarratoribus, *fingis* legit: Arnobius autem *fingit* exponit. Græcis & Hebræis ſunt participia, πλάσσων, יֹצֵר (fingens ſeu formans) quæ exponi poſſunt vtroque modo, & *qui fingis* & *qui fingit*. Græci authores, Apollinaris, Theodoritus, atque Euthymius, *qui fingit* intellexere. Hebraicus quidam Scholiaſtes, *vt fingas* tranſtulit: plerique verò *qui fingit* intelligunt. Chaldaica paraphraſis eſt· בְּגִיַּית לֵיעוּתִי הִתְעַתַּר עֲלֵי קְיָם ſic enim in Nebienſi editione ſcripta eſt, verſaque Latinè: *Qui creaſti laborem in præcepto*. id quod alij ſecuti ſunt. Sed vbi quæſo τὸ הִתְעַתַּר remanſit, vt Latinè non ſit redditum? longè integriùs, cùm ſcripta tum verſa eſt, Chaldaica paraphraſis, in Regia editione: בְּרִיַּית לֵיעוּת הִיתְעַתַּר עֲלֵי קְיָם Figmentum prauitatis num ſtabit in ſtatuto? Hieronymi verſio, ſicut fons ipſe, ambigua eſt: Nunquid particeps erit tui thronus inſidiarum, fingens ⁹laborem' in præcepto? Videtur autem potiùs perſona tertia intelligenda, ita vt ad ſedem ſeu thronum iniquitatis referatur. Verùm, *qui* maſculini generis relatiuum, non facilè patitur, *fingit* in editione noſtra legi, niſi, iniquum iudicem, qui per iniquitatis ſedem deſignatur, ſubaudias. In ſcripto quodam textu inuenimus, & *qui fingit*, addita ad huius incommodi euitationem coniunctione. Apud Haymonem deprauatè legi exiſtimo *figis* pro *fingis*. *Laborem* legunt complures libri; 22 ex noſtris. *Dolorem* non pauci, nouem noſtri, quatuor Hentenij, tres Pariſienſium, & antiqui Epanorthotæ. Hebræa vox עָמָל, magis *laborem* denotat: attamen vtroque modo vertitur. D. Hieronymus, pſalmi 24 verſu 18 *laborem*; pſalmi 54 verſu 11 *dolorem* reddidit. hoc autem loco, etiam ipſius exemplaria variant. LXX II, hoc loco κόπον; pſalmi 7ⁱ verſibus 15 & 17 (quibus Latinè doloris vocabulum eſt) interpretati ſunt πόνον. Πόνος & laborem & dolorem ſignificat: κόπος verò, laborem quidem magis propriè deſignat; ſed tamen, facilè vtrumque admittit. Quamobrem, ad ſtatuendam huius loci germanam lectionem, attendenda non poſtremo eſt loco, probatiorum exemplarium Latinorum fides. De ea verò, ex noſtris exemplaribus, id præſertim comperi, Brugenſem & antiquos Epanorthotæ codices, quos maximi facio, *dolorem* legere. Pariſienſes ex ſuis manuſcriptis Ge. l. ar. & Di. o., *dolorem* emendarunt. Verùm, exemplaria noſtra, Lobienſe, Tornacenſe & Stapulenſe, *dolorem* Romano; *laborem* Gallico Pſalterio attribuunt. Arnobij commentarius, vtrumque agnoſcit. Auguſtini *dolorem* legit, & de labore nõ pauca diſſerit. Fortè, quòd hæc coniuncta ſint admodum. Hieronymus & Remigius, *laborem* dumtaxat habent. quæ & poſteriorum ferè Enarratorum eſt lectio, quamquam Richardus Pampolitanus *dolorem* potiùs legiſſe videatur.

141. Pſal. 95. v. 10. *Etenim correxit orbem terræ.*] Quidam codices *orbem terræ*, quidam *orbem* dumtaxat legunt. Hebræis eſt תֵּבֵל, Græcis οἰκουμένη, ea quæ, vel *orbem* vel *orbem terræ*, pro arbitrio, Interpretes transferunt: quanquam addatur eis nonnumquam vox *terræ*. Quapropter, non tam ex prototypis, quàm ex ipſius tralationis noſtræ exemplaribus, genuina lectio colligenda eſt. Et quidem plura ſunt exemplaria, quæ *orbem terræ* ſcribant: ſed antiquiora & emendatiora tantummodo *orbem* habent. Brugenſe, Malmundarienſe, P., nonnulla Lugdunenſium, & antiqua Epanorthotæ. Lobienſe & Tornacenſe caſtigatiſſima manuſcripta, in quorum illo triplex, hoc quadruplex, diſtinctum eſt Pſalterium, Gallico demunt, Romano addunt *terræ*. Fortè igitur ex Romano, aut veteri Pſalterio, cui Romanum eſt cõforme plerumq., mutuatũ eſt. A veteribus enim Tractatoribus ferè legitur, Arnobio, Hieronymo, Auguſtino, Caſſiodoro.

Pſal. 101. v. 10. *Et potum meum cum fletu miſcebam.*] Latinorum manuſcriptorum alia *potum*, alia *poculum* habent. 22. noſtra, illo; quatuor, cum multis impreſſis libris, hoc ſcribunt modo. D. Auguſtinus, *potum*; S. Hieronymus, *poculum*, legit. Hebraicis codicibus eſt וּשְׁקוּי, id quod potum conſtanter interpretantur. Græcis libris, ex quibus noſtra ducta eſt verſio, eſt πότμε. id quod, ad *poculum* & *potum*, ambiguum eſt. Vtro igitur modo Interpres noſter verterit, ex verſionis eius quærendum eſt exemplaribus. Superant autem numero, quæ *potum* legunt; verùm, an & integritate, eſt cur dubitem. Nam, & Brunonis Herbipolenſis Epiſcopi Pſalterium, & Wilhelmi Ruræmondenſis, *poculum* habent. Inſuper, Brugenſe antigraphum *populum* legit, quod haud dubiè *poculum* eſt. ſubrepſit diligentiſſimo & fideliſſimo ſcriptori, quædam, vt fit, inconſideratio. Adhæc, exemplaria, Lobienſe, Tornacenſe, & Stapulenſe, quibus columnis pluribus diuerſa diſtincta ſunt Pſalteria, Romano *potum*, Gallico, quod noſtræ eſt editionis, *poculum* adſcribunt. Denique poſteriores inter Latinos Enarratores, qui noſtram ſecuti ſunt editionem, ferè *poculum* legunt· Gregorius, Haymo, Remigius, Bruno, Ludolphus, Lyranus, Carenſis, Pelbartus, Richelius, Paſtura. Et quidem, ſiue *potum* legamus ſiue *poculum*, idem vnum ſignificatur: ſed, quærenda eſt, ipſa noſtri Interpretis ſcriptura.

Pſal. 101. v. 19. *Scribantur hæc in generatione altera.*] Epanorthotæ antiqui codices ſingulari numero *ſcribatur* legunt. id quod, Græcis, Hebraicis, & Chaldaicis libris, conſentaneum eſt. hoc autem, Chaldæa paraphraſis, vt in Venetiana & Nebienſi eſt editione, ad orationem, de qua antecedit: *Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum*, refert. ſic enim habet Venetiana editio· תִּתְכְּתִיב צְלוֹתָא יִדְרֵי לְדָר בַּתְרָאֵי תִּתְכְּתֵב דָּא יִדְרֵי לְדָר בַּתְרָאֵי id quod minùs rectè in Nebienſi ſcriptum eſt עֲלוֹתְהוֹן דִּין גְּבַר בְּתַרְאֵי Scribatur oratio (eorum) hæc in generationem vltimorum. In Regiæ editionis Chaldaico textu nulla orationis eſt mentio· תִּתְכְּתֵב דָּא יִדְרֵי בַּתְרָאֵי Scribatur hæc in generationem nouiſſimam. Eôdem, ad orationem inquam, Euthymius Græcus author, retulit. Exiſtimarim ego cum aliis, Hebraicè, atque ex Hebræo Græcè & Latinè, *Scribatur hæc* legi, pro *Scribatur hoc*. Solent enim Hebræi & Chaldæi, feminino genere ad ſubſtantiuandum vti, vt Græci & Latini neutro. Itaque, *Scribatur hæc*, nihil aut parum differt à *Scribantur hæc*, quæ, Latinorum codicum & Enarratorum quos vidimus nos, lectio eſt (quamquam, quid ex Caſſiodoro atque Haymone colligi debeat, ignorem) Eam verò aliam eſſe litteram Epanorthotes affirmat.

Rurſus Epanorthotę codices quarto caſu, *generationem alteram* ſcribunt· quibus conformes ſunt duo noſtri, vnus ex D. Donatiani Brugenſi Bibliotheca, alter ex D. Petri Lobienſi Abbatia. conſonant duo Pariſienſium antigrapha, nonnulla Lugdunenſium, & D. Lindani Pſalterium· Ad eundem modum, inter Tractatores, manifeſtè S. Auguſtinus & V. Beda habent. Eſt autem hæc horum lectio Græcæ lectioni conſimilis εἰς γενεὰν ἑτέραν: & Hebraicæ bellè conueniens לְדֹר אַחֲרוֹן id quod vertunt *Generationi nouiſſimæ*, aut *In generationem nouiſſimam*. Huiuſmodi & Hieronymi tranſlatio eſt, ſi emendatiora ſequamur manuſcripta: Scribatur hoc in generationẽ nouiſſimam. Quanquam alteram lectionem *in generatione altera*, non tam Hebraica verba, quàm eorum ſenſus, quem præſens exigere videtur locus, improbet. Porrò, & eam, eodem nonnulli ſenſu interpretantur, vt ſit, pro caſu caſus poſitus, aut *in* pro *ad* vel *pro*.

Pſal. 103. v. 15. *Vt educas panem de terra.*] Plerique codices ſcribunt ſecunda perſona *educas*; quidam tertia, *educat*, vnus Pariſienſium, vnus Hentenij. Ex Hebræo & Græco vtrumque legi poteſt. לְהוֹצִיא, τὸ ἐξαγαγεῖν, ad verbum reddas *ad educendum*. Ex Latinis verò codicibus & Tractatoribus, genuina noſtræ editionis lectio colligi haud difficulter poteſt. Romani namque Pſalterij noſtra exemplaria *educat* vnanimiter ſcribunt, & præcedentia ferè, quæ Græcè atque Hebraicè ambigua ſunt, ſi non ambiguè, tertia ſimiliter perſona efferunt. Vulgatæ verò editionis, quotquot habemus antigrapha, *educas* vno conſenſu legunt: & quæ præcedunt, vel ambiguè, vel ad eundem modum, in ſecunda perſona (vno dumtaxat atque altero, vno in loco, diſcrepante) ponunt. Priores inter Latinos Tractatores, *educat*, & cætera in eadem explicant perſona; Arnobius, Auguſtinus, Proſper, Caſſiodorus. Poſteriores, *educas*, & alia ferè ad ſi-

ad ſimilem modum. Videtur igitur noſtræ editionis germana lectio *educas*; Altera verò Romani aut Veteris Pſalterij ſcriptura. De hac varietate ad Suniam & Fretelam Hieronymus: *Vt educas pa. d. t.* Pro quo inuenieſſe vos dicitis *vt educat*. Sed non poteſt, aliud ad ipſum, aliud ad alium de ⁻ſeipſo' dici. Aut omnia quaſi ad Deum loquebatur propheta, aut omnia ad alium de eo referebat. Cùm autem pleraque ad ipſum dirigantur, & ea quæ ambigua ſunt, ad ipſius perſonam dirigenda ſint. Hæc Hieronymus. Mirum itaque eſt ab eodem ipſo *educat* ex Hebræo verſum, vniuerſa namque quæ habemus, cùm ſcripta tùm excuſa Hieronymianæ interpretationis exemplaria, *educat* legunt. Et vnum quidem, quod ab alijs libenter diſſentit, cùm hunc, cum præcedẽtia loca, tertia ſcribit perſonã: reliqua verò, præcedentia, ſecunda perſona efferunt, hunc vnum, tertia. Alium fortaſſe, cùm vertendis ex Hebræo Pſalmis occuparetur, vidit huius loci Hieronymus ſenſum, qui tertiam exigeret perſonam. Atque ita nonnulli noſtræ ætatis Interpretes tranſtulerunt, nimirum, cætera antecedentia ſecunda perſona, hoc, tertia: *Vt educat panem de terra*. Non enim ad Deum, ſed ad hominem iſtud referunt, de quo antecedit: Et herbam ſeruituti hominis. Flaminij verſio eſt: Tu producis gramen iumentis, & herbam homini cultum adhibenti, vt educat panem è terra, & vinum (quod) lætificat cor hominis. Sed & alij plerique, qui, etiam ea quæ antecedunt perſona tertia interpretati ſunt, eôdem retuliſſe videntur, quòd hanc partem fere præcedenti adiungant verſui. Nihil autem mirum, Interpretes ad hunc modum in ambiguis variare, cùm, in ijs quæ certa ſunt, frequens ſit perſonæ mutatio. Verſũ quarto dicitur, ⁻faciens' Angelos ſuos ſpiritus, miniſtros ſuos ignem vrentem. poſt paululum autem⁴: Ab increpatione eius fugient à voce tonitrui eius formidabunt. Rurſus, eodem verſu⁵: Rigans montes de ſuperioribus ſuis (vbi pro *ſuis* nonnulli corrupte ſcripſerunt *tuis*) de fructu operum tuorum ſatiabitur terra. Iterum poſtea⁶: Fecit Lunam in tempora, Sol cognouit occaſum ſuum. Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox.

Pſal. 103. v. 25. *Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus.*] Nonnulli Latini codices, Græcis ſimiliter, omittunt *manibus*: ſed ij, ferè editionis noſtræ non ſunt. Goticus, & Regius, qui in Bibliorum margine notati ſunt. Goticus Romani Pſalterij exemplar eſt, ac proinde aliis eiuſdem Pſalterij exemplaribus, & Caſſiodoro, qui Romano Pſalterio videtur vſus, conforme. Regius, Græco textui accommodatus eſt. Ex Gotico, D. Lindani Pſalterium, veriſimile eſt, mutatum. Vt autem alias plerumque, ita & nunc, veteri, Proſperi, Auguſtini, Hilarij atque Arnobij, Pſalterio, Romanum conſonat. Huiuſce generis haud dubium eſt fuiſſe exemplaria, quæ Varlenius vidit. Noſtræ enim editionis, quotquot habemus libri, cum poſterioribus Enarratoribus quos hac vice conferre editione, *manibus* addunt. & quamor quidem antiqui libri aſteriſco *manibus* notant, qui, indicio eſt, hanc vocem, ab Hieronymo ex Hebræo additam. Atque hoc ipſe teſtatur Hieronymus ad Suniam hunc in modum ſcribens: Diciſti in Græco *manibus* non haberi, & ego nouì· ⁻ſed in Septuaginta non habetur' id eſt, hoc mare magnum & ſpatioſum. Sed ex Hebraica & Theodotionis editione, in 70 ſub aſteriſco additum eſt. Deniq. & in Hebræo ita ſcriptum eſt זֶה הַיָּם גָּדוֹל וּרְחַב יָדָיִם. Quod Aquila ſic interpretatus eſt, αὐτὸς χωρῶν, & omnes interpretes. Hactenus Hieronymus. Quod eſt Hebraicè רְחַב יָדָיִם, Hieronymus tranſtulit *latum manibus*, Chaldæus *latum terminis*, nonnulli *latum ſpatio*, alij *latum locis*. Hæc enim vniuerſa יָדַיִם ſignificat. LXX II ſenes tranſtulerunt αὐτὸς χωρῶν, quæ vox per ſe ſola plenè videtur exprimere, quod duabus Hebraicè ſignificatur. eſt enim vnum nomẽ è duobus, ex αὐτὸς, quod latum, & χώρα, quod regionem & locum denotat. itaque αὐτὸς χωρῶν, quaſi αὐτὸς χώρα latus locus. Atque ita, etiam Latinè, non addito manuum vocabulo, plenè exprimitur, quod eſt Hebraicè. *Spatioſum* enim eſt, amplum ſpatiis, ſeu latum locis. Sed Hieronymus, qui τὰ *manibus*, quod Hebræa vox יָדַיִם propriè ſignificat, Latinæ editioni addidit; & Aquila, qui αὐτὸς χωρῶν interpretatus eſt. Hebraicum quandam proprietatem, poëticæ fictioni ſimilem, amplius hoc loco intellexere. nempe, mari manus attributas, eò quòd, quaſi expanſas manus habeat, & in ſe cuncta ſuſcipiat. Corruptè autem, quod & Pelbartus animaduit, quidam, præ *manibus*, *manibus* legunt.

145. Pſal. 104. v. 28. *Verum perſtranſiit animam eius.* ſic multi libri, cum multis Tractatoribus. Alij verò non pauci libri ſcribunt: *ferrum perſtranſiit animæ eius*. nouem noſtri, iſque ferè emendatiores, cum duobus Romani Pſalterij antigraphis; nonnulli Lugdunenſium, & antiqui Epanorthotæ. Atque hæc Hieronymi fuiſſe videtur lectio, quantum quidem ex commentarijs colligi poteſt. Ferrum, inquit, ipſum dicit peccatum, quod occidit animam. Vtique autem, non peccatum Ioſephi animam, ſed Ioſephi animæ peccatum perſtranſiit. Superarat enim herę, ſæpius ad concubitum inuitantis, blanditias. Caſſiodorus, hoc, (id quod textus habet) an illud legerit, colligere non faris poſſumus. Vtriuſque, P. Lombardus, Hugo Cardinalis, & Ordinaria Gloſſa, meminerunt. Eſt autem poſterior, Græcis codicibus conſentanea. σίδηρος, habent, σίδηρος ἦλθεν ἐπὶ ψυχὴν αὐτοῦ, quæ & Euthymij fuit lectio. Hebraicè eſt בַּרְזֶל בָּאָה בְנַפְשׁוֹ, id quod vtroque modo interpretatum inuenio. Chaldæa paraphraſis, vt in Regia eſt editione, eſt, בְּרִישׁ דְּפַרְזְלָא עָדֵית בְּנַפְשֵׁיהּ In carnẽ ferream intrauit anima eius. Vt autem in Veneta & Nebienſi, שֵׁית דְּפַרְזְלָא בְּנַפְשֵׁיהּ Carnea ferrea intrauit in animam eius. Felix Prætenſis, pro textu interpretatus eſt: In ferrum ingreſſa eſt anima eius; ad marginem autem poſuit: Ferrum ingreſſum eſt in corpore, vel, in anima eius. Symmachus, Theodotius teſte, dixit: In ferrum pertranſiit anima eius. Simili modo D. Hieronymus, & poſt eum, Vatablus & Flaminius, tranſtulerunt*: In ferrum venit anima eius (addunt *in* præpoſitio) Alij, inter quos Pagninus: ferrum ingreſſum eſt animam eius. Nam, Pagninus ait, anima affligitur afflicto corpore. & hæc quidem interpretatio verborum ſitũ conueniens eſt: ſed, feminei generis verbum baah, nephesch potiùs, id eſt, *anima*, optare videtur ſuppoſitum, quàm barzel, quod eſt *ferrum*. Nephesch enim feminei generis eſſe conſtat: barzel verò, maſculino genere, non feminino, extra præſentem locum, inuenio. Atque hac, quod veriſimile eſt, ratione, moti, LXX II. Hieronymus & alij, verterunt: *ferrum pertranſiit animæ eius*, aut ſimilem ad modum, cuius ſenſus eſt: Ipſe in ferreã vincula coniectus eſt. vel: Vitam egit in vinculis ferreis.

Pſal. 104. v. 30. M. N. Auguſtini Himmæi duo manuſcripti, G, & R, cum nonnullis aliorum libris, legunt: *Et dedit terram eorum ranas*. ea quæ D. Auguſtini eſt lectio: Et dedit terram eorum ranas in pen. re. ipſiorum. tanquam diceret, inquit, Terram eorum conuerſit in ranas. tanta enim erat ranarum multitudo, vt hoc per ⁻σύνεσιν' conuenienter diceretur. Auguſtinum Proſper ſecutus eſt. Alianoſtræ complura manuſcripta, cum Henrenij 1, habent: *Et dedit terræ eorum ranas*. Rurſus alia non pauca, eaque integritate ſpectatione, cum Iohanne de Paſtura: *Edidit terra eorum ranas*. Atque hæc, Græcis & Hebraicis libris, conueniunt. Non enim Græcè & Hebraicè (idem eſt de Chaldæo iudicium) coniunctio legitur: ſed à verbo inchoatur oratio, eoque huiuſmodi, quod *edidit, ebulliuit*, vel *produxit*, conſtanter interpretantur· ἐξέβρυσεν ὁ τῶν ὑδάτων ἐξερχόμενος. שָׁרַץ אַרְצָם צְפַרְדְּעִים, non tantùm edere, ſed reptilia edere ſignificat, id quod, reptili ranarum naturæ apprimè conuenit. שָׁרַץ in multitudine gignere vel producere denotat. quod & ipſum loco aptiſſimè congruit. Hæc igitur poſtrema manuſcripta, meritò ſequenda ſunt. Eandem lectionem, clariſſimi noſtri Belgij Scriptores, Tirelmanus, Lindanus, & Ianſenius, probant. eiuſdem ſententiæ eſt Epanorthotes: Non eſt ibi, ait, *& dedit*, ſed *edidit*, ſecundum Hebraicum, & antiquos & Hieronymum, & Græcum. Poſtremò, Hieronymus, rem vniuerſam conficiens, in epiſtola de Pſalmorum correctione, teſtatur, hanc fuiſſe antiquam interpretationem, eamque à ſe relictam. *Edidit terra eorum ranas*. Pro quo in Græco ἐξέβρυσεν ὁ τῶν ὑδάτων ⁻ἐπὶ γῆς' ἐρχόμενος vos legiſſe dicitis, quod poteſt ita interpretari: Ebulliuit terra eorum ranas. Sed & in hoc nulla eſt in ſenſu mutatio, & nos antiquam interpretationem ſequentes, quod non nocebat, mutare noluimus.

Pſal. 105. v. 38. Latinorum codicum quidam habent: *Et interfecta eſt terra in ſanguinibus*. Alij: *Et interfecta eſt terra in ſanguinibus*. Inter Expoſitores, Nicolaus Lyranus & Petrus Herentalenſis, *infecta* legunt: Arnobius, Proſper, & Caſſiodorus *interfecta*; Auguſtinus: Putaremus, inquit, hic ſcriptoris errorem eſſe, atque ecum diceremus, pro eo quod eſt *infecta*, fecisse *interfecta*, niſi haberemus beneficium Dei, qui ſcripturas ſuas in multis linguis eſſe voluit, atque ita eſſe ſcripturam, *Interfecta eſt terra in ſanguinibus*, inſpectis Græcis codicibus videremus. Sic S. Doctor Auguſtinus. ἀναστατοῦσθαι καὶ συγχύνεσθαι eſt Græcè, ἀναστατοῦν interficere denotat. quamobrem veriſimile eſt, *interfecta* Interpretem tranſtuliſſe. Neque id videtur ab Hieronymo veteris editionis caſſigatore, in *infecta* mutatum, cùm, vt plerique, ita & integerrimi quique, eorum librorum, quos ex Hieronymi emendatione habemus, *interfecta* legant. Nos id ſanè, in noſtris exẽplaribus, animaduerrimus. Sed, & Epanorthotes, & R^mus Lindanus, hoc ipſum in ſuis codicibus obtinuiſſe videntur. Hic enim legit, ille legendum docet, *interfecta*. Complures etiam poſteriorum Enarratorum, ad hunc legunt modum, Haymo, Beda, Remigius, Turre-cremata, Ludolphus, Bruno, Pampolitanus, Carenſis, Richelius, Paſtura. Intelligunt autem iſtud, poſt Auguſtinum, permetonymiam, de terræ habitatoribus, qui interfecerunt trucidarunque animas ſuas, effundendo idolis que offerendo ſanguinem filiorum & filiarum ſuarum. Cærerùm, & de terra ipſa, non malè intelligatur, ſi enim, populi peccaris, terra ſterilis, & quaſi eſt mortua, quæ non parit, quos ſolita eſt, fructus. hæc igitur noſtræ editionis germana videtur lectio: *Et interfecta eſt terra in ſanguinibus*.

Porrò, vox Græca ἀναστατοῦν, non minùs rectè transferunt *infecit* nam, quamquam ἀναστατοῦν interficere denotet, nonnumquam tamen pro inficere, idque cæde præſertim, ponitur. Exemplum eſt Numer. 35. Numerorum 35. capite· καὶ ἐὰν συναστατώσητε τὴν γῆν, ἐφ' ἣν ὑμεῖς κατοικεῖτε ἐν αὐτῇ· τὸ γὰρ αἷμα τοῦτο ἀναστατοῦν τὴν γῆν. Et ne pollutaris terram in qua habitaris. hic enim ſanguis terram polluit. Multi itaque ex Græco Interpretes vertunt: *Et infecta eſt terra in ſanguinibus*. Quin & Euthy-

Euthymius Græcus Enarrator, id notare videtur, ἐφονοκτονῆσθαι, hoc in loco, idem esse, quod, cæde infecta. videtur, inquam; nam, ambigere nonnihil, facit versio. Denique, Græcus Poëta Apollinaris, hoc istud modo accepisse videtur. sic namque canit· ἄϊμαπ δ' ἀλλυμένων ἐρυθρήνατο πάντοθεν αἶα, Sanguine cæsorum rubefacta est undique terra. Ex Hebræo, nostræ ætatis Interpretes, *infecta* seu *polluta* constanter transferunt. Chaldæus paraphrastes similiter· וְאִתְטַנְּפַת אַרְעָה בְּחוֹבִין דְּקְטוֹל quod est: Et maculata est terra peccatis homicidij. D. Hieronymi, quædam exemplaria, legunt: Et 'polluta' est terra* sanguinibus; quædam: Et adulterata est terra per sanguinem. illo, nostra pleraque; hoc modo, cum Epanorthote, Lobiensis cœnobij antigraphum, tametsi & alteram annotet lectionem. *Adulterata* autem, potiùs ex חנאף esse videtur, quàm ex eo quod nos habemus חנף. quanquam, חנף etiam impiè agere significet: vnde, in Lexico Pagninus, Et impiè egit terra in sanguinibus, exponit. Illo Numerorum loco, eadem est vox חָנֵף, quam eo loci Latinus Interpres polluere & maculare transtulit: *Ne polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium cruore maculatur*. sed & alibi similiter interpretatus est. Rectè igitur, & iuxta Græcos, & iuxta Hebraicos libros, legatur: *Et infecta est terra in sanguinibus*; quomodo, tria Romani Psalterij antigrapha, concorditer legunt: Verùm, vti diximus, videtur (saluo iudicio meliori: nam diuersas legimus hac de re diuersorum sententias) nostræ editionis genuina lectio, *Et interfecta est terra in sanguinibus*. Porrò, vt Græca vox ἐφονοκτονῆσθαι, pro *cadibus infecta* potest accipi: sic & Latina, quæ ex ea translata est, pro *interfectionibus maculata* accipi possit.

cont amiate. o. *in.1 MS.R

Num. 35. d. 33.

Isa.24.a.5.

Isaiæ 24, capite, eadem est, in nostra editione, lectionis varietas. Quidam typis excusorum codicum, habent: *Et terra infecta est ab habitatoribus suis*. Quidam, cum plerisque omnibus manuscriptis nostris· *Et terra interfecta est ab hab. suis*. atque est Hebraicè vox eadem חָנֵף, quam eo loci Chaldæus & LXXII. reddiderunt *peccauit* seu *impiè egit*.

149. Psal. 106. v. 8. 15. 21. 31. Quater hoc Psalmo repetitur εὐχαριστικὸν istud carmen: *Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum*. &, hoc quidem modo, à plerisque nostris codicibus scribitur: sed, antiquis Epanorthotæ, *Confiteantur* est *Domino misericordia eius*. similiter, nonnulla Lugdunensium antigrapha legunt: &, ex nostris, Brugense manuscriptum, in quo, posterioribus locis, monophthongus in diphthongũ mutata conspicitur, a in æ. D. Haymoni, hæc primo semel loco lectio adscribitur, commentario non refragante. Monent autem Lugdunenses atque Epanorthotes, sexti casus esse *misericordia*, vt nimirum sensus sit: Laudes dicant & gratias Domino, in, seu, de misericordia eius. Et fortasse, quia existimatum est, *misericordia*, primi casus esse, mutatum est in *misericordia*, vt suppositum apposito responderet. Certè, Hebraicè est singulari numero, chasdo. יודו ליהוה חסדו id quod interpretari liceat, vel sexto casu *misericordia*, Gratias agant Domino (de) misericordia eius: vel quarto *misericordiam*, Celebrent Domino misericordiam eius. Quidam, vt clarior sit sensus, præpositione addita, vertunt: Confiteantur Domino propter misericordiam eius. Anglicanum Psalterium, primo & tertio locis, pro יודו, habet הודו, pro *confiteantur*, *confitemini*. sed id dissonat, non tantùm ab aliis, quæ habemus, Hebraicis exemplaribus, verùm etiam ab Interpretibus, tàm primis, quàm postremis. Sic ergo Hebraicè: sed Græcè, quod pro altera faciat lectione, multitudinis est numero τὰ ἐλέη αὐτοῦ. ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ. hoc autem, transferre possimus, & primo casu, *Confiteantur Domino misericordiæ eius*: & quarto, *Confiteantur Domino misericordias eius*. Quarto casu, Euthymius Zygabonus intellexit, & quidam ex Græco Interpretes transtulerunt: atque is meliùs fortasse conueniat, quæ Iansenij est sententia: sed, primum lego, vt in plerisque Latinis codicibus, ita & in plerisque Latinis tractatoribus. Quin etiam, Augustinus, in ambigua lectione, primum amplexus est casum: Confiteantur Domino miserationes eius: Vbique, ait, omnino, vbique confiteantur Domino, non merita nostra, non vires nostræ, non sapientia nostra, sed miserationes eius. Sed & Apollinaris, expressit carmine casum primum· δικτιρμοὶ Θεοπλῆϑ· εἰὴν ἀναμέλϕατ' ἐρωὴν.

Lobiensis cœnobij codex misericordia legit in Romano Psalterio; Bessarionis, in Hieronymi tralatione.

150. In altera huius versus parte, manuscriptum Hunnæi, L, littera signatũ, habet, primo præsertim loco, *filij*: *Et mirabilia eius filij hominum*. Et placere sanè facilè possit, ijs qui fontes negligunt, ea lectio: sed, *filijs* legendum esse, vt Latini plerique cùm codices, tum tractatores legunt, & Græca & Hebræa loquuntur. Subaudiendum est autem, vel *exhibita*, vel *prædicent*, vel vtrumque. Portugallicæ Synagogæ Psalterio, deest tertio loco (quod obseruauit D. Lindanus) לִבְנֵי אָדָם *filijs hominum*; nimirum, id, ex præcedentibus legendum reliquit scriptor. ad quem modũ, quibusdam Latinis scriptis, initiales dumtaxat dictionum litteræ, posterioribus locis habentur. Totius huius versiculi, insigniter expressit Chaldæa paraphrasis, sensum: Confiteantur coram Domino propter misericordiam eius: & narrent mirabilia eius filijs hominum.

151. Psal. 117. v. 1. 2. 3. 4. Priores quatuor huius Psalmi versus, finit hoc idem Dei encomium, *Quoniam in seculum misericordia eius*. atque ante hoc legitur, quod omnis Dei in nos misericordiæ origo est, *Quoniam bonus*. sed id, ab aliis quidem, vniuersis his quatuor versibus additur; ab alijs, tribus dumtaxat; ab aliis, solummodo duobus; denique ab alijs, vnico. hac de varietate, iam nobis differendum est.

Quatuor igitur simul his versibus, addunt *Quoniam bonus*, plerique omnes nostri Græci codices, cum Græcis authoribus, Chrysostomo, Apollinari, Theodorito, atque Euthymio. his consonant Latina Romani Psalterij exemplaria, cum Cassiodoro Romano Senatore. sed & nonnulla Gallici, hoc est, vulgatæ nostræ editionis, Atrebatensis Collegij vnum, Hunnæi alterum, cum tractatoribus, Remigio Antissiodorensi, & Ioanne Sabinensi. B.

Tribus versibus, primo, secundo, tertio, addunt, & quarto omittunt, *quoniam bonus*, alij quidam Latinorum nostræ versionis codicum, vnus Atrebatensis Collegij, manuscriptus, & nonnulli typis excusi, Venetijs primus*, Basileæ alius, alius Antverpiæ, is, qui ex D. Lindani est emendatione. Atque inter expositores, his conformiter legunt, Richardus Pampolitanus Eremita, & Iacobus de Valentia Christopolitanus Episcopus. * Anno 1497.

Duobus dumtaxat versibus, primo & secundo, habent *quoniam bonus*, plerique Latinorum vulgatæ editionis librorum, tam eorum qui calamis, quàm eorum qui typis, scripti sunt, cum enarratoribus, Haymone, Ludolpho, Pastura, & Richelio. Et ij quidem scriptorum librorum, qui asteriscis & obeliscis insigniti sunt, obelo id configunt, quod in secundo est versu. Nam Hebraicis in libris, vnico eoque primo versu, legitur *quoniam bonus*. Hebraicis autem libris, Chaldaici sunt conformes.

In hac codicum & exemplarium diuersitate, genuinam quærimus vulgatæ Latinorum versionis scripturam: & pensitatis singulis, ea nobis (meliori salua sententia) esse videtur, quæ primo versu legit, secundo cum obelo addit, tertio & quarto omittit, *quoniam bonus*. Nam, vt ad hunc modum legunt libri huius editionis plerique, ita & probatissimi quique, alios autem nonnullos, verosimillimum est depravatos, aut ex Græca lectione, aut ex Romana psalmodia, aut denique ex ipsorum inter se versiculorum similitudine, ea quæ omnis hac in parte varietatis primam proculdubiò causam dedit. Quod autem, secundo potiùs versu, quàm vel tertio vel quarto, Latini codices *quoniam bonus* adijciant: ex eo fortassis est, quòd Græcus Interpretis liber, hoc habuerit modo: & certè, Græca Tornacensis exemplaris editio, ita habet, tametsi ad quarti versus marginem scriptum sit *oti agatos*. Porrò, subaudiendum videtur posterioribus locis, *quoniam bonus*, quamuis non addatur.

152. Psal. 117. v. 10, 11, & 12. eadem terminantur sententia: *Et in nomine Domini quia vltus sum in eos*. in qua negotij nonnihil facessit, *quia* coniunctio, quam Græci codices tollunt, Hebraici & Chaldaici addunt. sublata, claram; addita, obscuram reddit orationem. Latini veteris editionis libri, cum Græcis, fustulerunt; id enim, ex Arnobij, Augustini, & Cassiodori commentariis, Romanisque Psalteriis, patet: posteriori verò editioni, ex Hebraicis addita est. Cõstanter enim, in huius editionis exemplaribus, legitur; & in antiquis quidem, cum asteriſci nota. Atque hoc, Hieronymus, ipse editionis istius emendator, comprobat: Dicitis, scribit Suniæ & Fretelæ, *quia* in Græcis codicibus nõ inueniri· ᾗ τῷ ὀνόματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς, id est, in nomine Domini vltus sum eos. sed in Latinis sub asteriſco legendum est. Quamobrem, posteriores inter Latinos enarratores, legunt; vtq. explicent, laborant. Nullo igitur pacto, è vulgata nostra editione coniunctio hæc omittenda est: nec (in quo Varlenius falsus est) in sua ad Hebraicam veritatem versione Hieronymus prætermisit, si probatioribus exemplaribus* fides habetur: quibusdam enim, prioribus locis deest, tertio tantùm legitur; vni etiam, posterioribus locis legitur, primo tantùm deest, cùm Hebræo, tribus locis, perinde legant. Existimant autem nonnulli, coniunctionem hanc superfluere, cuius sententiæ & LXX fuisse videntur. Quidam verò, pro *vtique* aut *certè* accipiunt. Alij plerique, ellipticam volunt orationem esse, subauditis quibusdam perficiendam. Richelius: In nomine Domini factum est, quòd me vltus sum de eis. Chaldæus: In nomine verbi Domini confisus sum, quòd perdam eos. Est enim Chaldæis & Hebræis futurum: nec est *in* præpositio, vt neque Græcis: sed, quòd eam Latinus sermo postularet, videtur addita. in exemplaribus Lobiensi & Herbipolensi obelo iugulatur. * Lab. Claud. Reg.

153. Psal. 117. v. 23. *Et est mirabile in oculis nostris*. Sic nonnulla Latina Psalteria, cum Psalteriis Græcis & Euangeliis Matthæi & Marci, legunt. Epanorthotæ verò probata lectio est: *hoc est mirabile in oc. nostris*. Ad hunc modum, ex nostris, P, Stapulense, Tornacense, Lobiense, & Brugense, emendatissima exemplaria, scribunt. Atque hæc scriptura, Hebræo conformior est· הִיא נִפְלָאת בְּעֵינֵינוּ ad verbũ reddas: Hoc mirabile in oculis nostris (nam feminina, Hebræis substantiuè ponuntur, vt neutra Græcis & Latinis, suo loquentibus idiomate. quandoq. enim Hebraicum idioma retinent, vt, hoc ipso loco Græci· παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, ᾗ ἔστ θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν) Lobiense manuscriptum, *hoc* asteriſco notat, tamquam quod ex Hebræo, à Psalterij castigatore, sumtum sit: & hanc quidem lectionem *Hoc est mir. in ocul. nostr.* Gallico Psalterio attribuit; alteram verò, *Et est*, Romano. cui, Tornacensis & Stapulensis editiones, consentiunt. Nullius hæc momenti sunt, iis, qui, dum sensus est integer, de vera nostræ editionis lectione, nihil soliciti sunt. Quod sequitur substantiuum verbum *est*, Brunonis Herbipolensis Episcopi Psalterium, veru signat, tamquam quod ex Græco legatur, Hebraicè verò non exprimatur. Matt.21.d.9. Mar.11.d.9. Luc.19.f.38. Ioa.12.b.13.

154. Psal. 117. v. 25. *O Domine saluum me fac*.] Pronomen *me*, à Latinis quibusdã manuscriptis omittitur, Brugẽsi & Lobiensi: quibus, Iacobi & Lindani editiones, consentiunt: & Bedæ cõmentarius suffragatur. Nec legitur hoc pronomẽ Græcè· ὦ κύριε σῶσον δή, ô Domine salua nunc. nec habetur Hebraicè אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא anna adonai hosianna. obsecro Domine salua nunc. neque additur Chaldaicè בְּבָעוּ מִקֳדָּם יְיָ פְּרוֹק obsecro te Domine seruа*. Euthymius, in huius loci commentario, populum tuum subaudit; Chrysostomus, eos qui Christi beneficiis fruuntur. Iacobus itaque, Titelmannus, & Varlenius, *me* superesse iudicant: Iansenius, etiam sensui obesse pronunciat. intelligit enim populi esse vocem, à Deo, Regi suo, salutem faustaque omnia precantis. * בְּרִיךְ אַתְּ אֲדוֹנָיְלָא * sunt, dicerunt architecti. Neh.

155. Sequitur: *O Domine bene prosperare*.] *Bene* ab antiquis codicibus tolli, Epanorthotes testatum reliquit: nosque id vidimus in nostris exemplaribus, Brugensi, Lobiensi, Stapulensi. Neque est, aut Hebraicè, aut Græcè. sufficienter enim, & Hebraicã vocem הַצְלִיחָה, & Græcam εὐόδωσον, exprimat Latina *prosperare*. atque adeò, vt &, sicut illæ, ambiguè intelligi possit, vel prosperè age, vel prosperitatem da. minimè verò arbitror, *bene*, aut Græco δή, aut Hebraico נָא, respondere (est enim Hebraicè הַצְלִיחָה נָא, Græcè εὐόδωσον δή) quin potiùs hæc, cùm præcedenti, tum hoc versiculo, ab Interprete nostro κατὰλεξιν accepta, quorum interpretationem Latinus sermo non exprimat.

156. In eo qui sequitur, versiculo: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, antiqua Epanorthotæ antigrapha, pro *qui venit*, *qui venturus est* legunt, quibus Tornacense manuscriptum & quædam Lugdunensium exemplaria suffragantur, ac V. Bedæ commentarius adstipulatur. Herbipolensis Episcopi Psalterium habet *qui venturus es*, quo modo, Antissiodorensis Antistes & Pelbartus monachus, aut legerunt aut exposuerunt. Exemplaria nostra iam antè commemorata, Brug. Lob. Stap. *qui venturus* scribunt, nec quidquam amplius addunt, non *es*, non *est*. Hebraicè est הַבָּא, quod est, qui venit, aut qui veniens. Græcè legitur ὁ ἐρχόμενος, id quod, & *qui venturus*, & *qui venit*, transferri potest. In Euangeliis translatum est *qui venit*, id enim rei gestæ conuenit: futurum autem, prophetiæ non incongruum est. Reijcit in Psalmorum commentariis, futurum, Titelmannus. & quidem facilius assentiar, de *qui venturus es*, id quod exprimit: at non æquè, de *qui venturus*, aut *qui venturus est*. sunt enim hæ, spectatissimæ fidei exemplarium lectiones: concorditerque, Lobiense ac Tornacense manuscripta, & Stapulensis editio, Psalterio Gallico, *qui venturus*; Romano, *qui venit*, adscribunt. Non inquirimus quæ melior sit versio; sed quæ sit verior vulgatæ editionis lectio. Romano Psalterio, vetus, & Cassiodori commentarius, vt plerumque aliàs, consonant. Bruno, Carthusiæ Patriarcha, expositio illo: *Ben. qui venturus est in n. D.* addidit: In aliis trãslatoribus habetur: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Mat.11.d.9. Mar.11.b.9. Luc.19.f.38. Ioa.12.b.13.

157. Daleth. Psal. 118. v. 28. *Dormitauit anima mea præ tædio*. Sic Latini codices habent, cum Latinis Enarratoribus, Arnobio, Hilario, Hieronymo, Augustino, Prospero, Cassiodoro, & posterioribus. Sic habent & nostri Græci codices· ἐνύσαξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, cum Græcis tractatoribus Euthymio & Theodorito. Sacer autem Ambrosius, qui magna semper cura genuinam scripturæ lectionem inuestigat, pro *dormitauit*, *stillauit* legit: &, Aliqui, inquit, codices habent *dormitauit*, quia ἐνύσαξεν & ἔσταξεν duabus litteris dissonant. Potuit Interpres, vel antiquarius scriptor, hìc falli. νυσάζειν dormire est, στάζειν stillare, &c. Qui facilioribus igitur laborum vtuntur compendiis, *dormitauit* accipiunt: sed Origenes, qui multorum interpretationes diligenti discussit indagine, *stillauit* secutus est. Hactenus Ambrosius. Collegit autem Origenes, ἔσταξεν potiùs quàm ἐνύσαξεν legendum, ex Hebraico fonte· דָּלְפָה נַפְשִׁי מֵהוּגָה Dalaph, omnium sententia, στάζειν seu stillare significat. Hinc legimus Prouerbiorum 27. capite דֶּלֶף טוֹרֵד בְּיוֹם סַגְרִיר וְגוֹ Stillatio assidua in die pluuiæ, & litigiosa mulier comparantur. Itaque ex Hebræo Hieronymus vertit: distillauit anima mea præ stultitia, vel (vt tria ex nostris manuscriptis, vnum Bessarionis, alterum Hunnæi, Plantini tertium, legunt, & alij transferunt) præ tristitia. Leguntur & LXXII, hanc ipsam Hebraicam dictionem *Dalaph*, ad hunc modum interpretati. Iob decimo-sexto capite, quod Hebraicè est דָּלְפָה עֵינִי, & Latinus reddidit *stillat oculus meus*, illi transtulerunt· στάξοι μου ὁ ὀφθαλμός. Rursus quod est Ecclesiastæ decimo capite יֶרֶל פָּה תַּחֲזִיק, Latinus *perstillabit domus*, LXX. ad eundem modum, στάξει ἡ οἰκία interpretati sunt. Videri igitur possint, & hoc Psalterij loco, ex דָּלְפָה, ἔσταξεν reddidisse. nisi fortè dicat quis, hos septuaginta duos Interpretes, operas diuisisse: nec ab eis Iob atque Ecclesiasten translatos, à quibus psalmi conuersi sunt. quæ sententia quibusdam hodie viris doctis probatur. Sed, sit vera ea opinio, non potest tamen non probabile videri, ἔσταξεν hoc loco scriptum esse. νυσάξη & νυσάξει legimus vicesimo & centesimo psalmo: sed, ex נוּם, non ex דָּלַף. iterum, νυσταγμὸν, primo tricesimo & centesimo: sed, ex תְּנוּמָה, non ex דָּלַף. Vtut autem sit, siue ἔσταξεν, siue ἐνύσαξεν, LXX reddiderint: noster Latinus Interpres ἐνύσαξεν legit, vertitque *Dormitauit anima mea præ tædio*. quod tamen, non adeò ab ἔσταξεν seu *stillauit* discrepat. Nam quæ stillat anima, hoc est, cuius vires tanquam per assiduam stillationem defluunt, quasi dormitant: vt præteream, non absimilem esse stillationi, dormitantium nictationem. *Psal. 120. a.3.4. Psal.131. a. 4.

158. Psal. 118. v. 59. *Et conuerti pedes meos in testimonia tua*.] Pleraque exemplaria, *conuerti* scribunt: nonnulla *auerti* (quod est, reuocaui) Epanorthotæ quædam, Lugdunensium quædam, atque ex nostris Brugense. Epanorthotæ verba sunt: Et infra· *Et auerti pedes meos*, id est, ab aliis verti *in testimonia tua*: aliàs *conuerti*: Vtraque lectionem admittunt, & Hebraica vox אֲשִׁיבָה, & Græca ἐπέστρεψα, quamquam ex ἀπέστρεψα fortasse sit *auerti*. Inter Latinos Enarratores, Ambrosius, *auerti* legit, id quod ex ipsa eius enarratione fit verisimile: similiter Augustinus & Prosper, quorum explicatio est: Auerti, scilicet à viis meis, quæ displicuerunt mihi, vt irent in testimonia tua, atque ibi haberet viam. Cassiodorus autem, & ex posterioribus multi, *conuerti* legerunt. Hieronymus ad Suniam & Fretelam: In eodem. Et 'conuerti' pedes meos *in testimonia tua*. In Græco legisse vos dicitis ᾗ ἐπέστρεψα, id est, *& auerti*. Sed & hoc superfluum est. Nescio an deprauatus sit hic Hieronymi locus. verumenimuero, magis deprauatum reor, in manuscriptis, quæ vidimus, duobus, in quibus *conuertisti* seu *auertisti* probatur, *auerti* superfluum iudicatur: cùm non tantùm Græcis, sed & Hebræis atque Chaldæis, prima legatur persona, nec alia reperiatur in Hieronymianæ translationis antigraphis. constanter enim habent: Et conuerti pedes meos ad testimonia tua. vno Tornacensi excepto, in quo *cõuertisti* est. Meminit lectionis huius *Et auertisti pedes meos* Augustinus: sed, non existimasse se genuinam esse, satis insinuat. * conuertisti i MS. * auertisti i MS.

159. Samech. Psal. 118. v. 118. *Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis*.] Quinque Hentenij manuscripta, duo Parisiensium, & antiqua Epanorthotæ, pro *iudicijs*, *iustitijs* habent, quibus septem ex nostris exemplaribus, eaque emendatiora, consentiunt. sed & alia tria, in quæ diuersarum editionum congesta sunt Psalteria, Lobiense, Tornacense, ac Stapulense, suffragantur. Bedæ, Brunonis, Richelij, Pelbarti, Pasturæ, & Titelmanni, posteriorum enarratorum, eadem est lectio. Veterum; Arnobij, Hilarij, & Hieronymi, commentarijs inserti textus, ad eundem modum *iustitijs* legunt: sed, ipsa Hilarij commentaria, *iustificationes* nominant. Hebraicè est מִחֻקֶּיךָ· Hukkim seu Hukkoth, Latini ex Hebræo Interpretes, præcepta vel statuta transtulerunt: Græci LXX δικαιώματα conuerterunt, cùm hoc, tum plerisque huius Psalmi locis. δικαιώματα autem, Latinus noster ex Græco interpres, eodẽ hoc Psalmo, centies, si fieri potest, interpretatus est *iustificationes*. Atque & hoc loco, à *iustificationibus* disertè legunt, Ambrosius, Augustinus, Prosper, & Cassiodorus. quibus conforme est Romanũ Psalterium. Gallici igitur Psalterij potior lectio est *iustitijs*, quippe quæ, & Patrum lectioni vicinior, & consuetæ translationi similior, & castigatioribus exemplaribus sit conformior. atque in hanc, R^mus D. Lindanus & Parisienses abeuntes sententiam, *iustitijs* emendarunt. δικαιώματα iustitias ab Interprete conuersa, & in 17° Psalmo reperio, versu 23. vbi & Hebraicè est חֻקּוֹת. *Iudicia*, κρίματα Græcè, Hebraicè מִשְׁפָּטִים dici solent, quamquam diuersis his nominibus, eadem Dei lex significetur; *iudicijs*, quòd eam Dei sententia obseruandam decreuerit; *iustitijs* vel *iustificationibus*, quòd iustitiæ conformis sit, veram præscribat iustitiam, iustosque, qui obseruant, faciat.

160. Koph. Psal. 118. v. 147. *Præueni in maturitate*.] Græcè est προέφθασα ἐν ὥρᾳ, quod est, *Præueni in immaturitate*, siue, vt S. Ambrosius interpretatur, ante horam, ante tempus. Mirum itaque est, Latinis codicibus, quorum est ex Græco versio, legi: *Præueni in maturitate*. sic enim legunt quotquot habemus manuscripta, nisi quòd quædam ita scribant vt à *immaturitate* seu *immaturitate* legendum sit, metitò dubites. Innumera alia R^mus D. Lindanus consuluit, nec inuenire potuit quod *in immaturitate*, sicut Græcus habet, legeret, nisi tandem, in Ecclesia Barlo, iuxta Venloniam sita, vnum, id quod nos ex probatissimi Antistitis fide in Bibliorum margine annotauimus. Legit quidem & Regiorum Bibliorum Latinus textus *in immaturitate*: sed is, Græco textui accommodatus est, occasione quam diximus aliquando. Istud ipsum de sui temporis codicibus questus est Augustinus, cuius, 29. concione, hæc sunt in hunc locum verba: Quod sequitur, habet aliquid obscuritatis, quod aliquanto diutius exponendum est. *Præueni intempesta nocte & clamaui*. Plures codices non habent *intempesta nocte*, sed *immaturitate*. vix autem vnus inuentus est, qui haberet geminatam præpositionem, id est, in *immaturitate*. Immaturitas itaque in hoc loco nocturnũ tempus est, quod non est maturum, id est, opportunum, vt agatur aliquid vigilando, quod etiam vulgò dici solet,

hora importuna. Nox quoq. intempesta, id est, media, quando quiescendum est, hinc proculdubio nuncupata est, quia importuna est actionibus vigilantium (&c.) Quod ergo Græcè dictum est ἐν ἀωρίᾳ, non vno verbo, sed duobus, id est, præpositione & nomine, hoc, interpretes nostri quidam, dixerunt *intempesta nocte*. Plures *immaturitate*, non duobus verbis, sed vno, cuius vocabuli nominatiuus est *immaturitas*. Nonnulli verò in duobus verbis, sicut Græcus posuit, *in immaturitate*. ἀωρία quippe immaturitas est, ἐν ἀωρίᾳ in immaturitate. hæc D. Augustinus, in quibus, præterquam quòd conqueratur vix in vllis codicibus inueniri potuisse *in immaturitate*, id obseruandum est, non eum agnouisse, eam lectionem, quæ nostrorum hodie est codicum, *in maturitate*; sed has dumtaxat tres, *intempesta nocte, immaturitate, in immaturitate*. *In maturitate* si legisset, probaturus non fuisse videtur, vt pote, à cæteris interpretationibus & Græco textu alienum. fortassis etiam legit atq. ob hanc causam nihili fecit. Si autem earum, quarum meminit Augustinus, aliqua, nostri interpretis versio est, aut *immaturitate* est, aut *in immaturitate*. Nam *intempesta nocte*, quam Prosper secutus est, nostrorum codicum scripturæ dissimilior est. D. Bruno Herbipolensis Antistes, *immaturitate* Psalterium castigauit: atque hoc certè modo non pauci scriptorum codicum legi patiuntur. quin & Ludolphus ad hunc legit modum, & subaudiendam monuit *in* præpositionem, id est, *in immaturitate*. Hieronymus Varlenius, *in immaturitate* Interpretem reliquisse opinatur. Opinionis eiusdem & Ruræmundensis Episcopus est, qui, secutus; vix dubium; illud, quod iuxta Venloniam reperit antigraphum, ad hunc modum Psalterium emendauit: *Præueni in immaturitate*. similiter Argentoratenses, in eo quē cum translationibus 4. & paraphrasibus duabus ediderunt, Psalmorum libro: *Præueni in immaturitate*. Atq. hanc, aut eam certè, quæ Herbipolensis Episcopi est, castigationem, comprobat Remigij Antissiodorensis expositio, ea quæ huiusmodi est: Et meritò debes, me clamantem, & honesta petentem exaudire, quia ego alios præueni in maturitate, id est, in adolescentia, quæ ætas est immatura & indomita ad custodienda mandata tua (&c.) Cùm ergo adhuc ætate viderer immaturus ad talia, tamen ad te clamaui, & præueni alios bene viuendo. Adstipulatur Haymonis Alberstattensis commentarius: Et non tantùm clamaui; sed etiam præueni alios in maturitate, quia cùm alij in perfecta & matura ætate ad te venire soleant, ego puer & immaturus ad te festinaui. vel præueni in maturitate, id est, ante aduentum tuum, scilicet ante tempus plenitudinis & gratiæ, ad te promerendū. Suffragatur D. Ambrosij enarratio, ex qua interlinearis Glossa desumta est: Præcurrit, Ambrosius ait, ætatis maturitatem, quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterana quadam continentia regit, feruoremq. virentis corporis, in cana morum maturitate componit. Quibus ex verbis patet, Ambrosium, non vt textus habet, *Anticipaui in maturitate* legisse; sed, *Anticipaui maturitatem*, vel *Anticipaui*, seu, *præueni in immaturitate*, aut, quod ad eundem modum intelligo, *immaturitate*. Hilariana commentaria de Hilario id ipsum loquuntur. Sic habent: Addidit adhuc & meritum obtinendæ salutis, dicens: Præueni in maturitate & clamaui, in verba tua semper speraui. Non exspectauit infirmam à vitiis senectutem, neque, deferuescentibus longo vsu luxuriæ æstibus, frigidæ ætatis tempus elegit: sed maturitatem omnem fide & religione præuenit, vincens per continentiam lasciuientes annos, & senectutis maturitatem, modestæ & castæ adolescentiæ tranquillitate, præueniens. Videntur Hilarius & Ambrosius *præueni maturitatem* legisse: sed, facilè habuisse potuerunt, *Præueni immaturitate* aut *in immaturitate*, & exposuisse id quod hinc sequitur atque idem vnum est, *Præueni maturitatem*, (Nam & in Augustino id licet obseruare;) vtique enim, qui præuenit in immaturitate, præuenit maturitatem. Est autem ex his operæpretium animaduertere, ad quem modum scripturæ textum, Patrum commentariis interiectum; qua fuerunt indoctissimi scribæ audacia; ad vulgatam legendi rationem immutarint, cùm ipsa commentaria subiecta reclament. Id & aliàs non rarò notauimus. Nonnunquam etiam ipsa Patrum verba, ei legendi modo quem substituerant, accommodasse deprehendimus. In promtu est exemplum, hoc ipso loco commentariorum Hilarij: sequitur enim post paululum, recitato versu proximo, Præuenerunt oculi mei diluculum, vt me. el. tua: Qui in maturitate clamorem præuenerat, nunc ipsos dies meditationibus præuenit. Quomodo hic posteriori prius respondeat, aut quid hoc esse possit, nisi legas: Qui maturitatem clamore præuenerat: Sic namque restituendus videtur locus. Quemadmodum autem in Patrum enarrationibus, genuina lectio, in eam, quæ vulgi errore recepta est, mutata conspicitur: sic proculdubio & in ipsis sacrorum Bibliorum accidit libris. Emendatum licet exemplar describentibus propositum esset, errare id censuerunt, si in peruulgatum errorem non conspiraret. ita tandem factum est, vt germana lectio oppressa extinctaque sit, nec inueniri possit à posteris, qui magna sedulitate inuestigant, quam olim extitisse, argumentis certis colligunt. Primus autem error, fæpenumero ex re non intellecta commissus est. quod non intelligebant, perperàm scriptum iudicabant; itaque, corrigendum, ad similem quempiam modum, quo posset, & facilè intelligi, & ab authore scriptum videri. Sic, hoc opinor in loco, cùm eius quod scriptum erat *Præueni immaturitate* aut *in maturitate*, sensum non viderent, errorem esse iudicarunt, emendandum, in duas vna voce distracta, *Præueni in maturitate*. Rursus, cùm in aliis legerent exemplaribus *Præueni in immaturitate*, quod scirent immaturè nihil aut dicendum aut gerendum, scribendum potius existimarunt ad eundem modum *Præueni in maturitate*; errorem, dum corrigere vellent, facientes. Aut fortasse mouit, quòd, *in immaturitate* significare arbitrati sunt, post maturum tempus; itaque quandam verborum inter se repugnantiam esse, *præueni, in immaturitate*. eum enim qui præuenisset, maturè venisse dicerent. Porro, citra omnem, aut corruptelam aut ambiguitatem, in Brunonis Carthusiani elucidationibus, hanc explicatam inuenio lectionem: *Præueni in immaturitate*. sic ibi legitur: Et iustum est vt me saluum facias & exaudias, propter hæc merita mea, quia ego adhuc positus in immaturitate, id est, immatura ætate, scilicet in iuuentute, quæ est ætas immatura, feruens, & prona ad omnia vitia magis quàm senectus, præueni in bonis operibus, id est, anteueni cæteros fideles, qui tandem in senectute, quæ matura ætas est, cœperunt bene operari (&c.) Matura ætas senectus dicitur, eò quòd in senectute ex natura maturiores mores homines habeant. Immatura verò ætas dicitur iuuentus, eò quòd in iuuētute contingat ex natura mores habere immaturiores. &c. In Glossa Ioannis de Turre-cremata, hoc, & quidem solum, lego: Ex magno orandi affectu præueni horam opportunam in qua solet fieri oratio. præoccupaui faciem tuam, vt lætus & vigilans tibi occurrerem. Multum igitur verisimilis est huius loci, aut hæc *Præueni immaturitate*, aut ista lectio *Præueni in immaturitate*. Cæterùm, nolo ego pronunciare adulterinam esse *Præueni in maturitate*, præsertim cùm esse videatur, non tantùm recentiorum Enarratorum, Lyrani, Richelij; verumetiam veterum quorundam. id quod, ex commentariis Arnobio & Hieronymo adscriptis, intelligi possit. In Arnobij commentario ad hunc habes modum, Præueni in maturitate & exclamaui. Fui puer, postea adolescens, itemque iuuenis, nunc ecce iam senui, & vitæ meæ finem attendens, in hac maturitate positus clamo, & præueniunt oculi mei, &c. In Hieronymi: Vetera vitia pudicitia iuuenili præuenit, qui per maturitatem viuacis animi spem suam nunquā à verbis Dei remouit. V. Beda vtrumque insigniter exponit, *Præueni in mat. & Præueni immaturitate*. Hoc itaque modo, cùm ad Græcorum codices, tum ad Latinorum enarrationes, collatæ sint propositæ varietates: restat nunc vt easdem ad Hebraicum fontem discutiamus. Hebraicè est קִדְּמְתִּי בַנֶּשֶׁף id quod quidam *præueni in crepusculo*; quidam *Præueni crepusculum*, vertunt. Prior interpretatio, ei lectioni non malè conueniat, quæ habet: Præueni in maturitate. Est enim crepusculum maturum orationi tempus, sicut aurora, quæ continuò succedit crepusculo, studiis est amica. Posterior verò translatio alterā lectionem: *Præueni in immaturitate* tutatur, atque eò ampliùs, quòd septuagintaduorum versioni similis sit. quod enim crepusculum antecedit tempus, ἔστιν ἡ δ' νυκτὸς ἀωρία. In eandem sententiam vertunt, alij. *Præueni diluculum*; alij *Præueni in nocte*. Hieronymus, *Surgebam adhuc in tenebris*, qui, & aliis non paucis scripturæ locis, cum Græcis translatoribus, נֶשֶׁף tenebras interpretatus est.

Theodorito in Latinum versa data est vulgaris nostræ editionis scriptura in maturitate, sed cōmentarius ἐν ἀωρίᾳ exponit.

Psal. 120. v. 5. *Dominus custodit te.* Sic, cum D. D. Augustino & Haymone, plerique. codices. At Ruræmundensis Episcopi Psalterium, cum S. Hilario, futuro tempore, *custodiet* habet: atque hoc modo Chaldæa paraphrasis יִנְטַר, & Græci plerique codices, consentientibus Chrysostomo atque Euthymio Græcis Enarratoribus, φυλάξῃ legunt. Græcæ verò, Regij operis, & Nebiensis Psalterij, editiones, φυλάξει, quod est *custodiat*, scribunt. ad similem modum Parisiensis anni 59 editio, φυλάξαι. Hebraicè est יְהוָה שֹׁמְרֶךָ, id est, Dominus custodiés te, vel, formaliter accepto Benoni; Dominus custos tuus. id quod aptè cōuenit ei quod sequitur: *Dominus vmbra* seu *protectio tua*. 161.

Versu septimo, eiusdem vocis eadem est varietas. Nam, quod plerique codices præsenti tempore cum D. Haymone legunt, *Dominus custodit te ab omni malo*: Hunnæi manuscriptum P notatum, & Parisiensium Biblia anno 59 excusa, futuro *custodiet* scribunt. Est autem hoc loco, tam Hebraicis libris, quàm Chaldæis & Græcis plerisque, futurum, adstipulantibus, non tantùm Hilario atque Euthymio, verumetiam Augustino. atque hoc bellè congruit ei quod præcessit: *Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem*. 162.

Sequitur septimo versu, *Custodiet animam tuam Dominus*: & subiungitur octauo, *Dominus custodiat introitū tuum & exitum tuum*. Quibus locis iterum custodiendi vox diuersimodè scribitur. Priori, R^mj D. Lindani Psalterium *custodiet* habet: posteriori, apud Hilarium similiter *custodiet* legitur. Græcis plerisque & Chaldaicis in libris, Euthymio suffragante, vt præcedētibus locis, ita & his, futurum scribitur. Est & Hebraicis codicibus futurum, יִשְׁמֹר, sed, quod, tam optantis quàm prædicentis sensu, tam *custodiat* quàm *custodiet*, reddi possit. Græcæ editiones Complutensis & Nebiensis, φυλάξει habent, Parisiensis φυλάξαι, non solùm primo, sed & secundo & sequentibus duobus locis, quibus conformiter Goticum manuscriptum, vniuersis his 163.

Haymonis hæc aperte lectio est. φυλάξῃ. יִנְטַר. Duobus his locis, & Chrysostomi textus, sua futuri legit, nec commentarius dissentit.

sis his quatuor locis, *custodiat* refert. Sed videtur, Latinis nostræ editionis codicibus, nec semper *custodiet*, nec semper *custodiat* scribendum: immò verò hinc ortam inter eos varietatem, quòd alio atque alio modo custodiendi vocabulū Interpres verterit Primo loco, bene quadrat *custodit*: secundo & tertio, non malè cōuenit *custodiet*: quarto, scribendum videtur *custodiat*. Quod prædixerat, precatur & optat, ne, non velle, ad quod à Spiritu actus fuerit, putaretur. hunc legendi, his locis, modum, Francisci Titelmanni elucidatio, secuta videtur.

Psal. 124. v. 5. *Declinantes autem in obligationes.*] In nonnullis exemplaribus vetustioribus, Titelmannus ait, repertum est haberi, pro *obligationes, obliquationes*. nos nostris in manuscriptis, nequaquam id reperire potuimus: tantùm, in Bibliis à Parisiensibus emendatis atque excusis, ad hunc inuenimus modum: *Declinantes autem in obliquationes*. Sed, iis in Bibliis, quæ, cum emendationum suarum comprobatione, ediderunt, nullum, cuius hæc lectio esset, exemplar signatum vidimus. Nec, antiquus noster Epanorthotes, aliquorum codicum, qui *obliquationes* legant, meminit; dumtaxat, multitudinis numero *obligationes* legendum esse, non *obligationem*, monet. Fuit itaque nostra hæc opinio, non ex codicibus, sed quorundam coniectura, *obligationes*, cum *obliquationes*, mutatum esse. Græcè est τὰς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στρεβλίας. Στρεβλία Augustini versio *strangulationem* transfert, nam στρεβλεῖν suffocare & strangulare significat. Græca onomastica *obligationem* exponunt, & στρεβλίδες, nodos nexusque intricatos: eundem ad modum Hieronymus explicat, in 58 Isaiæ caput, enarrans illud versionis Septuaginta-duorum διὰλυσ στρεβλίας ζυγὸν σωμαλαγμένον. Author eius versionis, quæ, in Græco Parisiensium Psalterio, ex S. Victoris codice emendato, exstat, *obliquationem* transtulit. Similiter, is, qui Græcis Bibliis, Basileæ anno 1550 impressis, Latinam addidit interpretationem. στρεβλοῦσις enim, obliquum & tortuosum denotat. Eundem ad modum Euthymij Interpres tortuositatem reddidit, ipsum sequutus Euthymium, qui, εἰς τὰς στρεβλίας, in peruersa atque obliqua interpretatur. Hac autem potiùs ratione, transferendum hoc loco videtur, primùm, quòd declinandi vocabulo aptiùs obliquatio seu obliquitas vel tortuositas congruat: tum, quòd rectis corde, in obliquitatem declinantes, à Propheta oppositi videantur: deniq., quòd Hebraica vox עֲקַלְקַלּוֹת, non strangulationes neque obligationes, sed obliquitates, tortuositates, & peruersitates, denotet. Itaque, Latinis nostris codicibus, pro *obligationes, obliquationes* scribendum esse, nonnulli, haud vanis ducti argumentis, existimarunt. Verùm, cùm legant constanter *obligationes*, & Latina manuscripta, quæ quidem nos vidimus, omnia, & Latini tractatores, primæ, mediæ, postremæq. ætatis: videtur ad eum modum Interpres ex Græco transtulisse. Neque hoc longè ab Hebræo recedit. Nam prauitates peruersitatesque; quibus ferè modis, Hebræam hoc loco vocem interpretantur; obligationum nomine meritò designentur, quòd in deplorandam seruitutem authores suos redigant, neque facilè exsoluendo debito obnoxios reddant. 164.

Aquila similitates exclamauit; obliquitates Symmachus, & Theodotion peruersa. aster est Tiberiadis.

Arnobius, Hilarius, Hieronymus, cùm in præmissis cōmentario, tum manifestius in 58. Isaiæ cap. Prosper, Cassiodorus, Gregorius*, Haymo, Remigius, Bruno, &c.

Psal. 125. v. 6. *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.*] Quod plerique hodie codices legunt, *Mittentes semina sua*: scribunt, antiqui Epanorthotæ, & Brugensis ex nostris, cum emendatis à Parisiensibus Bibliis, *Portantes semina sua*. Priori lectioni Græca antigrapha volunt· βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν: alteri, Hebraica suffragantur· נֹשֵׂא מֶשֶׁךְ הַזָּרַע quod est: Portans canistrū seminis, vt quidam; vel: Portans pretiosum semen, vt alij interpretantur. Eadem est vox, quæ proximo versu, quo Græci habent αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν, Latini: Portantes manipulos suos. Itaque pulchrè sibi respondent sententiæ partes: Tristes portabant semina, læti manipulos portabunt. Doctor Hentenius, ex *portantes, mittentes* castigauit, tamquam ea sit editionis nostræ lectio. Porrò, aliud Epanorthotes iudicauit: Nostra, inquit, translatio non habet *mittentes*, sed habet *portantes*, iuxta Hieronymum & Hebræum, qui habent portantes, & respondet ei quod infrà dicitur *Portantes manipulos suos*. Antiquitate & integritate præstantissima monasteriorū Lobiensis & Tornacensis manuscripta, & Iacobi editio, vnanimiter, Gallico Psalterio *portantes*, Romano *mittentes*, attribuunt. annotatq. Iacobus: *Mittentes semina sua*, ex translatione Romana id mutuamus. Nam trāslatio nostra habet: *Portantes semina sua*, paulo viciniùs ad Hebraicam, &c. Est quidē & nostra editio, quam Gallicum Psalterium vocant, ex Græco deducta (nam Græco conuenit, vti diximus, quod in Romana est editione *mittentes*) sed, ex Hebræo multis mutata est locis. Cæterùm, parum sensu discriminis est, siue *portantes* sit, siue *mittentes*; immò verò, hoc illius explicatio est. Nam portasse intelliguntur semina, quæ in terram aut mittebant aut missuri iam iam erant. Conati hoc loco videntur LXXII senes, non tam verba reddere, quàm sensum. Hinc enim etiam singularis numeri verba in pluralia commutarunt (nam de pluribus intelligendum est, quod de vno pronunciatur) & τὸ מֶשֶׁךְ, quod alij canistrum, alij pretiosum vertunt, interpretando prætermiserunt. Nisi fortè, non מֶשֶׁךְ sed מָשָׁךְ, aut ad alium similem modum, legerint, ita vt esset· נֹשֵׂא מָשָׁךְ הַזָּרַע *Portans trahens semen*, id quod exposuerint: *Mittens* seu *mittentes semina sua*. quo ferè modo Latinus Interpres, Amos nono cap. מָשָׁךְ הַזָּרַע exposuit *mittentem semen*. 165.

Amos 9. d. 13

Psal. 126. v. 2. Frequentior hoc loco Latinorum codicum scriptura est: *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis*, quam Græci plerique codices, cum Apollinaris Psalterio, probant· εἰς μάτην ὑμῖν ἐστὶ τὸ ὀρθρίζειν, ἐγείρεσθε μετὰ τὸ καθῆσθαι. & multi veterum Patrum explicant, Hilarius, Hieronymus*, Augustinus, Prosper, Cassiodorus, Gregorius*, Haymo, Remigius, Bruno, quanquam simplex illa, quam Hieronymi commentarius addit, huius loci intelligentia, *surgite* nō agnoscat. Sunt quidam editionis nostræ codices, qui, pro *surgite, surgere* repetant: *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgere postquam sederitis*. ex nostris, Brugensis, Lobiensis, Stapulensis; ex Lugdunensium, quidam; & antiqui Epanorthotæ, cuius hunc in locum hæc notatio est: Antiqui iuxta Hebræum: *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgere postquam sederitis*. Hieronymus: Frustra vobis est de mane surgere postquam sederitis. Secūdum hoc, non videtur huic sensui conuenire littera, quæ habet, *surgite*, quām habet Græcus minùs correctus. Nam correctores habent secundo loco *surgere*. Vnde dicit glossa theodorii: Nō imperatiuo, sed infinitiuo est ibi *surgere*. hactenus Corrector, qui quod dicit, correctiores Græcorum codices habere secundo loco *surgere* (sic enim videntur legenda intelligendaque eius verba:) nos à vero non alienum esse obseruauisse videmur. nam, Græcum Vaticanæ Bibliothecæ codicem, ἐγείρεσθαι, non ἐγείρεσθε, legere comperimus. Euthymium etiam Græcum Enarratorem ad eundem modum ἐγείρεσθαι legisse; cùm ex Interpretis in margine annotatione, tum ex ipsis authoris commentariis, animaduertimus. Denique & Theodoritum, Euthymio longè antiquiorem notasse inuenimus: *Surgere* & non *surgite* legendum est, vt infinitus sit modus, & non imperandi. Insuper quod habet Corrector, Hebræo consonam esse hanc antiquorū codicum lectionem, verum id nobis esse videtur. Non est enim Hebraicè קוּמוּ, quod est *surgite*, sed שֶׁבֶת מְאַחֲרֵי קוּם מַשְׁכִּימֵי שְׁוָא לָכֶם id quod vertunt Neoterici Interpretes: Vanum vobis est maturantibus, seu diluculo præuenientibus, surgere, tardantibus sedere. quin & Chrysostomus attestatur, alium transtulisse *tardantibus ad sedendum*, alium *differentibus sedere*. LXXII paulò aliter distinxerunt. Priorem sententiæ istius partem, hanc intellexerunt שוא לכם משכימי vanum est vobis maturantibus, quā per infinitiuum explicuerunt εἰς μάτην ὑμῖν ἐστὶ τὸ ὀρθρίζειν. In *vanum vobis est* maturare, seu, vt circumlocutus Interpres transtulit, *ante lucem surgere*. Neque enim est Latinis vox vna, quæ Græcæ ὀρθρίζω, aut Hebraicæ הַשְׁכִּים perfectè respōdeat, nisi velis fortè manicate dicere, id quod Lucæ 21. in Latinis plerisque codicibus legitur. Pro altera sententiæ parte, acceperunt LXX. quod sequitur מְאַחֲרֵי שבת קום, verùm, non מְאַחֲרֵי, quod est tertiæ coniugationis participium, sed מְאַחֲרֵי legerunt, quod est, *à post* siue *post*. itaque ad verbum conuerterunt ἐγείρεσθαι μετὰ τὸ καθῆσθαι *Surgere post sedere*, nec conuertisse potuerunt ἐγείρεσθε *surgite*: est enim קום infinitiuus, non imperatiuus numeri pluralis. Ecce igitur ex Hebræo, *surgere*, pro *surgite*. id quod comprobat D. Hieronymi ad Marcellam explicatio, quæ huiusmodi est: Propheticè populus arguitur ad tēplum diluculo frustra surgere, & post quietem ad sanctuarium festinare, cùm idola Dei honore venerentur. Notant autem posterius *surgere*, Lobiensis codex, Tornacensis, & Herbipolensis, obelo, ranquam, quod Hebraicè non legatur. id quod occasionem accepisse existimo ex D. Hieronymi translatione, qua surgendi vocabulum non repetitur: Frustra vobis est de mane 'surgere' postquam sederitis. hinc Iacobus annotauit: *Vanum est vo. a. l. sur., surgite po. s.* hoc *surgite* ex translatione Romana mutuatū est, quòd etiam habeatur Græcè. At Gallica habet: *Vanum est v. a. l. s., surgere p. s.* Sed & illud *surgite*, & secundo loco *surgere*, superfluum ex Hebræo videtur, vnde habetur: frustrà vobis est de mane surgere postquam sederitis. Hucusque ille. Iunxit Hieronymus קום cum מְשַׁכִּימֵי, vt nostri; legit מְאַחֲרֵי, vt LXXII Interpretes, totumque vnam intellexit sententiam. Illud autē מַשְׁכִּימֵי קום, quod ad verbum vertas, *de mane surgentibus surgere*, eodem sensu transtulit *de mane surgere*, omisso *surgentibus*, pro Latinæ linguæ decoro. Quamobrem, non videtur ex Hebræo superfluum esse, aut obelo confodiendum, *surgere*, multoque minùs posterius quàm prius: posterius enim expressè, priùs implicitè legitur, tum Græcè, tum Hebraicè. Brugensi manuscripto nulla est obeli figura. Verumenimuero, potuit Hieronymus, vocem מַשְׁכִּימֵי vt nomen, non vt participium, accipisse. מַשְׁכִּים, enim nomen designat manè vel matutinum. In Hoseæ Prophetia, quod semel atque iterum legitur, בְּבֹקֶר מַשְׁכִּים הִשְׁכִּים, Hieronymus ipse sexto capite, *Quasi ros manè pertrānsiens*; decimotertio, *Sicut ros matutinus præteriens*, interpretatus est. facilè igitur, quod hoc loco est, מַשְׁכִּימֵי קום, potuit conuertisse, *De mane surgere* vel *consurgere*, nec aliud quidquam intellexisse comprehensum. hoc autem modo Hebraicis dictionibus acceptis, prius inde *surgere* non habetur, verùm, aliter videntur intellexisse LXXII viri, à quibus duo verba translata sunt ὀρθρίζειν, quod exponat מַשְׁכִּימֵי, ἐγείρεσθαι quod respondeat קום, huius autem lectionis, quæ duobus infiniti modi verbis vtitur: *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgere postquam sederitis*, sensus commodus est: frustra bene manè surgitis, frustra interdiu, modica refocillatione contenti, ad acceleranda negotia vestra reditis, subaudi, nisi Dominus vestris conatibus adspiret, vestra studia secundet. 166.

* In Psalmorum commentariis, Lib. 8. Moralium cap. 35.

Luc. 21. g. 38.

* consurgete 6. Mss.

Hoseæ 6. b. 4. Hoseæ 13. m. 3.

167. Psal. 130. v. 2. *Sicut ablactatus est super matre sua.*] Quod plerique codices masculino genere habent *Sicut ablactatus*; id nonnulli neutro scribunt *Sicut ablactatum*, Hunnæi duo, D, P,&c, qui Louanij excusus est, Prosperi textus. atque ad hunc modum Græcè est· ὡς τὸ ἀπογαλακτισμένον. Ex Hebræo בְּגָמוּל vtrumque translatum reperi: Lobiense exemplar, Tornacense, & Stapulense, *ablactatum* Gallico; *ablactatus* Romano Psalterio, adscribunt. D. Hilarius legit *Sicut ablactato*; iungitque, cum eo quod in altera sententiæ parte habet, *ita retribues*. Malè Atrebatensis Collegij manuscripta legunt, vnum *ablatum*, alterum *ablatus*. & quidem hoc habet Augustini lectio, at subnectit *à lacte*.

Quod sequitur, substantiuum verbū *est*, à multis manuscriptis tollitur, viginti nostris. neque Hebraicè legitur, aut Græcè additur. Hieronymi lectio addit, relatiuo antecedente: *Sicut qui ablactatus est*; similiter Augustini, *Quemadmodum qui ablatus est à lacte*. Quòd si verò absque relatiuo addatur, commodè referri potest ad id quod sequitur *super matre sua*, vel, vt habent alii multi libri, *super matrem suam*.

168. Psal. 138, v. 16. *Dies formabuntur.*] *Dies* legunt plerique hodie codices, id quod exposuerunt Enarratores, Cassiodorus, Haymo, Remigius, & alii ex posterioribus. Huic legendi modo Græca Regis editio, quæ habet ἡμέραι πλασθήσονται, suffragatur. Nec refragatur, quæ aliorum Græcorum exemplarium lectio est, ἡμέρας πλ.; potest enim *dies* quartus casus ex numero plurali esse, vt ἡμέρας, cui subaudiatur *per* præpositio, vt huic κγ'. ad quem modum DD. Augustinus & Prosper legunt *per diem*: *Per diem errabunt*. Cæterùm, potest ἡμέρας secundo casu numeri singularis intelligi, quod Latinè vertas *die*. Atq. hoc pacto, Latini quidē codices scribunt: *Die formabuntur*. Brugēsis, Buscoducensis, atque ex his D. Lindani Psalterium. Lobiense exemplar, in Gallici Psalterij descriptione, *Dies* vel *die* legi notat. Goticum Romani Psalterii antigraphum *Die firmabuntur* habet. Inter veteres Tractatores, D. Hilarius *Die replebuntur* legit. idem ipse, &, post eum, Prosper, *Die formabuntur*, in quibusdā codicibus inuenerunt. S. Hieronymi commentarius, Tu omnes in die formas, tu cunctos vis esse filios dei' exponit. Est autem de Brugensi codice notandum, ita in eo *die* scribi, vt non satis queas discernere, an ex *dij* factum sit, adiecto retractoque semicirculo, *die*; an è contrà, ex *die*, raso semicirculo, dij. Fortasse Scriba; quod non est vero absimile; vocem ex industria sic pinxit, vt dubiam lectionem ostenderet. certè enim Epanorthotes, antiquioribus quibusdam exemplaribus, *dij* legi annotauit, atque ea est exemplaris nostri P, notati aperta lectio. Verùm ea, nullam habet, aut ex Græcis, aut ex Hebraicis libris, authoritatem. Hebraici libri habent יָמִים · יְצִרוֹ dies significat plurali numero, non deos. Verti autem potest, & ἡμέρᾳσι seu *dies* primo casu, & ἡμέρᾳσι seu *dies* quarto casu. Redditur etiam aptè *diebus*, id quod vicinum est τῷ ἡμέρας secundo casu accepto, & ei, quæ huic respondet, Latinæ lectioni, *die*. Vox altera יצרו, vel præteritum est ex quarta coniugatione, vel futurum ex sexta, à themate יצר, quod facere, fingere, formare, significat. Patet igitur *formabuntur* Latinè legendum esse; non *firmabuntur*, vt habent, cum Cassiodoro, quædam Romani Psalterij exemplaria. Manifestum etiam est, πλασθήσονται Græcè scribendum esse, non πληθήσονται, vt mutant nonnulla Græca antigrapha. Denique, clarum est, πλασθήσονται à πλάττομαι deducendum esse, non à πλάζομαι, vt S. Augustini Interpres, qui vertit *Per diem errabunt*, deduxisse videtur. D. Hilarij Interpres, ex ἡμέρας πληθήσονται, reddidit *Die replebuntur*. Euthymius Zygabonus, Græcanicus scholiastes, ἡμέρᾳσι πλασθήσονται legit, atque vt à πλάττομαι deductum exponit.

169. Psal. 144. v. 7. Quædam manuscripta legunt *Et iustitiam tuam exsultabunt*, Parisiensium Ge.ar.& V., cum Haymone, & Brunone Carthusianorum institutore. quo modo, & in Hilarij commentariis, & in textu Prosperi expositionibus addito, legitur, & est sensus: Iustitiam tuam exsultando celebrabunt, sicut & in 50. Psalmo dicitur: *Exsultabit lingua mea iustitiam tuam.* Pleraque verò exemplaria, cùm scripta, tum excusa, cum Ludolpho & aliis, scribunt, *Et iustitia tua exsultabunt*, id quod Augustinianæ enarrationi consentaneum, & Græcæ lectioni conforme est· καὶ τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀγαλλιάσονται habent Græci codices. Sensus, præpositione addita, patet: In iustitia tua exsultabunt. quam præpositionem, Latinum Hunnæi exemplar, V notatum, & Græcum Apollinaris Psalteriū, expressere. Ex Hebræo vtrouis licet modo transferre· רנן · וְיִצְרָקָתְךָ יְרַנְּנוּ & exsultare, & laudare, cantare, atque clamare, significat. habent nonnulli libri: *Et iudicia tua exsultabunt*, sed id mendum esse vix esse dubium potest. certè, in adiuncto Euthymij commentariis textu, vitium est manifestum. Quidam Coloniæ impressus codex, *Et iustitia tua eructabunt*, scribit, verbo proximè antecedenti repetito; qui error est apertus. Goticum manuscriptum legit *Et iustitiam tuam exaltabunt*. Verùm, Græcā vox ἀγαλλιάσεται, *exsulto*, non *exalto*, propriè denotat. facilè scriptor mutandum iudicauit *exultabunt* cum *exaltabunt*, tum quòd sibi inuicem simillimæ sint voces, tum quòd nonnullum sit orationis incommodum.

יצרו 2 MS.

170. Psal. 149. v. 9. Septimus, octauus, & nonus, huius Psalmi versus, qui de exercenda in Dei aduersarios vindicta loquuntur, ambiguè, cùm in Hebræo, tum in Græco, scripti sunt, ita vt, & singulari, & plurali numero, verti possint, vt vel ad Deum, vel ad sanctos Dei ministros, referantur· לַעֲשׂוֹת בָּהֶם מִשְׁפָּט לַעֲשׂוֹת בָּהֶם מִשְׁפָּט τοῦ ποιῆσαι ἐν δίκῃ, τοῦ ποιῆσαι τὴν βασιλεῖαν αὐτῶν. τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κρίμα. Chaldæus Paraphrastes eadem vbique ambiguitate transtulit. Latinus noster Interpres, priores duos versus, dubio similiter sermone reddidit: *Ad faciendā vindictam. Ad alligandos reges eorum.* Tertium verò, non ipse quidē dubiè interpretatus est, sed dubiè codices legunt. Quidam enim *vt faciat in eis iudicium*; alij *vt faciant in eis iudicium* scribunt. Nos quidem nullum inuenire potuimus codicem, qui, *Vt faciat* scriberet: sed R^mum Dominum Lindanum verisimile est reperisse. neque enim, contra vnanimem exemplarium consensum, Psalterium correxisset: *Vt faciat in eis iudicium*, hoc autem modo, numero inquam singulari, Euthymius Græcus Enarrator, tum istud, tum præcedentia, intelligit. sic ferè, & Græcus poëta Apollinaris, reddit carmine. Latini verò Tractatores, quotquot videre licuit, priora quidem exponunt, tertium autem planiùs & legunt & exponunt, plurali numero Arnobius, Hieronymus, Augustinus, Prosper, Haymo, Remigius, & cæteri, quibus, inter Græcos, Chrysostomus, & Theodoritus, adstipulari videntur. Plerique etiam Latini ex Hebræo interpretes, eodem multitudinis numero, transtulere· Hieronymus, Pratensis, Campensis, Flaminius, & alij. Pagninus, dubia dubiè interpretatus est. Cæterùm, eôdem redit, siue hoc, siue illo, transferatur modo. Deus enim, per sanctos hoc exercere iudicium intelligitur: & sancti, non nisi operante Deo, cuius exaltationes in gutture eorum, has referre victorias, intelligendi sunt. Quòd si, ea in translatione, quæ singularem habet numerum, gladium placeat subaudire (est enim Hebraicè, Et gladius anceps in m. eorum) nec illud aliter intelligendum erit, quàm quòd per gladium hæc patraturi sint sancti. Græci & Latini, multitudinis numero, legunt: Et gladij ancipites in m. eorum. Itaque eorum, in sequentibus versibus, pluralis quidem numerus, ad gladios referri potest; singularis verò non commodè. sed, quocunque fiat modo, eôdem sententia redit. Miratus sum Cassiodori commentarium, exponentem, quòd bis acutus gladius, reges compedibus liget, & vincula ferrea nobilibus injiciat. An, *Et gl. anc. in m. e.*, singulari numero legerit; an, ex plurali, singularem subaudiendo repetuerit; an quid aliud adfit, non satis colligere possim. hoc saltem, quod maximè ad nos spectat, patet, *Vt faciant in eis iudicium*, ab ipso lectum.

NOTATIONES IN LIB. PROVERBIORVM.

Capitis tertij versu decimotertio. *Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.*] Quatuor vetera exemplaria Ge. o. l. Di. o. l., legere à Parisiensibus deprehensa sunt, accusandi casu *prudentiam*: quibus, nos, vnum Ecclesiæ D. Donatiani, & alterum Cardinalis Bessarionis, obseruauimus esse conformia, quamquam, litera *m*, in illo rasa conspiciatur, in hoc superflua iudicetur. Hinc sumpta est coniectura, scriptores corruptè *affluit* per a primam vocalem, pro effluit per e secundam, scripsisse. nullo enim sensu dici potest *affluit prudentiam* (nisi fortè subaudias, quod sæpe Græci, *secundum*) sed suum, qui tolerari possit, & loco conueniat, habet *effluit prudentiam*. Atque ex hac coniectura profluxisse existimo, quod, ad vulgatæ interpretationis marginem, in Hebraicis Scholiis annotatur: Legitur &, effluit prudentiam. Post Parisienses, Louanienſis Doctor Hentenius, quinque codices *effluit prudentiam* legere signauit, id quod in prima & posterioribus editionibus conspicere licet. An autem hos omnes ipse repererit, & quidem *effluit prudentiam* scribentes: an verò quatuor illis Parisiensium, vnum, qui similiter legeret, adiecerit, ea, quam diximus, probata coniectura, ignoro. hoc scio, nulli, ex nostris, duobus & triginta manuscriptis, *effluit* legi. Porrò, in ipso, quod à D. Hentenio impressioni paratum fuit, prototypo, inueniolectionem hanc absque omni codicum numero scriptam. Vnde, dubitari fortasse possit, vtrùm, ab alio quinarius ille numerus adiectus sit, ab ipso autem sine numero scriptum, vt ostenderet, aut adulterinam, aut non tam ex codicibus quàm ex codicum corruptelis probabilem esse lectionem, *Effluit sapientiam*. Sed, quidquid Hentenius inuenerit, scripserit, aut voluerit, dubium esse vix potest, depraua tam illorum codicum esse scripturam, qui *affluit sapientiam* habent. Verùntamen, cùm emendatissima sint exemplaria, non facilè sunt reijcienda: quin potius inuestigandum est, reseruarintne germanæ scripturæ, quæ vulgo ignota sit, vestigium. Non parum autem verisimilitudinis, ex Hebraico fonte, accipere possit, τὸ *effluit prudentiam*. Nam יָפִיק תְּבוּנָה quod ibi legitur, Latini interpretes *educit* seu *profert intelligentiam* ferè transferunt, quibus Chaldæus consentiens, מַבְּיעַ בִּינְתָּא *eructat* siue *profert intelligentiam* interpretatus est. Cæterùm transferunt nonnulli, *haurit intelligentiam*; id quod, non parum auxilietur vulgatæ lectioni, quæ plerorumque & codicum & enarratorum est, *affluit prudentia*. Haurire namque prudentiam, est, prudentiam

171.

Prou. 8. d. 35. D. Bernardus, germanus quam in hunc locum scripsit: Sic inquiunt cuncta sapientia, inquit, ars effabris prudentia: sed affabre, nisi effabre vel eleganter, cura.

tiam abunde assequi. Atque ad hunc modum, Hebraicam illam vocem יפיק, & noster Interpres vertit, octauo huius libri capite: *Et hauriet salutem à Domino.* Potuit igitur & hoc loco haurire intellexisse, eiusque sensum expressisse, affluere prudentia. Quod eò fiat verisimilius, quòd subiunxerit: *Melior est acquisitio eius negotiatione argenti.* Hinc enim, intellexisse videtur, hominem hoc loco beatum prædicari, ex eo dumtaxat, quòd sapientiam assecutus sit. Nam si ex vtroque intellexisset beatum prædicari, quòd sapientiam, & sibi sit assecutus, & aliis effundat (id quod significari videtur, si legas *effluit prudentiam*) vertisset quod ad vtrumque congrueret: *Melior est negotiatio eius negotiatione argenti.* eadem enim vox סחר Hebraicè repetitur, quæ, sicut negotiationis vocabulum, & vendenti competit & ementi. Græca translatio huic nostræ accedit: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & mortalis qui nouit prudentiam. Melius enim est eam mercari, quàm auri aut argenti thesauros.

172. Capitis 3. versum 14. quædam exemplaria ad hunc modum legunt: *Melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auro primo fructus eius*: quædam ad istum, *Mel. est acq. eius neg. argenti, & auri primi & purissimi fructus eius*. Illo modo habent, cum vno Parisiensium, quinque Hentenij, Regisque & Clarij editio; isto, quatuordecim nostra. Ex Hebræo, vtroq. modo transferre liceat· טוֹב סַחְרָהּ מִסָּחַר בֶּסֶף וּמֵחָרוּץ id est, Quia bona negotiatio eius præ negotiatione argenti, & præ auro fructus eius. vel, & præ (negotiatione) auri fructus eius. Noster interpres, vocem חָרוּץ hoc loco, non simpliciter *aurum*, sed *primum aurum*, vel *primum & purissimum aurum*, interpretatus est, quemadmodū Chaldæus Paraphrastes דַּהֲבָא סְגִיעָא id est, aurum purgatum, reddidit. Potuit itaque transtulisse, vel, vt prior habet lectio, *Et auro primo fructus eius* (s. melior est) vel vt posterior, *Et auri primi & purissimi fructus eius*. Vtra eius germana sit versio, nolim ego definire: sed hoc habeo, priorem in nostris manuscriptis non inueniri, posteriorem verò in emendatissimis quibusque esse, vt etiam in V. Bedæ commentario. Atqui, malè nonnullis ita distinguitur, vt *primi & purissimi* ad *fructus* referatur, quasi *fructus* sit numeri pluralis primus casus, eiusque attributa sint *primi & purissimi*, quæ & Richelij, Carensis, ac Lyrani, nec non Bedæ, expositio est. Singularis enim numeri est *fructus*, & ad genitiuum *auri* referenda sunt adiectiua *primi & purissimi*, subaudiendum que *negotiatione melior est*; hac nempe ratione: *Et auri primi & purissimi* negotiatione, melior est *fructus eius*. Nec enim *fructus* cum eo quod sequitur iungendum est: *fructus eius preciosior est cunctis opibus*, quæ quorundam exemplarium distinctio est: præcedentibus enim nectunt, cùm Hebraici & Chaldaici codices, tum Latini enarratores. Busslidiani Collegij antigraphum scribit: *Mel. est acq. eius negotiatiõe argento*[1], *& auro*[1] *primo*[1] *& purissimo*[1] *fructus eius*. quod, corruptè quidem scribit *argento*, sed, quod deinceps, *auro primo & purissimo fruc. eius*, habet, contemnēdum non est. immò syncerius fortassis eo est, quod in quibusdam codicibus haberi diximus: *Auro primo fruc. eius*. Nam, neque in nostris manuscriptis libris, neque ab ijs, quos consulere licuit, superioris ætatis Tractatoribus, *puriss.* prætermissum vidi. Indicat autem Buslidianum antigraphum, i literæ figuris, o superpositis, eam lectionem, quam, cum secundo casu antè protulimus, quæ inter omnes fit verosimillima. Illa enim proculdubio notha est, quam in plerisque codicibus, tum scriptis, tum impressis, inuenimus: *Mel. est acq. eius nego. auri & argenti primi & purissimi fructus eius.* Refert enim *primi & purissimi*, aut ad *fructus*, aut ad *argenti*, quò Interpres non retulit: turbatque gradationis ordinem, qua Sapiens hîc paulatim à preciosiora ad preciosiora progreditur. Stabilit autem eam scripturam, quæ nobis probabilior est, *Mel. est acq. eius nego. argenti, & auri primi & purissimi fructus eius.*

173. C. 3. v. 25. *Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum.*] Quinque scripta *timore* habent: sed magis placet, quod pleraque seruant, *terrore*. Est autem hîc *à* præpositio subaudienda, quæ Hebræis & Chaldæis exprimitur, *A repentino terrore*: vel subaudiendum participium *oborto*, aut simile. Buslidiani Collegij liber repentinum terrorem habet: ad similem modum, emendatum est D. Hunnæi exemplar, I notatum, adiectis *S* literæ figuris, ita vt sit *repentinos terrores*. Atque hoc modo conformis sit prior huius versus pars posterioti *Et irruentes tibi potentias impiorum*, quæ & Hebraicè consimiliter scribuntur: ne paueas, vel, non pauebis à terrore repentino, & à desolatione impiorum cùm venerit.

174. Hac posteriori versus parte, manuscriptum O, prętermittit & coniunctionem, quasi sit totius versus vna sententia: Ne facilè terrearis ob irruentes in te potentias impiorum. Atqui, non est ad hunc modum legendus locus: est enim & coniunctio, cùm in plerisque omnibus Latinis libris, tum in Hebraicis, Chaldaicis, & Græcis. Rursus, Buslidianum exemplar, contra alia omnia *irrumpentes* scribit, pro *irruentes*, minùs rectè, vt opinor. Certum porrò est, adulterinum esse, quod habet M, *intuentes*. error ex eo admissus est, quòd codices antiquiores *inruentes* scribant, vt in plerisque compositis verbis integras præpositiones. Nonnulli typis excusi codices legunt *Et irruentes tibi ruinas impiorum*· Complutensis, atque, ex eo, Regius, & Parisiensis anni 1551. *ruinas* habent pro *potentias*, contra manuscripta exemplaria vniuersa, quæ, post Hentenium & Parisienses, nos consuluimus; contraque Enarratores, Bedam, Carensem, Richelium. Hebraica vox est שׁאה, quæ desolationem, deuastationem, tumultum significat. LXX. transtulerunt ὁρμὴν, id est, impetum: Et non timebis terrorem superuenientem, neque impetus impiorum irruentes. *Potentias* generalius id est: *ruinas*, ad desolationem, deuastationem, atque impetum, propiùs accedit.

175. C. 4. v. 16. *Non enim dormiunt nisi malefecerint: & non rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint.*] Manuscriptorum nostrorū quindecim, & quidem antiquiora atque emendatiora, cum Hugone Cardinali, absque negatione legunt: *Et rapitur somnus ab eis*. id quod Græco textui consonat· καὶ ἁρπάζεται ὕπνος ἀπ' αὐτῶν, tollitur somnus ab eis. Consonat & Chaldaico· וּפְרִיחָה שְׁנָתְהוֹן & diuiditur somnus eorum. Denique conforme est Hebraico וְנִגְזְלָה שְׁנָתָם, quod est ad verbum: Et rapitur somnus eorum. Quidam interpretantur; Et fugit somnus ab eis. Hoc itaque modo, absque negatione inquam, *Et rapitur somnus ab eis*, legendum censet Epanorthotes, cuius iudicium propterea semper facimus magni, quòd comperiamus, eum, antiquos, vt solet appellare, eosque integerrimos, codices secutum. Porrò, quia existimatum est, istud *Et rapitur somnus ab eis*, priori versus istius parti *Non enim dormiunt*, repugnare: iudicatum est à mendo vindicandum addita negatione, *Et non rapitur somnus ab eis* (cuius meminit Cardinalis) quod quidam scripserunt: *Nec rapitur somnus ab eis*, quæ Richelij est lectio. Quia verò incommoda visa est hæc sententia, quòd inusitata appareat loquendi forma, somnum rapere: mutatum est *rapitur* cum *capitur*. id enim legunt nonnulli tum scripti tum impressi libri. Ita errorem traxit error. Verumenimuerò, etsi erroris meritò arguenda videatur, ista in vulgata editione scriptura *Et non rapitur somnus ab eis*: tamen Hebraico textui non refragatur. immò verò quidam ex Hebræo interpretes, & nominatim Santes Pagninus, hoc ipso modo transtulerunt (*Nec rapitur somnus eorum*, Pagninus habet:) Negationem enim, quæ est in priori versus parte, in posteriori subaudiuerunt, quod Hebræis non rarum est. Similis est huic locus, 30 capite istius libri: *Non didici sapientiam, & noui scientiam sanctorum.* vbi etiam, & codicum vulgatæ editionis, & interpretum, quidam cum negatione posteriorem partem scribunt, quidam sine negatione: id quod ibi annotatum est in margine Bibliorum. Sensus verò istius: *Et non rapitur somnus eorum*, seu *ab eis*, is est, qui præcedentis partis *Et non dormiunt*, mutato enim dicendi genere, idem dicitur iterum. Amplius tamē aliquid hac repetitione significatur, nimirum, quòd, cùm etiam prostrauerint aut circumuenerint aliquem impij, somnum non tam capiant quàm rapiant. Rapiunt verò somnum, quia, aut interdiu dormiunt, noctu insontibus perniciem machinati; aut breuem & quasi furtiuum dormiunt somnum, vt quamprimum ad sua negotia redire possint. Non enim sibi somno vacandum putant, quibus ea sunt assidua studia, quæ & dies facilè desiderent & noctes, dies vt consilia capiantur, noctes vt capta consilia perficiantur. Porrò, quando sine negatione legitur *Et rapitur somnus ab eis*, non tam significari videtur, quòd ipsi somnū rapiant (nam id fortasse significari possit) quàm quòd somnus ipsis violenter abripiatur, præ eo quo feruent malè agendi desiderio. Etsi autē ista lectio *Et non rapitur somnus ab eis*, cōmodè possit, & intelligi, & ex Hebræo transferri: non ideò tamen in vulgatæ editionis textum recipienda est, quippè quæ; quod fide digniores loquūtur codices; nō vulgati interpretis scriptura sit. Sed, si cui omnino ea placeat, poterit istam; quæ germana est; nostra sententia; vulgati Interpretis scriptura *Et rapitur somnus ab eis*, Hebraica phrasi intelligere, subaudiendo in posteriori parte prioris negationem. Et idcirco fortassis, Hebræo cōformiter Interpres transtulit, vt, sicuti ipsum pluribus potest modis intelligi, ita posset & translatio.

Prou. 30. a. 3.

176. C. 10. Post versum huius capitis quartum, multi Latini libri hoc prouerbium habent: *Qui* *nititur *mendaciis, hic pascit* ventos*: *idem autem ipse* perſequitur* aues volantes.* Id quod prætermittunt, antiqui codices Hugonis Cardinalis; antiqui Epanorthotæ; antiqui F. Dominicanorum, qui, ante annos 300, ex codicibus Caroli Magni iussu conscriptis, Biblia, aut Bibliorum partem, in Francia emendarunt; quidam Lugdunensium; quidam Parisiensium; octo Hentenij; & nouem nostri. Richelius cum Lyrano exponit: Beda presbyter; cuius esse, nos, cùm multis doctis viris, existimamus, eum commētarium, qui in D. Hieronymi operibus exstat; non agnoscit. Hugo Cardinalis, aliis huius loci parabolis similem non esse iudicat. Græca pleraque antigrapha scribunt, non quidem hoc, sed superiori capite: Hebraica verò & Chaldaica & Græca Regiæ editionis, neque hoc, neque illo capite legunt. Habent autem Græca illa pleraque antigrapha hunc ad modum· ὃς ἐρείδεται ἐπὶ ψεύδεσιν, οὗτος ποιμαίνει ἀνέμους, οὗτος δὲ διώκει ὄρνεα πετόμενα. vnde patet, Latinè, non legendum esse *spargit*; quo modo exemplar quoddam habuit, sed *pascit*; nec scribēdum esse *id est*, quæ quorundam scriptura est; sed *idem*, vt quidam; vel *idem ipse*, vt alij; vel *idem autem ipse*, vt denique alij habent. Decimo capite; le-

* autem 6 MS.
* initiatur 5 MS.
* ventum 1 MS.
* perſequitur 1 MS.

te, legunt Græci libri, iſtius ſententiæ loco, aliam (decimo enim capite, conſtanter legitur: nono autem, ab emendatoribus, Vaticano & Complutenſi, omittitur) quæ huiuſmodi eſt· ὑὸς παιδὸς φρόνιμος σοφὸς ἔσται, πᾶ ὃ ἄφρων διακόνῳ χρήσῃ): quam, Hebraica, Chaldaica, & Latina exemplaria, concorditer conſtanterque, cùm nono tum decimo capite, prætereunt. Porrò, D. Auguſtinus, qui ex Græco verſa editione eſt vſus, & hanc, & priorem illam, citat; hanc libri 5. in Iulianum cap. 10, & lib. 16. De ciuitate Dei cap. 2: filius eruditus ſapiens erit: imprudente autem miniſtro vtetur; illam, libri 3 contra Creſconium cap. 9. Qui fidit in falſis, hic paſcit ventos.

177. C. 11. v. 13. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum.*] Quidam codices *amici*, quidam *animi* legunt. illud, qui legant, paſſim obuij ſunt: hoc, habent, antiqui Epanorthotæ, atque antiqui noſtri, Brugenſis, Lobienſis, Leodienſis (in hoc enim, quæ eſt poſteriorum ſyllabarum mutatio, recens eſt) duoque præterea non contemnendæ antiquitatis integritatiſque litteris P & L notati. Manuſcriptus liber, quem præceptori ac domino meo colendiſſimo D. Iohanni Harlemio Chriſtophorus Plantinus donauit; & alter ipſius Plantini quem medium appellamus, ac tertius Buſlidiani Collegij, varietatem teſtantur. Dominicani illi ex Francia, in calce libri, hunc in modum adnotarunt: Quidam dicunt *Celat animi commiſſum*; Alij *Celat amici commiſſum*. Hebræus neutrum habet, ſed ſimpliciter *celat commiſſum*. Hæc ibi. Vtramque lectionem nonnulli hoc modo cõiunxerunt: *Qui autem fidelis eſt animi, celat amici commiſſum*. ſic enim, in Bibliis, & Dionyſij Carthuſiani commentariis, Coloniæ excuſis, legitur. Et quidem, ſatis arbitror eſſe certum, non vtrumque legendum eſſe: ſed vtrum, iam nobis eſt declarandum. Non obſcurè autem oſtendit, correctiſſimorum illorum exemplarium conſenſus, *animi* legendum, non *amici*: verùm, ex prototypis communſtrandum id eſt. Hebraici codices habent וְנֶאֱמָן רוּחַ מְכַסֵּה דָבָר· quod eſt: Et fidelis ſpiritu celat verbum. Chaldaici ſcribunt יְרַמְהֵימָן בְּרוּחֵהּ מְכַסֵּי מִלְּתָא hoc eſt: Et qui fidelis eſt in ſpiritu ſuo celat verbum. Græci legunt· πιστὸς ᾗ πνῷ κρύπτει παράγματα, id eſt: Fidelis autem ſpiritu celat res. Quænam hîc eſt amici mentio, & quæ non animi concors commemoratio? Sed, in eo recedere videtur hæc Latinorum lectio, quòd τῷ *animi* ad *commiſſum* referat (*Qui autem fidelis eſt, celat animi commiſſum*) quò, nec Hebræa, nec Chaldæa, nec Græca referunt (eis enim, vel ad *fidelis*, vel ad *celat*, reſpicit *ſpiritu*) niſi præter Grammatices regulas Hebræa intelligantur, id quod antiquis Interpretibus non infrequens fuit, dum rectam vocem regenti intellexerunt præpoſitam. Cæterùm, huic incommodo facilè occurras, ſi, dictionibus tranſpoſitis, eo ordine legas, quo Hebræi, Græci, & Chaldæi: *Qui autem fidelis eſt animi celat commiſſum*. ſic enim *animi* ad *fidelis* referri poſſit, ita vt idem ſit, quod *Qui fidelis eſt ſpiritu*. Ac ſanè, hoc ordine, nonnulli Latini codices legunt. A. & Q: Qui a. f. eſt amici c. c.; Lobienſis Abbatiæ antigraphum, atque alterum D. Hunnæi, L littera inſignitum: *Qui a. f. eſt animi c. c.*, quamquam Lobienſe ita diſtinguat, vt *animi* ad ſequentia referendum oſtendat, quo modo intelligi poſſit.

178. C. 12. v. 11. Sententiam iſtam, *Qui ſuauis eſt viuit in moderationibus, in ſuis monitionibus relinquit contumeliam*, quam, vulgares Latinorum codices, poſt verſum huius capitis vndecimum, habent: emendatiores, aut tranſigunt, aut penitus tollunt, tredecim noſtri, octo Hentenij, quatuor Pariſienſium, quidam Lugdunenſium, antiqui Dominicanorum, & antiqui Epanorthotæ. Nec mirum, namque, quam in Hebræo non habuit, Interpres nõ dedit. Quamobrem, nec Chaldæus ſua paraphraſi illuſtrauit. Eſt autem ex Græcis libris ſumta, quibus multæ huiuſcemodi γνώμαι leguntur, quæ, nec in Hebraicis, nec in Chaldaicis, nec in Latinis, ſyncerioribus præſertim, reperiuntur. Ea verò, de qua nunc agimus, quibus in reperitur Latinorum libris, tam eſt pleriſque omnibus deprauatè ſcripta, quàm quæ deprauatiſſimè. Quam ob cauſam, operæpretium erit Græca verba in medium proferre, vt, quæ ex Latinis codicibus pauciores colligi poteſt germana lectio, Græci fontis teſtimonio firmetur. Habent igitur Græca hunc in modum· ὅς ὄζειν ἥδιὸς ἐν οἴνου διατελεῖται, ἐν τοῖς ἑαυτῦ ὀχυρώμασι καταλείψει ἀπιμίαν. Hinc manifeſtum euadit, *viuit in*, corrigendum eſſe, vt habent tria ex noſtris ſcriptis, & ſex ex impreſſis exemplaribus, *in vini*. Dein, clarum fit, pro *moderationibus*, ſcribendum eſſe, tranſpoſitis prioribus ſyllabis, *demorationibus*, id quod habent Quenteliana Biblia. Poſtremò, elucet, *monitionibus* cum *munitionibus* mutandum, quod in vno ſcripto, tribuſque impreſſis, inuenimus. Mirum eſt, in tanta mendorum frequentia, nihil, à Lyrano, Carenſi, aut Richelio, animaduerſum. Eſt igitur, ſublato omni mendo, integra ſententia: *Qui ſuauis eſt in vini demorationibus, in ſuis munitionibus relinquit contumeliam*. cuius ſenſus eſt: Quem delectat in vini potatione verſari, is familiæ ſuæ pro hæreditate ignominiam relinquit.

179. C. 12. v. 12. Hebraicè legitur חֶמֶד רָשָׁע מְצוֹד רָעִים· quod neoterici Interpretes ferè transferunt: Deſiderauit impius rete malorum, hoc eſt, rete, quod in iuſtorum exitium extendere ſolent mali, artes nempe, quibus circumuenire ſolent iuſtos, vt venatores feras, & aucupes aues. Noſter Interpres vertit: *Deſiderium impij munimentum eſt peßimorum*. ſic enim R^mus D. Ianſenius legendum exiſtimat, *munimentum* pro *monimentum*. מָצוֹר enim munitionem ſeu munimentum denotat, ſi מ vt radicalis ſeu eſſentialis littera accipiatur. Nam, ſi à צוּר, quod venari eſt, deducatur, rete deſignat. Cæterùm, non reperimus nos, in manuſcriptis noſtræ editionis exẽplaribus, *munimentum*; dumtaxat *monimentum*, vel quod idem eſt, ſed, cùm emendatius, tum frequẽtius, *monumentum*. Neq. aliud Hentenius, Pariſienſes, Lugdunenſes, aut S. Dominici fratres, annotarunt. Epanorthotes habet: *Deſiderium impij monumẽtum eſt peßimorum*, vel, ſecundũ eundem Bedam, *monumentum*, vel, ſecundum Hebræum *munimentum*. ſimile Iſaiæ 33. *Munimenta ſaxorum*. hæc Epanorthotes, in quibus, primo loco legendum opinor *monimentum*. Aduertit Corrector diligentiſſimus, *munimentum* ex Hebræo legendũ eſſe, ſed non ſe dicit id in aliquibus Latinis codicibus reperiſſe. Porrò ſunt hodie impreſſi quidã libri, vnus à Quentelio anno 29, alter; quod Ianſenius habet; ab Euchario anno 30, qui *munimentum* diſertè habeant; quorum ſi ex ſynceris codicibus ſumta eſt lectio, omnino eſt amplectenda: ſi verò, eorum qui correctioni præfuerunt arbitrio, eſt ſubſtituta, nihilominus magni eſt facienda. fit enim vero ſimillimũ, ab Interprete quidem hoc modo conuerſum, à ſcribis autem affine nomen affini commutatum. Non enim vox Hebræa *monimentum*, ſed *munimentum* verè ſignificat. atque hoc eam modo, tum aliis locis, tum Eccleſiaſtę nono capite, Interpres tranſtulit: Extruxitque *munitiones per gyrum*. Græci ad eundem modum, hoc Prouerbiorum loco, ὀχύρωμα redditerunt: id quod Dominus Ianſenius doctè animaduertit. Chaldæus Hebraicæ ſimilem vocem dedit, מְעוֹרְקָא, ſimilem, non litteris tantùm, ſed etiam ſignificatione, quæ poſſit & munimentum & rete exponi. Non poteſt igitur non eſſe probabile, Interpretis genuinam ſcripturam eſſe: *Deſiderium impij munimentum eſt peßimorum*. cuius ſenſus non obſcurus eſt: Deſiderat impius, vt, quos habet in impietate ſocios, muniti ſint ac tuti, ita vt præualere nequeant eis iuſti, ſed iuſtis ipſi præualeant. Verùm enimuero, Beda, & poſteriores vulgatæ editionis expoſitores, Lyranus, Carenſis, Richelius, *Deſiderium impij monumentum eſt peßimorum*, manifeſtè legunt. Id autem non procul abſcedat ab ea quam primùm adduximus Neotericorum ex Hebræo interpretatione, ſi ea intelligantur antecеſſorum monumenta, quibus ſuæ malitiæ artes tradiderunt.

חֶמֶד נומen eſt, ut verbum.

Eccleſ. 10. 4. 19.

Iſai. 33. c. 16.

C. 14. v. 16. *Sapiens timet & declinat à malo: ſtultus tranſilit & confidit.*] Coniicit D. Ianſenius, *tranſit*, vel *tranſiuit*, pro *tranſilit*, legendum eſſe, quòd Hebraica vox tranſire ſignificare poſſit, non tranſilire. עָבַר, in prima coniugatione, extra omnem controuerſiam, tranſire ſignificat: in poſtrema, Hebræorũ ſententia, iraſci denotat. hunc itaque locum, quia participium poſtremæ coniugationis מְעֻבָּר legitur, vertunt: Stultus iraſcitur (bene monentibus) & confidit. Sed noſter Interpres, ea ſignificatione, quam in prima coniugatione radix habet, interpretatus eſt: *Stultus tranſit & confidit*. ſic enim Doctoris Hunnæi manuſcriptum, M notatum, ſcribit: ad eundem modum, Rodolphus Baynus, inſignis Enarrator, legit. *Tranſibit*, quod eſt in exemplari Societatis Ieſu rubro, ac Dionyſij Carthuſiani commentarijs, & *tranſiuit* quod in Lexico Pagninus habet, minus congruunt cùm Hebraicæ dictioni, tum ijs quæ in hac ſententia præcedunt & ſequuntur. Cæterùm, à pleriſque omnibus codicibus, etiam emendatiſſimis, & Beda tractatore, *tranſilit* legitur. id quod à *tranſit* parum diſcrepat: tranſilire enim eſt ſaliendo tranſire, quod verè ſtulti eſt, in re præſertim periculo plena.

180.

C. 14. v. 33. *In corde prudentis requieſcit ſapientia, & indoctos quoſque erudiet.*] Alij codices legunt: *Et indoctos quoque erudiet*. Vtra germana ſit lectio, colligi haud facile poteſt: parum namque ex Hebræo patet, & eſt, etiam inter correctiſſima exemplaria, varietas. Cæterùm, ex eo veriſimilior fit prior, quòd Hebraicam ſententiam pleniùs explicare videatur. Ad verbum Hebraicè eſt: Et in medio ſtultorum cognoſcetur, illud *in medio ſtultorum* expoſuiſſe Interpres videtur *indoctos quoſque*. quod ſi *quoque* legas, non eſt quod reſpondeat illi *in medio ſtult*. Porrò, Pariſienſes ex ſuis codicibus correxerunt *quoque*, id quod ſignificat, ita in prudentis corde ſapientiam requieſcere, vt eam opportunitate oblata ad indoctiorum inſtructionem effundat. Chaldaica paraphraſis eſt: Et in medio ſtultorum ſtultitia cognoſcetur.

181.

C. 15. v. 28. *Mens iuſti* 'meditabitur' *obedientiam.*] Pro *meditabitur*, manuſcripta noſtra emendatiora, cum duobus Pariſienſium præſtantiſſimis exemplaribus, & Dionyſii Richelij commentariis, præſenti tempore *meditatur* legunt. Atque id congruit alteri huius ſententiæ parti: *Os impiorum* 'redundat' *malis*. futuri temporis verba, quæ Hebraicè leguntur, per præſens tempus, aptiſſimè Interpres expoſuit.

182. [a] meditatur 12 MS.

[b] redundabit 1 MS.

Eſt altera hoc loco varietas, qua *ſapientiam* alij ſcribunt, quod alij *obedientiam* legunt. Septem Hentenij manuſcripta, & quatuordecim noſtra, cum Regis & Quentelij editionibus, & Carenſis enarratione, *ſapientiam* habent: antiqui Epanorthotæ codices, &, ex noſtris, 14, *obedientiam* ſcribunt. Vtramque lectionis varietatem, alia quinque ex noſtris antigraphis indicant. Hebraicè eſt לֵב צַדִּיק יֶהְגֶּה לַעֲנוֹת quod pleriq. hodie interpretãtur: Cor iuſti meditabitur ad reſpondẽdum. Cum hac interpretatione non malè conuenit iſti lectioni: *Mens iuſti med. ſapientiam*. Iuſtus enim interrogatus, meditatur quo modo ſapienter reſpondeat. hinc Pariſienſes, ex Complutenſi editione, *ſapientiam* emendarunt. Porrò autem, non eam, quæ Hebraicè eſt, vocem, interpretatus eſt; ſed id ſolum quod ſubauditur, Interpres reddidit, ſi eius hæc germana eſt verſio. Verùm, aliud loquuntur ſpectatiora manuſcripta. ea enim conſtanter ſcribunt: *mens iuſti medi. obedientiam*. Atque hoc, ipſi Hebraicè voci reſpondet. עֲנָה namque, vt reſpondere ſignificat, ita & humiliari, atque hinc, obedire. vnde illud: *Pecunię obediunt omnia*. לַעֲנוֹת igitur, quod ad verbum eſſet, ad obediendum, dilucidiùs expoſuit Interpres *obedientiam*, quæ & Lyrani, Richelij, atque Arborei, eſt lectio. Nam ex Beda nihil liquet. Eſt igitur loci incorrupta & genuina ſcriptura: *Mens iuſti meditatur obedientiam*. Deprauationem contigiſſe exiſtimauerim, ex illo huic ſimillimo Pſalmi 36' verſiculo: *Os iuſti meditabitur ſapientiam*. qui, eò ſcriptoribus notior fuit, quòd in diuino Catholicæ Eccleſiæ officio, inter Sanctorum encomia, frequentetur. Vnum ex D. Hunnæi manuſcriptis, G. appellatũ, legit: *Mens iuſti meditabitur iuſtitiam*, nempe id ſcriba conuenientius eſſe iudicauit. Cæterùm, non longè à Græca interpretatione recedit, quæ huiuſmodi eſt· [a] καρδία δικαίων [b] μελετήσει πίστιν. Cor iuſtorũ meditabitur fidem, vel, vt in Regia eſt editione, καρδία δικαίων μελετῶσι πίστις: Similis eſt Chaldaica paraphraſis לִבָּא דְצַדִּיקַיָּא יְהָגֵא בְּהֵימְנוּתָא וְרַצְיָנֵי פּוּמְהוֹן חָכְמְתָא

Pſ. 36. d. 30.

Baſil. cum 3. regiæ Vat. Alt. reg. [a] μεμετήκασι Vat. [b] μελετᾷ

183. * MS. fi. 1 k o.

C. 16. v. 11. *Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt, & opera eius* *omnes lapides ſeculi.*] *Seculi*, legunt, cum V. Beda & D. Salonio, omnes propemodum codices, quos, cùm nos, tum plerique alij ante nos videre. Porrò, Pariſienſes, tres adferunt, qui *ſacculi* habeant. hanc enim lectionem, omnes deſiderant, Lyranus, Epanorthotes, Dominicani, & alii complures: ſed nulla ſunt ab eis reperta exemplaria quibus illam conprobent. Illa autem Pariſienſium exemplaria, ſunt, S. Germani oblongum, S. Dionyſii oblongum, & Complutenſe. Additur & Sorbonicum correctorium, ſed eius ſola fortaſſis eſt coniectura, vt noſtrorum correctoriorum. Complutenſi editioni reſpondet Regia, vt aliàs ſemper. Ex Chriſtophori Plantini manuſcriptis, vnum, quod latum diximus, *ſacculi* habet, verùm recentiori ſcriptura. Ex D. Hunnæi libris, qui K. vocatus eſt, in margine annotat, vel *ſacculi*. tantum nos inuenimus. Cæterùm, manuſcriptorum exemplarium pars maxima, contractè ſcribit ſcli, quod quidem, ex communi ſcribendi, qui nunc eſt, vſu, eſt *ſeculi*, ſed ex vi litterarum, non minùs poſſit *ſacculi* eſſe. Et fortaſſe, priſcis, *ſacculi* ad hunc modum ſcribi potuit, ſcriptumque hoc loco eſt; quod, poſteriores, ſuæ ætatis more (vt frequenter tempus huiuſcemodi immutat) *ſeculi* legerunt, &, vel *ſeculi* deſcripſerunt, vel ſcli ad eum modum, ſed pro *ſeculi*, tranſſumſerunt. *Sacculi* autẽ ſcripſiſſe Interpretem, veriſimillimum, immò verò certum, ex Hebræo fit. Nam, quæ Hebraicè eſt vox, כִּיס, ſacculum, marſupium, crumenam, nullo verò pacto *ſeculum*, denotat. Sacculum, conſentientibus ſibi codicibus, Interpres vertit, Deuteronomij 25. c. 13: *Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus*. quod in Hebræo ad verbum eſt: Non erit tibi in ſacculo tuo lapis & lapis, magnus & paruus. Similiter Interpres vertit Iſaiæ 46. b. 6. Saccellum dixit Michææ 6. c. 11: *Numquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſaccelli pondera doloſa?* Marſupium interpretatus eſt huius ipſius libri primo capite: *Marſupium vnum ſit omnium noſtrum*. Quomodo igitur, qui aliis omnibus locis, ſacculum, ſaccellum, vel marſupium, tranſtulit; hîc ſeculum potuit tranſtuliſſe? (nam, quantum indicant Hebraicæ Concordantiæ, non aliis locis vox iſta legitur) Quomodo non magis probabile ſiat, etiam ſi nulli ſuffragarentur codices, *ſeculum* à Latinis pro *ſacculo* ſcriptum! Seculum Hebraicè עוֹלָם dicitur, cui cum כִּיס ne litterula quidem communis eſt, vt nequis fortè exiſtimet, Hebræis, ex dictionum ſimilitudine, varietatem accidere potuiſſe. Quanta ſit autem Latinarum dictionum ſimilitudo atque affinitas, nemo eſt qui non videat. Ex hac igitur, dubium eſſe non poteſt, quin in Latinos codices error irrepſerit. Vel enim, quod ante diximus, *ſacculi* contractè ſcriptum eſt ſcli, ac poſtea lectum *ſeculi*: vel, quod F. Dominicani annotarunt, in *ſacculi* integrè ſcripto, prius e pro e eſt lectum, ita vt putaretur *ſaeculi* cum diphthongo eſſe (ea eſt enim antiquis libris ſcribendi conſuetudo, vocales nimirum, ex quibus diphthongus cõflatur, ſeparare, ad quem modum Brugenſe manuſcriptum hoc loco habet *ſaeculi*) vel denique inconſideratè, quia vicinæ ſunt dictiones, pro *ſacculi* lectum eſt *ſeculi*, præſertim, cùm quidam vnico c, *ſaculi* ſcribant. Potuit &, quod ſua probabilitate non caret, ex ſcribarum aut lectorũ imperita temeritate, deprauatio contigiſſe, quòd neſcirent qui eſſent *lapides ſacculi*, & cur dicerentur *opera Domini*. Sunt autem *lapides ſacculi*, lapides ad ponderandum aſſumti, & ſacculo cõſeruati. Lapidibus enim ponderum genera priſci Iudæi diſtinguebant, eoſque in ſacculis reponebant. *Lapides ſacculi ſunt opera Domini*, quia ſuum eis Dominus, ſiue per ſe, ſiue per Reipubl. gubernatores, ſtatuit pondus, quod mutari non vult. Senſum Græci &

Opus eius omnes lapides ſeculi ſ. iſtius ætatis.

Mich. 6. 11.

Chaldæus reddidere; illi: Opera autem eius pondera iuſta; hic: Et opera eius omnia pondera veritatis.

184. C. 17. v. 16. Sententiam iſtam: *Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam: & qui euitat* [a] *diſcere* [b] *incidet in mala*; quam complures codices, decimo ſexto huius capitis verſui ſubiiciunt, multi prætermittunt, nouem noſtri, nouem Hentenij, ſeptem Pariſienſium, quidam Lugdunenſium, antiqui Dominicanorum, & antiqui Epanorthotæ. A Beda tractatore prætеritur: in Hebraicis libris non legitur: Chaldaicis poſtremò exemplaribus non additur. Eſt autem ex Græcis antigraphis ſumta, quibus ad hûc legitur modum· ὃς ὑ̓ψηλὸν ποιεῖ τὸν ἑαυτῦ οἶκον, ζητεῖ συντρῖβιν· ὁ ᾗ σκολιάζων τῇ μαθεῖν, ἐμπεσεῖται εἰς κακά. Conſtat hinc, non *ducem*, nec *diſcedere*, Latinè legendum, quæ exemplarium quorundam eſt lectio, ſed *diſcere*. Videtur autem verſus iſte, ex aliis huius capitis locis, huc coactus. Prior enim pars *Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam*, paulò pòſt, 19. verſu habetur, cùm dicitur: *Et qui exaltat oſtium ſuum, quærit ruinam* (ſic enim legitur in Regiæ editionis textibus, vt Hebræo & Chaldæo, ita & Latino) id quod eo loci plerique Græcorũ codices (Complutenſis, atque ex eo Regius, Aldinus, Argentoratenſis, Baſileenſis) tanquam prius lectum, prætermittunt: Sed Vaticanus his verbis habet· ὑ̓ψῶν θύραν ἑαυτῦ, ζητεῖ συντρῖβιν, quanquam, vt nobis ſignatum eſt, eius loco, quod eſt in exẽplaribus, Aldino, Argent., & Baſil., ἅπᾶ ᾗ τὸ ἑαυτῦ χελέων πῦρ ὑποπυρίζῃ, hoc eſt, ante iſtud φιλαμαρτήμων χαίρει μάχαις· Qui meditatur diſcordias, diligit rixas, cui, in Hebræo, Chaldæo, & Latino, ſubiungitur. An autem primam illam Græcorum librorum ſententiam (ὃς ὑ̓ψηλὸν ποιεῖ· ᾗ τὰ ἐξῆς) Vaticanus omittat, ignoro: hoc indicatum habemus, quòd ζητεῖ demat, id quod quî ſolum demi poſſit, non facilè video. Poſteriorem partem *Et qui euitat diſcere, incidet in mala*, non inuenio ipſam quidẽ alio huius capitis loco; verùm, non abſimilem, verſu 20: *Et qui vertit linguam, incidet in malum*. quanquam ea ſuo loco Græcis libris conſtanter legatur, hoc pacto· ἀνὴρ ἀνοματάλογ γλώσσῃ ἐμπεσεῖ εἰς κακά.

[a] ducem. o. [b] diſcedere. o incidit 12 MS.

185. C. 20. v. 25. Multiplex hoc loco varietas eſt, quam nobis indocta ſcribarum lectorumque audacia peperit. Vna eſt: *Ruina eſt* [a] *hominis deuocare ſanctos*. Ita namq. ex ſcriptis noſtris habent duo. Altera: *Ruina eſt* [b] *homini' denotare ſanctos*, ſic tria noſtrorum manuſcriptorum. Tertia eſt: *Ruina eſt* [c] *homini' deuotare ſanctos*, quæ complurium eſt librorum, tum ſcriptorum, tum impreſſorum. Huc referenda eſt Buſlidiani codicis lectio: *Ruina eſt hominum deuouere ſanctis*. Quarta varietas eſt: *Ruina eſt* [d] *homini' deuorare ſanctos*, quæ reperta eſt in exemplaribus, noſtris tredecim, Pariſienſium quinque, & antiquis Epanorthotæ. Huc eam adiicimus, quam quidam codices, Pagnino referente, habent, *deuorare ſancta*. Quadruplici iſti varietati, Latinarum vocum affinitas occaſionẽ dedit; vnica enim littera à ſe mutuo diſcernuntur, *deuocare*, *denotare*, & *deuorare*: duabus litterulis ab his differt *denotare*. eam itaque vocem ſubſtituit quiſque, quæ ſibi loco conuenientior videbatur. *Deuocare ſanctos* intellexiſſe videntur, ſanctos in cælo regnantes in auxilium orationibus & promiſſionibus vocare; id enim ruina eſt homini, ſi promiſſa non ſoluat, quod habet altera verſus pars. *Denotare ſanctos* exponunt, ſanctos vitijs & contumeliis aſpergere. *Deuotare ſanctos*, Bedæ & Salonio eſt (hæc enim eorum videtur lectio) obſtringere ſe voto ad perſequendos ſanctos; Lyrano verò & Carenſi, ſanctis vota nuncupare, Richelius addit, frequenter. hoc enim laqueus eſt ei, quem poſtea votorum pœniteт. *Deuorare ſanctos* non incommodè accipias, pro, ſanctos iuſtoſque viros bonis exuere, aut vita ſpoliare. quòd ſi *ſancta* ſcribas, ſignificat, rebus deo conſecratis abuti. Ex variis quæ propoſitæ ſunt lectionibus, reſtat, vt, eam, quæ Interpretis genuina eſt ſcriptura, inquiramus. Prima, *deuocare ſanctos*, nihil accipit, aut ex multis, aut ex emendatis codicibus, probabilitatis: proinde, vt obſcura eſt, ita, quæ obſcura maneat, digna. Secunda *denotare ſanctos*, non abſimilis eſt, ideoque meritò à R^mo D. Ianſenio deprauationis inſimulata. Tertia *deuotare ſanctos*, multis codibus nota eſt, habetque ex quorundam de Hebræo tranſlationibus veriſimilitudinis nonnihil. Vertunt enim quidam: Laqueus eſt homini cùm locutus fuerit (לוּץ enim etiam loqui ſignificat) ſanctificationem, vel, ſanctificatio eſt: quod eſt, cùm vouerit quippiam. ad quem modum diſertè interpretatus eſt paraphraſtes Chaldæus: Laqueus eſt viro qui vouit ſanctitatem, vel, vt nonnulli exponunt, ſanctuario. Eôdem ſpectat Græcorum tranſlatio: Laqueus eſt viro celeriter quippiam ſuorum conſecrare. De voto verſiones iſtæ loquuntur, ac proinde aliquid conferre videntur tertiæ, de qua agimus, lectioni. Verùm, non ea eſt eius, quæ verſionum illarum, ſententia: ac planè barbarum eſt, & ſine ſenſu, *deuotare ſanctos*. Dubium eſſe vix poteſt, quin ex alio eoque ſimili mutatum ſit, quia putabatur, ex altera verſus parte, de votis hîc eſſe ſermonem. Quòd ſi ſumas *deuouere ſanctis*, quod vnus Buſlidianus codex ſcribit, quis id non videat ad euitandam barbariem ſubſtitutum, quod, ab ea, quæ illarum lectionum eſt inter ſe, affinitate, recedit? Repudiaris igitur aliis, quarta quæ reſtat lectio, *deuorare ſanctos*, veriſimillima eſſe probanda eſt. Eſt in exemplaribus non paucis, iiſque ſanè antiquio-

[a] hominis 1 MS. [b] hominis 2 MS. [c] hominis 3 MS.

ribus

ribus & emendatioribus, id quod vel ſolùm ſufficere poſſit. In multis fuiſſe conſpicitur, ſed recentiori ſcriptura mutata, *t* ex *r* formato. erroris, ſcioli, quod non intellexerunt, condemnarunt. Porrò, Hebraicæ veritatis fons, diſertè hanc adſtruit ſcripturam. לוּץ enim, à quo eſt quod hic legitur futurum יָלַע, abſorbere, deglutire, & deuorare, ſignificat. Vnde vertunt plerique: Laqueus eſt homini deuorare aut deglutire ſanctificatum. Sanctificatum autem dicunt ſiue ſanctum, neutro genere, quia קֹדֶשׁ, quod Hebraicè ſcribitur, ſanctitatem, & rem ſanctam Deoque dicatam, denotat. Atque in hunc modum, Latinis quibuſdam codicibus, *deuorare ſancta* legi, in לוּץ Pagninus dicit: ſed nos, *ſancta* reperire minimè potuimus, dumtaxat *ſanctos*, aut, quod in vno eſt, ctis deprehendimus. Videtur itaque Interpres noſter קָדֹשׁ legiſſe, quod eſt, ſanctus, & ſingularem numerum plurali expoſuiſſe. hoc ergo modo, quem inter huius loci varietates quartum collocauimus, *Ruina eſt homini deuorare ſanctos*, Epanorthotes legendum pronunciat. Hanc, vt germanam noſtræ editionis ſcripturã, in textum Pariſienſes receperant. Hentenius quoq. in textum tranſtulit, quod in eis, quæ manu propria correxit, Bibliis, licet videre, quamuis in editionum, neque textu, neque margine, conſpiciatur. Eandem ipſam, vt genuinam Interpretis verſionem, doctiſſimus Gandauenſium Antiſtes probat.

Aſſeruantur Louanij in Collegio Patrum Societatis Ieſu.

186. Altera verſus iſtius pars *Et poſt vota tractare*, corruptorum euadere non potuit manus. Cùm enim hic, de votorum agi reſciſſione exiſtimarent, potius *retractare*, quàm *tractare*, congruere iudicarunt. Sed bene eſt, quòd integriores pleroſque libros, quos, poſt Epanorthotem, nos vidimus, temerare non potuerint. Quamuis enim ei, quem ipſi viderunt, ſenſui, non malè conueniat *retractare*; aliis, qui fortaſſe præferendi ſunt, parum congruit. Hebraicè non aliud eſt, quàm: Et poſt vota quærere, ſeu, tractare: quod non abſurdè intelligatur, ruinam etiam eſſe homini, ſi, poſt vota, tractet, quomodo à votis expediri queat (quod eſt, vota retractare) aut, vtrum quæ vouit reddere poſſit: ſed videtur Interpres noſter ita accepiſſe, vt pendeat omnino ex priori parte, in hunc aut ſimilem ſenſum: Grauiſſimæ ruinæ ſibi eſt occaſio, qui poſtquam ad ſe rapuit, ſanctorum iuſtorumque bona, & deuorauit innocuam Dei plebem, velut eſcam panis, ad vota conuertitur. Sic enim ſolent ſub mortem, fœneratores, & alij Rerumpub. deuoratores, promittere atque aſſignare largam eleëmoſynam, quæ, aut pauperibus diſtribuatur, aut monachorum familiis diuidatur, aut in alios pios vſus vertatur. quibus in huiuſmodi votis fiducia, perpetuæ frequenter ruinæ cauſam dat. Chaldæus, hanc, ita vt priori parti reſpondeat, tranſtulit: Et poſtea tangit eum anima ipſius. Similiter Græci: Nam pòſt vouiſſe pœnitere contingit.

187. C. 23. v. 29. Quod legunt plerique codices *Cui ſuffoſſio oculorum*, non pauci, plerique verò emendati, *Cui ſuffuſio oculorum* ſcribunt. vndecim noſtri, quinque Pariſienſium, & antiqui F. Dominicanorum, cum tractatore Beda. Atque hoc, propiùs accedit ei, quod, iuxta Hebræorum Doctores, ex Hebræo transferunt, Cui rubor oculorum? לְמִי חֻכְלוּת עֵינָיִם. Itaque, Cui ſuffuſio oculorum, *S.* Dominici fratres, & Pariſienſes correctores, legendum cenſuere. quibus aſſentiuntur, Ianſenius, Hentenius, & Epanorthotes. Suffunduntur ebrioſorum oculi naſuſque rubore, quem humorum ex vino ortorum calor efficit. Efficit quoque humorum vis, oculorum aciem obtundi, & ſuffundi oculos caligine, quæ videndi imminuat facultatem. Trilinguis Collegij manuſcriptum confuſio habet, quod ſimiliter, vel ad ruborem eſt relatum, habent enim potatores ruborem perpetuum, quem verecundi temporarium, vel ad humorem, quo perditorum viſus offunditur. Eſt autem apertum mendum, quod habet Nurenbergenſis editio*, *confeſſio*, quãuis prodant & confiteantur oculi ebrietatis ſtudiũ. Chaldaica Paraphraſis, in Regia editione Latinè verſa, eſt: Et cui extrema oculorũ prominent? id quod pro ſuffoſſionis lectione facere poſſit. nam, quæ ſuffodiuntur, prominent, ſicut prominet terra, quam talpa ſuffodit. Sed non ſatis ſcio, quid deſignet Paraphraſis, an oculos prominentes, an prominentes genas; quæ in rugas ebrioſis contrahuntur, an quid aliud. Porrò, ſubminiſtrat continuè, multus frequenſq. vini potus, calorem, qui oculorum humorem paulatim exhauriat, & videndi facultatẽ debilitet, tandemque, arefactis organis, extinguat, quod ſuffoſſione oculorum ſignificari poſſit. niſi fortè reſpectum ſit, ab iis, inquam, qui, pro *ſuffuſio*, *ſuffoſſio* ſubſtituere (veriſimillima eſt enim *ſuffuſio* noſtri Interpretis ſcriptura) ad potatorum pugnas, qui dum in prœlia inermes truduntur, fortaſſe, quod mulieribus eſt conſuetudo, manibus ſibi inuicem exarant genas, oculoſque ſuffodiunt. huc, ad pugnam dico, haud dubiè reſpexerunt Græci, cùm tranſtulerunt τύπ@ παιδνοὶ δὲ ὀφθαλμούς; cuius liuidi oculi? Solent enim pugnis aut poculis cędere, & liuidos mutuò ſibi oculos dare. Cæterùm, grauiora his non rarò, & deſignant & perpetiuntur; eoque deueniunt, vt in crucem agantur, vbi eorum oculos ſuffodiant corui de torrentibus, & comedant filij aquilæ.

188. C. 25. viceſimo verſui plerique hodie Latini codices hunc ſubnectunt: *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri nocet cordi.* quem tollunt, antiqui Epanorthotæ, antiqui Dominicanorum, quidam Lugdunenſium, nonnulli Pariſienſium, ſeptem Hentenij, tres noſtri. Quibus adſtipulantur enarratores, Beda & Richelius: ille namque, ignotum præterit; hic, agnitum textu pellit. Suffragantur eiſdem Hebraici libri, neque ij tantùm qui nobis ſunt viſi, verumetiam, qui ante nos, Lyrano, Epanorthotæ, Dominicanis, ijſque, qui ætate noſtra ſcripſere, Authoribus. Porrò Græci codices, ad eum modum quo Latinè ſcribitur, conſtanter legunt ὥσπερ σὴς * ἱματίῳ καὶ σκώληξ ξύλῳ, οὕτως λύπη ἀνδρὸς θλάπτει καρδίαν. Auguſtinus quoque, libri 21. De ciuitate Dei capite 9, profert hunc in modum: Sicut tinea veſtimentum, & vermis lignum, ſic mæror excruciat cor viri. erat enim tunc in vſu Græcorum tranſlatio. Chaldaici poſtremò libri; id quod demiror; habent, quanquam parum mutata ſententia, omiſſaque tineæ, ac veſtimenti comparatione: וְאַיִן מְרוֹמְמָא חִיוָנָא בְּחִסְיָא וְתוֹלַעְתָּא בְּעֵיצָא וּבְלִישְׁתָּא בְּרִיוְתָא מַחֲרֵה לְבָּא דְּגַבְרָא Et ſicut putredo, aut vermis, in ligno, ſic ſtoliditas incitat cor viri.

Brug. Lod. Tr. alij, tres ex noſtris H. L. K. ſignificant ſe perſeſſe.

* in 99.

189. C. 29. v. 20. *Vidiſti hominem velocem ad loquendum: Stultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correptio.*] Manuſcripta, Brugenſe, Lobienſe, & alia pleraque noſtra inſignia, cum iis quæ Pariſienſes annotarunt, Dionyſij oblongo, lato, Germani oblongo, lato, *correptio*, non *correctio*, legunt, id quod, ſicut produximus, in textum Hentenius tranſtulit, cuius poſſit ſenſus eſſe: Ab homine ad loquendum veloci, potius exſpectandum, vt aduletur, quàm corripiat, exaſperet quàm emendet, delinquentes. Sed Hebraicè eſt תִּקְוָה לִכְסִיל מִמֶּנּוּ ſpes ſtulto præillo. quod exponunt: Spes eſt de ſtulto magis quàm de illo. Subaudiri autem poſſit, vel, quòd delinquentes ſalutariter corripiet, vel, quòd ſe ipſe corriget. illud, ei, de qua diximus, Latinorum codicum lectioni, conueniat (iſto ſenſu, Plus efficiat in corripiendo ſtultitia quàm loquacitas, hoc eſt, ſtultus quàm loquax) hoc, alteri *Stultitia magis ſperanda eſt quàm illius correctio*, quæ, cùm plerorumque librorum eſt, tum enarratorum, Bedæ, Carenſis, Lyrani, ac Richelij. Intelligentiam Beda hanc dediſſe videtur: Maiorem de ſe correctionis ſpem ſtultitia præbeat quàm loquacitas. Graue quidem, inquit, vitium ſtultitiæ, ſed non leuius eſt verboſitatis. Nam ſæpe contingit, vt, idiota aliquis, & ipſarum quoque neſcius litterarum, citiùs verba ſalutiferę correctionis accipiat, quàm is, qui affluentia prędituſ ſermonis, magis ſua quæ nouit, vel, quæ ſe noſſe autumat, iactanter proferre, quàm dicta ſapientium audire contendit. Hæc Beda, qui, anne fortè *ſtulti* aut *ſtultitiæ*, pro *ſtultitia*, legerit, diſpici poſſit. Hæc ſanè, & commentarius eius, & ſcripturæ textus, commodiùs admitterent. Nam, citra omnem coactionem, patêret ſenſus, Hebræo maximè conſentaneus. Hinc Iſidorus Clarius, hunc ad modũ emendauit: Stulti magis ſperanda eſt, quàm illius correctio. facilè certè potuit, à ſcribis, *ſtulti* aut *ſtultitiæ* cum *ſtultitia* mutari, maximè, cùm id, dimidius lectus locus, exigere videretur. Viceſimo-ſexto huius libri capite, eadem ſimilis ſententiæ verba, Interpres reddidit: *Magis illo ſpem habebit inſipiens*, quod, quid aliud eſt, quàm, ſtulti magis ſperanda eſt, quàm illius correctio, aut correptio? Cæterùm, nolo ego quidquã pronunciare: tantùm ſuam do coniecturæ probabilitatem.

Prou. 26. v. 12.

190. C. 30. v. 19. Plerique omnes Latini codices habent: *Et viam viri in adoleſcentia*, quibus, Enarratores, Beda & Richelius conſentiunt, & Græca antigrapha adſtipulantur· καὶ ὁδὸς ἀνδρὸς ἐν νεότητι eſt Græcè. Porrò Hebraicè eſt וְדֶרֶךְ גֶּבֶר בָּעַלְמָה quod eſt, & viam viri in adoleſcentula· עַלְמוּת namq. & עֲלוּמִים adoleſcentiam ſignificant; עַלְמָה verò adoleſcentulam. Hinc ex Hebræo vertunt noſtræ ætatis Interpretes: & viam, aut veſtigium, viri in virgine, puella, vel adoleſcentula. Ea enim eſt vox, quæ ſeptimo Iſaiæ capite legitur, verſu 14, vbi concorditer omnes tranſferunt: *Ecce virgo* aut adoleſcentula *concipiet*. quem locum Hieronymus enarrans, Hebraicæ iſtius vocis ſignificationem, contra Iudæorum commentum, tractat. Itaque exiſtimant complures, *adoleſcentula* hoc loco, non *adoleſcentia*, in Latina noſtra editione, legendum. Lyranus hanc veram litteram eſſe pronunciat, *Et viam viri in adoleſcentula*: Magdalius hunc ad modum legi debere affirmat: Pariſienſes hac ratione legendum notant: Ianſenius hanc probabiliorem eſſe lectionem iudicat. Cæterùm, pauci aut nulli ſunt codices, quibus lectio iſta ſtabiliatur. Epanorthotes: Antiqui, inquit, & noui, & Græci, viam viri in *adoleſcentia*: Hebræus *adoleſcentula*. Ex noſtris Latinis libris, vnus ex Pariſienſium caſtigatione editus, *adoleſcentula* legit, ſed, coniectura eſt matus, non codicum authoritate (idem opinor iudicium eſſe de Clarij Bibliis) vnus manuſcriptus K ſignatus ſimiliter *adoleſcentula* ſcribit, ſed manifeſta eſt eius quod priùs fuit raſura. Plantini paruus, vt impreſſa Lugdunenſium Biblia, in margine, vel *adoleſcentula*, habet. Hunnæi H, inter textus lineas, idem ipſum indicat. Tertium D. Hunnæi ſcriptum, quod olim S. Dominici fratres in Francia emendarunt, *adoleſcentula* diſertè legit: at ſub finem notat, Bedæ *adoleſcentia*, Hebræis adoleſcẽtula legi, nulla Latinorum codicum facta mentione. Ita, nihil certi ex codicibus liquet: iuuatur tamen his non parum veroſimillima authorum coniectura. quam & illud firmare poſſit,

poſſit, quod ſcriptorum librorum quidam non poſtremæ integritatis habent: *In adoleſcentia ſua.* Hugo Cardinalis, libros correctos habere dicit, *in adoleſcentula*, id quod de iis fortaſſe intelligit qui ex induſtria mutati ſunt. Quid ſi vero ſimiliter conjiciatur, pro νεότητι Græcè νεοτῖδι ſcriptũ fuiſſe? νεότης enim adoleſcentiam, vt νεότης adoleſcentiam ſignificat. De ſenſu huius loci doctè doctiſſimus Gandauenſium Antiſtes Ianſenius ſcripſit.

191. *Gregoriam Beda, Salomonem, alij que ſanctos ſunt.*

C. 30. v. 30. & 31. Quatuor hoc loco recenſet Sapiens, quæ bene feliciterque incedant: & tria quidem in editione noſtra manifeſtè leguntur, quartum verò obſcurè aut non conſpicitur. D. Gregorius, libri 30. Moralium capite quinto, quartum eſſe exiſtimat, eum, qui ſtultus apparuit, poſtquam in ſublime eleuatus eſt (de quo in 32 verſu) per quem Antichriſtum intelligit, qui feliciter incedere dictus fuerit, non vt tres præcedentes, (Chriſtus nimirum, & ſancti Prædicatores, ſanctique Sacerdotes) bene. Atqui, non aliud eſt Sapienti, feliciter quàm bene incedere. eodẽ enim verbo מיטיבי vtrumque dixit: &, quod quarto tribuitur, congruit etiam tribus; ſicut, quod tribus adſcribitur, quarto conuenit. Illud verò *Et qui ſtultus apparuit*, omnino à præcedentibus eſt ſeparatum, Hebræis, Græcis, & Chaldæis, id quod proximè ſequens notatio clarum faciet. Conſpicuè autem, in Hebraico fonte, hoc quartũ ſcribitur, וּמֶלֶךְ אֲלֵיקוֹם עִמּוֹ quod quidem alij aliter vertunt; nonnulli: Et rex Alcum cum eo; complures: Et rex cui non eſt qui reſiſtat; Græci: Et rex concionans populo; Chaldæus: Et rex qui ſtat & loquitur in domo populi ſui. Interpretationum diuerſitas præcipuè ex voce אֲלֵיקוֹם orta eſt. Primi illi, quorum attulimus verſionem, proprium eſſe nomen intelligunt. Ij quos ſecundo poſuimus loco, compoſitam eſſe vocem exiſtimant, ex אֵל quod eſt non, & קוּם quod eſt ſurgere aut ſurgens, ita vt ad verbum ſit: Et rex, non eſt ſurgere, aut ſurgens, cum eo. Græci, &, qui Græcos ſecutus videtur, Chaldæus paraphraſtes, intellexiſſe videntur, אֵל non negationem eſſe, ſed pronomen relatiuum, aut pro relatiuo antecedens. Arabes, quorum vicina eſt lingua Hebraicæ, ſyllabam hanc אֵל, eo habent loco, quo ה litteram Hebræi, & א Chaldæi, videlicet, ad emphaſim exprimendam, demonſtratiui pronominis loco. hinc אֵלְפוּרְקָן id eſt, ipſa ſalus, Mahumetici Pſeudangelij titulus eſt. קוּם, quod ſurgere & ſtare ſignificat, Græci concionari expoſuerunt; Chaldæus, qui verbi ſignificatione expoſitionem iunxit, ſimiliter: quodque ſequitur עִמּוֹ, non עִמּוֹ legerunt, quod eſt, cum eo; quomodo nobis punctata ſunt Biblia; ſed עִמּוֹ quod populum ſuum denotat. Sic igitur, quod Hebraicè eſt, alij ab aliis diuerſimodè transferunt: ſed ita concorditer omnes, vt quartum eſſe, eorum quæ optimi ſunt inceſſus, intelligi debeat. Quamobrem, veriſimile eſt, & in noſtra vulgata verſione, quartum illud his verbis contineri: *Nec eſt rex qui reſiſtat ei.* Verùm, quia verba iſta, nullum per ſe animal deſignãt, ſed ei quod proximè antecedit, iungi volunt (quapropter, cum ariete, quod tertium proximè antecedit animal, Gregorius iungit) depraua tata eſſe, Cornelius Ianſenius opinatur: quippe, quæ, ab aliorum omnium interpretationibus, aliena ſint. Itaque, Nicolaum Lyranum ſecutus, reſtituendum docet locum, tranſpoſitis dictionibus, *Et rex, nec eſt qui reſiſtat ei*, quæ & Clarij emendatio eſt. atque ita, noſtræ editionis lectio, ei conformis ſit interpretationi, quæ ſecunda ſuprà collocata eſt, atque inter omnes eſt probata maximè. Hoc autem modo Dionyſius Richelius legit atque exponit, ſed, quod ex ipſis eius verbis conijcio, Lyrani ex Hebræo correctionem ſecutus. In manuſcriptis codicibus variè corruptum eſſe locum deprehendimus. vnus habet: *Nec eſt rex, qui reſiſtat eis*; alij quidam: *Nec eſt res quæ reſiſtat ei*; alij non pauci: *Nec eſt qui reſiſtat ei*; Vnus: *Qui reſiſtat ei.* Sicut autem ad has deuentum eſt corruptelas, ex eo quòd arieti non rectè attribui videretur, non eſſe regem qui reſiſtere ei poſſit: ita fortè illa introducta eſt corruptela, *Nec eſt rex qui reſiſtat ei*, quòd leoni, gallo, & arieti, brutis animalibus, rex non aptè annumerari putaretur. qui idcircò potiùs adiunctus eſt, vt ei, quæ in illis rationis expertibus animalibus eximiæ ſunt qualitates, imitandæ proponerentur. Cæterùm, poſſit hæc lectio *Nec eſt rex qui reſiſtat ei*; quæ, earum, quæ in Latinis exemplaribus reperiuntur, ſynceriſſima eſt; ita intelligi, vt ad arietem de quo præcedit, non pertineat; ſed, quem Sapiens propoſuerat, quaternarium numerum abſoluat. Nempe, ſi τὸ *Rex*, à caſu abſolutum (quo modo ſuis vtuntur nominibus Hebræi) pro datiuo *regi* poſitum accipiatur. Nam, *Nec eſt regi qui reſiſtat ei*; quæ Hebraica eſt phraſis, paſſim in ſacris Bibliis obuia; idem fuerit ac ſi dixeris: *Et rex, nec eſt qui reſiſtat ei.*

192. C. 30. v. 32. *Et qui ſtultus apparuit, poſt quam eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet, ori ſuo impoſuiſſet manum.*] Hunc locum corrigendum docet Ianſenius Epiſcopus, ad modum, vel hunc: *Qui ſtultus apparuit, po. el. eſt in ſublime, ſi intelli. &c.* vel iſtum: *Eſt qui ſt. app. ruit poſt. el. eſt in ſubl. ſi enim intell. &c.* Veriſimillimum eſt enim, corruptum ab ijs eſſe locum, qui arbitrabantur, quartum, quod feliciter incedere Sapiens dixerat, hac parte contineri: ideoque, vel addidiſſe & atque *enim* coniunctiones, vel, pro *eſt* & ſubſtituiſſe. *Eſt* in Leodienſi codice fuiſſe, videri poſſit. corruptor enim nefarias inie-

cit manus: eo quod priùs fuerat eraſo, *Et* ſubſtituit. Porrò, non erat pars iſta præcedẽtibus copulanda; quod & Lyranus adnotauit; vtpote, quæ ſeparata omnino ſententia ſit. id quod, Hebræi, Chaldæi, Græciique codices, loquuntur. Hebraei habent: Si ſtultè egiſti, dum eleuatus eſſes; & ſi cogitaſti, manum ad os; Chaldæi: Non eleuaberis, qui non ſtultè ages, neque extendes manum tuam ad os tuum; Græci: Si immiſeris te in lætitiam, & extenderis manũ tuam cum pugna, inhonoraberis. Sunt in manuſcriptis noſtris Latinis codicibus aliæ hoc loco varietatulæ. quidam legunt *& qui ſtultus apparuit*, plerique *& qui ſtultus apparuerit*: prius, Ianſenij, Hentenij, & Pariſienſium, cenſuris, probatum eſt. Quinque *elatus* legunt, quod cęteri ſcribunt *eleuatus*. Quinque emendatiſſimi, tollunt *ſuo*, Hebræo conformiter; quod alij addunt, Chaldæo ſimiliter.

NOTATIONES IN ECCLESIASTEN.

193. C. 10. v. 1. *Pretioſior eſt &c.*] huius loci plurimis modis depraua-
ti germana lectio eſt: *Pretioſior eſt ſapientia & gloria, parua ad tempus ſtultitia*, in quam abeunt ſententiam, Hentenius, Titelmannus, Pariſienſes, Epanorthotes, & Lyranus. Hæc enim, & emendatiorũ eſt codicum, & Hebraicæ conformis veritati יְקָר מְחָכְמָה מִכָּבוֹד סִכְלוּת מְעָט. Huic cõſimilis & cõſentanea eſt ea, quæ in quibuſdam libris eſt, ſcriptura: *Pretioſior eſt ſapientia gloriáque, parua ad tempus ſtultitia.* Sunt autem, quod ex Hebræo patet, *ſapientia & gloria*, ſexti caſus; *ſtultitia* primi: & adiectiuum *parua*, non ad *ſapientia* aut *gloria*, ſed ad *ſtultitia* referendum eſt. Quamobrem, ſpuria eſt eorum librorum ſcriptura, qui τὸ *parua*, aut diſtinctionis ſigno, aut verborum tranſpoſitione, ad *gloria* referũt. Multi enim codices (quos Richelius ſecutus eſt) hunc habent ordinem: *Pretioſior eſt ſapientia paruáque gloria ad tempus ſtultitia.* Quædam typis excuſa exemplaria legunt: *Pretioſior eſt auro ſapientia, paruáque gloria ad tempus ſtultitia*, id quod Gerardus Moringus primum adfert, in quo duplex peccatum eſt, quòd & rectus verborum ſitus mutatus ſit, &, quòd incorrupta lectio non agnoſcit, *auro* ſit additum. Duo manuſcripta habent: *Pretioſior eſt ſapientia gloria parua, & gloria parua ad tempus ſtultitia.* ita obſcurus locus vt intelligi poſſet, modis omnibus eſt adulteratus. Alio etiam modo Buſlidiani Collegij manuſcriptum ſcribit: *Pretioſior eſt ſapientia gloria parua ad tempus ſtultitiæ.* Similis eſt, cuius Titelmannus meminit, varietas: *Melior eſt ſapientia paruáque, gloria ad tempus ſtultitiæ.* Et quidem accedunt hæc ad Græcam editionem (Pretioſum paucum ſapientiæ, eſt Græcè, ſuper gloriam ſtultitiæ magnæ) ſed noſtræ editionis intemeratæ non ſunt. *Ad tempus*, quod omnes libri concorditer legunt, Interpres explicandi gratia addidiſſe videtur. Quidam ita ex Hebræo vertunt, vt hanc ſententiam præcedenti aptiſſimè copulent: *Sicut muſcæ* mortis fœtere faciunt & exhalare fœtorem vnguentum aromatarij: *ſic hominem* pretioſum ob ſapientiam & gloriam, ſtultitia parua fœtere facit.

* magnam 99.

194. C. 12. v. 14. *Et cuncta quæ fient*, adducet Deus in iudicium, pro omni errato ſiue bonum, ſive malum ſit.*] Pro *errato*, ſex codices legunt *erratu*; duo *reatu*: Regius, ex Complutenſi, cum Sorbonico Correctorio, *pro* omni *abſcondito* ſcribit. D Hieronymus, in proprio huius loci commentario, poſuiſſe ſe dicit *de omni abſcondito*, pro eo quod Symmachus & LXX. interpretati ſunt, de omni cõtemtu, vel certè de omni ignoratu. ſic enim habet Pariſienſis editio, manuſcriptus, quem ex Collegio Trilingui habemus, Hieronymi commentarius, vel certè de omni ignorato, legit. Mirum itaque eſt, pleriſque omnibus Latinis libris, *errato* legi vel *erratu* (*reatu* enim ex *erratu*, quod poſteriora ſecula non admittunt, formatum videtur) niſi fortè non ſit, vulgatæ verſionis huius libri, Hieronymus author, vel corruptè *errato* pro *celato* legatur. Hebraicè eſt נֶעְלָם, participium paſſiuum ab עָלַם; quod, latere, abſcondere, atque occultare, ſignificat. Quocirca, Chaldæus, & Latini noſtræ ætatis Interpretes, cum D. Hieronymo, abſconditum, ſiue occultum, tranſtulere. *Errato*, quod non facilè ex noſtra editione auferendum eſt, non omnino alienum eſt, ab hac verbi ſignificatione. non enim eſt error, niſi circa occulta aut abſcondita: propiùs verò ad id accedit, quod LXXII. vetterunt, ὃ πάντα παρεωραμένῳ, in omni neglecto, contemto, vel ignorato, quo modo & Pſalmo 54, ὑπεριδεῖν LXXII, deſpicere Hieronymus, ex hoc ipſo verbo reddidere. Cæterùm, difficultas eſt, quomodo bonum eſſe poſſit, quod erratum eſt? id enim ſequitur *Siue bonum ſiue malum ſit.* Reſpondent quidam, bonum & malum ex ſuo genere intelligi; quidam, ad caput referri ſententiæ; quod in calce eſt poſitum.

* ſub Sole o. - o. - creato o.

Pſal. 54. a. 2.

NOTATIONES IN CANTICVM CANTICORVM.

195. C. 2. v. 13. *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni.*] Multa exemplaria, cum Hugone Cardinali, addunt *propera*, quod nonnulla peruersè ſcribunt *proſpera*: *Surge, propera, am. mea, ſp. mea, & veni.* ad quem

* ponſa o.

modum Græcè legitur, ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μοῦ, καλή μου, πορεύου μου δεῦρο, καὶ ἐλθὲ σύ. Nam, quod Hebraicè est לְכִי, verbum esse intelexerunt Græci, in principio, vt in fine sententiæ קוּמִי לְכִי רַעְיָתִי יָפָתִי וּלְכִי־לָךְ Surge, veni, amica mea, pulchra mea, & veni tibi. Sic potuit & noster Interpres intellexisse, & pro *veni, propera* transtulisse, vt versu decimo præcedenti, vbi eadem omnino verba Hebraicè repetuntur, præterquam, quòd ibi, in initio sententiæ, לָךְ scribatur, quod hîc לכי scribitur. propter quod, hîc potius quàm ibi, *propera* vertisse potuit. Nam לָךְ masculinus, לְכִי femininus est imperatiuus. Atqui, non esse hoc loco, vt superiori, ab Interprete, aut versum, aut additum, *propera*, antiquissimi & emendatissimi quique codices, probatum faciunt. quos secuti, Correctores, Hentenius & Parisienses, è 13ii. versus textu, *propera* pepulere: quorum correctioni Gregorius, Iustus, Beda, Bernardus, Thomas, Richelius, Enarratores, adstipulantur. Porrò, illud, לְכִי accepisse Interpres videtur, pro redundante pronomine, quemadmodum postremam sententiæ vocalem לָךְ, proculdubio accepit. Nam, quod ad verbum esset, *Et veni tibi*, reddidit *Et veni*. Similiter accepisse potuit prius לָךְ in versu decimo (nam, de posteriori, non est dubium) nempe, non vt verbum, sed vt pronomen Latinis superfluum, & addidisse, non ex alio transtulisse, τὸ *propera*. docent Hebræi, pronomen esse, cùm לָךְ versus decimi, tum לכי decimitertij, seruili littera præposita: & scribunt quidam 13° versu לְכִי, sed legunt יְרֵךְ, signantque superesse. Ad hûc modum accepit & Chaldæus Paraphrastes, קוּמִי לָךְ Surge tibi congregatio Israël, dilecta mea, & formosa mea, vade hinc in terram quam statui patribus tuis. Annotandum obiter est hoc loco, malè, quibusdam libris, & Tractatoribus, Bedæ, Bernardo, Thomæ, ac Richelio, hoc versu, *sponsa* pro *speciosa* legi. erroris occasio sumta ex eo videtur, quòd contractam scripturam *sponsa*, *sponsa* scriptores legerint. quæ *speciosa* legenda erat. Addendum & hoc vno verbo, *& columba mea*, postponendum esse τῷ *& veni: Surge* ami. m., sp.m., & veni, columba mea in foraminibus pet. quædam namque exemplaria, cum Hugone Carensi, iniquo ordine præponunt: *Sur. am. m., sp. m., columba mea, & veni in foram. p.* Græci codices, & præponunt, & postponunt, contra Hebræorum Latinorumque fidem.

196.

C. 7. v. 5. *Et comæ capitis tui, sicut purpura regis vincta canalibus.*] Latinorum librorum, quidam *vincta* habent; quidam iuncta; quidam sic, vt nescias, *vinctáne* legendum sit, an *iuncta*; ex quo varietas nata esse videtur. *Vincta*, ex antiquis suis codicibus, Epanorthotes probat. quibus, noster, ex Brugensis Dominici Bibliotheca præstantissimus codex, manifestè consentit, atque etiam Di. o. l. & Ge. l. Parisiensium exemplaria, quę illi secuti *iuncta* cum *vincta* commutarunt. Hentenius quoque *vincta* in textum transtulit, *iuncta* vt spurium in marginem reiecit. Horum correctioni, Hebræa suffragantur, quod & ipsi, haud dubiè, animaduerterunt. אָסַר enim vincire & ligare propriè significat, quanquam iungere, quod generale est, facilè etiam possit admittere. Simile est iudicium de Græca voce δέω, & Chaldaica כְּפַת. Franci Dominicani, antiquis Latinorum libris & Hebraicis adscribunt *iuncta*, nisi, quod mihi fit vero simile, error, à descriptore, aut posteriori emendatore, commissus sit. Porrò, אָסוּר quod Interpres noster ad purpuram retulit, Græci ad regem retulere: Et coma capitis tui vt purpura· Ἔσπλευὸς δεδεμένου ἐν παραδρομαῖς· Rex ligatus in transcursibus. Vtrumque enim Hebraica ex se verba patiuntur: verùm, vt nunc distincta sunt, talem translationem exigunt, qualis Græcorum est· אֲרֻגָּמָן, quod purpuram denotat, accentu athnæ, qui distinguendi vim habet cuiusmodi apud nos colon, notatum est: quare purpura à Rege separatur; regisque vocabulum, à purpurę, non regi, ostenditur. Itaque Hebræi doctores, &, qui eos sequuntur, nostri seculi translatores, plerique, vertunt, alij Rex ligatus in canalibus; alij Rex ligatus in tignis. præcedit: Et coma capitis tui sicut purpura. Legat de hoc loco, qui velit, Pagninum in רחט.

197.

C. 8. v. 2. *Apprehendam te, & ducam* in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. ibi me docebis.*] τὸ *& in cubiculum genitricis meæ*, tollunt, tres nostri codices, tres Parisiensium, quidam Lugdunensium, & antiqui Epanorthotæ. D. Gregorius, Iustus, Beda, & Lyranus, enarratores, non videntur legisse. Hebraici & Chaldaici libri minimè agnoscunt. Hentenius castigator è textu in marginem transtulit. Epanorthotes, huc, ex tertio capite, adiectum existimauit. Legitur enim ibi, in hunc modum, similis omnino sententia: *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Porrò, vt multis Latinis, ita Græcis exemplaribus, octauo etiam capite additur *Et in cub. gen. m.* Sed, potest, & Græcis libris, octauum caput, ex tertio auctum esse, præsertim, cùm eadem vtroque loco verba legantur, καὶ εἰς ταμιεῖόν τῆς συλλαβούσης με, & in cubiculum eius quæ concepit me. Atqui, obstare videtur, quòd Græca antigrapha emendatiora, nihil, si non istud, habeant, quod respondeat huic תְּלַמְּדֵנִי docebis me. Nam, Aldina quidem, &, quæ Aldinis ferè consentiunt, Germanica Biblia, illi καὶ εἰς ταμιεῖον τῆς συλ. με, subiungunt διδάξεις με: at, id nequaquam habent Vaticana, nec, cum Complutensibus, Regia, suffragantibus Græcis Enarratoribus, Philone, Theodorito, aliisq. tribus Græcis Patribus, ex quibus collectam paraphrasim legere in Theodorito licet: quanquam addatur textui, Theodoriti cõmentariis adiuncto. Quamobrem, videri possit illud διδάξεις με, Septuaginta duorum translationi, aut ex Hebræo, aut Symmachi, Theodotionis, vel alterius, versione, additum esse: hoc autem καὶ εἰς ταμ. τῆ συλ. με, à LXXII translatum, eius loco, quod alij conuerterunt, διδάξεις με, Latinus, *Ibi me docebis*. Nam, לְמַד, quod docere significat, non dissimile est à יָלַד, quod est, párere, vt hinc, eiusmodi quid legerint aut efformauerint, propter quod totum repetendum iudicarint, quod tertio capite verterant, καὶ εἰς ταμ. τῆ συλλ. με. nihil statuo: tantùm, quæ sagax lector indaget, propono.

198.

C. 8. v. 12. *Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.*] Pro eo quod habemus nos *Mille tui pacifici*; Hebræi legunt הָאֶלֶף לְךָ שְׁלֹמֹה quod est: Mille tibi Salomon. eundem ad modum Græci, οἱ χίλιοι σοὶ σολομῶν. Regis editio habet οἱ χίλιοι σοὶ σολομῶντι: in Vaticano autem codice integerrimè est οἱ χίλιοί σοι σολομῶν, Mille tibi Salomon. Itaque existimant nonnulli, peruersè, in Latinis libris, legi *pacifici*, pro *pacifice*. voluit enim Interpres, proprij nominis interpretationem, quippe spirituali sensui accommodam, dare. Atque his, Complutensis editio suffragatur, cuius in Latino textu aperta est lectio: *Mille tui pacifice*. Verùm, nullum alium codicem, qui *pacifice* legat, inuenere Parisienses, nullum alium Hentenius; nullum verò penitus, qui diu ante hos hæc inuestigauit, Epanorthotes; nullũ etiam omnino, qui ante 500. annos huic negotio operam dedere, Franci Dominicani. Inter nostros quoque libros, nullus est qui *pacifice* legat. Duo sunt tamen manuscripta, quæ aliquid habeant, quod eò facere videatur. Vnum legit *pacifices*; id enim potius est quàm *pacificos*; alterum *pacificis*, aut, quod verisimilius apparet, *e* littera post *i* posita est, ad indicãdam aliam lectionẽ, *pacifice*. Hic D. Hunnæi*; ille Atrebatẽsis Collegij est liber. Quod in Bibliorum margine est 1 MS, pro Complutensi codice positum est. Non enim erat operæpretium, nouam fingere notam, ad designãdos impressos codices, qui paucis in locis soli sine manuscriptis notandi fuerint. Nec poterat hoc loco *R* poni pro Complutensi, id quod aliàs obseruauimus: quòd Complutensis scriptura in Regiam editionem mendosè transfusa sit, cum diphthongo, *pacificæ*. Alij igitur, eorum qui quid Hebraicè esset, didicerant, quia in Latinis Bibliorum exemplaribus, non aliud inuenire potuerunt, quàm *M. tui pacifici*, annotarunt, voces *tui pacifici*, secundo casu singularis numeri intelligendas esse, quas Hebraicæ veritatis signari, primo pluralis numeri casu, exponunt. Et sanè, id omnino videtur, gignendi casu intelligendas esse voces *tui pacifici*, si non vocandi casu legendum sit *pacifice*. vix enim dubium esse potest, quin horum alterum voluerit Interpres, ei qui interpretationis fontem consideret. Quòd si seruasset proprium Salomonis nomen, vt secundo casu, semel, iterum, & tertio, ea non fuisset corrumpendi aut prauè intelligendi occasio. Sed, maluit hoc capite proprij nominis interpretationem conuertere, cùm hoc, tum præcedenti versu, vt sensui mystico seu spirituali facilior daretur locus, pateret via.

NOTATIONES IN LIBRVM SAPIENTIÆ.

199.

C. 1. v. 15. & 16. *Iustitia enim perpetua est & immortalis.*] Coniunctionem *enim* prætermittunt octo ex nostris manuscriptis, & quidem pleraque insignia, Brugense, Lobiense &c. quanquam Græcè legatur· δικαιοσύνη γὰρ ἀθανάτου ἐστί: pro quo in Complutensi est, δικ. δὲ ἀθ. ἐ., quomodo & longùs Plantini codex Latinè legit: *Iust. autem perp. est & im.* Confirmare Sapiens his verbis videtur, quod dixerat, Deum non esse mortis authorem, nec fuisse in hominibus primùm à Deo creatis medicamentum exterminij, hoc est, venenum siue malum quod eis exitium seu mortem inferre posset. Iustitia enim; in qua creati fuerunt; non finit possessorem suum sub mortis venire imperium, sed est ei perpetuæ vitæ causa. Quod subiungitur multis in libris *Iniustitia autem mortis est acquisitio*, antiquiores atque emendatiores non habent; ex nostris, septem; ex Parisiensium, tres: quibus Græca antigrapha cõstanter volunt. quocirca Hentenius in marginẽ è textu reiecit; meritò sanè, nec enim conuenit loco: nam, quam exprimit cum præcedenti sententia antithesin, eam, sequenti versu, si rectè intelligatur, suæ orationi accõmodè, Sapiens significauit. Cùm enim dixisset, in hominibus à Deo creatis, nullam fuisse mortis necessariam causam, immò verò immortalitatis operatricem iustitiam, declarauit deinde, quod quæri potuisset, vnde mortem homines incurrerint! Ex eo videlicet, quòd voluntate sua, à iustitia in qua creati fuerant, ad iniustitiam abscesserint. *Impij autem* inquit *manibus & verbo accersierunt illam &c.* Quod quidam habent, *pedibus*, pro *verbo*, nothum est; vtpote, à veris Latinorum codicibus, Græcorum exemplaribus, denique ab hominum consuetudine, alienum. quis enim pedibus accersire quenquam solet? *Illam* supple *mortem*. Quidam iniustitiam subaudiunt, quippe qui id legant: *Iniustitia a. m. e. acq.* Et videri certè possit, ab expositore aliquo hoc adiectum, qui, cùm non videret, quò referendum esset pronomen *illam* (mortis enim vocabulum longè dissitum est) desiderari existimarit versu præcedenti membrum alterum (cuiusmodi, frequentes, hoc etiam in libro, superioribus sententiis subiiciuntur, quæ idem à contrario docent, clausulæ) *Iniust. à m. e. acq.*, ad quod, quæ sequuntur, referenda essent. Sed, vti diximus, ad mortem respiciunt. non enim quod Græcè est, pronomen ἀυτὸν, δικαιοσύνην, id quod antecedit, aut ἀδικίαν, id quod neclegitur, refert; sed θάνατον mortem; hoc sensu: Dum autem se impietati dederunt homines, mortem, longè à se positam, adiocarunt. non enim eam, præter omnem exspectationem, incurrerunt: sed, qui diuinum audierant decretum; *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris*, dum transgredi præceptum voluerunt, quid nisi mortem accersierunt? *Et æstimantes illam amicam defluxerunt*. Vnus ex libris nostris *existimantes* habet. Arbitrati sunt non nociturum sibi aduocatam mortem, id enim promiserat serpens: *Nequaquam morte morieminí*: verùm aliter accidit. continuò namque, mortis stimulo puncti, tabescere, atque in modum labentis vndæ ad mortem properare, cœperunt. Vel, *defluxerunt*, id est, ad fluxam instabilemque iniustitiam à iustitiæ stabilitate transierunt, Dei mandatum transgressi sunt. *Et sponsiones posuerunt ad illam*. Veriùs alij libri, Græco conformiter, *sponsionem* legunt. Sponsionem ad mortem posuerunt, qui, vt essent sicut dij, scirentque bonum & malum, à Deo recesserunt, mortique, vt confœderati, se adiunxerunt. *Quoniam digni sunt qui sunt ex parte illius*. Pro posteriori *sunt*, *sint* loquendum videtur: quæ in Pagnini Bibliis emendatio est, editis anno 1542. In Græca namque editione legitur ὅτι ἄξιοί εἰσι τῆς ἐκείνου μερίδος εἶναι. Quoniam digni sunt partis illius esse. Atque ita scribunt manuscripta multa, vt facilè possit, tam *sint* legi, quàm *sunt*, ſt: & quædam quidem, prius *sunt* expressè, posterius contractè scribunt, ſt. Sic sexto versu superiori, multa manuscripta maledicũ pingunt, quod, ex vi literarum, non minus *maledicum*, quomodo Græcè legitur, quàm maledictum esse possit. Cùm autem vtrumq. indicatiuo modo *sunt* legeretur, existimatum est imperfectam esse sententiam, cui ad integritatem deesset aliquid. vnde compluribus, cùm scriptis, tum impressis libris, legitur: *Quoniam morte digni sunt qui sunt ex parte illius*, quod etiã Lyranus, Carẽsis, ac Richelius, exponunt; Morte scilicet æterna dignos esse, qui iniustitię seruiunt. exponit & Robertus Holkot: sed aliter. Atqui, vt nullis Græcis libris additur *morte*, ita in syncrioribus Latinis non inuenitur. quamobrẽ à correctore Hentenio repudiatũ est. Est itaq. incorruptæ lectionis sensus: Qui mortẽ ad se accersierunt, & cum ea fœdus inierunt, digni sunt certè, qui illius sint participes, qui mortẽ moriantur.

200.

C. 2. v. 2. *Quoniam fumus & flatus est in naribus nostris.*] Hæc multorum licet codicum, atque enarratorum, authoris Glossæ ordinariæ, Roberti Holkot, & Hugonis Cardinalis, adulterina est scriptura: germana est, *Quoniam fumus flatus est in naribus nostris*, vel potiùs, quod emendatissima loquuntur scripta, suffragante Dionysio Richelio, *Quoniam fumus afflatus est in naribus nostris*. cuius sensus est: afflatus siue spiritus, qui est in naribus nostris, est veluti fumus. non enim participiũ est *afflatus*, quomodo Richelius intelligit, sed, quod ex Græcis patet, nomen. *Et sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum*. Græcè est, καὶ ὁ λόγος σπινθὴρ ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν, Et sermo scintilla in motione cordis nostri. Vnde conijciunt quidam, *scintilla*, pro *scintillæ*, Latinè legendum esse. Posset in eundem sensum, *scintillæ*, primo casu singularis numeri intelligi, nisi id quod sequitur, obstaret. Videtur, quod significatur, hoc esse: Et sermo oris nostri, est quasi scintilla, ex moto corde excitata.

201.

V. 3. *Quia extinctus cinis erit cor nostrum.* Hæc vna est huius partis depravatio, eaque fœdissima. Alia est: *Quia extinctus cinis erit post corpus nostrum*. Rursus alia: *Quia extinctum cinis erit corpus nostrum*. Est & quarta, cæteris frequentior: *Quia extinctus cinis erit corpus nostrũ*. Quatuor Hentenij exemplaria, tria Parisiensium, & tria nostra, habent; *Quia extincta cinis erit corpus nostrum*. quæ & ipsa, emẽdatissimorum cæteroqui codicum lectio, spuria est: eiusmodi tamen, quæ proximè ad genuinam accedat. Expuncto enim *i* vocis *quia*, intemerata est loci scriptura: Qua extincta cinis erit corpus nostrum, quam indicarunt nobis Franci Dominicani, cùm in Bibliis à se correctis, tum in additis notationibus. Rabanus; notãt; & antiqui. *qua extincta*, ſ. scintilla, calore videlicet naturali. Ex nostris manuscriptis, vnum, quod ex Malmundario accepimus, hanc indicat lectionẽ, quam & Lyranus secutus videtur. Suffragantur huic legendi modo disertè Græca ὁ σβεσθέντος λέπεος ἀπορῥεῖ τὸ σῶμα, Quo extincto cinis euadet corpus, quod, eodem seruato genere, est, *Quo extincto*, referri potest, vel ad sermonem, vel ad scintillam: vtrumque enim Græcis masculei est generis, tam σπινθὴρ quàm λόγος. Interpres ad scintillam retulit, ideoque fœmineo genere interpretatus est: *Qua extincta cinis erit corpus nostrum*. quod est: Erepta nobis loquendi facultate, in cinerem redigendum est corpus nostrum. Græcus Vaticanæ Bibliothecæ liber, pro ὁ λόγος, quod & nostro Interpreti lectum est, ὁ λόγος habet· καὶ ὁ λόγος σπινθὴρ, καὶ τὰ ἐξῆς, Et exigua scintilla in motu cordis nostri. Cuius lectionis sensus esse videtur: Id, quo mouetur ac viuit cor nostrum, est veluti exigua scintilla: qua extincta, vt facilè potest igniculus op-

primi, in cinerem redigetur corpus. Malmundariense exemplar, antiquissimum sanè, non legit initio pronomen *nostrum*, conformiter exemplaribus Græcis, quæ vidimus nos: nam, quidam, cum hoc pronomine, Græcè citat. Sunt autem hæc impiorum verba, ex vitæ fugacitate, animæque cum corpore interitu, se adhortantium ad voluptatum fruitionem: similia illis quæ Paulus refert, prioris ad Corinthios 15: manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Breuiter Apostolus complexus est impiorum sententiam, quæ hîc latè describitur. 1. Cor. 15. d. 32.

202.

C. 4. v. 3. *Et spuria vitulamina non dabunt radices altas.*] Duodecim nostra exemplaria, *spuria vitulamina* legunt. Alia duodecim, cum expositoribus, Lyrano, Carensi, & Richelio, illius loco *adulterinæ plantationes* habent. Tredecim vtramque lectionem signant. Græcè est, καὶ ἐκ νόθων μοχευμάτων οὐ δώσει βίζας εἰς βάθος μοχεύματα. Græcis dicuntur stolones, viuiradices, plantæ teneræ, & nouelli rami. Satis igitur Græcam exprimit vocem, ea lectio quæ *plantationes* habet: sed ea quæ *vitulamina* nominat, obscurum est quid velit, nisi quòd *vitulamen* vox ficta videatur à *vitulus*, sicut μόσχευμα à μόσχος. Hanc tamen germanam nostri Interpretis versionem esse, *Spuria vitulamina*, antiquiores atque integriores codices probant. Vnde colligitur, alterius esse interpretationem, quod in recentioribus est codicibus, *adulterinæ plantationes*: atque iis in libris, quibus vtrumque legitur, duas translationes coniunctas. Vtra verò preferenda sit translatio, diui Augustini habemus sententiam, lib. 2. De doct. Christiana cap. 12. Quia μόχος Græcè vitulus dicitur, μοχεύματα quidam non intellexerunt esse plantationes, & vitulamina interpretati sunt. Qui error tam multos codices præoccupauit, vt vix inueniatur aliter scriptum: & tamen sententia manifestissima est, quia clarescit consequentibus verbis. Namque, adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, conuenientiùs dicitur, quàm vitulamina, quæ pedibus per terram graduntur, & non hærent radicibus. Hanc translationem in eo loco etiam cætera contexta custodiunt. hactenus Augustinus. Non intelexisse verò Interpretem nostrum, μοχεύματα plantationes esse, qui Græcus mage fuerit quàm Latinus, asserere nolim. quid, si, à stolida vituli vitulatione, stolidas plantas, quæ Latinè stolones dicuntur, *vitulamina* ad Græcæ vocis similitudinem appellauerit? Aliud quid adferunt S. Dominici fratres, quorum annotationem pretium operæ fuerit subnectere. est huiusmodi: Rabanus & antiqui habent, *Et spuria vitulamina non dabunt &c.* Augustinus in libro De doctrina Christiana, dicit se nescire, quid sit quod quidam libri habent, *Et spuria vitulamina*: vnde dicit, quòd melius diceretur, *adulterinæ plantationes*: sed Ambrosius in quadam epistola dicit quibusdam: Vos estis nobilia vitulamina, id est, nobiles plantationes, & dicuntur à vite, quæ est generosa plantatio. tamen ista littera dimittitur, propter authoritatem Augustini. Hæc illi. A vite potiùs vitulamen diceretur, sicut vitiligo. Significant verò μόχος & μόχευμα, quædam etiam ad vitem pertinentia, malleolos in primis, hoc est, nouos vitis palmites, priores anni flagello enatos, si ad eos fortè Interpres respexerit. Non hoc, quin potiùs contrarium, Augustinus dicit.

203.

C. 6. v. 8. *Non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus.*] Multi codices *Dominus* legunt; quidam *Deus*; plerique, cum Roberto Alemano, *Dominus* vel *Deus qui est omnium dominator*. Prima lectio vera est Interpretis scriptura, id enim ex lectissimis exemplaribus liquet: quibus Lyranus Enarrator, & Græcus fons adstipulantur. Secunda erronea est, vt frequens est in his nominibus *Deus* & *Dñs* error, cùm quòd contracta sibi mutuò vicina sint, tum quòd facilè vnum pro altero Deo attribuatur. Tertia lectio mixta est, vel ex textu & glossa, quòd Dominicani senserunt (Rabanus, inquiunt, & antiqui non habent *Qui est dominator omnium*· quia glossa est huius dictionis *Dominus*) vel ex duabus tralationibus, vel vtrimque. Fortè enim, diuersa translatio, Glossæ occasionem dedit, tandemque in textum glossa recepta est. Græca sic habẽt· ἐ γὰ ὑποτελεῖται παρόσωπον ὁ πάντων δεσπότης. Vulgatus Interpres vertit: *Non enim subtrahet personam cuiusquam dominus*. Aljus transtulit: Non enim subtrahet personã omnium dominator. Hic, πάντων, quod est omniũ, ad δεσπότης dominus retulit: quò cogit referre articulus ὁ præpositus. Ille articulũ viderur, aut non legisse, aut postpositum reperisse; itaq. πάντων ad προσωπον personam retulisse, eo loquẽdi modo, cuius iste est in Psalm. 142. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*: qui sacris litteris, ex Hebraico idiomate, non est infrequẽs. Nisi fortè *cuiusquam*, quod sensus requirit, his vt proximis verbis, addiderit, & pro ὁ πάντων δεσπότης, Dominus dumtaxat dixerit. Porrò, *Non subtrahet personam cuiusquam*, id est, non excipiet, nõ parcet cuiquam, aut cedet, ob gratiam, aut aliam quamcumque causam: nec, id quod sequitur, *verebitur magnitudinem cuiusquam**. Duo manuscripta *reuerebiuur* legunt: eadem addunt *Deus*, quod, vt plerisq. Latinis, ita Græcis antigraphis, non legitur. Psal. 142. v. 2. reuerebitur Deus. Malm. o.

204.

C. 6. v. 11. *Qui enim custodierint iustitiam, iustè iudicabuntur.*] Sic, multi codices, & expositores, Richelius, Holkotius, & Carensis, legunt. Cæterùm, antiquitate atque integritate præstantes libri, pro *iudicabuntur, iustificabuntur* habent; nouem nostri; quod Græco con-

In D. Thomæ commentario, tincta legitur, vincta exponitur.

Philonis Interpres vertit Rex tremendus; Theodoretus, Rex inductus, nempe quod, pro Δικαίους, alius similes legerint voces, sed quæ ab Hebraica Latina q. lectionis veritate recedant. Et exponit quidẽ Theodoretus indutus; at tres patres, ligatus. Philo episcopus, & tremendus, & ligatus, vtrumq. agnouisse atque exposuisse videtur.

Cant. 3. b. 4.

forme est· οἱ γὰρ φυλάξαντες ὁσίως τὰ ὅσια ὁσιωθήσονται. Qui enim custodierint sanctè sancta sanctificabuntur, id est, sancti iudicabuntur. Vnde etiam manifestum euadit, distinguendam Latinæ editionis scripturam, non post *iustitiam*, sed post *iustè*, quæ, manuscripti L littera signati, distinctio est. Atque hæc Clarij calculis cõprobata est emendatio: *Qui enim custodierint iustitiam iustè, iustificabuntur*. Porrò, addunt, L & alia nonnulla manuscripta, cum Roberto Holkotio, pronomen *eius*: *Qui e.c. iustitiam* eius*, nempe sapientiæ, quod, vt Græca non habent, ita nec emendatissima Latina exemplaria. Explicationis ergo adscriptum existimarim.

*vide 1 MS.

205. C. 7. v. 17. *Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt scientiam veram.*] *Ipse enim* Deus *dedit mihi horum quæ sunt*, id est, eorum quæ sunt in natura, *scientiam veram*, cognitionem à mendacio atque errore remotam. *Vt sciam dispositionem orbis terrarum.* Σύστασιν κόσμου constitutionem mundi. minus rectè legunt quidã multitudinis numero *dispositiones*. *Et virtutes elementorum.* Græcis est, καὶ ἐνεργείας στοιχείων, quomodo & in multis Latinorum exemplaribus: *Et virtutem elem.* scriptum est: Verùm non fuit opus ea mutatione; quandoquidem pluralem, qui per singularem numerum Græcè significatur, Interpres reddiderit. id quod spectatiora manuscripta volunt.

206. *consummationes. V. 18. *Initium, & 'consummationem', & medietatem temporum.* ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μεσότητα χρόνων. Continuatam obseruauit totius temporis seriem, à primordijs vsque ad finem: vidit etiam, temporalium rerum, initia, progressus, atque exitus.

207. *Vicissitudinem per mutationes o. *τροπῶν. Gg. V. 19. * *Vicissitudinum permutationes', & consummationes temporum, morum mutationes, & diuisiones temporum.*] Pro his legunt Græci libri, * 'τρόπων' ἀλλαγὰς καὶ μεταβολὰς καιρῶν, nec aliud addunt. quibus Origenes, homilia in Lucam vicesima prima, suffragatur. hinc mihi fit verisimile, duas horum Græcorum verborum interpretationes, in ea, quam produxi, Latinorum codicum vulgari lectione, coniunctas esse. Vna interpretatio videtur: *Vicissitudinum permutationes, & consummationes temporum*; altera: *Morum mutationes, & diuisiones temporum*. Nam τρόπων & *vicissitudinum* & *morum* verti potest: vel enim à τροπὴ deduci potest, quod versionem denotat; vel à τρόπος, quod morem significat. quanquam & τρόπος versionem siue mutationem designare possit. Quidam de solstitijs intelligunt, quæ ἡλίου βοραὶ Solis versiones, Græcè nominantur. μεταβολὰς deinde, & *consummationes*, & *diuisiones*, transferri possit, quanquam magis propriè *mutationes* aut *varietates*: ad quem modum, pro *consummationes*, duo codices *commutationes* legunt, Hunnæi vnus, Atrebatensis Collegij alter; sed, hic, in textu; ille, in margine dumtaxat. Itaque, id omnino nobis videtur, Interpretis translationi, alteram, in vulgaribus Latinorum libris annexam. Atque hanc nostram sententiam, sex nostrorum manuscriptorum confirmant; quorum quatuor hoc planè omittunt: *Morum mutationes & diuisiones temporum*; quintum in margine tantùm habet; sextum ab aliquibus tolli signat. Confirmant etiam, textus Glossæ ordinariæ coniunctus, & Nicolai Lyrani ac Hugonis Carensis commentaria. similiter enim id non legunt: *Mo. mut. & diui. temp.* his adstipulari videtur Brugensis D. Donatiani codex, quo nõ facilè alium emendatiorem inuenias, sed deprauatus hoc loco est præpostera alicuius diligentia, ita tamen vt facilè aduerti possit, infartum aliquid esse, post *viciss. permut. & consumm. temporum*. Nam, post hæc verba, erasa sunt quæ sequebantur non pauca, eademque cum eo *Mor. mut. & diuis. temporum*, minori coactiorique charactere, substitura. Ex his ergo colligimus, id solum ab Interprete nostro translatum: *Vicissitudinum permutationes &* * *consummationes* aut *commutationes temporum*; quod autem sequitur multis in libris, *Morum mutationes & diuisiones temporum*, ex altera interpretatione additum, eo quòd, aliud esse videretur, ab ijs quæ in nostris erant libris, ideoq. desiderari. At postquam additum est, visum est aliis, eadem aut similia sæpius hîc repeti; itaque aut auferendum, aut commutandum aliquid: vnde, multæ secutæ sunt varietates. Quidam scripserunt: *Vicissitudinum permutationes, & commutationes hominum, morum mutationes, & diuisiones temporum*, quomodo fericatum Atrebatensis Collegij exemplar legit; Alij: *Viciss. permut. &* * *'mutationem' omnium morum, mutationes & diuisiones temp.*, sic duo Parisiensium codices, & tres nostri; Nonnulli: *Viciss. omnium permut. & mutationes omnium morum, mutationes & consummationes temporum*, sic, H. Doctoris Hunnæi. Malmundarij manuscriptum habet: *Et meditationem omnium morum, mutationes & diuis. temp.* Quia verò morum mentio, iis quæ hoc loco cum præcedunt tum sequuntur, dissimilis esse videbatur; vt certè minus conuenit ea versio; mutarunt quidã *morum* in *horum: Et mutationes omnium horum*, vel *horum mutationes*: hoc Hunnæi, illud Plantini habet liber. Cardinalis Bessarionis exemplar, omnia ferè, quæ diuersis in libris leguntur addita, coaceruauit: *Viciss. permut. & consumm. temp. mor. mutationes, & meditationem omnium eorum, & diuisiones temp.* Sic, multas deprauationes, vna peperit.

*consumtiones 1 MS.

*mutationes 1 MS.

*munitionem o.

Pl. lon. V. Arr. G. Pl. La. L.

E. Pl. M.

208. C. 8. v. 17. *Quoniam immortalis est in cogitatione sapientia.*] Multi codices, cum Roberto Holkot, legunt: *Quoniam immortalis est in cogitatione sapientia*; non bene, quod existimo. Nec illi quidem bene, qui, *Quoniam immortalis est in cogitatione sapientiæ*, scribunt: propiùs tamen ad incorruptam accedunt lectionem. Pro *immortalis*, tria Parisiensium exemplaria, quatuor Hentenij, & vndecim nostra, *immortalitas* habent: quibus volunt tractatores, Hugo Cardinalis, & Dionysius Richelius. Consentiunt Græca antigrapha, quorum ista est lectio, ὅτι * ἀθανασία ἐστὶν ἐν συγγενείᾳ σοφίας, Quòd immortalitas est in cognatione sapientiæ. Vnde, non tantùm, *immortalitas* Latinè legendum, patet; verumetiam coniectura suggeritur, erroneè *cogitatione* pro *cogn.tione* scriptum esse. certè enim συγγένεια, non cogitationem, sed cognationem & affinitatem denotat. Atque hanc coniecturam promouent nonnulla Latina manuscripta. quædam enim scribunt: *Quoniam immortalitas est in cognitione sapientiæ*; quinq. ex nostris; quod, pro *cognatione*, vt parùm ab eo differt, substitutum videtur: quædam ita pingunt, vt discerni vix possit, *cogitationéne* sit an *cognatione*. Citatur locus iste à B. Fulgentio libri tertij ad Monimum capite sexto: sed, cogitatione, vt ibi scriptũ est, an cognatione legerit, ex eius verbis non liquet. Clario & Parisiensibus castigatoribus, certa res visa fuit, *cognatione* scribendum legendumque esse: ad eum namq. modum emendarunt. in quorum sententiam qui iuerit, non, opinor, errauerit. Est autem sensus correctionis huius: *Quoniam immortalitas est in cognatione sapientiæ*, immortalitatem, cùm gloriosæ famæ, tum beatæ vitæ, eum consequi, qui cum sapientia commoratur, eamque vt consanguineam diligit, sibi familiarem seruat, consulitque ac sequitur in omnibus quæ agenda fuerint. In hoc, cætera quæ sequuntur, conspirant.

*vel ἀθανασία, Gg.

Lab. A. L. M. Q.

209. C. 10. v. 1. & 2. *Hæc illum qui primus formatus est, &c.* Hæc, nempe sapientia, de qua dixerat in superioris capitis fine, *Nam per sapientiam sanati*, vel *saluati sunt, quicunque placuerunt tibi Domine à principio*. quæ sententia, in antiquis scriptis, caput hoc inchoat; quod est in antiquioribus vicesimumprimum; eo quòd ipsa exemplis hîc declaretur. Verùm, quod secundũ Græcam editionem legitur, præcedenti capiti omnino iungendum est: non enim aliud Græcè legitur, quàm ᾧ τῇ σοφίᾳ ἐσώθησαν. cui conformiter, antiquum Malmundarij manuscriptum, non aliud habet, quàm, *Et per sapientiam saluati sint. Illum qui 'primus'* * *formatus' est.* Græcis, vna dictio est, *protoplastum*. αὕτη πρωτόπλαστον παῖδα κόσμου μόνον κτισθέντα διεφύλαξε. Lobiensis codex scribit *fictus* pro *formatus*: similiter Malmundariensis habet *finctus*, quo modo legendum arbitror, quod in D. Hunnæi manuscripto, A notato, additum est, *fructus*. In D. Augustini 99. epistola, qua hic locus profertur, *factus* legitur. Idem codices, cum B. Augustino, & Græcis exemplaribus, tollunt, quod in pleriſque omnibus Latinis libris sequitur, A * *Deo*', quod & in A trãsfossum est. exponentis additio fuisse videtur. *Pater orbis terrarum.* Græcè accusandi casu legitur, πατέρα κόσμου, quo modo & Malmundarij exemplar, atq. Hunnæi O, *patrem orbis terrarum* habent. quanquã Malmundariense, nominandi etiam casu legi, ostẽdat. Sermo magis exigat accusandi quàm nominandi casum, nisi *pater* ad *formatus* referre velis, quod fons Græcus nõ patitur. Tria scripta auferendi casu legunt *patre: A Deo patre orbis terrarum*: sed, vt pleriq. omnes Latini codices, ita Græci ad Adamum, de quo hîc sermo est, referunt, qui primus fuit humani generis, quod orbem terrarum incolit, parens. Porrò, scripturam *patrem*, stabiliat *patre. Cùm solus esset creatus* *, μόνον κτισθέντα solũ creatum. Nam, nõ simul cum eo creata, sed, postea, ex costa eius ædificata est, mulier. *Custodiuit*, in rectitudine continuit, à lapsu præseruauit. Non enim ad iustitiam retinendam, sufficiebat primo homini liberum arbitrium, nisi, participatione immutabilis boni, diuinum adiutorium præberetur. Homo in paradiso, ad se occidendum, relinquendo iustitiam, idoneus erat per voluntatem: vt autem ab eo teneretur vita iustitiæ, parum erat velle, nisi ille qui eum fecerat adiuuaret. D. Augustini sunt verba, sexto & centesimo Enchiridij capite.

*Domino 3 MS.

*à Domino o.

210. *Et eduxit illum* * *à' delicto suo.* Quidam Græcorum codicum habent, καὶ * ἐξέτεινεν αὐτὸν ὁπὸ παραπτώματος ἰδίου, & extendit eum è lapsu, vel, delicto proprio. Regius & Vaticanus, pro ἐξέτεινε, legunt ἐξεῖλατο, extraxit, extulit: quæ Interpretis lectio fuisse videtur. Sapientia, primum parentem, ante Euæ productionem, in iustitia seruauit: post Euæ productionem, cùm deliquisset, à lapsu asseruit: vtrumque enim diuinæ gratiæ est munus, & in iustitia conseruari, & ab iniustitia vindicari. Hoc scripturæ loco, Tatianus Encratitarum princeps, qui primi hominis saluti contradixit, refelli potest. De illo primo homine; inquit Augustinus epistola suprà citata; patre generis humani, quòd eum ibidem (in inferno Christus) soluerit, Ecclesia ferè tota consentit: quod eam non inaniter credidisse credendum est, vndecumq. hoc traditum sit, etiamsi canonicarum scripturarum hinc expressa non proferatur authoritas. quanquam illud quod in libro Sapientiæ scriptum est: Hæc illum qui primus factus est, patrem orbis terrarum, cùm solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo, & dedit ei virtutem continendi omnia, magis pro hac sententia, quàm pro vllo alio intellectu, facere videatur. Hæc B. Augustinus ad Euodium.

*de 1 MS. eduxit illum 'à' delicto suo, hoc *Et eduxit illum de limo terræ*, primùm substitutum fuisse, ab eo, qui illud, hunc ad modum, emendandum putarit, cùm *delicto* & *de limo* litteris multùm conueniant. Quidam namque libri, id solum legunt, *Et ed. illum de limo terræ*; alterum, *Et ed. illum à delicto suo*, prætermittunt, vel in margine dumtaxat addunt, contra veriorum codicum Græcorum que antigraphorum fidem. Pòst, ab aliquibus, vtrumque in textum relatum copulatumque est; quod plerique dein secuti sunt. Cæterùm, Correctores, Hentenius, Clarius, Parisienses, textu expulerunt istud, *Et eduxit illum de limo terra*, solo altero retento.

Pl. lon. G. H.

Sequitur, *Et dedit illi virtutem continendi omnia* * ἐχὼν κράτησαι ἁπάντων, fortitudinem, siue, vim tenendi omnia, vel dominandi omnibus. Non voluit Dominus, creaturam omnem continuò in lapsum hominem insurgere, eique ministerium & sui vsum negare: sed, qua est misericordia, adhuc ei dedit in omnia quale quale dominium, à quo, suo merito, iam planè deciderat. Vel potius: Primo parenti è delicto educto, eam dedit Deus fortitudinem, qua continere posset omnes naturæ suæ vires, ac superare omnia malorum irritamenta, quibus iterum peccato subiici, atque à salute præpediri potuisset.

*Aiunt Gg.

211. C. 10. v. 3. *Ab hac* * *vt' recessit iniustus in ira sua.*] *Ab* non *ad*, *hac* non *hoc*, *vt* vel *cùm* non *non*, *recessit* non *præcessit*; legendum est. sunt enim hæ librorum quorundam corruptelæ. Hugo Cardinalis exponit, quod quidam legunt, *Ab hac non recessit*: sed veriorem fatetur esse litteram, *Ab hac vt recessit*. verè sic est in veterioribus libris: quibus Græca consonant, ἀπὸ ταύτης ὅτε ἀπῆλθεν ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. Ab hac, sapientia videlicet, *vt recessit* seu defecit, *iniustus* impius Cain, *in ira sua*, per iram; iratus est enim vehementer, & concidit vultus eius, quòd sua munera Dominus non respexisset, qui fratris munera respexerat. *Per iram homicidij fraternitas* * *deperijt*'. Plerique libri, cum expositoribus, Lyrano, Holkot, Carensi, & Richelio, nominandi casu *fraternitas* legunt: quidam verò, gignendi casu, *fraternitatis* habent, duo Parisiensium, duo Hentenij, octo nostri. Commodissimè *fraterni* legeretur: verùm, si id non potest, *fraternitatis* amplectendum, & pro fraterni exponendum est. Loci sensum euertit *fraternitas*: non enim significare voluit Sapiens, quod pænè ridiculum est, sublatam inter Cain & Abel fraternitatis relationem; nec fraternam amicitiam interemptam; nec denique Abelem perisse; sed, Cain periisse, quòd fratrem occiderit. Sic enim habent distertè Græca, ἀδελφοκτόνος συνετρίβη θυμοῖς, Simul cum fratricidis perijt iris. Eius igitur quod nos habemus, *Per iram homicidij fraternitatis deperijt*, sensus est, Per iram, qua ad occidendum fratrem impulsus est, perijt. Mira est huius versus in Busslidiano manuscripto deprauatio: *Abel iustus, cùm recessit iniustus in ira sua, per iram odij fraternitatis deperijt*. liquidus est sensus, liquidaq. corruptio.

*vel 1 MS.

*Domino o.

212. C. 10. v. 4. *Propter quod cùm aqua deleret terram.*] Latinorum librorum, multi habent *propter quod*, multi *propter quem*. Eadem est in Græcis libris diuersitas: quidam enim δι' ὃ legunt, quidam δι' ὃν: ex illis, est Vaticanus; ex his, Regius. Græcè quidam δι' ὃν legi maulit: id quod, Interpretem nostrum legisse, integriores plerique Latini codices, quandoquidem *propter quem* legant, affirmare videntur. Quare, præferendum videtur *propter quem*: id quod ad iniustum respicit. Commodè autem collectiuè accipiatur numerus singularis, pro plurali: *propter quem iniustum*, pro *propter iniustos*. Quod si cui magis placeat *propter quod* legi, quæ Lyrani, Carensis, Holcotij, & Richelij est lectio, ad flagitium id referat (superiori enim versu narratum fuit flagitium Cain) & similiter collectiuè accipiat. *Cùm* * *aqua deleret' terram*. Non, *Cùm aquam deleret de terra*, vt quidam scripsit; sed, *Cùm aqua deleret terram. terram*, id est, terræ incolas, homines nimirum atque eas bestias quæ in terra & in aëre terræ proximo versantur. Videns enim Deus multam hominũ malitiam esse in terra, omnemque carnem corrupisse viam suam, diluuio in vniuersam terram inuecto, deleuit omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine vsque ad pecus, tam reptile quàm volucres cæli. quod legitur sexto & septimo Geneseos capitibus, *Sanauit iterum sapientia*, subaudi *terram*, id enim ex Græco patet, in quo legitur, δι' ὃν κατακλυζομένην γῆν πάλιν * ἔσωσε' σοφία, Propter quem demersam terram iterum seruauit sapientia. ad quem modum Latinum Malmũdarij manuscriptum habet: *Pr. qu. aqua deletam terram iterum salu. sapientia.* exemplar est mirę vetustatis, sed videtur ad Græca olim emendatum, cùm ex hoc, tum ex aliis, quæ obseruauimus, locis. Pro *sanauit*, Leodiensis codex & Atrebatensis *saluauit* habent. magis credo Brugensi codici, Lobiensi, & aliis pleriſque, *sanauit* Interpretem transtulisse, vt superioris capitis vltimo versu. Græcus fuisse videtur, Latini sermonis parum peritus. Modum, quo sapientia conseruauit, & pristino statui restituerit terram; subdidit: * *Per contemtibile lignum iustum gubernans*;

*sequidetur 1 MS. o.

*Aiunt Gg.

*it o.

sic enim legendum est, non, quomodo in longo codice scriptum est; *Et contemtibile lignum iustus gubernans. Gubernans iustum*, id est, pium Dei cultorem Noë, cum familia, brutisque animalibus quæ secum intro duxerat, ab aquarum inundatione præseruans, idque per *contemtibile lignum*, δι' ἐυτελοῦς ξύλου, per vile simplexque lignum. quo, sapientiæ potentia declarata est. Quidam putant *contemtibile lignum* vocari, quòd contemtus atque irrisus fuerit Noë cùm arcam ædificaret.

213. C. 10. v. 5. *Hæc & in consensu superbiæ.*] Multi codices, iique emẽdatiores, *hæc & in consensu nequitiæ* habent: id quod Græco conforme est· αὕτη καὶ ἐν ὁμονοίᾳ πονηρίας. *Superbiæ* existimo explicationem fuisse τῆς *nequitiæ*: intelligunt enim plerique locum, de superbis post diluuium hominibus, qui, vt nominis celebritatem sibi compararent, ciuitatem & turrem, cuius culmen ad cælum pertingeret, ædificare voluerunt. *Cùm se nationes* * *extulissent'*. Qui *superbiæ* emendarant, * *'extulissent'* subiunxerunt, quod synceriores libri *contulissent* scribunt. Quid si verò *confudissent* scribendũ esset? est enim Græcè ἐθνῶν συγχυθέντων, nationibus confusis. Sed id, ita intelligi potest, nationibus congregatis coniunctisque, quod est, *Cùm se nationes contulissent. Sciuit iustum*. Quædam Græcorum exemplaria legunt εἶδε δ' δίκαιον, inuenit iustum; quædam ἐγνῶ δ' δίκαιον, nouit iustum. posterior, Regię editionis, Vaticani codicis, nostrique Interpretis, lectio est: sed eundem in sensum redit vtraque. *Et conseruauit sine querela Deo*. Lobiense manuscriptum *seruauit* habet. De Abrahamo intelligendus videtur locus, qui, conspirantibus, ad coquendos lateres, ædificandam turrim, nomenque celebrandum, cæteris pleriſque, dissensit, atque eam ob causam in succensum caminum iniectus est, vnde eum liberauit Deus illæsumque eduxit. id quod, Philo refert, eo qui de antiquitatibus biblicis inscribitur libro. Porrò, hunc Sapientiæ locum enarrans Robertus Alemanus: Non est, inquit, imaginandum, quòd Abraham fuit tempore diuisionis linguarum, quæ quidem diuisio facta fuit tempore Phaleg, qui fuit sextus ante Abraham. hæcille. Geneseos 10. & 1. Paralip. 1. legitur: Natique sunt Heber filij duo: nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra, & nomen fratris eius Iectan. Si Phaleg nomen acceperit à terrarum diuisione quæ ipso nascente acciderit: nõ potuit, dubio procul, Abraham, cuius tritaui pater Phaleg fuit, diuisionis illius tempore fuisse. Si verò; quod Hebræorũ nonnulli sentiunt; Heber prophetans, nomen filio indiderit, à re; quæ eius tempore euentura erat: potuit Abraham, eo, quo diuisio facta est, tempore, vixisse; & quidem, si sub finem vitæ Phalegis diuisio contigerit, octauum aut nonum supra quadragesimum annum egisse. Nam, primo nonagesimo & centesimo anno, à Phalegis ortu, natus est, quem Thare anno ætatis suæ 70. genuit: & Phaleg ducentis triginta nouem annis vixit. quanquam intelligant quidam, non septuagesimõ ætatis Thare anno Abraham genitum. Est verò illi, quam ex Philone protulimus, similis historia, quæ hanc secum difficultatem non adfert, quam D. Hieronymus, in Hebraicis super Genesim quæstionibus, ex Hebræorum traditione, narrat, & primùm quidem fabulam nuncupat, pòst autem veram affirmat, quam & Burgensis, in additionibus super Genesim, verosimilem probat; Abrahamum, in ignem missum fuisse, quia ignem adorare noluerit quem Chaldæi colebant, & Dei auxilio liberatum de idololatrię igne profugisse. Ad hæc potiùs, aut quid simile, hoc Sapientiæ loco, respectum existimarim, quàm ad id, quod, Gen. 14, de quatuor Regibus narratur, à quibus superatis, Abraham, neporem Lot cum præda recuperauit. Hæc igitur esse possit loci paraphrasis: Cùm homines nequam, idolorum non Dei cultores, inter se conspirassent, vnanimiterque in scelus ædificandæ turris consensissent (propter quod postea, eorum linguas, vt merebantur, confudit Deus: vel, quod accidit, cùm, ab Oriente profecti, in campum terræ Sennaar confluxissent consedissentque) Sapientiam, in magna impiorum multitudine, non latuit iustus, neque eius protectione destitutus est, sed custoditus, ne, intentata licet morte, impiis ausis consensum præberet, custoditus inculpatus Deo, qui ipsum sibi seruum elegerat. Ad similem modum, facilè accommodari possint verba, alteri huic simili historiæ, si tamen altera est.

*exclusissent o. *tulissent o.

Et in filijs misericordiam fortem custodiuit.] Alterum in Abrahamo præclarum sapientiæ opus: sed id intelligi ex nostra versione non potest, nisi sublatis, quæ omnes pæne codices occuparunt, mendis. Omnes, quos quidem viderim, codices legunt *filijs*, plerique omnes *misericordiam*; nonnulli *misericordiæ*. hæ sunt mendæ, à quibus vindicanda est Latina editio. Non enim *filius* scribendum est, sed *filij*: nam Græcis non est pluralis numeri tertius casus, sed singularis secundus· τέκνα. Rursus, non est Græcè *misericordiam* aut *misericordiæ*, sed, ᾧ δὲ τέκνα παλάγχνοις ἐρρυσὸν ἐφύλαξεν, Et in filij visceribus fortè custodiuit. Vnde patet, *misericordia* sexto casu Latinè legendum: itaque legunt duo ex veteribus Parisiensium exemplaribus Di. l. & Ge. l. Est igitur incorrupta lectio: *Et in filij misericordia fortem custodiuit*. cuius sensus est: Sapientia Abrahamo dedit, cum amore erga filium Isaac, animi fortitudinem, vt, quem vnicè diligebat, iubente Deo non cunctaretur occidere. Paternus amor in Abrahamo, non superauit fortitudinem,

tudinem, qua implendum erat quod Deus iusserat: nec fortitudo vicit amorem. id quod, sapientia effecit. Quorundam sententia, non aliud significetur, quàm: Et, eo affectu, quo solet parens filium protegere, inuictum custodiuit. Lyranus, &, qui post eum, Carensis, Holcotius, & Richelius, vulgarem secuti sunt lectionem, intelligunt, Sapientiam, Abrahami posteris hostes fortiter expugnasse, & stabilem misericordiam exhibuisse.

215. *filiis o.

C. 10. v. 6. & 7. *hæc iustum à pereuntibus* *impijs' *liberauit.*] Ineptum est quod quidam legunt *parentibus* pro *pereuntibus*. De Lot sermo est, quem, à pereuntibus impijs Sodomæ habitatoribus, Sapientia, ne cum eis periret, seruauit. Portò non est Græcè *à pereuntibus impijs*, sed dumtaxat *pereuntibus impijs*, ἐξ ἀπολλυμένων. *Fugientem descendente igne in pentapolim*. Græcè est, φυγόντα *καταβάσιν πυρ' *πενταπόλεως', cùm fugisset descendentem ignem pentapolis. Interpres rectè expositit *in pentapolim*, seu, vt antiqua quædam exemplaria scribunt, *in pentapoli*. huiusmodi namque constructio, non rarò, in antiquis nostræ editionis libris, conspicitur. Pentapolis, regio dicitur, quinque ciuitatibus celebris. quatuor huius regionis ciuitates, Deuteron. 29. d. 23. nominantur, *Sodoma*, *Gomorrha*, *Adama*, *Seboim*, quibus quintam, *Segor* dictam, Moses non addidit, quòd ad preces Lot seruata fuerit. Veruntamen, quia ampliores celebriorésque ciuitates, cum omni circa regione, incendio perierint; solaque Segor vrbs paruula Loti precibus euaserit, in pentapolim ignis descendisse hîc dicitur. Portò, sentiunt quidam, etiam Segor; egresso Loto, euersam esse: qua de re nolumus disputationem hîc texere. *Quibus in testimonium nequitiæ &c.* Septem nostrorum manuscriptorum *cuius* habent pro *quibus*. id quod Græco conforme est· ἧς ἕνεκα μαρτύριον τῆ πονηρίας, cuius adhuc testimonium nequitiæ. *cuius*. s. pentapolis. *fumigabunda* 'constat' *deserta terra*. Brugense manuscriptum, cum aliis duobus nostris, & quibusdam Dominicanorum, omittit *deserta*; nec legitur Græcè nisi implicitè. χέρσος enim, quæ huius loci vox est, si propriam significationem discutias, incultam terram, vastam, desertamque, significat. Lobiensis Cœnobij exemplar *terra deserta* scribit, transpositis vocibus. H. Hunnæi, media coniunctione, *terra & deserta* habet. quæ videri possint nonnulla additionis signa. Verè tamen deserta facta est pentapoleos terra: vixque dubium, quin, hoc, author, voce χέρσος, indicare voluerit. Tria hic profert, nequitiei pentapoleos, quæ permanserint, testimonia: quæ quidem primò diuinam testantur vltionem; deinde verò, quam vlcisci solet Deus, nequitiam. Primum testimonium est, terra deserta fumigans. fumum emittens terra, iudicij Dei in se acti index est. Secundum, sunt, *incerto tempore fructus habentes arbores*. Non *in certo*, vt quidam libri, sed *incerto* vna voce, cum expositoribus, Richelio, Holcotio, & Carensi scribendum est. est enim Græcè ἀτελέσιν. καὶ ἀτελέσιν ὥρεσιν καρποφορήνταε φυλά· quod est, imperfectis horis fructus ferentes plantæ. ὥραι ἀτελεῖς dicuntur, tempora frugum inchoata, nunquam perfecta. Plantæ terræ pentapoleos, ita se semper habent ac si nunquam esset certum tempestiuumque maturis frugibus tempus, id est, ferunt fructus qui nunquam ad maturitatem perueniunt. terra enim à Deo maledicta, maturandi vim non habet. Tertium testimonium est, *incredibilis animæ memoria stans figmentum salis*. Plerique Græci libri non addunt copulantem coniunctionem: sed Vaticanus, cum Latinis, habet καὶ &. *Incredibilis* scribendum est, non *incredibiles:* estque secundi casus *incredibilis*, non primi: *animæ* deinde minimè prætermittendum est: denique *figmentum* non *figmenta* legendum est. sunt enim hæc, codicum quorundam vitia. *figmentum*, id est, statua, *salis*, *memoria*, hoc est, memoriale seu monumentum, animæ incredibilis pro incredulæ. Pupus vxoris Lot, in salis statuam conuersum est, quòd ipsa Angelis non crediderit, sed præceptum eorum prænaricans, ad ignem respexerit, quem in pentapolim eiaculabatur Deus, vel de sui protectione diffisa, vel ciuitatis suæ habens curam. Hoc monumentum, scribit in itinerario suo Beniaminus Tudelensis, quod nobis iam pridem ex Hebræo Latinum dedit vir vndequaque doctissimus B. Arias Montanus, suo adhuc tempore constitisse: A mari, inquit, Sodomitico, ad cumulum salis, in quem Loti vxor conuersa est, duæ leucæ sunt. Constat enim adhuc cumulus ille, qui à gregibus aliquando lambendo imminutus, denuò ad pristinā crescit molem. Hæc Beniaminus scripsit, ante annos dumtaxat quadringentos, circa 4930 annum ab orbe condito, ita vt nihil mirum sit, authoris libri Sapientiæ, & Iosephi historiographi temporibus, statuam siue cumulum hunc perstitisse. quod enim nos *statuam*, alij cumulum siue aceruum ex Hebræo interpretantur.

ἀποφεύγων· ἵνα μὴ καταμείνῃ ἐπὶπαση φλὰξ ἀὐτ.

Gen. 14. d. 2. *simul omnes suis nominib. recenſentur.* Gen. 19. e. 21.

*cùm stat o

Ioseph. l. 1. antiq. Iud. c. 19.

216. C. 10. v. 15. *Hæc populum iustum & semen sine querela, &c.*] Quidam *sanctum* scripserunt pro *semen*, similitudine opinor abbreuiatarū vocum falsi. Græcè est καὶ σπέρμα ἄμωμον, & semen irreprehensibile; seu inculpatū. Israëliticus populus, populus iustus siue sanctus, & semen sine querela, hoc est, irreprehensibile, hîc dicitur, in primis, quia erant in eo populo, qui non facilè in alio, sanctæ & inculpatæ vitæ homines, tum quia præ ceteris populis iste ad Dei cultum & conuer-

fationis integritatem electus vocatusque erat; tertiò, quia Deum colentium piorumque maiorum erat propago. si enim delibatio sancta est, & massa; & si radix sancta, & rami. *Liberauit à nationibus quæ illum deprimebant*. Quidam codices *deprimebant* scribunt, quidam *comprimebant*, quidam *opprimebant*. Duo posteriores scribendi modi inter se certant. Nam primus, à spectatæ integritatis codicibus, vix habet authoritatem: videturque decimiquarti versus occasione, vbi similiter legitur, *qui eum deprimebant*, huc assumtus. Prætualere autem illi libri, cùm antiquitate, tum integritate, videntur, qui *cõprimebant* habent. cæterùm, huius sensus, id est, quod alij legunt, *opprimebant*, Græca vtrumque patiuntur· ἐξ ἐθνοις θλιβόντων. Significatur, Israëliticum populum, ab Ægyptiaca seruitute, quæ duris eum luti & lateris operibus affligebat, sapientiæ opera liberatum.

Rom. 11. d. 16

C. 10. v. 17. *Et fuit illis in velamento diei.*] Quod plerique omnes codices legunt *diei*, nonnulli *die* scribunt; ex scriptis, R, &, qui eo modo correctus est *i* littera erasa, Malmundariensis. Ex Græco vtroque licet modo transferre. videtur autem Interpres noster genitiuum, qui est Græcè ἡμέρας, retinuisse, hoc est, *diei* conuertisse. id enim volunt, cum plerisque codicibus, emendatiores. Quare *diei* seruandum existimo, in vulgati Interpretis versione. Cæterùm, non id necesse est, *diei* ad *velamentum* referri; vt dies pro æstu diei posita intelligatur: sed potest, more Græco, accipi genitiuus, pro, eo qui Latinis esset, ablatiuo, *diei* pro *die*, quod congruit sequenti parti: *Et in luce stellarum per noctem*. vbi, octo aut nouem manuscripta nostra, *nocte* scribunt: Verùm, alia, quibus magis fido, *per noctem* legunt, atque hoc Græco conformius est, quod Interpres ad verbum ferè secutus videtur· τὴν νύκτα. Miror autē cur non etiam verterit, *in velamentum, in lucem*: cùm sit ita Græcè, εἰς σκέπην, εἰς φλόγα. Significatur, Sapientiam, iusto Israëlitarū generi, Ægyptum egredienti, terramque promissam petenti, & interdiu & noctu, vt commodè iter ageret, subuenisse. Interdiu fuit eis integumenti loco: noctu pro splendore stellarum. hoc est: Interdiu dedit eis nubem, quæ vmbraculum præberet aduersus æstus; noctu columnam ignis quæ iter facientibus præluceret.

217.

Exemplar ſi notatum in lucem habeat

Exo. 13. d. 21, 22.

C. 11. v. 5. & 6. *Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum à defectione potus sui, & cùm abundarent filij Israël lætati sunt*: per hæc, cùm illis deessent, bene cum illis actum est.* In hac Latinorum codicum atque expositorum lectione, vero simile fit, Interpretis translationi, multa, quæ ab eo translata non sint, admixta esse. Græcè namque hæc tantùm leguntur· δι' ὧν γὰρ ἐκολάσθησαν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, διὰ τίνων αὐτοὶ πασχοντες εὐεργετήθησαν. Ea quæ Interpres hunc ad modum conuertisse videtur: *Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum: per hæc, cùm illis deessent, bene cum illis actum est.* quæ interpretatio plenè explicat Græcorum codicum lectionem. Cætera, quæ Latinis libris leguntur addita, *A defectione potus sui, & * cùm abundarent filij Israël lætati sunt**, superfluere non immeritò censeantur: nam & eadem sunt cum illis, nec scitè illis cohærent. Videntur omnino, ex ea, quæ inter lineas aut ad marginem collocata fuerit glossa, in textum relata. sunt enim textus expositio: *Per quæ en. p. p. s. in illorum*, scilicet à defectione potus sui: *per hæc*, id est, in eis, *cùm illis deessent*, scilicet, & cùm abundarent filij Israël (nam ad Ægyptios referūt glossatores multi, *τὸ cùm illis deessent*) *bene cum illis actum est* lætati sunt. Videri autē possint adiectionis nonnulla indicia, quòd quidam codices omittant, quidam legant coniunctionem: *Et cùm abundarent*. Rursus, quòd alij libri demant, alij addant *in eis*: *In eis cùm abundarent*, vel, *Et in eis cùm abund.*; atque inter illos qui addunt, hi *in 'eis'*, illi *in eo* habeant. neque nihil huc facit, quod hoc ordine vnus legat, *In eis & cùm habund*. Sensus intemerati loci est non obscurus: Per aquam enim, per quam pœnas dederunt Ægyptij, beneficium acceperunt, cùm inopia laborarent, Israëlitæ. Afflicti fuerunt Ægyptij, flumine in sanguinem verso: refecti Israëlitæ, aqua de petra egressa. Illi rursus aquis maris fuerunt obruti; hi, à petra refocillati.

218.
- o. - MS.
*in eis. MS.
*in eis.
1 MS. *cùm his deesset. Malmundar.
*cùm his deesset. Malm.
- MS.
* in eis MS.
* in eis
1 MS.

C. 11. v. 15. *Non similiter iustis faciens.*] Multæ sunt hac in parte varietates. tres nostri codices legunt, *Similiter iniustis faciens*; decem, *Non similiter iniustis faciens*; duo, *Similiter non iustis faciens*; duo & viginti, cum expositoribus, Lyrano, Carensi, & Richelio, *Non * similiter iustis faciens*; vnus, *Non similiter iustis facientem*. Nullam harum veram esse existimo lectionem: sed scribendum opinor, vt est Græcè: *Non similiter iustis sitientes*. Clarius arbitratur, Interpretem non δικαίοις τοῖς *sitientes*, sed πιοῦσιν, quod est, *facientes*, Græcè legisse: ac proinde, *Non similiter iustis facientes*, transtulisse. Et quidem propiùs accedat istud ad ea quæ in hac versus parte à Latinis libris leguntur: verùm, vt, id quod nobis probatur, haud procul abscedit, ita, ex eo, quod, in proximè præcedenti parte, quibusdam Latinis exemplaribus additur, roboris sumit plurimum. Octo enim ex nostris manuscriptis, mediam versus partem hoc legunt modo, *'Isti' sitientes in finem euentu mirati sunt*. subdunque: *Non * similiter * iusti faciens*. Libri isti in medio versus, *sitientes* habent. vnde, quæso, nisi ex postrema versus parte? ibi enim Græcis antigraphis constanter legitur. Ex fine ad medium

219.
*enim 1 MS.
*similia Quæstel. Bibl. ann. 19.

dium videntur id scriptores transtulisse, quòd nō intelligerent, quid sibi vellet, impios non similiter iustis sitiuisse. in fine autem substituerunt, quam, vel in aliis codicibus legerant, vel ipsi confinxerant, corruptelam. Nos igitur ea corruptela sublata, in eius aut suum potius locum, ex versus medio, referamus *sitientes*, vt veram habeamus Interpretis ipsiusque Sapientis scripturam. *In finem* 'euentus' *mirati sunt, non similiter iustis sitientes*. Quia verò locum, quòd non intelligeretur, corruptus fuit; necessarium est intelligentiam eius subijciamus, quæ vt pateat clariùs, versum ab initio repetemus. *Quem enim in* 'expositione' *praua' * proiectum* 'deriserunt'. Mosen Sapiens significat, quem, quod verisimile est, cùm ad Pharaonem accederet, & populum dimitti peteret, irriserunt Ægyptij, quòd à parentibus in aquas periturus olim proiectus, & Ægyptiæ mulieris miseratione extractus, atque in viuis seruatus fuisset, deplorati hominis postulationibus cedendum non arbitrātes, nec quidquam eum Ægyptijs nocere posse, qui non nisi Ægyptiorum munere viueret. *In finem euentus mirati sunt*. διὰ τέλει τῶ ἐκβάσεων, in fine euentuum, in exitu atque euentu rerum. *Non similiter iustis sitientes*, id est, dum laborarent siti quam restinguere nō poterant. Iusti enim, cùm siti laborarent, aqua è petra accepta sitim leuauerunt: Hi verò, dum, in sanguinem verso flumine, aquam sedandæ siti perquirerent, nec in riuis, nec in lacubus, nec in paludibus, nec in vasis siue ligneis siue saxeis, quidquam præter sanguinem quem bibere non poterant inuenere: cùm etiam tunc nulla iustis esset inopia. Hactenus, à quarto capitis versu, inter se contulit Sapiens, beneficium quod in aquis à Deo acceperunt Israëlitæ, & pœnam quam per aquas Deo dederunt Ægyptij, quæ prima fuit Ægyptij plaga. Sequentibus proximè versibus, de ea agit afflictione, quam, immissis à Deo bestiis, Ægyptij passi sunt, cuiusmodi fuerunt quatuor Ægypti plagæ, secunda, tertia, quarta, & octaua: secūda, ranarum fuit; tertia, ciniphum; quarta, muscarum; octaua, locustarum.

- o. *euentus o. *euntes o.

*expectatione o. *-G. *olim 2 MS. G. *-o. *deseruntes o. *abnegarunt deridentes G

Exod. 17. b.

Exod. 7. c. d.

220. C. 11. v. 16. *Pro cogitationibus autem insensatis iniquitates illorum.*] Ita legunt plerique codices, *iniquitates* primo casu pluralis numeri: & vnus quidem, vt sententia pateat, addit *prodeunt*, *Iniquitates illorum prodeunt*; alter *secutæ sunt*, *Secutæ sunt iniquitates illorum*. illud subaudit interlinearis Glossa; hoc Hugo Cardinalis. Cæterùm, non *iniquitates*, sed *iniquitatis*, secundo casu singularis numeri, legendum videtur. Pendet enim ex sequentibus sententia: id quod ex Græcis libris manifestum est, quibus ad hunc legitur modum: Pro cogitationibus autem stultis ἀδικίας αὐτῶν iniquitatis ipsorum, in quibus errantes colebant muta reptilia & bestias viles, immisisti in eos multitudinem mutorum animalium ad vindictam. Portò, non tantùm Græca antigrapha legunt secundo casu *iniquitatis*, verumetiam quinque ex nostris Latinis manuscriptis. *Iniquitatis* itaque, non *iniquitates*, Latinis in libris scribendum videtur: & dilucidus erit huius lectionis sensus, si media versus verba parentheseos notis, aut ex punctis pendentibus semicirculis, includantur: Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum; quòd 'quidam' errantes, colebant 'mutos' serpentes, & bestias superuacuas; immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam.

'quidem 1 MS.
'multos o.

221. *Propter quod 2 MS. *hos MS. *obtenant o. *excrcuerant o. *ei o. *his 1 MS.

*In Quæſtionibus Bibliis, Hos qui errant ex parte corr. mutauimus.

C. 12. v. 2. 'Ideóque' *eos' qui 'exerrant' * partibus corripis.*] Nonnulli codices legunt: *Ideóque eos qui errant ex partibus, corripis*: nempe, transposita est *ex* præpositio, vt certior atque apertior esset loci sensus, eos qui extra limites à Deo cōstitutos errant, iudicio diuinō corripi. Quem etiam sensum vt indicarent, quidam *tuis* addiderunt (*hos qui exerrant partibus 'tuis'*) quidam post *partibus* distinxerunt. Atqui, non est hic loci sensus. *partibus* enim, non cum *exerrant*, sed cum *corripis*, iungendum est, *Ideóque*, *eos qui exerrant*, *partibus corripis*: sensusque est, delinquentes paulatim siue sensim coarguis, leniter ac moderatè punis, vt ad pœnitentiam inuitentur. Eò enim spectant, quæ hîc dicuntur: vnde & decimo postea versu legimus: *Sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ*. decimo versu, Græcè, pro *partibus*, legitur κατὰ μέρος siue κατὰ μέρος; secundo, κατ' ὀλίγον: quæ, idem vnum significant, *paulatim*, *sensim*. quare, & Interpres, eodem vtrobique modo conuertit. Ea autem quam probauimus, interpungendi, secūdo versu, ratio, quorundam etiam manuscriptorum est. est & Enartatorum, Lyrani, Carensis, ac Richelij; quinetiam Holcotij, etsi error in editione admissus sit. Sunt, hoc versu, alij quidam, & quidem in exemplaribus haud vulgaribus, crassissimi errores. In margine ordinariæ Glossæ annotatur, pro *partibus* aliàs *patribus* legi, id quod & Carensis exponit. O, M. N. Hunnæi, cum aliis nonnullis manuscriptis, & Holcotij textu, pro *corripis*, *corporis* habent (*'hos' qui 'exerrant' partibus corporis*) quanquam addita sit emendatio. Ita, pro scriptorum lectorumque arbitrio, mutata & corrupta sunt omnia.

*1 MS. *exerebat 1 MS.

222. *voluisti perdere. 2 MS. G. *voluisti o.

C. 12. v. 5. *τὸ A medio sacramento tuo*, multi codices sexto demum versu habent *Perdere 'voluisti' à medio sacramento tuo*: sed, correctiores, Græcis exemplaribus conformiter, quinto versu legunt: *Et deuoratores sanguinis à medio sacramento tuo*. Relatum est è quinto versu in sextum, quod, non aliò pertinere existimaretur, quàm ad *perdere* vo-

*- MS. *in eis MS. *in eis 1 MS.

Iuisti, quò, Lyranus, Carensis, Holcotius, & Richelius, immutatos secuti codices, concorditer referunt. Verùm, alij nonnulli, qui in quinto id versu retinent, exponunt, In sacrificio quod tibi debitum est, vel quod se tibi offerre putabant: vt significetur, antiquos terræ sanctæ inhabitatores, Chananæos nempe, de quibus sermo est, solitos esse, in sacrificiis suis, filios necare, & hecatorum viscera carnemque cum sanguine vorare, vt solent offerentes oblationis suæ participes esse: quod dilucidiùs significatur Malmundariensis codicis lectione: *In medio sacrificiorum*. Portò Græca antigrapha, etsi vnahimiter ptiori istud loco legant; maximè tamen variè scribunt. Basileensis anni 50. editio habet, θύειν, ἢ αἷματος ἐκ μύσους, μυσάττε θέσεως. id quod ibi conuersum est: dapes (præcedit ἀνθρωπίνων σαρκῶν, humanarum carnium) & sanguinis ex fastidio, & fanaticos Sacerdotes. ἐκ μύσους, quod est, ex fastidio, vel ex scelere, ad θύειν dapes rēspicit: signanturque abominabiles dapes, quæ fastidiū & nauseam hominibus moueant, vel scelestæ. θεισμὸς, diuinū denotat furorem, furiosam inspirationem, qua qui occupantur, fanatici appellantur. Vaticanum exemplar legit, θοἰ. ἢ αἷμ. ἐκ μυ. μυσάττε θύειν. Sacerdotesque thiasi. Thiasus conuiuium designat, in Dei alicuius honorem celebratum; saltationem item, & pompam, Deo exhibitam, Baccho propriè. Virgilius: Instituit Daphnis thiasos inducere Baccho. Veneta impressio habet, θοἰ. ἢ αἷμ. ἐκ μύσ μυσάττε θείας συ, Sacerdotesque diuini (sacrificij) tui. Complutensis codex scribit, ἢ θύειν αἷματος ἐκ μέσου μύσας θείας συ. id quod ibi translatum est: Et deuotatorem (dapes, siue epulum, magis propriè) sanguinis de medio sacramenti diuini tui. Prima, inter has Græcorum exemplarium lectiones, Pagnino probatur. legit tamen, ἢ θύειν & ἐκ μύσ. Secunda, quo ad postremam sui partem, Nannio videtur vera. Quarta, vulgati Interpretis est, vel proximè ad eius lectionem accedit.

Eclog. 5.

223. C. 12. v. 17. *Et horum qui te nesciunt audaciam traducis.*] Variè nimis locum hunc exemplaria legunt. Alia scribunt *& hos*, alia *& horum*; quædam *qui sciunt*, quædam *qui nesciunt*; pleraque, cum Lyr. Car. & Rich., *qui te nesciunt*; multa *audaciam*, multa, cum eisdem glossematicis, *in audaciam*, vel, *'in audacia'*; nonnulla *traduces*, cætera *traducis*. Ex singulis diuersitatibus, eam seligemus, quæ verior videbitur: itaque, ex veris partibus, hinc inde collectis, veram condemus lectionem. neque enim vnum est exemplar, quod omni ex parte incorruptè scribat. Ex prima varietate, probatur nobis *& horum*; ex secunda, *qui sciunt*; ex tertia, *audaciam*; ex quarta, *traducis*. Quare, vera nobis videtur lectio: *Et horum qui sciunt audaciam traducis*. Vnus Cœnobij Malmundarij codex, alter Regij S. Theologiæ Professoris Augustini Hunnæi, tertius Regij Architypographi Christophori Plantini, ad hunc planè legunt modum, præterquam quòd *hos* habeant pro *horum*. Ex quo in suspicionem adducor, *in his* fortasse scribendum esse, *o* in *i* mutato, atque huc relata *in* præpositione, quam ante *audaciam* multi collocant: quanquam id nihil sensu differat. D. Augustinus, qui eadem penè nobiscum editione videtur vsus, quæstione 53 inter 83, legit: *Sed in his qui sciunt audaciam traducis*. Quo modo & Græca antigrapha habent· ἢ ἐν τοῖς εἰδόσι τὸ 'θράσος' ἐξελέγχεις· & in scientibus audaciam redarguis. Quasi dicat Sapiens: Iis, qui non credunt omnipotentem te esse, commonstras: & eos qui id sciunt, nec curant, sed cultum tui mandataque tua contemnunt, redarguis. Nannio videtur Interpres ἢ ἐν μὴ εἰδόσιν legisse, quòd transtulerit: *Et hos qui te nesciunt in audacia traducis*. ita sæpius, vulgarium nostræ editionis codicum deceptus mendis, affinxit Interpreti Græcam lectionem, quam ille nec agnouerit.

*Hi. Aug. Pl. Compl. E.

224. C. 12. v. 27. *In his enim 'quæ' patiebantur molestè 'ferebant': in quibus patientes indignabantur*. Harum sententiarum altera proculdubio redundat: est namque hîc duplex iuncta translatio eorundem Græcorum verborum· ἐφ' οἷς γὰ αὐτοὶ πάσχοντες ἠγανάκτουν. Iungitur tamen vtraque, in omnibus, quæ quidem vidi, scriptis atque impressis, editionis nostræ exemplaribus; quin etiam in Expositorum nostrorum glossis tantùm, in margine Ordinariæ Glossæ, Lugduni anno 1545 excusæ, obelo hæc iugulantur, *Quæ patiebantur molestè ferebant*. Atque hæc certè, hoc est, priorem sententiam, auferendam putarem, si altera; id quod nobis videtur; auferenda sit: posterior enim, verior est, & meliùs iis quæ sequuntur congruit. Verisimile autem fit deletam, ab iis qui vtramque translationem imperitè iunxerunt, in posteriori, *enim* coniunctionem. Germanam itaque existimauerim, quæ & Clarij emendatio est, huius loci lectionem: *In quibus enim 'patientes' indignabantur*, priori omissa sententia. Sequitur posthæc: *Per hæc 'quos' putabant deos, in ipsis cùm exterminarentur videntes, illum, quem olim negabant 'se' nosse' verum Deum' agnouerunt*. Locus est multum inuolutus, qui hunc ad modum explicari posse videtur: Cùm enim se viderent, per ea exterminari ac perdi, quæ pro diis coluerant (à quibus cùm paterentur, indignabantur, quòd ab eis affligerentur & perderentur, quibus honorem atque obsequium omne detulerant) illum, verum esse Deum agnouerunt, quem ante se nosse negauerant, nec tamen (quod subaudiendum est) ad eius cultum conuersi sunt, neque sicut Deum glorificaueruntur. Sensui superfluit τὸ *in ipsis*, quod præcedit

*impatientes o. *quæ MS q. *esse o. *posse o. *Deum verum. MS.

cùm exterminarentur: nisi, cum quibusdam præcedentibus, adiungas.

225. C. 13. v. 4. *Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt.*] *virtutem*, id est, agendi vim: est enim Græcè δώαμις. D. Cyprianus, libri De exhortatione martyrij primo capite, & tertij libri ad Quirinum quinquagesimonono, *virtutes* legit. *Et opera*, id est, effectus. Græcè est ἐνέργεια, quod efficacitatem atque operationem propriè denotat. *Eorum*: id, vt Græcis codicibus non legitur; ita neque Latino scripto, P littera notato. Cæterùm, si non legendum, subaudiendum est: sermo est enim de eorum vi atque operatione, quæ priùs enumerata sunt, ignis, venti, luminum cæli, &c. *Intelligant ab illis.* Non *intelligunt, intelligebant*, aut *intelligent*, legendum est, quæ sunt quorundam codicum vitia: sed *intelligant*, siue, quomodo antiqui codices scribunt, *intellegant*: νοησάτωσαν. Sensus est: Ex horum consideratione colligere atque intelligere debuerunt. *Quoniam qui hæc fecit fortior est illis.* Malmundariense exemplar habet *quanto* pro *quoniam*: cæteraque plerague omnia nostra manuscripta, scribunt qm̃, quod, & *quantum* legi possit, & *quoniam*, *quantum* vel *quanto* Græca exigunt. *Qui hæc fecit.* Septendecim nostra exemplaria & quidem antiquiora atque emendatiora, cum D. Cypriano & D. Richelio, habent, *Qui hæc constituit:* quod Græcanicæ dictioni aptè conuenit, ὁ κατασκεύασας αὐτά. Malmundarij codex addit: *Qui hæc constituit fortia*, quod & Cyprianus vtroque suprà citatorum locorum legit. Atqui, nec ab aliis Latinis libris, nec à Græcis antigraphis quæ vidimus nos, agnoscitur. Videtur explicationis gratia additum aut adscriptum fuisse: nam sensus est: Qui illis, eam quam habent, virtutem atque efficacitatem dedit. ab eo enim à quo condita seu constituta sunt, quidquid habent virium, acceperunt. *Fortior est illis* δυνατώτερός ἐστι, potentior est, maiori vi operandi præditus. Conuenit hic locus, cum eo Apostoli, primo ad Romanos capite: Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. *Rom. 1. c. 20.*

226. C. 13. v. 11. *Diligenter fabricet vas vtile in* 'conuersationem' *vitæ.*] Multi codices legunt *vas vtile*, plures *vas inutile*. Hanc lectionem, posteriorem dico, correctis codicibus Lyranus tribuit. & quidem etiam nostra exemplaria, quibus adhiberi fides possit, *inutile* legunt: sed non omnia. Lobiense (tametsi alterum indicetur) Malmundariense, P, lectissima exemplaria, *vtile* legunt: quod & de Leodiensi haud dubium mihi est. nam corruptor antiquum obtinuit. Græcè est· εὐαρεστῶς κατασκάσει χρήσιμον σκεῦος εἰς ἀναστροφὴν ζωῆς, concinnè parauit vtile vas in ministerium vitæ· σκεῦος χρήσιμον, extra omnem controuersiam, signat vas vtile, quod, pro opere vsui accommodato, accipitur: quomodo igitur vas inutile transtulisse Interpres potuit? An fortè *inutile* intellexerit *vtile*? Sic sanè exponunt Glossatores, *inutile* pro valdè vtili. Ac certè, si *inutile* legendum est, hunc, aut similem ad modum, exponendum est: id enim, cùm Græca editio, tum locus ipse volunt. At, quis facilè credat, Interpretem, voce notissima, in contraria planè significatione vsum, qua, nec doctis litterarum, nec indoctis, vsitata sit? Quamobrem, non satis illud Lyrano placet: addit autem ipse, aliter dici posse, duas ibi dictiones esse, *in vtile* (quo modo manuscriptum vnum; ex eius fortè sententia; legit) quod sit, factum ad vtilitatem humanam. quod, aliquanto minùs, absurdum est. Richelius, distractam vocem per præpositionis transpositionem exponit, *in vas vtile.* id quod, paulò quidem dexterius, sed similis farinæ est. Fit igitur vero simillimum, Interpretem, *vas vtile* voce, vt aptissima, ita celeberrima, conuertisse: *vtile* autè cum *inutile* mutatum primò fuisse, quòd, de idolo, de quo hoc capite disputatio instituitur, sermo esse putaretur, cuiusmodi etiam interpretationē dat Carensis.

Richelius, alio etiā modo interpretatur, nimirū, sensus vtile, puta, inquit, ad vsus domesticos.

227. C. 13. v. 17. 18. & 19. 'Non' *erubescit loqui cum illo* 'qui' *sine anima est:* "& *pro sanitate quidem* 'infirmum' *deprecatur.*] Ea quæ idolis Sapiens hîc exprobrat, quidam Latinorum codicum, masculino genere legunt; quidam, partim masculino, partim neutro. Vnus ex nostris, *quod sine anima est* scribit; alter, *inutile inuocat*; vndecim, *quod ambulare non potest.* Cæterùm, antiquissima & castigatissima quæque sunt exemplaria, quæ masculino vniuersa genere exprimunt (quamquam ambigua ex se maneant *infirmum & 'mortuum') Qui sine anima est;* "inutilem'; *qui ambulare non potest*; *qui in omnibus est inutilis.* quare, sic nobis legendum videtur. Porrò Græci libri, omnes quos habeo ego, variè legunt, hæc neutro, hæc masculino genere. Facilis enim est error ex τὸ in τὸν, & è conuerso, vocibus quæ subsequuntur vtrumque admittentibus. Videntur autem, neutrum genus, Græci libri, vbique desiderare. Nam, id quod ambiguum esse non potest, omnes concorditer τὸ ἀδυνὲς scribunt. Rursus, quod ambiguum est, μὴ δὲ ᾖσθαι χρῆσθαι δυναμένου, omnes conformiter τὸ μὴ ᾖ β. χ. δυναμένου habent. Insuper, Regia, ex Complutensi, emendatissima editio, omnia neutro legit genere, vno, quod postremum est, demto, τὸν ἀδρανέσατον. Verùm, etiam illud, Vaticanum antigraphum, τὸ ἀδρανέστατον scribit; atque omnia, non dubium est, eodem genere, sed in vno τὸν νεκρὸν notatum non habemus. Videtur itaque, Græcè, neutro omnia genere, legenda, quanquam ex se anceps maneat, primùm, τῷ ἀψύχῳ; Latinum verò Interpretem, in masculinum genus vniuersa quæ neutro legerat mutasse. perinde namque est, siue hoc, siue illo genere, hæc proferantur: tametsi neutrum genus, ad erubescentiam faciliùs idolatriæ deditos mouere possit.

Græca quæ in Pagnini commentarijs proferuntur, & Nanny verſio, neutrum vbiq. habent genus.

C. 14. v. 26. Inter mala, ex idolorum cultura profluentia, quæ Sapiens hîc enumerat, vnum est χάεστος ἀμνησία, seu, vt alij codices habent, ἀμνησία, quod est, gratiæ obliuio. Ingratitudo significatur, quæ accepta beneficia obliuione delet. Interpres vertit, *Doni immemoratio*: nam *doni* legendum esse, non *Domini* aut *Dei*, vt vulgo legitur, Græca manifestè docent. Pleraque manuscripta *dñi* scribunt, quod quidem, quantum ex litterarum vi, *doni* legi possit: sed, probabilius arbitror, vel *dī* primùm scriptum fuisse, quod, ab alijs *Domini*, ab alijs *Dei*, sit lectum; nam *Dei* typis excusi codices habent: vel, *doni* disertè positum fuisse, atque exiſtimatum ab indoctis scribis, lineam, quæ, suprà dictionem iacens, *Domini* legendum indicaret, desiderari. itaque *Dñi*; qui frequentior est compendiosè scribendi modus; transscriptum, atque à quibusdam mutatum *Dei.* Infrà, decimo octauo capite, iterum occurrit χάριν: vbi, quidam Latini libri, rectè scribunt *donum*: at pleriq. simili mendo *te Deum.* Lyranus, Carensis & Richelius, *Dei immemoratio* legunt: tamen, non omnino à vera huius partis sententia absedunt: adiungunt enim; quemadmodum & Robertus Holcot; *Bonorum Dei immemoratio*. quo etiam modo, manuscriptorum, quædam distinguunt; quædam, coniunctione addita, referunt, *Et bonorum Dñi immemoratio.* Atqui, nec *bonorum* huc referendum est. ad id quod præcedit pertinet, *Tumultus bonorum* θόρυβος ἀγαθῶν, hoc est, perturbatio bonorum, vel, tumultus in bonos excitatus. Est igitur vera, aptèq. distincta, lectio: *Tumultus bonorum, doni immemoratio.* Nannium, qui Latinos secutus codices, vertit: *Tumultibus gratiæ bonorúmque Dei obliuione* (.s. tenentur omnia) putarim, non Interpretis translationem, sed scribarum deprauationem secutum. Sequitur, *Animarum inquinatio, natiuitatis immutatio,* γενέσεως ἐναλλαγή, natiuitatis vel generationis immutatio. Quidam id de concubitu intelligūt, eo ex quo proles nasci non potest, qui alijs fit membris, quàm à natura generationi statuta sint: quidam accipiunt, de prolis adulteratione siue suppositione, *generatione* pro re genita, seu *natiuitate* accepta pro re nata. *Sap. 18. a. 1.* 'ὁ ἀλλαγὲ

Subsequitur: *Nuptiarum* 'inconstantia', *inordinatio mœchiæ & impudicitia'.*] Codices, Plantini duo, & Hunnæi vnus, legunt: *Nuptiarum inconstantia, mœchia & impudicitia*, multo, meo quidem iudicio, verius; videtur enim τὸ *inordinatio*, vulgatæ, ex altera translatione, additum, quæ, in antiquissimo Malmundarij manuscripto exstet, hunc ad modum: *Nuptiarum inordinatio, mœchia & impudicitia.* Quod Græcè est γάμων ἀταξίαι, vulgatus Interpres *nuptiarum inconstantia*; Alius *nuptiarum inordinatio*, transtulit. Itaque, ad illustrandum locum, verisimile est, scriptum primò fuisse, *inordinatio*, quod in altera erat versione, supra *inconstantia*, & id simul postea in textum assumtum (nam & quidam codices legunt: *Nuptiarum inconstantia, inordinatio, mœchia & impudicitia*, duo Hentenij, duo Parisiensium, &, quæ ex his duobus à Parisiensibus emendata est, anni 1557. editio) tandemque mutatis nominandi casibus in gignendi, *mœchiæ & impudicitiæ* adiunctum. Restituenda est igitur in plerisque exemplaribus vulgata versio, vt tria illa Plantini atque Hunnæi scripta, habent: *Nuptiarum inconstantia, mœchia & impudicitia.* Nam Malmundarij liber, qui, pro *inconstantia, inordinatio* scribit, videtur hîc à vulgata editione recedere, vt aliàs nonnunquam, id quod in Clarij Biblijs creberrimū est. Sic ergo Græcæ editioni Latina consonat: habet enim Græca editio γάμων ἀταξίαι, μοιχεῖαι, καὶ ἀσέλγειαι. Tria hîc superioribus postrema subiunguntur mala, quorum primum, connubiorum confusionem, mutuamque vxorum communicationem, significat; secundum, adulterium; tertium, omne impudicitiæ & lasciuiæ genus. *Sap. 14. c. 24.* 228. 'inflantiae, 'pudicitiæ o. *Plant. Plm. E.*

C. 15. v. 6. *Malorum amatores, digni sunt qui spem* 'habent' *in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.*] Decem è nostris manuscriptis, & quidem emendata pleraque, prætermittunt, Græcis codicibus consentaneè, substantiuum verbum *sunt*: leguntque hoc ordine, *Digni qui spem in talibus hab.* Lobiense, addit *sunt*, sed alio loco: *Sunt digni qui in talibus spem habent.* Reliqua nostra exemplaria, & *sunt* adijciunt, & *morte: Digni sunt morte qui &c.* expositoribus, Lyrano, Holcotio, Carensi, & Richelio, conformiter. At, vtrumque, dubio procul, superfluit. mirum est, Glossematicos illos, de ijs, quos sequendos sibi proponerent, codicibus, nō magis fuisse sollicitos. Verbum *habent* complura manuscripta scribunt *hŏt*, id quod, huic conuenientiùs loco, *habeant* legatur quàm *habent.* Malmundariense antigraphum absque compendio *habeant* scribit. Græcè est ἄξιοί τοιούτων ἐλπίδων, dignique talibus spebus, id est, digni qui tales spes habeant. Crassus hîc in Leodiensi scripto est error, *tabulis* pro *talibus*, tametsi eiusmodi sit, qui à loci sententia non omnino recedat. Non absimilis est error in Græca Argentoratensium editione, quæ, pro πεποιθότες, quod noster vertit *qui diligunt*, πεινῶντες habet. erroris occasio sumta est ex Aldino, quem Argentoratenses secuti sunt, codice, in quo aduerterunt vitiosè ποτοῦντες scriptum esse. Est & alius in hoc versu, licet minor, quorundam Latinorum codicum error, qui postremum *qui* omittunt: *Et colunt.* Citra errorem igitur hæc est loci scriptura: *Malorum amatores, digni qui spem in talibus habeant, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.* Cuius sensus est: Malitiæ omnis vberrimum fontem amant, & ij qui faciunt idola, & ij qui fieri coliue desiderant, & ij qui colunt: ac proinde digni sunt qui vanas atque inanes spes in illis habeant. vel hic sensus esse potest: Idolorum amatores, digni sunt qui in idolis inanibus inanes spes collocent, & ij qui idola faciunt, nempe, & ij qui &c. cui sensui, τε coniunctio, quæ Græcè additur, παρέλκει. *Sap. 15. b. 6.* 229. 'inflantiae, 'pudicitiæ o. *Plant. Plm. E.*

231. C. 16. v. 11. *In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & &c.*] Legi non potest, quod Carensis & Richelius arbitrantur, vnica voce *Immemoria*: nam, Græcè, duæ sunt fine controuersia dictiones (εἰς ὑπόμνησιν in enim memoriam) sicut & in Latinis ferè libris. Accusandi casu, inter Latinos, Malmundarij liber vtitur: *In memoriam enim. Sermonum tuorum.* quidam codices *seruorum tuorum* legunt, quod & Carensis exponit: sed *sermonum*, quod habent veriores codices, scribendum legendumque esse, Græca loquuntur. τῶ λογίων σου. *Examinabantur.* Complura exemplaria, cum Glossematicis, Lyrano, Cat., & Rich., scribunt *exterminabantur*: at, meliùs, emendatiora pleraque, *examinabantur*, quod & Hentenius ac Parisienses, in huius loci castigatione, secuti sunt. Quid si verò *extimulabantur* legendum esset? id enim ἐρεθιζοντο, quæ Græci fontis vox est, significat: nam ἐκκεντρίζειν & ἐκκεντρίζειν ex stimulare denotant. *Et velociter saluabantur.* Quidam fide digni codices *velociter* omittunt: alij, cum Græcis exemplaribus, addunt. Similis est, in ea, quæ sequitur voce, varietatis ratio. correctiorum namque codicum, nonnulli *sanabantur*, nonnulli *saluabantur* habent: sed hi, vt numero superant, ita Græcæ editioni consonant. διεσώζοντο enim, hoc est, *saluabantur*, cuius hoc loco, expositio est *sanabantur.* Correctores Hentenius & Parisienses *saluabantur* in textum retulere. *Ne, in altum incidentes obliuionem, non possent tuo vti adiutorio.* Perperàm, libri quidam, *alteram* legunt, vel *aliam*, pro *altam.* Vitiosè Nurenburgensis editio. cum vno ex nostris manuscriptis, *incedentes* habet pro *incidentes.* Malè, exemplar medium, *non non possunt* scribit, pro *ne non possent.* adeò, vix vna est vox, quam nō aliqui mendosè scripserunt: id quod, non inutile est scire, licet, non vtile semper fuerit, singulos singulorū errores inculcare & refutare. Explicatio huius loci esse possit huiusmodi: Vt enim præceptorum & promissorum tuorū memores essent, serpentū aculeis, quasi stimulis, admouebantur, & probabantur: ne autem, afflictionis vehementia, in desperationem profundamque tui obliuionem delapsi, tuis non possent retrahi beneficiis, celeriter sanitati restituebantur. Sermo est de Israëlitis, serpentum morsu, in eremo, afflictis. *Num. 11. b. 6.*

232. C. 16. v. 19. *Et quodam tempore, in aqua, supra virtutem ignis exardescebat vndique, vt &c.*] Græcè est, ποτὲ ὃ μὲν μεταξὺ ὕδατος, quod est, Aliquādo autem & inter aquam. Grando & ignis mista pariter ferebantur, vt est nono Exodi capite: de qua Ægypti plaga, locum hunc Enarratores intelligunt. *Super* aut *Supra virtutem ignis* ὑπὲρ τὴν πυρὸς δύναμιν. *Exardescebat*, .s. flamma, vel, ignis, de quo, versu præcedenti. Impressi aliquot codices, *exardescebat* legunt; scripti, *exardebat* pleriq.; *ardebat*, spectatiores nōnulli, sex numero, neq. aliud est Græcè quàm simplex φλέγει, ardet, vrit, præsens pro præterito. *Vndique.* id, sex manuscripta tollunt, Græcis antigraphis similiter. *Vt iniqua terra nationem exterminaret.* Multi libri *iniquam* scribunt: sed correctiores, Græcæ lectioni consentaneè, *iniquæ* habent. quare id Hentenius & Parisienses probauere. Lobiensis monasterij exemplar *nationes* multitudinis numero legit, quo modo & Græcè est χοράσματα, id quod, quidā germina siue genimina vel prouentus interpretantur, quidam progeniem. Manifestum ex Exodo est, tempestate illa, & homines perditos, & iumenta, & arbores, atque herbas. Sericatus Atrebatensis Collegij codex *exterminares* habet: at *exterminaret*, quod in aliis est libris, Græco conuenit. διαφθέρη, corrumperet, vastaret. *Exod. 9. c. 24.* *In libris 3.* *Exod. 9.*

233. C. 16. v. 23. *Hoc autem iterum, vt nutrirentur iusti, ignis etiam suæ virtutis oblitus est.*] τὸ ignis sex & viginti nostrorum manuscriptorum addunt: decem, cum antiquis Dominicanorum, nonnullis Lugdunensium, & quatuor Parisiensium, tollunt. His, quippe probatioribus, fides potiùs adhibenda est: cùm etiam, Græci fontis exemplaribus, consentiant. Ac certè, in iis, quibus legitur, manuscriptis, nonnulla aduertere licet adiectionis indicia: quædam enim post *virtutis*, nonnulla post *etiam*, alia ante *etiam* scribunt. Hentenius itaque & Parisienses textu pepulere. Porrò, & si non legendum, subaudiendum, ex superiori versu, est: vnde factum existimo, vt, ex glossa inter lineas addita, in textum irrepserit. Subaudienda est autem, aut ipsa vox *ignis*, aut, quæ ei Græcè respondet, πῦρ; Si πῦρ, scribendum videtur: *Hoc autem iterum* (&c.) *oblitum est*; si *ignis: Hic autem iterum* (&c.) *oblitus est.* Hæc enim, vt suppositum & appositum, iungenda sunt. Posteriori modo, duo scripti codices habent, G & Malmundariensis: sed, rasura, in vtroque apparet. verùm alij non pauci, sic pronomen scribunt, vt nescias, vtro modo legere debeas, *hic* an *hoc*: vtrumque scriptura patitur. Quare, vt Græcis libris, ipsíque loci sententiæ, optimè conuenit, ita à Latinis codicibus haud aliena est ista lectio: *hic autem iterum* (&c) oblitus est. Cæterùm, si vulgò recepta *hoc autem iterum* (&c) *oblitus est*, retinenda est, quia in plerisque bonis codicibus discrètè legatur: similem ad modum intelligenda est, *hoc* ad *pyr*, *oblitus* ad *ignis*, relatis. commoda incommodæ versionis expositio est. Significare enim vult author, ignem, qui, grandine pluuiaque non obstantibus, impiorum Ægyptiorum fructus absumserat; contrà, vt nutrirentur iusti, virium suarum quasi oblitum, nihil obfuisse, siue frugibus pecoribusque Israëlitarum in Ægypto, siue mannæ in eremo. Pro *nutrirentur*, vulgares Græcorum codices, σεσῶσιν verterentur legunt: sed vera est lectio, quæ in Regio est & Vaticano, τραφῶσιν vel τραφῶσι, quam secutus Interpres, *nutrirentur* transtulit. ἐδηλώθησαν, quidam, ita vt infiniti modi sit, scribunt ἐδηλαθῆσαι, oblitum esse; quidam, ita vt indicatiui, ὀδηλάθησαι, oblitus vel oblitum est. Hæc, de Græca lectione, obiter adiecta sint. πῶτο ᾖ (πῦρ) σῶσαι (&c.) ἐπιλάθησαι.

C. 16. v. 25. 'Propter hoc' *& tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant.* Scriptura hæc in multis bonis codicibus reperitur, atque in plerisque eorum quos habemus integriores. Vulgares, cæteris haud mutatis, ferè *in* præpositionem omittunt, Carensi & Richelio adstipulantibus. Aliquot, quos non postremo ducimus loco, Pl. long. A, M, &, quod præstantissimum est exemplar, Q, legunt *in*, cæteraque ad eundem, quo primi illi, modum: sed, *deseruiebant* in *deseruiebat*, pluralem numerum in singularem, mutant. quo modo & Franci Dominicani, quibusdam legi, indicarunt. Idem, tres isti legendi modi significant, si in primo *creata*, vel quid simile, subaudias: sed tertius cæteris præferendus videtur. In primis enim, aptissimè, ei quæ præcedit sententiæ, cohæret. Docet præcedens versus, creaturam creatori subseruire. Hic subditur: *Propter hoc & tunc in omnia transfigurata* (nempe *creatura*) *omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebat.* Deinde, Augustinianæ lectioni consonat, quam primo capite tertij De trinitate, huiusmodi inuenimus: Propter hoc & tunc in omnia se transfigurans, omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebat. Eodem planè modo Malmundarij codex scribit, ita vt videri possit veteris editionis exemplar esse. Nuper Cypriano consensit, nunc Augustino. quanquam, parùm, vetus editio, à nostra, discrepasse videatur, vt & istud exemplar parùm discrepat. Postremò, tertia illa manuscriptorum lectio, vt Augustini, ita Græcis consentit antigraphis, quorum hæc verba sunt· διὰ τοῦτο ᾗ τότε εἰς πάντα μεταλλομένη (transformata, immutata) τῇ παντοτρόπῳ σου δωρεᾷ ὑπηρετεῖ. Quare, non sine ratione illam amplectamur: quam & Clarius, vt sinceram; sed citra Latinorum codicum authoritatem; substituit. 234. 'Propterea 2 MS. *C. 13. v. 4.*

Sequitur: 'Ad voluntatem' 'eorum' 'qui' *à te desiderati sunt.*] Plerique *à te* legunt; Dominicanorum scriptum *ad te.* Collegij Busslidiani exemplar, supra lineas tantùm habet *à.* Græcè est πρὸς τὴν τῶν δεομένων θέλημα· ad egentium voluntatem, vel precantium, aut desiderantium. hæc enim omnia δέησιν significat. Interpres quid intellexerit, non satis scio; An, Ad vol. eorum quos desiderasti, quos in peculiarem tibi populum eligere voluisti; an, Ad vol. eorum qui à te desiderauerunt, à te rogauerunt, vt deponentis more vsus sit, desiderari, sicut aliàs *concertari.* D. Augustinus legit: Ad vol. horum qui te desiderabant. Malmundariense exemplar paulò aliter: Ad vol. horum qui à te (vel *ad te*, nam erasum est *d*) desiderabant. 235. 'à voluntate 1 MS. 'horum MS 'quia o. *Sap. 15. b. 9.*

C. 16. v. 28. *Vt notum omnibus esset, quoniam oportet* 'præuenire' *Solem ad benedictionem tuam.*] Ideò, inquit, voluisti Domine, manna, Solis radiis calefactum, liquefieri & consumi, vt discerent cultores tui, anteuertendum Solem, ad laudandum atque inuocandum te, & tua munera cōsequenda. "Et' *ad orientem* 'lucis' 'te adorare'. Quædam Latinorum exemplarium *orientem* legunt, quædam *ortum*; ex nostris, tria & viginti, hoc modo; quatuordecim, illo. Græcè est· καὶ πρὸς ἀνατολὴν φωτὸς ἐπιγνῶναί σοι. ἀνατολὴ vtrumque significat, & *orientem*, & ortum, propriè Solis. Hoc loco, pro *ortu* accipienda videtur, quo modo & transferunt pleriq. omnes. Significatur enim, non, Ad orientem Deum adorandum esse; id quod Iudæis idololatriæ erat indicium; sed; quod ea quæ antecedunt loquuntur; ad ortum lucis, hoc est, vt lux oritur, primo crepusculo, Deum adeundum, salutandum, atque adorandum. opportunū orandi tempus designatur, non orantis situs præscribitur. Videtur itaque, *ortum* legendum esse, quæ & Enarratorum, Rabani, Lyrani, Holcotij, Carensis, ac Richelij, lectio est; & Dominicanorū ac Parisiensium castigatio. Verùm, antiquiores atque emendatiores nostrorum codicum, *orientem* ferè scribunt, Brugensis, Leodiensis, Lobiensis, Malmundariensis, O, P, & alij nonnulli: quin & Parisienses, pro *ortum*, non aliud adferunt exemplar, quàm vnum Basileæ excusum, quod etiam solum Hentenius annotauit. Quare, si *orientem* legendum est: eundem tamen in sensum exponendum videtur. *ad orientem lucis*, pro *ad orientem lucem*, aut simili ratione. Nihil enim hîc, de adorandi agitur modo, eoque minimè, qui, diuinę pro Iudæis ordinationi, contrarius erat: id quod & Richelius docet. Porrò, huc respexisse videntur, qui ex huius loci scriptura 236. 'præsite o. — o. 'Solis o. 'adorare te *Leb. G.*

scriptura *te* suſtulerunt; rursus, qui *ibi* addiderunt. *Et ad orientem lucis adorare*, tria habent manuſcripta; *Et ad orientem lucis* *te ibi *adorare*', duo. Atqui, non ad orientem tantùm manna iacuit, ſed per caſtrorum circuitum: non ergo ad orientem magis orãdum docuit, quàm ad quamcumque aliam mundi plagam. Neque, quia ante ortum Solis colligendum fuit, cuius ſolius Sapiens hoc loco meminit, verſa ad orientem facie orandum ſignificauit.

* oportet 1 *MS.* 2 adorari 1 *MS. alterum duorum. Exod. 16. c. 13. 14.*

237. C. 17. v. 11. *Cùm ſit enim timida nequitia, data eſt in omnium condemnationem.*] Plerique noſtri codices legunt: *Data eſt in omnium condemnationem*, vel *condemnatione*; duo: *dat teſtimonium condemnationis*; Quatuor: *dat teſtimonium condemnationi*, quibus quintus accedit: *Data teſtimonium condemnationi eſt*; Sex, cum duobus Hentenij & duobus Pariſienſium: *Dat teſtimonium condemnata.* Prima harum lectionum, etſi in quibuſdam ſit ſpectatæ integritatis codicibus, ſpuria, meraq. eſſe videtur corruptela, in qua, vox vna, in tres aut quatuor diſtracta, cæteraque variatæ ſint; Secunda ad veram propiùs accedere; Tertia & Quarta, de veritate contendere. Tertia, eſt in Ö & Q emaculatiſſimis manuſcriptis, atq. in Moguntinenſi & Colonienſi primis editionibus; illa, anni 1472; hac, anni 1479. cuius &, poſt primam lectionem, Robertus Holcotius meminit. Inſuper, in D. Gregorij moralibus exſtat, tum duodecimi libri capite viceſimo, tum viceſimiſeptimi decimooctauo. atque hoc modo, apud Gregorium, etiam Franci Dominicani, ante trecentos annos, legerunt: ad idem enim negotium, in ſuis ad Biblia notis, priorem Gregorij locum citarunt. Porrò, ijdem, quartam lectionem, antiquis codicibus & Rabano, attribuunt. Rabani verba, cùm ea quæ ipſi proferunt, tum ea quæ in Gloſſa ordinaria ſunt, ſatis id loquuntur. Eſt, in antiquis Pariſiéſium antigraphis, Germani lato & Dionyſij lato, atque in eo, quod ex Malmundario habemus, veteriſſimo ſcripto, aliiſque nonnullis exemplaribus. hanc & primam, lectiones, Richelius, Carenſis, & interlinearis gloſſæ Author, proferunt. Eſt & Græcorum librorum varia hoc loco ſcriptura, duplex potiſſimùm; vna δεινὸν γὰρ ἰδίῳ πυνθάνει μάστιγι καταδικαζομένη, Timida enim res malitia (proprio, aut) ſe teſte condemnata, vel condemnatur; Nannius vertit: Pauida quippe res malitia, id que ſeipſa teſte comprobatur; altera δεινὸν γὰρ ἰδίως πυνθάνει *μαρτυρεῖ καταδικαζομένη, Timida enim propriè res malitia dat teſtimonium condemnata, id eſt, cùm condemnatur, cùm accuſatur, cùm arguitur. Priori Græcorum ſcripturæ, probè congruit tertia Latinorum lectio: hoc eſt enim *dat teſtimonium condemnationi*, quod, *Se teſte condemnatur.* Poſteriori, quarta conſentanea eſt, præterquã quòd τὸ ἰδίως in ea expreſſum non videatur, vt nec in illa *ἰδίῳ*. Videri Interpres noſter poſſit, poſteriori potiùs modo quàm priori Græcè legiſſe, quòd *dat teſtimonium* verterit, id quod eſt ex μαρτυρεῖ vel διαμαρτυρεῖ, non ex μάστιγι; ac proinde etiam *condemnata* trãſtuliſſe: niſi dicas, ſenſum ab eo tranſlatũ prioris ſcripturæ, hoc modo: *Dat teſtimonium condemnationi.* Verumenimuerò, cùm ſit idem penè ſenſus, Græcæ vtriuſque, & Latinæ vtriuſque, lectionis: potuit & hæc, *Dat teſt. condemnationi*, ex poſteriori Græcorũ; & illa, *Dat teſt. condemnata*, ex priori, conuerſa fuiſſe. quare, ex codicibus Græcis, certi parum liquere poteſt. Ex Latinis verò, Dominicani *condemnata* ſcribendũ collegerunt: ſed video, *condemnationi*, ſuffragari, cùm eos codices, quorum eſt ſecunda, tum eos omnes, quorum prima eſt lectio. Cæterùm, nolo ego quidquam hac in re iudicare, ne me aliis iudicandum præbeam.

* μαρτυρεῖ? *Vatic.*

238. Sequitur: *Semper enim præſumit ſæua.* cuius ſenſus eſt: Ideo timida eſt malitia, quia ſemper præſagit, ſemper imminere metuit, pœnas, quas promerita eſt. Græcè eſt ἀεὶ γὰρ προσείληφε τὰ χαλεπὰ, ſemper autem aſſumit, vel ſuſpicatur, grauia, ſiue mala. Videri poſſit Interpres προείληφε legiſſe, à προλαμβάνειν, quod præſumere, ſeu, anticipata opinione duci, ſignificat. *Perturbata conſcientia.* Emendatiores codices legunt *turbata*, aut, quod in pluribus eſt, *conturbata*. Nequaquam verò, *conturbata* cum *conſcientia* iungendum eſt, vt appoſitum cum ſuppoſito: eſt enim *conturbata* primi, *conſcientia* ſexti caſus; ac ſi dicas, *conturbata propter* aut *per conſcientiam*; nequitia nempe, hoc eſt, homo nequam, ſiue malus. Ex Græco autem manifeſtum illud eſt· συνεχομένη τῇ συνειδήσει, quod eſt, cohærens conſcientiæ, vel implicata conſcientia quidam legunt συναγχομένη, id eſt, coacta, conſtricta. compreſſa à conſcientia, reddit quidam. Nannius legit, vt eſt in Argentoratenſi editione, συνεχομένη, ſed ſubſcripto datiui caſus iota: veritáque, Semper enim præſagiendo anticipat mala, quæ ipſius conſcientiæ congruunt. Hanc ſententiam, quam tranſtulit Interpres vulgatus, *Semper enim præſumit ſæua conturbata conſcientia*; alius, aut vertit, aut expoſuit, *frequenter enim præoccupant peſſima redarguente conſcientia.* Coactum eſt autem ſimul iſtud in vulgati Interpretis textum, compluribus in libris, ante illud, *Cùm ſit enim timida.* Porrò, decem Hentenij codices, ſeptem noſtri, & quatuor Pariſienſium, omittunt. In Malmundarienſi antigrapho confoſſum eſt: in P., margini duntaxat adſcriptum. Alia non pauca exemplaria, variè id legunt. vnum habet· *freq. en. præoccupans*; aliud: *freq. en. præoccupabant*; tertium, *frequenter præoccupabant*; quartum cum quinto, *frequenter præoccupabantur.* rurſus, vnum, *redarguent*; alterum, *arguebant*. hæc itaque ſententia, vt adiectitia, repudianda eſt, nec in textum admittenda. Duo noſtra manuſcripta, eam ſolam habent; alteram *Semper enim præſumit &c.* omittunt: ſed illa, vt paruа fide digna ſunt, ita errare hoc in loco apparent. nam, cùm & hanc ſententiam, *Cùm ſit enim timida &c.* præmittant, videntur ſcribæ, inter eaſdem voces, cõſcia & *conſcientia*, media, tranſilijſſe.

C. 17. v. 13. *Et dum ab intus minor eſt expectatio.*] *Ab intus*. quidam codices tollunt ab; rectè, ſi ſermonem ſpectes: ſed emendatiores addunt, & *ab* 'intro' plerique eorum ſcribunt. Leodienſe manuſcriptum, poſt *expectatio*, addere videtur, quod eſt in Malmundarienſi, *eius*. id quod, expoſitionis cauſa adiectum putarim: nam, nec Græcis legitur, nec Latinis pleriſque libris. Dum in animo, inquit Sapiens, minor reſidet auxilij ſpes, oppreſſa nimirum per deſperationem fiducia, *Maiorem computat ſcientiam eius cauſæ de qua tormentum præſtat.* Veriorum librorum quidam *computat* legunt, quidam *putat*. In Græco Vaticanæ Bibliothecæ antigrapho eſt ἀναλογίζεται; in noſtris, λογίζεται. Pro *ſcientiam*, duo manuſcripta *conſcientiam*, habent; duodecim, cum multis impreſſis libris, *potentiam*, Carenſi & Richelio adſtipulantibus. Holcot *pænam* legit, id quod nos alibi non reperimus. Meminit Carenſis, & *audaciam* legi. quod, in vno quidem manuſcripto ſubſtitutum deprehendimus, in aliquot verò typis excuſorum codicum ad marginem notatum vidimus. Atqui, integerrimi quique, cùm impreſſi tum ſcripti codices, *ſcientiam*, cuius etiam Holcotius meminit, ſeruant: quamobrem illorum nulli commutandum id cenſeo. Porrò, Græca hodie exemplaria, concorditer, id quod contrarium eſt, ἄγνοιαν *ignorantiam* legunt: quod, ex Græco textu, in Latinum vulgatæ editionis, quidam, vt genuinum, tranſtulit, *Maiorem computat ignorantiam*: ſed alij, Interpretem, & Græcè legiſſe, & Latinè vertiſſe, *ſcientiam*, arbitrantur. Vtut illud ſit, in eundẽ mihi ſenſum videntur poſſe accipi, *ſcientiæ* & *ignorantiæ* lectiones. Nam, ſiue dixeris: Scientiam, quæ haberi poteſt ea de re, cuius conſideratio ei afflictionem parit, maiorem exiſtimat, ea ſcientia vel opinione quam ſibi ipſe formauerat; ſiue, Ignorantiam, quam habeat ea de re, cuius conſideratio ei afflictionem parit, maiorem exiſtimat ea opinione, quam ſibi formauerat; idem vnum dixeris. idem enim eſt, quod ignoratur, & quod ſciri poteſt. Significatur, mentem malè ſibi conſciam, dum auxilio ſe videt deſtitutam, ea, quæ in ſe ventura ſunt, mala, longè, quàm exiſtimauerat priùs, deteriora ominari. Petrus Nannius, quòd in eos inciderit libros, qui *potentiam* Latinè legũt, exiſtimat, Veterem Interpretem, pro ἄγνοιαν Græcè δύναμιν, aut quid ſimile legiſſe: atque hoc ipſe ſecutus, tranſtulit: Ea deterior rerum expectatio, quum intus animum obſederit, omnia in maius accipit, grauioráque (quàm reuera ſunt) ſuſpicatur, de vicibus eius cauſæ, quæ cruciatum ſuppeditat. quod quidem eundem clariùs adfert ſenſum: ſed non illa idcirco genuina eſt lectio. Regius textus, ex Complutenſi, *eius cauſa* ſcribit: ſed aliis libris, vt Græcis antigraphis, genitiuus eſt, *cauſæ*. Cæterùm, qui Græcè ſunt genitiui, τῆς παρεχούσης τὸν κάματον αἰτίας, *præbentis tormentum cauſæ*, ab aliis nonnullis abſolutè poſiti intelliguntur, vertunturque per abſolutè poſitos ablatiuos: Præbente tormentum cauſa.

239. * vtroque o.

C. 17. v. 14. *Illi autem qui impotentem verè noctem, &c.*] Hæc genuina eſt, huius partis lectio: *I. a. q. impotentem verè noctem*. eam enim habent, vt emendatiores Latinorum, ita omnes Græcorum codices: eam etiam, Hentenius ac Pariſienſes caſtigatores, in textum tranſtulere· οἱ γὰρ τὸν ἀδύνατον ὄντως νύκτα Græcè eſt, Illi autem (vel, quod Pagninus vertit, ergo) impotentem verè noctem. Porrò, quia obſcurum iſtud eſt, ijſque quæ ſequuntur obſcurè iungitur, multis mutatum depraua tumque eſt modis. Nonnulli ſcripſerunt: *Qui impotentem in verè noctem*; nonnulli: *Qui potentem verè noctem*; quidam: *Qui in potenti illa nocte*; quidam: *Qui impotentes venere* 'noctem'; alij: *Qui in potentem venere noctem*; alij denique aliter. penè enim, quot codices ſunt, tot corruptelæ. Eſt autem, inter eos, quos recenſuimus, errores, celebris maximè, poſtremus, quem, etiam Gloſſematici, Lyranus, Holcot, & Richelius, ſecuti ſunt. Carenſis eodem modo, ſed *impotentem*, vna voce, legit: ſicut & manuſcripta quædam. Proximè verò ad veritatem accedere poſſint ſecundus error & tertius: nam & *inuincibilem ἀδύνατον* ſignificat: ſicque *inexpugnabilem* hoc loco Nannius transfert. Annotatur in quorundam excuſorum librorum marginibus, pro *impotentem*, aliàs *horrendam* haberi, quod in manuſcriptis non inueni.

240. *Undecim noſtri, & quatuor Pariſienſium MS. hunc legunt modo.*

* nocte 1 *MS.*

Sequitur: *Et ab infimis & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem.* ſ. noctem. Priorem & coniunctionem, vnum ſcriptum extra textus ſeriem habet; alterum, E ſignatum, omnino non habet. Atqui, cùm in pleriſque omnibus ſit libris, quinetiam Græcis addatur antigraphis, putarim legendum: ſed, eo, quo Græcè legitur, modo; non, vt poſteriori & reſpondeat; accipiendum. Ineptè deinceps, pro *infimis*, quidam *infirmis* ſcripſere. Idem eſt autem *ab altiſſimis*, quod *ab infimis*; ad profundiſſima inferni penetralia ſignificanda repetitum. Gloſſematicorum vulgus, *ab infimis* ad inferiora, *ab altiſſimis* ad ſuperiora mundi principia ferè refert. omittit enim *inferis*, vt complures libri; octodecim decim noſtri; ſed, iniuſtè: nam integerrimi quique codices addunt; minimeque prætereunt: Græcè quoque hunc ad modum legitur, ἢ ἐξ ἀδυνάτου ἄνθου μυχῶν ἐπελθόσαν, & ex impotentis inferni ſpeluncis (vel receſſibus) ſuperuenientem. Eleganter dixit author, impotentem noctem ex impotenti inferno profectam; quod, mirum, ab Interprete mutatum eſſe. Videtur, impotentem infernum, profundiſſimum expoſuiſſe; itaque, ex inferni profundiſſimo, egreſſam intelleXiſſe, noctem profundiſſimam, in qua, nemo viſu aliquid percipere, nemo operis quid facere poterat.

Eundem ſomnum dormientes. τὸν αὐτὸν ὕπνον κοιμώμενοι. Longè clarior Latinis eſſet locus, ſi abeſſet, quod Græcis abeſt, *qui*, in verſus principio; hoc pacto: *Illi autem, impotentem verè noctem* (per præpoſitionem ſubaudi) *& ab infimis & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem, eundem ſomnum dormientes.* Lecto autem *qui* (quod noſtrorum codicum nulli deeſt) ſubaudiendum eſt participio *dormientes*, ſubſtantiuum verbum *erant*. duo ſcripta, vnum Abbatiæ Lobienſis, alterum Doctoris Hunnæi, L notatum, quorum ea eſt lectio, quam ſuprà protulimus, *Qui in potenti illa nocte*; pro *dormientes*, *dormiebant* legunt. id quod, aprilliſſimè, noſtræ editioni, cui *qui* additum eſt congruat. Verùm, videntur exemplaria illa, etſi magnam fidem mereantur, mutata hoc loco eſſe, vt locus obſcurus commodè poſſet intelligi; in primis, quòd, ab aliis exemplaribus, Græco conformibus, variè ſcribant, *in potenti nocte dormiebant*: deinde, quòd pro *verè* ſubſtituant *illa*, contra Græcos cæteroſque noſtræ editionis Latinos libros: denique, quòd accuſatiuum *ſuperuenientem* retineant, qui, in ablatiuum, ſimili ratione, mutandus erat. non enim ad *ſomnum*; quod eſt ex Græco liquidum; referri poteſt. Multùm verò ad Malmundarienſis codicis, qui veterum lectionem referre ſolet, horum codicum accedit ſcriptura. ſic enim eſt in Malmundarij manuſcripto: *Nam cùm omnes impotenti illa nocte ab infimis & ab altiſſimis inferis ſuperueniente eodem ſomno conquieſcerent.* Huius verſus ſententia proximo complectetur verſu: *Aliquando monſtrorum exagitabantur timore, &c.*

πλείονα περὶ τὸν ἐγνοιαν.

241. * o.

C. 18. v. 2. *Et quia non* 'ſi' *ipſi per eadem paſſi erant, &c.*] Quædam manuſcripta tollunt *per*: ſed plerique, & caſtigatiora inter ea, addunt: qua ex cauſa, Hentenius textui adiecit. Græcè, nec eſt *per*, nec *eadem*, tantùm πεπόνθασιν paſſi ſunt, quod, Regio & Vaticano, eſt ἐπεπόνθεισαν, paſſi erant. *Magnificabant te.* Græcè eſt ἐμακάριζον, quod eſt, beatificabant: neque additur *te*, quod & emendatiora ferè Latinorum exemplaria reijciunt. *Et* 'qui' *antè* 'laſi *erant*. ᾧ σὺν ἐκείνοις ἐπόνουν, id eſt, antè iniuria affecti. *Quia*, vel fidelius, Qm̃ *non ladebantur.* Græcis antigraphis eſt: *Quia non ladebant, ὅτι οὐ βλάπτουσι. Gratias agebant.* Complures *tibi* adijciunt; non rectè: neque enim, aut à Græcis libris, aut à verioribus pleriſque Latinis, agnoſcitur. Meritò Hentenius & Pariſienſes ſuſtulerunt. Atrebatenſis Collegij manuſcriptum *cuique* addit: de quo eadem ferenda cenſura eſt. *Et vt eſſet differentia donum petebant.* Codices noſtri plerique *donum* in *te Deum* mutant: verùm, tres ex impreſſis, & quatuor ex ſcriptis, *donum* ſeruant. inter ſcriptos, eſt Brugenſis, antiquiſſimus ille vt integerrimus; O deinde & E præſtantiſſima exemplaria: inter excuſos Moguntinus & Colonienſis, ex ipſa typographiæ infantia editi. Eadem, in nonnullis libris, lectio, expuncta videtur; & quidem in lectiſſimis, Leodienſi, eoque qui P ſignatur: in nonnullis margini eſt addita. Græci ſcribunt: ᾗ τὸ δίνεχθῆναι χάειν ἐδόντο*. Nulla hic *Dei* eſt mentio: ſed χάειν, quod legitur, pro nomine acceptum, gratiam donumque ſignificat. *Donum* & aliis huius libri locis Interpres tranſtulit, bis eodem tertio capite. Veriſimile eſt, hoc loco, quod & ſuprà in ſimili alterius loci varietate notauimus, Dm̃ ſcriptum fuiſſe, atque id ab aliis *Deum* lectum tranſcriptumque, ac poſtea huic, vt ſuperioribus partibus, *te* pronomen additum. errores plurimi, ab iis ortum habent, qui notis ſcripſere. Quidam aduerbium eſſe intelligunt χάειν; Complutenſes, qui vertunt, *Et differendi gratia orabant*: ſed Interpres noſter, illud, pro nomine accepiſſe videtur, aduerbium autem ſubaudiiſſe. Sed, cur dici non poſſit, χάειν pro aduerbio habuiſſe, *Deum* verò vel *te Deum*, aut explicandi cauſſa addidiſſe, aut ex ſuo Græco codice tranſtuliſſe? Nam Pariſienſes adnotarunt, Vet. Gr. (quod legendum videtur, Vetus Græcum) Baſileenſe exemplar *Te Deum* legere. Non, quia taceo, aſſentior.

* Multa id ſignificant: & inimicitiarum, vti odij, veniam precantur. *Dan. 3. d. 9. c. 14. C. 14. v. 16. Te diſi. maſcripta notat. ta ſcribunt, deleo vt diſtis.*

Quæſtio hîc eſt controuerſa, de quibus locus iſte intelligendus ſit, an de Hebræis, an de Ægyptijs; An ſignificetur, Hebræos, quòd non ſimiliter Ægyptijs affligerẽtur, Deum laudauiſſe &c. An Ægyptios, Hebræorum, quòd eiuſmodi plagas haud ſuſtinerent, felicitatẽ prædicaſſe, &c. De Hebræis Tractatores noſtri exponũt, Lyranus, Holcotius, Carenſis, Richelius, iſque quoque, qui paſſim ſecundæ perſonæ pronomen adiecerunt, de eiſdem acceperunt. De Ægyptiis intelligunt Neoterici ex Græco Interpretes. Atque id nobis videtur, Latinos codices de Ægyptijs; Græcos de Iſraëlitis, non facilè poſſe interpretari; illos autem de his, & hos de illis, citra eius, quæ in Exodo eſt, hiſtoriæ, offenſionem, explicari.

242. * o. 1 eo o.

C. 18. v. 13. *De omnibus enim* 'non' * *credentes propter beneficia.*] *Beneficia* ſcribunt Latina pleraque exemplaria: quod exponunt Lyra. & Richel. de beneficiis, quæ, ablatis per Moyſi preces plagis, Ægyptij acceperunt. Porrò, duo manuſcripta, Lobienſe vnum, L. alterum, *veneficia* diſertè, ea *u* figura, quæ ad *n* litteram accedat, legunt: tria, *beneficia* in *veneficia* emendando mutant: quædam, ita habent, vt ſatis neſcias, *beneficia* ne ſit an *veneficia*: atque hinc orta varietas eſt. quædam enim *v* litteræ figura figuræ *b* perſimilis eſt: idem character, ſi etectus ſtet aut propendeat, *b*; ſi ſupinus vel paululum iaceat, *v* efficit. Græci codices habent· πάντα γὰρ ἀπιστοῦντες διὰ τὰς φαρμακείας, φαρμακείᾳ, non beneficium, ſed venenum & veneficium ſignat: quare, dubium eſſe non poteſt, *veneficia* veram eſſe Interpretis ſcripturam, ea quæ & Clarij fuit, ac Pariſienſium ſententia: niſi dixeris *beneficia* cum pro *medicamenta* conuertiſſe, quòd, & medicamentum ſeu medelam φαρμακείᾳ denotet. Quidam Latini libri *ſua* addunt, *Veneficia ſua*: quod, cum Græca editione, alij tollunt. *Tunc cùm primum fuit exterminium primogenitorum.* Quatuor Pariſienſium codices, & tres noſtri, tranſfodiunt, *primum*, quibus ſuffragantur Græca exemplaria, quæ hoc tantùm habẽt, διὰ τὸ πρωτότοκων ἀλέθρῳ, in primogenitorum clade. Additum fuit *primum* expoſitionis gratia: *Tunc primùm cùm &c. Sponderunt*, vel, vt habent vetuſta quædam manuſcripta, *Sponderunt populum Dei ſe eſſe.* Pars iſta, omnino, aut deprauata eſt agnoſcenda, aut contra Latinę Grammatices regulas intelligẽda: neque enim primogenitorum morte territi Ægyptij, cultum Hebræorum Deo; quod hîc propriè ſignificatur; promiſerant: dimittere Dei populum, iubente cogenteque Deo, non id eſt Dei populum eſſe. Græcè legitur, ὡμολόγησαν θεὸν λαὸν εἶναι, Confeſſi ſunt Dei filium populum eſſe. Latinè itaque, aut ſubſtituendum eſt *filium* pro *ſe*, aut omittendum tantummodo eſt *ſe*; aut ſcribendum *noſſe* pro *eſſe*; aut denique, cum Lyrano & alijs quibuſdam, accipiendum *ſe*, pro *illos*. Secundæ coniecturæ, vnum manuſcriptum, G notatum, adſtipulatur: habet enim, *Sponderunt populum Dei eſſe*, ſubaudi, Hebræos. Senſus loci eſt: Qui multis ſignis plagiſque adducti nequaquam fuerant, vt fidem Dei operibus adhiberent, nempe magicis incantationibus dementati; primogenitorum exanimati ſtrage, Dei pro dilecto ſibi populo pugnantis potentiam agnouerunt. De Ægyptiorum hoc maximè principibus intelligendum eſt: neque enim dubium, quin plebeij, prioribus plagis moti, Dei vltricẽ manum agnouerint. hinc, prędicta ſeptima grandinis plaga: Qui timuit, inquit Moſes, verbum Domini de ſeruis Pharaonis, fecit confugere ſeruos ſuos & iumenta in domos.

Haemanuſcripta nondum vidi deramus, cum, eas quæ in margine Bibliorum ſunt, notas ſcripſerimus: ideò veneficia, in priori, adiecta, nouo tamen typo ſunt excuſa fuit.

Exo. 12. c. 31. 32. 33.

Exe. 9. d. 20.

243. * ipſi cùm

* ipſi cùm

C. 19. v. 2. *Quoniam cùm ipſi permiſiſſent, vt ſe educerent &c.*] Octo noſtri codices habẽt: *Quoniam* 'cùm ipſi' *permiſiſſent, vt.* Alij octo illius loco: *Quoniam* 'cùm ipſi' *reuerſi eſſent, vt*; Sedecim: *Quoniam cùm ipſi reuerſi eſſent, & permiſiſſent, vt.* hi, coniunxerunt, quæ in alijs atque aliis reperta ſunt; & quidem numero prioribus prævalent, ſed antiquitate atque integritate non item. vetuſtiores & emendatiores ſunt libri, qui alterum ſolummodo legunt, aut *reuerſi eſſent* tantum, aut *permiſiſſent* tantùm. hæc autem varietas, in Latinos codices, ex Græcis permanauit: Græcorum enim exemplarium, quædam, ὅτι αὐτοὶ ἐπιστρέψαντες; quædam, vnica dempta littera, ὅτι αὐτοὶ ὑπιστρέψαντες ſcribunt: ex illo tranſlatum eſt, *Quoniam cùm ipſi reuerſi eſſent*; ex hoc, *Quoniam cùm ipſi permiſiſſent.* Quare, ſciri difficulter poteſt, vtra Interpretis ſit verſio, cùm, & Latinorum inter ſe librorum, & Græcorum, eadem vna diuerſitas ſit; quodque his amplius eſt, nec ſinceriores Latini codices ſibi mutuò conſentiant, ſed alij quidem *reuerſi eſſent*, alij verò *permiſiſſent* legant, quaſi æquali vtrimque authoritatis pondere. Cæterùm, plus aliquid iis tribuendum puto, qui *permiſiſſent* habent, quibus accedunt, cum Lyrani enarratione, tria Pariſienſium lectiſſima exemplaria, Di. o. Ge. o. I. quæ, cum aliis; veriſimile eſt; nonnullis, Hentenius ſecutus, emendauit: *Quoniam cùm ipſi permiſiſſent vt.* Et ſanè, hæc, in præſtantioribus eſt codicibus Græcis, lectio, Vaticano, Complutenſi, Regio (ὑπιστρέψαντες· namque habent) quibus plerumque, cùm Græcorum exemplarium varia eſt ſcriptura, verſionem noſtram reſpondere, obſeruaſſe mihi videor. Meliùs inſuper loco cõuenit *permiſiſſent* ſeu ὑπιστρέψαντες, quàm *reuerſi eſſent* ſiue ὑπιστρέψαντες: aptius tamen eſt quod eſt Græcè ὑπιστρέψαντες, quã quod Latinè *reuerſi eſſent*: potuiſſet enim, & rectiùs, ὑπιστρέψαντες transferri *conuerſi eſſent*; quinetiam verti poſſet *permiſiſſent*. Itaque, *permiſiſſent* potius legendum videtur: *Quoniam cùm ipſi permiſiſſent.* cui continuò ſubiungitur: *Vt ſe educerent*, quod, quædam antigrapha *Vt ſe ducerent*, quædam *Vt ſeducerent*, legunt. *Seducerent*, quanquam à Carenſi & Holcotio exponatur, adulterinum eſt: vel *ſe educerent*, vel, quod frequentius eſt in manuſcriptis, *ſe ducerent*, ſcribendum eſt. Græcè eſt, τῷ ἀπέναι ſeu ἀπέναι, vt abirent. *Et cum magna ſolicitudine præmiſſent illos*. A duobus ſcriptis omittuntur iſta (quanquam in marginibus ſint ſcripta) *Vt ſe duc., & cum mag. ſol. præmiſſent*, ſcribarum, quibus vocum *permiſiſſent* & *præmiſiſſent* ſimilitudo impoſuit, proculdubio errore. *Conſequebantur illos pœnitentiæ actus*. Quatuor exemplaria, cum Richelio, *conſequebatur* habent: ſed ſeruandus eſt pluralis numerus, qui in pleriſque & caſtigatioribus eſt. Videri autem poſſit legendum *Conſequuntur*, vel, *Conſequerentur illos pœnitentia acti*: quòd Græcè ſit διωξαν μεταμεληθέντες, Perſequentur pœnitentes. Huic coniecturæ, duo manuſcripta, quo ad poſteriorem partem, ſuffragantur; vnum

* Et o. Collegij Atrebatensis, quod habet, * *Consequebatur illos pœnitentiæ acti*; alterū Cœnobij Malmundariensis, *Consequebantur illos pœnitentia acti*, quod, etsi nonnunquam à nostra editione euariet, frequentiùs tamen conuenit; vt in reliquis huius loci partibus. Tres ex vulgaribus codicibus, Græcis libris conformiter, omittunt *illos*: *Conſ. pœn. ac.* Loci sensus est: Præsciebat Deus peruicacem Ægyptiorū malitiam, quòd, postquā Hebræis, abire permissisent, immò festinanter egredi compulissent; pœnitentia ducti, reuocaturi persequerentur.

244. C. 19. v. 14. * *Et' non solum hæc, sed & alius quidem respectus illorum erat.*] Exemplaria nostra, complura, & correctiora, cum Roberto, Holcotio, & Dionysio Richelio, legunt, *Et non solùm hoc*: quædam ita scribunt, vt non satis scias, an *hoc* sit, an *hæc*, ℌ. Græcè, nec *hoc* est; nec *hæc*; tantùm ϰ᾽ μόνον, & non solùm. *Sed & alius*. Pleraq. emẽdatiorum antigraphorū iugulant &, Græcis codicibus consentientibus: nam, ἀλλ᾽ ἤπης, aut ἀλλ᾽ ἤ τις, vel ἀλλ᾽ ἤ τὶς, habent, quos ego quidē vidi, Græci libri: porrò, Pagninus, ἀλλὰ ϰ᾽ ἤπης citat. *Alius quidem*. Codices antiquissimi, Brugensis & Leodiensis, pro *quidem*, legūt *quis*, quanquam in Leodiensi recens additum videatur *S*: duo alij vtrumque iungunt, *quidem quis*: C habet *qui*; O *quisque*: multi scribunt *quid'*, id quod legi posset *quidam*. Videtur, aut *quidam*, aut *quis*, corrigendum. Lobiensis monasterij liber horum nihil habet, omnino omittit *qu*. Græcè est ἀλλ᾽ ἤπης (sic enim scribendum videtur) quod vertunt Sed *quædam* siue *quidam*. *Respectus illorum erat*. Decem fide dignissima manuscripta, pro *erat, erit* legunt; & sex quidem hoc ordine, *Respectus erit illorum*. id quod Græcæ editioni consonat· ὅπτσκοπὴ ἔσαι αὐτῶν, Respectus, aut, visitatio erit illorum. Vulgarium expositorum, ea est, quæ vulgarium codicum, lectio: Petrus Nannius hanc sententiam, hunc ad modum, interpretatus est: Verùm, si vlla vnquam inquisitio in scelera fiet, ea aduersus hos ipsos futura est.

Malmundarienſe exemplar, adhuc *legit*, pro quidem.

245. * *vſu* o. C. 19. v. 17. *Vnde æstimari ex ipſo * viſu certò poteſt.*] Tria manuscripta, Hunnæi E, Plantini angustum, & Atrebatensis Collegij sericatum, habent: *Vnde est æstimare ex ipso certo visu*. quod Græcæ scripturæ conformius est· ὅπερ ὄζιν εἰκάσαι ἐκ τῶ γεγονότων ὄψεως ἀκειβῶς, Quod est æstimare ex eorum quæ facta sunt visu perfectè. hanc lectionem, & alia pleraque digniora manuscripta, immutata nonnihil, referunt. vnum habet: *Inde est æstimare & ex ipso certo visu*; Alterum: *Vnde est æstimari & ex ipso certo visu*; Tertium: *Vnde æstimari & ex ipso certo visu*; Tria alia: *Vnde est æstimari * ex ipso certo visu poteſt*. Quatuor ab illis diuersa: *Vnde & æstimari ex ipso certo visu potest*. Et ex *est*, mutatum videtur; *æstimari* & *poteſt*, ex ea lectione desumta, quam initiò protulimus, ea quæ, sensum habet, illius, quam Interpretis germanam esse scripturam, sit nobis verisimile. Pagnini translatio est: Quod licet ex animaduersione rerum actarum exactè conijcere. Notandum hic insuper vno verbo est, manuscriptis nostris codicibus, non, vt excusis, *ex ipso visu certo*; sed, *ex ipso certo visu* legi; cæterum, vtrouis *certo* sit loco, non nomen, sed aduerbium esse, respondens aduerbio quod Græcè est ἀκειβῶς: nisi dixeris; Interpretem, factorum visum, certum visum interpretatum.

* & *vnū MS allorū trium.*

NOTATIONES IN ECCLESIASTICVM.

246. C. 3. v. 28. *Cor ingrediens duas vias non habebit succeſſus, & prauus corde in illis ſcandaliζabitur.*] Tres scripti codices quos facio plurimi, Brugensis, O, & P, pro *succeſſus, requiem* legunt; quibus alij duo accedunt, A. & M. litteris notati. Porrò, cæteri *succeſſus* retinent, suffragantibus Enarratoribus, Rabano, Lyrano, Carensi, Richelio. Vnum Atrebatensis Collegij exemplar, vtrumque in textu coniungit *succeſſus vel requiem*: aliquot typis excusa, in textu illud; hoc, *requiem* dico, in margine scribunt. Ex Græcis libris, de lectionis varietate statui nihil potest, quòd in eis sententia ista haud inueniatur. In altera sententiæ parte, pro *prauus corde*, quidam *prauum cor*, quidam *praui cor*, quidam *prauicors*, plerique *praui cordis* vel *prauicordis* habent. Brugense exemplar cum H & O, & impressis nonnullis, *prauicordius* scribit, quod & Lobiensis codex asscripsit, & glossematicus Carensis exposuit. atque id verum esse, videri possit, tum quòd in emendatis sit libris, tum quòd eius, quippe inusitatioris & alienioris, occasione, varietas videatur nata: cui sanè proximè accedit, quod habent plerique boni etiam libri, *prauicordis*, id quod, in exemplari A signato, correctum est *prauicordius*.

247. C. 6. v. 12. *Si humiliauerit se contra te &c.*] Tria scripta exemplaria, *contra* in *coram* mutant, *Si hum. se coram te*: Verùm, vt pleraque, ità & emendatiora, *contra* seruant. Interlinearem expositionem fuisse verisimile est *coram* (sic enim exponunt hoc loco glossematicorum multi, *contra* pro *coram*) atque ea postea occasione huic illud commutatum. Græcè est *contra te*, sed aliter præcedentia· ἐὰν ταπεινωθῆς, ἔσαι κατά σε, quod est, *ſi humiliatus fueris, erit contra te*. ad quem planè modum, & Latinus Malmundariensis Abbatiæ liber, quem veterū sæpe lectioni conformem, in Sapientiæ libro animaduertimus, legit.

Et à facie tua abſconderit ſe. Sic plerique Latini libri. Græca exemplaria, ϰ᾽ ἀπὸ προσώπε σου κρυβήσε)· Et à facie tua absconderit, habent; quomodo, Malmundarij scriptum, & alterum, Hunnæi, L signatum, Latinè legunt, *Et à facie tua abſcondet ſe*. L, id esse exemplar puto, cuius R^mus Dominus Iansenius meminit: eiſdem enim vtimur, quibus se in suarum enarrationum præfatione vsum testatur, Doctoris Hunnæi manuscriptis. Similiter legitur apud Hugonem Cardinalem. Vetustus Lobiensis monasterij codex, & is qui à S. Dominici fratribus olim in Francia correctus est, Rabano adstipulante, scribunt: *A facie tua abſcondet ſe*, prætermissa, quam prætermittendam omnino Dominicani notant, & coniunctione, ita vt hac parte sententia compleatur (*Si humiliauerit ſe contra te, à facie tua abſcondet ſe*) actum, quod, per se sensum faciat, sequatur: *Vnanimem habebis amicitiam bonam*. quam lectionem, ei quæ vulgò recepta est, *Si humiliauerit ſe contra te, & à facie tua abſconderit ſe, vnanimem habebis amicitiam bonam*: Iansenius enarrator præfert, *Vnanimem habebis amicitiam bonam*. Istud Græci codices non habent; Latini verò, cum Latinis expositoribus, omnes, quos quidem viderim, etiam Malmundarienſis. Cæterùm, quatuor tertia persona *habebit* legunt, *Vnan. habebit amic. bon.* at, imbecilliores illi, quàm vt cæteris queant prævalere.

Malmundarienſis exemplar, huius loci pagina exciſa eſt.

Malmundarij ſcriptum videtur omnino abſcondit habuiſſe.

248. C. 6. v. 31. *Et vincula illius* (Sapientiæ) *alligatura ſalutaris.*] Quidam codices, impressi maximè, *ſalutis* legunt, pro *salutaris*: sed calamo exarati ferè *salutaris* habent, id quod Hentenius & Parisienses in textum transtulere. Græcè est, ϰ᾽ οἱ δεσμοὶ αὐτῆς κλῶσμα ὑακίνθινον, quod vertunt, Et vincula illius nexus hyacinthinus. Latina exemplaria, Hunnæi tria, Q, M, A, atque alia tria antiquitate simul & integritate præstantia, Lobiense, Leodiense & Malmundariense, habent: *Et vincula illius fila * iacinthina', alligatura ſalutaris*. quanquam Malmundariense, pro *alligatura, natura* scribat, quod esse opinor, id quod Rabanus habet, *nectura*. Hinc D. Iansenio fit verisimile, vertisse Interpretem iuxta Græcum, *Et vincula illius fila hyacinthina*; atque huic adiectum postea commentarium, *alligatura* seu *nectura ſalutaris*, qui deinceps pro genuino textu substitutus sit· κλῶσμα ὑακίνθινον, Num. 15. d. 38., *vittam hyacinthinam* interpretantur: est ex Hebræo פְּתִיל תְּכֵלֶת quod alij filum hyacinthinum, alij vittam hyacinthinam, reddunt.

* iacſantia o.

249. C. 10. v. 27. *Magnus eſt iudex, & potens eſt in honore: & non eſt maior illo qui timet Deum.*] Locum deprauatum esse, codicum varietas loquitur. Vnus legit: *Magnus eſt dies iudex & potens in honore*; duo: *Magnus eſt dies & iudex & potens in honore*; vnus: *Magnus eſt iudex & potens in honore eius*; alius: *Magnus eſt iudex, potens eſt in honore*; tres: *Magnus eſt iudex & potens in honore*; quatuor: *Magnus eſt iudex & potens eſt * honore*; viginti: *Magnus eſt iudex & potens eſt in honore*. D. Iansenius, Gandauensis Antistes præclarissimus, legendum arbitratur: *Magnus & iudex & potens eſt in honore* (quod, ab ea, quæ frequentior est, codicum lectione, vnius dumtaxat litteræ extritione differt) vt *magnus & potens*, sicut *iudex*, substantiuè accipiantur: quod, quia plerique non intellexerunt, variè locum corruptum existimat. Græcorum librorum plerique legunt, * μεγισὰν ϰ᾽ κραταὶς ϰ᾽ δυνάσης δόξασθήσε)᾽, Megistan & iudex & dynasta honorabitur: cui sanè, probè conuenit, illa, D. Iansenio probata, lectio: sed ea melius feliciusque, quam illustrissimus S. R. E. Cardinalis D. Sirletus, in eruditissimis suis in Ecclesiasticum notationibus (quarum, Regius Architypographus, cui, excudendæ magna ex parte transmissæ sunt, nobis copiam fecit) dextera coniectatione assecutus est: *Magnas & iudex & potens eſt in honore*. Vox enim μεγισὰν magnatem, siue primatem, propriè denotat, atque Interpres, cùm frequentissimè hoc in libro occurrat, plurali præsertim numero, ferè *magnatem*, seu, quod ei familiarius videtur, *magnatum* interpretatur.

* honoratu 1 MS.

* μεγισάνε ϰ᾽ κραταὶς ϰ᾽ δυναστῶν δεξασθήσε)· R.

250. C. 11. v. 9. *De ea're quæ te' non moleſtat', ne certeris'.*] Manuscriptorum nostrorum exemplarium septem, cum impressis plerisq. *ne certeris* legunt; tria, *ne certes*; vnum & viginti, *ne certaueris*. Dominus Iansenius, *certes* aut *certaueris* legendum putat: Dominicani *certeris* legendum notant; quibus nostra pleraq. emendatiora sunt, quæ suffragantur exemplaria. Existimarim igitur, Interpretem, certandi vocabulo, deponenti genere vsum, vt tricesimooctauo huius libri capite, & decimoquinto Sapientiæ, concertandi: *Et in calore fornacis concertatur*: *Sed concertatur aurificibus & argentariis*. Imò verò, quarto huius libri capite, quo legitur, *Et vſque ad mortem certa pro iuſtitia*, tres ex antiquis nostris atque emendatis libris, *certare pro iuſtitia* habent. Nihil igitur mirum, si, *ne certeris*, hoc loco legatur. Latinè haud dubiè dixisset Interpres, quod præsumserunt Latini authores, *ne certaueris, ne certaris*, aut *ne certes*; sed condonandum est ei, qui Latinus non fuerit. Græcè est, ϖὲι * φράγματ᾽ ἔϰ ἔϛι σοι * μὴ ϖαίζε)ς, de re quæ non interest tua, ne contendas.

- 0.
- 0.
* immoleſtat 1 MS.
* conteris o.

* Et Gg. * Arēa Gg.

251. C. 11. v. 15. & 16. *Sapientia & diſciplina & ſcientia legis apud Deum: dilectio & viæ bonorum apud ipſum. Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt: qui autem exſultant in malis, conſeneſcunt in malo.* Versus istos duos, multa Latina manuscripta legunt, multa tollunt. Inter tractatores, Carensis exponit; Rabanus, Lyranus, & Richelius, non agnoscunt. Ex Græcis libris, Vaticanus posteriorem habet· πλανὴ ϰ᾽ σκότ᾽, Error & tenebræ &c.; Complutēsis vtrumque; Basileensis, Argentoratensis, & Venetus, neutrum. Quid igitur, addendi ne sunt versus isti, an tollendi? Græcis libris, an addendi, an auferendi sint, nolim ego decernere: sed, Latinum Interpretem, Græco codice, cui defuerint, vsum fuisse, ac proinde nec transtulisse, aduertisse mihi videor. Nostra enim lectissima manuscripta, & quæcunque vel mediocriter excellunt, quindecim simul numero, minimè legunt: quibus accedunt alia duo, in quorum vno confodiuntur, in altero vacare notantur. his, D. Sirleto teste, vetustissima monasterij Cassinensis exemplaria, & tria Vaticanæ Bibliothecæ, suffragantur. Adstipulantur tredecim Hentenij codices, & quos suprà recensuimus Tractatores. Denique, neque in antiquis libris, neque in Rabano, versus istos haberi, ac proinde nec legendos esse, olim S. Dominici fratres in Francia annotarunt. Ex his igitur, nobis verisimile fit, non esse hos versus ab Interprete additos. D. Iansenius existimat, studio sublatos ab aliquibus esse, quòd posterior patrocinari videretur errori Manichæorum, & aliorum quorundam hæreticorum, asserentium, Deum authorem esse malorum animi æquè vt bonorum. Sed, cur prior sententia, quæ huiusmodi nihil habet, relicta non est? neque enim fic altera alteri cohæret, vt cōmodè separari nequeant. Rursus, cur posterior, in qua vis omnis ponitur, Græco Vaticanæ bibliothecæ codici sola legitur? fuerint tamen Græcis è libris sublatæ siue hæc siue alia quacunque de causa (id quod non facilè reijciendum est) aliud porrò de se Latina exemplaria videntur loqui. Addendum hīc est, ea Latina manuscripta, à quibus leguntur hi versus, postremam partem, ferè, *Qui autem exſultant in malum, conſeneſcunt in mala*, legere. hæc lectio codici Græco Vaticano conformior est: Eis autem, qui exsultant in malitia, conseneſcunt mala: altera, quæ impressorum ferè librorum est, *Qui autem exſultant in malis, conſeneſcunt in malo*, Græcæ Hispanorum editioni similior: Eis autem, qui exsultant in malis, conseneſcit malitia.

252. C. 11. v. 20. *Et neſcit quod tempus prætereat.*] Malè pleriſque in libris excusum est, *quòd*, accentus grauis forma notatum: quandoquidem, non coniunctio, sed adiectiuum nomen sit. quod, ex Græcis euadit clarum· ϰ᾽ ἐϰ οἶδε τὶς καιρὸς παρελεύσεται. Ex quibus etiam conijci fortassè possit, *præterit* Latinè legendum; futurum scilicet indicatiui, cuiusmodi frequenter veteres vtuntur interpretes, in præsens subiunctiui, quia *quod* coniunctio esse existimata est, mutatum. Subiungit codex Regius cum Vaticano, αὐτόν, quod, in Veneto & Germanicis non habetur: similiter, Latinis antigraphis, quibusdam additur, *Et neſcit q. t. p. illum*; quibusdam tollitur. Cæterùm, in plerisque nostris integrioribus manuscriptis, Latinè haud legitur, quibus, Vaticanæ Bibliothecæ & Monasterij Cassinensis Latina exemplaria, adstipulantur. Franci Dominicani præteeundū esse signant.

Sequitur multis in libris *Et mors appropinquet* vel *appropinquat*, id quod in Rabano & multis codicibus non haberi, verè Dominicani annotarunt. Octo ex nostris scriptis, eaque emendatiora, haud agnoscunt. In vetustissimo exemplari Basilicæ S. Pauli, & alijs plurimis Monasterij Cassinensis, Serenissimus Cardinalis Sirletus non inuenit. In Græcis antigraphis nullis legitur. Quare, illo prætermisso, legatur deinceps:

* moriatur o

Et relinquat omnia alijs, & * *morietur*': sed, pro *relinquat*, subtituatur, quod habent meliores libri, *relinquet*: id quod Græco conforme est ϰ᾽ καταλείψει αὐτὰ ἑτέροις ϰ᾽ ὑποδυνεῖται. Porrò, quatuor ex nostris syncerioribus manuscriptis, Lobiense, P, L, & mediū Plantini, omittunt *& morietur*; tantùm *& relinquet omnia* * *aliis* habent. Brugense, legit quidem *& morietur*, sed coloris alterius ac minori coactioriq́ue littera, tum illud, tum aliquot proximè sequentes voces, ita vt facilè postea additum appareat. Ex Leodiensi & Malmundariensi apographis nihil quoad hanc lectionem colligi potest, quòd huic huius loci folium desit; illi, iam inde à 14° versu immutata sint ab adulteratore omnia. Dominicani notarunt, in Rabano & multis, vt non illud *Et mors appropinquet*, sic nec istud *Et moriatur*, haberi. id quod ita etiam in Rabano comperi. habeo quoque vnde suspicer Richelium non legisse. Hac igitur de re quid sentiendum sit, vtrūm legendum sit *& morietur*, nec ne, pronunciare non ausim. Illorum enim exemplarium integritas, & Rabani authoritas, minimè vili pendenda est: plerosque verò, qui illud addunt, Latinos codices, tuētur Græci. ita, dubius hæreo. Cæterùm, videtur illud, *& morietur*, incommodè satis positum, post *& relinquet omnia* alijs: prius enim homo moritur, quàm omnia aliis relinquat; priùs certè, si non tempore, natura. Atque hinc factum existimarim, quòd in Cardinalis Bessarionis codice negatio sit addita, *& non morietur*, vt ad animam respiciatur. Deinde, ad sententiam id, *Et morietur*, minimè requiritur: satis enim significatur per hoc, *& relinq. omnia aliis*, immò elegantiùs gratiusque ex eo intelligendum relinquitur. Fortassis igitur Interpres noster, id Græcè non habuit ϰ᾽ ὑποδυνεῖ)· nihil verò asseuerare velim. Porrò, huius versus, de cuius emendatione hactenus scripsimus, sensum, ex præclarissimorum Præsulum, Cardinalis Sirleti, & Episcopi Iansenij, enarrationibus, petendum relinquimus: cùm enim hi felicissimè id præstiterint, nos, hoc in libro, parum laboramus, vt locorum, quæ castiganda docuerimus, sensum adferamus. id quod in compluribus aliorum librorum locis conati sumus.

* solus 6.

C. 12. v. 4. *Et impiis & peccatoribus reddet vindictam.*] Non *redde* legendum est, sed, quod habent plerique codices, cum expositoribus, *reddet*. manifestè enim ad Deum referendum esse, id quod sequitur docet: *Cuſtodiens eos in diem*, vel, vt multa vetera exemplaria habent, *in die vindicte*. 253.

C. 13. v. 14. & 15. Quædam ex nostris correctioribus scriptis legunt: *Et ſubridens interrogabit te. De abſconditis tuis * immittis * animo illius * & * conſeruabit' verba tua*. quædam verò, ex correctioribus itidem: *Et ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius * conſeruabit' verba tua*. Priorem lectionem, alia nonnulla inferiora manuscripta referunt: posteriorem complura, cum excusorum librorum plerisque, distertè habent. quorum pars maior, & coniunctionem præmittit τῶ *conſeruabit*, quæ &, apud Lyranum, Carensem, ac Richelium, legitur. Franci Dominicani, Rabani textum secuti, priorem legendi modum approbauerunt: nobis, posterior germanus videtur. Cùm enim hīc, ex vocum *immittis* & *immitis* affinitate, varietas sit: non aliunde certiùs dignosci vera lectio potest, quàm ex Græco fonte, in quo hæc verborum affinitas non occurrit. Legit autem Vaticanæ Bibliothecæ Græcus codex, id quod D. Sirletus testatum facit, ϰ᾽ ὡς προσγελῶν ἐξετάσει τὰ κρυπτά σε. ἀνελεημόνως ϰ᾽ συντριβήσει λόγες σε· Et quasi arridens exquiret occulta tua. immiti autem animo conseruabit verba tua. id quod, posteriorem statuit, cum lectione, distinctionem. Alia Græca antigrapha, aliter quidem legunt: sed nihil, quod priori suffragetur lectioni, habent. omnia posteriori auxiliantur: cæterùm, eo, quo Vaticanum legit modo, aut simili planè, Interpres vetus legisse videtur. Scribit vnus ex Latinis nostris codicibus: *Immitis animus illius non ſeruabit verba tua*, id quod ei accedit quod Hispanorum Germanorumque Græcæ editiones habent ἀνελεήμων ὁ μὴ σύντριῶν λόγες. *Immitis*, seu, *Immiſericors eſt dicta non ſeruans*: sed proculdubio, vt est mendosissimus, *con* in *non*, errore mutauit; nisi aliunde monstrare quis possit, vertisse Interpretem, *Immitis animus illius non ſeruabit verba*, quod ex nostris codicibus non inuenimus. Quædam exemplaria, posteriorem quam diximus lectionem, ea ratione distinguunt, qua priorem plerique: *De abſconditis tuis * immitis animus illius conſeruabit verba tua*: verùm, in emendatioribus, altera est distinctio, quam Græca scriptura probat. 254.

* fi 1 MS.
* in 1 MS.
- 2 MS.
* cōſeruauit 1 MS.
* & 13 MS.
* conſiderabit o.

* inimicis o

C. 14. v. 10. Prior versus istius pars hunc ad modum Græcè legitur, ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ᾽ ἄρτῳ, Oculus malignus, inuidus in pane. Latini plerique libri, cum Rabano Tractatore, habent: *Oculus malus ad mala, & non ſatiabitur pane*. Porrò, Cardinalis Sirleti codices aliquot vetusti, & antiquum exemplar Basilicæ S. Pauli in vrbe, scribunt: *Oculus nequam & inuidus non ſatiabitur pane*. quibus, quod ex Malmundario accepimus antigraphum, conforme est. hæc lectio, vt cōmodior est, ita ad Græca propiùs manifestiusque accedit, sed, ab eo quod nostræ editionis codicibus ferè legitur, longius recedit. & solet, quod etiam aliàs annotauimus, Malmundariense exemplar à nostra editione nonnunquam discrepare. Quare, videri illa possit non esse germana editionis nostræ scriptura, vt neque altera germanam incorruptè seruare. Quid si igitur diuinatione agamus, atque hanc conijciamus veram nostræ versionis lectionem esse: *Oculus malus non ſatiabitur pane*? Illud enim *ad mala*, eius quod præcedit expositio fuisse videri possit (*oculus malus*, oculus ad mala. s. respiciens) itaque ex glossa in textum relatum. Id autem est *non ſatiabitur pane*, quod, *inuidus in pane*, quomodo est Græcè. auarus namque oculus, qui non se satiat pane, hoc est, non concedit naturæ quantum satis sit cibi, panem siue cibum sibi inuidet. Nonnulli, quòd animaduerterint imperfectam esse, vt se habet, vulgarem lectionem, *erigendi* vocabulum adiecerunt. hinc vnus codex habet: *Oculus malus ad mala erigitur, & non ſati. pa.*; duo, maiori cum mutatione: *Oculos malus ad mala erigit, & non ſatia. pa.* 255.

Altera huius sententiæ pars Græcè est, ϰ᾽ ἐλπὶς ὅλη τῆς βασιλείας αὐτῶ, Et indigus in mensa sua. Latini plerique libri habent: * *Indigens* * & *in triſtitia erit ſuper menſam ſuam*. In hac Latinorum codicum scriptura, videtur Episcopo Iansenio, iunctę interpretationes duæ, ex Græca lectione diuersa profectæ. Nam ἐλπὶς, quod exemplaria legunt, *indigentem*; ἐν λύπῃ, quod vicinum est, *in triſtitia* significat. hanc coniecturam, Rabanus Latinus Enarrator, & scripta nonnulla Latina, confirmant. Rabanus enim non aliud habet, quàm, *Et indigens erit ſuper menſam ſuam*. cui accedere possit Bessarionis codex. Malmundariense verò, Lobiense, & medium Plantini scriptum, legunt dumtaxat: *Et in triſtitia erit ſuper menſam ſuam*. quanquam, Lobiensi, & medio Plantini, altera manu sit additum *indigens*. Viderur igitur in vulgari Latinorum lectione superfluere, vel *indigens*, vel *in triſtitia*: sed, vtrum superfluat, non facilè dixerim. Quod, cum prioris partis verbo *ſaturabitur*, iunximus, *pane*, quidam libri, cum Carensi & Richelio expositoribus, ad *indigens* distinguendo referunt: id quod Græca 256.

* Et 2 MS.
- 1 MS.

scriptura non admittit, sicut nec Latinæ Rabani & Lobiensis antigraphi lectiones.

257. C. 14. v. 12. *Memor esto quoniam mors non tardat.*] Librorum, alij *tardat*, alij *tardabit*, legunt. Græcè est futuro tempore χρονιεῖ, *tardabit*: sed Latini multi vetusti codices, quos Cardinalis, vt editionis vulgatæ testes probatissimos, sequitur, *tardat* præsenti tempore scribunt, quibus sanè antiquissimi quique atque emendatissimi nostri consentiunt.

Sequitur: *Et testamentum inferorum* ‘quia’ *demonstratum est tibi.* Quod quidam legunt, *Mors & testamentum infer.*; ex glossemate, textui additum suspicor. Est enim testamentum inferorum, mors. Pro *quia*, multa exemplaria scribunt *quod*; vnum *iam*: sed vetustiora veriorăque, *quia* retinent; Brugense, Lobiense, Malmundariense, &c. Græca antigrapha *non* habent· ὃ διαθήκη ἅδου ἐκ ὑποδείκνυται, Et testamentum inferni non ostensum est tibi.

Subiungitur Latinis in libris, *Testamẽtum enim huius* ‘mundi’, *morte morietur.* Libri nonnulli, τῷ *morte morietur*, huic *mortem operatur*, mutant, contra castigatorũ codicum, expositorum item, & Græcorum exemplarium, fidem. Mutationi faciliorem fortasse locum dedit, quòd lectum fuerit *morte moriatur*, quo modo vnum ex Hunnæi manuscriptis habet. Porrò, Græca exemplaria, sententiam hanc, non hoc loco legunt, sed infrà decimooctauo versu, continuò post illud, *Omnis caro sicut vestimentum*, seu, quod nos habemus, *sicut fœnum veterascit*: ἢ γὰρ διαθήκη ‘ἀπ’ αἰῶνος’ ἀίδου. θανάτῳ κατ θανῇ, quod est, Testamentum enim quod à sæculo, morte morieris. alij transferunt, morte morietur; potiùs vox exigat, moriatur. Eodem, quo Græci codices, loco, D. Augustinus sententiã hanc habuit, id quod ex 27. cap. libri 16. De ciuitate Dei, & duodecimo sexti in Iulianum, amplissimus Cardinalis Sirletus, qua est industria, obseruauit.

258. C. 15. v. 1. *Qui timet Deum, faciet bona.* Sic Latina manuscripta, cum impressis codicibus, nõ pauca legunt. Porrò, quatuor Parisiensium, duodecim nostra, & quatuordecim Hentenij exemplaria, *Qui timet Deum, faciet illud*, habent. Similis est in Græcis libris varietas. Basileensis anni 1550. & Argentoratensis anni 1526. ποιήσει ἀγαθὸν, *faciet bonum*, scribunt; Vaticanus & Aldinus, ποιήσει αὐτὸ, *faciet illud* (Argentoratensem, ab Aldino, ex quo, vt existimo, expressus est, discrepare demiror) Complutensis, & ex eo Regius, ποιήσει αὐτὰ, *faciet illa.* Cæterùm, hoc perspicuum est, quæ integritate præcellunt Græca antigrapha, posteriori suffragari lectioni, *Qui t. D. faciet illud.* cui etiam volunt præstantiora pleraque omnia quæ habemus, Latina vulgatæ editionis scripta; quorum, quæ antiquissima sunt, non hinc caput inchoant, quinimo in medio id legunt, capitis, quod 42ᵐ numerant. Eidem lectioni tractatores adstipulantur, Rabanus, Lyranus, Carensis, Richelius, quanquam Carensis & alterius meminerit. Illam præterea Dominicani probant, quorum sunt hæc in notationibus verba: Rabanus & antiqui *faciet illud*, subauditur, quod dixi superiùs, & sic adhæret præcedentibus. Sed quia in Ecclesia hîc incipit lectio pro epistola, mutatur verbum, & dicitur, *faciet bona.* sed, propter vsum Ecclesiæ, non est mutandus textus Bibliæ. Hactenus Dominicani, quorum sententiæ haud ægrè subscripserim.

259. C. 15. v. 9. *Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia non est à Domino* ‘missus’, *quoniam à Deo profecta est sapientia.*] Mediam versus partem *quia non est à Domino missus*, multa scripta exemplaria, cum Enarratoribus, Rabano, Lyrano, Carensi, & Richelio, legunt. Multi verò impressi codices, atque inter eos Moguntinus anno 1472, & Colonienſis anno 1479. excusus, cum S. Augustini speculo, demunt. his autem, non vniuersa refragantur manuscripta, quinimo lectissima, Parisiensium quatuor, atque octo nostra, cum aliis duobus minùs accuratis, eundem ad modum tollunt; dumtaxat, *Non est speciosa laus in ore peccatoris, quoniam à Deo profecta est sapientia*, scribunt. Græcorum antigraphorum lectio est, οὐχ ὡραῖον αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, ὅτι οὐ παρὰ κυρίου ἀπεστάλη*. vnde non obscurè colligitur, Latinis libris alterum horum superfluere, vel, *Quia non est à Domino missus*, vel *Quoniam à Deo profecta est sapientia.* Videntur enim hæc, duæ posterioris partis interpretationes esse. & quidem, si Græca spectes, vt nunc leguntur, verba, id potiùs redundare censeas, *Quoniam à Deo profecta est sapientia*: est enim illorum interpretatio, Non speciosa laus in ore peccatoris, quia non à Domino missus est, aut missa est. Verùm, si Latina respicias exemplaria, alterum iudices transfodiendum *Quia non est à Domino missus.* hinc Hentenius & Parisienses textu id pepulere, quibus certè emendatiora nostra manuscripta adstipulantur. Verisimile est igitur Interpretem Græcè paulò aliter legisse: Fortassis, negatione demta, habuit ὅτι παρὰ κυρίου ἀπεστάλη, & sapientiam subauduit; cuius celebratio & prædicatio, laudis nomine intelligitur.

260. C. 15. v. 16. *Si volueris mandata seruare, conseruabunt te.*] Plerique, atque inter eos emendatiores codices, Rabani textu suffragante, *seruare*, scribunt, præpositione addita, *conseruare.* cui, nonnulli subiungunt & (*& conseruabunt te*) quod quidem pro *etiam* sumtum nõ malè conuenit, sed in castigatioribus non exstat. In Malmundarij scripto & S. Augustini speculo, *conseruare* prorsus tollitur, hunc in modum: *Si volueris mandata conseruabunt te.* Græco Vaticanæ Bibliothecæ antigrapho legitur; prout notatum habemus; ἐὰν θέλῃς συντηρῆσαι ἐντολάς. Si volueris conseruare mandata. Alijs Græcis exemplaribus est ἐὰν θέλῃς συντηρήσεις ἐντολάς, Si volueris cõseruabis mandata. ad quem modum D. Augustinus citat, libri De gratia & libero arbitrio, capitibus, secundo, decimoquinto, & decimosexto.

Sequitur: *Et in perpetuum fidem placitam facere.* Complura exemplaria, tum scripta tum impressa, cum Hugone Carensi, *fidem placitam seruare*, habent: sed *facere* legendum esse, Augustini speculum, Rabani textus, & veriora manuscripta, docent. Parisienses quatuor, nos, quatuordecim obseruauimus. Consentiũt his Græci libri; quorum lectio est· ᾧ πίστιν πεπῆσαι εὐδοκίας, Et fidem facere beneplaciti. Rectè igitur Franci Dominicani, & Doctor Hentenius, etiam ipse S. Dominici, cuius hodie solennis agitur dies, frater, *facere*, germanam Interpretis scripturam esse censuerunt. hinc verò perspicuum euadit, errasse eos, qui, aut *fidem placitam seruabunt*, aut *fidem placitam facient*, correxerunt. D. Augustinus, libri De gratia & libero arbitrio secundo capite, non aliud legit, quàm *& fidem bonam placiti.*

Ex proximi versus initio, obiter id notandum, perperàm nonnullis legi: *Appositi tibi aquam & ignem*, prima videlicet præteriti personæ: cùm probatissimi quique codices, Enarratoribus Græcisque antigraphis conspirantibus, tertia constanter persona scribant: Appositi tibi ‘aquam & ignem’. 261. ‘ignem & aquam 1 MS. G.

C. 17. v. 26. *Non demoreris in errore impiorum.*] Id quod sequitur *Ante mortem confitere*, duo Hentenij & duo Parisiensium manuscripta, tollunt; ex nostris quoque duo, Malmundariense & Plantini medium, similiter auferunt: cætera autem vniuersa addunt. Rabanus an agnouerit, dubitare possit, qui commentarium eius consideret: continuò namque, ab eo, *Non demoreris in errore impiorum*, transit ad id, *A mortuo quasi nihil, &c.* Porrò Dionysius, Hugo, & Nicolaus, inferiores tractatores, enarrant manifestè. Græci libri his verbis non legunt: habent verò quiddam quod sententia conueniat, nempe, ὑψίσου, vel, vt est in Regio & Aldino, ὑψίστῳ τίς αἰνέσει ἐν ἅδου; Altissimum quis laudabit in inferno? Subiungitur, ἀντὶ ζώντων ᾧ ἐξομολόγησις· id quod nos versu proximè præcedenti habuimus, *In partes vade seculi sancti, Cum viuis & dantibus confessionem* ‘Deo’. Multum, hoc loco, Latini codices, à Græcis, discrepant. 262. Dil. G. o. l. 1 MS.

Sequitur in 26. versu: *A mortuo* ‘quasi’ *nihil* ‘perit’ ‘confessio’. *Confessionis* vocabulum, complura exemplaria, expositoribus Carensi & Richelio conformiter, addunt. Addunt & Græci codices· ἀπὸ νεκροῦ ὡς μὴ ὂν τ@, ἀπόλλῃ ἐξομολόγησις, A mortuo tanquam non existente perit confessio. Addit denique S. Augustinus, qui frequenter hunc locum his verbis citat: A mortuo ‘quasi’ qui non sit perit cõfessio. Cæterùm, tria Parisiensium Latina antigrapha, nouem Hentenij, & vndecim nostra, *confessio* omittunt: tantùm, *A mortuo* legunt, *quasi nihil perit.* & ex nostris quidem, quod verè dicere possumus, antiquitate atque integritate spectatiora. His Rabanus adstipulari videtur: nam & si textus, quem ex Colinæi editione habemus, adjiciat; aliud commentarius docere videtur. subaudit enim imperfectæ sententiæ; quantum intelligo; humanæ gloriæ pompam: morari in errore impiorum certa est perditio hominum: quia post finem præsentis vitæ in nihilum deputabitur omnis pompa humanæ gloriæ. Franci Dominicani, & Rabani simul & antiquorum codicum fide, eam de qua agimus *confessionis* vocem sustulerunt. id enim in suis ad calcem notationibus testatum reliquerunt, verbis his: *Quasi nihil perit* intelligi debet *confessio*, sed non est de textu, quia Rabanus & antiqui non habent: & subauditur ex verbo præcedenti, *Ante mortem confitere*, vel sequenti, *Confiteberis viuens.* Hæc Dominicani, quorum est sententia, non quidem legendum, sed subaudiendum esse, *confessio.* Subaudit id etiam Lyranus: *A mortuo quasi nihil perit*, scilicet, *confessio*, inquit. 263. ‘o. ‘perijt 1 MS. ‘confitetur 2 MS. ‘tanquam ‘velut. In Psal. 113. versum in fr. 138. & alib. in locu. Dil. G. o. l.

C. 18. v. 14. *Misereatur excipiens doctrinam miserationis, & qui* ‘festinat’ *in iudiciis* ‘eius’.] Græcè versus iste longè aliter legitur· τὸν ἐκδεχόμενος παιδείαν ἐλεεῖ, ᾧ τοὺς καταπεπόντας ἐπὶ τὰ κρίματα αὐτῶ, quod est, excipientes disciplinam miseratur (Deus) & festinantes ad iudicia sua. Videri itaque possit Latinè scribendum, vel, *Miseratur excipientes doctrinam miserationis, & qui festinant in iudiciis eius*, vel *misereatur excipientis doct. mis., & qui festinat in iudic. eius.* Priori modo suffragantur tria manuscripta Latina, cum impressis tribus, quæ *miserator*; atque alia tria, quæ *miseratur*, habent. Pro posteriori facit *misereatur*, quod in exemplaribus quatuor, & *festinat*, quod in multis bonis codicibus, inuenimus: Immò verò in Isidori Clarij Bibliis, absque mutati textus nota, ad eum planè modum reperimus: Misereatur excipientis doctrinam miserationis, & qui festinat in iudiciis ‘eius’. Quinetiam Rabani textus, & quædam D. Ianſenij scripta, eo ipso legunt modo. Cæterùm, an ita Rabanus legerit, meritò ambigat, qui commentarium eius consuluerit. Hortatur, ait, eos, qui doctrinam Euangelicam, in qua gratia prædicatur, accipiunt, vt ipsi misericordiam proximis 264. ‘festinat 19. MS. R. ‘suis 2 MS. ‘tuis o. ‘suis Rabani textus.

ximis suis impendant, & festinent iudicij diem misericordiæ operibus præuenire. ea quæ ei potiùs conueniunt lectioni quam ab initio produximus, *Misereatur excipiens do. mi.*, ‘&’ *qui festinant*, vel *festinat, in iud. eius.* quam, vtpote vulgarem, etiam inferiores, Lyranus; Carensis, & Richelius, exponunt. ‘Richelius.

265. C. 21. v. 5. *Obiurgatio & iniuria* ‘annullabunt’ *substantiam.* Hunc ad modum habent nostra pleraque vulgatæ editionis exemplaria, cum expositoribus, Lyrano, Carensi, & Richelio. Cæterùm, Malmundariense, Lobiense, & Plantini medium, legunt: *Cataplectatio & iniuriæ* ‘adnullabunt’ *substantiam*; pro *obiurgatio, cataplectatio* habent, Rabano similiter. In alia editione, inquit Rabanus, legitur *Obiurgatio & iniuriæ adnullabunt substantiam.* Interlineatis glossæ author: Alia, dicit, translatio, *cataplectatio*, id est, conuitium. Sed alij ex codicibus nostris vtrumque scribunt; quatuor, hac ratione: ‘Cataplectatio’ & iniuriæ obiurgatio annul. subst. duo meliùs ista *Cataplectatio, obiurgatio, & iniuriæ, ann. subst.* Vtrumque verò iungendum non esse, satis est manifestum: sed vtrum germanum nostræ versionis esse censendum sit, mihi obscurius est. Adferam quæ Dominicani annotarunt, tametsi non absque erroribus scripta esse existimem. Rabanus, aiunt, & antiqui, *Cataplectatio & iniuriæ obiurgatio annullabunt substantiam*: & dicit Rabanus, quòd *cataplectatio* interpretatur conuitium, sicut est inter lineas librorum glossatorum: sed, propter negligentiam legentium, expositio pro littera remansit in textu. hæc illi, vt in nostro ea sunt codice. Verùm, non iungit vtrumque Rabanus, *Cataplectatio & obiurgatio*, quod luce meridiana clarius est: nec iungunt vtrumq. antiquiores nostri libri; vt neque illorum textus, qui, supra *obiurgatio*, vel *cataplectatio* notat. Adhæc, pro *cataplectatio*, in nullis exemplaribus *conuitium* legi: quanquam facilè crediderim, Rabanum ita esse interpretatum, & malè, in Parisiensi editione, iunctum esse, *id est conuitium*, superioris versus commẽtario. Videntur itaque id Dominicani significare voluisse, Rabanum & antiquos codices *cataplectatio* legere; fuisse autem, inter lineas, expositionis gratia, *obiurgatio* scriptum, atque ita tandem pro *cataplectatio* substitutum. Inter Lobiensis codicis lineas est, vel *obiurgatio.* Porrò rectè expositum fuit *cataplectatio*, siue nostræ siue alterius sit editionis, *obiurgatio*: id enim vox, à qua formatum fuit, καταπληκτὸς, quæ est Græcè, significat, tametsi malint quidam concertationem reddere. ‘annullabunt Pl. m. *, ‘MS. ‘Complectatio o. Dil. G. o. l.

266. Sequitur *Et domus* * *quæ* ‘nimis’ ‘locuples’ *est, annullabitur* ‘superbia’ *, sic substantia* ‘superbi’ *eradicabitur.* Græcè, horum loco non aliud est, quàm, ὅτως οἶκος ‘ὑπερηφάνου’ ἐρημωθήσῃ, Sic domus ‘superbi’ desolabitur. Quare, D. Ianſenio probabile est, duas partes, quæ sunt in illa Latinorũm codicum lectione, ex versionibus diuersis connexas. id quod & nobis, non ex Græcis tantùm libris, fit verisimile. Rabani textus ordine inuerso legit: *Sic substantia superbiæ eradicabitur, & domus quæ nimis locuples est adnullabitur superbia.* quo etiam ordine legendum, in codice A littera insignito, notatum est. Rabani commentarius, hoc tantùm explicare videtur, *Et domus quæ nimiè locuples est, annullabitur superbia.* Iuxta historiam, habet, facilis est sensus, quia, vbi contentiones & iniuriæ excrescunt, ibi minuetur & decrescet substantia, & tota domus possessio adnullata deficiet, discordantium superbia. Inter superbos enim semper iurgia sunt; vbi autem præualet hominum dissensio, ibi continuò sequetur rerum suarum defectio. Malmundarij liber id solum habet: *Sic substantia superbiæ eradicabitur.* Altera quidem pars in margine annotata est, sed alio charactere, atque ita, vt illi parti subijcienda signetur, quæ textum occupat. Ex his verisimile nobis fit, alterum dumtaxat ab Interprete scriptum, vel, *Et domus quæ nimiè locuples est annullabitur superbia*; vel, *Sic substantia superbi eradicabitur.* Vtra verò eius sit translatio, difficulter dixerim. Illa tamen, *& domus quæ &c.*, eo potiùs eius esse videtur, quòd plerisque in libris priorem occupet locum, quodque Græcam vocem ἐρημῶν annullare reddat, alteri versus parti *Obiurg. & in. annullabunt substantiam*; conformiter: nam & ibi est ἐρημώσουσι. ‘rius o. ‘o. ‘nimiè MS. antiquus. ‘minimè o. ‘locuplex. ‘multiplex o. ‘superbi Quintel. ‘o. * sua o. ‘superbiæ o. ‘ἐσφηλώσαν R. ‘superborum R.

267. C. 22. v. 9. *Cum dormiente loquitur qui* ‘enarrat’ *stulto sapientiam, & in fine narrationis* ‘dicit’: *Quis est hic?*] Tria Parisiensium exemplaria Di. o. l. Ge. o., Tria nostra Brug. Leod. O, sexque Hentenij, legunt tantummodo hoc: *Qui enumerat stulto, & in fine dicit, quis est hic?* Græci codices habent ‘διηγεῖται’ νυσάζοντι ὁ διηγούμενῳ μωρῷ, ᾧ δὲ συντελείᾳ ἐρεῖ, τί ἔζων; Narrat dormitanti qui narrat stulto, & in fine ‘dicet’, Quid est? Prior itaque lectio, prima sui parte, Græco conformis est: addit enim, quod additur Græcè, *Cum dormiente loquitur.* Posterior verò, in cæteris similior: omittit enim, quæ omittuntur Græcè, *sapientiam & narrationis*, ea quæ eiusmodi sunt, vt ex commentario in textum irrepsisse videri possint. In plerisque Latinis libris est prior legendi modus; in quibusdam integritate præstantibus, posterior: priorem secuti sunt, Lyranus, Carensis, & Richelius: posteriorem, his longè antiquior, Rabanus. hæc, posterior inquam, si vera est scriptura; id quod Græcè est *Cum dormiente loquitur*, aut simile aliquid, videtur ex superiori versu subaudiendum, aut, hic versus, superiori coniungendus. habet superior versus, octauus numero, hunc in modum: *Qui* ‘narrat 4 MS. ‘enumerat 3 MS. ‘dicet 1 MS. ‘Διηγήσασθε Gr. ‘dicit fuerit, mutato accẽtu, pro.

enarrat verbum non ‘audienti’, *quasi qui excitat dormientem de graui somno*; cuius prior pars, Græcè non legitur, nisi fortè his verbis, quæ iam antè protulimus, eo quo, in Græcis codicibus sunt, loco, διηγεῖται νυσάζοντι. Videri certè Interpres possit, verba ista, quæ ab alio translata sint *Cum dormiente loquitur*, ipse vertisse *Qui narrat verbum non attendenti*, vel, *non audienti* (per νυσάζοντα namque seu dormitantem, haud malè *non attendens* intelligatur) atque eo ea loco habuisse, quo nos id legimus *Qui narrat ver. n. a.* hoc est, ante ἐξεγείρων καθεύδοντα· ἐκ Cæ. Sᵗ@· ὕπνου ‘Excitans dormientem’ è graui somno. id quod Græci hodie codices septimo subiungunt versui, ordine; nescio an aptissimo· συγκολλᾶν ὅσσηνον ὁ διδάσκων μωρὸν, ἐξεγείρων, vel, ᾧ ἐξεγείρει καθ. ἐκ Cæ. ὕπ. sequitur διηγεῖται νυσάζοντι ὁ διηγούμενῳ@, vel, διηγεῖται νυσάζοντι ὁ διηγούμενῳ@, & cætera vt superiùs citata sunt. Non mirum itaque fuerit, nihil aliud nono versu dedisse Interpretem, quàm *Qui enumerat stulto*; & *in fine dicit, Quis est hic?* qui nihil præterea habuerit. ‘attendenti 7 MS. Rab.

268. C. 22. v. 10. ‘*Supra*’ *mortuum plora,* ‘*deficit*’ *enim lux* ‘eius’: *& supra*’ *fatuum plora,* ‘*deficit*’ *enim sensu.*] Emendatiores codices legunt, non, vna versus parte *deficit*; altera *deficit*; sed, aut vtraque *deficit*, aut vtraque *defecit.* Exemplaria, Brugense, Leodiense, Lobiense; O, & P, quæ sunt inter nostra præcipua, vtrobique, cum Augustini Speculo & Rabani textu, *deficit* habent. Græca verò antigrapha *defecit*, scribunt. ἐξέλιπε γὰρ φῶς. ἐξέλιπε γὰρ σύνεσις. ‘Super 4 MS. ‘deficit Venet. Biblia. ‘ei Augustini speculum. ‘super 7 MS. ‘defecit Venet. ‘σύνεσις Gg.

Altera hoc loco varietas est, quòd quidam codices *sensu*, quidam *sensus*, quidam *sensus eius* habeant. *Sensu* habent manuscripta Brugense & P; *sensus* Leodiense & H; *sensus*’ *eius*’, cum Rabani textu, Lobiense & O. Græcæ editiones Aldi & Germanorum scribunt σύνεσιν, id quod, χ^ῦ subaudito, primæ adstipulatur lectioni; Hispanorum σύνεσις, quod secundæ consonat. Tertiæ non est quæ consentiat Græcæ lectio: Græcis enim, vt priori versus parte non est pronomen *eius*, ità nec posteriori. Hentenius & Parisienses tertiam lectionem primæ commutarunt: ego quoq. etiam secundæ primam; quòd in pluribus sit bonis libris, libenter prætulerim. 269. ‘ei Augustini speculi.

270. C. 22. v. 19. ‘*Loramentum*’ *ligneum colligatum fundamento ædificij non* ‘*dissoluetur*’.] Rectè confodit Hentenius aduerbium, quod multis libris additum est, *sicut: Sicut loramentum.* nam legendum non esse, etsi subaudiendum sit, castigatissimi codices, exemplaribus Græcis consPirantibus, docent. Porrò, *loramentum ligneum*, id est, *iugamentum ligneum* seu colligatio lignorum. Græcè est ‘ἁρμάτωσις’ ξυλίνη. Ei quod sequitur, quidam correctiorum librorum addunt *in* præpositionem, *Colligatum in fundamento ædificij*; quidam, quibus magis fido, demunt: Sensus idem esse possit, siue adiecta, siue subtracta fuerit, *Colligatum in fundamento æd.*, supra fundamentum æd. *Colligatum fundamento æd.*, iunctum fundamento, vt basi, cui superstructum innitatur. Græcè est ἐποικοδομῶν, ἐν συστήματι ᾧ διαλυθήσῃ. Illigatũ in ædificium, in concussione non dissoluetur. Altera comparationis pars *Sic & cor confirmatum in cogitatione consilij*, totidem verbis Græcè legitur· οὕτως καρδία ἐστηριγμένη ἐπὶ διανοήματ@· ἐνλῆς. Porrò sequitur Græcè, ἐν ‘παντὶ’ καιρῷ φόβῳ ᾧ δειλιάσει, In ‘omni’ tempore metu non formidabit. id quod nos proximo versu, duabus vocibus interiectis, hunc ad modum legimus: * ‘*Cogitatus*’ ‘*sensati*’ *in omni tempore vel* ‘*metu*’ *non deprauabitur.* Quidam libri *vel* coniunctionem, Græco conformiter, omittunt: verùm eam in lectissimis quibusque exemplaribus reperi, quam Glossematici, Lyranus & Carensis, non malè pro *etiam* expo- fuerunt. Duas illas, quas Latini interijciunt, voces, Græci deinceps legunt, hoc modo atq. hac sententia, καρδία ἡδεγασμένη ἐπὶ ‘διανοίᾳ’ συνέσεως, ὡς κόσμ@· ‘λαμπρὸς’ ὅπ’ τοίχῳ ξυσ@, Cor firmatum in cogitatu sensato, sicut ornatus arenosus ‘in pariete polito’. sic enim distinguunt Græci codices emendatiores. Quidam sic interpungunt, vt posteriorem partem ad sequentia referant, quod fit Latinis in libris: Porrò, quidam Latinorum librorum, cum Nicolao Lyrano, posteriorem illam partem, è Græco ad verbum translatam, scribunt, continuò post *deprauabitur*; ita vt vicesimum primum versum inchoet, hunc in modum: *Sicut ornatus arenosus in pariete lympido, & sicut palæa in excelsis & cæmenta siue impensa &c.* quidam, cum Carensi & Richelio, vicesimo secundo versui subiungunt, hoc pacto: *Sicut orn. ar. in par. lympido, sic & cor trepidum*, quidam, omnino non legunt. Sunt verò ij qui omnino non legunt, inter nostros & Parisiensium codices, integerrimi. Brug. Leod. O. P. Pl. m. Di. o. l. Ge. o. l. Mirum autem videri non debet, verba ista, quæ Græcis exemplaribus constanter adduntur, emendatissimis codicibus haud legi: Interpres etiam, quod fit verisimile, non hæc ex Græco reddidit: sed, quod verterunt alij *Sicut ornatus arenosus in pariete lympido*; ipse transtulit, sensum quem intellexit, potiùs quàm verba secutus, *Sicut cæmenta siue impensa.* Id, quia non intellexerunt quidam, libris nostris deesse existimarunt, quod Græcè legitur ὡς κόσμ@· ‘λαμπρὸς’ ὅπ τοίχῳ ξυσ@. Itaque addiderunt, quod verba illa Græca sonant, *Sicut or. ar. in par. lympido.* Cæterùm, Doctor Hentenius, cùm Parisiensium, tum suis, haud dubiè, nixus veteribus exemplaribus, ex textu id in marginem, superfluum iudicans, expulit. Parisienses, nec margine quidem dignati sunt. Horum igitur verosimillima sententia, omittendum id est vicesimo primo ‘ἁρμάτωσιν o * *V. so.* ‘cogitatio 2 MS. ‘o. ‘motu o. ‘διανοίας Gg. ‘Gg. ‘parietis politi Gg.

versu, nec addendum vicesimo tertio. Incipit ergo 21. versus: *Sicut palea in excelsis, & cæmenta sine impensa*. Clarius & Parisienses *paleæ* mutarunt in *pali*, & Parisienses quidem ex antiquis codicibus, Dionysij lato, Germani oblongo & lato. Inter nostra manuscripta, Plantini medium hoc modo legit: Lobiense legisse videtur. Cui legendi modo Græca suffragantur: χάεσκες ὅπι μετεώρε χάεσκες, palos, non paleas significat. cannas vertit quidam. *Et cæmenta sine impensa*. constructio arenacea. perperàm legunt, vnus codex *cæmenta impensa*; alter *cæmenta immensa*. Obseruandum etiam hîc est, Interpretem, alio id loco, aut legisse, aut posuisse, ὡς κόσμ@ ψάμμωτ@, quàm Græci codices habeant.

excelso 1 Mſ. G.

A. Pl. ang.

Sequitur: *Posita contra faciem venti non permanebunt*. Scriptoris negligētia omissum est in Leodiēsi scripto *venti* nomen. Subiungitur in duobus codicibus, Hunnæi vno, Plantini altero, *Et cor confirmatum in cogitationibus sensus non turbabitur*: id quod non est huius loci. altera est eius quod præcessit versio. Mirum in modum locus iste aliarum versionum admistione corruptus est. Illo itaque prætermisso, legatur: * *Sic' & cor timidum' in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non resistet*, vel, quod est in emendatis quibusdam codicibus, *resistit*. Addunt hîc codices illi duo Hunnæi & Plantini, cum aliis aliquot, *in omni tempore*. id quod omiserant, ex ea quam superius adiecerant, versione.

*V. 22. timidi o.

271. * V. 23. Sic & MS. plerique, R. Sic 1 MS. tepidum o.

Subsequitur continuò Græcis in libris: *Pungens oculum &c.* In Latinis autem versus vnus interponitur; qui hunc habet ad modum *: *Sicut cor trepidum' in cogitatione fatui, omni tempore non metuet: sic & qui in præceptis Dei permanet semper*. his præponunt exemplaria quædam, quod antè notauimus, erratica illa verba, *Sicut ornatus arenosus in pariete limpido*. Atque hoc primùm loco, quo, & à Rabano leguntur, & minùs versionem nostram turbant, existimarim fuisse addita; postea verò in alterum, quem diximus, locum translata, quòd ibi in Græcis scribantur libris. Atqui, emendatioribus, quos habemus, Græcorum libris, conformiùs, illi iuncta fuissent *cogitatus sensati: Cogitatus sensati, sicut or. aren. in par. limpido*. Porrò, vt ex altera translatione nostræ ea adiecta sunt: ita & quæ sequuntur vicesimo tertio versu, quo primùm editioni nostræ adscripta fuisse arbitror, ex altera videntur versione sumta. Illud enim in primis, *Sic & cor trepidum in cogitatione fatui*, idem vnum cum eo est, quod nobis præcessit: *Sic & cor timidum in cogitatione ſtulti*. Doleo, Malmundariensi codici, qui nos, vix dubito, plurimum hoc in loco iuuisset, huius & aliquot sequentium capitum quaternionem deesse. Cæterùm, in sericato Atrebatensis Collegij libro, id inuenio non legi, quod adiectitium esse arbitror, *Sic & cor trepidum in cogitatione fatui*. Probabile est; id, simul cum eo *Sicut orna. aren. in par. lim.*, vt ei responderet, adiectum fuisse. Quod subnectitur *Omni tempore non metuet*, id est quod antecessit: *In omnit tempore vel metu non deprauabitur*; sed hoc quidem, ex ea videtur Græca lectione translatum, quæ in Hispanicis Biblijs est, ἐν παντὶ καιρῷ φόβ@ διελιάσει; illud autem ex ea quæ in Germanicis, ἐν καιρῷ ὲ διελιάσει. Quod postremò additur: *Sic & qui' in præceptis Dei permanet semper*, quid aliud est, quàm illius expositio, *Sic & cor confirmatum in cogitatione consilij*, vel huius, *Cor firmatum in cogitatu sensato*? Itaque videntur hæc meritò iugulari & præteriri posse, vt pote præcedentium, ex translationibus aliis aut explicationibus, repetitiones, quæ nec aptè quidem cohæreant. Istud enim *omni tempore non metuet*, si ei iunxeris quod præcedit, sententiam habebis, illi quod proximè antecedit, quodque solidæ est lectionis, planè contrarium; aut, si, quod nonnulli codices, negationem demseris, omnino eandem. Ei verò quod sequitur, non commodè hæret, propter τὸ *Sic &*, quod quidam legunt *Sed &*. poterit tamē qualiter qualiter iungi, si & omiseris, quod nonnulli codices prætermittunt, *Sic*, vel, *Sed qui in præcept. &c.* Sunt verò exemplaria nonnulla, quæ interpungendo referendum eò notent, tametsi *sic* & legant; clarissimè, Bessarionis, Brugense, F. Sericatus Atrebatensis Collegij liber, qui omittit id, *Sic & cor trepidum in cogitatione fatui*, habet quod sequitur: *Et in omni tempore non metuet, qui in præceptis Dei permanet semper*. hunc librū liceat sequi, si non, omnia prætermittenda videantur. Rabanus legit, *Sed qui in præceptis Dei permanet semper, pungens oculum &c.* illud, sequentibus copulat, vt & post eum scripta quædam: præcedentia autem sibi mutuò, cui hac in parte Lyra. Care. & Richel. consentiunt, nectit.

* 2 MS. minimi Carēj.

* f. 1 MS. ſi non. 2 MS.

272. in mense MS. antiqua. vniuerſæ o. 1 MS. κῆτ@ Gg. Gq. Et ego Gg.

C. 24. v. 40. & 41. *Ego sapientia effudi flumina. ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio. ego quasi fluuius Dorix*. Horum, quæ Latinis libris leguntur, loco, Græci hoc solum habent ἐγω ἡ σοφία ὡς διώρυξ ἀπὸ ποταμοῦ, Ego sapientia' quasi Dioryx de fluuio, Cuius sententiæ, videntur, in illa Latinorum codicum lectione, duæ interpretationes connexæ. vna, *Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio*. non enim scribendum est, quod quidam *in mense*; nec, quod alij, *desluo. Dioryx* appellatiuum Græcis nomen est, quod fossam, alueum, & riuum denotat: vnde, *trames aquæ* hîc redditum est. Altera interpretatio: *Ego quasi fluuius Doryx*, vel quomodo legendum fortassis est, *Dioryx*. In hac, *Dioryx* pro proprio nomine acceptum est, ideoque vox Græca relicta. perperàm enim *vorax* habent quidam, vnus Parisiensium & duo nostri codices Ge. l. Pl. m. E. Lobiense exemplar *Dorax* scribit: hinc verisimile est factum *vorax*. Coniecisse videntur quidam, legendum *ego quasi dioryx à fluuio*: verùm probabile est, eum qui proprium nomen esse *Dioryx* intellexit, vertisse, vt habent libri, *Ego quasi fluuius doryx* vel *Dioryx*: Itaque duæ hîc iunctæ sunt eiusdem Græcæ sententiæ translationes, quas, non est vero simile ab eodem nostro interprete simul profectas; sed alteram ex alterius versione additam. Existimarim autem prioris, quæ melior est, potius quàm posterioris, Interpretem nostrum authorem esse: nam, 43 versu proximo, vocem διώρυξ *tramitem* reddit, vt hoc loco est reddita: *Et ecce factus est mihi trames abundans*, quod est Græcè, καὶ ἰδὲ ἐγένετό μοι ἡ διώρυξ εἰς ποταμόν, Et ecce facta est mihi Dioryx, siue fossa, in fluuium. Notandum hîc obiter duximus, sententias aliquot, quas, in huius capitis margine, signauimus Græcè non legi, vix dubium, quin Græca Interpretis exemplaria habuerint. Ex quarum numero eáne censenda sit, quæ quadragesimo versu scribitur, *Ego sapientia effudi flumina*, alijs iudicandum relinquimus.

C. 27. v. 7. *Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis*.] Prius similitudinis membrum legunt Græci libri hunc in modum: *Sicut rusticationem de ligno ostendit fructus illius. γεώργιον ξύλε ἐκφαίνει ὁ καρπὸς αὐτε*. quod clariùs vertit quidam: Cultum arboris indicat fructus eius. Nostram lectionem Carensis καθ' ὑπαλλαγὴν intelligit.

273. lignis o. fructus 1 MS. illis o. ξύλων Gg.

In altero membro, Latinorum exemplarium alia *cordis* habent, alia *cor*. Græcè est, οὕτως λόγ@ ἐνθυμήματ@ καρδίας ἀνθρώπε. καρδίας, & secundi casus esse potest, & quarti; sed huius quidem, plurali; illius autem, singulari numero. Secundo casu intellexisse Interpretem, veriores codices, adstipulantibus Nicolao Lyrano & Dionysio Richelio, credi volunt: quanquam dilucidior esset, quem Carensis explicat, quartus casus. Leodiense manuscriptum habuisse videtur: *Sic verbum excogitatus cordis hominis*. id quod, vt Interpreti non indignum est, ita Græcis verbis cōformius. possit certè in scriptis haud paucis, vt est multorum arcta scriptura, verbo vnico *excogitatu* legi, quomodo in Moguntina & Colonienſi * editionibus, excusum est. Rabani textus legit: *Sic verbum excogitatum hominis cor*, nescio, an syncerè, æquè, vt clarè.

κ ἡγεμὼν R. ν ἐν καρδίᾳ R. In animum hominis mutatus sensu declarat.

* Anni 1479.

C. 31. v. 10. *Quis probatus est in illo, & perfectus est, & erit illi gloria æterna*.] Quod multi codices legunt, *Qui probatus est*, meritò correxit Hentenius, *Quis probatus est*. sic enim scribunt complura venerandæ integritatis atque antiquitatis exemplaria, cum Augustini speculo, Rabani textu, & Græcis libris· τίς ἐδοκιμάσθη ἐν αὐτῷ; Ei quod sequitur, *Et perfectus est*, codices haud pauci *inuentus* addunt: *Et perfectus inuentus est*. Id quod Hentenius eisdem de causis, textu rectè pepulit. Septem nostra spectatissimæ fidei Latina scripta, cum Augustini speculo & textu Rabani, omittunt. Græca exemplaria id tantùm habent· ἐτελειώθη, quod est, vt Latinè habemus, *& perfectus est*. Porrò, vt Græcis verbum est, non nomen, ἐτελειώθη; sic & Latinis, *perfectus est*. id autem per nomen commodè exponatur, *perfectus inuentus est*. Postremæ parti, *Et erit illi gloria æterna*, manuscripta lectissima, Brugense, Leodiense, & P, cum aliis quatuor vulgaribus, & primis Chalcographorum editionibus Moguntina & Colonienſi, *in* præpositionem adijciunt, hoc pacto: *Et erit illi in gloria æterna*. id quod, Malmundarij exemplar, cum aliis duobus ætate inferioribus, legit: *Et erit illi in gloriam æternam*. Græca Aldi & Germanorum Biblia habent, καὶ ἔσται εἰς καύχημα. Et sit in gloriam, seu gloriationem; Hispanorum, καὶ ἔσαι εἰς καύχημα, Et erit in glo.; Vaticanæ bibliothecæ, καὶ ἔσαι αὐτῷ εἰς καύχ. Et erit illi in glo. Græci itaque libri, etsi variè nonnihil scribant, concorditer tamē *in* præpositionē legunt, quam proinde & Latinis libris, qui careant, adscribendā arbitror, siue subsequente sexto casu *gloria æterna*, siue, qui saltem intelligendus videtur, quarto, *gloriam æternam*.

274. Rab.

C. 31. v. 15. *Ideò ab omni facie sua lachrymabitur*.] Pronomen *sua*, quod ferè addunt Latini codices, Græci haud legunt, διὰ παντὸς ἀπὸ παντὸς προσώπου δακρύει, Ideò ab omni facie lachrymatur. Vnum ex nostris Latinis scriptis, P littera notatum, in solo margine habet; alterum, Atrebatensis Collegij sericatum, omnino non habet. Hugo Cardinalis semel atque iterum non legit, vnumque adfert sensum qui ne patitur quidem: *Ab omni facie*, id est, coram omnibus, *lachrymabitur* in die iudicij. D. Ianſenius, lectum, vero sensui obesse pronunciat, nisi cum *tua*, quod vno in libro reperit, commutetur.

275.

Quod subsequitur *cùm viderit*, Latina pleraque exemplaria, cum enarratoribus, Rabano, Lyrano, Carensi, & Richelio, his verbis iungunt, *Ideò ab omni facie sua lachrymabitur*. Quædam verò hinc separant, sed ita dubiè, vt nescias, an ad sequentia referri velint. Porrò, mediū Plantini manuscriptū & Malmundariense, clarissimè sequentibus annectunt, proximam capitali littera hinc exordientes sententiam, *Cùm viderit ne extendas manū tuam prior*; quæ distinctio Græcorū est codicum, præclarissimo enarratori Cornelio Ianſenio probata.

C. 32. v. 4. & 5. *Loquere maior natu, decet enim te primum verbum diligenti scientiam*.] Quidam ex Græco corrigendum existimauit: *Loquere*

276. -o.

quere maiori natu: sic enim habet Græca Complutensis editio, λάλησον πρεσβυτέρῳ. Atqui, alij Græci codices, scribunt, λάλητον πρεσβύτερε, *Loquere maior natu*, quo modo Interpretem legisse ac vertisse, Latini codices & tractatores, vnanimiter testantur. vnum, glossæ ordinariæ adiunctum textum, vidi *maiori* scribere; sed reclamantibus, interlineari glossa, & Lyrani commentario. Ordinaria enim glossa nihil hac de re habet. Longè ad hæc melius loco conuenit *maior* quàm *maiori*: hîc enim Siracides seniores instruit; vt paulò pòst iuniores; quo modo in conuiuio se gerere debeant. *Loquere*, ait, *maior natu, decet enim te*. addidit Interpres, explicandæ sententiæ gratia, *primum verbum*. Sequitur, *diligenti scientiam*. Multi codices, cum Lyrano, Carensi, & Richelio, gignendi casu, legunt, *diligentis scientiam*: verùm, integerrimi quique, cum Rabani textu, *diligenti* scribunt, id quod Dominicani propterea in textum se recepisse indicarunt. Est autem *diligenti* nomen non participium, id quod, ex Græco, luce meridiana clarius est. Hiſpanorum Græca Biblia habent, ἐν ἀκριβείᾳ ὃ δόκιμος, In diligentia autem scientiæ; Aldi & Germanorum, quæ nostræ translationi hoc in loco similiora sunt, ἐν ἀκριβεῖ δόκιμον. In diligenti, seu, exquisita scientia. ἀκριβεία diligentiam significat, non dilectionem; ἀκριβὴς diligentem, hoc est, exactum, non amantem. Quare dubium esse vix potest, quin verterit Interpres, non *diligenti scientiam*, sed, adiectiuo & substantiuo in eodem conuenientibus casu, *diligenti scientia*. *Loquere maior natu (decet enim te primum verbum) diligenti scientia*. Eos autem, qui *diligenti* participium esse sunt arbitrati (quomodo interpretantur Lyra. Car. & Richel. *diligentis*) ablatiuum *scientia*, in accusatiuum quem participium regit, mutauisse, vero propinquissimum est. Porrò, inter varias huius loci distinctiones, illa nobis probatur maximè, quæ *primum verbum* iungit, ei quod proximè antecedit *decet enim te*, quam vno in scripto obseruauimus.

277. -1 MS. G. vocate o.

C. 32. v. 15. *Præcurre autem prior' in domum tuam, & illic auocare*.] Non est legendum, quod multi codices, *& illic aduoca te*, neque quod plures, *& illic aduocare*, sed, quod plerique emendatiores, cum Rabano enarratore, *& illic auocare*. Græcè est, καὶ πρόεχε ἐις οἶκον, καὶ ἰκὶ ῥαθύμει, Decurre domum, ac ne desideas. *ne desideas*, scilicet, in domo conuiuij: ne pigriteris conuiuij domum exire. Itaque sensum transtulit Interpres, dum vertit, *& illic auocare*, quod est, illinc auoca te, separa te, vel illuc, scilicet in domum tuam, te auoca.

278. ἀλλ' ὀλίγα R.

C. 34. v. 10. & 11. *Qui non est expertus, pauca recognoscit*.] Melius *recognoscit* legitur, quàm, quod nōnulli, *recognoscet*. ὃς οὐκ ἐπειράσθη, ὀλίγα οἶδεν Græcè, Qui non est expertus, pauca nouit. *Qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam*. Multi codices, cum Hugone Cardinali, pro *factus*, *fatuus* legunt: *Qui autem in multis fatuus est*. vtriusq. lectionis, Lyranus & Carthusianus meminerunt. Cæterùm, emendatiora pleraque omnia exemplaria, *factus* scribunt, quibus Rabanus adstipulatur, quem secuti Dominicani, in textum id retulere. Græca autem antigrapha habent, ὁ δὲ πεπλανημέν@, *qui autem errauit*: id quod exponi potest, &, *Qui autem errore deceptus est*, quod pro *fatuus* facit; &, *Qui autem vagatus est*, id est in multis regionibus rebusq. versatus est, quod pro *factus*: nam qui vagatus est, in multis factus est. Hæc autem, posterior inquam expositio, meliùs loco conuenit: ergo & ea lectio quæ consonat illi, *Qui autem in multis factus est*. quare retinenda ea est. Sequitur, Multiplicat' *malitiam*. Castigatioribus manuscriptis est futuro tempore *multiplicabit*, tametsi *recognoscit* plerisque præcesserit. Græci libri habent, quidam πληθύνει πανοῦργίαν, quidam πληθυνεῖ πανοῦργ. illud, præsentis est temporis, *multiplicat*; hoc futuri, *multiplicabit*. Porrò, *malitia*, pro calliditate accipienda est: id enim potiùs hoc in loco significat Græca vox πανοῦργία. Quædam Latinorum, cum Rabani textu, exemplarium, addunt pronomen *suam*: *Multiplicabit malitiam suam*; id quod alia, Græco similiter, demunt, nominatim Brugense & P.

multiplicauit o.

279. * Et MS. 1 MS. abundat. 2 MS. abundauit 4 MS.

Versum, qui plerisque in libris subiungitur: *Qui tentatus non est, qualia scit? * qui implanatus est'*, abundabit' *nequitia*, tria Hentenij, & quatuor Parisiensium, vetera exemplaria, non legunt: in vno Ianſenij scripto expunctus est: vni nostro, Leodiensi, additus. Rabani enarratoris, nec commentarius, nec textus, agnoscunt. Mirum autem videri id non debet, cùm eadem omnino sit, huius, quæ præcedentis versus sententia, cui neque aliud Græcè respondeat, quàm quod illi respondet. Dubium esse non potest, quin altera sit ex Græco versio, nostræ, quòd dissimilis nonnihil sit, adiecta. ὃς οὐκ ἐπειράσθη ὀλίγα οἶδεν, quod nobis trāslatum est, *Qui non est expertus pauca recognoscit*; hic redditum est, *Qui non est tentatus, qualia, aut quid scit?* Rursus, alterum membrum, ὁ δὲ πεπλανημέν@ πληθυνεῖ πανοῦργίαν, quod noster interpretatus est, *Qui autem in multis factus est, multiplicabit malitiam*; ille conuertit: *Et qui implanatus est, abundabit nequitia*. Notandum est autem, circa priorem adiecticiæ istius translationis partem, iterum eam, huius capitis nono versu, ad hunc modum legi: *Qui non est tentatus*, vel, *Qui non tentatus est, quid scit?* vbi nihil habet, quod Græcè respondeat. Videri possit adscripta illic fuisse; in margine fortassis primùm; cùm sequentibus addita esset, vt, per oppositum, id clarum euaderet: *Vir in multis expertus, cogitabit multa*. In posteriori parte, est ficta, à Græca

280.

C. 35. v. 1. *Qui conseruat legem, multiplicat orationem*.] Duodecim Hentenij, & totidem nostra, scripta exemplaria, cum Dionysio Richelio, pro *legem, verbum* habent: *Qui conseruat verbum multi. or.* Nomos, quod Græcè legitur, *legem* quidem significat, sed vertit nonnunquam Interpres *verbum*, vt superioris capitis octauo versu, *Sine mendacio consummabitur verbum*. tametsi legant ibi quidam *verbum legis*, quæ expositio est, non interpretis versio. habent & hoc loco quidam *verbum legis*, at, vel *verbum* solùm legendum est, vel *legem*, quorum modorum altero veriores codices scribunt. Brugensis, Leodiensis, L, & P, habent *verbum*: quod, pro *legem*, non facilè crediderim substitutum. Faciliùs *legem* pro *verbum* positum mihi persuadeam. Quærimus autem, non tam quid clarius, aut Græcis conformius sit, quàm quid Interpres verterit.

281. ſtultus 1 MS Reb. fac 4 MS.

C. 35. v. 12. *Da altissimo secundum datum eius*.] Codices haud pauci, pro *datum*, *donatum* legunt: verùm, correctissimi quique, cum Rabani textu, *datum* seruant. *Et in bono oculo adinuentionē facito manuum tuarum*. Græcè est, καὶ ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ κατεύθυνμα χειρός, Et in bono oculo adinuentionem manus. subauditur, ex eo quod præcessit, δὸς δα. Existimat D. Ianſenius, non vnica dictione, vt codices habent, κατεύθυνμα scribendum, sed duabus κατ' εὕρεμα: κατ' εὕρεμα χειρὸς secundum inuentum manus; quod respondeat ei, quod est in primo membro, κατὰ τὴν δόσιν αὐτε, secundum donum eius. Similiter, Latinè, vna voce in duas diuisa, *ad inuentionem* legendum arbitratur, quod sit, secundum inuentionem. Quid enim, inquit, est alioqui: *facito adinuentionem manuum*. nisi *facito* accipiatur pro offeras. Latini libri complures ita scribunt, vt facilè diuisim legi patiantur; immo verò nōnulli disertè satis *ad inuentionem* habent, Q, qui in Bibliorum margine signatus est, I, Plantini latus.

282. * tui o.

C. 36. v. 17. *Et suscita precationes quas locuti sunt in nomine tuo Prophetæ priores*.] Latini codices *precationes* habent, id quod exponunt glossematici, Lyranus, Carensis, & Richelius, de deprecatoriis prophetarum prædictionibus. Græci plerique libri, quod conuenientius videtur, *prophetias* legunt· καὶ ἔγειρον προφητείας ἐπ' ὀνόματί σου, Et suscita prophetias in nomine tuo (cætera quæ Latinè leguntur, explicationis ergò Interpres reddidit) vnde Reuerendissimo Ianſenio fit verisimile, vertisse Interpretem, non *precationes*, sed *prædicationes* vel *prædictiones*. Ex nostris manuscriptis, vnum quod à Malmundariensi Archimandrita commodatò accepimus, legit *præ cationes*, mediam habuit syllabam inter *præ* (nam diphthongo scribit) & *ca*, sed ea erasa est, ita vt legi nequeat; attamen, quantum potui spectans respectansque colligere, *di* fuit, *prædicationes*. Rabanus enarrator exponit *promissiones*: Hoc enim, inquit, precatur sapientia, vt promissiones, quas de vocatione gentium ad fidem Christi Prophetæ priores locuti sunt, per aduentum Christi impleantur. Græca Complutensis editio *prophetas* scribit, καὶ ἔγειρον προφήτας ἐπ' ὀνόματί σου Et suscita prophetas in nomine tuo. quam scripturam, non videtur Interpres secutus: nisi fortè, prophetas suscitare, explicuerit, suscitare precationes vel prædicationes, quas Prophetæ priores locuti sunt.

283. consolari o. socio o. opibus

C. 37. v. 7. *Noli consiliari' cum socero tuo, & à zelantibus te' absconde consilium*.] Versum hunc, quem septimum codices omnes legunt, hoc est, continuò post illud, *Et non immemor sis illius in operibus' tuis*; multi postea repetunt. vnus vndecimo versu, statim post illud, *Et stet e contrario videre quid tibi eueniat*; octo duodecimo, post hoc, *Et cum iniusto, de iustitia*; quatuor decimo quarto, post illud, *Non attendas his in omni consilio*. Repetunt autem, non eisdem planè verbis, sed hunc ad modū: *Noli consiliari cum eo qui suspectum' te habet, & ab æmulantibus tibi' absconde consilium*. Vnde non obscurè colligitur, alteram hanc esse eiusdem sententiæ versionem, nostræ editioni adiectam. Sed dicat aliquis, Interpreti eandē sententiam bis in Græco lectam, vt in Græcis Hiſpanorum Biblijs bis legitur, septimo & vndecimo versibus; & priori quidem loco transtulisse *Noli cons. cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium*; posteriori verò *Noli cons. cum eo qui suspectum te habet, & ab æmul. tibi absc on. cons.* Atqui, illa loci inconstantia, quòd, repetitam sententiam, quidam vndecimo, quidam duodecimo, quidam decimoquarto versu legant, ostendit satis, additam eam esse. id quod clarius ex eo euadit, quòd, K littera notatum exemplar, continuò eam alteri subijciat. Instet fortasse quispiam, eam quę posterius legitur, minimè additiam iudicandam; imprimis, quòd Græcis libris, Aldi & Germanorum, semel dumtaxat sententia ista, atque id posteriùs, scribatur, vndecimo nimirum versu, post illud *Et stet è contrario videre quid tibi eueniat*: Deinde, quòd Græco conformior sit posterior ista translatio; quia, non *cum socero tuo*, sed μετὰ τῦ ἀνασκοπεύοντός σε, quod est, *cum eo qui suspectum te habet*, legatur. Respondeo, non satis constare, quid Interpres secutus, verterit, *cum socero*

respectum 1 MS. ſpretum 1 MS. -o.

tuo; an, pro eo quod generale est, exemplum particulare posuerit, an quid aliud Græcè habuerit: sed, liquidum id esse, hanc eius interpretationem esse *cum socero tuo*, ex codicibus, qui vnanimiter omnes septimo eam versu legunt; patere etiam, septimo sententiam hanc versu ab Interprete Græcè lectam, nec postea vel aliis vel eisdem verbis repetitam, primùm quòd integriora manuscripta* vno septimo versu scribant; tum, quòd impressi omnes libri, quos viderim quidem, eo tantùm loco habeant; denique, quòd Enarratores * ibi non alibi agnoscant. Malmundarij scriptum his adstipulatur, sed paulò aliam adfert translationem: Noli consiliari cum eo qui tibi insidiatur, & à zelantibus te absconde consilium.

*Pagnini ex Græco versio, septimo tantum versu habet.
* Brug. Lued. & O.P. Dom. Pl. m.
* Rab. Lyr. Car. Rich.

284. ᵃquam o. ᵇcogitauit o ᶜAut *Rab.*

C. 37. v. 9. *Et ipse enim animo suo cogitabit.*] Ex codicibus nostris, octo legunt, *Et quidipse animo tuo cogitabit*; Decem, *Et* ᵃ*quid ipse in animo suo* ᵇ*cogitabit*'; sed, integritate inferiores illi. Ex emendatioribus, tres, Lobiensis, Malmundariensis, L, cum Rabani textu, scribunt, ᶜ*Et quid ipse animo suo cogitet*; septem, Brugensis, Leodiensis, E, O, P, Q, Pl. m. cum Moguntina, Colonienſi, & Louaniensi editionibus, *Et ipse* ᵇ*enim animo suo cogitabit*. Postrema hæc scriptura, Græcis propinquissima est· ᾧ δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ συλλογιστής. Etenim ipse sibi ipsi consulet. quam, suo probatam calculo, Iansenius, in eum quem Græca referunt sensum, interpretatur. Porrò, propinquior paulò est Græcis, manuscripti M littera signati lectio: *Etenim ipse animo suo cogitabit.*

285. ᵃin o. ᵇσυμβουλεύτης *R.*

C. 37. v. 12. *Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum* ᵃ*iniusto de iustitia,* ᵇ*& cum muliere de.* Hæc frequentior est codicum, cùm typis tum calamis exaratorum, lectio, quam Glossematici, Lyranus, Carensis, & Richelius, κατ' εἰρωνείαν interpretantur, ex eo, quòd, enumeratione finita, subiungatur: Non attendas his in omni consilio. Quidam ita exponunt, vt coram irreligioso doceamur laudibus euehere sanctitatem, coram iniusto iustitiam, coram muliere maritum &c. Rabani Mauri textus legit, *Cum viro religioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia noli consiliari, & cum muliere de.* cui commentarius adstipulatur. Notant Franci Dominicani, etiam antiquis quibusdam exemplaribus, addi τὸ *noli consiliari*. Nos, in nostris antigraphis, haud inuenimus, nisi cum hac sententia: *Noli consiliari cum eo qui suspectum te habet, & ab emulantibus tibi absconde consilium*, quam nec modò, nec loco hoc, ab Interprete translatam, superiùs paulo docuimus. Porrò, octo scribunt: *Cum viro* ᵃ*religioso tracta de sanctitate, & cum iniusto*, vel, vt duo, *& cum iusto de* ᵇ*iustitia*'. quorum tria, subiungunt sententiam quam diximus, *Noli consiliari cum eo &c.* quinque verò reliqua, eaque illis meliora, subnectunt immediatè. *Et cum muliere, de.* Manuscripti Malmundariensis lectio est ista: *Cum viro irreligioso de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de.* Hunc ad modum se habent variæ Latinorum codicum lectiones. Græcis verò exemplaribus, quæ quidem nos vidimus, vna est scriptura, ἐξ γυναικὸς τοῦτο. Non legitur illud, *Cum viro irreligioso de sanctitate, & cum iniusto de iustitia*: non additur *tracta*, nec adscribitur *noli consiliari*; tantùm *cum muliere* ᵇ*de*'. præmittitur tamen sententia illa: Noli consiliari cum eo cui tu suspectus es, & eis qui tibi inuident consilium absconde. Ex Latinis lectionibus, ea quæ Malmundariensis est codicis, Græcæ scripturæ persimilis, & rationi maximè est consentanea. Græcæ scripturæ eo similis est, quòd, nec *tracta* legat, nec *noli consiliari* addat; sed, quod locus exigit, subaudiendum relinquat. Rationi maximè consentanea est, quia id in primis parum verisimile est, quæ est primæ lectionis communior expositio, ironicῶς præcipere authorem, tractandum cum irreligioso de sanctitate, cum iniusto de iustitia &c. Dein, proposito non conuenit, quæ altera est eiusdem lectionis expositio, intelligere, coram irreligioso laudandam sanctitatem, coram iniusto iustitiam, &c. id, vel eo probari potest, quòd subnectitur, *Non attendas his in omni consilio.* Tertiò, quod ad alteram lectionem, quæ potissimùm est Rabani, spectat, congruere non videtur, vt primum membrum, dissimile sit sequentibus omnibus, & illi quidem addatur *tracta*, sequentibus autem *Noli consiliari*. cùm, id Sapiens manifestè velit, priùs docere cum quibus consilium capiendum non sit, postea verò tandem cum quibus capiendum sit. Videri autem possit, τὸ *noli consiliari*, acceptum ex hac sententia, *Noli consiliari cum eo qui te suspectum habet, &c.* quam eodem quidam legunt loco, vt paulo antè ostendimus. Est igitur rationi magis consentanea ea lectio, in qua illorum nihil offendit, *Cum viro irreligioso de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de.* quæ, non ideò existimanda est Interpretis non esse verba. quòd in eo reperta sit codice, qui à vulgata editione nonnumquam discrepet; nam, plerisque locis conuenit, & hoc quidem loco, addit, vulgatæ editioni conformiter, quod in Græco non reperitur, *Cum viro irrel. de sanct., & cum iniusto de iustitia*, atque omnino sic coniecerim vertisse Interpretem, si nullus ita legeret codex. Subaudiendum autem existimarim hac in lectione (siue placeat eam pro germana Interpretis accipere, siue non, nihil enim statuere velim) tum primo, tum subsequentibus membris, quod Rabanus secundo addit, *Noli consiliari*; id quod Græcis in libris facilè subauditur, ex eo quod eis antecedit: Noli consiliari cum eo cui tu suspectus es, & eis qui tibi inuident consilium absconde.

*enim 1.
ᵇiniustitia 1.
- o.
- o.

C. 38. v. 17. *Propter delaturam autem amarum*ᵃ *fer' luctum illius vno die.*] Coniunctionem *autem* omittunt, cum S. Augustini speculo & Rabani textu, septem nostra manuscripta, quam & Græci codices tollunt, & Dominicani ac Iansenius castigatores reijciunt. 286. ᵃdiffert o.

C. 38. v. 25. *Quia sapientia replebitur.*] Illis, quæ clarissimus Antistes Gandauensis, Iansenius, de horum verborum genuina, tum copulatione, tum lectione, optimè ac diligentissimè scribit, quod addam non habeo, nisi, quòd in quibusdam incerti authoris annotationibus legi dicit, habere libros quosdam: *Qua sapientia replebitur*, in Dominicanorum ex Francia annotationibus me reperisse, his verbis: Quidam libri habent, *Qua sapientia replebitur, &c.* & tunc est interrogatio vsque *taurorum.* q. d. Qui sunt in otio siue occupatione percipiunt sapientiam: sed qua sapientia potest repleri rusticus, qui semper occupatur circa opera agriculturæ, & carpentarius, & faber, & figulus, qui &c. 287.

C. 38. v. 39. *Accommodantes animam suam, & conquirentes in lege altissimi.*] Vltimam hanc huius capitis partem, manuscripta exemplaria duo, Brugense & B, capitali exordiuntur littera, tamquam petiodum nouam: id quod congruit quàm aptissimè, quandoquidem, à sententia mox præcedente, separanda omnino, vt Episcopus Iansenius ostendit, videatur. Vnum scriptum codicem Iansenius reperit, qui secundo singularis numeri casu, *Accommodantis animam suam* legerit: nos duos inuenimus; ex Hunnæi Alphabeto M & Q; quorum alter vix dubium, is est quem Iansenius vidit. Hinc conijci possit, scripsisse Interpretem: *Accommodantis animam suam, & conquirentis in lege altissimi.* Certè, Græcis libris hoc casu legitur, atque hoc numero, verùm, præposito, quod eum casum regit, aduerbio· πλὴν τῷ ἐπιδιδόντος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διανοουμένου ἐν νόμῳ ὑψίστου. quod est, Præter applicantem animum suum, & meditantē in lege altissimi. Porrò non est legendum, quod quidam, multitudinis numero, *animas suas*, cùm plerique, atque inter eos emendatiores, codices, Græco conformiter, singularem habeant numerum. Legantur in hunc locum Iansenij enarrationes. 288. ᵃimitantes 99.

C. 39. v. 17. *In voce dicit.*] S. Augustini speculum legit *dicito* pro *dicit*; Doctoris Hunnæi I. littera insignitum exemplar, *dicet*; alterum L signatum, *dixit*; Malmundariensis cœnobij liber, *dicens*; Atrebatensis Collegij sericatus codex, *dicam*, quomodo & in margine codicis Hunnæi A notati, correctum est. Rabani textus nec *dicit* scribit, quod plerique, nec *dicito*, nec *dicet*, nec *dixit*, nec *dicens*, nec *dicam*, denique nec aliud horum loco, tantùm *in voce* habet, id quod iis quæ præcedunt copulat: *Vt furore enim repletus sum in voce.* Lobiensis Monasterij manuscriptum, non tantùm, vt Rabani textus, è medio aufert *dicit*, verùm etiam totum *In voce dicit*, quamquam in margine scriptum sit, *In voce dicit*, minori videlicet viuidioríque littera. Ex his lectionibus, eam Græci codices probant, quæ Lobiensis est manuscripti; id enim omnino non legunt *In voce di.*, vt certè parum loco conuenit. Videri possit, inter lineas primùm, explicationis gratia scriptum fuisse; in hunc sensum: Igitur plura meditatus, eloquitur; scilicet Sapiens: *Obaudite me &c*; vel istum: Itaque voce magna clamat: *Obaudite me &c.* D. Iansenius, ex eis quas agnouit, Rabani lectionem prætulit. neque enim Lobiēsis exemplaris lectionem agnouit. Inter eas verò quæ *dicendi* verbum addunt, tolerabiliorem censuit, *In voce dicam*: non tamen harum meminit, *dicens* & *dicet*. Carensis & Richelius, *dicit* legunt, subaudiuntque *spiritus sanctus*. Lyrano *dixit* adscribitur, qui *spiritus meus interior* subaudit. *Et* coniunctionem, quam codices multi præmittunt, *Et in voce di.*, correctissimi quique omittunt. 289.

C. 39. v. 29. * *Quo modo conuertit* ᵃ*aquas*' *in* ᵇ*siccitatem*', *& siccata est terra.*] Duo nostra vetera exemplaria, Malmundariense & Lobiense; duo Parisiensium, Dionysij latum & Germani latum; triaque Hentenij, auferunt τὸ *in siccitatem*: quibus, Rabani textus, & emendatio codicis A signati, suffragantur. Videtur certè alterum superfluere, vel *in siccitatem*, vel *& siccata est terra*, quod & reddunt Græci codices verisimile, quorum lectio est ὡς μετέστρεψεν ὕδατα εἰς ἄλμην· Sicut conuertit aquas in salsuginem. ἄλμη salsuginem significat. significat & steriliorem terram (cuiusmodi est terra arida) quòd, quasi perfusa salsugine, non edat fructus. 290. * & o. ᵃaquam o. ᵇsiccitate 2 *MS.*

C. 40. v. 13. ᵃ*Substantia*' ᵇ*iniustorum*' *sicut fluuius*ᶜ *siccabuntur*'.] Atrebatensis Collegij alterum manuscriptum, cum quorundam excusorum codicum marginibus, *siccabitur* pro *siccabuntur* habet: cui hac in parte, manuscripta lectissima, Brugense, Leodiense, & P, adstipulantur. Verùm ea, etiam singulari numero *substantia* legunt, quem legendi modum, Dominicani indicarunt. Græcè est χρήματα ἀδίκων ὡς ποταμὸς ξηρανθήσῃ). verbum ξηρανθήσῃ singularis est numeri: potest autem, vel ad ποταμὸς *fluuius* referri, itaque vertendum est *siccabitur*; vel ad χρήματα *substantia* (nam pluralis numeri est) sicque transferendum est *siccabuntur*, non enim ea est Latinis, quæ Græcis, consuetudo. In altero sententiæ membro, *Et sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt*, similis est librorum varietas. Tres ex primis chalcographorum 291. ᵃSubstantia *Megunt.* ᵇiniquorum 2 *MS. Rab.* ᶜiustorum o ᵈexsiccabuntur 1 *MS.*

phorum editionibus, Moguntina anni 1472, Nurenburgensis anni 1478, Colonienſis anni 1479, scribunt *personabit*: quod, posteriores editiones, & nostra manuscripta exemplaria, multitudinis numero, *personabunt* legunt. Et est simile ex Græco iudicium· ᾧ ὡς ψοφητὴ μεγάλη ἐν ᵃ*ὑετῷ* ἐξηχήσει. verbum ἐξηχήσει, & ad ψοφητὴ *tonitru* referri potest, vertique *personabit*; & ad χρήματα *substantia*, transferrique *personabunt*. Obseruandum est autem, illas chalcographorum editiones, etsi *personabit* legant; tamen *siccabuntur* habere (ad quem modum Pagninus ex Græco interpretatus est) & rursus, illa quæ nominauimus manuscripta, quamuis *siccabitur* scribant, nihilominus *personabunt* retinere (quod, si *substantia* legas, quo modo conueniat, nisi ad iniustos referas, haud video) nullos verò codices, quos quidem ego viderim, vtrobique singularem habere numerum, quemadmodum pars maior pluralem vtrobique habet. Cæterùm, Dominus Iansenius id probat, singularem vtroque loco numerum legi: *Substantiæ iniu. si. flu. siccabitur, & si. to. mag. in plu. personabit*. hinc inde licet sumere quod verum est: sed, vtrùm vera hæc Interpretis sit scriptura, nequeo ego discernere. Eis enim quę iam indicauimus, accedit, quòd Rabani textus, & quinque antigrapha, certè non infima, Hunnæi A & E, Plantini medium atque angustum, ac Malmundariense, *Et sicut to. mag. in plu. manabunt* legant, quanquam *manebunt* pleraque eorum corruptè habeant. Itaque, an manandi, an personandi vocabulum, verterit Interpres, dubito. Est autem *manabunt*, ex altera Græcorum lectione translatum: quidam enim, quod Pagninus refert, ἐκχεῖται effundet, pro ἐξηχήσει, legunt. 292. ᵃ& o.

C. 42. v. 5. * *De corruptione emtionis.*] Decem nostri codices *de corrēptione* scribunt; sex & viginti *de corruptione*. ab vtraque parte sunt antiquitatis atque integritatis venerandæ exemplaria; ab illa, Leodiense, Lobiense, E, L, Plantini medium, cum Dionysij lato & Germani lato, quæ apud Parisienses; ab hac, Brugense, Malmundariense, O, P, cum Enarratoribus, Rabano, Lyrano, Carensi, ac Richelio. Episcopus Iansenius, illam lectionem *de correptione*, loco commodiorem; hanc, *de corruptione*, verisimiliorem iudicat, ad quem, quia diligenter id prosecutus est, lectorem remittimus. Legit Interpres noster πρὸς διαφθορὰς πράσεως, quod ille conijcit: aut, πρὸς διαφόρᾳ πράσεως, quod alij reddunt, *de differente venditione*, interpretatus est *de corruptione emtionis*. Nam, differentem venditionem, ferè emtionis corruptio, siue emtoris deceptio, comitatur.

C. 42. v. 9. *Ne fortè in adolescentia sua adultera efficiatur.*] Quod legunt Latini, cùm codices tum tractatores, *adultera*; Iansenius, *adulta* ab Interprete scriptum arbitratur, quòd vox Græca σκιρτᾶν, non adulterum, sed adultum effici, ætatis florem excedere, significet: quodque, quæ nupta non sit, adultera non satis aptè dicatur. * ἐν νεότητι αὐτῆς, est Græcè, μήποτε σκιρτήσῃ, quod est, * In iuuentute eius (scilicet, solicitus est pater) ne fortè ætatis florem prætereat. Porrò autem transferunt quidam, & in iuuentute eius, ne fortè abutatur flore ætatis: quæ versio, Græcis Complutensium & Basileensium Bibliis iuncta, pro constanti Latinorum lectione, si species pro genere, *adultera* pro *fornicaria* accipiatur, facere possit. 293. *τῇ *R.* ᵃEt *R.*

C. 43. v. 18. *Vox tonitrui eius* ᵃ*verberabit' terram.*] Manuscripta, Malmundariense, G, & Plantini medium, pro *verberabit*, cum Rabano *exprobrabit* legunt: *Vox tonit. eius* * *exprobrabit terram.* Orta est varietas, ex varia Græcorum codicum scriptura. quidam enim Græcorum codicum, Regius nominatim & Vaticanus, ὠδίνησεν seu ὠδώνησεν; quidam, Aldinus & Germanici, ὠνείδισεν scribunt. ex illo, translata est verberandi vox, nisi fortè ex ζωώσεσιν, quod & ipsum in Vaticano exemplari extat; ex hoc, exprobrandi. Porrò, vt ὠδίνησε loco melius congruere videtur, quàm ὠνείδισε; ita verberandi vox aptiùs conuenire, quàm exprobrandi. Rursus, vt in emendatioribus exemplaribus Græcis ὠδώνησεν est; ita, in plerisque omnibus Latinis libris, verberandi vocabulum. Denique, vt Græca antigrapha præteritum tempus habent, non futurum; ita, ex electioribus Latinis, plura *verberauit*, quàm *verberabit*, scribunt. 294. ᵃpercussit *Ribel.* ᵇIn Malmūd. Senatus Atrebatensis Collegij codex terram. legit.

C. 43. v. 21. *Gelu sicut salem* ᵃ*effundet' super terram.*] Per gelu rectè pruinam intelligamus: pruinam enim significat Græca vox, πάχνη. ᾧ πάχνην ὡς ἅλας ὀδὴ χιόνι χέει Græcè est· *Et dum* ᵇ*gelauerit, fiet' tamquam cacumina tribuli.* Multi codices, cum enarratoribus, Rabano, Lyrano, Carensi, & Richelio, pro *gelauerit, flauerit* legūt: *Et dum flauerit, fiet, &c.* Verùm, nō pauciores, atq. optimi ferè quique, *gelauerit* seruant, quibus Græci libri suffragātur· ᾧ παγῆσα, id est, & cōcreta, seu congelata. Altera hoc loco varietas est: pro eo quod pleraq. omnia exemplaria, & glossematici Lyranus ac Richelius scribunt, *cacumina*; Lobiense, Q & Dionysij latum, cum Rabano tractatore, *acumina* habent: *Fiet tanquā acumina tribuli.* id quod, Dominicani, secuti Rabanū; Parisienses, secuti sodaliū S. Dionysij exemplar, in textum retulere. Atqui, Græca lectio potiùs *cacumina* probat· ᾧ παγῆσα γένηται σκολόπων ἄκρα, hoc est, & congelata fit tribulorum summitates. Vox σκόλοψ inter reliqua, & *acumen* denotat: verùm, eam vertit Interpres *tribulum*. Proximæ voci ἄκρα, *acumina* respondeat oportet, si versum est: at illi, 295. ᵃEffundit 1 *MS. G.* ᵇFiet *Gg.* ᶜFiet *Gg.* gelauerint, flent. *Malmund.*

cacumina potiùs cōuenire, claro clarius est. Significat enim ἄκρον summum rei. Objcias, rem, non verbum, Interpretem reddidisse; quia tribulorum summa acuta sunt; id quod hoc loco spectatur; *acumina* pro *cacumina* conuertisse. Fateor, id quidem facilè fieri potuisse: sed factum, non mihi persuadeo. non enim, pro *acumina*, verisimile est *cacumina* substitutum, cùm prima fronte aptiùs congruere videatur *acumina*: immò, quia non solet rebus adeò exilibus cacumen tribui, quod montibus propriè conuenit, crediderim *acumina* emendatum. Porrò, significatur, pruinam rebus adhærentem, dum fuerit congelata, asperam instar summitatis tribuli, effici. Interpres σκόλοπα tribulum vertit, & similitudinis aduerbium subaudiuit: alij palum vertunt, nec quidquam subaudiunt: *Et congelata fiunt palorum summa*, quo significatur; quod hyeme videre licet; pruinam congelatam summis palis adhærere, eisque quasi apicem imponere. 297.

C. 43. v. 32. *Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius.*] Postrema versus istius pars, *Et admirabilis magnificentia eius*, Græcis codicibus, non hoc, tantùm præcedenti versu legitur, hunc ad modum, ᾧ δυνάμει ἡ δύναμις ἀπῆ. vbi, nobis repetitur, his verbis: *Et mirabilis potentia ipsius*. Nam δύναμις, & potentiam, & magnificentiam, signat. Quapropter existimarim, duas eiusdem Græcæ pericopes, in Latinis vulgatæ editionis libris, legi versiones, quarum altera, ex altera editione sit addita. Hoc manifestè doceat antiquissimum Malmundarij manuscriptum, quòd, eam quæ 31° versu legitur, omittit; alteram, quæ 32°, solam scribit. Existimarim autem, additam nostræ editioni, eam quam 32ᵘˢ versus complectitur. Illa enim quæ 31° est versu, Græcanicis exemplaribus conformiter, eo legitur loco, Latinis nostræ editionis codicibus, quos quidem viderim, similiter omnibus. Nam Malmundarij codex, quod obseruauimus atque annotauimus frequenter, ab editione nostra sæpenumero discrepat. Porrò, dissimiliter legunt nostri libri eam quam 32ᵘˢ versus habet, *Et* ᵃ*admirabilis' magnificentia eius*: Vnus F littera notatus, cum Rabani textu, aufert *&*; alter, O insignitus, tollit *& admirabilis.* quæ adiectionis indicia esse possint. Eo autem faciliùs putarim editioni nostræ additam, quòd, ab altera, non verbis tantùm, verùm etiam loco dissederit: sic enim Malmundarienſi codici, 32°, non 31° versu, legitur: *Terribilis Dominus, & magnus vehementer* *, *glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, superualebit & adhuc admirabilis magnificentia eius.* Aduerte insuper, *&* coniunctionem, alio loco positam: quo etiam Græcè legitur. Hæc enim Græcorum librorum est lectio· δοξάζοντες κύριον ὑψώσατε, καθόσον δύνασθε, ὑπεραίρει γὰρ ἔτι. Glorificantes Dominum exaltate, quantum potestis, excedet enim & adhuc. Huic Græcæ sententiæ, duæ, in Latinis Ecclesiasticę editionis libris, respondent, diuersæ verbis, eædem re. Vna, ea est quam initio protulimus: *Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, superualebit adhuc*; Altera, quæ tricesimo tertio versu sequitur: *Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude.* Duæ sunt, quod liquidè patet, eiusdem illius Græcæ sententiæ versiones, quas non est verisimile simul ab Interprete datas. Probabilius est, ex ea editione, ex qua sumtum est illud, *Et admirabilis magnificentia eius*, simul & istud sumtum, cui illud adhæret: *Glorificantes Dominum* ᵃ*quantumcumque*' ᵇ*potueritis' superualebit* ᶜ*adhuc*'. Sunt enim non exigua adiectionis signa. in primis, quòd detractum sit verbum *exaltate*, fortassis, quia proximè expressum fuerat: dein, quòd Rabani textus & Lobiense manuscriptum, prætermittant τὸ *Glorificantes Dominum*. Porrò, alterum *Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis*, * *maior est enim* ᵃ*omni' laude*; habet, quod Græci libri, *exaltate*: & integrè ac similiter ab omnibus legitur. Quare, dubitandum non videtur, quin germana Interpretis nostri sit versio: quamquam & in Malmundariensi codice legatur. *Hîc, in nostris Græcisq. libris, subnectitur*, Et mirabilis potentia ipsius. ᵃin quārum 2 *MS.* ᵇ potueris ᶜ *MS.* 1 *MS.* * & 1 *MS.* ᵃ - 1 *MS.* ᵇin 1 *MS.*

C. 44. v. 3. *Nuntiantes in prophetis dignitatem*, * *Prophetarum.*] Manuscripta duo, O & Malmundariense; cū Rabani textu, omittunt *in Prophetis*: *Nuntiantes dignitatem prophetarum* legunt. Alia manuscripta tria, A, M, & Q, tollunt, non tantùm *in Prophetis*, sed etiam *nuntiantes*: scribuntque quod reliquum est, *In dignitate prophetarum*. Harum lectionum altera, videtur, vulgari, quæ in notationis huius capite collocata est, præferenda: ex Græcis enim docemur satis, alterum superfluere, vel *dignitatem prophetarum*, vel *in Prophetis*: ἀπαγγελκότες, habent codices Græci, ἐν προφητείαις, qui annunciarunt in prophetijs. quod est, qui prophetias, diuina oracula, annunciarunt. Vtra autem præferenda sit, non facilè dixero: prior *Nuntiantes dignitatem prophetarum*, Græco conformior est; posterior, *In dignitate prophetarum*, ab alterius editionis suspicione alienior, cui si subaudias constituti, vel quid simile, id significatur, quod author velle videtur, Prophetico spiritu excellentes. Possit in eundem sensum prior lectio accipi, si, per dignitatem prophetarum, intelligas prophetias, ob quas Prophetæ sunt in honore. 297. * persona- tum & o.

C. 44. v. 11. 12. & 13. *Cum semine eorum* ᵃ*permanent' bona, hæreditas sancta* ᵇ*nepotes' eorum*; *&c.*] Exemplaria manuscripta, in primis con- 298. ᵃperseuerāt *Rab.* ᵇnepotum *Rab.*

iunctionem præfigunt: *Et cum semine eorum.* Dein pro *permanent, perseuerauit* pleraque, *perseuerat* correctiora, scribūt. Adhæc, adiectiuum *sancta*, quotquot vidimus, omittunt, & *bona* cum *hereditas* iungunt. Itaque, ex manuscriptorum fide, legendum est, vt Hugo Cardinalis legit, *Et cum semine ipsorum* ᵛ*perseuerat bona hæreditas*, quæ lectio, Græcorum scripturæ, coniunctione excepta, per omnia conformis est μετὰ τῦ σπέρματ& αὐτῶν διαμένει ἀγαθὴ κληρονομία.

ᵛ permanet. *Lugdunensia Bibl. Lyra.* ᵛ *permanet Gg.*

Quod sequitur, *nepotes eorum*, rursus manuscripta ab impressis ferè antigraphis discrepantia, concorditer gignendi casu legunt *nepotum illorum.* quod, quædam quidem præcedentibus iungunt; maior verò pars, cum Hugone Cardinali, quod verisimilius est, sequentibus, hoc modo: ᵛ *Et nepotum illorum semen in testamento stetit.* Græcè est, ἔκλογα αὐτῶν ἐν ταῖς διαθήκαις *ᵛ ἔστη σπέρμα αὐτῶν, nepotes eorum in testamentis *ᵛ stetit' semen eorum. hanc enim lectionem, Interpres secutus videtur, atque intellexisse iuxta Hebraicam phrasim, cuiusmodi est illud Psalmi, κύριε ἐν ὀργῇ ὁ θεός& αὐτῶ, *Dominus in cælo sedes eius.* Est autem potius *in testamentis* quàm *in testamento* scribendum, quæ Ianseni ij est sententia, quòd, multitudinis numerus, vt in spectatis quibusdam Latinis, ita in omnibus Græcis codicibus, legatur. Quod subiungitur in compluribus excusis libris, *Et filij eorum propter illos*, quædam scripta, eundem ad modum legunt: sed pleraque, *Et filiorum ipsorum propter illos.* prior legendi modus, Græcæ scripturæ sonat· ᵛ καὶ τέκνα αὐτῶν ᵛ δι' αὐτός'. Sequitur, ἕως αἰῶν& ᵛ μένει. quod, si præcedentibus iunxeris, vertendum erit, *Vsque in æternum manent*, quæ ferè eorum codicum est scriptura, qui *& filij eorum* habent: *Et filij eorum ᵛ propter illos' vsque in æternum ᵛ manent'.* Potrò, Græci codices, sequentibus id copulant, ἕως αἰῶν& μένει σπέρμα αὐτῶν, quod est, *Vsque in æternum ᵛ manet' semen eorum.* quæ & Latini exemplaris, Q littera insigniti, atque alterius quod ex Dominicanorum correctione habemus, lectio & distinctio est manifesta. Est & exemplaris P notati, & aliorum aliquot, ac Richelij enarratoris: Verùm illud, P notatum exemplar, hinc sententiam inchoat: *Propter illos vsque in æternum manet semen eorum.* Multi libri distinguūt hunc ad modum: *Et filiorum ipsorum propter illos vsque in æternum manet* (deinceps sequitur ᵛ *Semen' eorum & gloria eorum non derelinquetur*) Atque hæc quia imperfecta sententia est, addiderunt, nonnulli, quod Carensis legit, *semen*; complures, quod Lyranus subaudit, *hæreditas: Et filiorum ipsorum ᵛ hæreditas' propter il. vſ. in æter. manet.* Verùm, iugulanda sunt hæc, locusque alter, id quod nobis videtur, distinguendus· hæc totius loci commodior videtur distinctio, & verior lectio: *Et cum semine ipsorum perseuerat bona hæreditas: & nepotum illorum semen in testamentis ſtetit, & filiorum ipsorum propter illos. Vsque in æternum manet semen eorum: & gloria eorum non derelinquetur.*

ᵛ benedicere *R.*

299. ᵛ o. ᵛ de 1 *MS.*

C. 44. v. 22. *Ideò iureiurando dedit ᵛ illi' (Abrahæ) gloriam ᵛ in' gente sua, crescere illum quasi &c.*] Pro eo quod legunt plerique codices *gloriam*; tres Parisienſium, quatuor Hentenij, ac nouem nostri, cum Rabano & Richelio enarratoribus, *semen* scribunt: *Ideò iureiu. de. illi semen in gente sua.* Quædam ex nostris emendatioribus exemplaribus hanc; quædam illam tuentur lectionem. Lobiense, Malmundariense, E, & O, *semen*; Brugense, Leodiense, L, & P, *gloriam* habēt. Porrò hæc, ab extraneæ editionis admistione, magis putarim aliena. Parisienſes, ex Di. l. Ge. l. & o., correxerunt *semen*; Ianſenius *gloriam* præfert. Græcè legitur: Ideò in iuramento ſtatuit ei, ᵛ benedici' gentes in semine eius.

300. *De Mose est sermo.*

C. 45. v. 5. *Audiuit enim eum & vocem ipsius.*] Rabanus Maurus legit: *Auditam fecit illi vocem suam*, quæ lectio Græco consentit. ἤκουσεν αὐτὸν τῆς φωνῆς αὐτῦ, id est, audire fecit illum vocem suam. Nam ἀκουτίζειν audire facere significat. Ex Latinis nostris codicibus, nullus est, qui ita vt Rabanus legat, præter vnum, quem olim Dominicani, Rabanum sæpe secuti, emendarunt, cuius hoc loco & Ianſenius meminit. Quamobrem, nō facilè existimarim, nostræ editionis lectionem esse, tametſi Dominicani in editionis nostræ textum retulerint. Annotarunt, in Eccleſia aliter dici, propter aliam translationem. Credo, propter aliam translationem, vulgatam nempe, à qua Rabani editio non semel discrepat. id quod, quanquam non facilè pronunciandum duxerim, iam diu obseruasse mihi videor. Scribunt autem ferè exemplaria nostra, vt initiò proposuimus: *Auditi enim eum & vocem ipsius.* cui, si vulgatæ editionis verba seruare nolimus, meritò præferatur Rabani lectio. Porrò, omittunt manuscripta, Hentenij vnum, Parisienſium duo, nostra tria, quæ loco non satis congruere videtur, coniunctionem *enim*, Rabani textui & Græcæ scripturæ conformiter. Missale Romanum, Pij quinti pontificis iussu editum, legit: *Auditi enim vocem ipsius*, omittit *eum &*. similiter, scriptum M. N. Hunnæi, C notatum, nisi quòd *eum* suprà in spacio scribat. Videri hinc possit, editionis nostræ lectionem, ad Græca (& si haud longè abscedat) propiùs accessisse, quàm nunc comperiamus.

Di. l. Ge. l. Malm. M. Q.

In communi Confess. non Pont. epistola pro Abbatissa

301. C. 47. v. 14. *Et propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum.* Ita ferè nostri codices legunt. Vnus R littera insignitus, ex M. N. Hunnæi Bibliotheca, & Rabani Mauri textus, illius loco habent: *Et propter illum requieuit in latitudine*; Salomon, propter Dauid, quibus, quod Ianſenius comperit, duo Tongerlensis monasterij exemplaria consonant, quanquam priorem lectionem in margine addant, vt impressi aliquot libri hanc posteriorem. Quatuor scripta, litteris A, F, M, & Q, notata, vtrumque in textu iungunt, hoc modo: *Et propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum, & ᵛ requieuit' in' latitudine'.* Sunt dubio procul duæ ex Græco versiones. καὶ διʼ αὐτὸν κατέλυσεν ἐν πλατυσμῷ. quod Græcè est, vertere possis, *Et propter illum habitauit in latitudine*; possis etiam, *Et propter illum destruxit in latitudine.* Nam κατοικέω, vtrumque, destruere atque habitare, significat. Porrò huius ad verbum versionis *Et propter illum destruxit in latitudine*, sensus redditus est, *Et propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum.* Non igitur in nostræ editionis textum referenda est vtraque lectio, vt in quatuor illis scriptis factum est, nisi translationes duæ cōmiscendæ sint. Vtra autem, vt editionis nostræ germana versio, ample ctenda retinendaq. sit, patet non obscurè. Plerique enim libri hanc solam habent *Et propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum*; nec vulgares tantùm, verùm etiam antiquitate atque integritate præstantissimi; quinetiam, à Dominicanis castigatum exemplar, & Glossematici, Lyranus, Carensis, ac Richelius. Videntur & Dominicani, cùm ex hoc, tum ex aliis quibusdam locis, sensisse, Rabani textum, à nostra editione, discrepare quandoque, nisi fortè, non ita vt nos, apud Rabanum legerint.

ᵛ requiem o. ᵛ latitudine o

302. ᵛ o.

C. 47. v. 15. & 16. *Quemadmodum ᵛ eruditus es!' in iuuentute sua.* Partem hanc, quidam codices, cum Lyrano & Richelio enarratoribus, præcedentibus nectunt: *Et pararet sanctitatem in sempiternum, quemadmodum eruditus est in iuuentute sua.* Quidam, decem ex scriptis nostris, hinc inchoant nouam sententiam, qua admiretur Siracides datam Salomoni sapientiam: *Quemadmodum eruditus es! in iuuentute sua, & impletus est quaſi flumen sapientia!* id quod Ianſenio placet. Græca Regiæ editionis lectio vtrumque, vt Latina illa, admittit· ὡς ἐσοφίσθη ἐν νεότητί αὐτῦ, id est, Sicut instructus fuit, vel, Quia sapiens fuit, in iuuentute sua; & Quàm sapiens factus est in iuuentute sua! Porrò Aldinæ & Germanicarum editionum scriptura, iis quæ præcedunt copulari non potest. apostrophe est ad ipsum Salomonem ὡς ἐσοφίσθης ἐν νεότητί σου Quàm sapiens in iuuentute tua factus es! Sequitur, καὶ ᵛ ἐνεπλήσθης' ὡς ποταμὸς συνέσεως Et repletus ᵛ es' instar fluminis intelligentia? quod etiam, vt Græca Regis editio, & Latini ferè libri, tertia persona legunt: *Et impletus est quaſi 'flumen' *ᵛ sapientia'?* Cæterùm, duo ex decem illis Latinis qui nouam à *quemadmodum* exordiuntur sententiam, vnus Lobiensis Abbatiæ anno Domini 1084. scriptus, alter Magistri nostri Hunnæi, L. signatus, vt Græca Aldi & Germanorum antigrapha, secunda persona legūt: *Quemadmodum eruditus es in iuuentute tua, & impletus es quaſi flumen sapientia*: quem legendi modum Ianſenius præfert. habet certè maiorem gratiam hîc incepta ad Salomonem apostrophe, quæ subsequentibus verbis continuatur: sed eam Interpretis esse scripturam, non ausim asseuerare.

ᵛ ὡσὰ *R.* * omnem *R.*

Quod sequitur proximè, Græci omnes libri, vt Salomonem alloquentis sermonē concorditer scribunt· γῆν ἐπεκάλυψεν ἡ ψυχή σου* Terram operuit anima tua*. quibus Latini multi, Parisienſium duo, Hentenij tres, nostri decem (his, L. & Lobienſis sunt annumerati) consentiunt (*Et terram*, scribunt, *retexit anima tua*) sed non omnes. Maior enim pars, cum glossematicis, Lyrano, Carensi, & Richelio, habet: *Et terram ᵛ retexit' anima sua.* Porrò quod proximum est, & quæ sequuntur deinceps, tam Latini codices, quàm Græci, vt ipsi Salomoni dicta, vnanimiter legunt. habet quidem (id quod proximum est) Græca Regis editio, ex Complutensi, καὶ ἐνέπλησε & repleuit, pro eo quod aliæ, cum Latinis exemplaribus, καὶ ἀνέπλησας & repleſti: Verùm id, eodem sensu, ad id quod præcessit, ἡ ψυχή σου *anima tua*, referri debet.

ᵛ respexit o.

303. ᵛ cuius o. *nomen o. ᵛ Dei *Malm.* in o. ᵛ o. ᵛ *Lob.* ᵛ Q.

C. 47. v. 19. *Et in nomine Domini Dei ᵛ cui' est cognomen *ᵛ Deus' Israël.* hanc partem, multi codices atque enarratores præcedentibus iungunt, vt subaudiatur *miratæ sunt terræ*, vel, quod Carensi placet, *dilectus es.* Quidam, ijs quæ sequuntur copulant, ita vt sit nouæ sententiæ initium: *Et in nomine Domini ᵛ Dei' cui ᵛ est' cognomen Deus Israël, collegisti quaſi aurichalcum aurum &c.* sic Rabani textus manifestè, & exemplaria, Lobiense, atque id quod Q littera insignitum est. Vtrumque distinguendi modum, vt Latina, Græca lectio patitur: priorem porrò, exactissimus Ianſenius probat. Obiter hîc annotandum est, multis, atque emendatioribus ferè manuscriptis, legi, *Et in nomine Domini, cui*; omitti *Dei*, tametsi Græcè addatur· ἐν ὀνόματι κυρίυ τῦ θεῦ τῦ ὀπικεκλημένυ θεὸς ἰσραήλ scribunt Aldina & Germanica Biblia, nostræ versioni proxima. Regia paulò aliter, ἐν ὀνό. κυρίυ τῦ θεῦ πάσης τῆς γῆς, τῦ ὀπικαλεσαμένυ σε θεὸς ἰσραήλ.

304. ᵛ terris o. * tuis o. ᵛ κατάνυξιν *Gg.* ᵛ εὐφροσύνη *Gg.* ᵛ compunctus fui *Gg.* ᵛ lætitia *Gg.*

C. 47. v. 22. *Et in ᵛ cæteris' *ſtultitiam tuam.* Ita ferè Latini codices atque enarratores legunt. Atqui, longè aliter Græci· καὶ ᵛ κατανυγῆναι δὲ τῇ ᵛ εὐφροσύνῃ' σου, Et ᵛ *compungi' in 'ſtultitia' tua.* Quamobrem, videtur deprauatus nobis locus: nihil enim simile est τῷ *in cæteris* cum verbo κατανυγῆναι. Episcopus Ianſenius, diligens veræ lectionis inuestigator, vnum reperit codicem, Magistri nostri Augustini Hunnæi B. notatum, qui habet: *Et in cæteris incitari ſtultitiam tuam*, ex quo legendum colligit: *Et incitari ſtultitiam tuam*; quòd, bene conueniat Græco verbo

ᵛ ὡσὰ *R.* ᵛ est *R.* ᵛ flumine o. ᵛ aquis *MS. Subaudiendum id est, non addendum.* ᵛ iustitia o. ᵛ sapientiæ *Quental.*

verbo κατανυγῆναι incitari. Existimat, *incitari*, à non intelligentibus in *in cæteris* fuisse mutatum (*Inducerè iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris ſtultitiam tuam*) ac postea lectionem vtramque hoc in libro coniunctam. Quam eius coniecturam, verisimiliorem reddit Lobiense manuscriptum, quod *Et in citharis ſtultitiam tuam* scribit (*in citharis*, quod certum est corruptelam esse, affine est admodum verbo *incitari*) certam verò facit, Malmundariense exemplar, quod dissertè *Et incitari ſtultitiam tuam* legit, neque aliud addit.

305. ᵛ 1 *MS.* ᵛ 2 *MS.* ᵛ *Rabani textus.* ᵛ *Iuniae o.*

C. 48. v. 10. *Qui inſcriptus ᵛ es' ᵛ in' iudicijs temporum' ᵛ lenire' iracundiam Domini.*] Quinq. exemplaria nostra, Rabani textu suffragante, legunt *ſcriptus*, pro *inſcriptus*; F, O, R, Malmūdariense, & Plantini medium: Sed pleraque, cum emendatissimis nostræq. editionis studiosissimis, Brugensi, Leodiensi, P, Lobiensi, L, & Q, *inſcriptus* seruant. Ianſenius *ſcriptus* præfert, quod Græcanicæ voci καταγεγραμμένος; quæ est, cōscriptus, vel descriptus, magis cōueniat. atqui, parum hinc *inſcriptus* discreper. Eadem illa quinque exemplaria, quæ *ſcriptus* legunt, *iudicijs*, cum aliis multis, habent, adstipulantibus Glossematicis, Lyrano & Carensi. Cæterùm, his rursus Brug. Leod. P. Lob. L. & Q. aduersantia, *iudicijs* retinent, id quod Doctor Hentenius, Parisiensium suosque secutus veteres codices, in textum retulit. Ianſenius *iudicijs* probat, quòd id Græca dictio ἐλεγμοῖς requirat magis, quam septimo versu superiori ita Interpres transtulit. Significat ἐλεγχειν, corripere, reprehendere, redarguere. quæ, quia ad iudicium spectant, transtulit Interpres versu 7, ἐλεγμὸν iudicium, *Qui audis in Sina iudicium*: verùm denotat ἐλέγχειν & conuincere, probare, ostendere. quare, hoc loco, ἐλεγμὸν pro ostensione potuit accepisse, atque iudicium vertisse, hoc sensu: Qui propheticis in libris scriptus es, Domini iracundiam, in nouissimorum temporum ostensione, leniturus; vel, Qui adscriptus, qui destinatus es, ad leniendum, cùm manifestabuntur nouissimi temporis signa, iracundiam Domini. De Elia est sermo.

Di. l. Ge. l.

306. ᵛ Iosue o. ᵛ completionem odoriferam 1 *MS.* ᵛ pigmentarij o.

C. 49. v. 1. *Memoria ᵛ Iosiæ' in ᵛ compositione odoris facta' opus ᵛ pigmentarij'.*] Multi codices addunt subſtantiuū verbum *est* (*facta est*) quod, Græco conformiter, emendatissimi quiq. tollunt. Solùm namq., aut *facta* legunt, vt, Leodiensis, Malmūdariensis, E, Q, Plantini medius, atque is qui à Dominicanis est castigatus; aut *factum*, vt Brugensis, atq. A; aut *factum*, vt L, O, & P, aut deniq. *facti*, vt Lobiensis, & Rabani textus. his enim modis, hanc vnam vocem, correctiores libri, variant, quorum quæ germana sit scriptura, dictu difficile est. *facta*, qui primus est modus, isq. celebertimus, respicit, vel ablatiuū *compoſitione*, vel nominatiuum *memoria, factam*, aut ad memoriam referendum est (sic enim, *memoriam* 4° casu, quinq. exemplaria, Malmundariense, A, B, M, & O, scribunt) aut ad *compoſitionem*, quomodo habent, O, Rabani textus, & Græca. *Factum*, cum *opus* iungendum est; *facti* cum *odoris. facti* Græcè legendum, conijcit Pagninus. μνημόσυνον ἰωσὶᾳ εἰς σύνθεσιν θυμιάματος ἐσκευασμένῃ ἔργῳ μυρέψυ, Memoria Iosiæ in compositionem odoramenti confecti opere vnguentarij: cui coniecturæ suffragari possit Latina versio, Græcæ Basileensium editioni *adiuncta, non heri illa nata. *Fabricati*, habet, *opere vnguentarij*. Græca Complutensis editio legit ἐσκευασμένῳ confecto, id quod ad ἔργῳ respicit, vt Latinè *factum* ad *opus*. Aldi & Germanorum editiones, habent ἐσκευασμένον (nam corruptè scriptum arbitror ὀπεσκευασμένον) id quod ad μνημόσυνον refertur. verti autem potest, & nominandi casu *memoria facta*, subaudito *est*; & accusandi *memoriam factam*, subintellecto verbo *celebremus*. Porrò, quocunque modo legendum sit, id est quod Author vult significare, Iosiæ regis memoriam, similem esse mixturæ odoramentorum, vnguentarij artificio confectæ, hoc est, suauissimum gratissimumque posteris spirare odorem.

Anni 1550.

307. C. 49. v. 7. *Dederunt enim regnum suum alijs.*] Cardinalis Bessarionis scriptus codex, quem ex maiori Louaniensium Theologorum collegio, in quo adseruatur, commodarò accepimus, omittit coniunctionem *enim*: *Dederunt reg. ſu. alijs.* cui Græca Hispanorum editio suffragatur· ἔδωκε τὸ κέρας αὐτῶν ἑτέροις, Dedit cornu eorum aliis. Porrò, cætera quibus vtimur Latina exemplaria, constanter addunt, adstipulantibus Græcis Venetorum & Germanorum Biblijs, quæ, eo sunt editioni nostræ propinquiora, quòd ἔδωκαν *dederunt* ἔδωκαν γὰρ τὸ κέ. αὐ. ἑτέροις, Dederunt enim cornu suum alijs. D. Ianſenius tollendam iudicat, quòd non aptè præcedentia probet: atqui, non necesse est probandi vim habeat, sæpe Græcis abundat. possit tamen, in Græcis præsertim libris, id probare quod antecedit, *Reges Iuda defecerunt.*

308. C. 49. v. 11. *Benefacere illis qui ostenderunt rectas vias.*] Sex manuscripta, Malmundariense, Q, H, A, M, R, cum Rabano enarratore, præfigunt copulatiuam *Et: Et benefacere il. q. ost. rec. vias.* quam addendam Ianſenius censet, vt Græcis additur· καὶ ᵛ ἐλαβῶσαι τὸν ἐυδύνοντας ὁδός, Et ᵛ benefacere' (subaudi ex præcedentibus, ἐμνήσθη *commemoratus est*, seu, *meminit*) rectas facientibus, vel, corrigentibus vias. Verumenimuerò, notatum nobis est, Græco Vaticanæ Bibliothecæ antigrapho, deesse &: quod certè, & Latinis pleriſque, ac quidem editionis nostræ syncerissimis exemplaribus, suffragantibus Carensi & Richelio tractatoribus, deest. Subaudiri, si non legatur, potest.

ᵛ ἐδιόδωσαν *R. Basileens.* ᵛ direxit *R. Basiens.*

C. 51. v. 25. *Manus meas extendi in altum, & in ſapientia eius ᵛ luxit' anima mea, & ignorantias meas illuminauit.* hæc vulgarium codicum ferè est lectio, cuius posterioris partem *Et ignorantias meas illuminauit*, præstantiorum plerique iugulant, non agnoscunt· Brugensis, Malmundariensis, P. (quanquam in margine is legat) O, E, Plantini medius, cum alijs aliquot, A, M, Atrebatensis Collegij sericato. In exemplari V signato, notatur superfluere. Franci Dominicani legendam non esse indicant: quibus planè assentior. Est enim eiusdem Græcæ pericopes altera versio, nostræ adiecta· καὶ τὰ ἀγνοήματα αὐτῦς ἐπενόησα, quod est ad verbum, *Et ignorantias eius* (animę meæ) *animaduerti*, versum est secundum sensum, *Et ignorantias meas illuminauit*; id est, agnoscere me fecit, sapientia. Porrò, id noster Interpres transtulit, *Et in ſapientia eius luxit anima mea*; verùm, sublatis mendis. erronea enim est, hæc plerorumque scriptura. Duo manuscripta, Q, & A, legunt, *Et inſipientiam eius luxit anima mea*; duo, P; & M: *Et inſipientia eius luxit anima mea*; duo tertiò, Brugense & O: *Et in inſipientia eius luxit anima mea*; duo posterò, Lobiense & L: *Et inſipientiam eius luxi.* L tamen, ante *inſipientiam*, addit *in* præpositionem. Harum lectionum posterior, Græcæ scripturæ conuenit maximè. primùm, quòd habeat prima persona *luxi*, vt est Græcè eadem persona, vel ἐπενόησα (sic enim in correctioribus libris scribitur, pro eo quod in quibusdam est, ἀπενόησα) animaduerti seu intellexi, vel (quod est in Vaticanō codice) ἐφάνησα luxi seu desteui. tum, quòd, non *anima mea* habeat, sed tantùm sequentibus coniunctum *animam meam*: *Et inſipientiam eius luxi. Animam meam direxi ad illam.* sic enim & Græcè legitur· καὶ τὰ ἀγνοήματα αὐτῆς ἐπένόησα. τὴν ψυχήν μι κατεύθυνα εἰς αὐτήν. Cæterùm, magis illis fido codicibus, qui legunt: *Et in inſipientia eius luxit anima mea.* Nam & sunt hoc in loco alijs pleriſque conformiores. Videtur ex hac lectione, primùm, errore omissum alterum *in*, *Et inſipientia eius luxit anima mea*: dein, à nonnullis quidem, mutatum *in-ſipientia* in *inſipientiam*, *Et inſipientiam eius luxit anima mea*; à pleriſque verò, vox vna *inſipientia*, in duas distracta, *Et in ſapientia eius luxit anima mea.* Cùm enim arbitrarentur, pronomen *eius*, ad sapientiam, aut Deum, refricere: iudicabant, inſipientiam haud conuenire. Accessit, quòd *luxit* à lucere præteritum esse existimarent, quomodo interpretantur Lyranus & Richelius. Atqui, à *lugeo* deductum est *luxit*; quemadmodum Hugo Cardinalis exponit: & ad animam referendum est pronomen *eius*, positum pro reciproco: Et in inſipientia sua luxit anima mea. Porrò, *animam meam*, quod, ante *direxi* ferè legitur: *Animam meam direxi ad illam*; manuscripta, quorum, eam quæ nobis probatur, esse diximus lectionem, omittunt. quibus P. suffragatur. Verisimile est, ex ea versione sumtum, ex qua, *Et ignorantias meas illuminauit*: sed, quia magis requiri visum fuerit, constantiùs retentum. Hæc igitur, salua sententia meliori, genuina vulgatæ editionis videtur scriptura: *Manus meas extendi in altum, & in inſipientia eius luxit anima mea. Direxi ad illam.* Itaque, Interpres, Græcè, hoc modo habuerit, καὶ τὰ ἀγνοήματα αὐτῆς ἐφάνησεν ἡ ψυχή μι. κατεύθυνα εἰς αὐτήν.

309. ᵛ eluxit o.

Leodiensis codex, posteriorē capitis partem, à 11. versu, haud agnoscit.

Lyranus annotare videtur, anima mea & ignorantias meas illuminauit, non esse in libris correctis.

NOTATIONES IN ISAIÆ PROPHETIAM.

310. C. 1. v. 11. *Plenus sum. holocaustа arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui.*] Ita plerique codices legunt: porrò, Parisiensium duo*, Hentenij duo, nostrq. vnus*, cum textu Hieronymi Commentariis adiuncto, habent: *Plenus sum holocausto arietum & adipe pinguium, & sanguinem vit. & ag. & hirc. nolui.* Alter ex nostris, E littera insignitus, scribit: *Pl. sum holocaustis ar., & adipem ping, & sanguinem vit. & ag. & hirc. nolui.* Alius M. notatus: *Pl. sum holocausto ar. & adipe ping. & sanguine vit. & ag. & hircorum nolui.* Quatuor his modis, vt Latinè legitur; sic verti ex Hebræo potest: quarto modo Chaldæus paraphrastes transtulit: tertio Græci sunt interpretati: secundo Latinorum neotericorum nonnulli, Hebræorum distinctionem secuti, reddiderunt: primo alij Latinorum neotericorum conuertere, &, quod opinor, vetus noster Interpres. Neq. enim plerique tantùm codices, verùm etiam castigatissimi ferè quique, ad eum scribunt modum. quibus adstipulantur tractatores, Richelius, Carensis, Lyranus, Thomas, Haymo, atque adeò, quem nostræ versionis authorem crediderim, Hieronymus. Etsi enim textus commentario adiunctus, sicut antè notauimus, legat: contmentarius tamen, τὸ *plenus sum*, vt per se positum, exponit, nulla re indigeo.

* *Ge. p. 6.* * *Trit.*

Holocaüst. *Hebraïs, Græcis & Chaldæis, multitudinis numero legitur. Pagninus. Forerius.*

311. C. 1. v. 12. *Cùm veniretis ante conſpectum meum.*] Quædam exemplaria, Parisiensium duo*, Hentenij tria, nostra nouem, *veneritis* pro *veniretis* legunt. Hebræa vtramque lectionem patiuntur (quanquam sit ad verbum, cùm venietis) cæterùm, vt pleraque, ita & integriora nostra*, vulgatæ editionis manuscripta, cum Haymone enarratore, *veneritis* probant. Hieronymi commentariis iunctus textus *veneritis* legit,

* *Vet. Ge. p. Compl.*

Brug. Leod. Lib. P, O, L.

legit, nec tit què partem istam ijs quæ præcedunt: *Nolui, cùm veneritis ante conſpectum meum*; cui distinctioni melius *veniretis* conueniat. indicat tamen sito scribendi modo alteram distinctionem, eam, quæ sequentibus hanc partem copulat, ita vt sit duodecimi versus initium, quæ celebrior est.

312. *ait 1 MS.

C. 5. v. 9. *In auribus meis sunt hæc, 'dicit' Dominus exercituum.*] Hebraicè non est verbū *dicit*; tantùm בְּאָזְנַי יְהוָה צְבָאוֹת In auribus meis Adonai Sabaoth. Quidam subaudiunt *dicit*: sic enim Pagninus vertit, In auribus meis sunt, dicit Dominus exercituum. Porrò Hieronymus transtulit, *In auribus meis sunt hæc Domini exercituum*. Pro eo, inquit, quod nos iuxtà Hebraicum vertimus, *In auribus meis sunt hæc Domini exercituum*, id est, verba quæ locutus est Dominus adhuc resonant in auribus meis: LXX transtulerunt ἠκούσθη ἐν τοῖς τοῦ κυρίου σαβαὼθ τάδε, id est, Audita sunt hæc in auribus Domini Sabaoth. Non quòd Propheta verba Domini audierit, sed in auribus Domini audita sint, quæ propheta dicturus est: cùm consequentius sit intelligere, audisse prophetam quæ Dominus sit locutus. Dominus autem locutus est, quòd, post captiuitatem, domus magnæ atque pulcherrimæ, desertæ futuræ sint, non habentes habitationem. Hæc Hieronymus, quibus, suam ipse indicat, explanat, probatque, interpretationem. Hoc autem quo Hieronymus interpretatus est, modo, *In auribus meis sunt hæc Domini exercituum*', legunt antiqui Epanorthotæ codices. Habent similiter antiqui & probati nostri, Brugensis, Leodiensis, Lobiensis, P, O, L, cum aliis octo. quibus volunt expositores, Haymo Halberstattensis, & Hugo Carensis. Parisienses, ex suis veteribus exemplaribus Di. o. l. Ge. o. l. v. p. hunc ad modum correxerunt. Ante hos, eundem ad modum Dominicani in Francia castigarunt. Quare dubium esse non potest, quin vera ea sit nostræ editionis lectio.

– *Hieronymus non transiert.*

Posset, de Iudæorum quæ præcedunt iniquis studijs intelligi, τῷ traiectatio, quo modo Cyrillus intelligit.

* Domini exercituum *Hæc sunt Tl. m.*

313. – 10 *MS. G.* * eo *MS.* *implebant *MS. antiquior. Hieron.*

C. 6. v. 1. *Et plena 'erat' domus à maiestate eius, & ea quæ sub 'ipso' erant 'replebant' templum.*] Priorem partem, *Et plena erat domus à maiestate eius*, spectatiora exemplaria, Hieronymi & Haymonis commentariis suffragantibus, auferunt decem nostra, quinque Parisiensium, correcta Lyrani, antiqua Dominicanorum. Lugdunenses & complures alij quibusdam haud legi notant. Nec mirum: est enim altera ex Hebræo interpretatio, nostræ adiecta. Quod est Hebraicè וְשׁוּלָיו מְמַלְּאִים אֶת־הַהֵיכָל, Hieronymus quidem Interpres noster, Theodotionі & Symmacho similiter, transtulit, *Et ea quæ sub eo erant implebant templum*; LXX verò interpretati sunt, καὶ πλήρης ὁ οἶκος ἦν δόξης αὐτοῦ, & plena domus gloria, seu maiestate, eius. Meritò igitur prætermittendam Dominicani atque Epanorthotes docent: rectèque Hentenius textu expulit. Neque enim commiscendæ sunt variæ interpretationes. Quidam codices, eorum qui vtramque lectionem iungunt, legunt, *& plena erat terra*, seu, *omnis terra maiestate eius*, id quod acceptum crediderim, ex Responsorio, quod Ecclesia primum canit, in officio matutino Dominicæ primæ Nouembris, & solennitatis omnibus Sanctis sacræ. Ionathæ Chaldei paraphrasis, persimilis est septuagintа duorum versioni, וּמִזִּיו יְקָרֵהּ אִתְמְלִי הֵיכְלָא & de splendore gloriæ eius replebatur templum. Alij pleriq. reddunt: Et fimbriæ eius, vel, inferiores vestis partes, replebant templum.

314. C. 7. v. 14. *Et vocabitur nomen eius Emmanuel.*] Sic plerique codices legunt. Tres Parisiensium, sex Hentenij, & tres nostri, scribunt *vocabitis*. Rursus, septem Hentenij, & quatuor nostri, habent *vocabis*. Hebraicè est קְרָאת, quod, si legas, vt in punctatis ferè est libris, קָרֵאת est, vel vocabis (nam præcedens coniunctio præteritum conuertit in futurum) feminino genere, vel, accepto ת loco ה, vocabit, eodem genere. Si מְרָאת legas, quod scribunt quidam in emendatioribus Hebræorum libris legi, est *vocabis* masculino genere. *Vocabis* igitur, inter illas Latinorum codicum lectiones, Hebræo conformior est. Hieronymus, post Interpretes LXXII, & Aquilam, Symmachum, ac Theodotionem, *vocabis* reddidit. Quodque sequitur; habet in commentariis, *Et vocabis nomen eius Emmanuel*, & LXX & tres reliqui similiter transtulerunt: pro quo in Matthæo scriptum est, *vocabunt*, quod in Hebræo non habetur. Ergo, iste puer, qui nascetur ex virgine, ô domus Dauid, nunc à te appelletur Emmanuel, id est, nobiscum Deus, quia rebus ipsis probabis, à duobus inimicis regibus liberata, Deum te habere præsentem: & qui postea vocabitur Iesus, id est, Saluator, eò quòd hominum vniuersum genus saluaturus sit, nunc à te Emanuelis appelletur vocabulo: Verbum קרא, quod omnes interpretati sunt *vocabis*, potest intelligi & *vocabit*, quòd ipsa scilicet virgo, quæ concipiet & pariet, hoc Christum appellatura sit nomine. In multis testimonijs, quæ Euangelistæ, vel Apostoli, de libris veteribus assumserunt, curiosiùs attendendum est, non eos verborum ordinem secutos esse, sed sensum. Vnde & in præsenti loco, pro *concipiet in vtero*, Matthæus posuit *in vtero habebit*; & pro *vocabis*, *vocabunt*. hæc Hieronymus, cuius hodie encomijs Catholicorum per orbem sacræ ædes resonant. Hieronymus vt vertit, sic, ex præstantissimis nostris manuscriptis exemplaribus, Brugense, Lobiense, & O, legunt: quibus antiqua Epanorthotæ, & antiqua Dominicanorum, consonant. Itaque, genuina est procul dubio nostræ editionis scriptura, *Et vocabis nomen eius Emmanuel*; non *vocabitis*; non *vocabitur*; nec, quod Carensis legit, *vocabit*. Verisimile est, quia dicit Hieronymus, vocabit ex Hebræo intelligi posse, fuisse id in aliquorum primùm librorum marginibus annotatum, ac tandem in aliquorum textum relatum. Cætero-qui, ego nullis in libris inueni, nisi in impressis duobus, quorum vnum Parisiensis typographus, alterum Clarius, suo sæpe pro arbitrio, emendarunt. Notant quoque Dominicani, & Interlinearis glossa, Aliàs *vocabit*: verùm, an ex Latinis exemplaribus, an ex ambiguo Hebræo, addubito: attamen, certum est, non esse versionis vulgatæ. Porrò, Hebræorum doctores, Pagnino teste, Abraham, Dauid, & Selomoh, *vocabit* intelligunt: subaudiuntque *puella* (id enim, qua sunt impietate, malunt intelligere, quàm virgo) vel spiritus sanctus. Nam & spiritus sancti nomen Hebræis est femininum. Posset fidelium congregatio subaudiri, in quem fortè sensum Euangelista accepit. Chaldæus paraphrastes transtulit תִּתְקְרֵי, quod quidem *vocabit* redditur, sed anceps est, ad tertiam femininā & secundam masculinā personam.

Santes' Pagninus paraphrastice transtulit: Et vocabis tu mater eius nomen eius Himmanuel

In thesauro linguæ sanctæ.

315. * Et o.

C. 9. v. 14. * *Incuruantem & refrenantem.*] Non pauci codices *deprauantem* legunt, pro *refrenantem*, quibus D. Hieronymi commentarius adstipulatur: cæterùm, vetustissimi atque emendatissimi quique, *refrenantem* habent, nec nostri tantùm, verùm & Parisiensium atque Epanorthotæ. Duo, E. & Pl. m., vtrumque connectunt: *Incuruantem & deprauantem & refrenantem*. Notat Epanorthotes, quosdam, pro *refrenantem, deprauantem* posuisse, propter Hieronymi retractationem; sicut infrà, 19. capitis versu 17, in *pauorem* pro in *festinantem*. Hieronymus, hoc caput enarrans, non meminit huius *refrenantem*: solummodo legit atque exponit *deprauantem*. Cæterùm, in 19. scribens caput, vbi id ipsum legitur decimo quinto versu, annotat hunc in modum: In eo quoque quod nos transtulimus *Incuruantem & refrenantem*, possumus dicere Incuruum & lasciuientem; vt intelligamus, senem & puerum. Nos autem, verbum Hebraicum אֲגַמּוֹן, dum celeriter quæ scripta sunt vertimus, ambiguitate decepti, 'refrenantem' diximus, quod significantius Aquila transtulit σκολιόστρεπτα, id est, qui nihil rectè agit, sed omne peruersum, vt puerum significaret. Videtur igitur, in commentarijs 9. capitis, quod ibi similiter verterat, *refrenantem*, latenter correxisse, aut mutauisse in *deprauantem*. Veruntamen, quod diximus, optimi quique libri, *refrenantem* seruatunt; ac decimonono capite, non optimi tantùm, sed etiam plerique omnes. nullum ibi nos inuenimus librum, qui legat aliter; tantùm, ab Epanorthote notatum. Propter quod quidam ponunt ibi *incuruantem & deprauantem*. similiter & suprà 9. Eodem 19. capite, quod reddiderat Hieronymus *in festinantem*, correxit dum commentaria scriberet *in pauorem*: & multi quidem codices ita legunt, sed antiquiores & castigatiores *in festinantem* retinuerunt. Postea igitur, dum in Hieronymi commentarijs lecta hæc atque obseruata fuere, facta mutatio est, *refrenantem* in *deprauantem*, *festinantem* in *pauorem*: quam si sequi voluerimus, quæ à se versa editionis nostræ author castiganda duxit, immutabimus. כְּפֶה וְאַגְמוֹן, quod est Hebraicè pro *incuruantem & deprauantem*, plerique hodie, quoad verba ipsa, reddunt, ramum & iuncum. Chaldæus interpretatus est שַׁלְשׁוֹן וְאִשְׁרוֹן dominatorem & principem; LXX, nono quidem capite, μέγαν καὶ μακρόν magnum & paruum; 19. verò ἀρχὴν καὶ τέλος principium & finem. quos posteriori loco Symmachus est secutus, teste Hieronymo in 7. commentariorum libro. Pro principio, ait, & fine, quod Symmachus & LXX. transtulerunt (ἀρχὴν καὶ τέλος) Theodotio more suo ipsa verba Hebraica posuit כֻּפָּה וְאַגְמוֹן, quod Aquila interpretatus est incuruum atque peruersum.

Libr. C. 7.

316. * illo o. * quæ o. * Lambrus. o.

C. 17. v. 11. *In die* * *plantationis 'tuæ labrusca.*] Quædam exemplaria *labrusca*, quę dā *labruscas* legunt. Hebraicè est תִּשְׁנְשֵׁנִי, id quod verbum esse Hebræi docent. LXX. interpretes πλανηθήσῃ errabis transtulere; Neoterici crescens, vel crescere facies. nam שנה si punctū dextro cornu litteræ ש insideat, errare, ignorare; si sinistro, crescere, multiplicare, significat: est autem illud, verbum à שנה duplicatum. Nonnulli itaq. existimant, corruptam esse nostræ editionis lectionem, ac pro *labrusca* aliud quid legendum. Franciscus Raphelengius legendum conijciebat *labasces*; certè dexterè: id enim, vt voci *labruscas*, ita significationi dictionis שְׁנָה, perquam propinquum est, multumque cum 72. interpretatione conueniat. Atqui, dum Hieronymi commentarium lego, tum quinto, tum septimo libro, non aliud queo colligere, quàm labruscam ab eo transtatam. Suspicatus primùm fui, dum taxat explicationis ergò labruscæ eum feciſſe mentionem: sed non id ausim asserere. fortè igitur sensum volens, non verbum ipsum, reddere, Labruscam vertit. nam si, cum 72, verbum ipsum *errabis* transtulisset, sensus fuisset, Vitis tua optima in labruscam degenerabit; labruscam non vuam quam expectaueras vindemiabis. Porrò, si labruscæ nomen transtulerit, ambiguum, ob emendationum librorum varietatem, est, primóne singularis numeri casu *labrusca*, an quarto pluralis *labruscas* dixerit. Epanorthotes, antiquis suis vulgatæ editionis codicibus *labruscas* attribuit. quibus, ex integrioribus nostris

L. 5. commentariorum.

* referentem o.

nostris, Brugensis D. Donatiani, & O Hunnæi, consentiunt: sed plures, cum D. Hieronymi textu, & Haymone atque Hugone, *labrusca* scribunt. Cæterùm, sensus idem est, vtrouis legas modo: si *labrusca*, subaudi nascetur; si *labruscas*, supple plantabis.

317. *ortus o. *Ann 1479*

C. 18. v. 5. *Ante messem enim 'totus' efflоruit.*] Bibliorum editiones Moguntinensis & Colonien sis*, futuro tempore *efflorebit* legunt: cæteri autem nostri libri, & impressi & scripti, *efflоruit* retinent. quibus Hebræa suffragantur: nam פָּרַח, si, vt verbum accipias, præteritum est, non futurum.

Quod sequitur, *Et immatura perfectio germinabit*; non pauci codices, præterito tempore *germinauit* scribunt, ita vt ei quod præcedit tempore respondeat. Verùm, emendatiores, Brugensis, Leodiensis, Lobiensis, O, P, L, & antiqui Epanorthotæ, *germinabit* habent. id quod Hebræo consonat: יוֹתִיר נֵצָר erit erumpens. Quomodo nostra huius loci versio, Hebraicæ scripturæ conueniat, ostendit Franciscus Forerius.

318. * 25 *MS. H, G, C.* 'conculcantem o. * Di. o. l. *Gi. o. l.* * *Brug. Leod. O, P, L, &c.* * &c.

C. 18. v. 2. *Ad' gentem exspectantem & 'conculcatam.*] manuscripta Parisiensium quatuor*, Hentenij quatuor, nostra octo*, repetunt *exspectantem*: *Gentem exspectantem* * *exspectantem & conculcatam*. qua in re eis Hieronymi & Haymonis commentaria adstipulantur. Adstipulantur & Hebraica: iterum enim eandem vocem legunt (גּוֹי קַו־קַו וּמְבוּסָה) quam plerique quidem hodie lineam, noster verò Interpres *exspectantem* reddidit, quòd קָוָה, à quo deriuatur, sperare, exspectare significet. LXX. transtulerunt ἔθνος ἀνέλπιστον καὶ κατατεταπεινωμένον gentem sine spe (desperatam) & conculcatam. videntur intellexisse, Sperantem, speraritem, nec consequentem; multùm diuque exspectantem, nec accipientem.

Richelius vtrumq. & legit & exponit: vni codici, in impetu, cum de radice, mutatum fuit.

319. 'conculcante o.

Versu 7, quo eadem penè leguntur quæ secundo, plura exemplaria repetunt *exspectante: A gente exspectante, exspectante, & 'conculcata'* & quidem eadem omnia nostra quæ priori loco *exspectantem* repetunt, vno P. excepto. Suffragantur hîc similiter, Hebræa, Haymo, & Hieronymus. Septuaginta, inquit Hieronymus, pro eo quod nos diximus *exspectante exspectante*, & in Hebraico scriptum est קו קו sperante sperante, è contrario interpretati sunt ἀνέλπιστον, id est, non sperantem. Nostri hodie Græci libri, Græco authore Cyrillo adstipulante, priori solum loco ἀνέλπιστον legunt: posteriori, ἐλπίζον sperans, idque semel dumtaxat, scribunt. Porrò, nobis iterandum esse participium *exspectans*, & posteriori, & priori loco, existimo ea quæ attuli comprobare: atque id censuit Adamus Sasbout, olimque in Francia Dominicani iudicarunt.

320. *Libr. Leod. Lib. O, P, L.*

C. 20. v. 4. *Sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Ægypti, & transmigrationem Æthiopiæ, iuuenem & senem, nudam & discalceatam.*] Perperam scripserunt quidam *Babyloniæ* pro *Æthiopiæ*. Porrò, quod sequitur, rectius id nonnulli *iuuenum & senum* scripsere, quàm, vt plerique, *iuuenem & senem*. Primùm enim, sunt concorditer, Hebręis, Græcis, & Chaldæis, pluralis numeri nomina. Tum, veriora Latinorum exemplaria, *iuuenum & senum* legunt, pluralis numeri secundo casu: id quod, Epanorthotes quidem ex suis, nos ex nostris codicibus *, animaduertimus, quibus adstipulatur Hieronymi commentarijs & quinti & septimi libri iunctus textus. Quia verò illud in *iuuenem & senem* mutatum fuit; hac occasione & quod subsequitur *nudam & discalceatam*, cum *nudum & discalceatum* est mutatum. sic enim, masculino inquam genere, habent, vnus Hentenij, duo nostri *, & quatuor * Parisiensium codices. Cæterùm, pleraque antigrapha, & quidem quæcunque *iuuenum & senum* scribunt, *nudam & discalceatam*, feminino genere, retinent, quod ad *transmigrationem & captiuitatem* referendum est. Atqui, videntur eò Hebræa referri non posse. Nam עֲרוֹם וְיָחֵף masculini sunt generis; גָּלוּת verò, quod proximè antecedit, feminini. hinc vertunt plerique hodie, quod per se ponatur, *nudum & discalceatum*. Verùm, non per se id posuisse Propheta videtur, quasi significarit, inter eos qui ex Ægypto atque Æthiopia captiui ducendi essent, nudos quosdam & discalceatos fore: sed, toti Ægyptiorum atque Æthiopum captæ multitudini attribuisse, nudam & discalceatam ab Assyrijs abduci. Porrò autem, adiectiuum & substantiuum, non semper Hebræis genere conueniunt. Cæterùm, etsi גָּלוּת quod transmigrationem denotat, feminei generis sit, שִׁבְי quod captiuitatem significat, masculei est. quare Hebraicus scholiastes *nudam & discalceatam* vertit, & refert, inquit, captiuitatem. Chaldæus & Græci interpretes, sensum magis quàm verba secuti, transtulerunt, Iuuenes & senes nudos & discalceatos.

*B. V. *Vic. Di. l. Ge. o. p. V.*

321. * o. 'armamentarium o.

C. 22. v. 8. * *Et 'videbitis in die illa 'armamentarium' domus saltus.*] Moguntina, &, post eam, aliæ haud paucæ typographorum editiones, cum Haymone enarratore, *videbitis* habent. Porrò, manuscripta pleraque omnia, cum Richelio, Carensi, Lyrano, &, quod ex 7. commentariorum libro perspicuum est, Hieronymo, singularis numeri lectionem, *videbis*, probant. Eandem Hebraica probant: legunt enim וְרָאִיתָ quod est, & videbis, vel, & vidisti, masculino genere. Eam ipsam lectionem probarunt & castigatores, Dominicani, Parisienses, Hentenius.

322. * in o.

C. 27. v. 6. *Qui ingrediuntur* * *impetu ad Iacob.*] Exemplarium, quædam *ingrediuntur*, quædam *ingredientur*, quædam *egrediuntur*, quædam *egredientur*, legunt. Rursus, quædam *ad Iacob*, quædam *ab Iacob*, quædam *à Iacob*, scribunt. Genuina lectio discerni haud facilè potest, quòd præstantiora etiam exemplaria varient. Cæterùm, tempus præsens, in plerisque omnibus præstantibus exemplaribus lego: & quidem *egrediuntur*, cùm in quinque præstantibus exemplaribus, tum in textu Hieronymi commentariis iuncto, reperio: atque apud Hebræos, præsentis temporis participium בָּאִים, quod est, venientes, inuenio. Deinde, in quinque emendatis codicibus *ab Iacob* deprehendo, vt in Hieronymi textu *de*. Videri itaque possit vera esse lectio, *Qui egrediuntur impetu ab Iacob*, quam habent, eo vndequaque modo, lectissima manuscripta, E, Brugense, & Plantini medium. fortè, primùm *ab* in *ad*; postea, etiam *egrediuntur* in *ingrediuntur*, mutatum fuit. Verùm, vndenam τὸ *impetu* legitur, cùm Hieronymi textus habeat *radice*: *Qui egrediuntur de radice Iacob?* sic enim & Hieronymum scripsisse, satis loquitur commentarius: Qui in excelsis, vel, vt Sasbout legendum putat, Qui egredientes fuerint de semine Iacob, & in apostolicam peruenerint dignitatem. An fortè, vt & aliàs nonnunquam, alio atque alio modo Hieronymus est interpretatus? primùm *impetu*; postea, dum scriberet commentaria, *radice*? Sed, vnde *impetu* verti potuit? שֹׁרֶשׁ enim, vnde est verbum יִשְׁרֹשׁ, quod Hebraicè legitur, *radicem*; minimè verò *impetum* significat. Forerius existimat ישרש in secunda coniugatione acceptum, in qua eradicare denotat; ac, pro *Egredientes eradicabitur Iacob*, dictum: *Qui egredientur impetu à Iacob*. Hebræa sic habent הַבָּאִים יַשְׁרֵשׁ יַעֲקֹב, id quod ad verbū reddas, Venientes radicabit Iacob. LXX. transtulerunt οἱ ἐρχόμενοι τέκνα ἰακώβ, Venientes filij Iacob.

323. * adiecta o. * vinea mea o.

C. 27. v. 8. *In mensura contra mensuram, cùm 'abiecta' fuerit*, * *iudicabis eam.*] Multum hoc loco fallitur Adamus Sasbout, qui, quod legitur *cùm abiecta fuerit*, non esse in Hebræo notat, & dubium, an aliquis studiosus, ex cōmentarijs Hieronymi, textui adiecerit. Nam, quod est Hebraicè בְּשַׁלְחָהּ, atque ad verbum vertas *in dimittendo eam*, reddidit Interpres noster Hieronymus, *Cùm abiecta fuerit*, quod omnes enarratores agnoscunt, & codices omnes legunt. Existimauit vir bonus, quod Hieronymus vertit *Contra mensuram*, ei respondere in Hebræo, quod alij vertunt *in emissione eius*: cùm hoc quidem, ex eo translatum sit, ex quo Hieronymus transtulit, *cùm abiecta fuerit*, nimirum ex בִּשְׁלֹחַ; illud verò cum eo quod præcedit, *In mensura contra mensuram*, ex hoc בְּסָאסָאָה, quod, alij, tantùm *In mensura* interpretantur. hinc error. Hieronymus dixit *In mensura contra mensuram*, vel quòd vox סְאָה quæ mensuram significat, in illo verbo duplicetur, quasi esset In mensura mēsuræ, vel, quòd sensum, non verba, solùm transferre voluerit. Pro *iudicabis*, multi libri, cum Hugone Carensi, *iudicabit* legunt. Lobiense manuscriptum, cum Haymone Halberstattensi, *iudicabunt* habet. Antiqui verò Epanorthotæ codices, atque ex nostris, Brugensis, Leodiensis, P, & Q, cum alijs aliquot, *iudicabis* retinent: quibus Hieronymi textum adstipulari, etiam Epanorthotes annotauit. Adstipulatur & Hebraicus textus: nam תָּרִיב secundæ personæ est, non tertiæ, nisi feminino genere, quod, cùm ad Deum respiciatur, loco non conuenit. Existimarim, *iudicabis* in *iudicabit* versum, cùm quòd compendiò scripta fuerit vltima syllaba, tum quòd mutata persona sequatur, *Meditatus est in* spiritu suo &c.

בְּסָאסָאָה בְּשַׁלְחָהּ תְּרִיבֶנָּה

324. C. 35. v. 4. *Dicite pusillanimis, Confortamini & nolite timere.*] Manuscripta exemplaria pleraque, etiam integritate veneranda, *pusillanimes* legunt: & quædam quidem ei quod sequitur iungunt, *Dicite, Pusillanimes confortamini*: ea quæ Richelius & Carensis secuti sunt, ad quem mòdum Græca transtatio habet; *Pusillanimes mente sitis robusti*, sine *dicite*: quædam ei quod præcedit copulant, *Dicite pusillanimes*, aut, quod in multis est, errore manifesto, *Discite pusillanimes, Confortamini*. Hentenius & Parisienses *Pusillanimis* correxere: sic enim Hieronymus transtulit, dandi casu, nō vocandi, *Dicite pusillanimis* (siue meticulosis) *Confortamini*. quo modo Hebraicè est אִמְרוּ לִנְמְהַרֵי־לֵב חִזְקוּ ea enim Hebræorum distinctio est, atque is primùm obuius sensus: possit tamen, vt altera habet lectio, verti, *Dicite, O pusillanimes confortamini*. Porrò, vt Hieronymus transtulit, *pusillanimis*, legunt codices, manuscripti, S. Germani paruus & Lobiensis, insignes illi; impressi, Moguntinus, Nurenburgensis, Colonienſis, Quentelianus, Complutensis, atque, ex hoc, Regius. Inter enarratores, legit hunc ad modum Haymo. Carensis, Andreas, inquit, dicit *pusillanimis*. Crediderim *pusillanimis* in *pusillanimes* mutatum, quòd primus singularis numeri casus esse putaretur, itaque non conuenire, aut ei quod præit *dicite*, aut ei quòd sequitur *confortamini*. Coniunctionem & quæ subiungitur, *& nolite timere*, decem nostri, quinque Hentenij, quatuor Parisiensium, & antiqui Epanorthotæ codices, Hebræo Græcoque conformiter, tollunt: qua omissa, plus certè habet efficacitatis ista hæc pusillanimorum confortatio.

Quod subsequitur *Ecce Deus vester*, ac paulò pòst, *Et saluabit vos*, 325. multi

multi codices prima persona legunt *Ecce deus noster, Et saluabit nos.* Vtramque lectionem exponit Hieronymus, maximè quoad posteriorem partem: sed, hanc quidem, primæ, inquam, personæ, 72. tribuit, quæ & hodie Græcorum est antigraphorum, ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σώσει ἡμᾶς, quomodo & apud Iustinum legitur, dialogo cum Tryphone: illam verò, *vester, vos*, ipse ex Hebræo conuertit (sic enim Hebraici, nec non Chaldaici, codices, habent) quam retinent antiqui Epanorthotæ libri, vetustiores nostri, &, inter posteriores tractatores, Haymo. Eam à se probatam Hentenius & Parisienses in textum recepere.

326. C. 38. v. 14. *Domine vim patior, responde pro me.*] Duo Parisiésium codices, Vet. Ge.p. & Compl., legunt *sponde* pro *responde*. Ad eum modum, ex nostris codicibus, nonnulli emẽdati sunt, nonnulli in margine scribunt. Ad eundem modũ Lyranus, in correctis esse libris, docet: vitiosè enim excusum *responde* pro *sponde*, circumstantia testantur. In glossa interlineari scriptũ est, Vel *sponde*. idem est. Annotant Dominicani & Epanorthotes, secundum Haymonem & Hieronymum, legendum *sponde*. Haymo vtramque lectionem explicat: expositio primùm *sponde*, subnectit, vel ità, vt quidem codices habent: Si quid errauí, vt conuertar ad melius, tu *responde pro me*, id est, sis mihi quasi fidei iussor, & accipe me in fide & protectione tua. Apud Hieronymum non inuenio *sponde*: tam in commentarijs, quàm in textu, est *responde*: & vsque adeò non euincit Hieronymi commentarius, *sponde* legendum esse, vt Haymo alteram explicaturus lectionem *responde*, Hieronymi commentario sit vsus, qui hoc habet modo: Sed & si quid errauí, conuertar ad melius, tu responde pro me. Plerique omnes libri, tum scripti tum impressi, *responde* habent. Hebraicè est verbum עָרַב, quod, fide iubere seu spondere significat. Quare, si retinendum est τὸ *responde*, pro simplici *sponde* accipiendum est. id quod Epanorthotæ probatur, cuius hæc animaduersio est: *Sponde* secundum Hebræum, & Hieronymum, & Haymonem: sed secundum antiquos *responde pro me*, quæ est littera communis. & videtur *responde* accipi pro *sponde* iuxta vsum. Eo autem verisimilius sit versum esse *responde*, quòd, huc respectans; probabile est; deinceps verterit Interpres, *Aut quid respondebit mihi cùm ipse fecerit?* quanquàm non sit idem vtrobique in Hebræo verbum.

327. C. 38. v. 15. *Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerit?*] Christophori Plantini manuscriptum, quod angustum nominamus, *Aut respondebit mihi* habet: omittit, tametsi in margine sit notatum, posterius *quid*. quod Hebraicè quidem non legitur; sed, cùm in plerisque omnibus sit nostræ editionis exemplaribus, puto esse ab Interprete, vt clarior esset sententia, repetitum, Nonnulli scripsere, *Aut quis resp. mihi*, quod Interpretis non est: corrigens enim, Interpretis sententia, Ezechias, quod Deo dixerat *Respondè pro me*, ait, Quid respondebit pro me Deus, qui ipse fecit? Codex vnus habet, *Aut quis respondebit tibi*, duplici mendo. Complura exemplaria, *fecerim* pro *fecerit* legunt, *cùm ipse fecerim*. 18. Hentenij, viginti octo nostra: quibus vult D. Bernardus sermone in Cant. 81. Porrò, antiqua Dominicanorum antigrapha, antiqua Epanorthotæ, & nostra aliquot, *fecerit* tertia persona seruant: quibus S. Hieronymus adstipulatur, Rursumque, ait, in se reuertitur: Quid dicam, quídue causabor, contra te factorem meum? aut quid mihi respondebit, qui fecit ipse quod voluit? Sustinenda ergo sunt quæcunque decreuerit. Consonant posteriores enarratores, Haymo, Glossæ ordinariæ Author, Thomas, Lyranus, Richelius. Carensis vtrumque exponit. Suffragantur Hebraici libri, quibus legitur וְהוּא עָשָׂה & ipse fecit: & Chaldaica paraphrasis וְהוּא אַסְגֵּי וְעֲבַד "& ipse' multiplicauit beneficia ad conferendum in me. Consentit LXXII translatio, quæ, in Hieronymi quidem Latinè; in Bibliorum autem Complutensi & Regia editione Græcè & Latinè, habet καὶ αὐτὸς ἐποίησεν, & ipse fecit. Vaticanus codex, vt nobis quidem signatum est, scribit καὶ αὐτὸς ἐπόιησας, & ipse fecisti. In Aldino, Argentoratensi, & Basileensi, exemplaribus, pars ista desideratur.

וְגָא *& ecce R.

328. C. 38. v. 15. *Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*] Exemplar M. N. Hunnæi, L. littera notatũ, habet, *reputabo*, quę Hieronymi commentantis scriptura est. Haymo ad eundem modum exponit τὸ *Recogitabo*. Plurimi codices addunt pronomen *tibi*, *Recogitabo tibi omnes &c.* quod quidem etiam Haymo legit: sed Hieronymus haud agnoscit. Antiqui Epanorthotæ libri, sex Stephani, & sedecim nostri, iugulant: quibus Hebræa patrocinantur. Quare, castigatores, Dominicani, Hentenius, & Parisienses, meritò textu expulere.

329. C. 38. v. 16. *Domine si sic viuitur.* ita codices plerique legunt. Porrò, quidam omittunt *si*, habent *Domine sic viuitur*, antiqui Epanorthotæ, duo Hentenij, tres Parisiensium Vet. Ge. o. l. m., duo nostri Pl. m. Leod. In partum Hieronymi & Haymonis enarrationibus legitur *si sic*: verùm nisi *si* tollatur, non satis aptè constant. hæc Hieronymi enarratio est: Et quia iam securus est, nec patitur quæ refert, de humano statu philosophatur, & dicit: Domine (si) sic viuitur, & tali sumus conditione generati: corripuisti me, sed viuificasti me. Ista Haymonis: Nihil tamen nouum, nihil accidit mihi contra naturam humanæ fragilitatis: quia (si) sic viuitur, id est, tam fragilis & caduca est humana fragilitas. *Et in talibus est vita spiritus mei*, id est, tali sum ego, atque omnes homines, conditione generatus: Et per tuam gratiam, delinquentem *corripies me*; quia, quis est filius, quem non corripit pater? & per gratiam eandem *viuificabis me*, reddendo vitam cum sanitate. Videtur & Dionysius Richelius, quanquam recentior, solummodo *sic* legisse. Carensis huius lectionis meminit. Hebraicè est אֲדֹנָי עֲלֵיהֶם יִחְיוּ quod hodie ferè vertunt *Domine vltra hos* (scilicet annos) *viuent*. Noster Interpres intellexisse videtur, *Domine in his*, vel *cum his, viuent* (sic enim vertas licet) id est, In huiusmodi afflictionibus & miserijs hominis vita agitur. id quod sit, non *Domine si sic viuitur*, sed *Domine sic viuitur*, quem legendi modum probant, Forerius, Iansenius, Parisienses, & Epanorthotes. Secundum Hebræum, notat Epanorthotes, & antiquos, *Domine sic viuitur*: non est ibi *si sic* vel *si sic. Domine sic sic viuitur*, cuius insuper lectionis Epanorthotes meminit, legunt, 4. ex nostris codicibus, sed minimè præstantes illi.

330. C. 40. v. 2. *Quoniam completa est malitia eius.*] Pro *malitia* Hebraicè est עֲוֹנָהּ, quod militiam significat. ea vox est, ex qua, Iob septimo capite legimus, *Militia est vita hominis super terram*; rursus, ex qua, tot, quot numerari vix possint, locis, transtulum est *Dominus exercituum*. Quare existimant scriptores ætatis huius multi, *militia* nobis, non *malitia*, legendum esse, Santes Pagninus *, Isidorus Clarius, Leo Castrensis. Hector Pintus addit, ita nonnullos correctiores codices habere. Adamus Sasbout vnum esse apud Latinos exemplar dicit, quod pro *malitia*, *militia* habeat. Nos, ex nostris exemplaribus, nullum, quod *militia* legat, inuenimus; tantùm, in vno, Cardinalis Bessarionis quondam, *malitia* in *militia* mutatum, atque in margine (Rectè est militia) scriptum, obseruauimus. Ex Hieronymi commentarijs nihil liquet. Posteriores glossematici, Haymo, glossæ ordinariæ Author, Thomas, Lyranus, Carensis, Richelius, *malitia* legerunt. Videri possit *militia*, scribarum audacia, cum *malitia* mutatum fuisse, propter ea quę sequuntur, *dimissa est iniquitas illius, suscepit* * *de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* LXXII viri transtulerunt, ὅτι ἐπλήσθη ἡ παρανόμησις αὐτῆς, Quoniam repleta, vel, completa, est humilitas, seu humiliatio, eius: sic enim est, cùm in Græcis antigraphis, tum apud Patres, qui hunc, ex LXXII editione, locum, citant, Iustinum martyrem Dialogo cum Tryphone, Ambrosium in Psalmum 118 sermonibus 10 & 18, Hieronymum, Cyrillum. Porrò τὴν πένωσιν *humiliatio*, id est, abiectio, afflictio. Quid si igitur, septuaginta duos Interpres secutus, *malitiam* pro afflictione, vt nonnulli exponunt, verterit?

* In voce עֲוֹנָהּ

C. 40. v. 9. *Qui euangelizas Sion*: & iterum, *Qui euangelizas Ierusalem.* Ita legunt pleriq. nostri codices, & expositores, Lyranus, Carensis, ac Richelius, *qui* genere masculino: quo modo & in Græcis LXX duorum exemplaribus legitur, ὁ εὐαγγελιζόμενος σιὼν, ὁ εὐαγγελιζόμενος ἱερουσαλήμ: ad quem etiam modum apud veteres, qui LXXII interpretationem proferũt, legitur, Iustinum dialogo cum Tryphone, Tertullianum libro quinto contra Marcionem, Hieronymum textu qui ex editione septuaginta commentariis adiunctus est, Cyrillum in propria loci enarratione. Porrò, Latini Epanorthotæ antiqui libri, Dominicanorũ nonnulli, & nostri duo, Lobiensis, ac Leodiensis, atque impressi aliquot, feminino genere scribunt, *Quæ euangelizas Sion, Quæ euangelizas Ierusalem*: quibus Hebræa volunt, quæ, non tantùm hoc *quæ euangelizas*, sed etiam omnia verba quæ hoc nono versu vel præcedunt vel sequuntur, genere feminino habent. Nam, quod peritis notum est, etiam verbis Hebræorum, sunt genera, masculinũ & femininum. Adstipulatur Hieronymus, cuius & textus *quæ* legit, & commentarius dicit: Porrò Hebraicum & cæteri Interpretes (LXX videtur excipere) ponunt genere feminino, vt dicant, *Quæ euangelizas Sion, Quæ euangelizas Ierusalem*, Cõsentit Haymo, qui exposito *quæ*, subnectit: Quidam codices habent *qui euangelizas*, genere masculino: sed falsum est, secundum B. Hieronymum. Conspirat Andreas, cuius commentarium Carensis recitat. Ergo, *qui euangelizas*, Græcæ septuagintaduorum; *quæ euangelizas*, Latinæ Hieronymi editionis, esse videtur.

331.

C. 40. v. 24. *Equidem, neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum.*] Plura exemplaria & *quidem*; præstantissima *equidem* scribunt. In ijs quæ sequuntur, triplex est codicum varietas. Vna, ea est quam proposuimus, *Neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum:* quam in tredecim nostris manuscriptis inuenimus. Altera est, *Neque plantato, neque sato, neque radicato in terra trunco eorum:* quam in 17 manuscriptis nos, in 8 Hentenius comperit. Tertia, *Neque plantatos, neque satos, neque radicato in terra trunco eorum:* quæ in duobus est manuscriptis, vno Parisiensium, Ge. p. notato, altero nostro, E signato, cohærens, vt & superior, ijs quæ sequuntur: *Repentè flauit in eos, & aruerunt.* Prima, Haymonis & Hieronymiani textus lectio est; secunda, Authoris glossæ interlinearis, Carensis, & Richelij: tertia obscurior est. Tertiam prætulit quidam, indubiè

332.

indubiè quòd Hebræo vicinior sit. Sic enim Hebraicè est ad verbum, Etiam non plantati sunt, etiam non sati sunt, etiam non radicans in terra truncus eorum: ad quę modum Hieronymi commentarius explicat, Qui principes & iudices terræ (siue, vt alij suspicantur, cœli) nec sati sunt, nec plantati, nec firma radice solidati: Secundum, quæ vulgarior est, textu donarunt Dominicani. Primam Epanorthotes probauit, vtpote, Hieronymi, quod notat, & antiquorum codicum authoritate fulcitam: quam etiam nos in vetustissimis atque integerrimis antigraphis, Brugensi, Lobiensi, Leodiensi, atque alijs quibusdam, & in primis Typographorum editionibus, Moguntina, Nurenburgensi, Colonensi, ante annum 1480 impressis, reperimus.

333. C. 44. v. 16. *Et de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, & saturatus est.*] Coniunctionem, quæ in huius partis capite est, auferunt antiqui libri: quam etiam Hebræa Chaldæaque transfodiunt. Complures codices, cum Hugone Carensi, addunt *coxit &*: *de medio eius carnes coxit & comedit*: * *coxit pulment. &c.* Quidam, vnus calamo, tres typis exarati, transponunt, *coxit* quod præponitur pulmento, & *comedit* quod postponitur carnibus, hoc modo: *de medio eius carnes coxit, comedit pulmentum.* Hinc autem facta est, & illa additio, & hæc transpositio, quòd absurdè dici videretur, quenquã de ligno carnes comedere; rectè autem, de ligno carnes coquere. Atqui, emendatiora exemplaria, cùm nostra, tum Hentenij, Parisiensium, Epanorthotæ & Dominicanorum, scribunt: *De medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, &c.* quibus Hieronymi textus, Richelij commentarius, & Hebraici ac Chaldaici libri, suffragantur. Richelij commentarius hunc ad modum habet: Et de medio eius carnes comedit, id est, carnes coctas per ignem constructum ex media parte ligni. Vel, de medio cuius carnes comedit, id est, vnam partẽ ligni vendidit, & cum pecunia illa carnes emit, & comedit. Porrò illud *coxit &*, quod multis codicibus additur, sumtum est ex versu huius capitis 19. quo, eis quæ hoc versu, similia leguntur, inter quæ sunt hæc: Et coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi. Quo ex loco, longè plura Græcis antigraphis, 16. versu, adiecta sunt: sic enim habent pleraque, 16. versu, καὶ ὅπερ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ "ἔπεψεν ἐν τοῖς ἀνθρακιοῖς ἄρτους, καὶ ἐπ' αὐτῷ κρέας "ἔφαγε ὀπτήσας", ἐχόρτασθη "καὶ ἐθερμάνθη. Et super medio eius "coxit in carbonibus panes, & super illo' carnem "comedit postquam coxit', coxit coctum, & repletus est. Adiectum est inde, in primis illud ἔπεψεν ἐν τοῖς ἀνθρακιοῖς ἄρτους, additumque est καὶ ἐπ' αὐτῷ: ea quæ, Complutensis & Regia editiones, tollunt. Tum adiectum est inde ὀπτήσας, quod in Vaticano quidem codice ante ἔφαγε scribitur, vt 19. versu; in aliis, pòst. Complutensi & Regiæ editionibus ἑψήσας legitur, pro ὀπτήσας: vtrumque significat coquere, sed, in particulari, illud quidem lixare; hoc autem, assare. Quare quod sequitur ὥσπιον ὀπτὸν, rectè vertas assauit assatum: quo modo recentiores ex Hebræo vertunt, pro eo quod noster dixit *coxit pulmentum*.

* Ita est in G. + R. Sic etiam legit Vatic. vbi in R. + R. postquam coxit, comedit. Vat.

334. C. 49. v. 10. "*Et' ad fontes aquarum* "*potabit' eos.*] Frequentior codicum scriptura est *potabit*, quam sequuntur Glossematici, Lyra, Caro, & Richel. Porrò quidam codices *portabit* habent, duo Parisiensium, S. Germani paruus & Complutensis; tres nostri, Hunnęi M, Plantini angustus, atq. is quem cœnobij S. Iacobi Leodij Abbas commodauit, ex quo erasa quidem est littera *r* (vt sunt pleraque omnia in eo; cætero-qui integerrimo; recentiori deprauatoris manu immutata) sed satis etiamnum apparet. In Card. Bessarionis libro addita est *r* littera, notatum q. in margine rectè est *portabit*. Hebraicè est וְנַחֲלֵם, id quod LXXII senes reddidere ἄξει αὐτούς; S. Ioannes, Apocalypseos 7. capite, ὁδηγήσει αὐτούς; similiter, plerique hodie Interpretes, ducet vel deducet eos; Chaldæus paraphrastes יְשַׁרְיִנוּן habitare faciet vel collocabit eos. quæ omnia *portabit* adstruunt. Adhæc, Interpres noster, vocem illam, portare, conuertit, Exodi 15, & Isaiæ 40. capite. Videri igitur possit, & hoc loco, ad eum modum conuertisse: quibusdam tamẽ locis sustentare atque enutrire interpretatus est. Commentarius *potabit* habet: verùm ita, vt non liqueat, an ab eo scriptum, an verò ex *portabit* mutatum sit. Et deducet, ait, ad fontes aquarum, siue, potabit illos ad fontes, de quibus scriptum est: Benedicite Domino de fontibus Israël: & in alio loco, haurite aquas de fontibus saluatoris. Hi fontes in veteri testamento & nouo sunt. Haymo, qui eius ferè commentarium sequitur, *portabit* legit: Et cùm per se nihil possint, *& ad fontes aquarum portabit eos.* Ad illos vtique fontes, de quibus canitur, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris: quibus, aut sacra scriptura, aut spiritus sancti gratia, intelligitur.

* potabis o.

Exo. 15. b. 13. Isa. 40. a. 11. Gen. 47. d. 17. Psal. 22. a. 2.

335. C. 53. v. 11. *Iustificabit ipse iustus seruus meus multos.* hanc huius loci veram esse existimo lectionem. Non enim legendum esse præterito tempore *iustificauit*, emendatissimi quique libri & fons Hebraicus docent: quos Hentenius & Parisienses secuti *iustificabit* emendarunt. Rursus non esse legendum *iustos*, quod in duobus manuscriptis inuenimus; plerique omnes codices, Hebræo conformiter, *iustus* scribentes, probant. Chaldaica paraphrasis, וְיָנֵא זַכָּאִין, quod est, iustificabit iustos, habet: verùm, non ex Chaldæo nostra profluxit editio. Tertiò, non legendum esse *seruos meos*, quod in antigraphis est haud paucis, sed, quod ex alijs Hentenius & Parisienses in textum retulere, *seruus meus*; Hebraica diiudicant exemplaria עַבְדִּי צַדִּיק לָרַבִּים, id est, iustificabit iustus seruus meus multos. Scio punctis mutatis esse posse *seruos meos*, hoc est עֲבָרַי: verùm, cùm proximè sequentem vocem לָרַבִּים, Interpres verterit *multos*, puto eum non עֲבָרַי legisse, non *seruos meos* transtulisse. Nam, ministra littera Lamed, præfixa sequenti voci רבים, non præcedenti עברי, alio eam modo accipiendam significat, quàm accipienda est præcedens, nempe, non vt respõdens adiectiuum substantiuo præcedenti coniungendam. Ergo, quod diximus, vera est huius loci lectio, quæ in 19. manuscriptis exemplaribus à nobis reperta est, *Iustificabit ipse iustus seruus meus multos*: quam, vt ne vllus supersit scrupulus, omni ex parte Hieronymi commentarius probat: In scientia sua, id est, in doctrina, ipse iustus, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, & seruus patris qui formam serui acceperat & Domini seruierat voluntati, multos iustificabit de toto orbe credentes. Non opus est addere consonantes Hugonis & Haymonis Enarrationes.

336. C. 65. v. 22. & 23. *Et opera manuum eorum inueterabunt electi mei. Non laborabunt frustra.*] Octo manuscripti codices, &, post Moguntinam editionem, impressi plerique, cum Dionysio Richelio, distinguunt hunc ad modum: *Et opera manuum eo. inueterabunt. Electi mei non labo. frustra*: quam distinctionem Græcus author Cyrillus sequitur, & Græca antigrapha, ea quæ nos vidimus, exigunt, sic enim habent: Opera "enim' "laborum suorum' vetera facient. Electi autem mei non laborabunt in vacuum. Porrò alterum distinctionem *Et opera ma. eorum inue. electi mei. Non labo. frustra*, quæ D. Hentenio probata fuit, seruant nostra decem manuscripta: quam & Hebraici libri, quos ego viderim, referunt; & translatio septuaginta-duorum vt est in Hieronymi commentarijs: Opera laborum suorum inueterascere facient electi mei: non labo. in vac. Sunt alia nostra manuscripta 13, quæ eundem ad modum distinguunt, sed paulò aliter legunt: *Et opera ma. eo. inueterabunt electis meis. Non labo. frust.* quibus comprehensa sunt antiquiora atque integriora nostra, Brug. Leod. Lob. Pl. m. E. O. Q. His suffragantur vetera Parisiensium Di. o. l. Ge. o. l. p., & antiqua Epanorthotæ. Hugo Cardinalis de hac istorum lectione Hanc litteram, inquit, habet Hieronymus, & libri correcti. Habet eam disertè Hieronymi cõmentario adiunctus textus (quanquam, pro *inueterabunt, veterascent* legat) nec parum vult ei ipse Hieronymi commentarius, si diligenter discutiatur. Atque hoc etiam indicet transtulisse eum *electus meus*, potiùs quàm *electi mei*, quòd *eorum*, non *suarum*, dixerit: *Et opera manuum eorum*. satis enim commentaria docent, & veriores codices, non eum sequentibus copulasse, τὸ electe. Haymo vtramque lectionem explicat, *electi mei & electis meis*, eadem distinctione; Lyranus, hanc *electis meis*: cuius ad litteram sensus est, Opera populi Dei ad eius vsum vetera fient, ita vt, interim dum noua & recentia sunt, nec pereant, nec per mortem auferantur, nec ab hoste diripiantur. id quod Hebraicè & Chaldaicè ad verbum est, Et opus manuum suarum ad vetustatem perducent electi mei.

* R. "manuum suarum R.

337. C. 66. v. 17. *Qui sanctificabantur & "mundos' se putabant in hortis post ianuam intrinsecus.*] Quidam codices, pro *post ianuam*, legunt *post vnam*, Hentenij septem, Parisiensium quinque, Di. o. l. Ge. o. l. p., correcti Lyrani, antiqui Dominicanorum. Epanorthotes dicit, antiquiores habere *post ianuam*, satis antiquos *post vnam*. id quod omnino se ita habere, ex nostris deprehendimus exemplaribus. Vetustissima namque, Brugense, Leodiense, Lobiense (his enim non existimo alia ex nostris esse vetustiora) *post ianuam* scribunt: nonnulla verò, vetustate his inferiora, Plantini medium, Hunnæi L. M. & G., atque vnicum Bessarionis, *post vnam* legũt. quibus adde alia duo, quæ vtrumque indicant modum. Dominicani Hieronymo attribuunt lectionem *post vnam*: verùm, non id liquet ex Hieronymi commentario, neque id habet textus commentario nunc additus. Haymonis enarrationibus adscriptum est *ianuam*; Glossæ ordinariæ *vnam*. id quod Richelius manifestè interpretatur. Lyranus & Carensis vtrumque exponunt. Hebraicè est, sanctificantes se & purificantes se in hortis post אַחַד in medio. אַחַר quod scribunt Hebræi, *vnum*; אַחֵת quod legunt, *vnam* significat; nullo autem modo *ianuam*. itaq. vertunt complures, Post vnam, vel, post peculiarem. Pagninus explicationis ergò nonnulla addidit: Post piscinam peculiarem quæ est in medio horti. Forerius reddidit: Alienus vnus in medio. *alienus* reddidit, quod alij *post*, punctis vocis אחר mutatis. Chaldæus paraphrastes transtulit קִיעָא בָּתַר קִיעָא quod est, cœtus post cœtum, seu, societas post societatem, quo modo & R. Salomon, si N. Lyrano credas, exponit. non fit verisimilis; mihi quidem; Forerij annotatio, quæ in Chaldæo mendosè arbitratur legi, סִיפָא (quod angulum & limen significat) סִיעָא; repetitur enim סִי׳ ב׳ סִי׳. Similẽ esse puto Chaldæi metaphrasin Symmachi & Theodotionis versioni, qui, D. Hieronymo teste, interpretati sunt, *Alter post alterum*. quod sequitur בְּתָוְכָּךְ in medio, sequentibus hi coniunxere, *Inter eos qui comedunt &c.*

* immundos o.

אחרת P

in Chaldaico, vel omissum est, vel in eo quod attulimus comprehensum. Potuit enim Chaldæus, hoc *post vnam in medio*, intellexisse, primæ media succedente, atque id, vnam societatem altera sequente. Subaudierunt Interpretes Theodotio & Symmachus, ac fortasse etiá Chaldæus, alterum אחר, neque enim eis bis אחר lectum, necesse est dicere. Horum autem omnium interpretationes, ei suffragantur lectioni, quæ *post vnam* habet: quam existimant nonnulli amplectendam, Nicolaus à Lyra, Adamus Sasbout. Castigatores Parisienses & Dominicani in textum eam recepere. Et certè videri possit, quia obscurior est, scribarum lectorúmue temeritate, mutata. Facilius enim adduci possim vt credam, *post vnam* variatum fuisse in *post ianuam*, quàm è conuerso *post ianuam* in *post vnam*. Verumenimuerò, putat Forerius, *post ianuam* Hieronymum transtulisse, secutum 72 senes, quorum versio est: Qui sanctificantur & purificantur in hortis· ὀπίσω πρωθύρου, id est, & in liminibus, vel, & in vestibulis. Leo Castrensis arbitratur, Hieronymum, Hebraicæ lectioni *post vnam*, subaudiisse *ianuam*, sicque conuertisse *post ianuam*. Sed, neuter horum meminit variæ Latinorum codicum scripturæ: quam, etsi varia sit, Lyranus & Epanorthotes, in eundem sensum interpretantur, eum quem Castrensis Hieronymo transferenti attribuit, Post vnam, inquit Lyranus, scilicet portam vel clausuram; & ideò aliqui libri habent post ianuam.

NOTATIONES IN PROPHETIAM IEREMIÆ.

338. C. 4. v. 12. *Et nunc ego. sed loquar iudicia mea cum eis.*] *Sed* coniunctionem prætermittunt Complutensis editio & textus Hieronymi ac Rabani commentarijs adscripti. In Hebræo expressè non habetur: sic enim ad verbum est, Nunc etiam ego loquar iudicia cum eis. Hentenius, & Parisienses, illa omissa, emendarunt: *Et nunc ego loquar iudicia mea cum eis.* Atqui, plerique omnes libri, tum scripti, tum impressi, addunt coniunctionem illam *sed*: ex vniuersis nostris, præter Regium, qui ex Complutensi expressus est, nullus, qui omittat, est; dumtaxat tres sunt, ijque infimi ordinis, manuscripti, qui pro ea *ecce* legant. Agnoscunt etiam eam expositores, Richelius, Carensis, Lyranus, Thomas, Glossæ ordinariæ author: his adde Dominicanos, &, ne istorum consensum parui quis faciat, Hieronymum. Vt enim illi notant aposiopesin hoc loco esse, ac subaudiendum aliquid; ita & Hieronymus, quem secuti haud dubiè sunt. Aposiopesis, inquit, est, iuxta illud Virgilianum: Quos ego, sed motos præstat componere fluctus. Dicturus itaque prospera, retinet se, & tristibus iungit tristia. Hæc enim sunt iudicia, quæ cum populo suo quondam loquitur Deus, vt sciant se iustè sustinere quæ sustinent. quæ totidem verbis in suum commentarium Rabanus transtulit. Retinenda est igitur *sed* coniunctio, quòd Interpres sic locum intellexisse videatur, vt eam, aut addiderit, aut pro גם, quod est *etiam*, explicando posuerit. Vnus certè scriptus codex, Atrebatensis collegij sericatus, eo loco legit *sed*, quo Hebraicè legitur, גַּם *Et nunc, sed ego loquar iud. m. c. e.* atque eodem loco, tres illi libri, quos paulò antè citauimus, habent *ecce*. verùm, non sunt ex præstantissimis codicibus, quatuor hi.

339. C. 4. v. 16. *Concitate gentes*, scribunt, Abbate Ioachim, Thoma, Carensi, & Richelio, adstipulantibus, exemplaria manuscripta quotquot habemus: *Dicite gentibus*, legunt, sine commentarijs excusa Biblia quotquot vidimus, ijs exceptis, quæ Parisiensium cura & Hentenij diligentia emendata sunt. Hebraicè est הַזְכִּירוּ לַגּוֹיִם, quod est, Commemorate, vel, narrate gentibus, aut, in gentibus. Huic manifestiùs consonat quod impressi codices legunt *Dicite gentibus*: verùm, quod est in manuscriptis, ad similem, eumque significantiorem, intelligendum est modum, eum quem Hieronymi commentarius insinuat: Vult omnes in circuitu nationes Dei nosse sententiam, & flagellata Ierusalem cunctos recipere disciplinam. Textus huic Hieronymi commentario iunctus, habet *Dicite gentibus*: sed, non eam lectionem, commentarius ipse exigit. Hentenius, Parisienses, *Concitate gentes* castigarunt: similiter Dominicani, hunc receperunt, alterum legendi modum reiecere, quem Richelius alij translationi tribuit: Concitate gentes, vt Dei, inquit, æquitatem in punitione Iudæorum aduertant. Vnde alia translatio continet, Dicite in gentibus. Verisimile fit mihi, primùm explicationis ergò adscriptum fuisse, postea pro nostræ editionis lectione substitutum, in manuscriptis codicibus; ex quorum vno, in Moguntinum, atque ex hoc, in sequentes plerosque Chalcographorum fœtus, transierit.

340. C. 5. v. 8. *Equi amatores in feminas & emissarij facti sunt.* Sic nostri codices plerique omnes legunt: eodem apud enarratores legitur modo. Quinque autem Parisiensium exemplaria Di. o. l. Ge. o. l. p., atque ex nostris tria Leod. Tril. V, auferunt τὸ *in feminas*. id quod nec Hebræa habet: מזקנים מ׳ סוסים מזנים משכים חיו, quod ab alijs pasti seu saturati, ab alijs armati vel habenis phalerati, transtulit, deductum à זון, aut à זין; noster *amatores* vertit, à זנה quod fornicari denotat. Cæterùm, an addiderit, pro sententiæ perspicuitate, *in feminas*, sum dubius. Hentenius & Parisienses transfodiendum id censuerunt: verùm, suis Hieronymus commentarijs, videri possit agnoscere. Equi amatores in feminas facti sunt, ita in commentarijs habet. Potuit 72. viros secutus fuisse, qui huiusmodi interpretati sunt voce, quæ feminarum amatores significat: Θηλυμανεῖς enim dicuntur, quasi, feminarum amore insani. Hæc, quamuis non euincant, addidisse Interpretem Hieronymum, *in feminas*, tamen cur dubitem, faciunt, accedente vetustissimorum exemplarium suffragio. Sequitur in Hieronymi commentario: Pro emissarijs, in Hebraico scriptum est משכים, quod omnes voce consona ἔλκοντες, id est, trahentes, transtulerunt, vt ostendatur magnitudo genitalium. Si omnes, voce consona, ex משכים, ἕλκοντες transtulerunt: mirum est, nihil aliud, in 72. libris, quàm ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν legi, Equi feminarum amatores facti sunt. Porrò, qui ἕλκοντες reddidere, non מְשָׁכִים legerunt, vt in Hieronymi commentario ex punctatis Biblijs scriptum est, sed מִשְׁכִּים· hoc, trahentes significat: illud, manè, iuxta Hebræos, Pagninus interpretatur, *Vt* equi saturati *singulo* manè erant. Hieronymus, illos qui *trahentes* dixere secutus, *emissarij* transtulit. Vir quidam doctus legendum arbitratur *admissarij*: & quidem aptius sic dicatur, sed dicuntur, vulgari vsu, & emissarij, qui admissarij, equi præsertim, gregumque & armentorum mariti. atque ita, *emissarij* inquam, nec aliter, in vetustis editionis nostræ manuscriptis exemplaribus, lego.

Hieronymus, charrans caput nonum prophetæ Zachariæ, & contra Helvidium disputans, citat locū hunc in modum, nimirum iuxta 70. Qui insanientes in feminas facti sunt. mihi. Citat similiter in fouilibus Isaiæ adversus Iouinianum, nihil prætermisit.

341. C. 9. v. 19. *Quoniam deiecta sunt tabernacula nostra.*] Antiquorum codicum; quidam *deiecta*, quidam *deserta* legunt. Hebraica vox הִשְׁלִיכוּ, quę *proiecerunt* significat, vtroq. facilè intelligi potest modo. In Hieronymi, cùm textu, tum commentario, *deiecta* legitur: verùm, pòst paululum, deserendi vocabulo Hieronymus vtitur, sed, videtur ibi 72. respicere interpretationem, quæ est: Et abiecimus tabernacula nostra. Dominicani, Parisienses, atque Hentenius, vnanimiter in textum transtulere *deiecta*.

342. C. 20. v. 17. *Quia non me interfecit à vulua.*] Impressi codices ferè legunt *quia*: manuscripti ferè habent *qui*. Hebraicè est אֲשֶׁר, quod, & *qui*, & *quia*, interpretetis licet. Græci transtulerint, ὅτι *quia*. Hieronymus *qui* conuertisse videtur. nam, præterquam quòd exemplaria scripta pleraque omnia, & quidem vetustissima atque emendatissima quæque nostra, id legant; ipse in hunc scribit locum: Quod autem infert, Qui me non interfecit in vulua, Deum significari putant. Suam indicat versionem, etsi non approbet, quam refert, expositionem. Porrò, eam secutus glossæ interlinearis Author, *qui*, suppleuit *dominus*. Lyranus & Carensis *quia* exponunt: sed *qui* similiter legunt. Id igitur nobis seruandum videtur, quamuis Parisiensis typographus cum *quia* mutauerit, Moguntina fretus editione.

343. C. 23. v. 14. *Vidi similitudinem adulterantium' & iter mendacij.*] Nonnulla manuscripta, *adulterij*, pro *adulterantium*, legunt, sed vulgaria illa. eximia, aut *adulterantium* habent, aut *adulterium*: quædam hoc, quædam illud scribunt. Typis excusi libri ferè *adulterantium* legunt. Hebræa dictio נאוף, non est inprimis numeri pluralis participium: sed, si quidem נאוף legatur, nomen est singulare, *adulterium*; si נָאוּף, vt est in Biblijs, verbi infinitiuus, *adulterari*. Infinitiuum Græci Interpretes in participium plurale mutarunt: verterunt enim, ὁδὸς ἐγέλα φεντὰ, μοιχωμένων, καὶ πορευομένων ἐν ψεύδεσι· vidi horribilia, adulterantes, & ambulantes in mendacijs. Nam & sequentem infinitiuum הָרֵךְ, ad eundem mutarunt modum. Vtrum simili modo, Hieronymus, priorem infinitiuum mutauerit; an potiùs priorem, secuti posteriorem, in nomen verterit (vt est infinitiuus verbi nomen) vel vtrumque vt nomen legerit הָלַךְ נָאוּף: ob codicum meliorum discrepantiam, fit incertum. hunc enarrans locum, In Prophetis quoq. Ierusalem, inquit, id est, Doctoribus Ecclesiæ, vidi similia, siue horribilia, adulterantium verbum Dei, & ingredientium per viam mendacij. Vbi, an vsus sit voce *adulterantium*, quòd eam transtulerit; an quòd sensui explicando (quem mysticum esse præfatus est) congruere videretur, vt sequens *ingredientium*, ignoro. Textus additus *adulterium* legit: id quod Parisienses & Dominicani, pro germana lectione receperunt. Author glossæ interlinearis, Lyranus, & Carensis, *adulterium* deprehenduntur exponere: tametsi, adiuncti textus *adulterantium* lectori obijciant.

adulterinam o. & adulterium o.

scripsit: dnem Chaldæus.

344. C. 26. v. 19. *Itaque non faciamus malum grande contra animas nostras.* Sic, cum glossematico Carensi, complures codices scribunt. Cum Lyrano autem, antiqui Epanorthotæ, quatuor Parisiensium, & 8. nostri, legunt: *Itaque nos facimus malum gr. co. an. no.* quibus Græca auxiliantur, ἡμεῖς ἐποιήσαμεν Nos fecimus (sic enim pleraque exemplaria legunt) Chaldaica suffragantur וַאֲנַחְנָא גָּרַמְנָא Et nos causam damus; Hebraica adstipulantur וַאֲנַחְנוּ עֹשִׂים & nos facimus; denique S. Hieronymi commentaria patrocinantur: Simulque frangunt accusatorum rabiem, & se miscent cum eis, dicentes: Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras. Non quò facere debeant, sed, quia, si fecerint, nequaquam nocent accusato, sed animae-

grande malum o. hoc o.

κατὰ R. & &. R.

nimabus suis, quas mutatione sententiæ potuerint liberare. Quare rectè castigatores, Dominicani, Parisienses, atque Hentenius, reiecto *non faciamus*, correxere: *Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras*. Mutatio hinc facta est, quòd non id mali faciant, nec in Ieremiæ necem consentiant, seniores terræ præsertim, quorum hic sermo est. Qua etiam ex causa, in Lobiensi antigrapho, *Itaque nos faciemus*; in Græco Vaticanæ Bibliothecæ exemplari, ὑμεῖς πεποιήκατε vos ausi estis, scriptum fuit.

345. C. 31. v. 6. *Quia erit' dies, in qua' clamabunt custodes, in monte Samariæ in monte' Ephraim: Surgite.*] τὸ *in monte Samariæ*, quod, cum expositore Richelio, multi codices legunt; nostri quatuordecim Brug. Leod. Lob. O. Q. &c., Parisiensium octo Di. o. l. Ge. o. l. p. &c., Epanorthotæ & Dominicanorum antiqui, tollunt. quibus, Hebraici libri volunt, Græcaque exemplaria suffragantur. Latini libri quibus id additur, variant: quidam & coniunctione interposita, quidam omissa, ei quod sequitur iungunt: nonnulli *in monte Samariæ* repetunt: vnus *Samariæ* dumtaxat habet. quæ, superiori margine demonstrata, adiectionis qualiacunque indicia sunt. Quare, veram nostræ editionis scripturam esse existimarim, quam, Hentenius, Parisienses, & Dominicani amplexi sunt, *Quia erit dies, in qua clamabunt custodes, in monte Ephraim: Surgite.* Verùm, Hieronymi commentarius vtrumque agnoscit atque exponit, tam illud *in monte Samariæ*, quàm hoc *in monte Ephraim*. Tunc fuit dies Domini, habet, in qua clamauerunt custodes, apostoli videlicet & apostolici viri, in monte Samariæ & in monte Ephraim: quorum alterum custodiam, alterum vbertatem sonat. Quid verò dicunt custodes Samariæ? immò quid clamant in monte Ephraim? Surgite &c. hic profectò effecit, cur minùs in Bibliorum margine, nigro ausi fuerimus carbone notare, τὸ *in monte Samariæ*. Sed videri possit, Hieronymum, hoc, quod in textu non posuerat (vt certè adscriptus ei textus non habet) in commentarijs addidisse: tum quòd montium Samariæ versu proximè præcedente sit mentio, his verbis, *Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ:* tum quòd idem sit mons, mons Samariæ, & mons Ephraim, nempe; vt opinor; loca montosa, quæ per illum tractum posita erant, quem decem tribus, de quibus Prophetæ hîc sermo est, post secessionem incolebant. Frequenter, nomine Ephraim, decem tribus significantur: quarum regio, à metropoli, Samaria dicta fuit. Crediderim itaque, versioni Hieronymi, ex commentario, illud additum *in monte Samariæ*.

346. C. 31. v. 9. *Et in misericordia reducam eos.*] Codicum, alij *in misericordia*, alij *in precibus* legunt. Hebræum בְּתַחֲנוּנִים, vtrouis modo transferatur, rectè: ad illum modum Ionathan Chaldæus, ad hunc Santes Pagninus in Onomastico, transtulit. in editione Bibliorum, etiam Santes *cum misericordijs* vertit. S. Hieronymi commentarius *in misericordia* habet: id quod glossematici, Thomas, Lyranus, Carensis, & Richelius, secuti sunt: & castigatores, Hentenius, Parisienses, ac Dominicani, in textum retulere. Verùm, in antiquissimis & emendatissimis exemplaribus, *in precibus* reperio, Brugensi, Leodiensi, Lobiensi, E, O, Q, Plantini medio, & alijs: quibus, primæ typographorum editiones consonant. Ita & Epanorthotes noster, exactissimus harum rerum scrutator, inuenit. Hinc enim scripsit: Item b. *in precibus deducam eos*, sicut habet translatio Hieronymi: commentum Hieronymi habet *in misericordia*: LXX. habent in consolatione. Et reuera Hebræum tahanunim ad hæc tria se habet: sed magis propriè ad preces, cùm sit pluralis numeri: nam & ipse Hieronymus Zachariæ XII, vertit illud in preces; ibi, spiritum gratiæ & precum. hæc ille, quibus, translationi Hieronymi *in precibus* attribuit: aliter enim vertisse nonnunquam Hieronymum dum commentaria scriberet, quàm prius verterat, nuper obseruatum annotauimus. Porrò, animaduertendum est insuper, pro *reducam*, Epanorthoten legere *deducam*: id quod Dominicani probauere, & nos in melioribus libris vidimus, quamuis sensus idem sit vtriusque.

Zach. 12. c. 10. Dem. 9. c. 17. edit. f. 13.

347. C. 31. v. 39. *Et exibit vltrà norma mensura in conspectu eius super collem Gareb'.*] Plerique nostri libri, cum D. Gregorio 34^m. caput Iob enarrante, & D. Thomæ, Abbatis Ioachim, atque Hugonis Carensis, proprijs commentarijs, accusandi casu scribunt *normam*: quinque, cum Lyrano & Richelio, legunt nominandi casu *norma*, Lob. Atr. scripti, Mogunt. Nuren. Colon. impressi, quibus, quatuor Parisiensium Di. o. Ge. o. l. p., & quidam ex antiquis Dominicanorum, concinunt. His fons Hebraicus suffragatur וְנֵצָא עוֹד קַוָּה חַמְּדָה וגו׳ Et exibit adhuc, vel, vlteriùs linea mensuræ &c. Dictio עוֹד significat *vltrà*, non pro præpositione, sed pro aduerbio sumtum. quare non est transferendum *vltra lineam*, aut, *vltra normam*. Adhæc, verbum נֵצָא, *exibit*, masculini generis est. Non est igitur subaudiendum feminini generis nomen עִיר *ciuitas*, quod superiori versiculo legitur: sed suppositum eius est קַוָּה quod est, linea seu norma, masculino genere. Ergo transferendum est: Et exibit vltrà linea, vel, norma mensuræ: atq. ita neoterici Interpretes transtulerunt, quorum multas versiones in Hebraicis Scholijs licet videre. Nec alio modo veteres interpretati sunt: quanquam Chaldæi paraphrasis Hebraico fonti sit consimilis, quæ his verbis in Regio opere traducta est: Et egredietur adhuc filum mensuræ ædificij. LXX. conuertere καὶ ἐξελεύσεται ἡ διαμέτρησις ἐκεῖσε, & exibit dimensio eius. vbi non est additum τὸ *vltra*, fortè, quòd satis intelligatur. Similiter vertit Symmachus, vt statim liquebit. Hieronymum eundem ad modum reddidisse, textus & commentarius coniuncti loquuntur. ille habet: Et exibit vltrà norma (siue, iuxta Symmachum, funiculus) mensuræ eius contra eam super collem Gareb; hic: Exitque vltrà funiculus mensuræ contra eam, id est, portam anguli, super collem Gareb, qui &c. Rectè igitur correctores, Hentenius, Parisienses, Dominicani, & alij quidam, emendarunt, *Et exibit vltrà norma mensuræ*. quanquam altera lectione idem intelligi possit, nempe, Ierusalem amplioribus quàm priùs terminis ædificandam.

erunt o. quibus o. & in monte Samariæ, &. 2. MS. &8. MS. multæ. 1 MS.

Cares o. Nares o. Gareth o. Gabet o. Lyr. Moral. c. 11. Annis 1479.

348. C. 33. v. 16. *In diebus illis saluabitur Iuda, & Ierusalem habitabit confidenter.*] Multi codices scribunt *Israël: Et Israël ha. con.*: verùm optimi, Hebræo, Chaldæo, Græcoque conformiter, *Ierusalem* legunt. id quod, Epanorthotes noster, & reliqui Correctores, amplexi sunt.

Sequitur: *Et hoc est nomen, quod' vocabunt' eum', Dominus iustus noster.*] Vocem *nomen* iugulant manuscriptorum nostrorum præstantissima, Brugense, Leodiense, & Lobiense: sed Lobiense quidem legit, *Et hoc est quod vocabunt eum*; Leodiense verò, *Et hoc est quod vocabit eum*; Brugense, *Et hoc est quod vocabit eam*. Brugensi manuscripto consonant, quinque Parisiensium exemplaria Di. o. l. Ge. o. l. p., & quinque Hentenij. Atque hunc legendi modum Epanorthotes probauit: eum autem qui Leodiensis est codicis, Dominicani secuti sunt. Porrò, quem Epanorthotes probauit, prototypo Hebraico is conuenit· וְזֶה אֲשֶׁר-יִקְרָא-לָהּ id est, Et hic qui vocabit eam, vel, Et hoc quod vocabit eam (sequitur יְהוָה צִדְקֵנוּ Dominus iustitia nostra, vel, iustus noster) quare ille genuinus videtur.

quo 1 MS. vocabit 3 MS. eam 1 MS.

Fuit locus iste demutatus, ex altero simili, qui est capite vicesimotertio superiori. sic enim ibi legitur sexto versu ex nostra editione: In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter, & hoc est nomen quod' vocabunt eū, Dominus iustus noster. Hebraicè ad similem est modum וְזֶה שְׁמוֹ אֲשֶׁר יִקְרְאוּ יְהוָה צִדְקֵנוּ quod est, & Israël habitabit in cõfidentia, & hoc nomen eius quod' vocabunt Dominus iust. nost.; Aut, si legas יִקְרָאוּ, vt in punctatis est Biblijs, vtque LXX. legere (id quod ex Græcis antigraphis & Hieronymi commentarijs liquet) Et hoc nomen eius quod' vocabit eum Dominus iust. nost. Hieronymus commentarijs suis testatum reliquit se יִקְרָאוּ legisse. Ex eo igitur loco, hîc, in quibusdam vulgatæ editionis codicibus, mutatum in primis est *Ierusalem* cum *Israël*: deinde addita est vox *nomen*: præterea *vocabit* in *vocabunt* est transformatum: denique *eum* pro *eam* subs̃titutum. fuit enim vicesimi tertij capitis lectio scribis notior, quòd ea, in sacro tempore, quod Aduentum vocat Catholica Ecclesia, quotidie legatur canaturque.

quo Lob. Hier. Richel.

vel quo

vel quo

vel quę

Porrò, nonnulli Interpretes, ita ferè tricesimo-tertio capite, vt vicesimotertio est, vertunt: & quidem recentiores nonnulli, hoc modo, Et hoc est *nomen* quo vocabit *eum* illi (scilicet Ierusalem siue Ecclesiæ) qui in Hebraicis scholijs adfertur. Inter veteres, LXX. (vt certè in Regia & Complutensi editione est) transtulerunt καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα ὃ κληθήσεται αὐτῷ, Et hoc est nomen quod vocabunt ei. in alijs editionibus, quas viderim, tricesimitertij capitis posteriorem partem inuenire haud potui. Chaldæus paraphrastes sic reddit: Et hoc nomen eius, quo ipsi vocantes eum. sic enim in Regio opere legimus. וְזֶה שְׁמָהּ דְּיִתְקְרוֹן קֳדָמָהּ Sed meliùs, nostra sanè sententia, in Venetis Biblijs punctatum est, שְׁמָהּ לָהּ, ita vt sit, Et hoc nomen eius quo ipsi vocantes eam, Hebræo conformiter. Nam sequitur, Fient nobis iustitiæ à præsentia Domini in medio eius. quod nomen, personæ non conuenit, sed aptè loco quadrat, ipsi Ierusalem, cuius mentio proximè antecedit. quare & non גְּבָוָה sed גְּבָוָה scribendum est, vt mihi esse videtur, tam in Regia quàm in Veneta editione. Vicesimotertio capite dixit paraphrastes, Fient nobis iustitiæ à præsentia Domini in diebus eius: illi itaque loco masculini generis puncta congruant, ac verè cõgruunt. Hi igitur Interpretes, ad eum ferè modum tricesimotertio capite transtulerunt, quo vicesimotertio legitur: nimirum, quòd existimarint, tricesimitertij capitis locum, ex eo qui in vicesimotertio similis est, interpretandum. Cæterùm, non ita & nostrum Interpretem, Hieronymum conuertisse, tricesimotertio capite vt vicesimotertio; ex melioribus fideque dignioribus libris discimus.

Apud Theodoritum legitur: Et hoc est nomen quo vocabitur.

349. C. 48. v. 34. *A' Segor vsque ad Oronaim' vitulam conternantem'.* Sic legunt, duo Parisiensium, & nouem nostri, codices. Porrò, antiqua Epanorthotæ exemplaria, sexto casu habent *vitula conternante*: quibus, Lobiensis Abbatiæ manuscriptum consonat. Aureus D. Donatiani Brugensis codex, sexto etiam casu scribit. Leodiense antigraphum ad eum modum habuisse videtur: Buslidianum hunc refert. Ex Hebræo verti potest & quartus casus & sextus: cæterùm, hunc potius quàm illum vertendum esse, etsi illum nonnulli hodie vertant, docet Isaiæ decimumquintum caput, quo, similis legitur aduersus Moab Prophetia, & disertè, non Oronaim, sed Segor, vitula conternans seu triennis nominatur, his verbis: Vectes eius vsque ad

Et o. Et o. ab o. Oronembrim o. vitula conternante Brug. vitula conternam te. Busl.

Isai. 15. b. 5.

Segor vitulam conternantem. Itaque legendum videtur *A Segor vſque ad Oronaim vitula conternante*: pro quo, Neotericorum quidam, primo caſu, A Se. vſ. ad Horo. vitula triennis.

350. Multi codices, & hoc Ieremiæ, & illo Iſaiæ loco, cum Nicolao Lyrano, *conſternantem* habent, ſine dubio perperàm. Non pauci, cùm noſtri, tum Hentenij, & aliorum, *conternantem* vtroque legunt loco: id quod, ordinariæ Gloſſæ Author, Dominicani, Epanorthotes, Pariſienſes, atque alij, vtrobique probauere. quanquam Epanorthotes *conternante* poſteriori loco ſcribat. Hebraicam vocem שָׁלִשׁ, à שָׁלֹשׁ quod eſt *tres*, dictam (vtroque enim loco hæc eadem legitur) Græci olim Interpretes τριέτη (tametſi poſteriori loco ſeruarint σχολαίαν) Latini hodie trimam ſeu triennem transferunt. Noſter, D. Hieronymus, in eundem ſenſum *conternantem*, vertit, quaſi tertium annum agentem: quod ſuis in Iſaiam commentarijs, quinti pariter & ſexti libri, teſtatum fecit. Quinto autem libro, hunc Ieremiæ locum, cum illo Iſaiæ iungit, hoc pacto: Vectes eius vſque ad Segor vitulam conternantem. Et Ieremias, A Segor, inquit, vſque ad Oronaim vitulam conternantem. Vnde id colligo, eum, non *vitulam conternantem*, in Ieremia, à ſe verſum legiſſe, quamuis ita ſit ſcriptum; ſed auferendi caſu *vitula conternante*. Nam alioqui, non erat hic locus, cum illo Iſaiæ, vt par, componendus, qui, quod ille Iſaiæ tribuit Segor, ipſe Oronaim adſcriberet: niſi poſſit, etiam quarto caſu lectum *vitulam conternantem*, ad Segor referri, id quod mihi commodè fieri non poſſe videtur.

351. C. 51. v. 6. " *Quoniam' tempus vltionis eius " eſt' à Domino.*] Pronomen *eius* ſuſtulerunt Caſtigatores, Hentenius, Pariſienſes, & Dominicani, quòd multis & emendatioribus codicibus non addatur, id quod certè in noſtris deprehendimus. Hebraicè quoque & Chaldaicè non legitur. Græcè eſt, vel quòd Interpretes, pro נְקָמָה, legerint נָקָם, vel quòd ob ſententiam adiecerint, vt nonnulli hodie Latini tranſlatores. Omittunt inſuper à præpoſitionem, Moguntina & Colonienſis editio, & manuſcripta exemplaria pleraque, atque inter ea correctiſſima quæque cum Gloſſæ ordinariæ & Richelij textibus: id quod bene conuenit Hebraico לַיהוָה. Græcè eſt παρὰ κυρίου à Domino: ſed, non cum Græca, noſtra commiſcenda tranſlatio eſt. Ergo huius loci vera eſt lectio: *Quoniã tempus vltionis eſt Domino.* quam Dominicani recepere, & Carenſis ſecutus eſt.

352. C. 51. v. 58. *Murus Babylonis ille latiſſimus " ſuffoſionе' ſuffodietur.*] Quatuor Pariſienſium codices, ſcripti duo Ge. p. Di. o., impreſſi totidem B. Compl.; & octo noſtri, ſcripti quinque, impreſſi tres, habent *latiſſimus*: cæteri noſtri legunt *altiſſimus*. Lyranus in correctis libris dicit eſſe *latiſſimus*. Apud Richelium, hoc; apud Rabanum & Carenſem, alterum ſcriptum eſt. Caſtigatores, Dominicani, Pariſienſes, atque Hentenius, *latiſſimus* in textum retulerunt. Id enim ſignificat vox Hebraica רחבה, quã LXX. πλατύνθη dilatatus eſt interpretati ſunt. Ex emendatioribus noſtris manuſcriptis, vnum, O. notatum, *latiſſimus* habet: reliqua, Brug. Leod. Lob. Pl. m. E. L. Q., & primæ typographorum excuſiones, Mogunt. Nuren. Colon., *altiſſimus* ſeruant. Ac potuit fortè Interpres *altiſſimus* vertiſſe, ſi Hebraicè רחבה legerit, ה pro ח.

353. C. 52. v. 22. *Et capitella* * *ſuper " vtramque' area.*] Antiqui Epanorthotæ codices legunt *vtraque*: quibus concinunt ex noſtris, Brugenſis, Leodienſis, E, Q, Tril., Atr. ſ., & Complutenſis editio. Quod dicitur *vtraque*, inquit Epanorthotes, eſt caſus ablatiui. vnde, minùs ornatè, ſed cuidentiùs, ponunt noui, *ſuper vtramque*.

Sequitur: *Altitudo capitelli vnius quinque cubitorum, " & retiacula, & " malogranata' ſuper coronam in " circuitu', omnia " area'. Et fuerunt " malogranata' nonaginta * ſex dependentia: & omnia " malogranata' centum, retiaculis circundabantur.* hæc, Moguntinæ, Complutenſis, & aliarum quatuor, quas vidimus, typographicarum editionum, lectio eſt: cui adiecerunt caſtigatores, Hentenius, & Pariſienſes, ex codicibus nonnullis, *Similiter columnæ ſecundæ & malogranata*; adiecerunt inquam, poſt illud *omnia area*. id enim Hebraicè eſt, Chaldaicè, ac Græcè. Hebraicè ſic locus iſte legitur: Et capitellum ſuper eam æreum, & altitudo capitelli vnius quinque cubitorum: & retiaculum, & malogranata ſuper capitellum circum, omne æs: & ſicut hæc, in columna ſecunda, & malogranata. Et fuerunt malogranata nonaginta & ſex ad latus: omnia malogranata centum ſuper retiaculum per circuitum. Porrò Epanorthotes, ſuperfluum, id quod Hentenius & Pariſienſes addiderunt, Latinis noſtræ editionis libris, cenſet: quod facilè mihi perſuadeo. maximè enim variè varijs exemplaribus legitur. Quædam habent *Similiter erat columna ſecunda & malogranata*; quædam *ſimiliter * columnæ alterius*, nec addunt *malogranata*: quædam duos legendi modos connectunt, ſed interiecta pericope quadam, de qua dicturi ſtatim ſumus, hoc modo, *Similiter erat columna ſecunda & malogranata, & erant ſuper capitellum in circuitu omnia area, ſimiliter columnæ alterius*. Sed quærat aliquis, cur id omiſiſſet Interpres, quod eſt apertè in Hebraico fonte? Reſpondet Epanorthotes, Interpretem, in ijs quæ præcedunt, de vtraque ſimul columna locutum; atque hinc, pro eo quod Hebraicè eſt, Et capitellum ſuper eam æream, vertiſſe *Et capitella ſuper vtraque area*; ideoque, non ſeorſum alterius, ſeu, ſecundæ columnæ, mentionem feciſſe. Quemadmodum, quod Exodi viceſimoquinto capite Hebraicè legitur, Et ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, & ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, & ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, ter inquam repetitum; non ſeorſum Interpres ter extulit, ſed in vnum hoc pacto contraxit, *Sphærulæ ſub duobus calamis per tria loca.* Exod. 25. d. 33

Cæterùm, non hoc tantùm *Similiter erat columna ſecunda & malogranata*, & quæ eius loco in alijs exemplaribus reperiuntur, ſuperflua Epanorthotes iudicat; verùm etiam id quod præcedit *Super coronam in circuitu omnia area*: tametſi & hoc Hebraicè legatur, ſicut etiam Chaldaicè ac Græcè. Id autem probat, cùm ex antiquorum codicum fide, tum ex eo, quòd interpretationis modus, ab eo qui noſtri Interpretis eſt, diuerſus ſit. Nam כּוֹתֶרֶת, quod noſter Interpres, tertij Regum ſeptimo, quarti Regum vltimo, & hoc Ieremiæ capite, conſueuit *capitellum* reddere; hìc, *corona* redditum eſt. Verùm, legunt ex noſtris codicibus quidam, illius loco, *Super capitellum in circuitu omnia area*, qui ferè omittunt *retiacula & malogranata* quæ antecedunt. Fortè ab alio id verſum eſt, qui lacunam, quam putabat, cautiùs, ita vt animaduerti nequaquam poſſet, opplere voluerit. Multi libri vtramque verſionem hoc modo coniungunt: " *Et' alt. cap. vn. qu. cub., & ret. & malogranata " ſuper ' coronam' in circuitu. totum erat æneum. Similiter erat columna ſecunda & malogranata' : " & erant ſuper capitellum in circuitu omnia area, ſimiliter columnæ alterius.* Vbi obſerua & alterius particulæ aliam tranſlationem, *Totum erat æneum*. Dominicani hunc legendi modum probarunt, ſublata poſteriori parte, *Et erant ſuper capitellum &c.* Atqui, poſteriorem partem, excepto illo *& erant*, priori ſublata, ab his verbis *Et ret. & mal. ſuper*, in melioribus longè antigraphis nos comperimus, Lob. E. L. Pl. m. & alijs. Porrò ideò & iſtud *ſuper coronam*, ſeu, *capitellum in circuitu, totum erat æneum*; quamuis Hebraicè legatur, Interpres, iuxta Epanorthotæ vero ſimilem ſententiam, omiſerit, quòd alijs, hinc inde circumſtantibus, verbis, ſatis ſignificetur. 3. Reg. 7. c. f. 4. Re. 25 d 17 * M S. meliora. * columnæ 1 MS. — 1 MS. — 3 MS.

Hæc igitur, eſt quam genuinam pronunciat Epanorthotes, Interpretis ſcriptura: *Et capitella ſuper vtraque area; altitudo capitelli vnius quinque cubitorum; & retiacula, & malogranata nonaginta & ſex dependentia: & omnia malogranata centum, retiaculis circundabantur.* quam docet in antiquis & approbatis eſſe libris. Nos eam in duobus Hunnæi lectiſſimis codicibus, litteris O, & Q, ſignatis, & tertio, non contemnendo, A notato, vidimus; inſuper in Plantini angusto ac longo, & Atrebatenſis Collegij ſericato, quamquam non hi omnes *vtraque* legant. Brugenſis D. Donatiani codex, hoc tantùm ab illis diſcrepat, quòd repetat, eo loco quo ſuperiora adduntur, nulla veri ſpecie, *Et retiacula & malagranata centum retiaculis " circundabant'*. quod idem in Collegij Trilinguis manuſcripto deprehendimus. * circundabantur Tril.

NOTATIONES IN THRENOS IEREMIÆ.

Præfatiuncula, quæ Threnis Ieremiæ in pleriſque Latinis libris præmittitur: *Et factum eſt, poſtquam in captiuitatem " redactus' eſt Iſraël, & Ieruſalem " deſerta' eſt, ſedit Ieremias " Propheta' flens, & † planxit " lamentatione hac' " in' Ieruſalem, & " amaro animo ſuſpirans & eiulans' dixit*, Hebraicè non exſtat: ſed in Græcis codicibus legitur. Latinorum exemplarium, quædam ſuperioris libri fini coniungunt, quædam huius principio connectunt, quædam medio inter vtrumque loco conſtituunt; optimè hæc: neque enim prophetæ ipſius, ſed Græcorum vel Interpretum vel Tractatorum ſunt verba, quibus oſtendere voluerunt, quomodo hic lamentationum libellus, cum ſuperioris libri hiſtoria, cohæreat. Quæ verba, an Interpres noſter ſuæ editioni ex Græco adiecerit, multùm dubito. Ex noſtris, aureus D. Donatiani Brugenſis codex, non legit. Lyranus in correctis libris haud eſſe teſtatur. Enarratores, Rabanus, & Paſchaſius, non attingunt, vt nec Richelius. Caſtigatores Dominicani, non agnoſcunt. Denique Epanorthotes Noſter, & alij quidam, redundare pronunciant. 354. * ductus 16 MS. * deſtructa 16 MS. — 2 MS. G. * lamentationem hanc 16 MS. * ſuper 1. — 3 MS. G. † plangens deſolationé populi ſui & ſubuerſione ciuitatis, dicens 1 MS.

C. 3. v. 23. *Noui diluculò.*] Maior cùm codicum, tum expoſitorum pars, legit *noui*: Antiqua autem omnia Dominicanorũ exemplaria, quatuor Hentenij, duo noſtra, Brug. V., & vnum Pariſienſium Ge. l., habent *noua*. Hebræa vox חֲדָשִׁים verti non poteſt *noui*, ſi pro verbo *noui* accipias, quo modo gloſſematici, Paſchaſius, Author Ordinariæ gloſſæ, Author Interlinearis, Thomas, Lyranus, Carenſis, & Richelius, acceperunt. quare aliquando nos, alteri lectioni *noua*, Hebræa, Chaldæa, ac Græca, ſuffragari, ſcripſimus. Cæterùm, ſi *noui* nomen eſſe intelligatur, reddi ex Hebræa illa voce poteſt. Poteſt autem & *noua* transferri, ac quidem commodiſſimè, vt referatur ad חֲדָשִׁים *miſerationes*, quod eſt in præcedenti verſiculo, quò Ruperti Tuitienſis commentarius refert. hinc Pagninus paraphraſticè interpretatus eſt, Noua ſunt quolibet manè miſericordiæ. Atque hanc & noſtri Interpretis 355. In Lodouic MS. corrupte ſcripſit ui, pro eo quod ſtat primo.

terpretis verſionem eſſe, *noua* inquam, non *noui*; vetera manuſcripta loquuntur: quæ Epanorthotes ſecutus, id approbauit *Noua diluculò*. exiſtimatim, pro *noua* minimè intellecto, verbum *noui* ſubſtitutum fuiſſe. Lobienſe antigraphum ſcribit " *Noua es' diluculò*: id quod Dominicani S. Hieronymo attribuunt. Certè, optimè conuenit commentario, qui eſt in Hieronymi operibus: ſed, non eum Hieronymi commentarium eſſe, doctorum virorum opinio eſt, quòd multæ in eo inueniantur ſententiæ, ex Gregorio Papa decerptæ. Rabani potiùs eſſe creditur, cuius in Ieremiam cõmentarijs Baſileæ excuſis, iunctus eſt. Porrò, hoc legendi genus *noua es diluculò*, ex eo confictum arbitror, quòd ſequatur *Multa eſt fides tua*. Græca Regis editio & Complutenſis habent τὰ καινὰ ἐν τῷ πρωΐ, noua in diluculo. In alijs Græcis editionibus, duplicem reperio tranſlationem; vnam καινὰ εἰς τὰς πρωΐας vana in dilucula, quæ, cum illa eadem eſt, nam, corruptè legi καινὰ pro κενὰ *vana* pro *noua*, exemplar Vaticanum docet; alteram loco priorem, μένας, ſiue, μενὰς εἰς τὰς πρωΐας menſes in dilucula, quæ, ex eadem Hebraica dictione, paulò aliter lecta, profluxit: poſito enim puncto ד: loco ר, ita vt ſit חֳדָשִׁים, menſes ſignificat. Latinum M. N. Auguſtini Hunnæi exemplar, O, notatum, ſcribit *Renoua illas diluculò*: id quod Græci Tractatoris Theodoriti lectioni accedit, qui, deinde, habet, Propheta ſupplicationem offert eorum nomine, *Renoua eos velut diluculum matutinum*. quia calamitatem nominauit tenebras, mutationem eius comparat diluculo. Poſſit & hoc ex Hebraica illa dictione verti, ſi legas חַדָּשִׁים. Chaldæi paraphraſis eſt: Miracula noua promit diluculò.

356. C. 3. v. 28. " *Sedebit' ſolitarius & tacebit, quia " leuauit' ſuper ſe.*] Pronomen *ſe*, quod multi codices, cum Gloſſematicis, Lyrano, Carenſi, & Richelio, repetunt, hoc modo, *Quia leuauit ſe ſuper ſe*; antiqua Dominicanorum ſcripta, tria Pariſienſium Di. l. Ge. o. l., tria noſtra O. C. Beſſ., & Complutenſis editio, cum Enartatoribus, Paſchaſio, & Authore Gloſſæ ordinariæ qui Paſchaſium ſecutus eſt, haud agnoſcunt. Hebraicè non additur יְהַב עָלַיו: nec Græcè legitur ὅτι ἦρεν ἐφ' ἑαυτῷ. Itaque, caſtigatores, Dominicani, Epanorthotes, Pariſienſes, Hentenius, emendarunt: *Quia leuauit ſuper ſe*. Additum fuiſſe videtur alterum illud *ſe*, ex commentario qui id ſubaudierit. Porrò, alij ſubaudiunt *iugum*, quod legitur in ſuperiori verſiculo, Paſchaſius, Dominicani, Scholiaſtes Hebraicus: id quod etiam in textum ab aliquibus relatum eſt. nam Theodoriti Græci textus habet, *Quia tollit ſuper ſeipſum graue iugum* τὸ *graue*, Latinus Paſchaſius, in ſuperiori verſiculo, iugo iunctum legit. Chaldæus caſtigationes ſubaudiuit, cuius hæc paraphraſis eſt: Sedebit ſolus, & tacebit, & ſuſtinebit caſtigationes, quæ eueniunt propter vnitatem nominis Domini: quæ mittuntur, vt vindicet ſe de eo, propter peccatum leue, quod peccauit in ſeculo iſto, vſque dum parcet ei, & auferet eas ab eo, & recipiet mercedem perfectam in ſeculo venturo. Sedit o. leuabit o.

NOTATIO IN EPIGRAPHEN EPISTOLÆ IEREMIÆ.

357. *** Exemplar' epiſtolæ * quam miſit Ieremias ad abducendos " captiuos' in Babyloniam &c.*] Exemplaria Hentenij 14, pro *ad abducendos* legunt *ad abductos*: quibus ſuffragantur Carenſis & Richelius, conſentiuntque manuſcripta noſtra vniuerſa, demtis aliquot, quæ, vel epiſtolam, vel epigraphen epiſtolæ omittunt. Tantùm impreſſos aliquot codices, eoſque non inter primos, vidimus, qui, *ad abducendos* ſcribant. Cæterùm, Græcè, qua ſola lingua hæc exſtat epiſtola, eſt, πρὸς τοὺς ἀχθησομένους ad ducendos. Præterea, initio ipſius epiſtolæ legitur Latinè & Græcè concorditer: *Propter peccata quæ peccaſtis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui.* Videtur igitur, in epiſtolæ epigraphe, legendum *ad abducendos*: niſi dicas, quod Hugo Cardinalis, ſcriptã fuiſſe ad eos epiſtolam dum in itinere eſſent: quo tempore, partim erant abducti, partim abducendi. Lyranus & Richelius dicunt, epiſtolam, ſcriptam quidem fuiſſe antequam abducerentur, miſſam verò poſtquam in captiuitatem abducti eſſent: ſed nullius hiſtoriographi authoritatem proferunt. * Incipit o. * exemplum MS. pleraque. * eiuſdem o. * 3 MS. G. Sed Gq. addunt.

NOTATIONES IN EZECHIELIS PROPHETIAM.

358. C. 5. v. 7. *Et iuxta iudicia gentium quæ in circuitu veſtro ſunt, eſtis operati.* Sic, nouem Hentenij, & noſtra 5. * manuſcripta, legunt. Porrò, alia noſtra 22 manuſcripta*, omneſque impreſſi libri, addunt negationem: *Et iuxta iud. gent., quæ in circ. veſ. ſunt, non eſtis operati.* Quibus ſuffragantur, Hebraica, Chaldaica & Græca, quotquot vidimus, exemplaria: adſtipulantur tractatores, Serranus, Richelius, Carenſis, Lyranus, Author ordinariæ gloſſæ, denique Hieronymus. Videri poſſit demta negatio, quòd iudicatum fuerit, non argui Iudæos, quia gentium iudicia non ſint ſecuti; ſed potiùs quia ſint ſecuti, Dei iudicijs, quod antecedit, ſpretis. Nam & hinc quidam *non* in *vos* mutauere: ſic enim tria ex ſcriptis noſtris legunt *Vos eſtis operati*. quod, miror, Carenſem Hieronymo attribuere. Porrò autem, iuxta Hieronymi enarrationem, reprehenduntur Iudæi, quòd non fecerint, quæ gentes, naturali lege ſcripta in cordibus ſuis, ſæpè fecerunt. Epanorthotes docet, noſtram lectionem negatione addita conſtare; ſed tamen, in Hebræo negationem non eſſe, niſi, vt ait, zeugmaticè repetatur, vt infrà vndecimi capitis 11° verſu; ideoque, iuxta alium transferendi modum, aliam quæ litteram, affirmando legi, *Eſtis operati*. Ego, in codicibus Hebraicis, quoſcumque videre potui, huic parti expreſsè additam inueni negationem; ſimiliter, in Chaldaicis & Græcis, & Vatabli ex Hebræo verſione. Cæterùm, in Pagnini verſione, Lugduni, anno 1527, item 1542, excuſa, ſine negatione repe-ri: Et iuxta iudicia gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, feciſtis. Rurſus, vndecimi capitis ſubſequentis 12° verſu, quo eadem penè leguntur quæ hoc verſu quinti capitis; Hebraicè ac Chaldaicè negationem huic parti non additam deprehẽdi: quam nec Latinus Interpres, Hieronymus, eo loco dedit, qui vertit: Sed iuxta iudicia gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, eſtis operati.

359. C. 11. v. 21. *Quorum " autem' cor poſt offendicula.*] Quædam manuſcripta addunt, multa tollunt, *autem* coniunctionem. Hebraicè eſt *vau* coniunctio, quam LXXII καὶ transtulerunt, Hieronymus *autem* vertiſſe potuit. Atque *autem* coniunctione media, Hieronymi enarratio, hanc partem ijs quæ præcedunt connectit: Qui autem, habet; nequaquam pœnitentia priota peccata correxerint, ſed ambulauerint poſt abominationes ſuas, retribuam eis quod merentur. Porrò caſtigatores, Hentenius, Pariſienſes, & Epanorthotes, transfoſſo *autem*, legendum cenſuerunt, *Quorum cor poſt off.*, nimirum, quòd plura, atque integriora pleraque, manuſcripta, ſic habeant, id quod in noſtris obſeruauimus. Gloſſa Lugduni impreſſa, addit *autem*, & exponit *ſed*: verùm, ſcripta, quam ex Leodienſi Abbatia D. Iacobi habemus, ignorat *autem*, ſubaudit *ſed*. " Velò 2 MS. Chaldæa Regiæ editionis, legitur Hebræa, Vau; Veneta omittunt.

360. C. 12. v. 4. & 7. *Quaſi vaſa tranſmigrantis.*] Quidam codices, vno verſu legunt, *tranſmigrationis*, altero *tranſmigrantis*; quidam vtroque *tranſmigrationis*; complures vtroque *tranſmigrantis*. Hebraicè vtrobique eſt גולת, quod, ſi legas vt in punctatis eſt Biblijs, גולת, tranſmigrationem; ſi גולה, tranſmigrantem ſignificat. גולה legerunt Græci & Chaldæus: verterunt enim, illi αἰχμαλωσίαν captiuitatem; hìc גָּלוּתָא tranſmigrationem. Latinus Interpres, vt etiam hi, verſu tertio legit גולה, nam tranſtulit, codicibus ſibi conſentientibus, *tranſmigrationis*: ſed quarto & ſeptimo verſibus, vtrum legerit, vtrúmue conuerterit, codices diſſentientes incertum reddunt. Ex emendatioribus noſtris, O & Q, *tranſmigrationis* vtrobique habent; Brug. Lob. E. L. Pl. m. vtrobique *tranſmigrantis*. Hieronymo adſcriptus textus, priori loco *tranſmigrantis*, poſteriori *migrantis* ſcribit. In commentario Hieronymi, pro prioris loci explanatione, legitur: Colligę, inquit, ſarcinas tuas, hæc enim vaſa ſunt trãſmigrantis, videlicet ibus eis.

361. C. 16. v. 18. *Et ſumſiſti veſtimenta tua multicoloria, & operuiſti illas.*] Impreſſi libri plerique omnes legunt *& operuiſti " illas'*: manuſcripti, Epanorthotæ antiqui, Hentenij plurimi, noſtri omnes, numero vnus & triginta, illius loco habent *& veſtita es* * *eis*. quibus, Gloſſematicorum, Lyrani, Carenſis, & Richelij, lectio conſonat. Hebræum וְכִסִּים verti vtroq. modo poſſit. Camhius, in commentariis & in libro Radicum, Pagnino referente *, vtroque modo exponit, & operuiſti illas, ac, & operuiſti te illis. D. Hieronymus, hunc enarrans modum, explicat *& operuiſti illas*: Et operuiſti illas, ſubauditur, imagines maſculinas, vt omnem cultum, quem acceperat ad vtendum, verteret in blaſphemiam. Hieronymus, inquit Epanorthotes, in commento ponit iſtam plus ſecundum Hebræum *Et operuiſti illas*, nec per hoc intelligo primam damnatam. Videtur hoc loco accidiſſe, quod & alibi quandoque, Hieronymum, dum commentaria ſcriberet, aliter vertiſſe, quàm prius verterat; itaque, antiquiores libros, primam ſeruaſſe tranſlationem, poſteriores eſſe ex commentario mutatos. Ereenim, Hieronymiani commentarij occaſione, ſcripſit Carenſis, litteram hanc *& veſtita es eis*, non eſſe in Hebraica veritate, nec in 70; ſed veram ſecundum Hieronymũ eſſe litteram *& operuiſti illas*. Porrò autem, ſecutus videtur Hieronymus 72, dum vertit commentaria texens *Et operuiſti illas*: nam, traduxerunt illi, ᾗ ἐπεξέλαβες αὐτά, & operuiſti illa, ſic enim legunt hodie Græci codices, neutro genere, quo modo & quidam Latini ſcribunt. quod, ad σκεύη vaſa, referri opinor, ex quibus dixit propheta imagines factas. Aut certè ipſa ſeptuaginta-duorum tranſlatio eſt, quam Hieronymus explicat: nonnunquam enim, ſua tranſlatione præterita, eam dumtaxat, quæ LXXII eſt, explanat. " illa 2. * in 3 MS. * in verbo משה

362. C. 21. v. 19. *Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambo.* Sic, codices plerique ſcribunt. nonnulli autem, feminino genere, legunt *ambæ*; quatuor manuſcripti E, H, L. Pl. m., duo impreſſi, Compluti vnus, Coloniæ * alter. vtrumque, Hugo Carenſis exponit. Hebraicè eſt maſculino * Anno 1529.

genere שְׁנֵיהֶם: verùm id plerique Latinè feminino genere reddunt *ambæ*. omnino enim, ad *vias*, quæ Hebraicè genere masculino vocantur דְּרָכִים, videtur respicere: siquidem, nihil illud anteceſſit, ad quod referri commodè poſſit. Certè, D. Hieronymi enarratio, ſi conſideratè legatur, ad *vias* refert; eôdem Richelij, qui Hieronymum eſt ſecutus. verba huius ſunt: De terr. vn. egred. am., id eſt, Duæ hæ viæ à capite vno incipient, ſeu, vno itinere Chaldææ. Lyranus & Carenſis, *ambo*, ſubaudiunt, Rex Babylonius & eius gladius vel exercitus.

363. * in 4 *MS.* - o. * terram o. * ad *Q.*

C. 21. v. 30. *Reuertere* * *ad vaginam tuam, in loco* * *in' quo creatus es, in terra' natiuitatis tuæ iudicabo te.*] Ex emendatioribus noſtris manuſcriptis, Brugenſe, Lobienſe, E. L, *in loco* ſcribunt; O. & Q. * *in' locum*. Vulgaria, & his, & illis, non pauca concinunt. *In loco* ſi legatur, rectè ſequentibus iungatur; *in locum* præcedentibus. Hebræa vtrumque admittunt, præſertim vt Interpres ea legiſſe videtur. Hebræorum Magiſtri primam verſus partem hunc ad modum punctauerunt, תָּשֹׁב אֶל תַּעֲרָהּ quod, ad verbum Antverpienſes interpretati ſunt, Reducendum ad vaginam ſuam: Pagninus explicuit *Nunquid* reducam *gladium* in vaginam ſuam? cui, cùm id quod ſequitur *in loc. in quo creatus es*, commodè copulari nequeat, diſtinguente accentu athnah ab eo ſeparatum, atque ad alteram verſus partem relatum eſt. Porrò Interpres videtur, תָּשֹׁב אֶל-תַּעֲרָהּ legiſſe, verbum חשב pro imperatiuo accepiſſe, litteram ה dictionis תַּעֲרָהּ, non pronominis, ſed femininæ terminationis loco habuiſſe, denique pronomen *tuam* ſubaudiuiſſe; itaque vertiſſe, *Reuertere ad vaginam tuam*: quo planè modo & LXXII ſenes tranſtulerunt, Ἀπόστρεψε * εἰς τὴ * κολεόν σου *. hoc igitur Hebræa accepta modo ambigua ſunt, ita vt בְּמָקוֹם, vel *in locum* verti poſſit, & præcedentibus copulari, vel *in loco*, & ſequentibus necti. LXX *in loco* reddiderunt, & ſequentibus coniunxerunt: ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ᾧ γεγένησαι, ἐν τῇ γῇ τῇ ἰδίᾳ σου, κενῶ σε: atque idem, noſtri Interpretis verſioni, Caſtigatores, Hentenius, & Pariſienſes, attribuerunt. Atqui Gloſſematici, Carenſis & Richelius, *in locum* præcedentibus iunctum legunt atque exponunt: quibus, D. Hieronymi enarratio adſtipulatur, quæ huiuſmodi eſt: Reuertere ad vaginam tuam, id eſt, in Babylonem, ad locum in quo factus es & creatus: vt in terra natiuitatis tuæ iudicem te. Video & in multis exemplaribus, atque adeò emendatioribus, quæ *in loco* ſcribunt, præcedentibus id, interpungendi modo, connexum.

* κολεὸν *Gq.* * *v. sch.* κρατηλάτης *Gg.*

364. - o. * calumniabatur o. * ca'umnia 5 *MS.* * *Lob. H.*

C. 22. v. 29. *Populi* * *terræ* * *calumniabantur* * *calumniam*'. Sic noſtri codices plerique omnes legunt. Quatuor autem Hentenij & duo noſtri *, cum textu D. Hieronymi commentarijs iuncto, habent: *Populum terræ calumniabantur calumnia.* Fons Hebraicus ambiguus eſt, ita vt intelligi vtroque modo poſſit: עָם הָאָרֶץ עָשְׁקוּ עֹשֶׁק quidam tranſtulit, Populus terræ opprimebant oppreſſione; alter, Populum terræ opprimebant oppreſſione. Vtro igitur illorum modorum legendum ſit, ex Hebræo colligi non poteſt: ſed, ex Latinis codicibus, prior *Populi terræ calumniabantur calumniam*, in quo, ſingulare nomen *populus*, propter Latinam oratorum phraſim, in plurale mutatum eſt, mihi fit verisimilior: cui etiam Gloſſematici, Author Gloſſæ interlinearis, Lyranus, Carenſis, Richelius, ac Serranus, probabilitatem addunt: & ſuffragatur ipſe Hieronymi commentarius, qui hunc habet in modum: Populus autem terræ, nequaquam Dei, ſed terrenorum operum, principum ac ſacerdotum æmulator exiſtens, per calumniam & potentiam cuncta faciebat. Cæterùm, an ſexto caſu, *calumnia* legendum ſit, vt in quinque legitur codicibus, adſtipulantibus diſertè Lyrano & Richelio; an quarto *calumniam*, vt in pluribus eſt libris, minùs liquet. Eſt autem & in Græcis antigraphis, ſimilis, ex varia verſione, varietas. Regium & Complutenſe habent, τὸν λαὸν τῆς γῆς συκοφάντουντες ἀδικίαν, Populum terræ opprimentes iniuſtitia, quo modo & apud Theodoritum legitur. Aldinum, Argentoratenſe, & Baſileenſe anni 1550, ſcribunt, τὰς τῆς γῆς συκοφάντες ἀδικίαν, Populus terræ opprimentes iniuſtitia. In vno Latino ſcripto, B. littera notato, legimus *populo terræ*: *calumniabantur calumniam*: eratque τῷ *populo terræ* præcedentibus iunctum, *Cùm Dominus non ſit locutus populo terræ*. cuiuſmodi quidem etiam verſionem Hebræa pati poſſint: ſed nullius eſt ponderis. Chaldæa, vt Hebræa, dubia ſunt.

* συκοφάντουντες o.

365. C. 23. v. 24. *Et venient ſuper te inſtructi curru & rota, multitudo populorum, lorica & clypeo & galea armabuntur contra te vndique.*] Moguntina, Nurerburgenſis, & Colonienſis, primæ typographorum, ante annum Domini 1480, editiones, ac Pariſienſis anni 1557. ex Moguntina mutata, addunt & coniunctionem ante *multitudo*, *Et multitudo populorum*: quibus, ex manuſcriptis noſtris, vnum, Societatis Ieſu rubrum, cõſonat. Cætera omnia quæ habemus ſcripta atque impreſſa exemplaria, cum Hugone Cardinali, qui hanc partem ſolus exponit, coniunctionem illam haud agnoſcunt. Hebræa κατὰ πόδα transferas: Et venient ſuper te rheda curru & rota, & in congregatiõne populorum, ſcutum & clypeum & galeam ponent contra te vndique. τὸ *& in congregatione populorum*, ſi ijs quæ præcedunt Interpres iunxerit, meritò cum cõiunctione tranſtulerit, *Et multitudo populorum*, ſcilicet cum eis: ſi verò ad ſequentia retulit, rectè potuit omiſiſſe. Hebræi, ſuo interpungendi modo, præcedentibus iunxerunt. Paraphraſtes Chaldæus ſequentibus copulauit, hoc pacto: Et venient ſuper te cum inſtrumentis armaturæ, cum curribus & rotis, & turmam populorum, qui armati ſunt ſcutis & galeis, conſtituent contra te in circuitu.

366. * repleueritso * &o. * in o. - o. * potabis *MS. plurima.*

C. 23. v. 33. *Ebrietate & dolore* * *repleberis', calice mœroris & triſtitiæ,* * *calice ſororis tuæ Samariæ. 34.* - *& * *bibes illum, &* * *epotabis' vſque ad fæces.*] Librorum, quidam auferendi caſu legunt, *calice mœroris, calice ſororis*; quidam accuſandi, *calicem mæ., calicem ſo.*; quidam, prius auferendi, poſterius accuſandi caſu, *calice mæ., calicem ſo.* Germana Interpretis ſcriptura, ex Hebræo ſtatui non poteſt: eſt enim ambiguum, & in varios poteſt caſus verti, verſumque eſt, vt videre in Scholijs Hebraicis licet. Porrò, ex ipſis Latinis exemplaribus, id facilè mihi colligere videor, ſpurium eſſe tertium ſcribendi modum, germanum verò aut ſecundum aut primum. Nam, vt pauciora ſunt exemplaria, quæ prius *calice*, poſterius *calicem* ſcribunt, ita & minus emendata: longè autem & plura & correctiora ſunt, quæ vtrobique vel *calicem* vel *calice* habent. hoc ſi legendum ſit, *calice* inquam vtrobique, ſubaudiendum eſt præcedens verbum *repleberis*; ſi verò, quod veriſimilius apparet, illud, ſubaudi *bibes*, vel eò refer.

367. * ſuper 1 *MS.* * *Vat. Gr. 2. B.* * *Leod. B.G. Pl. 3.*

C. 25. v. 10. *Filijs Orientis* * *cum' filijs Ammon*, ſic librorum pars maior ſcribit: vnus Hentenij, tres Pariſienſium *, & quatuor noſtri *, *Filios Orientis* habent: alij octo ex noſtris *filiorum Orientis* legunt: eſt & vnus in quo *Filij Orientis* conſpiciatur. Primam *filijs Orientis* genuinam eſſe exiſtimo lectionem: illam enim, non tantùm plures, verumetiam emendatiores plerique codices, exhibent; inter noſtros Brug. Lob. E. L. O. P. Q. Pl. m. Pl. ang. Accedunt gloſſematici, Serranus, Richelius, Carenſis, Lyranus, Author Gloſſæ: qui concorditer datiuum *filijs* exponunt. Suffragatur D. Hieronymi commentarius, cuius hæc in hanc partem verba ſunt: Traditurque & ipſa, cum filijs Ammon, filijs Orientis, Babylonijs videlicet. &c. Hebræum לִבְנֵי קֶדֶם commodiſſimè *filijs Orientis* transfertur: & iungitur ſuperioris verſus verbo *aperiam*, aut ſubauditur *tradam* vel *tradetur Moab*, quod editioni noſtræ meliùs conuenit, ipſeque Hieronymus velle videtur. Quidam transferunt filios Orientis (ſupplent, vocabo vt veniant) contra filios Ammon. In Græca editione ſimiliter legitur: τοὺς υἱοὺς κέδεμ δὸὶ τοὺς υἱοὺς ἀμμών, filios Kedem ſuper filios Ammõ: ex qua fortaſſe, illorum Latinorum codicum lectio, qui *filios* habent, originem traxit. Qui patrio caſu *filiorum* ſubſtituerunt, videntur ad ciuitates id, quarum præcedunt nomina, retuliſſe; haud rectè, cùm Moabitarum, non Babyloniorum, vrbes fuerint, quæ Babylonijs tradendæ prædicantur.

368. * in *MS.* plerumque omnia *H. C. G. 7. MS. H, C. G.* * &o. * vndecimo 1 *MS.*

C. 29. v. 1. *In anno decimo,* * *decimo menſe, vndecima* - *die' menſis.*] Multa manuſcriptorum noſtrorum legunt * *in'* * *duodecimo' menſe*: ſed antiquiora atque integriora pleraque *in decimo menſe* ſcribunt, Brug. Leod. O. E. Pl. m. Q. A. & alia aliquot, adſtipulantibus Hebraicis & Chaldaicis libris. Græci, quos quidem viderim, ſimiliter ἐν τῷ δεκάτῳ μηνὶ habent: porrò, notatum nobis eſt, Vaticano antigrapho, ἐν τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ, pro δεκάτῳ, legi, quo modo apud Theodoritum lego. Similis, immò maior, proximi numeri eſt varietas. Manuſcripta quæ *in duodecimo menſe* legunt, ferè, ſuffragantibus, Lyrano, Carenſi, & Richelio, *vna* aut *in vna die menſis* ſubiungunt; pro quo vnum habet *prima die menſis*; aliud *vna prima die menſis*: verùm, his iterum, antiquiora atque integriora, occurrentia, ſcribunt *vndecima die menſis*, id quod, *vndecima* inquam, expulſo *vna*, in textum Hentenius retulit. Cæterùm, vt non illa, ita neq. iſta, prototypo Hebræo conſonant: eſt enim Hebraicè עֶשְׂרֵה עָשָׂר לְחֹדֶשׁ in duodecima menſis; ſimiliter Chaldaicè. Porrò, illa, Græcæ editioni conueniunt, quæ habet μιᾷ τῶ μηνὸς vna menſis. Epanorthotes annotat hunc in modum: Hebræus, In anno decimo, in decimo menſe, in duodecima menſis: antiqui ſimiliter, niſi quòd, pro duodecima, ponunt vndecima. ſed potuit eſſe error, quia vnum i in punctum ſcriptores breuiauerunt. Noui malè ſic, In anno decimo, in duodecimo menſe, in vna menſis. huius ego ſententiæ lubens ſubſcripſerim, *in decimo menſe* legendum eſſe, &, errore, in vetuſtis codicibus, qui præ alijs nobis ſequendi ſint *vndecima menſis*, pro *duodecima menſis* ſcriptum, veriſimile eſſe. Sunt enim affines numeri *vndecima* & *duodecima*, nominum ſcriptura, & arithmeticis, quibus deſignari ſolent, notis; nec ita Hebræis, vt Latinis. Biblia, Compluti anno decimoſeptimo, & Pariſijs annis 57 & 73. excuſa, *duodecima* legũt. In vno ſcripto XIIII^a. inuenimus.

xi. xii. 11. 12.

Atqui, ſententiæ illi, videtur D. Hieronymi commentarius refragari, qui, Poſt Sidonem, inquit, quæ & ipſa in Phœnicis litore conſtituta eſt, ſermo fit ad Prophetam, decimo anno captiuitatis regis Ioachim, in duodecimo menſe, & vna die menſis. Ac ne putes corruptum eſſe locum, poſtea de duodecimo menſe, deque vna die menſis, diſertè philoſophatur. Quinetiam, commentario adiunctus textus, habet: In anno decimo (ſiue, iuxta LXX, duodecimo) in decimo menſe (ſiue, iuxta Hebraicum, duodecimo) in prima (ſiue vna) menſis die. Dixiſſem, deprauatũ eſſe textum, quòd, nec Græci codices, quos vidimus, *in anno duodecimo*, nec Hebræi *in duodecimo menſe* ſcribant; reſtituendum verò hoc pacto: In anno decimo, in decimo menſe, ſiue, iuxta LXX, duodecimo, in prima, ſiue vna, ſiue, iuxta Hebraicum, duodecima, menſis die. Nam, & Hebraici libri *in duodecima die menſis*; & quidam Græci *in duodecimo menſe*, habent. Verùm, commentarius Hieronymi, non id patitur facilè; minimè verò in menſis numero. Poſtquam enim de duodecimo menſe egiſſet, ſubtexuit: Porrò iuxta LXX, decimus menſis, qui Hebraicè appellatur טבת &c. Adhæc, apud Theodoritum, *In anno decimo* inuenio. Quid ergo dicendum? An Græcos & Hebraicos hodie libros corruptos eſſe? Græcos, quòd decimum annum, qui Hebraicè eſt; Hebraicos, quòd decimum menſem & duodecimam menſis diem, dicant? Atqui, antiquiores, & fide digniores Latinorum codices, Hebraicis iſtis conſentiunt, in decimo quidem menſe, diſertè; in duodecima autem menſis, quòd *vndecima* ſcribant, non omnino obſcurè: ex quibus non leue argumentum ſumitur, Hieronymum ita primùm vertiſſe, *In anno decimo, in decimo menſe, duodecima menſis*; poſteriores autem libros (quod alibi non vno loco obſeruauimus) eſſe ex eius commentario mutatos. Quid ergo? Hieronymus dum commentaria ſcriberet, memoria lapſus eſt, aut numerorum varietate atque affinitate turbatus? certè non temere dicendum id eſt.

369. † *Anno 1684. ſcriptum. e Anni 1497.*

C. 32. v. 8. Hanc pericopen *Cùm ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus*, quam, cum Richelio expoſitore, multi codices legunt, poſt illud octaui verſus *Dabo tenebras ſuper terram tuam, dicit Dominus Deus*; tria Pariſienſium ſcripta Di. o. l. Ge. p., quatuor noſtra Lob. † O. L. Pl. la., prætermittunt, quibus conſonant Typographorum editiones, Moguntina, Colonienſis, Veneta *, & Complutenſis. Hebraici, Græci, & Chaldaici libri, non agnoſcunt. Hieronymi commentarius non attingit, vt neque textus habet. Caſtigatores, Hentenius & Pariſienſes, textu pepulere. Cæterùm, Epanorthotes, Malè, inquit, hunc verſum *Cùm ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus* (quidam) reſecauit, cùm & antiqui & noui habeant, & libri gloſſati, quia Hebræus eorum non habet. Certè, in antiquis libris, Brugenſi, E, & Plantini medio, lego, qui, cum alijs octo noſtris, eo planè modo habent quo proximus. Porrò, duodecim omittit *tui*, cum textu Gloſſæ ordinariæ tam ſcriptę quàm impreſſæ, *Cùm cec. vulnerati in*: nouem legunt *in terram, Cùm cec. vul.* * *in terram, ait*: vnus * dumtaxat *Cùm ceciderint vulnerati* habet, immiſceatque præcedentibus verbis *Et dabo ten. ſu. ter. tuam. cùm ceciderint vulnerati, dicit Dominus Deus*: duo * decimo verſui adiiciunt, ad eum modum quo primùm pericope eſt adducta, poſt illud *Horrore nimio formidabunt ſuper te.* quæ varietates poſſint eam ſuſpectam reddere. Leodienſis Abbatiæ manuſcripto conſpicitur addita. Videri fortaſſe poſſit, commentarius eſſe, eius, quod in fine decimi verſus legitur *In die ruinæ tuæ* (tuæ enim, non *ſuæ*, habent Hebræi, Græci, D. Hieronymus, Lobienſe manuſcriptum, Atrebatenſis collegij alterum, & Complutenſis editio) nam & Chaldæus paraphraſtes, id ita expoſuit: In die ruinæ occiſorum tuorum.

* *Tol. arg.* * *Q. Baſil.*

370. C. 32. v. 10. Quæ ſuperiori notatione, de hac pericope *Cùm ceciderint vuln. &c.* dicta ſunt; eadem pene nunc, circa verba iſta *Propter iniquitates vniuerſas quas operatus es*, ſunt repetenda. Ea enim, cum Richelio expoſitore, multi codices, legunt, poſt illud decimi verſus *Horrore nimio formidabunt ſuper te.* Pariſienſium autem manuſcripta Di. o. l. Ge. p., & noſtra Lob. O, prætermittunt. quibus concinunt eædem editiones, Moguntina, Colonienſis, Veneta, & Complutenſis; duæque aliæ, Nurenburgenſis, ac Baſileenſis. Hebraici, Græci, & Chaldaici libri, non agnoſcunt. Hieronymi commentarius non attingit, vt neque textus habet. Caſtigatores, Hentenius & Pariſienſes, textu pepulerunt. Epanorthotæ verò, idem eſt de his, quod de ſuperioribus verbis iudicium: quòd, ſimiliter, & antiquis & nouis libris legantur. In antiquis, Brugenſi, E, Plantini medio, & pleriſque alijs exemplaribus noſtris, exſtant; ſed variè in quibuſdam. Vnum addit *tuas*: *Propter* * *vniuerſas iniquit.ates' tuas quas op. es.* Atrebatenſis Collegij ſericatum, tollit *vniuerſas*: *Propter iniquitates quas op. es.* Alterum Atrebatenſis Collegij, *Propter vniuerſas iniquit.ates tuas* habet, idque ſolum: quo modo & apud Richelium legitur, atque in textu Gloſſæ ordinariæ quam ſcriptam habemus. Chriſtophori Plantini longum, his verbis, ſubiungit illa *Cùm ceciderint &c.* Q. & Buſlidianum, vt illa *Cùm ceciderint*, horum loco, decimo verſu, ponunt, poſt *Horrore ni. for. ſu. te*; ita hæc *Propter vn.*, illorum loco, octauo verſu, poſt, *Et dabo te. ſu. ter. tu. di. do. Deus.* Leodienſi antigrapho, hæc, ſicut illa, conſpiciuntur addita. Hugo Cardinalis, inter recentiores enarratores, neque illa, neque hæc, legiſſe videtur.

* Iniquitates vniuerſas. 2 *MS.*

371. * Qui 1 *MS.* Quotatum.

C. 32. v. 32. Manuſcriptorum noſtrorum viginti, inter quæ numerantur, Brugenſe, Lobienſe, L, O, Q, & plerique impreſſi codices, inter quos ſunt, Moguntinus, Nurenburgenſis, Colonienſis, legunt: * *Quia' dedit terrorem ſuum in terra viuentium.* Duo noſtra manuſcripta, Beſſarionis ac longum Plantini, & Quenteliana Biblia, ſcribunt: *Quia dedi terrorem ſuum in ter. vi.* Tria nobis à D. Hunnæo commodata ſcripta, A, E, V, habent: *Quia dedi terrorem eius in t. v.*; Quinque alia, Leodienſe, Plantini medium, Buſlidianum, I, C, & Regia editio, ac D. Hieronymi commentarijs adiunctus textus: *Quia dedi terrorem meum in t. v.* huic quarto legendi modo, Hebræorum lectio adſtipulatur כִּי-נָתַתִּי אֵת-חִתִּיתִי id eſt, Quia dedi terrorem meum. Tertio & ſecundo Hebraorũ ſcriptio ſuffragatur (אֵת חִתִּיתִי, id eſt, terrorem eius: hoc enim hoc loco eſt cetib, illud keri) Et Græcorum interpretatio, ὅτι δέδωκα τὸν φόβον ἐμοῦ, Quia dedi formidinem eius. Verumenimuero, apud Græcum Theodoritum, lego, quod primo modo velit, Quia dedit terrorem ſuum: cui non contradicit enarratio, Dabit tamen impietatis pœnas, quia, multo ſibi ſubiectis inculſo metu, ipſe legem meam non admiſit, ſed animam reliquit incircunciſam. Primo modo vult & B. Hieronymi cõmentarius: Hi enim dederant terrorem ſuum in terra viuentium: quod quintò dicitur, vt omnes iſtiuſmodi nationes cauere & fugere debeamus, quæ cunctis nos ſenſibus deceperunt; & ſcire eſſe horribiles, nec facilè poſſe vitari, niſi omni cuſtodia ſeruauerimus cor noſtrum. Quintò ait hoc dici, quòd terrorem ſuum dederint in terra viuentium: legit igitur, vt ſuperioribus locis * legitur, tertia perſona, *Dedit terrorem ſuum* (ſcilicet Pharao & omnis exercitus eius) quanquam ſuperioribus locis, plurali numero ſit *dederunt* ſeu *poſuerunt*. Chaldæus etiam paraphraſtes, ad eum modum hoc loco tranſtulit, quo ſuperioribus: Quia traditi ſunt in exitum fortes, eò quòd dominati ſint in terram Iſraël.

* *v.* 23. 24. 25. 26.

372. - o.

C. 39. v. 2. *Et circumagam te, & ſeducam* - *te'.*] Tria Pariſienſium (Vet. V. Di. l. Ge. p.) & 14. noſtra manuſcripta (E. L. Pl. m. &c.) legunt *ſeducam*. Octo Hentenij, & 14. noſtra (Brug. Lob. Q. &c.) cum textu Hieronymi commentarijs iuncto, habent *reducam*. Duo noſtra (O. & Pl. ang.) multiq. impreſſi (Mog. Nuren. Col. Compl. &c.) cum Carenſi expoſitore, ſcribunt *educam*. Hebraicè eſt וְשִׁשְּׁאתִיךָ quod, שֵׁשׁ, quod eſt, ſex, deductũ, ſimili verbo, *& ſextabo te* reddunt; exponuntque, quidam, *& ſextam partem relinquam ex te*, ſiue, ad ſextam partem redigam te; quidam, *& ſex plagis afficiam te*, ijs quæ ſuperioris capitis 22° verſu enumerantur. LXX interpretati ſunt καὶ ἐξήγαγόν σε, & ducam, vel, deducam te; aut, vt in Regia editione eſt, καὶ κατάξω σε, & deducam, vel, reducam te. Chaldæus tranſtulit וְאַסְעֵינָךְ & ſeducam te, ſiue, errare faciam te: quod, primo legendi modo ſuffragetur, qui apud Epanorthoten eſt, & Hentenij ac Pariſienſium dono textu gaudet. Richelius eo modo legit: & interlinearis gloſſæ Author, D. Hieronymi ferè verbis eum explanauit: Et ſeducam te, Spe inani ſcilicet lactabo te, qua ſeductus, ad prœlium feſtines occidendus, victoriæ ſpe fruſtratus. Hieronymi commentarius, ad hunc modum, vt à Cheuallonio excuſus eſt, habet: Iſte educetur ſiue circumagetur, & palpabitur ſiue lactabitur: vt, ſperans victoriam, occidendus ducatur ad prœlium.

373. * *fortes o.*

C. 40. v. 16. *Et ante* * *frontes' pictura palmarum.*] Auteus D. Donatiani Brugenſis codex, E, Q, Plantini medius, & alij noſtri, ſcripti 19. impreſſi 6, cum expoſitore Lyrano, addunt *cælata: Et ante frontes pictura palmarum cælata.* Pariſienſium verò exemplaria quinque Di. o. l. Ge. p. v. Mog., & noſtra 8. Leod. Lob. O. L. H. Ge. Pl. la. Col., cum D. Gregorio & Hugone Carenſi, tollũt: quod, neque Hebraicè, Chaldaicè, aut Græcè, legitur. Hebraicè eſt, וְאֵל אֻלָּם תְּמֹרִים, & ad poſtem palmæ; Chaldaicè וְעַל אַרְעָא מוּתְנָתָא & ſuper poſtem palmæ, aut capirella; Græcè καὶ ἐπὶ τοῦ αἰλὰμ φοινικῶν ἐν ἐν ἑκάστῳ, Et ſuper ailam palmæ hinc & inde. Pariſienſes itaque & Hentenius, textu illud indignum cenſuerunt, expulerũntque. Cæterùm, noſter Epanorthotes: Antiqui, inquit, Et ante frontes pictura palmarum cælata: quod quidam delent, quia Hebræus non habet quod dicitur *cælata*. Sed nec habet Hebræus quod dicitur *pictura*: ſic tantùm habet, Et ad frontem palmæ. hæc Epanorthotes. D. Hieronymi textus non legit *cælata*: Commentarius habet; Et ante frontes, inquit, porticuum, pictura ſiue cælatura palmarum; & pòſt, Denique poſt 60. & 50. cubitos, & thalamos, & porticus, & frontes porticum, & feneſtras plurimas per circuitum, palmarum nobis cælatura vel pictura monſtratur. hinc Gloſſa, vt in S. Iacobi Abbatia Leodij ea olim ſcripta fuit, non addit *cælata*: ſed ſupra *pictura*, ponit, vel cælatura. Inferiùs, verſibus 26. 34. & 37., abſque controuerſia addidit Interpres, ſine *pictura*, cæla.: Et cælatæ palmæ erant, vna hinc & altera inde, in fronte eius: Et palmæ cælatæ in fr. &c. Et cælatura palmarum in ft. &c.

* τὸ *Gq.*

374. C. 40. v. 49. *Et octo gradibus aſcendebatur ad eam.*] Manuſcripta quotquot habemus (nam, quod in Bibliorum margine ſignatum eſt, D. Hentenij eſt exemplar) legunt feminino genere *eam*. Similiter Enarratores legunt, Richelius, Carenſis, Author Gloſſæ, ipſeque Hieronymus, cuius hæc verba ſunt: Et octo gradibus aſcendebatur ad eam, id eſt, ad portam interiorem; & iſta: Octo ſiue decem gradibus, qui perfectus eſt numerus, aut vndecim, de quo iam diximus, aſcenditur ad portam ſanctorum. Porrò, Regius textus ex Complutenſi, & quidam alij impreſſi libri, maſculino genere ſcribunt *eum*. Atqui, quò referri id poſſit non video. Hebraicè eſt אֵלָיו eodem ge-

nere: sed id, vel ad אָנָם refertur, vel ad שַׁעַר. hoc autem, Latini feminino genere dicunt *portam*; illud neutro, *vestibulum*. Græcis codicibus αὐτόν quod legitur, ad οἶκον referri potest (ᾗ εἰσήγαγέ με εἰς τὸ αἴλαμα τοῦ οἴκου, pro quo nos habemus *Et introduxit me in vestibulum templi*) quod & Hebræa permittunt. Quod hîc Lyranus notat, li *octo* non esse de textu, quia non sit in Hebræo, suis D. Hieronymus commentarijs refellit: Symmachum enim, qui octo gradus posuit, hoc loco secutum se ait.

375. ᵃalient o. ᵇprincipibus o.

C. 46. v. 16. *Si dederit princeps donum ᵃalicui' de ᵇfilijs' suis.*] Vnum Parisiensium manuscriptum Ge. p., sex nostra Brug. Leod. Q. L. Pl. ang. F, ac typographorum editiones Mogunt. Nuren. Colon. Compl. & Quent., scribunt *donum*. Permulti verò libri, illius loco *domum* habent. Hugo Cardinalis, veram litteram, secundum Hieronymum, *donum* esse docet: sic enim Hieronymi commẽtarius habet, Hucusque sermo de principe: nunc de hæredibus eius præcepta tribuuntur, immò de donis, hæreditate, atque legatis, quibus dare debent, & quorum sit vel ad tempus vel æterna possessio. Si, inquit, filijs suis dederit, vel donum, vel hæreditatem, ipsi possidebunt eam. Græca vox δόμα ad *donum* & *domum* ambigua est: sed Hebraica מַתָּנָה, ex qua illa translata est, *donum* significat, non *domum*, deriuata à נָתַן, quod est, dare siue donare. Eadem vox Chaldaicè est: quam versu proximo Interpres *legatum* transtulit. Quare, Hentenius & Parisienses, rectè *donum* in textum transtulere.

NOTATIONES IN DANIELIS PROPHETIAM.

376. C. 2. v. 41. *Porrò quia vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli & partem ferream.*] Tria Parisiensium (Di. o. l. Ge. o.) decem Hentenij, & duodecim nostra manuscripta, *testæ* habent, pro *testeam*. Sunt autem in illis duodecim nostris, pleraque nostra integriora, Brugense, Leodiense, Plantini medium, O, E, Q. Beati Hieronymi commentarijs iunctus textus, *testam* scribit, ex Cheuallonij editione: Carensis verò *testæ* habere Hieronymum notat. Chaldaico fonti (est enim Danielis liber, ab huius capitis 4. versu vsque ad octaui capitis initium, Chaldaico sermone conscriptus) est חַסַף, quod substantiuè testam denotat. Quare, germana esse videtur Interpretis scriptura, quam Parisienses receperunt, *testæ*. Manifestus est autem sensus, ex 33. versu, quo clarè legitur: Pedum, quædam pars erat ferrea, quædam fictilis.

377. C. 4. v. 29. Tria nostra manuscripta Brug. Lob. O., & D. Hentenij emendatio, ad hunc scribunt modum: *Et cum bestijs feris erit habitatio tua*: qui, Chaldaico fonti, & Græcæ editioni, consonat. ille habet עִם־חַיַּת בָּרָא מְדוֹרָךְ Et cum bestia agri habitatio tua; hæc καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἡ κατοικία σου Et cum bestijs agrestibus habitatio tua. Complures verò codices, cum interlinearis Glossæ Authore, inter *bestijs* & *feris* cõiũctionem legunt; sed variè. Vndecim nostri habent, *cum 1 MS. *Et cum bestijs & *feris*; Alij vndecim nostri, *Et cum bestijs atque feris*; Nouem, *Et cum bestijs ferisque*; vnus, C notatus, *Et cum feris atque bestijs*. Suprà, 22. versu, vbi eadem leguntur verba, O. & Lobiense, similiter, absque coniunctione scribunt, *Et cum bestijs feris erit habitatio tua*, Chaldæo & Græco pari modo consentientibus. Verùm ibi, plerique omnes codices, & quidem vniformiter, *Et cum bestijs ferisque*, habent, ᵇsiet 1 MS. ᵃerit' hab. *tua*: quam & Epanorthotes antiquorum librorum esse lectionem docet. Ergo, quantum deprehendere nos possimus, vicesimosecundo versu *cum bestijs ferisque*, vicesimonono *cum bestijs feris*, Interpres transtulit. Parisiensis typographus, vicesimonono versu, simul cum coniunctione, *feris* sustulit: non rectè. errore id factum crediderim, quòd, in priori editione, erroneè signarit ᵃ& feris', pro ᵃ& feris.

ᵃ Vat. Di. l. Ge. o.

378. C. 6. v. 4. *Quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere regni.*] Malè in codicibus quibusdam scriptum est, *Quærebant vt inuenirẽt occasionem Danieli*: rectus enim est ordo, qui in emendatioribus est, *Quærebant occasionem vt inuenirent Danieli*.

Pro *vt inuenirent Danieli*, tria Hentenij exemplaria legunt, *vt auferrent Danielem*; vnum ex nostris, *vt euellerent Danielem*: quæ substituta sunt, quòd, ei quod sequitur *ex latere regis*, aptius congruere viderentur; illud verò *vt inuenirent Danieli*, obscurius esset, minusq. intelligeretur. Nam & hinc quidam id omiserunt, quidam aliter immutarunt. Scriptum C. notatum, dumtaxat *Quærebant occasionem ex latere regis* habet; H notatum, *Quæ. occa. vt inuenirent Danielem ex la. regis*; Busslidianum, *Quæ. oc. vt veniret Danieli ex la. regis*. Atqui, Chaldaicè לְהַשְׁכָּחָה לְדָנִיֵּאל est, ad inueniendum Danieli, vel, contra Danielem; & Græcè, εὑρεῖν κατὰ Δανιὴλ, inuenire contra Danielem; quemadmodum in plerisq. integrisque Latinis libris, *vt inuenirent Danieli*.

Ex latere regni, sic Complutensis editio, atque ex hac Regia, legit: sic, ex Parisiensi, Louaniensis Hentenij, habet: sic denique Parisiensis Niuellij, anno 73. impressa, scribit. Cui scribendi modo, prototypum Chaldaicum suffragatur: מִצַּד מַלְכוּתָא, id est, ex latere, siue, ex parte regni. Græcis libris qui exstant, pars ista non legitur: sed Vaticanis est ὁπ τῆς ἐκ βασιλείας, &c, ἐκ πλαγίων τῆς βασιλείας: illud, ex regno significat; hoc, ex lateribus regni. Vtriusq. Theodoritus meminit: Ex regno, vel, vt quædam exemplaria habent, ex lateribus regni: hoc est, omnia moliebantur, cupientes eum inuenire aliquid in regni leges deliquisse. Porrò, vniuersa nostra Latina manuscripta, pro *regni*, *regis* habent, (præter duo aut tria quæ *reg* scribunt, quod potius est *regnum* quàm *regis*) quibus consonant priores typographorum excusiones, Moguntina, Nuren., Colo., Veneta, & aliæ. Notauit quoque Hentenius, 17. exemplaria, quæ pro *regni*, *regis* legant. His Latini enarratores adstipulantur, Richelius, Carensis, Lyranus, Rupertus, Glossæ ordinariæ author; atq, adeò Hieronymus, cuius commentarius habet: Quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere regis. Et in hoc loco Hebræi tale nescio quid suspicantur. Latus regis regina est, vel concubinæ eius, cæteræque vxores quæ ex latere dormiunt. quærebant ergo occasionem in rebus huiuscemodi &c. Nos interpretemur simpliciter, quòd nullam occasionem aduersus eum reperirent, in qua regi noxius fuerit &c.

C. 8. v. 2. *Cùm essem in Susan castro, quod est in Ælam regione.*] Manuscripti codices, prioresque typographorum editiones, non *Susan*, vt Hebraicè est, scribunt, sed *Susis*, voce ad Latinam normam flexa: quo modo & Græci ἐν σούσοις dixere. Pro *regione* aliàs legitur *ciuitate*. *Ciuitate* antiquis libris, *regione* nouis, Epanorthotes tribuit: Antiqui, ait, *Quod est in Elam ciuitate*, pro quo ponunt noui *regione*, quia Hebraicè *Medina* est. Sed tale Hebræum pro ciuitate ponitur, infra 11. d. ibi: *Et vberes vrbes ingredietur &c*, Id planè & in nostris nos codicibus inuenimus, antiquiores legere *ciuitate*, posteriores aliquot *regione*. D. Hieronymi commentarius habet: *In Elam regione*, siue, vt Symmachus interpretatus est, *ciuitate*, à qua etiam regio nomen accepit; vt à Babylone Babylonij, & ab Elam Elamitæ. Quare existimarim, ex Hieronymi commentario sumtum, quod habent libri posteriores, *regione*; reseruatum autem ab antiquis, quod Hieronymus Symmachum secutus primùm verterit, *ciuitate*. LXX transtulerunt *regione* (ἡ ὄστρ ἐν χώρᾳ αἰλαμ Græcis codicibus legitur) quod & Hebræa vox ᵃχώρᾳ ου מְדִינָה frequentiùs significat (interdum enim, Pagninus ait, capitutt particulatim pro aliqua vrbe) & huic aptiùs loco congruere videtur. Nam Susi, Ælamitarum metropolis, castrum dicta, D. Hieronymo expositore, quòd tãta firmitate sit ædificata, vt castrum esse videatur (quanquam, pro *castro*, malint Neotericorum quidam, *regia* vel *metropoli* vertere) quo modo in Ælam ciuitate esse dicatur, nisi, vel in altera ciuitate potentissima Metropolis, vel in seipsa ipsa? quamobrem hîc mirum in modum Carensis se torquet. Parisienses, ex Basileensi ac Complutensi Bibliorum editionibus, & Hentenius, *regione* pro *ciuitate* substituerunt.

379.

C. 8. v. 14. *Vsque ad vesperam & mane duo milia trecenti.*] Complures Latini libri, addunt, cum Græcis, vocem *dies*: *Vsque ad vesperam & mane dies duo milia trecenti*; adstipulante Glossemático Carensi. Verùm, quinque Parisiensium exemplaria (Di. o l. Ge. o. Mog. Bas.) nouem nostra (Brug. Leod. Lob. O. Col. &c.) & quædam Carensis margine significata, tollunt, Hebraico fonti similiter. Hentenius & Parisienses textu expulerunt: Epanorthotes non esse hîc *dies* notat. Existimarim *dies* hac parte significari *vsque ad vesperam & mane*. Est enim hæc *vsque ad vesperam & mane*, diei naturalis periphrasis, qui constat vespere & mane, nocte & die, sibi succedentibus.

380.

C. 12. v. 6. *Et dixi viro qui erat indutus lineis* (&c.) *Vsquequo finis horum mirabilium?*] Duo manuscripta, Plantini vnum (medium) Collegij Trilinguis alterum, & Complutensis editio (quam Parisienses sunt secuti) legunt tertia persona *dixit*, Hebræo conformiter. וַיֹּאמֶר, id est, *& dixit*, scilicet alter eorum qui stabant super ripam fluminis. Cæterùm, plerique omnes Latini libri, tum scripti, tum impressi, prima persona scribunt *dixi*. Quibus D. Hieronymi commentarius adstipulatur: sæpius enim repetit, Danielem interrogasse. Nisi dicas, intellexisse Hieronymum, Danielem, mutata hîc persona, de se in tertia personа locutum: id quod ego transferenti Hieronymo lubentiùs tribuerim, si non, omisso iod, וַיֹּאמֶר legerit. Græcè est ᾗ εἶπον, quod verti potest, &, *& dixi*, &, *& dixerunt* scilicet duo illi qui stabant super ripas fluminis. posteriori modo Theodoritus Græcus author intellexit.

381.

C. 14. v. 12. ᵃ*Contemnebant*' ᵃ*autem*', *quia fecerant sub mensa absconditum introitum.*] Impressi codices, Moguntinam editionem secuti, ferè *confidebant* habent: sed manuscriptorum exemplarium plura *contemnebant* legunt. Ex emendatioribus nostris, Brugense, Lobiense, & L, cum Parisiensium Di. l. o. Ge. o. V., *contemnebant*; Leodiense, O. E. Q. Plantini medium, *confidebant* scribunt. Catensis legit *contemnebant*, & D. Hieronymo tribuit *confidebant*. Hentenius & Parisienses *contemnebant* in textum retulerunt. quod quidem Græca vox καταφρόνουν manifestè significat: possit tamen & alterum admittere.

382. ᵃContemnebat o. ᵇContendebant o. ᵃDesperabant Richel. ᵃenim o.

C. 14. v. 37. *Et non* ᵃ*dereliquisti' diligentes te.*] Exemplar Dionysij latum, quod Parisienses secuti sunt, pro *diligentes*, *quærentes* scribit, Græcæ

ᵃderelinquis o.

Græcæ Hispanorum editioni cõformiter, quæ ᾗ ἐγκατέλιπες, habet, τὸν ἐκζητοῦντάς σε. Scriptor parui codicis inter Plantinianos, cœperat *quærentes* scribere: sed medium dictionis expressum trãsfodit, & *diligentes* subtexuit. occurrerat fortassis ei similis Psalmi versiculus: *Quoniam non dereliquisti quærentes te Domine*. Cætera nostra manuscripta omnia & impressi libri, cum Richelio enarratore, *diligentes* habent, idque solùm, Græco Vaticanæ Bibliothecæ antigrapho similiter ᾗ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε. Aldi & Germanorum Græca Biblia vtrumque legunt, ᾗ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε ᾗ ἀγαπῶντάς σε. fortè, ex Psalmo nono profectum est ἐκζητοῦντας *quærentes*.

Psal. 9. h. 11.

NOTATIONES IN LIBRVM HOSEE PROPHETÆ.

384. C. 1. v. 9. *Quia vos non populus meus, & ego non ero vester.*] Multi codices, cum Richelio expositore, addunt *Deus*; quidam hoc ordine, *Et ego non ero Deus vester*; plures isto, *Et ego non ero vester Deus*. Sex autem Parisiensium Di. o. l. Ge. o. p. V. Compl., & septem nostri Leod. Lob. O. L. H. G. C., cum Carensi, omittunt, *Et ego non ero vester*. quibus adstipulantur textus, adiuncti, Hieronymi commentarijs, & Glossæ ordinariæ quam in 12 Prophetas ex Societatis Iesu Collegio scriptam habemus. Carensis notauit Glossam subaudire *Deus* (rectè) sed Lombardum in textu habere *Dominus*. Hebraicè tantùm est וְאָנֹכִי לֹא אֶהְיֶה לָכֶם Et ego non ero vobis. id quod Chaldæus exponit, Verbum meum non erit in auxilium vestrum. Itaque, castigatores, Hentenius, Parisienses, & Epanorthotes, sine *Deus* & *Dominus*, *Et ego non ero vester*, legendum esse iudicarunt. Græca Germanorum exemplaria Basil. & Argent. habent θεός, ᾗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ θεὸς ὑμῶν: sed emendatiora, Venetum, Complutense, & Vaticanum, tollunt ᾗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὑμῶν.

385. ᵃo. ᵇnostri o. ᵃanimo o

C. 7. v. 5. *Dies regis nostri.*] Parisiensis typographus, ex manuscripto S. Germani paruo, pro *dies* scripsit *die*: *Die regis nostri cœperunt* ᵃ*principes*' *furere* ᵇ*à vino*'. Id quod rectè quidem ex Hebræo transfertur: sed alterum, *dies* inquam, nostræ versionis esse germanum (sunt enim Hebræa ad vtrumque ambigua) codicum & enarratorum consensus loquitur. Codices nostri omnes, & typis, & calamis exarati, *dies* legunt. Enarratores quotquot vidimus, *dies* exponunt, Montanus, Richelius, Carensis, Lyranus, author Glossæ, Rupertus, Haymo, denique Hieronymus, cuius verba sunt: Paululum Israël & Samariæ ciuitas conquieuit, recepto in se erroris ardore, donec tota massa fermento similis fieret, & cresceret atque erumperet: ac populus intumescens clamaret ad fores Hieroboam regis, & diceret, Hic est dies Hieroboam regis nostri, hic est festus dies quem nobis instituit imperator noster: hunc celebramus, hunc canimus, in hoc exultamus & ludimus, in hoc vitulos aureos adoramus. Clamante populo, principes, non irati sunt, vt quidam putant, sed & ipsi cœperunt furere à vino &c. ac postea: Infelices, ait, populi (&c.) qui ab hæreseos principe & ab eius ducibus sollemnitates alias susceperunt: relinquentes ecclesiam, & veritatem conculcantes fidei, solent clamare & dicere: Hæc est dies regis nostri, verbi gratia, Valentini, Marcionis, Arij, atque Eunomij. Quod audientes qui eis præpositi sunt, non inebriantur vino, ne leue putetur esse peccatum, sed insaniunt ex vino, &c. Græci Interpretes, primo similiter casu transtulerunt, sed mutato singulari numero in pluralem: ἡμέραι τ βασιλέων ὑμῶν, vel, vt iuxta Hebræum, habent Complutensis & Basileensis

Amos 1. 5. 10.

*editio ὑμῶν. illud Theodoriti est. Theophylactus legit ἡμέραι τ βασιλείων ὑμῶν, dies regnorum vestrorum: videtur tamen & βασιλέων regum agnoscere, id quod singulari numero Hebraicè est.

386. ᵃauthoritæ.

C. 9. v. 7. *Propter multitudinem iniquitatis tuæ & multitudo amentiæ.*] Octodecim nostra manuscripta *& multitudo* ᵃ*amentiæ* scribunt; vndecim *& multitudinem amentiæ*. inter hæc, ex emendatioribus, sunt, Brugense, Lobiense, Leodiense, E; inter illa, O. Q. L, quibus adde Parisiensium Di. o. l. Ge. p. o. V, & primas typographorum editiones Mogun. Nuren. Colon. Hebræum vtroque verti potest modo. Priori, *Et multitudo amentiæ* accedit LXXII interpretatio, ᵃἀπὸ τῆ πολλότητος τ ἀδικιῶν σου ᵇἐπαὶ τοῦτον μανία*, A multitudine iniquitatum tuarum multiplicata est amentia*: quem, Authores, Haymo, author Glossæ, Lyranus, Carensis, Richelius, & Correctores Parisienses atque Hentenius, sequuntur. Eum ipsum B. Hieronymus his verbis exponit, Quorũ vesania multiplex est, quia & iniquitates fuere quàm plurimæ: nisi ea Græcæ, non suæ, versionis, occasione, scripserit; quod, ex iis quæ præcedunt, verisimile omnino fit. Quinetiam alia priora sunt eius verba, quibus posteriorem modum, *Et multitudinem amentiæ*, quem Rupertus habet, videtur agnoscere: Igitur propter multitudinem iniquitatum tuarum, quibus in scelere diu debacchatus es, non propheram meum, sed te insanum esse cognosce. Nonnulli codices addunt pronomen *tuæ*: *Et mult. amentiæ* tuæ*: quod, Hebraici libri, & Græca Regis editio, confodiunt.

ᵃsim Gg. ᵇsecundùm Gg. ᵃsu Gg. ᵇtua Gg.

387. ᵃvitæ o. ᵃ& o. ᵇmore o. ᵇhonore o. ᵃhorrea o. ᵃmisericordiam o.

C. 10. v. 12. *Seminate* ᵃ*vobis*' *in iustitia*, *metite* ᵃ*in ore*' ᵃ*misericordia*'.]

Quatuordecim Hentenij exemplaria, & nostra vigintitria legũt: *Seminate vobis in veritate iustitiam*. quod, miror vnde sit sumtum: non enim credo germanam esse lectionem. Illud *Seminate vobis in iustitia*, quod ferè est in impressis libris, & in scriptis, Lobiensi, O, Q. L, aliisque quatuor nostris; Græcæ interpretationi, Hebraico fonti, & Hieronymianæ enarrationi, conforme est. Græcè & Hebraicè est, σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, זִרְעוּ לָכֶם בִּצְדָקָה, Seminate vobis in iustitia, vel, ad iustitiam. Hieronymi enarratio habet: Nunc præcipit vt seminent sibi per pœnitentiam, & seminent in iustitia, id est, in lege: metantque in misericordia, id est, in gratia euangelij. & rursùm: Cumque seminaueritis in iustitia, & messueritis in misericordia &c Hanc Hieronymi enarrationem posteriores secuti sunt, Haymo, Author Glossæ, Carensis. Parisiensis typographus, ex vno codice, Germani oblongo, emendauit *Seminate vobis iustitiam*: quam, non veram lectionem, sed veræ lectionis sensum esse, existimo, tametsi ex nostris scriptus vnum similiter legat. Exemplar Plantini latum scribit: *Se. vo. in iustitiam*.

388. ᵃ1 MS. H. ᵇde o. ᵃIeroboal ᵇ3 MS. sed male. ᵃquia o. ᵃBala o. ᵃiudicabit o.

C. 10. v. 14. *Sicut vastatus est Salmana* ᵃ*à domo eius* ᵇ*in die* ᵃ*qui*' *vindicauit* ᵇ*Baal*'.] Quidam librorum *vindicauit*, quidam ᵃ*iudicauit*' legunt. Parisienses, ex codicibus V. B., & Hentenius, expulso *iudicauit*, *vindicauit* in textum receperunt. Atqui, emendatiora nostra manuscripta, *iudicauit* habent; Brugense, Lobiense, Leodiense, O, E, Plantini medium, Q, quibus concinunt prima Chalcographorũ Biblia, Mogun. Nuren. Colon. His adstipulantur expositores, Haymo, & qui Haymonem sequuntur, Author Glossæ, & Carensis: quamquam enim *vindicauit* sit scriptum, expositio quæ est *damnauit*, satis indicat legendum *iudicauit*, quo modo scripta Glossa, quam habemus, legit. Apud Richelium, cuius explicatio est *reprobauit atque damnauit*, similiter scriptum est *vindicauit*: verùm is postea adfert textus aliquos habere *Qui vindicauit Baal*; quod sit, in Baal vindictam exercuit. cuiusmodi Lyrani est lectio atque explicatio: *Qui vindi. Ba.*, id est, vindictam accepit de eo. Hebraicè est בַּיהּ אַרְבְּאֵל, quod, domum Arbeel vel Arbaal, significat. Interpres subaudiuit præpositionem, *à domo*, & proprij nominis interpretationem dedit. Existimauit autem, *Arbaal*, seu *Arbeel*, Gedeonem esse, qui, ex eo quòd destruxit phanum Baal lucumque succidit, & ille se vindicare non potuit, cognomentum Ierobaal fortitus est, quod est, vlciscatur se Baal: id quod refert Iudicum historia. idem enim credidit Interpres significatum nomine *Arbaal*, quod *Ierobaal*. Sicut igitur, in commentarijs ait (non enim dubitamus, quin, vulgatæ Prophetarum editionis, Hieronymus sit author) vastatus est Salmana ab Ierobaal (quem malè quidam arbitrantur Ieroboam filium Nabath, qui decem tribubus præfuit) & vastatus est, vt in Hebræo continetur, ab אַרְבְּאֵל, idipsum significante quod & Ierobaal, sed breuiori dictionique sermone: sic &c. Verùm, huic obstat, quòd *Ierobaal* scribatur penultima litera י, atque omnino nomen Baal י habeat, non א, sicut id quod hoc loco est *Arbaal*. Attamen, & LXX, Gedeonem hoc loco intelligentes, Ierobaal tanquam idem nomen, interpretando substituerunt. Perperàm enim, Græcis plerisque in libris, ἱεροβοὰλ pro ἱερόβααλ, legi, cùm superiora Hieronymi verba, tum Theophylacti commentaria docent. Theodoritus etiam locũ de Gedeone exponit. Quare, Hieronymus & LXX, ע̈ penultima littera, ארבע legisse, videri possint. Id autem, vnde Hieronymus, qui Latinam eius interpretationem dedit; quoad priorem partem, deduxerit, an ab אֵרַב quod est insidiari, an ab אָרַר quod maledicere, an à רוּב, cuæri potest. Verisimiliùs est, dum vertit, à רוּב deduxisse, vnde est וְיִרְבַּל *ierobaal*: neque enim ab ἱερός Ierobaal est dictus, quod Theophylactus putat. Significat autem רוּב, litigare, iudicare. In libro Iudicum vertitur vindicare, vlcisci, *Vindicet se de eo, Vlciscatur se de eo*, iuxta nostram editionem: quò respexisse putarim Castigatores, qui hîc *Qui vindicauit Baal* emendarunt. Sed, non satis id, Interpretis hoc in loco translationi, conuenire videtur: quandoquidem non Gedeon vindictam sumserit de Baal (id enim significatur, si legas *vindicauit*) sed Baal irrisus sit, quòd se vindicare de Gedeone, aræ lucique demolitore, nequiuerit. Ergo, rectiùs legatur *Qui iudicauit Baal*, quod est, condemnauit, infirmum atque impotentem ostendit; nec deum esse, qui se de hoste haud potuerit vlcisci.

Iud. 6. f. 32.

Iud. 6. f. 31.

C. 11. v. 12. *Iudas autem testis descendit. cum deo, & cum sanctis fidelis.*] Complures libri scribunt *fidelibus*, *Et cum sanctis fidelibus*: Verùm optimi, cum Ruperto Tuitiensi, *fidelis* habent; Brugensis, Lobiensis, Leodiensis, O, E, Q. A, ex nostris; Di. o. l. Ge. o. p., ex Parisiensium. his Hebraicus textus vult: עִם קְדוֹשִׁים נֶאֱמָן, id est, Et cum sanctis fidelis scilicet est. Hebræus quidam interpretatur *& cum sanctis fideli*: De quo Lyranus & Pagninus. sed, haud multum id suffragari possit lectioni *fidelibus*. Castigatores Hentenius & Parisienses, *fidelis* textu donarunt; meritò: nam & Hieronymi commentarius luculentissimè id adstruit: Iudas testis sermonum Dei, & adstipulator, & vindex, descendit cùm Deo in mare, & inter sanctos fuit fidelissimus, vt verbis iubentis crederet Dei; & postea iuxta eam quàm probat explanationem: Iudas autem, hoc est, duæ tribus, quæ habebant templum, Legem, Prophetas, & seruabant præcepta legalia, erant testes, gra-

dien-

dienteſque cum Deo, & cum ſanctis fideles. Sanctos dicere poſſumus, vel Angelos, vel Patriarchas & Prophetas, & cæteros qui Dei imperio ſeruiebant; & rurſus κατ' ἀναγωγὴν: Iudas autem, hoc eſt, vir eccleſiaſticus, non ſuperbit, non inflatur tumore hæretico; ſed humiliatur cum Deo, & cum ſanctorum choro fidelis eſt & robuſtus. LXX tranſtulerunt ὃς λεὸς ἁγιος· κληθήσῃ τῷ θεῷ, & populus ſanctus vocabitur Dei. Pro עם quod eſt *cum*, עַם *populus* legerunt: קְרֻשִׁים plurale, ſingulari collectiuo iunctum intellexerunt: *vocabitur* addiderunt: denique נֶאֱמָן *fidelis*, gignendi caſu acceperunt, ac *Dei* expoſuerunt.

C. 12. v. 11. *Si in Galaad idolum, tamen fruſtra erant in Galgal bobus immolantes.*] Duodecim noſtra manuſcripta, Brugenſe, O, E, Q, Plantini medium, &c., & antiqua Epanorthotæ, cum Moguntina, Colonienſi, atque alijs quibuſdam typographorum editionibus, *in* præpoſitionem, voci *Galaad* præpoſitam, Hebræo conformiter tollunt: quam, neque, Haymo, Author Gloſſæ, & Carenſis, legunt. Subaudita eſt autem à quibuſdam, Chaldæo paraphraſte, D. Hieronymo, & alijs: hinc alijs libris videtur addita. Pariſienſes, ex V., Bibliorum à ſe correctorum textui adiecerunt. Pro *Galaad*, quidam codices, etiam inſignes, *Galgal* habent: ſed perperàm. Lobienſe exemplar, E, Plantini medium, multaque alia, cùm Epanorthote, *Galaad* ſcribunt. id quod, Hebraicè ac Chaldaicè, legitur: & ab Enarratoribus, D. Hieronymo, & poſterioribus, exponitur. Græca Hiſpanorum editio γαλγάλα ſcribit; Aldi & Germanorũ, cum Theodorito, γαλααδ· εἰ μὴ γαλααδ ἔστιν, Si non Galaad eſt. Videntur LXX, pro אָוֶן, quod idolum, mendacium, & iniquitatem ſignificat, לֹא גִלְעָד אָוֶן quod eſt *non* legiſſe, אִם גִּלְעָד אָוֶן Si Galaad non. Cõiunctionem *tamen*, duo Pariſienſium antigrapha (Compl. Baſ.) ſex Hentenij, & 17. noſtra (Lob. E. Pl. m. P. Nuren. &c.) cum *ergo* mutant. Porrò, *tamen*, eſt in 19. noſtris libris, Brug., O, Q., L, A, Mogunt., Colon. &c. Hebraica dictio אַךְ, vtrumque admittit, & *tamen* & *ergo*. Haymo, Rupertus, Author Gloſſæ, & Richelius, *tamen*; Lyranus, & B. Hieronymus, *ergo*, explicant. B. Hieronymi verba ſunt: Quod ergo dicit, hoc eſt, Si in Galaad, de qua ſcriptum eſt *Galaad ciuitas operantium idolum, ſupplantata à ſanguine*, falſi ſunt dij & peruerſa religio (&c.) ergo & (in) Galgal, de qua in hoc eodem Propheta legimus, *Omnis malitia eorum in Galgala (&c.)* quicunque idola colunt, non boues dijs immolant, ſed bobus offerunt ſacrificia, imitantes errorem Samariæ. Epanorthotes ſcribit: *Ergo fruſtra erant in Galgal.*

Reſtat quarta hoc in loco varietas. Magna manuſcriptorum noſtrorum, & quidẽ emendatiorum, pars, legit, *Fruſtra errant in Galgal*, pro eo quod in alijs eſt *erant*. in quibuſdam mutatum cõſpicitur *erant* in *errant*; errore. Hebraica enim vox הָיוּ, & quam Græci tranſtulerunt ἦσαν, non *errant* ſignificant, ſed *erant*, id quod ſeruant, Moguntina, multaque alia excuſa Biblia.

NOTATIONES IN PROPHETIAM AMOS.

C. 1. v. 1. *Verba Amos qui fuit in paſtoralibus Thecue.*] Quidam codices *in paſtoribus* ſcribunt, vnus Pariſienſium (Compl.) 3. Hentenij, quatuor noſtri, ſcripti duo Pl. la. F., impreſſi totidem Lugd. Quent. manuſcriptum A notatum *de paſtoribus* habuit. Verùm longè plures libri *in paſtoralibus* legunt, & quidem, etiam antiquiſſimi & emendatiſſimi quique noſtri: quibus adſtipulantur diſertè Carenſis & Richelius. *paſtoralibus*, ſubaudiunt *locis*, aptis nimirum ad paſcendos greges. Subaudit id & Gloſſa, quam ex Societatis Ieſu Collegio ſcriptam habemus. Nam, quæ Lugduni impreſſa eſt, non tantùm non id habet, verumetiam *paſtoribus* legit. Subaudit idem Remigius Altiſiodorenſis: perperàm enim legi exiſtimo *Qui fuit in paſtoribus*, ſcilicet loci *Thecue* illius oppidi; pro *Qui fuit in paſtoralibus* ſcilicet locis, *Thecue* illius oppidi. D. Hieronymꝰ notat, quod Hebraicè eſt בנקדים, Aquilam vertiſſe ἐν ποιμνοτρόφοις, quod ſit, in paſtoralibus; Symmachum verò & quintam editionem ἐν τοῖς ποιμέσιν in paſtoribus. Vtrum autem ipſe, dum vertit, ſecutus ſit, non addit. Enarratio quam poſt paululum ſubijcit, vtrumque attingit: Sermones Amos, qui fuit de oppido Thecue, ex numero paſtorum, quia paſtoralis & ipſa eſt regio, hoc volumine continentur. LXX. dixerunt, non, vt in pleriſque eſt libris & Theodorito ἐν κεκειαδιαρείμ, ſed, vt in Vaticano, ἐν ἀκκαρείμ in Accarim; de quo D. Hieronymus; quod, malè in Complutenſi ſcriptum eſt ἐν ἀκκαρὰ. Proximæ voci *Thecue*, fide digniora exemplaria, Brug., Lob., Leod. O., Q., Atr. ſ., cum D. Hieronymi textu, *de* præpoſitionem præponunt: *Verba Amos qui fuit in paſtoralibus de Thecue*; Hebræo, Græco, & Chaldæo, ſimiliter.

C. 1. v. 6. *Super tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quatuor non conuertam eum.*] Duo Pariſienſium ſcripta Ge. o. p, & Hentenij vnum, legunt feminino genere, *Non conuertam eam*, ita vt reſpondeat pronomen præcedenti nomini Gazæ: quo modo videtur, & ex noſtris, exemplar B. notatum, quod M.N. Hunnæus inter cætera dedit, ſcripſiſſe. Similiter legunt, verſu nono proximo, eàdem Pariſienſium ſcripta, quæ & caſtigando vtrobiq. ſecuti ſunt, *Super tribus ſceleribus Tyri, & ſuper quatuor non conuertam eam*: quo modo ibi id habet ex noſtris, quod Collegij Trilinguis Præſidens commodauit. Conſonant, nono verſu, Græci libri, Regius & Vaticanus: habent enim ἀπ' ἔσπερασμαι αὐτὴν, pro quo alij ſcribunt αὐτές. Sexto verſu, concorditer omnes αὐτές legunt: ex quibus profluxiſſe opinor, quod ibi Hieronymi commentarijs iunctus textus legit, *eos*. Cæterùm, Latini codices pleriq. omnes, & ſcripti & impreſſi, ac Rupertus Latinus enarrator, ſeruant maſculino genere *eum*; 9° & 6°, vt alijs ſimilibus huius & proximi capitis verſibus. Quòd ſi Interpres, ſexto & nono verſibus, reſpectu ad nomina præcedentium ciuitatum Gazæ & Tyri habito, dixiſſet *eam*: eundem ad modum tertio verſu dixiſſe debuiſſet: *Super tribus ſcel. Damaſci, & ſuper qua., non conuertam eam*. Atqui, eo loco, ſine codicum varietate, legitur *eum* (quanquam Lugdunenſis anni 22. editio prætermittat) & Interpres ipſe, ibi, Damaſci populum, ſiue Syrum, ſubaudit, hæc enim ſunt Hieronymi eum in locum commentantis verba: Quodque in principio dicitur, Super tri. ſce. Damaſci, & ſu. qua., non conuertam eum, &, ſecundum LXX, non auerſabor eum, id eſt, Damaſci populum, ſiue, אֲרָם, id eſt, Syrum; hunc ſenſum iuxta hiſtoriam habere poteſt: Si ſemel meum eſſet populum perſecutus, aut ſecundò; darem veniam: nunc verò, cùm tertiò & quartò crudelis extiterit (&c.) nonne debeo eum plagis corripere? nonne clementiæ meæ vultum auerſare ab eo? Videtur igitur & in alijs omnibus verſibus, qui hoc capite ſequuntur ſimiles, *eum* maſculino genere vertiſſe, atque ad eum modum intellexiſſe: ſicuti Hebraicè ſemper eſt maſculini generis affixum נוֹ. Græci codices, Regius & Vaticanus, legunt tertio verſu, vt Hieronymus citat, αὐτὸν, cùm alij αὐτοὺς habeant.

C. 2. v. 13. *Ecce ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno.*] Quædam exemplaria, tertia coniugatione, ſcribunt, *ſtridam, ſtridit*: ſed antiquiora & præſtantiora legunt 2ª, *ſtridebo ſtridet*. Sedecim Hentenij, 19. noſtra manuſcripta, pro *ſubter*, habent *ſuper*: quamquam contractè quædam ſcribant sr. Alia nouem noſtra manuſcripta, ſeruant *ſubter*. Nominatim, Brugenſe, Leodienſe, O, diſertè *ſuper*; Lobienſe, E, L, *ſubter* habent. his, Moguntinus & alij pleriq impreſſi libri, conſonant. Hebraicè eſt מִתַּחְתֵּיכֶם, quod eſt, ſub vobis, ſeu ſubter vos; Græcè ὑποκάτω ὑμῶν, id quod idem eſt. Videtur igitur genuina eſſe lectio *ſubter vos*, cùm & ipſa faueat ſententia, hoc eſt enim quod hoc loco per Prophetam Dominus ait: Sicut ſtridet plauſtrum ſub nimio fœni onere; ita ſtridebo ego ſub pondere iniquitatum veſtrarum. Cæterùm, Epanorthotes, antiquis codicibus adſcribit *ſuper*, his verbis: *Ecce ego ſtridebo ſuper vos*, ſecundum antiquos codices, & antiquos originales; vel *ſubter* quoad Hebraum & expoſitores, & fortè ponunt *ſuper*, ad oppreſſionem deſignandam. require Exo. xxvij. Exodi 27. v. 5. docet, antiquos codices legere *ſuper*, tametſi Hebraicè ſit תַּחַת: *Quos pones ſuper arulã altaris*. id quod, in Brugenſi, Leodienſi, & Lobienſi manuſcriptis, vidimus. *Super* itaque, ſi hoc prophetæ loco legendum ſit, pro *contra* accipi poteſt. B. Hieronymi explanatio eſt: Idcirco, ſicut plauſtrum ſtipulæ vel fœni onere prægrauatum, ſtridore & ſonitu longè exululat: ſic ego peccata veſtra vltrà nõ ſuſtinens, & quaſi ſtipulam tradens incendio, clamabo, & dicam: Peribit fuga à veloce, & cætera quæ in Prophetæ ſequuntur.

C. 3. v. 12. *Sic eruentur filij Iſraël qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in Damaſci grabato.*] Plerique noſtrorum codicum legunt, *Et in 'Damaſci grabato'*: quibus adſtipulantur Gloſſematici, Richelius, Carenſis, Lyranus, Rupertus, & Altiſiodorenſis. Cæterùm, antiqui Epanorthotæ codices, quinque Hentenij, 4. Pariſienſium (Di. o. l. Ge. o. p.) & 5. noſtri (Brug. o. E. Q. Pl. m.) ſcribunt *Et in Damaſco 'grabati'*: quomodo & Leodienſe exemplar, atque alterum I. notatum, habuere. Hebraicè eſt ובדמשק ערש quod ferè vertunt neoterici, *Et in angulo grabati*, ita vt idem ſit, vel penè idem, cum eo quod præcedit, In plaga, ſiue, angulo lectuli. Non enim legunt בְּמַעֲקַשׁ, quod eſt metropolis, Syrorum nomen, Damaſcus; ſed, vt ab Hebræis punctatum eſt, דַּמֶּשֶׂק. id quod alibi non reperitur. Senſum autem tradunt hunc, Paucos Iſraelitarum ſeruandos eſſe, eoſq. tantùm, quos hoſtes contemſerint, quòd eis dedecori eſſent ſi occiderentur, aut oneri ſi caperentur: quales, qui ægroti decumbunt. qui ſenſus, prophetæ ſimilitudini optimè conuenit. Noſter Interpres, רמשק, pro Damaſco accepit, vt & Chaldæus ac LXX: vertitque, vel, *Et in Damaſci grabato*, vel *Et in Damaſco grabati*, vel vtrumque. Hoc *Et in Damaſco grabati*, quod Pariſienſes ſecuti ſunt, Hebræo conformius (non enim ſolet Hebraicè regenti nomini rectum præponi) poſſitque & in eum ſenſum intelligi, quem iuxta aliorum tranſlationem iam diximus, Hebraico nomine *Damaſco* appellatiuè ſumpto. Alterum tamen etiam *Et in Damaſci grabato*, admittere Hebræa poſſint. Quidam tranſfert *Et in Damaſco (in) grabato*: id, exponi poſſit, *Et in Damaſci grabato*. Porrò hoc *Et in Damaſci grabato*, D. Hieronymi commentarius explanat: id quod & Epanorthotes notauit: Antiqui, inquit, *Et in Damaſco grabati*; Hieronymus euidentiùs, *In Damaſci grabato*. Verba

Verba Hieronymi inter cætera hæc ſunt: Filij ergo Samariæ, habitant in regione & plaga lectuli, requieſcentes in Syrorum auxilio, & in Damaſci grabato ſibi victoriam pollicentes: vt, quomodo qui feſſus eſt refocillatur in lectulo, ſic illi fractas vires vicinæ gentis auxilio roborarent. Huiuſmodi ſenſum & Chaldæus paraphraſtes dedit: Sic liberabuntur filij Iſraël qui habitant in Samaria, in fortitudine poteſtatis & in Damaſco confidentes.

Vocem עָרֵשׂ, quam, poſt Aquilam, Hieronymus *grabatum* traduxit, exiſtimat Hieronymus, LXX Interpretes Hebraicã retinuiſſe (ὃς ἐν δαμασκῷ ἐρὲς) aliquos verò, qui eam non intellexerint, legiſſe ἱερεῖς, quod eſt, *ſacerdotes*; hinc eſſe Græcè, ὃς ἐν δαμασκῷ. ἱερεῖς. ſic enim Hieronymus Græcè legiti itaq. Regium exemplar & Vaticanũ, cum authore Theodorito, ſcribunt. Quidam autem Græci libri, Aldi & Germanorum, habent, ὃς ἐν δαμασκῷ κλινεῖ, ἱερεῖς, quod eſt, Et in Damaſco inclinabit, Sacerdotes. τὸ κλινεῖ, aut fortaſſis κλίνη quod eſt lecto ſiue grabato, additũ crediderim ex altera ſinterpretatione: quòd ſeptuagintaduorum interpretationi deeſſe putaretur, quod Hebraico ערש reſponderet.

395. C. 5. v. 17. *Et in omnibus vineis erit planctus.*] Exemplaria, Hentenij ſedecim, noſtra viginti tria, legunt *viis*, *Et in omnibus viis erit planctus*: quibus auxiliantur codices Græci, ὃς ἐν πάσαις ὁδοῖς κοπετός; & adſtipulantur Gloſſematici, author Gloſſæ, ac Richelius. Porrò, octo noſtra manuſcripta, Lob. O, Q, P, &c., impreſſaque aliquot, habent *vineis*: quibus ſuffragantur Hebraici & Chaldaici libri: וּבְכָל־כְּרָמִים מִסְפֵּד וּבְכָל־כַּרְמָיָא מִסְפְּדָא Et in omnibus vineis planctus (כְּרָמִים enim & כַּרְמָיָא vineas ſignificant, non vias.) Et patrocinantur Tractatores, Altiſiodorenſis ac B. Hieronymus. Huius verba ſunt: Vt nequaquam in omnibus plateis, ſicut ſuprà dictum eſt, ſed in vineis ſit planctus atque luctus: vt vbi quondam fuit materia lætitiæ, ſit origo lachrymarum. & poſtea iuxta myſticum ſenſum: In omnibus quoque vineis erit planctus, quia vineæ Sodomorum vineæ eorum (hæreticorum) &c. Epanorthotes itaque legit *vineis*: tametſi, quod ait, in multis antiquis ſit *vijs*, vt certè eſt Brug. E, L, Pl. m. noſtris. Errori occaſionem dediſſe potuerunt, Græcorum librorum lectio, Latinarum vocum affinitas, eaque quæ præcedunt ſimilia, quæ ſic habent: *In omnibus plateis planctus: & in cunctis quæ foris ſunt*, ſiue, vt eſt Græcè, *& in cunctis vijs, dicetur væ væ*. vnde & Græci libri fortaſſis corrupti ſunt, niſi דְּרָכִים LXX, pro כְּרָמִים legerint.

396. C. 7. v. 1. *Et ecce ſerotinus poſt tonſorem gregis.*] Remigius Altiſiodorenſis legit, *Et ecce bruchus*: idque ei præfert quod alij codices habent, *Et ecce ſerotinus*. Verùm id, *bruchus*, inquam, Græcæ LXX II, non noſtræ editionis eſt: לָקָשׁ enim, quod Hieronymus ſerotinum eſt interpretatus, LXX II ὄψιμον intellexere. Porrò Hieronymus, in ea lectione quam pòſt referemus, bruchum per tonſorem regis intellexit. Pro *tonſorem*, quidam libri *tonſionem* legunt, manuſcriptus qui ex Collegij trilinguis bibliotheca eſt, impreſſi Venetus*, Baſil. Compl. Lugd. * Quentel. * Pariſ. cuius & Altiſiodorenſis *meminit. גזז, quod Hebraicè eſt, Neoterici Interpretes tonſiones reddunt, vel detonſa germina. Porrò Hieronymus, tonſorem, ſiue tonſuram, in commentario exponit. Quare ſeruandum id nobis videtur, quod, penè omnia ſcripta antigrapha & primæ typographorum editiones, habent, *tonſorem*. Quod pleraque exemplaria ſcribunt *gregis*, certa res eſt ſcribendum *regis*, vt eſt in manuſcriptis, Hunnæi B, & Plantini angusto, atque impreſſis, demtis Pariſienſibus anni 1573, ſuperioribus omnibus quæ *tonſionem* legunt, adſtipulantibus enarratoribus Richelio & Altiſiodorenſi. Hebraica **enim** vox לֶמֶלֶךְ, quod notum eſt, regem ſignificat, non gregem. quare & LXX, & Chaldæus, & Aquila quem Hieronymus citat, & denique neoterici tranſlatores, regem conuertêre. Ac ne quis de Hieronymo noſtro Interprete dubitet, commentarius eius vbique legit atque agnoſcit *regis*. *Gregis* ſubſtitutum fuit (quod & Lyranus exiſtimat) quòd ſermo hic ſit de rebus agreſtibus, inter quas frequenter in ſacris hiſtorijs gregis tonſio celebratur. Epanorthotes itaque legit: *Et ecce ſerotinus poſt tonſorem regis*. cuius ſenſus eſſe poſſit, deſcendiſſe imbrem ſerotinum poſt detonſam herbam regis: in quem ſenſum Chaldæus vertit, Et ecce repullulatio tenuis poſtquam tonſa fuit herba regis. Lobienſis Abbatiæ ſcriptum habet, *Et ecce poſt ſerotinum tonſor ſiue tonſura regis*: quod ex D. Hieronymi commentario eſt ſumtum, quo id legitur atque explicatur. Mirum verò eſt, cùm Hebræa, Græco & Chaldæo ſuffragantibus, non hoc loco ſcribant præpoſitionem *poſt*, ſed eo quo à pleriſque omnibus Latinis libris · וְהִנֵּה־לֶקֶשׁ אַחַר גִּזֵּי הַמֶּלֶךְ, quod ſcholiaſtes Hebraicus traduxit: Et ecce herba ſerotina *ſuccreuerat* poſt tonſiones ipſius Regis. Porrò, pro אַחַר, quod eſt *poſt*, LXX אָחַר legêre, quod eſt *vnus*; & pro גִּזֵּי, quod eſt à גָּזַז tondere, גִּוֵּי quod Hieronymo videtur, aut גוה. tranſtulerunt enim, ὃς ἰδὲ ἑρυσμὸς εἷς γωγ ὁ βασιλεύς, Et ecce bruchus vnus Gog ille rex: pro quo, malè eſſe putarim in Complutenſi, εἷς γωγ τὸν βασιλέα in Gog regem. Nam & Hieronymus ita exponit, vt bruchus Gog rex appelletur, & Gog genti ſæuiſſimæ comparetur: adſtipulaturque Theodoritus.

397. C. 7. v. 7. *Hæc oſtendit mihi Dominus.*] Nouendecim noſtrorum manuſcriptorum, Pl. m. Q. L. &c. habent, *Hæc oſtendit mihi Dominus Deus*. nouem, Lob. O, E, &c., legunt *Hæc oſtendit mihi Dominus*. duo, I & Leodienſe, cum vno Hentenij, tribus Pariſienſium (Compl. Ge. o. Di. o.) & antiquis Epanorthotæ, ſcribunt, *hæc oſtendit mihi*; ſublatis nimirum *Dominus* & *Deus*, id ſolum legunt. Primæ lectioni volunt quidam Græci codices, Venetus & Argentoratenſis: habent enim, ἔστω· ἔδειξέ μοι κύριος· κύριος· Sic oſtendit mihi Dominus Dominus. Secundæ ſuffragantur inſigniores Græcorum libri, Baſileenſis anni 1550, Complutenſis & Vaticanus, cum Theodoriti textu: qui, alterum κύριος tollunt. Tertiæ adſtipulantur Hebraica ac Chaldaica exemplaria, & textus D. Hieronymi commentariis iunctus. Tertiam probarunt Pariſienſes & Epanorthotes: quorum hic annotauit, Item b. *hæc oſtendit mihi. & ecce Dominus ſtans ſuper murum*. ſic habent, Hebræus, & antiqui, & Hieronymus. Veroſimile eſt, hæc *Dominus* & *Deus*, ex præcedentibus huic loco additã, aut ex gloſſa, quæ hunc locum iuxta præcedentia expoſuerit, in textum relata. bis namq. hoc ipſo capite præceſſit, *Hæc oſtendit mihi Dominus* ᵃ*Deus*', primo & quarto verſibus: quæ eſt eorum locorũ celebris ac vetà lectio. ᵃ Dominus Gq.

C. 8. v. 5. *Quando tranſibit meſſis* *, *& venundabimus merces? & ſabbathum, & aperiemus frumentum?*) Latini codices plerique, cum expoſitoribus, Altiſiodorenſi, Ruperto, Authore Gloſſæ, Lyrano, Carenſi, & Richelio, legunt *meſſis*. Vnus ſcriptus Abbatiæ Lobienſis, ac impreſſi duo, Complutenſis & Quentelianus, cum textu D. Hieronymi cõmentarijs iuncto, habent *menſis*. Hebraicè eſt חֹדֶשׁ, Græcè μὴν, Chaldaicè יַרְחָא, quæ omnia menſem ſignificant, non meſſem. Pariſienſes itaque & Epanorthotes ſcribunt, *Quando tranſibit menſis?* In Hebræo, ſubdit Epanorthotes, expreſſum eſt, quod eſt ibi *menſis*, id eſt, Kalendæ; *& ſabbathum*, vt contractuum rediret tempus: licet multi antiqui habeant *meſſis*. Porrò, intelligunt quidam de menſe meſſis, quo pauperes reperiebant in agris quod cõmederent: quem Hebraicus Scholiaſtes, à Chaldæo paraphraſte, dictum putat, menſem frumenti, id enim Chaldæus hoc loco dedit עִדָּנָא menſis frumenti. Quare, videri poſſit, Interpretem, ſecutum hunc ſenſum, *meſſis* poſuiſſe, pro *menſis*. Cæterùm, Commentarius Hieronymi kalendas exponit: Qui exſpectatis, inquit, kalendas, vt negotiemini, & vſuras augeatis de vſuris; & ſabbatha, vt aperiatis horrea, detiſque frumenta ampliùs recepturi: & Dei ſolemnitates, turpis lucri gratia, in veſtra compendia vertitis. Vnde conſtat eum *menſis* interpretatum eſſe. Non enim meſſis kalendas ſignificat: ſed menſis nomine, cuius principium ſunt, apud Hebræos kalendæ exprimuntur. Porrò id in Hieronymi enarratione demiror, quòd iſtos exſpectare dicat kalendas vt negotientur, & ſabbatha vt aperiant horrea: cùm potius id optare videantur, vt kalendæ, ſabbatha, cæteraque Dei ſolemnitates, quibus negotiatio prohibita erat, tranſierint, vt amato incumbere poſſint lucro. An fortè Hieronymus, *tranſibit* acceperit pro *evit?* tempus enim, cùm eſt, tranſit; nec eſt, niſi tranſeat. Scholiaſtes Hebraicus Montanus. 398. ᵃ Iſrael ●.

C. 8. v. 7. *Iurauit Dominus in ſuperbia Iacob.* Sic vnum Pariſienſium manuſcriptum Ge. p., & 27. noſtra Brug. Leod. Lob. E. L. Q. Pl. m. &c., legunt. Quædam *in ſuperbiam* habent, O. A. Pl. ang. plureſque impreſſi libri, quamquam primi, Mog. Nuren. & Colon. ante annum 1480. excuſi, illis conſentiant. Hebraicum בְּגַאֲוַת, vtroque modo verti poteſt. Priorem *in ſuperbia*, quem Rupertus ſequitur, Hentenius & Pariſienſes amplexi ſunt: qui propiùs ad id accedit quod alij vertunt: Iurauit Dominus per magnificentiam, ſiue celſitudinem, Iacob. Porrò, Richelij, Carenſis, Lyrani, Auctoris Gloſſæ, Altiſiodorenſis, & Hieronymi, commentarij, conſtanter *in ſuperbiam* legunt, vnanimiterque *contra ſuperbiam* exponunt: quam tamen expoſitionem, etiam illud *in ſuperbia*, admittere poſſit: quòd eiuſmodi conſtructio, in antiquis Bibliorum exemplaribus, non rarò occurrat. 399.

C. 9. v. 1. *Non erit fuga ᵃeis': fugiet ᵇ& non ſaluabitur ex eis qui ᵃfugerit'.* Hanc huius loci genuinam eſſe exiſtimo lectionẽ, quam, multa atque emendatiſſima noſtra †manuſcripta, ac prima Colonię excuſa Biblia, ſeruant, & D. Hieronymi, in proximè ſequentium verſuum enarratione, citatio, ac Ruperti Tuitienſis explicatio, probant. Qui ſuprà dixerat, inquit Hieronymus, Non erit fuga eis: fugiet, & non ſaluabitur qui fugerit; nunc ipſam fugam in partes ſecat &c. Quidam codices, & ſcripti & impreſſi, auferunt τὸ *fugiet*; iniquè. nam, Hebraicè, Græcè, & Chaldaicè, legitur, quamquam non eã forma. Quidam plurali numero ſcribunt *fugient*; malè. Hebræis enim, Græcis, & Chaldæis, ſingularis eſt numerus. Nonnulli τὸ *fugient* præcedentibus hoc modo iungunt: *Non erit fuga eis qui fugient: & non ſaluabitur &c.* Pariſienſium duo Ge o.p., Hentenij vnus. quæ quidẽ diſtinctio, Hebræorum, Græcorũ & Neotericorum interpretum diſtinctioni, cõuenit: ſed nõ eſt noſtri Interpretis, qui *fugiet* vertit, id quod, iis quæ ab ipſo verſa præcedunt, iungi nequit. Porrò, Hebraicè eſt לְאֵרְנוֹס לָהֶם נָס, Id quod Græci interpretati ſunt, * ἐ μὴ διαφύγῃ ἐξ αὐτῶν φεύγων; ſimiliter Neoterici Latini, *Non fugiet ex eis fugiens*. Noſter Interpres maluit ל dictionis לָהֶם pro nudo datiui caſus ſigno accipere, ac *non erit fuga eis* vertere; & נָס *fugiens* ſequentibus iungere. 400. ᵃei, ſed o. ᵇ& qui fugerit ex eis, non ſaluabitur o. ᵃfugerint ●. †fugerit o. †Brug. Lod. Lab. O, E, Q, Pl. m. &c. * κα ●.

NOTA.

NOTATIONES IN MICHEÆ PROPHETIAM.

401. C. 4. v. 8. *Et* 'tu turris' *gregis nebulosa*ᵉ *filiæ Sion.*] Quidam libri incisum collocant post *gregis*: *Et tu turris gregis, nebulosa fil. Sion.* id quod eorum versioni conuenit, qui quod Hebraicè est עֵפֶל, turrem vel arcem interpretati sunt, Et tu turris gregis, 'turris' fil. Si.; sed non Hieronymi, qui nebulosam traduxit, perinde ac si esset אֶפֶל. Iunxit enim עֵפֶל cum מִגְדַּל, *nebulosa* cum turris: sic namque ipse suam versionem explicat, vt nihil de posterioribus enarratoribus dicam. Deinceps, multi libri habent *filia Sion*; plures *filiæ Sion*: ex emendatioribus nostris, Leod. O. Q. Pl. m. *filia*, Brug. Lob. E. *filiæ* scribunt. similiter, antiquorú Epanorthotæ, quidam hoc, quidam illo modo legunt. Hebræa vtrumque admittunt. LXX, vt quidem libri habent, Symmachus, quod Hieronymus testatur, &, inter Neotericos, Pagninus *filia Sion* transtulerunt. Porrò Hieronymus se *filiæ Sion* transtulisse significat: Et hæc, inquit, turris, filiæ est Sion, siue, vt Symmachus vertit in Græcum, ipsa est filia Sion. quæ Hieronymi verba in Glossam relata sunt. Parisienses & Hentenius castigatores *filiæ* textu donarunt.

ᵉ turturis o. – o.

ᵉ arx,

בַּת־עִיּוֹן

402. C. 5. v. 5. *Et erit* 'iste' *pax: Assyrius cùm venerit &c.*] Sic pleraque nostra manuscripta legunt, Brug. Leod. Lob. O. L. Pl. ang. &c., & prima Chalcographorum Biblia, Moguntina ac Colonienſia. Quinque Hentenij, & quatuor nostra manuscripta, cum aliquot impressis libris, scribunt: *Et erit iste pax Assyrijs, cùm venerit*. Hebræa, ex se, ad vtrumque sensum ambigua sunt: וְהָיָה זֶה שָׁלוֹם אַשּׁוּר כִּי־יָבֹא Id est, Et erit iste pax-Assur cùm venerit. Cæterùm, Hebræi ita distinxerunt, vt *Assur*, à præcedentibus separatum, ad sequentia referatur; accentu athnah, qui distinguendi vim habet, quam apud nos Colon, dictioni שָׁלוֹם *pax* subiecto. Itaque intelligunt locum omnes enarratores, antiquiores & recentiores, quos vidi; nimirum, vt ad sequentia Assur siue Assyrius spectet; vno Ruperto excepto, qui vtrumque legendi modum agnoscit atque exponit, & posteriorem quidem, qui præcedentibus iungit Assyrijs, tanquam ordinationem, præfert. Quidam codices, duabus transpositis vocibus, vt maior sit claritas, scribunt, *Cùm Assyrius venerit*: verùm, præstantiores, eo ordine legunt, qui Hebraicè est, *Assyrius cùm venerit*.

ᵉ ista 1 MS. G.

ᵉ cum Assyrius o.

NOTATIONES IN PROPHETIAM NAHVM.

403. C. 1. v. 12. *Si* 'perfecti' *fuerint, & ita plures, sic quoque* 'attondentur', *&* 'pertransibit'.] Quidam, postremum verbum *pertransibit*, vt prioribus esset conforme, in *pertransibunt* mutauere: nam *pertransibunt* habent, 8. Hentenij, & 6. nostri codices, cum Richelio expositore. Cæterùm, longè plura nostra, & emaculatiora exemplaria, Brug. Leod. Lob. O. E. L. P. &c., *pertransibit*, quod Hebraicè est, seruant, adstipulantibus tractatoribus, Carensi, Authore Glossæ, Ruperto, Haymone, siue Altisiodorensi (nam idem vtrique adscribitur commentarius) & B. Hieronymo. Et pertransibit, inquit B. Hieronymus, Assur, vel esse desistet, siue vastato exercitu suo reuertetur ad patriam, te sospitem derelinquens. quod, alij ferè secuti sunt. Chaldæus, paraphrasi suæ accommodè, singularem numerũ plurali commutauit.

ᵉ perfecuti o.
ᵉ attendentur o.
ᵉ attõdetur o
ᵉ tondetur
1 MS.
ᵉ transibit o.

404. C. 2. v. 4. *In itineribus cõturbati*ᵉ *sunt*: *quadrigæ*ᵉ *collisæ sunt*ᵉ *in plateis.*] Quatuor manuscripta, Germani oblongum, Plantini medium, H, & Busslidianum, pro *conturbati sunt*, habent *conturbatæ sunt*, feminino genere, quod ad *quadrigæ* referatur. Hebræa ambigua sunt ex se ad vtrumque. Cæterùm, Hebræi ita interpunxerunt, vt, cum וְיִתְהוֹלְלוּ הַמַּרְכָּבֹת, quod Interpres nostri *conturbari* dixit, הַמַּרְכָּבֹת, quod *quadrigæ* transtulit, copulentur: quomodo, & Chaldæus, ac LXX. viri, distinxerunt. Porrò nostri Interpres, vt facilè potuit, aliter videtur distinxisse; וְיִתְהוֹלְלוּ ab הַמַּרְכָּבֹת separasse; itaque transtulisse vt primùm protulimus, *In itineribus conturbati sunt: quadrigæ collisæ sunt &c.* In primis enim sic pleraq. exemplaria legunt etiam præstantissima. Tum enarratores id explicant, & disertissimè ipse B. Hieronymus, cuius verba sunt: Rursumque ad descriptionis ordinem rediens: Tanta est, inquit, multitudo venientium, vt coniunctum agmen sit in itinere, & discerni nequeat. Ipsæ quoque quadrigæ, dum viam non reperiunt, præ multitudine inter se colliduntur in plateis.

ᵉ – o.
ᵉ eius o.
ᵉ conuulsę o.
ᵉ auulsæ o.
ᵉ collisérũt o.
ᵉ ab eis o.

405. C. 3. v. 2. & 3. *Vox flagelli, & vox*ᵉ *impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ*ᵉ *feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ.* Sic, plerique nostri codices legunt, Lobiensis, Leodiensis, Q. L, A, &c. Duo, Brugensis & Plantini medius, habent: *Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi* 'frementes', *& quadrigæ* 'feruentes', *&*ᵉ *equites ascendentes, & micantes gladij, & fulgurantes hastæ, &* 'multitudines' *interfectæ, &* 'graues' *ruinæ.* His, Hunnæi, E. & O. litteris signata, exemplaria, ex parte consonant, id quod indicauimus. Notantur, quinque Hentenij, & duo Parisiensium antigrapha, illo omnia modo legere, præter *equi frementes*. Prior autem lectio, Hebræo conformior est: quamquam enim, tam primo casu, quàm secundo, verti possit, omnia numero habet singulari. & is quidem pro plurali accipitur: sed, priori legendi modo manifestè, Hieronymus, Author Glossæ, Carensis, ac Richelius, suffragantur. Hieronymus: Vox flagelli, inquit, crudelis semper & sæuientis imperij: & vox impetus rotæ. Vocem pro sonitu accipiamus; rotam feruentem, per diuersa discursum. Et equi frementis, & quadrigæ feruentis, subauditur in omnibus, vox. &c.

ᵉ fremétis o.
ᵉ feruentis o.
– Brug. O. libb.
ᵉ multitudinis E.
ᵉ grauis E.

NOTATIO IN PROPHETIAM HABACVC.

C. 1. v. 3. *Quare respicis contemtores, & taces conculcante impio iustiorem se? & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem?* Hanc periodum, quam multi codices, suffragantibus, Richelio, Carensi, Lyrano, & Authore Glossæ, tertio versui addunt, post illa verba *videre prædam & iniustitiam contra me*; sex Parisiensium Di. o. l. Ge. o. p. Mogunt. Compl., septem Hentenij, & nouem nostri Brug. Lob. Leod. O. Q. A. I. Colon. Quent., Ruperto, Haymone, & D. Hieronymi textu adstipulantibus, tollunt. In Hebraicis libris, Græcis, & Chaldaicis, non legitur. Itaque, è textu Parisienses sustulere. Epanorthotes quoque ait: Abacuc 1. ca. a. *Et iniustitiam contra me? & factum est iudicium.* nihil est interponendum: sed, quod solet hîc poni, inferiùs, habet locum. Inferiùs, versibus 13. & 14, legitur ab omnibus, Latinis, Græcis, Hebræis, Chaldæis: & quidem Latinæ editionis hæc sunt verba: Quare non respicis super iniquè agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? & facies 'homines' quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem? D. Hieronymus, in initio commentariorum huius capitis, postquam illud *videre prædam & iniustitiam contra me*, & quæ præcedunt, iuxta litteram & temporis historiam expositisset; subiecit, generaliter etiam accipi posse, quòd, ex persona humanæ impatientiæ, videns peccatores in seculo abundantes, Propheta loquatur: ac tum, ea recitauit Propheta verba, quia eiusdem sunt argumenti, quæ inferiùs 13° & 14° versibus leguntur. huius occasione, coniecerim, ea, ab aliquibus, initio capitis repetita: nam & eo planè modo sunt scripta, quo Hieronymus, LXX. duorum maiori ex parte editionem secutus, recitat.

406.

– H.G.C.
ᵉ hominis o.

NOTATIONES IN PROPHETIAM ZACHARIÆ.

C. 1. v. 12. *Iste iam 70ᵘˢ annus est.*] Aduerbium *iam* quidam codices auferunt, duo Parisiensium (Di. l. Ge. p.) tres nostri (O. E. I.) quatuor Hentenij. Brugense manuscriptum supra textum minori eiusdem manus littera habet; Atrebatense pronomini *iste* præponit. Hieronymi & Richelij textus non legunt. Nec Græcè additur, aut Chaldaicè. Hebraicè quod legitur pronomen זֶה, *iam* verti possit, vt Pagninus vertit, Iam septuaginta annos: sed Interpres *iste* reddidit. Cæterùm, Epanorthotes, sententiæ causa, *iam* additum ab Interprete existimat, sicuti est plerisque in libris.

407.

C. 2. v. 8. *Qui enim tetigerit vos,* 'tangit' *pupillam oculi mei.*] Pro *mei* pronomine primæ personæ, quædam exemplaria scribunt tertiæ personæ pronomen *eius*, vnum Hentenij, quatuor nostra, Lob. P. V. C. In manuscripto K. littera signato, videtur *eius* pro *mei* substitutum; porrò, in Brugensi antigrapho omnium præstantissimo, è contra, *mei* pro *eius*. Cõplutensis editio legit *sui*. Hebraicè, Græcè, & Chaldaicè, tertiæ personæ sunt pronomina, quæ & *sui* verti possint & *eius*. Apud Hieronymum, Glossæ ordinariæ authorem, vt ea nobis est scripta, & Dionysium Richelium, legitur *eius*: quod Richelius quidem exponit pro *sui* (Tanget pupillam oculi eius, id est, inquit, seipsum ledet) Hieronymus verò, & ex eo glossematicus, ad Deum referunt, si tamen id certò legerint, non *mei*, quod & ipsum refertur ad Deum. Qui enim sanctos Domini tetigerit, ait Hieronymus, sic est, quasi vexare cupiat pupillam oculi eius, & illum nitatur clara luce priuare. Videri possit, *eius*, quòd minùs intelligeretur, reiecto, *mei* plerisque in libris substitutum: cæterùm Epanorthotes, ob litteræ consequentiam, *eius* in *mei* mutatum ab Interprete existimat: quamquam mihi minimè id exigere litteræ consequentia aut commoditas videatur.

408. ᵉ tanget 5 MS. ᵉ puellam o.

Græcus auctor Theodoretus, eius interkeatur.

C. 4. v. 2. *Et septem* 'infusoria' *lucernis quæ erant super caput eius.* Sic Latini plerique codices, Græcis plerisque suffragantibus, legunt. Porrò, vnum Parisiensium Latinum manuscriptum Ge. p., vnum nostrum O, & quinque Hentenij, insuper Hieronymi commentarijs adiunctus textus, addunt alterum *septem: Septem & septem infusoria lu.*; conformiter Hebræo ac Chaldæo. Coniunctio quam repetunt Parisienses & Hentenius *Et septem & septem infusoria*, vt non est Hebraicè, nec Chaldaicè; ita neque in his quæ nos vidimus Latinis exemplaribus,

409. ᵉ fusoria o. – o. – o.

bus, O, & Hieronymiano textu, nec in Cardinalis Bessarionis libro, qui posteriori hoc modo est castigatus. Hieronymianus commentarius non indicat certò quid legerit: Septem autem infusoria, inquit, in quibus oleum sit, quod mittatur in lucernas, quæ super candelabro luceant, hoc intelligi volunt (Hebræi) septem istas gratias (Spiritus sancti) de cælo ad homines per Legem descendere. ac rursus: Lucernas septem & effusoria earum, & ipsi (ecclesiastici viri) gratias Spiritus sancti intelligũt: per quas oleum misericordiæ Dei, cunctarumque virtutum, Ecclesia suscipit. Quidam intelligunt lucernis singulis fuisse singula infusoria: ex quibus Scholiastes Hebraicus est, cuius hæc est versio: Septem *inquam sunt* (scilicet lucernæ) & septem infusoria lucernis ipsis quæ *sunt* super caput illius. Alij intelligunt singulis lucernis septem infusoria fuisse ad olei ministerium destinata. Græca Complutensis editio scribit, Et septem infusoria 'septem' lucernis quæ super illud.

ᵉ Alia.

410. C. 4. v. 14. *Isti* 'sunt' *duo filij olei splendoris, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ.*] Vnum Parisiensium exemplar (Compl.) quatuor Hentenij, vndecim nostra (Brug. Lob. Leod. L. H. &c.) ac non nulla Epanorthotæ, demunt *splendoris*: id quod apud Tractatores ferè non legitur. Porrò, annotauit Hieronymus, Hebræam vocem, יִצְהָר, quam ipse Symmachum sequutus vertit *olei*, Aquilam interpretatum esse στλπνότητα splendoris, LXX. duos πότητα pinguedinis, Theodotionem λαμπρότητα claritatis. hinc igitur quidam, ad interpretationis varietatem indicandam, iuxta textum scripsere *splendoris*, vt est in Haymonis commentario, & nostra Glossa ordinaria scripta: quod in textum tandem relatum est, & maiorem nunc librorum partem occupauit. Parisienses textu expulere; rectè, nostra sanè sententia.

410. ᵉ MS. H.C.

411. C. 5. v. 4. *Et* 'commorabitur' *in medio domus eius, & consumet eum, & ligna eius, & lapides eius.*] Multi libri scribunt *& consumet eam*, feminino genere, tres Parisiensium (Compl. Di. l. B.) quinque Hentenij, duodecim nostri (Lob. E. Q. Pl. m. Pl. ang. Ven. &c.) Plures masculinum genus seruant, *eum*, tres & viginti nostri, Leod. O. L. P. Mog. Nuren. Colo. &c. In Brugensi manuscripto, ex *eum* factum conspicitur *eam*. Ex Hebræo & Græco vtrumque ad modum verti potest: quãquam enim masculina sint pronomina Hebræis & Græcis (non enim omittunt emendatiores Græcorum librorum, Regius & Vaticanus, αὐτὸν) tamen referri possunt ad domum, quandoquidem masculino genere ab vtriusque domus efferatur. Quin, textus circumstantiæ, id potius videntur exigere, vt *eam* Latinè transferatur, atque ad domum respiciatur: consumi namque domi rectiùs videtur quàm homini tribui; & ligna lapidesque, aptissimè, ex quibus domus constructa est, intelligi. Itaque tum ex Græco, tum ex Hebræo, Latini Interpretes ferè *eam* trasferunt. D. Hieronymi textus legit *eum*; commentarius multum vult alteri, *eam*: Et cõmoretur in ea (domo) & omnia eius ligna lapidesque consumat. Epanorthotes legendum censet *eam*, his verbis: Item d. Et consumet eam, id est, domum, secundum Hebræum & antiquos. Parisienses quoque eundem legendi modum amplexi sunt.

ᵉ commorabitur o.

בַּיִת οἶκος.

412. C. 9. v. 9. *Ipse pauper & ascendens super asinum & super pullum filium asinæ.*] Multi codices legunt *Ascendens super asinam* feminino genere: quibus B. Hieronymi textus adstipulatur, ac commentarius satis conuenit: Et ascendens. habet, super asinam subiugalem, siue, super pullum nouum, vtrumque videlicet populum, circumcisionis & præputij. Porrò, quatuor Parisiensium, & quinque nostra lectissima manuscripta, Ge. o. p. Di. l. o. Brug. Lob. Leod. O. E., cum tribus alijs vulgaribus, insuper antiqui Epanorthotæ libri, scribunt: *Ascendens super asinum*. Hebræa vox חֲמוֹר, quæ Chaldaicè eadem est חֲמָרָא, asinum plerumque significat. Asina אָתוֹן dicitur, quæ vox est in fine huius versiculi, vbi dicitur *filium asinæ*. Græci, ex חֲמוֹר hîc ὑποζύγιον subiugale transtulerunt, id quod & asinum & asinam admittit. Castigatores, Hentenius, & Parisienses, *asinum* textu donarunt: quibus suffragatur Epanorthotes. Item d. Ascendens super asinum & super pullum. Hebræus & antiqui habent asinum. Require Iudicum v, & 1. Paralip. XXVII. g., vbi Iadias dicitur esse super asinos regis, Hebræus habet super asinas. quia aliquando pro vtroq. sexu accipitur asinus etiam in vulgari. Quibus verbis id insuper docere videtur, tametsi legatur *Ascendens super asinum*, asinam posse intelligi; quemadmodum illis in locis, quibus *asinos* legitur, quamuis in Hebræo disertè sit asinas, אֲתֹנוֹת. Euthymius, Matthæi enarrans euangelium, eundem intelligit asinum, quem pullum filium asinæ; ita vt sensus sit, Ascendens super asinum, qui ætate pullus est. Cui sensui multum vult ista D. Ioannis citatio: Sedés super pullum asinæ. Matthæi 21, vbi hæc prophetia etiam citatur, Latinè legitur *asinam*, narraturque cum pullo asinam fuisse adductam: cuius loci occasione, possit hîc *asinum* cum *asinam* esse mutatum.

Iud. 5. b. 10. 1. Paral. 27. d. 30.

Iohan. 12. b. 15 Matth. 21. a. 5

413. C. 11. v. 10. *Et tuli virgam meam quæ vocabatur Decus.*] Sex nostri codices, pro *Decus* legunt *Decor*; eo nomine quo prius virga hæc appellata est, versu septimo, *vnam vocaui Decorem*. Cæterùm, vt plerique, ita & emendatissimi quique libri, cum Tractatorum textibus, posteriori hoc loco *decus* habent, tametsi idem vtrobique in Hebræo sit nomen, נֹעַם. & quidem etiam נֹעַם decorem potiùs quàm decus significat; pulchritudinem enim notat; sed Interpretem, pro eodem hæc accepisse, ideoque, quam prius Decorem vocauerat, postea Decus appellasse, Epanorthotes docet.

414. C. 12. v. 8. *Et domus Dauid quasi Dei, sicut angelus Domini in conspectu eorum.*] Multi libri scribunt *in conspectu eorum*; plures *in conspectu eius*; duo Parisiensium (V Compl.) & sedecim nostri (Lob. Leod. L. P. H. &c. illo modo; duo & viginti nostri (Brug. O, E, Q, Pl. m. Mog. Nuren. Colon. &c. ac plerique Epanorthotæ, hoc. Rupertus Carensis, & Richelius, enarratores, exponunt *eorum*: id quod Hebraici ac Chaldaici codices legunt; Græci etiam integriores, Vaticanus, Regius, Basileensis*, cum Theodoriti textu: nam Aldinus & Argentoratensis, pro αὐτῶν, ἀυτῆ habent. Quare, Hentenius & Parisienses castigatores, in textum id, *eorum* inquam, retulerunt. Porrò Epanorthotes, pluralem numerum ab Interprete mutatum, atque *eius* scriptum existimat. Atqui, Hieronymi, & textus legit, & commentarius exponit, *eorum*. Et qui de domo regia erat, habet commentarius, sit quasi de domo Dei, id est, quasi nuncius Domini & angelicæ dignitatis, in conspectu eorum qui eo tempore fuerint resaluati. Vertit igitur Interpres noster Hieronymus, vt Hebraicè est, *eorum*: nisi dicas, eum, vel Græcæ editionis pronomen *eorum* exposuisse (legit enim *eorum*, non *eius*, & ea quæ D. Hieronymo adscripta est, LXX virorum editio) vel priusquam commentaria scriberet aliter transtulisse, *eorum* nempè, quod Hebraicè, cum *eius* commutasse, ita vt subaudiretur *Domini*.

* Ann. 1550.

415. C. 14. v. 10. *Et exaltabitur & habitabit in loco suo.*] Quod quidam codices, impressi præsertim post primas illas quas sæpè commemorauimus editiones, legunt *habitabitur*, admittere & hoc possit fons Hebraicus: sed, vt pleraque omnia, ita emendatiora manuscripta, *habitabit* habent; nec nostra tantùm, verumetiam Parisiensium; neq. non Hentenij, qui, cum Parisiensibus, in textum *habitabit* recepit: id quod, D. Hieronymi, Altisiodorensis, & Ruperti, commentaria, probant.

NOTATIO IN PROPHETIAM MALACHIÆ.

416. C. 2. v. 10. *Quare ergo despicit vnusquisque nostrum fratrem suum?*] D. Hentenius correxit *vnusquisq. nostrum*: sic enim multi codices legunt, & quidem emendatiores nostri, Brug. Lob. Leod. O. L. Pl. m. atque antiqui Epanorthotæ. Alij multi scribunt *vnusquisque vestrum*: quidam, & *nostrum* omittunt, & *vestrum, vnusquisque fratrem suum?* Græcè est: Quid quòd reliquistis vnusquisque fratrem suum? id quod ijs adstipulatur qui habent *vestrum*: cuius personæ pronomine, cæteras omnes huius versus partes, Græci legunt, cùm Hebræi, Chaldæi, melioresque Latini, primæ. Hebraicè est pars ista מַדּוּעַ נִבְגַּד אִישׁ בְּאָחִיו quod si vertas, Cur despicitur vnusquisque à fratre suo, nec *nostrum* continetur, nec *vestrum*; si verò, quod Chaldæus sequitur, & Camhio probatur, Cur despicimus vnusquisque fratrem suum, manifestè continetur *nostrum*, Latineque exponatur *Quare ergo despicit vnusquisque nostrum fratrem suum?* Quam Hieronymi esse translationem, & commentarius disertè loquitur: Propheta se ipsis annumerauit qui deliquerant, vt correptionem eo faciliùs susciperent.

NOTATIONES IN PRIOREM MACHABÆORVM LIBRVM.

417. C. 1. v. 57. *Die* 'quintadecima' *mensis Casleu,* 'quinto & quadragesimo' *& centesimo anno, ædificauit rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei.*] Latinorum exemplarium, alia legunt, alia omittunt, *& centesimo*; septem & viginti nostra, Leod. Malmund. O. E. L. Mog. &c. legunt; nouem, Lob. Q. Pl. med. Pl. ang. A. antiquum D. Hunnæi Breuiarium &c., cum decem Hentenij, omittunt. Brugensi manuscripto postea additum esse videtur. Meminit huius Latinorum librorum diuersitatis Hugo Cardinalis. Græcorum antigraphorum similis est varietas. Regium & Complutense addunt, ἑξηκοστῷ: Aldinum, Argent., & Basileense, tollunt. Porrò illud constat, siue legendum sit, siue non, intelligendum esse. Ordine enim procedit sacræ huius historiæ author (Quomodo enim ostẽdat Annius, quod ait, Machabæorum libris, cùm absque temporibus scripti essent, Iosephum tempora adiecisse? Certè, argumentum, quo

ᵉ vicesima o. ᵉ xv. o. ᵉ cent. & quadra. quinto o.

Iohannes Annius in Philonis de temporibus Breuiarium.

docet, Ioſephum his in temporibus erraſſe; infirmum eſt) ab anno centeſimo triceſimo ſeptimo regni Græcorum, quo regnum ſuum ſcribit inchoaſſe Antiochum Illuſtrem, vſque ad hunc centeſimum quadrageſimum quintum, qui nonus erat regni Antiochi, quo magna clade affectam ab eo narrat Ieruſalem, impoſitumque diuino altari idolum deſolationis. Legantur huius capitis verſus, vndecimus præſertim, 21, & 30. ſequentibus etiã capitibus, pergit ad ſequentes ordine annos. Non eſt verò inſolitus numerandi modus, quo minor dumtaxat numerus, maiori; quòd notior ſit; ſuppreſſo, exprimitur.

418. * eſt o. C. 12. v. 19. *Et hoc reſcriptum* *epiſtolarum, *quod miſerat Onias. Rex Spartiatarum Onias Ionathæ ſacerdoti magno ſalutem. Inuentum eſt in ſcriptura, de Spartiatis & Iudæis, quoniam ſunt fratres, & quòd ſunt de genere Abraham. Et nunc, ex quo hæc cognouimus, bene facitis ſcribentes nobis de pace veſtra. Sed & nos reſcripſimus vobis. Pecora* *noſtra* *& poſſeſſiones* *noſtra* *veſtræ* *ſunt, &* *veſtræ noſtræ*. *Mandauimus itaque hæc nunciari vobis.*] Arbitrantur Gloſſematici, Lyranus & Richelius, epiſtolam hanc, reſponſionem eſſe Spartiatarum, ad ſuperiores Ionathæ litteras: nimirum, quòd id producta iam verba ſignificare videantur. Verùm, ſuſpicio mihi eſt, temerata ea verba ab iis eſſe, quorum hæc fuerit præoccupata opinio, reſponſionem eſſe ad litteras Ionathæ, quæ litteris Ionathæ ſubijciatur. At, quomodo ſit reſponſio ad litteras Ionathæ, quæ ad eorum nihil, quæ Ionathas ſcripſerat, reſpondet? Scripſerat, miſſas iampridem litteras à Dario Spartiatarum rege, quibus certiores Iudæos fecerat, fratres Iudæorum eſſe Spartiatas. Hîc verò ſcribunt Spartiatæ, repertum eſſe in monumentis ſcriptorum, fratres eſſe Iudæos & Spartiatas, ac ex eodem Abrahæ genere originem ducere, ſubdunt̃q. *Et nunc ex quo* *hæc* *cognouimus, &c.*; tanquam qui iam primùm id nouerint, non monitu Iudæorum, ſed ex monumentis quæ legi contigerat; ipſiſque priores id Iudæis ſcribant. Scripſerat, ſcriptas à Spartiatis litteras de ineunda cum Iudæis amicitia ac ſocietate. Hîc verò, quaſi numquam antea, primùm cum Iudæis ſocietatem inire videntur, qui, poſteaquam cognouerint ex eodem ſecum genere Iudæos eſſe, pecora & facultates ſuas omnes, cum Iudæis communes eſſe ſtatuant. Nam, quod habemus, *Sed & nos reſcripſimus vobis*, intelligendum eſt, his litteris: & certè præſens eſt Græcè, ἀντιγεγράφαμεν reſcribimus, quod eſt, viciſſim ſcribimus, ſcribimus ipſi vt vos ad ſcribendum hortemur; non quòd reſpondeant litteris à Iudæis datis. Scripſerat Ionathas de Iudaicæ reip. ſtatu. hîc verò Spartiatæ, tanquam qui nihil litterarum acceperant, ad ſcribendum ea de re hortantur, quod fratres fratribus de rerum ſuarum ſtatu ſcribere congruat: *Et nunc ex quo hæc cognouimus, bene faciatis ſcribentes nobis de pace veſtra.* ſic enim Nurenburgenſis editio anni 1478, & manuſcriptum D littera notatum, legunt, *benefaciatis*. Græcè eſt καλῶς ποιήσετε *benefacietis*, id quod alius reddit, *exiſtimauimus vos rectè facturos eſſe*. Quod ſi *benefacitis* quis legendũ contendat, atq. ad ſuperiores Ionathæ litteras reſpici; animaduertat, quàm non de pace ſua ac Iudęorũ Ionathas ſcripſerit, ſed de bellis potiùs quibus continuò appetebantur, quamuis tunc, vt ſæpe aliàs, diuino ipſi auxilio liberati, hoſteſq. ipſorum depreſſi eſſent. Obſeruandumq. eſt, omnino nihil, in hac Spartanorũ ad Iudęos epiſtola, de bellis, quibus multo iam tempore Iudæi fuerant diuexati, mentionis eſſe. Vtique, ſi ijs reſpõderent litteris, quibus id ſcripſerat Ionathas, haud prætermiſiſſent, quin fratribus cõgratulati de adepta ſæpe victoria fuiſſent, atque ad agendum ſemper fortiter animũ addidiſſent, ac auxilium, ſi opus eſſet, ad facultatum, quas cõmunes eſſe volebant, defenſionem, promiſiſſent, aut ſaltem aliquid huiuſcemodi ſignificaſſent. Quare, non Spartiatarum ad Ionatham reſponſioné hanc eſſe exiſtimo; ſed eas ipſas litteras, quas ſcribit Ionathas, à Dario Spartiatarum rege, ad Oniam ſummũ ſacerdotem fuiſſe iampridem miſſas, quibus declaratum fuerit, fratres eſſe Iudæorũ Spartiatas, & de amicitia ac ſocietate ſignificatum: quarum exemplum, vt Ionathas ſuis ſubiecit litteris; ita hîc ſubiectum legitur. Hæc ſunt litterarum Ionathæ verba: *Iampridem miſſæ erant epiſtolæ ad Oniam ſummum ſacerdotem, à Dario qui regnabat apud vos, quoniam eſtis fratres noſtri, ſicut ſcriptum* (vel, quod eſt in pleriſque emendatioribuſque manuſcriptis, *reſcriptum*: id enim Interpres poſuit pro ἀντίγραφον ſiue exemplum, hîc, vt inferiùs, vbi, ante exempli huius ſubiectionem, præmittitur *Et hoc reſcriptum*) *continet quod ſubiectum eſt. Et ſuſcepit* *Onias* *virum qui fuerat miſſus cum honore: & accepit epiſtolas* *in quibus ſignificabatur de ſocietate & amicitia.* Vides quàm omnia huic ſententiæ reſpondeant? Accedit verò Ioſephi hiſtoria, quæ, eo loco, quo, geſta ſub Onia pontifice narrat, litteras recitat Lacedæmoniorum regis Ad Oniam, ſenſu reque ipſa, cum his quæ hîc recitantur, per omnia conuenientes. Verba hæc ſunt: Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ ſalutem. Legentes ſcripturam quandam, inuenimus ex vno eſſe genere Iudæos & Lacedæmones, 'ex ea quæ cum Abraham cognatione'. Iuſtum eſt ergo, vt, fratres exiſtentes, tranſmittatis ad nos, de quibuſcumque velitis. Faciemus verò & nos idem: & ea quæ veſtra ſunt, propria ducemus; & ea quæ noſtra ipſorum, communia vobiſcum habebimus. Suffragantur eidem ſententiæ codices Græci, qui, non vt Latini, *Et hoc reſcriptum epiſtolarum quod miſerat Onias. Rex Spartiatarum Onias Ionathæ*, ſed, *quas miſerat Oniares. Rex Spartiatarum Onia*, habent. Pagnini verò noua verſio manifeſtiùs: Quas Darius miſit ad Oniam. Rex Spartiatarum Oniæ. his ergo adductus, arbitror, Latinum textum, vt vulgò legitur, & quidem in omnibus noſtris tam ſcriptis quàm impreſſis libris, deprauatum hîc corruptumque eſſe: quòd, vt dixi, citra dubium aliquibus perſuaſum fuerit, reſponſionem eſſe ad Ionathæ litteras, quæ Ionathæ litteris ſubijciatur. Priuſquam verò, quomodo reſtitui hac parte textus poſſit, videamus, de quibuſdam diuerſitatibus eſt diſſerendum. Nonnulli libri, *Et hoc reſcriptum epiſtolarum quod miſit Onias*, legunt: ſed, manuſcripti plerique atque emendatiſſimi quique, *miſerat* habent, id quod in textum Hentenius & Pariſienſes caſtigatores retulerunt. Aoriſtum ἀπέστειλεν, Interpres, pluſquamperfecto *miſerat*, vertit; agnoſcens, eas has eſſe litteras, quarum, ſuarum litterarum initio, Ionathas mentionem fecerat. Aliqui, ex eodem, quem ſuprà diximus, errore, *miſit* ſubſtituere. Altera eſt varietas diſtinctionis: quidam codices interpungunt *Quod miſerat* *Onias* *rex* *Spartiatarum. Onias Ionathæ*; quidã *Quod miſerat Onias.* *Rex Spartiatarum Onias Ionathæ*. huic ſecundo interpungendi modo, adſtipulantur, Aldi præſertim & Germanorum Græca Biblia, ὃ τόπο τὸ ἀντίγεγραφον τῶν ὅλων ὧν ἀπέστειλεν ὀνιάρης. Εασιλεὺς σπαρτιατῶν ὀνίᾳ ἱερεῖ μεγάλῳ χαίρειν, Et hoc exemplum litterarum quas miſerat Oniares. Rex Spartiatarum Oniæ ſacerdoti magno gaudere. Regia editio ex Complutenſi habet ὧν ἀπέστειλαν. ὀνιάρης Εασιλεὺς σπαρτιατῶν ὀνίᾳ ἱερεῖ μ. χαί. quas miſerant. Oniares Rex Spartiatarum Oniæ ſacerdoti mag. gau. Tertia demum eſt diuerſitas in proprio regis Spartiatarum nomine. In Ionathę epiſtola priùs Δαρεῖος ſiue Darius vocatur; poſtea, vbi ſubijcitur exemplum epiſtolæ ad Oniam, *Oniares*: nam *Onias* in Latino corruptè legi non dubitamus. Porrò Ioſephus ἄρειον Arium appellat, & in Ionathæ ad Spartiatas, & in Spartiatarum ad Oniam litteris: quo nomine, ſextus Babyloniæ rex, apud Beroſum legitur nuncupatus. *Arius* & *Darius*, ſatis mihi manifeſtum videtur, idem huius eſſe nomen, ſiue alteri vel deſit vel redundet *D*, ſiue vtrumque in vſu fuerit. *Oniares* verò & *Darius* ſiue *Arius*, an duo ſint eiuſdem nomina, an vnum idemque, cuius principio, nunc præponi, nunc auferri ſoleat oni; certè enim *Oniares* interpreteris fortitudo mea Arius: יָהּ *On* ſiquidem fortitudinem ſignat (poſſit &, ſi id velis, fortitudo mea Ares, ſiue Mars, à quo ἄρειος Martius dicitur) an verò *Oniares* mutatum ſit ex *Ariaues* aut *Dariaues*, quomodo ab Hebræis nomen *Darius* effertur, ignoro. Vtut ſit, exiſtimarim, ab Interprete noſtro, lectum verſumque ante epiſtolam à Spartanis miſſam, *Oniares*: id quod deprauatores mutarint cum *Onias*, addito nomine *Ionathæ*. hanc enim coniecerim germanam eſſe Interpretis ſcripturam, *Et hoc reſcriptum epiſtolarum, quod miſerat Oniares. Rex Spartiatarum Oniæ ſacerdoti magno ſalutem*: quæ, vt, cum Græcarum editionum Aldi & Germanorum ſcriptura, omnino conuenit: ita, ad Latinorum codicum vulgarem lectionem, proximè accedit.

NOTATIONES IN POSTERIOREM MACHABÆORVM LIBRVM.

419. C. 1. v. 18. *Facturi igitur, quinta & viceſima die menſis Caſleu, purificationem templi; neceſſarium duximus ſignificare vobis: vt & vos quoque agatis diem ſcenopegiæ.*] Sedecim noſtra manuſcripta, Brug. Lob. Leod. Malm. Breui. O. Q. L. V. &c., tollunt, Græcis libris ſimiliter, *Die*; *Quinta*, habent, *& viceſima menſis Caſleu*. Quatuor ex illis, Malm. O. Q. V. tollunt inſuper &, quod eſt poſt *vt* coniunctionem (ſuperfluit enim alterum, aut & aut *quoque*) *Vt vos quoque agatis*. Brugenſe, quod minus eſt veriſimile, aufert *vt*: *Et vos quoque agatis*. Illud, Græco conſonat ἵνα καὶ αὐτοὶ ἄγητε, vt & ipſi agatis. Sequitur in Græco, ὡς σκηνοπηγίας inſtar ſcenopegiæ, vel, vt ſcenopegiæ, ſubaudi, ſolemnitatem agitis. Græca Aldi & Germanorum Biblia legunt ἕως σκηνοπηγίας, vſq. ad ſcenopegiam, ἕως pro ὡς: quod ſi verum eſt, petunt dedicationis ſolemnitatem toto penè anno, à menſe Caſleu vſque ad Tiſri, à nono vſque ad ſeptimum, celebrari. Verius eſt igitur quod in Complutenſibus, ὡς σκηνοπηγίας. Interpres addidit quod ſubauditur *diem ſcenopegiæ*: non tamen addidiſſe opinor, quod eſt in quatuor Hentenij exemplaribus, nullis verò noſtris, *Diem feſtum ſcenopegiæ*. Cùm verò addiderit quod ſubauditur, omiſerit ne quod exprimitur, adeurbium ſimilitudinis ὡς; præſertim cùm ad rem non parum faciat? D. Ianſenio veriſimile eſt, ſcriptorum vitio omiſſum eſſe, omninoque legendum: quòd, non feſtum ſcenopegiæ ſiue tabernaculorum petant celebrari; id enim decimoquinto ſeptimi menſis, qui Tiſri dicitur, die celebrandum erat; ſed, templi purificationem altariſque dedicationem, inſtar feſtiuitatis tabernaculorum, octo-nimirum diebus, & cum palmarum ramis: Poſſit igitur, *vt*, id quod omittit Brugenſe manuſcriptum, aut, quod alia, & in *vt* mutatum, hunc in locum transferri: *Vt vos quoque agatis vt diem ſcenopegiæ*. Cæterùm, nono huius capitis verſu, vocantur hi dedicationis feſti dies, *dies ſcenopegiæ*: *Et nunc frequentate dies ſcenopegiæ menſis Caſleu*; nempe, quòd in modum ſolemnitatis tabernaculorũ agi eos voluerint: egeruntque in modum tabernaculorum, vt eſt decimo huius libri capite, cum lætitia, dies octo,

octo, recordantes, quo pacto, ante modicum temporis, ſolemnem tabernaculorum diem, in montibus & ſpeluncis, beſtiarum more, transegerant. Quare etiam rectè locus intelligatur, tametſi ſimilitudinis aduerbium *vt* non addatur.

420. * rem & o. * hunc o. * explum o. * 1. MS. Cliteræ notatum. * eſt 3 MS. C. 1. v. 34. *Conſiderans autem rex,* *& rem* *diligenter examinans, fecit ei* *templum',* *vt probaret quod factum* *erat'.* Sic plerique, cùm ſcripti, tum impreſſi, codices, legunt; adſtipulantibus Gloſſematicis, Lyrano, & Richelio. Octo autem noſtra, eaque antiquiora & emendatiora, manuſcripta, quæ paulò pòſt ſuis indicabimus nominibus, cum Hugonis Carenſis antiquioribus libris, auferunt poſtremam huius verſus partẽ *vt probaret quod factum erat*. Græca Complutenſis editio habet, *'*πειθοφάξας ὃ ὁ βασιλὺς * ἱερὸν ἐποίησε, Circumſepiens autem rex* *templum' fecit. Interpres legiſſe videtur φράσας, à φράζω conſidero; pro φράξας, quod eſt à φράσσω ſepio. & τόπον, quod addunt Aldi & Germanorum Biblia, non legit; vt in Regijs & Complutenſibus non legitur: putarim, expoſitionis gratia adiectum. Sequitur, atque in alijs editionibus ſimili modo, δοκιμάσας τὸ πρᾶγμα: id quod verti poteſt, & *exploràns* ſiue *examinans rem*, &, quod idem eſt, *probans factum*. Quare, nihil mirum, in integrioribus libris, id *vt probaret quod factum erat*, non legi, cùm ex altera eſſe videatur eiuſdem partis tranſlatione.

* ἐπισφάξας B. * τὸν τόπον Gr. * ipeum Gr. * ſui, facrum

421. * probauit 1 MS. * donauerat rex 1 MS. * dedit 1 MS. * 20 MS. * innumera 11 MS. * 5 MS. * accipiebat 2 MS. * munera 1 MS. * retribuebat 2 MS. * tradebat 5 MS. * excipiebat o. * ad gratificebatur Sequitur verſus 35, qui in impreſſis codicibus eſt hunc in modum: *Et cùm* *probaſſet', ſacerdotibus* *donauit' multa bona,* *& alia' atque alia* *munera':* *&'* *accipiens'* *manu ſua* *tribuebat' eis*: quæ, & vulgarium ferè manuſcriptorum, ac Gloſſematicorum Lyrani & Richelij, lectio eſt; exceptis dumtaxat varietatibus quibuſdam, quas margo indicat. Porrò, vetuſtiora emaculatioraque manuſcripta, longè aliter habẽt: *Et ſi quibus donauerat rex multa bona* *accipiebat' ex hoc & tribuebat*, nec plus addunt. Sic, Brugenſe, Lobienſe, Leodienſe, Malmundarienſe, Hunnæi Breuiarium, O, L, R: niſi, quòd, Brugenſe, *donauerat* pro *donauerat*; & L. *ſic* pro *ſi* habeat. Teſtatur & Hugo Cardinalis, in antiquioribus libris eſſe: *Et ſi ſi quibus prius dominatus fuerat rex, multa bona accipiebat ex hoc tempore & tribuebat.* verùm hîc addita ſunt explicationis ergò, *prius* & *tempore*. Eſt hoc loco iterum duplex eiuſdem Græcæ ſententiæ interpretatio; in vulgaribus libris vna, in eximijs altera lecta. ᾗ οἷς, eſt Græcè, ἐχαρίζετο ὁ βασιλὺς πολλὰ διάφορα ἐλάμβανε ᾗ πεδίδου: quod eſt ad verbum, Et quibus *'donabat' rex* multa diuerſa accipiebat & tradebat. Poſterior, antiquiorum manuſcriptorum lectio atque interpretatio, multò, huic quod Græcè legitur, vicinior eſt: itaque & hoc nomine præferenda. Clarum eſt autem, manifeſtum eſſe errorem, quod eſt in quibuſdam, *dominatus fuerat*, *dominabatur*, vel *dominauerat*, pro *donauerat*: hoc enim, non illud, χαρίζεσθαι notat. Hanc verò Interpretis conuerſionem, quòd obſcura ſit; vt & fons ipſe; cum altera illa mutarunt, quæ clarior eſt, & paraphraſticõs rem explicat. Eius autem prima particula *& cùm probaſſet*, ex eodem illo eſt, quod ſuperior verſus habet, δοκιμάσας τὸ πρᾶγμα, quam, exemplar C notatum, habet, omiſſo illo *vt probaret quod factum erat*. Quinque noſtra & 4. Hentenij exemplaria; vtramque interpretationem connectunt coniunguntque: & quędam quidem eorum, eam quę germana eſt noſtri Interpretis præponunt; quædam poſtponunt alteri. ex illis C, ex his eſt Q. Sed hæc, quia, & longa & ſpuria ſunt, nolo hîc recitare: potiùs adſcribam, quomodo, locus integer, genuinè pureque legatur. Itaque, hunc id in modum, ex antiquis codicibus, fieri arbitror: *Conſiderans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum: & ſi quibus donauerat rex multa bona accipiebat ex hoc & tribuebat*. cuius, ſenſum, exiſtimarim, dari poſſe huiuſmodi: Cognita Rex perſpectaque rei veritate, locum in quo diuinus ignis abſconditus fuerat, ſacrum reddidit ac conſecrauit: &, ſi in quos Iudæorum antehac munificus fuerat; vt certè in multos fuerat; iam, multa eis bona, ſuis accepta manibus, per ſe elargiebatur.

422. C. 2. v. 11. *Et dixit Moyſes, Eò quòd non ſit comeſtum quod erat pro peccato, & conſumtum eſt.*] Pro *comeſtum*, quod, poſt Moguntinam, pleræque omnes typographorum editiones habent, manuſcripta exemplaria ferè *mundatum* legunt, tam antiqua, quàm quæ ætate poſteriora ſunt. Duo, C, & D, litteris notata, ſcribunt *mandatum*: quibus, Nurenburgenſis editio anni 1478, conformis eſt. Vnum, Atrebatenſis Collegij ſericatum, *manducatum* habet, quamquam addat & *mandatum*: in altero, A ſignato, expuncto *mundatum*, ſcriptum eſt *manducatum*, Richelius, diſertè legit atque interpretatur *manducatum*: Carenſis, hanc, cum alijs manuſcriptorum varietatibus, exponit. Hanc autem, *manducatum* inquam, genuinam eſſe exiſtimarim lectionem: quam mutarint ſcribæ, quòd minùs eis veroſimile videretur, diuino igne exuſtum fuiſſe ſacrificium, quia non ſit manducatum; potiùs, quia non ſit mundatum. Porrò hîc reſpiciatur ad locum Leuitici, qui decimo eſt capite; quo, Moyſes, cùm hircum pro peccato oblatum exuſtum reperiſſet, increpat Aaronis filios, quòd eum non comederint. Inter hæc, eſt eo Leuitici loco, hircum qui oblatus fuerat pro peccato cùm quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratúſque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait, Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto &c. In Græco fonte apertè eſt *manducatum*: διὰ τὸ μὴ βεβρῶσθαι τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας ἀνηλῶσθαι. Quod in impreſſis codicibus legitur; *comeſtum*, non minus aptum eſt quàm *manducatum*: ſed manuſcripti, *manducatum* potiùs Interpretis eſſe ſcripturam, loquuntur, in quibus, à nobis quidem, nec inuentum eſt *comeſtum*. putarim, *comeſtum*, ex aliquorum eſſe correctione, qui viderint, *mundatum* loco non conuenire. Scriptor ſericati manuſcripti Collegij Atrebatenſis, quod, id eſſe arbitror, quod Hentenius notauit, tranſtulit hunc in locum Leuitici verba, coniunxitque varias huius loci lectiones; hoc modo: Et dixit Moyſes, Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto? eò quòd non ſit manducatum, mandatum quod erat pro peccato, in loco ſancto, & quod non ſit manducatum, mandatum quod erat pro peccato, conſumtũ eſt. vbi, errore, eadem verba repetita videntur. *Et*, quod eſt ante *conſumtum* (*Conſumtum* enim legendum, non, vt nonnulli malè, *conſummatum*) non pauci libri auferunt: & quidẽ etiam Græci auferunt; ſed, vt multi, ita emendatiſſimi quiq. Latini, addunt. Poſſit pro *etiam* accipi, nempe, *vt holocauſtum*.

423. C. 2. v. 13. *Et qualiter conſtruens bibliothecam congregauit de regibus libros & Prophetarum & Dauid.*] *Qualiter*, quidam codices omittunt; malè: quidam eius loco *vt* legunt; bene; ſic namque & in emendatioribus eſt. *Conſtruens*, ſeruant vno conſenſu boni libri: quare in nonnullis vitioſè ſcriptum eſt *conſtituens*, tametſi etiam hoc vox Græca admittat. Pro *regibus*, pleraque manuſcripta, cùm Hentenij tum noſtra, & priores typographorum editiones, Richelio ſuffragante, *regionibus* habent. Duo tantùm manuſcripta noſtra, Plantini latum, & Hunnæi V, *regibus* ſcribunt, quod eſt in poſterioribus typographorum editionibus. Cæterùm, hoc, *regibus*, Græco cum fonte conuenit, qui hunc habet in modum· ᾗ ὡς κατεβάλλοντο βιβλοθήκην, ὅσπουηγαγε τὰ περὶ τῶν βασιλέων ᾗ προφητῶν ᾗ τὰ τοῦ δαυὶδ. id quod eſt: Et vt conficiens bibliothecam, congregauit ea quæ de regibus & Prophetis & ea quæ Dauidis. Vnde vel ſolùm colligi non obſcurè poſſe videtur, Interpretem, *regibus*, non *regionibus*, conuertiſſe. Nam quod Græcè eſt, *ea quæ de regibus*, expoſuiſſe eum manifeſtum eſt, *libros de regibus*. Neque verò coniunxit *de re*. cum *congregauit*, & *libros* aut ſine adiuncto poſuit aut ad ſequentia retulit: cùm Græca, nec vocem *libros* habeant, nec illam diſtinctionem vllo modo patiantur: Porrò, quia præpoſuit τὸ *de regibus* τοὺ *libros*: noſtri, iunxerunt illud *de re*. cum *congregauit*, ſcripſeruntque *de regionibus*, quòd congregare de regibus non aptum eſſe videretur. Mutato autem *regibus* in *regionibus*, quoniam voces *Prophetarum* & *Dauid* quæ ſequuntur, non ſatis commodè præcedentibus hærere videbantur, ſuſtulerunt quidam antecedens *&*, ita vt eſſet *Congregauit de regionibus libros Prophetarum & Dauid*: verùm, & illud, vt in pluribus adhuc codicibus, ita in antiquioribus conſpicitur. Germana igitur, ſalua ſententia meliori; huius loci lectio eſt: *Et, vt, conſtruens Bibliothecam, congregauit, de regibus libros, & Prophetarum*, & *Dauid*. Interpres, huic ᾗ προφητῶν, ſubaudiuit τὰ τῶν; itaque vertit *& Prophetarum*. ſ. libros: cùm alioqui verti poſſit *libros de regibus & Prophetis*. cõtinent enim libri Regũ, Regum & Prophetarum geſta.

424. C. 3. v. 1. *Propter Oniæ pontificis pietatem & animos odio habentes mala.*] Multi codices, Carenſi & Richelio adſtipulantibus, addunt *diſpoſitionem &*, hoc modo, *Propter Oniæ pontificis diſpoſitionem & pietatem*: verùm illud, tum in præſtantioribus codicibus non legitur; noſtris Brug. Lob. Leod. Malm. Breui. O. E. L. & alijs tribus; tum Græcè non eſt. Quare meritò Hentenius caſtigator textu pepulit. Monet & Lyranus non eſſe in correctis libris, nec de textu eſſe. Quod ſequitur *Et animos odio habentes mala*; manuſcripta tria Q. Pl. ang. G., ſcribunt hunc in modum: *Et animam odio habentis mala*. Quem ſcribendi modum (quanquam magis conueniat *animum*) illi præferri poſſe exiſtimarim, quod certiùs commodiúſque ad Oniam ſe referat. De Onia enim, non de alijs qui Oniæ adhæſerint, de quibus Lyranus & Richelius; quorum, ea eſt, quæ vulgaris lectio; exponunt, intelligendum hoc eſſe, clarè ſatis Græca loquuntur· διὰ τὴν ὀνίᾳ τοῦ ἀρχιερέως διάθεσιν ᾗ μισοπονηρίαν: id quod χτ πόθεν transferas, Propter ipſam Oniæ ſummi ſacerdotis pietatemque & 'auerſationem' malitiæ. Hunc verò ſcribendi modum, qui nobis præferri poſſe videtur, alia quædam exemplaria ex parte referunt. Duo namque, O & C, habent, *Et animos odio habentis mala*; quinque Malm. E, A, Tril. Mogunt. *Et animo odio habentis mala*.

* animo 2 MS. * animas 1 MS. * odium

425. C. 14. v. 21. *Et ſingulis ſella prolatæ ſunt & poſitæ.*] Vnum Pariſienſium manuſcriptum, Di. o.; vndecim Hentenij; quatuordecim noſtra, Brug. Lob. Leod. E, L, Q. Pl. m. &c.; addunt *à* præpoſitionem: *Et à ſingulis ſellæ prolatæ ſunt & poſitæ*. quæ, eam quæ Græcè eſt, præpoſitionem ἀπὸ, exprimit. παρ' ἑκάστου, id eſt, à ſingulis. Non id tamen ita intelligendum eſt, quaſi duces ipſi ſibi ſellas protulerint poſuerintq.; propter quod ablatam à quibuſdam fuiſſe præpoſitionem autumo; ſed, quòd, ab vtraque vtriuſque ducis parte, per miniſtros nimirum, prolatæ ac poſitæ ſint. Græca Regis editio, ex Complutenſi, habet· ᾗ φασὶν δὲ παρ' ἑκάστου διορθῶ· ὅσαν διορθοῦ. Et acceſſit à ſingulis ſella· poſuerunt ſellas: quæ, potiùs fuit Interpretis noſtri lectio, quàm ea quæ in Aldinis & Germanicis eſt Bibliis, ᾗ φασὶν δὲ, ᾗ παρ' ἑκάστου διαφόρου ὅσαν διόρθου. Et proceſſit (ſ. dies conſtitutus, vel, dux vterque) & à ſingulis diuerſas poſuerunt ſellas.

Adonias o. = 5 MS.

Lib. 12. antiq. Iud. ca. 5.

In capite 95. Concordiæ euangelicæ.

Leuit. 10. d. 16. 17.

NOTATIONES IN EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

426. Capitis 3ii versu 16°, *Et vidit spiritum Dei, descendentem sicut columbam, & ° venientem' super ipsum.*] Hæc vnius manuscripti lectio, eius quod à Parisiensibus notatum est, S. Germani lati, minimè est contemnenda: sic enim rectè, & Græca vertuntur, & Syra. Cæterùm, altera, *Et venientem super se*, quæ vulgò recepta est, estque in omnibus manuscriptis nostris, numero triginta tribus, ac prioribus typographorum editionibus, germana Interpretis translatio esse videtur: nam & eam Græca, necnon Syra, admittunt. Nicolaus Zegerus, in suis in Matthæi Euangelium scholiis, putare se ait, Interpretem vertisse *ipsum*, quia id fideliora habeant exemplaria: verùm pòst, cùm ad castigandum textum se dedit, meliùs editionis nostræ exemplaria perscrutatus, scripsit, *super se* legendum iuxta codices antiquos, potiùs quàm *super ipsum*, quemadmodum habent nonnulli codices noui. Noui codices qui *super ipsum* habeant, sunt posteriores aliquot Typographorum excusiones; Quentelianorum duæ, & quædam aliæ. Quidam, quod dicitur, *Et vidit spiritum Dei*, ad Baptistam referunt, itaque malunt *super ipsum* vertere: quidam ad Christum referunt, probantque *super se*. Vtrumque intelligendi modum admittat fortassis Interpretis translatio *super se*, quèadmodum id quod Marci primo transtulit *in ipso*, Descendentem & manentem in ipso: neque enim perpetuò reciproci & non reciproci pronominis differentiam obseruare est solitus.

426. ° manentem o.

427. C. 4. v. 10. *Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana.*] Tres nostri codices addunt *retro: Vade retro Satanas*; E. Pl. m. Atr. s. quibus tres Parisiensium consentiunt, Ge. l. Compl. Pau. quanquam Complutensis *retro me* habeat. B. Augustinus, in Psalmum scribens nonum, ad similem profert modum: *Redi retro satanas.* Hentenius signauit quatuor codices *post me* addere; falsus ne Parisiensium signatione, multùm equidem ambigo. His Latinis codicibus, Græci complures volunt, qui ὕπαγε ὀπίσω μου ° σατανᾶ legunt, quomodo & apud Græcum Theophylactum legitur. Porrò, pleraque nostra Latina exemplaria, cum excusa, tum scripta, nihil adijciunt huiusmodi; tantùm, *Vade satanas*, aut *satana*, habent; Brug. Lob. Leod. O. Q. L. Mog. & cætera viginti nouem, quibus antiqua Epanorthotæ suffragantur. Suffragantur & Græca antigrapha non pauca, quæ ὕπαγε σατανᾶ dumtaxat scribunt: nec in Syrico textu quidquam illiusmodi inuenitur. Abi tibi aduersarie. Apud Chrysostomum, hunc enarrantem locum, nihil tale additur. Hieronymus, Druthmarus, Anselmus, & Euthymius, in proprio loci commentario, denique Origenes tractatu in Matthæum primo, id se non legisse apertissimè docet. Translatum fortassis huc fuit à memori scriba, ex 16. Matthæi capite, aut Marci 8, vbi Petro dicit Christus, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, *vade post me*, siue, *retro me*, aut *retro*, satana. His enim modis Latinis in libris legitur. Notat his locis Epanorthotes, in antiquis codicibus *Satanas* esse: id quod & nos, primo præsertim loco, obseruauimus.

427. *Beda vtriusq. lectionis meminit: Vade satanas. s. in aeternâ damnationem. si autem secundum aliud exemplar quis voluerit legere, Vade retro satanas; potest ita sentire, quòd, &c.*
° σατανᾶς editi quidam.

Mat. 16. d. 23. Mar. 8. d. 33.

428. C. 5. v. 23. *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.*] In Græcis codicibus & Syris additur *temerè* seu *sine causa*: quod etiam legunt, inter Græcos, Euthymius, Theophylactus, Auctor operis imperfecti, Chrysostomus; inter Latinos, Augustinus, hunc enarrantes locũ. Verùm, Hieronymus *, etsi in quibusdã codicibus reperiri fateatur, tadi vult, eo quòd, in veris & antiquis plerisque non inueniatur. Augustinus quoq. libri primi Retractationum cap. decimo nono, in Græcis libris non addi testatur, quibus hodie consentit Vaticanus, ad quem castigatus fuit codex, quondam doctissimi & pietate præstantissimi viri, D. Werneri Neomagi, S. Theologiæ Licentiati, & Atrebatensis collegij Præsidis; quo vsi, & mirum in modum adiuti fuimus. D. Anselmus, *sine causa*, inquit, addunt quidam codices: sed in Græco non additur, nec est opus. Hodie, in Latinis libris, non, aut vix, legi videtur: ex nostris omnibus, tum scriptis, tum impressis, tum antiquis, tum nouis, vnicus est scriptus qui habeat; hoc modo: *Omnis qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio*; in quo & præteundum signatur. Quamobrem demiror id quod Erasmus ait, Quid hîc adferent qui contendunt hanc translationem ab Hieronymo fuisse castigatam? Quod damnat, relictum est. Immò verò, hoc ex loco simul & aliis, collegerim, fuisse eam ab Hieronymo castigatam, quòd non ita habeat vt olim lectum fuit: quanquam, vetera inolitaque menda, aliquando reuersa sint, nouaq. postea nata. Istud de quo nunc agimus, *sine causa*, omnino verisimile est, fuisse primum ab aliquo explicationis gratia additum, aut ex adscripto commentario in textum relatum: id quod Laurentius Valla, quem Magdalius Iacobus Gaudensis secutus est, inconsultè, addi melius quàm omitti, docet.

428. *vixit.*

* *In cap. 5. Matt. & l. 2. ad Tit.*

Plus.

429. C. 5. v. 39. *Sed, siquis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.*] In multis Latinis codicibus, olim non fuisse *dexteram*, testis est Augustinus, cap. 30. libri primi De sermone Domini in monte. Fuisse autem in exemplaribus Græcis, quibus maior fides adhibenda fuerit, ibidem testatur: sicut hodie, & à Latinis, & à Syriis, & à Græcis, concorditer legitur. nullis enim abesse inuenimus. Inter Græcos tractatores, Euthymius; inter Latinos, præter Augustinum, Hieronymus, cùm in proprio commentario, tùm in fine libri duodecimi in Ezechielem, Druthmarus, & Anselmus, disertè expostuerunt. Apud B. Lucam nulla fit dexteræ mentio, sed tantùm maxilla & altera nominatur. id quod epistola 5. Augustinus notat.

Apud antiquiorem operis in Matthæum imperfecti, omittitur: apud Chrysostomũ legitur.

Luc. 6 d. 29.

430. C. 6. v. 4. *Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.*] Multa Latina exemplaria, teste Augustino in hunc Domini sermonem*, addunt *palàm*: *Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi palàm.* Addit & vnum eorum quæ hodie exstant, quod Parisienses S. Germani latum dixerunt, *in palam.* Consentiunt Syra: conformia sunt Græca; non ea solùm, quæ nunc passim exstant, sed & ea quibus vsi sunt Interpretes Græci, Chrysostomus, Author operis imperfecti, Theophylactus, Euthymius. Veruntamen, in iis exemplaribus Græcis, quæ olim consuluit Augustinus, lectum non fuit: quamobrem, non putasse se, ait, de eo aliquid disserendum esse. Nunc etiam, in Græco Vaticanæ Bibliothecæ codice, haud additur: nèc in vllis est Latinis libris, eorum omnium quos nos vidimus. Neque Zegerus ac Hentenius quenquam obseruauere. quin & eum, quem Parisienses obseruauerunt, ad Græca, suspicio mihi est, immutatum: nam & in fine Dominicæ orationis adijcit: *Quia tuum est regnum & potentia & gloria in secula seculorum.* Sublatum fortassis est τὸ φανερῶ, à B. Hieronymo nostræ editionis castigatore.

circa initium l. 2.

ἐν τῷ φανερῷ.

431. C. 6. v. 6. *Et pater tuus qui videt* in abscondito, reddet tibi.*] Etiam hîc addunt, cum Syris, plerique codices Græci ἐν τῷ φανερῷ *in manifesto*, seu, *in propatulo*: consentiuntque Interpretes Græci. Attamen, exemplar Vaticanum, iterum consonat Latinis libris: quorum hîc nec Parisienses vllam notarunt varietatem.

* te o.

432. C. 6. v. 11. *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.*] Vndecim nostra manuscripta exemplaria habent *Panem nostrum quotidianum*: sed, vt pluta, sic antiquiora melioraque vulgatæ editionis scripta, tum nostra, tum Epanorthotæ, quod impressi libri, * *supersubstantialem* seruant. id quod, hunc edisserens locum B. Hieronymus, à se expressum testatur. In Euangelio Lucæ *quotidianum* legitur; In Matthæi quoque, ante Hieronymum, Latini *quotidianum* legerunt, id quod, ex DD., Cypriano, Ambrosio*, Augustino*, alijsque, manifestum est. Vnde adhuc hodie, orationem orantes Dominicam, qua secundum Matthæum vtimur, dicimus *panem nostrum quotidianum*, ita nempe, vt à primis Ecclesiæ fidelibus, continua successione, parentes filios viua voce docuerunt. Græcè est τὸ ἐπιούσιον, quod, ab ἐπὶ & οὐσία deduci potest (sicut à πεῖ & οὐσία sacri scriptores σύμπαν formauere) quasi *super substantiam*, quod est, præcipuum ac peculiarem, aut, qui super omnes substantias est, & vniuersas superat creaturas, vt Hieronymus intellexit: vel, quasi *ad substantiam*, vt eum panem, id est, victum (panis enim appellatione, cætera omnia nutriendo corpori nostro necessaria, Hebræorum more comprehenduntur) significari intelligamus, qui, nostræ substantiæ, nostræ naturæ sustentandæ, sufficiat, hoc est, vt Græci interpretantur, δεῖ τὴν ἡμῶν οὐσίαν ἐν ὑγιείᾳ διαπεραίνειν, minimè scilicet delicatum, sed frugalem. Hunc panem significare voluisse videtur, qui vertit *quotidianum*, id est, cibarium, quo vesci & sustentari quotidie solemus: quem & Syrus dixit panem indigentiæ, seu, necessitatis nostræ.

* substantiam 2 *Mss*

* *L. 5. de sacramentis c. 4.*
* *Enchir. c. 115 & alibi.*

Hieronymus, secundum epistola ad Eustochium scripta anno 403. Vnde & illud, inquit, quod in Euangelio secundum Latinos Interpretes scriptum est: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, melius in Greco habetur Panem nostrum, ἐπιούσιον, id est, præcipuum, &c.

433. C. 6. v. 13. *Et ne nos inducas in tentationem.*] hæc nostræ editionis scriptura est. Augustinus, libri secũdi De sermone Domini in monte capite 14, & sermonibus De diuersis decimo atque vndecimo, rursus epistolæ ad Probam 121. capite 11, legit: *Et ne nos inferas in tentationem*; quod, ad vocem Græcam εἰσενέγκῃς, magis accedit. Meminit autem, libro illo 2, & nostræ lectionis, his verbis: Nonnulli codices habent *inducas*, quod tantundé valere arbitror: Nam ex vno Græco, quod dictum est εἰσενέγκῃς, vtrumque transtatum est. subiungit: Multi autem precando ita dicunt, *Ne nos patiaris induci in tentationem*, exponentes videlicet quomodo dictum sit *inducas*. Hunc ad modum Cyprianus atque Ambrosius, vbi Dominicam orationem tractant, legunt: de quo optimè censet Augustinus.

434. C. 6. v. 18. *Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.*] Non pauci Græcè impressorum librorum, tertio hîc addunt ἐν τῷ φανερῷ, in manifesto. Verùm, Latinis codicibus, qui id rursus constanter haud norunt (quamquam apud Bedam additum legatur *in propatulo*) non tantùm Græcum Vaticanę Bibliothecæ exemplar hîc suffragatur, verumetiam ea vniuersa, sedecim numero, ad quæ Parisienses suam noui testamenti Græcam editionem contulere, inter quæ Complutense est. Quibus adde, id quod anno 1534 Colinæus excudit, & Pagnini ex Græco translationem. Quinetiam, Syricus textus, hoc loco id ignorat. nec apud Græcos interpretes, Euthymium, quod eius annotauit interpres, & Theophylactum, quod ipsi in Græca editione

editione vidimus, legitur. Chrysostomus tamen, commentario suo, vt suprà cùm de eleemosyna ageretur, videtur agnoscere: & Origenes, Homilia quarta in diuersos, legit exponitque, his verbis: Hæc ita omnia facite, vt pater vester qui videt in occulto, reddat vobis in manifesto, in illa manifestatione, de qua dicit Daniel: Et tunc prudentes fulgebunt sicut luminaria cæli: & iterum: Iusti atque alij plures sicut stellæ in æternum.

Dan. 12. d. 3.

435. C. 7. v. 12. *Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.*] Cyprianus, sermone De oratione Dominica, legit: Quæcunque volueritis vt faciant vobis homines *bona*, ita & vos facite illis. Similiter legit Augustinus, libro in hunc Domini sermonem posteriore: *Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines bona, ita &c.* annotat autem hunc in modum: In exemplaribus Græcis sic inuenimus: Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Sed, ad manifestationem sententiæ, puto à Latinis additum *bona* (&c.) Intelligendum est ergo, plenam esse sententiam, & omnino perfectam, etiamsi hoc verbum non addatur. Hæc & alia in eandem rem Augustinus. Græci tractatores hoc verbum haud agnouerunt, Chrysostomus, Author operis imperfecti, Theophylactus, Euthymius. Hodie, nec in Latinis, nec in Syriacis, nec in Græcis codicibus, additur. Quid hîc adferant, qui, editionem nostram, à veteribus vitijs, negant fuisse castigatam?

436. C. 10. v. 8. *Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite.*] Exemplaria Parisiensium Græca, primum, quæ est Complutensis editio, secundum, 4m, 5m, 6m, 7m, 8m, 9m, 11m, 12m; numeri enim notis, exemplaria, ad quæ suam noui testamenti Græcam editionem contulerunt, distinxere; & Syriaca Imperatoris editio, tollunt id quod dicitur de suscitandis mortuis, nempe τὸ *mortuos suscitate*: quod neque reperitur apud interpretes Græcos, Theophylactum & Euthymium. Hieronymus quoque, in commentarijs, cùm reliqua enumeret, huius non meminit. Ne hominibus, inquit, rusticanis, & absq. eloquij venustate indoctis & illitteratis, nemo crederet, pollicentibus regna cælorum; dat potestatem, infirmos curare, leprosos mundare, dæmones eijcere, vt magnitudinem promissorum probet magnitudo signorum. In vno Latino scripto, H littera signato, comperimus non legi; tantùm, *Infirmos curate, leprosos mundate, dæmones eijcite.* In cæteris verò omnibus libris nostris, Beda & Druthmaro suffragantibus, & in Græcis plerisque eorum quos typographi ediderunt, denique in Syriaca Regis editione, minimè deest. Sed in Syriaca quidem Regis editione, & Græcis libris, post *leprosos mundate*; in Latinis autem, antè ponitur.

437. C. 10. v. 12. *Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.*] Verba ista *dicentes*: *Pax huic domui*, ex Euangelio Lucæ huc esse translata, suspicari liceat. In vetustissimo enim quodam exemplari Latino, Author quidam adscriptum reperit, sed in margine, *Primum dicite, Pax huic domui*; quomodo apud Lucam legitur, cùm Latinè, tum Græcè.* In emendatissimo scripto, quod eximius M. N. Hunnæus connumerauit, Q litera signato, omninò hortum nihil habetur; tantùm *Intrantes autem in domum salutate eam.* Simili planè modo, B. Hieronymi commentario adiunctus textus, habet: cui & commentarius ipse suffragatur. Occultè, ait, salutationem Hebræi ac Syri sermonis expressit. Quod enim Græcè dicitur χαῖρε, & Latinè Aue; hoc, Hebraico Syroque sermone appellatur, שלם לך Salom lach, siue שָׁלֵם עָמָךְ, id est, pax tecum. Occultè dicit expressam, Hebræi Syriaque sermonis salutationem. Atqui, si addatur *dicentes, Pax huic domui*, non occultè vtiq., sed apertissimè disertissimeq. exprimitur. Occultè autẽ dicit expressam, in eo quod sequitur: Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autẽ non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. quod, quomodo, illis *dicentes, Pax huic domui* omissis, præcedẽtibus hæreat, ex hoc Hieronymi commentario, est manifestum. *pax vestra*, nimirum, quam salutando precabimini. Ac fortassis, eius loco quod Græcè Latineque est ἀσπάσασθε αὐτὴν *salutate eam*, scriptũ fuit in Hebraico Matthæi prototypo, *pacem precamini illi.* ita enim id Hebræi exprimant. Certè, in Syriaco Euangelio, quod, viri docti existimant, B. Matthæi esse prototypum, vulgari tunc Hebræorum lingua scriptũ est, : Et cùm ingredimini domum, postulate pacem eius domus: quemadmodum & alibi, in epistolis D. Pauli, pro salutare, Syriacè est pacem postulare. A plerisque Græcis codicibus, vt à Syrico Euãgelio, eadem illa verba *dicentes Pax huic domui* tolluntur. Quidam, in Græcis Chrysostomi commentarijs non addi testatur. Nos in Euthymio non inuenimus, cuius hæc est enarratio: Ingredientes autem in domum salutate illam. Salutate, hoc est, pacem illi precamini: hæc enim postmodum septuaginta discipulis præcipiens, dixit: In quamcumque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui. Reperiuntur tamen verba illa in nonnullis libris Græcis; quinque Parisiensium 4, 6, 7, 15, 18., ac Regis & Colinæi editionibus, textuque Theophylacti*, & in Latinis plurimis: atque à D. Hilario, Canone decimo, exponuntur.

Luc. 10. d. 5.
* σπεῖτε πρῶτον, εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

Hilarius. Chrysostomus. Augustinus l. 1 quæst. euãg. c. 20. Theophylactus. Druthmarus. Anselmus. &c.

438. C. 11. v. 23. *Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? * vsque in infernum descendes.*] Hieronymus in altero exemplari repertisse se scribit: *Et tu Capharnaum, quæ vsque in cælum exaltata es, vsque ad infernum descendes.* Sicque legunt, cum Syris, Græci, & codices, & Interpretes. ἕως τοῦ ἐγερθῆναι, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ. Vaticanum tamen exemplar Græcum, ad quod D. Werneri codex collatus fuit, & Parisiensium Italicum, conformiter nostro textui habent· μὴ ἕως τοῦ ἐγερθῆναι; ἕως ᾅδου καταβήσῃ. quanquam nobis, ex Vaticano, καταβήσῃ notatum non sit. In vno manuscripto, E notato, vtrumque legendi modum, hoc pacto inuenimus copulatum: Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? & si exaltata fueris, vsque ad infernum descendes. In Lucæ Euangelio, vniformiter omnes, Latini, Græci, & Syri legunt: Et tu Capharnaum, vsque ad cælum exaltata, vsque ad infernum demergêris· ἦ ἕως τοῦ ἐγερθῆναι, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ.

* – o. – an o. * & o. ° descendisti o.

Euthymius. Theophylactus. Chrysostomus.

Luc. 10. c. 15

439. C. 12. v. 20. *Et °linum' fumigans non extinguet, donec eijciat °ad' victoriam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt.*] D. Hieronymus respondens secundæ quæstioni Algasiæ, videri sibi ait, ea quæ ex hoc Isaiæ testimonio omissa sunt, primi scriptoris vitio omissa esse, post id *ad victoriam iudicium.* Quod autem, habet, de assumto testimonio in Euangelio minus est: *Splendebit, & non quassabitur, donec ponat super terram iudicium* (pro quo ipse Hieronymus transtulit; illa est enim LXXII translatio; *Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terram iudicium*) videtur mihi accidisse primi scriptoris errore, qui legens superiorem sententiam in verbo iudicij esse finitam, putauit inferioris sententiæ vltimum verbum esse *iudicium*, & pauca verba quæ in medio, hoc est, inter *iudicium & iudicium*, fuerant, prætermisit. Enarrans autem 42m Isaiæ caput, ambiguus loquitur: Quod autem sequitur, *Splendebit, & non conteretur, donec ponat super terram iudicium*, Matthæus Euangelista non posuit: siue, inter *iudicium & iudicium* media, scriptoris errore, sublata sunt. Quidã id sentire malint, certo consilio à Matthæo Euangelista non posita ea esse quæ desunt. Euangelio Hebraico, quod superiori ætate à nonnullis est editum, nihil deest; sed, locus integer, eisdem, quibus ab Isaia scriptus est, verbis, legitur: verùm eius nulla iam apud viros doctos authoritas est. Syriacum, cui multo plus tribuendum meritò est, Græcis Latinisque libris consonat.

* lignum o. – o.

Isa. 42. 4.

440. C. 16. v. 2. & 3. *Facto vespere, dicitis, Serenum erit, rubicundum est enim cælum; & mane, Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. faciem °ergo' cæli diiudicare °nostis': signa autem temporum non potestis scire.*] Hos duos versus, testatur Hieronymus, in plerisque codicibus non haberi: quos, Origenes, hoc Matthæi caput edisserens, non agnoscit. Posthæc, inquit, consideremus, quomodo, vt vnum signum è cælo ostenderet postulantibus Pharisæis & Sadducæis responderit, dicens, Generatio praua & adultera &c. Signum autem profectò Ionæ &c. Ab alijs verò omnibus Latinis & Græcis Tractatoribus, veteribus ac recentioribus, quotquot viderimus, versus hos enarrari; & in Latinis, Græcis, ac Syricis, hodie, libris, constanter legi; denique ad quintum Euangeliorum Canonem, in quo cum Luca Matthæus conuenit, ab Eusebio Cæsariensi olim referti, obseruauimus. Nicolaus Zegerus scribit, B. Hieronymum admonere, *scire* in plerisque codicibus non haberi; falsus. Non enim Hieronymus ait, verbum *scire* in plerisque codicibus non haberi: sed, primùm primis capitis verbis, tum duobus superioribus versibus, quorum vltimum verbum, iuxta quod ibi legitur, est *scire*, integrè recitatis, subiũgit (*&c.* enim quod additum est, manifestum est superfluere.) hoc * in plerisque codicibus non habetur: sensusque manifestus est, quòd, ex elementorum ordine atque constantia, possint, & sereni & pluuiæ dies prænosci. Scribæ autem & Pharisæi, qui videbantur legis esse doctores, ex prophetarum vaticinio, non ° potuerunt' intelligere saluatoris aduentum. Ita Hieronymus. fortassis, ex superiori capite duodecimo, vbi similis narratur Pharisæorum petitio, & Domini; his dumtaxat verbis exceptis; responsio, factum est, vt, hoc in loco, scribarum audacia, omissa ea olim aliquando fuerint. Adhæc, Euangelium xm Marcum, rem eandem, his prætermissis, narrat. Porrò verbum *scire*, legendum ne sit, in fine versuum, an non, variè codices iudicant. Scripti plerique addunt; ex emendatioribus nostris, Brug. Soci. O. L. Q. Addit id & Epanorthotes: notat autem, Quidam antiqui non habent *scire.* quibus consonant, ex nostris scriptis libris, H. & Leod., impressique Moguntinus & alij complures. E. & Lobiensis scripti, pro *scire* legunt *cognoscere*: Plantini medius *iudicare* vel *scire* habet. Vnde videri possit, explicandæ sententiæ gratia, vt hæc, ita illud, adiectum fuisse. Græca pleraque apographa transfodiunt; tantùm, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε, *signa autem temporum non potestis* habent. Quatuor verò Parisiensiũ, δ. ε. ζ. θ., pro οὐ δύνασθε, legunt οὐ συνίετε *non intelligitis* id quod pro eo facere possit *nõ potestis scire*, nisi quòd vulgaris hîc Græcorũ lectio reluceat. Magis verò faciat Syrorum lectio, non nostis discernere, siue, vt

* potuerint

Matth. 12. d. 38. 39.

Mar. 8. b. 12. 12. 13.

Quod in quo Parisiensium exemplari pro οὐ δύνασθε, οὐ συνίετε legitur, ex Lucæ summum videtur.

est ad verbum, non scientes vos qui discernatis, Hanc autem partem, interrogando alij, enunciando alij, efferunt. Apud Lucam interrogando legitur: Hoc autem tempus quomodo non probatis?

Luc. 12.g.56.

441. C.19.v.17. *Quid me interrogas de bono? vnus est* bonus, *Deus.*] Græca & Syra, Græcique Interpretes Euthymius & Theophylactus, habent, etiam in Matthæo: *Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi vnus, Deus.* quo modo & Hilarium legisse, tum ex proprio loci commentario, tum ex libro De Trinitate nono, manifestum satis esse videtur. Cæterùm, exemplaria quædam Græca, Vaticanum, & Parisiensium, cum secundo, quod ex Italia acceperant, octauum, Latinis libris consonantia, legunt: *Τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός.* sed non addunt *ὁ Θεός.* Origenes, tractatu octauo in Matthæum, vtramque lectionem ponit atque exponit. Augustinus, libri De consensu Euangelistarum secundi capite 63, Matthæi Euangelio tribuit *Quid me interrogas de bono;* Marci & Lucæ *Quid me dicis bonum.* id quod verosimillimum est. Rationi enim maximè est consentaneum, quod annotarunt quidam nostræ ætatis scriptores, lectorem aliquem minùs attentum iudicasse, id quod in Matthæo erat, *Quid me interrogas de bono, τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ,* non perinde quadrare, quia reprehendat adolescentem Christus, quòd, cùm vnus solusque Deus sit bonus, ipsum bonum vocauerit; itaque substituisse, id quod in alijs est Euangelistis, *Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi vnus, Deus· τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός.* Nam & in Luca est *εἷς vnus,* tametsi nostra editio *solus* habeat.

Augustinus li. 2. de Trinit. c. 13. legit & explicat τὸ Quid me interrogas de bono?

Mar. 10. c. 18 Luc. 18.d.19.

442. C. 20.v. 22. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* V. 23. *Calicem quidem meum bibetis.*] Græci & Syri codices, Græcis Interpretibus suffragantibus, vicesimo-secundo versui addunt: *Et baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* vicesimo tertio: *Et baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini.* Libris nostris, qui istud in solo habent Marco, adstipulantur, B. B., Hilarius, Ambrosius *, Hieronymus, & exemplaria Græca Parisiensium duo, β. n.

Marc. 10.f. 38. 39. * lib 5. de fide cap. 4.

443. C.20.v.23. *Sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.*] *Vobis*, nec in Græcis reperitur, nec in Syris, vt neque apud Græcos Interpretes, Chrysostomum, Theophylactum, & Euthymium. Augustinus etiam, libri primi de Trinitate capite duodecimo, omnino non legisse videtur, quamuis semel aut iterum addatur: nec satis, Hieronymo lectum fuisse, possum ex commentario eius colligere. Existimant quidam fuisse additum, propter id quod sequitur, *Sed quibus paratum est à patre meo.* Cæterùm, Latini omnes libri, quotquot vidimus, seruant in Matthæi euangelio (nam in Marci omittunt quidam) & enarratores, Beda, Druthmarus, Remigius, Anselmus, Carensis, Albertus, Lyranus, Gorran, Richelius, inter alios, exponunt. Ex veteribus quoque, Hilarius, sic locum interpretatur, vt, eum *vobis* legisse, neque intellexisse tantùm, vero simillimum fiat.

Mar. 10.f.40

444. C.21.v.5. *Et sedens super asinam & pullum filium subiugalis.*] Zacharias Propheta, cuius hoc est ab Euangelista citatum testimonium, pro *asinam*, חֲמוֹר habet, id quod *asinum* plerumque significat: qua de re eo loco diximus, de varietate Latinorum codicum, quorum alij illic *asinam*, alij *asinum* legunt, dissentes. Dictio etiam ὄνον, in Græco Matthæi textu posita, *asinum* transferri potest; maximè cùm articulo careat: vnde, Græcanicus scholiastes Euthymius, sic intellexit. Deniq. חֲמוֹר, Syriaca dictio ܚܡܪܐ eadem cum illa qua Propheta vtitur eiusdem est significationis, *asinum* plerumque significat, quanquam semel & iterum hoc capite * pro asina ponatur. Verùm, non sic legunt, *asinum* inquam, in Matthæo Latini codices: *asinam* habent, B. Hieronymo * & B. Augustino * suffragantibus. fortè, quia, mandatum de asina cum pullo adducenda præcedit, & narratio de adducta cum pullo asina sequitur; Interpres, similiter vertendum esse Prophetæ vaticinium, existimauit, ita nimirum, vt, & asinam & pullum manifestè complecteretur. Velim hunc in locum ea legi, quæ Tostatus * & Iansenius * Episcopi, de hac quæstione, An pullo dumtaxat insederit Dominus, scripta reliquerunt.

Zach. 9. b. 9.

* V. 2. & 7. * in proprio commentario. * L. 2. de consensu euang. c. 66.

* Quæst. 17. in c. 21. Matt. * in cap. 110. Concordiæ euangelicæ.

445. C. 22. v. 30. *At ille respondens ait: Eo Domine, & non iuit.*] Varia est Græcorum codicum lectio, pro eo *Eo Domine.* Quidam legunt ναὶ κύριε, Etiam Domine; quidam ἐγὼ κύριε ἐγὼ ὑπάγω Ego Domine ego vado; quæ duo, in noui Testamenti à se anno 1563. editi margine Basileenses signarunt; Plerique, quotquot nos vidimus, ἐγὼ κύριε ego Domine. Prima lectio apud Origenem reperitur; Secunda Latinis exemplaribus accedit; Tertia germana esse videtur, quippe, cui, præter Græcorum exemplarium multitudinem, etiam Syri, & Græci Interpretes Theophylactus atque Euthymius, consentiant. Proinde, dubitari fortè possit, Scriptorúmne, vel errore, vel audacia, pro *ego*, positum sit in Latino textu *eo:* quamquam, & in Græco, vocum ἐγὼ & ἔω, eadem sit affinitas & significatio.

Quidam notat, in nonnullis Græcis seperisse, pro ἐγὼ, ὑπάγω, sed, vt arbitratur, ad Latinorum exemplaria castigatis.

446. C. 23. v. 14. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes. propter hoc amplius accipietis iudicium. Quatuor nostra manuscripta exemplaria (Brug. Leod. H. M.) emendatiora Zegeri (nominatim, Aureum & Corsendoncense) octo Hentenij, antiqua, tum Epanorthotæ, tum ea quæ in Ordinariæ Glossæ margine significantur, versum hunc decimum quartum è medio auferunt. Quibus volunt antiqui Euangeliorum canones: in octauo enim, in quo soli Marcus & Lucas conueniunt, sententia hæc posita est: nec vllus ei, ab ijs libris quibus legitur, siue Græcis, siue Latinis, assignatur in Matthæo canon, nisi vitiosè à quibusdam decimus, qui 15^i^ versus est. B. Hieronymus, & Christianus Druthmarus, in Matthæum scribentes, cùm reliquas increpationes explicent, huius ne mentionem quidem faciunt. Similiter neque Origenes legisse videtur. Apud reliquos tamen Interpretes Græcos, Chrysostomum, Authorem operis imperfecti, Theophylactum, Euthymium, explicatam, & in codicibus Græcis ac Syricis lectam reperimus; sed illi versui, qui Pharisæorum ab ingressu regni cælorum declinantium & prohibentium malitiam redarguit, præpositam, quamuis Græcorum codicum haud pauci postponant, quo ordine, à D. Hilario, in Matthæum commentante, enarrari notauimus. Latini nostri codices complures seruant; at, vario, & ordine, & legendi modo. Quidam * & ipsi præponunt illi versui, qui Pharisæorum regnum cælorum hominibus occludentium improbitatem deplorat. Multi, contra librorum Græcorum fidem, *quia* cum qui mutant: Duo legunt * *deuoratis domos viduarum*, quomodo in Marco & Luca transtatum est, & quidem rectiùs; nam κατεσθίειν, non comedere tantùm, sed deuorare significat. Duo *, coniunctionem & præmittunt ei quod sequitur, Græco similiter. Sex * habent *Orationem longa orantes*; duodecim * *In oratione longa orantes*; duo * *In orationes longas orantes*; Vnus * *Simulantes longam orationem*, quod postremum apud Lucam legitur, pleneque exprimit, id quod est Græcè, προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι Specie prolixa orantes. Vnus * addit vltimæ parti autem; Alter * *enim*: quorum neutrum est in Græco. Tertius * legit *Propter hoc vt amplius accipiatis iudicium.* Quartus * denique est qui scribat, *Ideo accipietis damnationem maiorem*, quæ est Euangelij κατὰ Lucam versio: Nam Græcè idem ferè est quod legitur apud tres Euangelistas; neque hac parte tàtùm, sed & reliquis huius versus. Videri ex his simul omnibus possit, adiectitius esse hic versus, atque ex alijs Euangelijs huc assumtus, nonnulla facta mutatione, vt, alijs huius capitis in Scribas & Pharisæos commination ibus, esset persimilis. Albertus magnus, non esse de veritate litteræ, sed de Marco & Luca interpositum, docet. Nicolaus Gorran, vacare ait. Epanorthotæ, & noster, & Zegeri, Hieronymi, antiquorum codicum, & canonum, authoritate nixi, existimant superfluere.

* Arr. G. Compl.

* Arr. f. Mar. 12. d 40 Luc. 20. g. 47. ὑπερεσθίετε.
* Arr. C.
* Lob. Sect &c.
* O, L, &c.
* P, S.
* Arr.
* C.
* Tril.
* Lob.
* Arr.

διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα.

C. 23. v. 35. *Vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ.*] Hieronymus in Euangelio quo vtuntur Nazareni, pro *Barachiæ*, *Ioiadæ* scriptum reperit. 447.

C. 24. v. 36. *De die autem illa & hora, nemo scit, neque angeli cælorum, nisi* 'solus pater'.] In quibusdam Latinis codicibus additum olim fuit, Hieronymo teste, *neque filius*: cùm in Græcis, & maximè in Adamantij & Pierij exemplaribus, quæ ipse viderat, non esset adscriptum. Cæterùm, edisserit id Adamantius * longè latéque (Et seipsum, inquit, Saluator, secundum hunc locum, coniungit ignorantibus diem illum & horam. Et rationabiliter est quærendum, quomodo, qui, &c.) & alij veteres huius Euangelij tractatores, Hilarius, Chrysostomus, Author operis imperfecti, Theophylactus, Druthmarus. Apud Chrysostomum verò, primùm, legitur, *neque filius hominis*; vt & apud Hieronymum sub finem capitis: Id quod, *hominis* nempe, explicationis gratia ab aliquo est additum. Author operis imperfecti disertè excludit. vrget non sic dictum à Christo fuisse, *neque filius hominis.* legunt autem illud *neque filius*, etiam hodie, tria eorum quæ habemus, Latinorum manuscriptorum, Lobiense, H, Plantini longum: *Neque Angeli cælorum, neque filius nisi pater solus*, seu *solus pater*, habent. Quartum, Plantini medium, id adscribit in margine. Cætera verò haud agnoscunt: quibus Græci, & Syrici libri, Græcanicusque Scholiastes, ac Latini Glossematici, Remigius, Thomas, Carensis, Lyranus, Gorran, Richelius, suffragantur. Porrò in Marci Euangelio planè legitur, capitis 13^ii^ versu 32. Duo manuscripta, B. & So. au., quod addere debeo, pro *solus pater* habent *solus Deus*: venia dignus error qui, de odio hæreticorum, & fidei pietate, descendit.

448. 'pater solus MS. 9.

* Tractatu in Matthæum 30.

C. 24. v. 41. Pars ista, *Duo in lecto, vnus assumetur, &* 'vnus' *relinquetur*, in multis Latinis codicibus prætermittitur; Parisiensium octo Di. o. l. Ge. o. l. au. T. Do. Const., nostris sex Leod. Pl. m. H. Pl. Par. I. Reg.; vetustis plerisque Zegeri, antiquis Epanorthotæ. Dein, in Græcis plerisque omnibus & Syricis libris non habetur. Præterea, à Tractatoribus, Hieronymo, Theophylacto, Druthmaro, Euthymio, & Authore operis in Matthæum imperfecti, non legitur. Hentenius Castigator, textu expulit. Epanotthotes, Quod moderni, inquit, addunt, *Duo in lecto, vnus assumetur & alius relinquetur*, tantùm est Lucæ xvij. Cæterùm, ab Origene, Chrysostomo, Hilario, Beda, & Anselmo, Matthæum enarrantibus, exponitur: & in Græco Parisiensium ex Italia exemplari reperitur, his verbis· δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται, Duo in lecto vno; vnus assumitur, & vnus relinquitur. 449.

'Al. alius

Luc. 17. g. 34

Similis

450. Similis est apud Lucam varietas, circa illud, *Duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur.* Nam in Syricis quidem legitur; in Latinis verò & Græcis codicibus, his legitur, alijs minimè. Græci multi legunt (α. β. γ. ε. ζ. & alij quidam, δύο ἔσονται, habent, ὁ εἷς παραλημφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται) plures omittunt. Latini plerique legunt: duo Parisiensium (Ge. o. l.) vnus noster (Pl. par.) omittunt. Alteri ex nostris, Pl. m., infartum videtur. Tertius, D notatus, alio loco id habet, secundo nempe, hoc est, post eos qui in vno lecto, cùm 3°. scribi soleat. Inter Commentatores, Ambrosius, Augustinus, & Beda, edisserunt: at, Author operis imperfecti, & Euthymius, in Matthæum scribentes, cum Theophylacto, non agnoscunt. Authoris operis imperfecti, verba sunt: Et Lucas quidem Euangelista, exponit de duobus in lecto, & de duobus ad molam. Præsens autem Matthæus, de duobus in agro, & de duobus ad molam. vbi enim Lucas posuit, *duo in lecto*, ibi Matthæus posuit, *duo in agro.* Ex quo intelligere nobis datur, quoniam lectum & agrum ambo Euangelistæ idipsum intelligere voluerunt. hactenus ille. R^mus^ Iansenius existimat, vtriusque, Matthæi, & Lucæ, Euangelio, ex alterius ipsorum, adiectam esse, quæ deesse putata est, tertiam partem; nec Lucam posuisse eos qui in agro, cùm noctem dixerit; nec Matthæum expressisse eos qui in lecto, cùm diem præmiserit.

Luc. 17. g. 35.

August lib. 2. quæst. euang. c. 44.

451. C. 25. v. 1. *Exierunt obuiam sponso & sponsæ.*] *Et sponsæ*, sicut in Latinis exemplaribus constanter legitur, quamquam, in eo qui Ioannis Arborei commentarijs additus est, textu, sit omissum; ita in Græcis concorditer non legitur. His volunt interpretes Græci, Euthymius, Theophylactus, Chrysostomus. Illis, textus Syriacus, tractatoresque, D. Hilarius, imperfecti operis Author, & B. Anselmus, consentiunt. Origenes habet vnde videri possit legisse: Et suggestionem quidem, oportere in obuiam ire sponso verbo & ecclesiæ immaculatæ, omnes quidem audierunt, & surrexerunt &c. Habet verò item vnde videri possit non legisse: Et veniunt in obuiam Saluatori, qui semper paratus est venire ad virgines eas, vt simul 'ingrediantur' cum dignis 'eorum' ad beatam sponsam Ecclesiam; Et postea: Et propterea non ingrediuntur, cum verbo, ad sponsam Ecclesiam, nec cum Christo ad eos qui simul in requie sunt futuri, & in beatitudine regnaturi. Quibus significare videtur, obuiam iri sponso eunti ad sponsam. Augustinus, epistolæ 120. capite 32, & legit & exponit, *& sponsæ*: at, quæstione 59 inter 83, nec legitur, nec loco suo exponitur: verùm, sub quæstionis finem, ipse se legisse significat: Quod verò, ait, 'sponso' dixit obuiam venire virgines, sic intelligendum puto, vt ex ipsis virginibus constet ea quæ dicitur sponsa: táquam, si omnibus Christianis in Ecclesiam concurrentibus, filij ad matrem concurrere dicantur, cùm ex ipsis filiis congregatis constet ea quæ dicitur mater. Idem sermone De verbis Domini 22, accidit: eadem enim vtroque leguntur loco.

'ingredian-tur 'eorum

'sponsæ legendum.

452. C. 26. v. 28. *Hic est enim sanguis* 'meus'.] Quædam Cypriani exemplaria, epistola ad Cæcilium, quæ est tertia libri secundi, legunt: *hoc est enim sanguis.* & hoc etiam modo rectè vertuntur, tum Græca, tum Syra. Legi possunt de vtroque vertendi modo Iansenij commentaria.

Mar. 14. c. 24 * o.

453. C. 26. v. 28. *Qui pro* 'multis' *effundetur in remissionem peccatorum.*] Græci cum Syris legunt *effunditur* *, cùm in Matthæo, tum in Marco & Luca: quemadmodum de corpore legunt, *datur & frangitur*, apud Lucam & Paulum, qui id addidere: quamquam per futurum exponere hæc licet, vt nos ea legimus omnia, præter τὸ *datur* apud Lucam. *effunditur*, in verbis consecrationis, Ambrosius legisse videtur, lib. 4. De sacramentis, cap. 6. Si quotiescumque, ait, effunditur sanguis, in remissionem funditur: debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur. Ex hac autem præsentis temporis lectione, colligi possit, Seruatorem corpus & sanguinem suum in cœna obtulisse: qua de re legatur doctissimus Episcopi Iansenij commentarius.

vobis o. 'fundetur o 'descripsimus.

Mar. 14. c. 24 Luc. 22. b. 20. Luc. 22. b. 19. 1. Cor. 11. 24.

454. C. 27. v. 8. *Propter hoc vocatus est ager ille, Hacel-dema, hoc est, ager sanguinis.*] Fortè vox *Haceldema*, ex primo Actorum cap., vbi legitur, *Ita vt appellaretur ager ille lingua eorum, Hacel-dema, hoc est, ager sanguinis*, desumta, & Matthæi narrationi inserta est: quia, neque in Græcis, neq. in Syriacis exemplaribus, inuenitur; tantùm: *Propter hoc vocatus est ager ille, ager sanguinis.* Neque verò est Syriacè, pro ager sanguinis, ܚܩܠ ܕܡܐ hacalde-mo, sed ܚܩܠ ܕܕܡܐ Cerito addemo. Quare hoc loco Euthymius, ex libro Actorum, adfert, Iudaicum agri nomen, *hacelde-ma.* Certè, ex Latinis nostris manuscriptis, id, quod B litera signatum est, habet dumtaxat: *Propter hoc vocatus est ager sanguinis*; & id quod L notatum est, addit simul illud exactis *lingua eorum: Propter hoc vocatus est ager ille lingua eorum Acheldemach, hoc est, ager sanguinis.*

Act. 1. c. 19.

455. C. 27. v. 9. *Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, &c.*] Quandoquidem hæc Prophetia in Ieremia non inueniatur, variæ hîc doctorum & veterum & recentiorum sunt opiniones: Vna est, Ieremiam, scriptorum errore, pro Zacharia esse positum: est enim quædam vocum affinitas, legiturque in Zacharia hoc oraculum, sensu, si non verbis eisdem, capitis vndecimi, versibus 12 & 13. Alia, quam probat maximè Iansenius, est, nec Ieremiam, nec Zachariam, ab Euangelista nominatum; sed, absque alicuius Prophetæ nomine, ab eo, vt aliàs plerumq., scriptum: *Tunc impletum est quod dictum est per Prophetam dicentem.* Pro hac sententia facit, tum quòd olim quidam Euangeliorum codices hoc modo habuerint, teste Augustino libri 3^ii^ De consensu Euang. cap. 7.; tum quòd Syriacus textus hoc pacto legat. Quin, & vetustum Latinorum Euangeliorum exemplar, quod ex Bibliotheca Societatis Iesu commodatum nobis est, album; hoc planè modo scribit; quod & Lyranus in quibusdam libris legisse videtur. Legitur hunc in modum etiam apud Rupertum: verùm, in commentariis, Scriptorum, ait, incuria inoleuisse, vt hîc, pro Zacharia, Ieremias nominaretur. Tertia est sententia, quæ vulgatam tuetur lectionem, *per Ieremiam prophetam*, cui, Græci, Latini codices, olim, ac nunc, plerique, consentiunt: sed diuersis propugnatur modis, quòd, vel Iudæorum inuida malitia erasa sit, ex 32 Ieremiæ capite, quo de agri emtione agitur, hæc Prophetia; vel in Apocryphis Ieremiæ scripta fuerit; vel inter ἀγεγραμμένα accepta; vel ea sit cuius historia Ieremiæ 32 describitur; vel ex Ieremiæ & Zachariæ oraculis conflata sit; vel, propter eundem spiritum, quo afflati Prophetæ scripsere, Ieremiæ sit attributa quæ Zachariæ est; vel denique Zacharias binominis fuerit, altero nomine Ieremias dictus. Hæc enim singula authores suos habent. Variis coniecturis vna latens quæritur veritas.

456. C. 27. v. 33. Mar. c. 15. v. 22. & Ioh. c. 19. v. 17. Quidam; id quod Euthymij interpres Hentenius refert; pro *Golgotha* quod interpretatur Caluariæ locus, *Golgoltha* legendum putat. Nam, præterquam, quòd, hoc modo, Chaldaica lingua, Caluariam vocet: sic scriptum in vetustis Latinis exemplaribus reperisse se dicit. itaque habet Hebraicum eius Euangelium גּוֹלְגָלְתָא. Inter Latinos codices, quos vidimus nos, sola Biblia, quæ, anno 1529, Coloniæ, in ædibus Quentelianis, excusa sunt, in Matthæi & Iohannis Euangeliis, *Golgoltha* legunt, eaque, quod verisimile est, studio emendata: Cæteri, cùm impressi, tum scripti, aut 'Golgotha' habent, aut 'Golgatha'. *Golgotha* vbique seruant, manuscripta lectissima, Brugense, E, & aureum Societatis. Hieronymus etiam, libris De locis & nominibus Hebraicis, *Golgotha* legit. Similiter legunt Græci codices, quos cõsuluimus, omnes, γολγοθᾶ, vno demto, qui, in Iohannis Euangelio, γολγαθᾶ scribit. Epanorthotes in Matthæo notat: Item d. qui dicitur Golgotha. Græcus, antiqui, Glossa, & Hieronymus, sic habent. Quare id τὸ *Golgatha* præferendum videtur: tametsi Chaldæi & גּוּלְגַלְתָּא gulgaltha dicant. In Syria- ܓܘܠܓܘܠܬܐ gogulto legitur. Hebraicè גֻּלְגֹּלֶת gulgoleth dicitur. Caput hæc, & caluariam significant: transtata, ad significandum locum, in quo, mortis rei, morti tradebantur; quòd multa in eo occisorum capita & caluariæ essent.

'sine tà, adspiratione omissa.

Mar. 15. c. 24 * Quinque ex nostris Græcis exemplaribus, in Marco, ἔα legunt id quod nobis νᾶε sonat, Syris ܘ

457. C. 27. v. 40. *Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum.*] *Vah* omittit vnus codicum Hentenij (nam de altero, qui Parisiensium est, Constantiensi, habeo cur dubitem) id quod vulgatis Græcis & Syricis exemplaribus conforme est, quibus adstipulatur Euthymius. Quare, suspicantur quidam, huc ex Marco id nobis esse translatum. Cæterùm, vt vniuersi nostri Latini addunt *vah*: ita Græcus Parien sium, β, ex Italia transmissus, addit ὀὲ, & Syriacus Colonia acceptus, cuius varias ab impressis codicibus lectiones Raphlengius iam- ܐ quod, in Marco, pro Græco ὀὲ, Lapridem edidit; præponit ܘ tinoque *vah*, ponitur.

458. Quæ sequuntur verba, destruere & reædificare, complures libri secunda persona legunt, *destruis, reædificas*; quidam tertia, *destruit, reædificat: Vah qui destruit templum Dei, & in triduo illud reædificat.* Ex nostris, O, E, L, Pl. m. Mog. & alij multi, secunda; Brug. Lob. Leod. So. au. Q, H, M, A, R, Tril., tertia legunt. His vetusti aliquot cuiusdam codices, nominatim Constantiensis, & antiqui Epanorthotæ, consentiunt. Græca & Syra Participiis vtuntur, quæ, si, vt vulgò non præmittunt *vah*, per secundam exponi personam magis exigunt. Itaque plerique omnes Interpretes transferunt. Si verò præponant *vah*; id quod Interpres legisse videtur; rectè tertia vertantur persona: eaque acrior sit irrisio, mutata statim persona. Apud B. Augustinum, libri De consensu Euang. tertij capite 15, secunda persona legitur, omisso *Dei* nomine. Porrò Hilarius, 33 canone, tertia persona se legisse significat, dum ait: Additur etiam illud opprobrium, quo se ipse Israel infidelitatis arguere indicatur: Hic est qui destruebat templum Dei, & in triduum illud reædificabat.

NOTATIONES IN EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

459. C. 1. v. 2. *Sicut scriptum est in* 'Isaia' *Propheta'.*] Græcorum codicum plerique, cum Theophylacto & Euthymio, *Sicut scriptum est in Prophetis*

*in lege Domini 1 MS. o. 2 MS. o.

ἐν τοῖς σεφάνοις.

Prophetis, legunt. Verùm, *in Isaia Propheta* germanam esse lectionem, colligi posse videtur, ex concordia Latinorum codicum, quibus, in primis Hieronymus, cùm in libro De optimo genere interpretandi, tum in enarratione tertij capitis prophetæ Malachiæ; dein, Author quæstionum veteris & noui Testamenti, quæstione 57, & posteriores Latini Tractatores, Beda, Albertus, Lyranus, Gorran, & alij; tum author Homiliarum in Marcum, Chrysostomi titulum præferentium; adhæc Syriaci codices; denique Græcorum librorum nonnulli, noster videlicet ad Vaticanũ collatus, Parisiensium, cum 2°, octauus, consonant. In 3° Irenæi libro, ante medium quidem vndecimi capitis *in Prophetis* legitur; sub finem verò eiusdem capitis, *in Isaia Propheta*. Substitutum à Græculis fuisse videtur; quod quibusdam nostrum, nominatim Hofmeistero, sequi placuit; *in Prophetis*, pro *in Isaia Propheta*: quòd animaduerterint, testimonium quod profert Marcus, ex duorum Prophetarum, Isaiæ & Malachiæ oraculis compositum esse, & quidem Malachiæ priorem partem esse. Quare & Porphyrius, locum Christianis obiecit, vt imperitiæ, erroriſq. Euangelistam conuinceret (testatur id author Homiliarum in Marcum, Chrysostomo inscriptarum) de quo scribit B. Hieronymus in tertium Matthæi caput: cùm enim testimonium de Malachia Isaiaque contextum sit, quærit (Porphyrius) quomodo velut ab vno Isaia exemplum putemus assumtum. Cui Ecclesiastici viri plenissimè respondemus. Nos autem, nomen Isaiæ putamus additum scriptorum vitio, quod & in aliis locis probare possumus; aut certè de diuersis testimoniis scripturarum vnum corpus effectum. Lege tertiumdecimum Psalmum, & hoc idem reperies. Posterius hoc, de diuersis testimoniis scripturarum vnum corpus effectum, ac sub vnius Prophetæ nomine recitatum, vt fit probabilius, ita aliàs id, prioris nulla facta mentione, Hieronymus est secutus. De vario, qui hoc loco est, interpungendi modo, legatur D. Iansenius in initium capitis decimitertij Concordiæ Euangelicæ.

460. ª nomine Boanargen, quod est, filium. 2 *MS.* o. ª Boanarges 1 *MS.* ª Bonaetghes 1.

C. 3. v. 17. *Et imposuit eis* ª*nomina*, *Boanerges*, *quod est*, *filij tonitrui.*] Duo ex manuscriptis nostris, *Boarneges* scribunt; vnum, H, Bonerges, quomodo, siue *Bonergem*, Philippum Hieronymi auditorem id efferre, Zegerus ait; Duo, L. C., Bonarges. Plerique verò Latini libri, scripti, atque impressi, & Græci, concorditer, ª *Boanerges* habent. D. Iansenio *Bonareges*, literis transpositis, verius legi videtur. hoc enim ad Hebræam vocem* Bene-reges, & eam quæ inde formetur Chaldæis, eamque בני רגש vel בני רעש quæ Syris, propiùs accedit, בְּנֵי רֶגֶשׁ Benai-regheſi, est in Syrico testamento. D. Hieronymus, primum Danielis caput enarrans: Non, inquit, vt plerique putant, *Boanerges*, sed emendatiùs legitur, *Bene-reem*. *Bene-reem* legere', quàm *Benereges* maluit: eò quòd, illud, filios tonitrui, hoc, filios tumultus propriè, denotet. Cæterùm, posset, hoc, pro illo, accipi: quare, Syrus interpres, *Benai-regheſi* exposuit בְּנֵי רַעֲמָא Benai-raamo. Nam *raam* Hebræi pronuntiant. Quòd si exprimas *regem*, verisimilitudinis aliquid inde accipiat, *Bonergem*; vt à *reges*, *Bonerges* & *Bonarges*. *Boanerges*, inde originem habuisse potuit, quòd imperitis, *boa*, ad tonitru exprimendum, visum fuerit conueniens: turpissimè enim passim, Græci Latinique, peregrinarum linguarum vocabula, falsi corruperunt.

461. ª in te o. o. *Brug.* ε.

C. 6. v. 14. *Et dicebat*, *Quia Iohannes Baptista resurrexit à mortuis.*] V. Beda, & S. Thomas, in huius loci commentarijs, clarissimè *dicebant* legunt. hoc modo, etiam Augustinus, lib. 2. De consensu Euangelistarum capite 43, non semel, nec ambiguè, legit: lectioque ista, & narrationi Lucæ, & ordini ipsius Marci, optimè conuenit, de qua Iansenius doctissimè disserit. Verùm codices Euangeliorum, Græci, Latini, Syrici, conformiter *dicebat* habent.

Luce 9. a. 7. 8. 9. ἐκ τῶν νεκρῶν

462. ª ex eis o. ª dicens dabat ei o. ª eis o. ª bibere o. *Matth. 27. f. 49.*

C. 7. v. 31. *Et iterum exiens de finibus Tyri, vênit per Sidonem ad mare Galilææ.*] Syriaci, Græciq. codices, & Græci interpretes, Euthymius ac Theophylactus, legunt: *Et it. ex. def. Tyri & Sidonis, vênit ad mare Gal.* Nostrorum codicum, etsi mira lectio Iansenio videatur, Græcos nonnullos sibi consentientes habet, Parisiensium secundũ & octauum.

463. ª parte o.

C. 8. v. 10. *Vênit in* ª*partes' Dalmanutha.*] D. Augustinus, libri 2. De consensu capite 51. *Dalmanutha*, inquit, quod in quibusdam codicibus (apud Marcum) legitur, non dixit Matthæus, sed *Magedan*. Non autem dubitandum est, eundem locum esse sub vtroque nomine. Nam plerique codices, non habent, etiam secundum Marcum, nisi *Magedan*, quæ Augustini verba in commentarium suum Beda transtulit. Hieronymum quoque, & in Matthæo, & in Marco, *Magedan* legisse ex libro De locis Hebraicis, perspicuum est: Magedan, ait, ad cuius fines Matthæus Euangelista scribit Dominum peruenisse: Sed & Marcus eiusdem nominis recordatur: Nunc autem regio dicitur, Magedena, circa Geraſam. Horum lectioni accedit vnus Græcus codex, qui legit μαγδαλὰ *Magdala*, quæ est vulgaris Græcorum codicum in Matthæo lectio; & Parisiensium secundus, qui habet εἰς τὰ ὅρια μαδηνᾶ. Atqui, exemplaria pleraque Græca*, Syrica etiam, &, quæ nunc temporis exstant, Latina, ª *Dalmanutha* concorditer legunt, Theophylacti, Euthymij. Carensis, Lyrani, & posteriorum Enarratorum libris, adstipulantibus.

* sic τὰ μέρη διεκρουσθέ. ª Dalmanucha o. Dalmanausha 1 *MS.*

C. 13. v. 14. *Cùm autem videritis abominationem desolationis.*] Syriaci codices & Græcorum plerique, cum Theophylacto, & Euthymio, subijciunt: *Quæ dicta est à Daniele Propheta.* Verùm, sicut exemplaria Latina, partem istam, in Marco, non legunt, ita nec quædam Græca, (Parisiensium duo, secundum atque octauum, nostraque ad Vaticanum collatio) nec Augustinus, epistola 80ª, & libri De consensu Euang. secundi capite 77. Porrò, Matthæi 24. b. 15, legitur concorditer ab omnibus. 464.

C. 14. v. 3. *Venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi.*] Vnus Parisiensium Latinus codex Germani latus, pro *spicati*; vt ferè conformis est Græcis libris; *pistici* habet: sic enim est Græcè, ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς. legunt similiter, Author commentariorum in Marcum Hieronymo adscriptorum, Author homiliarum in Marcum Chrysostomum mẽtientium, Theophylactus, & Euthymius. Porrò Latina manuscripta quotquot habemus, numero 34, *spicati* seruant, duobus exceptis, quorum vni L, notato, id omissum est; alteri, quod Atrebatensis collegij est, *pisciti* scriptum est. hoc illud forsan exemplar est, quod, illi Parisiensiũ additum, signauit Hentenius *pistici* legere: nam & ipse Atrebatensis collegij exemplaribus est vsus. Ad eundem modum impressi codices, quotquot vidimus, omnes *spicati* retinent, Moguntinus, Colonien sis, Nurenburgensis, quæ primæ sunt typographorum ante annum Domini 1480 editiones, & alij, vno, qui Coloniæ in ædibus Quentelianis anno 1529. excusus est, demto, in quo est *pisticæ*, quo modo & in textibus, Glossæ ordinariæ Lugduni editæ, & Cathenæ D. Thomæ Romæ excusæ, ac Ioannis Arborei commentarijs, legitur. id quod ita Græco assimilatum est, vt & genere conueniat, iuxta quorundam Authorum monitionem; cùm id necesse non sit: nam & *nardum*, neutro genere, Plinius* dicit. *Spicati* legunt, & Latini enarratores, Beda, Carensis, Albertus, Lyranus, Gorran, Richelius, alijque posteriores: id quod Zegeri Epanorthotes, ex vetustorum exemplarium consensu, vt germanam nostræ editionis scripturam, meritò amplectitur. In Euangelio χῳ Iohannem, capitis 12. versu tertio, idem legitur. Porrò, ibi, tam constanter Latina exemplaria *pistici* scribunt, quàm apud Marcum *spicati*: *Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici* pretiosi. hoc tantum varietatis inuenimus, in antiquo Societatis Iesu manuscripto, quod discriminis gratia album diximus, *spiciti*, *spitici*, vel *spititi* (non enim satis legi potest) in Quentelianis Biblijs iterum *pisticæ*. Quin & Latini Tractatores, veteres & recentiores, *pistici* illic legunt. Augustinus, Alcuimus (quem D. Thomæ Cathena citat) Beda, Rupertus, Thomas, Albertus, Carensis, Lyranus, Gorran, Richelius, & alij: quamquam apud Bedam, Gorran, & Neotericorum vnum atque alterum, *pisticæ* scriptum sit. Græci codices, vt apud Marcum, ita apud Iohannem, constantissimè habent νάρδου πιστικῆς, *nardi pisticæ*: quibus Græci enarratores, Theophylactus, & Euthymius, adstipulantur. Quidam, in Latino, & Iohannis, & Marci, Euangelio, *spicati* vertendum putant: existimant enim Euangelistas, Latinam vocem in Græco posuisse, sed corruptè, πιστικῆς, pro στακτῆς vel σπικατῆς, vulgari Græcorum more: tum, quòd nihil, de pistica nardo, in classicorum scriptorum libris reperiatur: tum, quòd si à fide dicta sit, πιστὸς seu πιστὴ, dicenda, non πιστικὴ fuerat. Interpres Syrus, vtroque loco, נַרְדִּין פִּסְטִיקִי nardum capitalem seu præstantem dixit. Porrò, sentiunt Syri, B. Marcum, Euangelium suum Latinè scripsisse: quod, si ita est, nihil mirum, in Marco *spicati*, in Iohanne *pistici*, vulgatæ nostræ editioni legi: illud enim Latinus Author dedit; hoc, Latinus Interpres, vt erat in Græco transcripsit, si tamen non est ambigendi ratio an transtulerit *spicati*. hinc etiam fieret verisimilius, *pistici*, quod est Græcè, ex Latino *spicati*, corruptum esse. 465.

* Lib. 12. c. 12.

C. 15. v. 8. *Et cùm* ª*ascendisset turba*, *cœpit rogare*, *sicut semper faciebat illis.*] Græci codices, cum Theophylacto atque Euthymio, habent, καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος, id est, & cùm vociferata esset turba. his Syri consentiunt וְקָרְעָה כְּהָדָא & vociferatus est populus. Conijciunt pletique, à Latino Interprete, ἀναβὰς legitur: &, sanè; Vaticanus codex, ἀναβὰς legit. id quod, si quis velit, iuxta vulgatam Græcorum lectionem, intelligere, subaudiat *clamore*, seu vociferatione: Et cùm ascendisset turba, vociferatione, cùm vociferata esset, cœpit petere, vt faceret Pilatus quod solitus erat, iuxta consuetudinem ex captiuis vnum dimitteret. 466. ª ascensisset, *unus liber, sed malè.*

C. 15. v. 29. ª*Vah' qui destruit templum**, *& in tribus diebus ædificas**.] Multi codices, secunda persona legunt, *destruis*, ª*reædificas*. Græca & Syra participijs vtuntur: itaque ad vtrumque modum verti possunt. Recentiores interpretes plerique omnes secunda persona vertunt, ita vt hoc, ei quod sequitur σῶσον σεαυτὸν *serua teipsum*, persona respondeat. Cæterùm, vetustiora emendatioraque nostræ editionis exemplaria, tertia scribunt persona, & quidem *ædificat* ferè, non *reædificat*, quemadmodum Græcè non est nisi οἰκοδομῶν. Parisiensium septem, Do. Const. Di. o. l. Ge. o. l. P.; nostra septem, Leod. So. al. au. O. Q. Pl. m. H., cum alijs quinque vulgaribus, A, R, Tril. &c., & 467. ª vha 1 *MS.* ª va 3 *MS.* ª vna 1 *MS.* ª ãz *G.* * Dei o. ª illud o. ª ædificat v. *Quidam libri vnum verborum secunda, alterum tertia legunt; male.*

textu Hieronymo attributis commentarijs adiuncto. Non opus est, Brugense manuscriptum ex nostris addamus: illud enim est, quod Parisienses, S. Donatiani codicem vocant, ex Bibliotheca Cathedralis Ecclesiæ D. Donatiani Brugensis, ab eo qui tunc Collegij canonicorum Decanus præerat Marco Laurino acceptum: id quod nos, ab eo qui nunc præest, D. Nicolao Dheere, viro præstantissimo, nobisque cognato obseruandissimo, atque eius collega dignissimo, D. Iacobo Pamelio, Bibliothecæ præfecto, commodatò accepimus, librum præ cæteris omnibus eximium. Epanorthotes notat, antiquos codices, & Glossam, hîc, *destruit*, *ædificat*, in tertia persona legere, sic ut Matthæi XXVII. Quare castigatores, Hentenius & Zegerus, rectè hîc, personam tertiam prætulerunt: rectèque *ædificat* τὸν *reædificat* præposuerunt. Quin & Matthæi 27, personam tertiam, *destruit*, *reædificat*, præferre rectè potuissent.

Matth. 27. c. 40.

468. ª ex eis o. ª dicens dabat ei o. ª eis o. ª bibere o. *Matth. 27. f. 49.*

C. 15. v. 36. *Currens autem vnus**, *& implens spongiam aceto*, *circumponénsque calamo*, *potum* ª*dabat* ª*ei**, *dicens*: *Sinite*: *videamus si veniat Elias ad deponendum eum.*] Hæc lectio, vt nostrorum, ita Græcorum, pleroque omnium est codicum: ea quæ, ei, qui, acetum Domino offerebat, attribuit, verba, quæ Matthæus, ijs, qui, acetum Domino offerentem, prohibebant, tribuit: cui ex veteribus Scriptoribus, B. Augustinus, libri 3. De consensu 17° capite; ex Neotericis, Dionysius Richelius hunc enarrans locum; ex ijs qui media ætate floruerunt, Euthymius Græcus in 27 Matthæi scribens caput, disertè adstipulantur, ac docent, cum qui acetum Domino offerebat, idem cum ijs dixisse qui prohibebat. id quod in hunc sensum accipi possit: Cùm cæteri dicerent, Cessa, noli ei mortem accelerare, videamus, an venturus sit Elias, vt seruet eum; ille respondens, Permittite, ego ei mortem accelerabo, & videbimus num Elias liberaturus sit eum. quasi dixerit, efficiam ne eum Elias liberet. Benedictus Arias Montanus, in huius Euangelij elucidationibus, aliter, & quidem dexterè, explicat. Porrò, D. Iansenio probabile est, locum esse deprauatum. Cùm enim Marcus, Dominicæ passionis historiam, eodem describatur ordine, & eisdem penè verbis, quibus Matthæus: verisimile putat, etiam hoc loco, à Marco, sicut Matthæus habet, scriptum ὁι δὲ λοιποὶ ἔλεγον· ἄφες, *Cæteri verò dicebant*: *Sine*; Cumque fortè deesset verba illa ὁι δὲ λοιποὶ, *Cæteri verò*, à scriptore mutata esse, ἔλεγον in λέγων, *dicebant* in *dicens*, & ἄφες in ἄφετε *Sine* in Sinite. Huic coniecturæ suffragantur, duo quidem Parisiensium exemplaria Græca, 2um & 4tum, qualitercunque, nam, numero singulari, ἄφες legunt; Similiter, vetustum Latinũ manuscriptum, quod ex S. Iacobi Leodiensi Abbatia accepimus, & textus V. Bedæ commentarijs adiunctus, nam eundem ad modum habent, *Sine*; Textus verò Syriacus, quàm maximè: ita enim scribit, & in Cæsareo, & in Regio codice: הַלְבְנֵה נֶחֱמֶה quod est, & *dixerunt*, vel *dicebant*: *Sinite*. Quod verò *Sinite* habent, nihil obstat: sic enim legit etiam in Matthæo. Latinum Trilinguis Collegij exemplar, hoc scribit modo, *potum dabat ei bibere d. Sinite videamus.* id quod, legi possit, *dixerunt*, aut *diceb.ant*, aut similem ad modum: verùm, 34. versu superiori, & alibi, ita scribit *dicens*.

Matth. 27. f. 49.

469. ª Ioseph 3 *MS.*

C. 15. v. 47. *Maria autem Magdalene & Maria Ioseph adspiciebant vbi poneretur.*] Alphæi & Mariæ Cleophæ filius, Iacobi minoris frater, qui in Latinis exemplaribus ª*Ioseph* dicitur, in Græcis ἰωσῆς *Ioses* appellatur, in Syris similiter יוסי non hoc solùm loco, verùm etiam alijs omnibus, quibus eius est mentio, Matthæi 13. v. 55. Matthæi 27. v. 56. Marci 6. v. 3. Marci 15. v. 40. Eodem modo nuncupatur à Patribus, Epiphanio hæresin 78 refellente, Hieronymo aduersus Heluidium agente, Theophylacto atq. Euthymio Euangelia enarrantibus. Hoc autem de Hieronymo notandum est, quòd nomen istud, *Ioses*, *Iosetis*, inflectat: atque ita verba Marci legat: *Maria autem Magdalene*, *& Maria Iacobi & Iosetis*, *viderunt vbi poneretur.* Quo modo, Marci 6, Græcos quosdam codices, ἰωσὴφ legere, quidam testatur. In alijs, quotquot nos vidimus, est ἰωσῆ, quemadmodum & Matthæi 27, ac Marci 15, Matthæi verò decimotertio, vbi nominandi casu nomen refertur, est ἰωσῆς. Vnde in flecti hoc nomen videtur ἰωσῆς, ἰωσῆ, vt, δρῆς, δρῆ: quo modo & Theophylactus Græcus author vtitur. Porrò, codex Græcus Bibliothecæ Vaticanæ, capite Matthæi 13°, ἰωσὴφ *Ioseph* legit; similiter Græca Aldi editio, Græcaque Colinæi, capite Matthæi 27°. Origenes etiam, Matthæi caput 13. edisserens, *Ioseph* legit; Certiùs verò 27. caput enarrans, vltimo in Matthæum tractatu, vbi ait: Erat autem inter præcipuas, & Maria Iacobi & Ioseph mater; aut, sicut Marcus dicit, Iacobi minoris & Ioseph mater, secundum nomen Patriarchæ Iacob supplantatoris fratris sui, & Ioseph super quem natum genitrix dicit: Adijciat mihi Dominus filium alterum.

Mar. 15. d. 40.

Gen. 30. d. 24

NOTATIONES IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

470. ª benedicta o ª credideris o ª in te *Pl. m. Pl. m.* ª illi *Lob.*

C. 1. v. 45. *Et* ª*beata' quæ* ª*credidit'*, *quoniam perficientur** *ea quæ dicta sunt* ª*ei' à Domino.*] Hæc quinque Parisiensium est lectio, Const. Di. o. Ge. o. T. Mog.; decem nostrorum, Lob. So. al. au. Q. Pl. ang. A. m. G. Quent. Reg.; vetustorum Zegeri, & antiquorum Epanorthotæ. Altera est lectio vulgarior, *Et beata quæ credidisti*, *quoniam perficientur** *ea quæ dicta sunt* ª*tibi' à Domino*; quæ est in libris nostris 28, nominatim, Leod. O. L. Colo. Nuren. In aliquot item superiorum manuscriptorum, hæc lectio ex illa facta est. Illi Syra consonant, & Alberti magni commentarius; huic Ambrosij commentarijs interiectus textus. Græca, si legas αὐτῇ, huic; si ἀυτῇ, illi consentiunt· ᾗ μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ κυρίου. vtrumque enim legendi modum Complutensis admittit editio, quæ spiritus non notat. Cæterùm, nec obseruatur hæc differentia, in sacris præsertim litteris, ita vt & ἀυτῇ, quomodo in alijs Græcis libris legitur, pro αὐτῇ siue ἑαυτῇ possit accipi: quare omnino ad vtramque lectionem ambigua sunt Græca. Priorem, Hentenius castigator in textum recepit; eandem Epanorthotes probat. in Antiphona verò, inquit, dicitur in persona secunda *credidisti*. Antiphona autem huiusmodi in Breuiario nostro Romano, est ad *Benedictus* in festo S. Mariæ ad Niues, & ad *Magnificat*, Dominica 3ª Aduentus. Porrò, in Responsorio 2° 2ª nocturni in Natiuitate Domini, tertia legitur persona, vt prior lectio habet. * in te o. o. *Brug.* ε.

471. ª redemitatem o.

C. 2. v. 38. *Et loquebatur de illo omnibus*, *qui exspectabant* ª*redemtionem' Israël.*] Hæc Latinorum codicum vulgaris est lectio: cui Græcum Vaticanæ Bibliothecæ exemplar adstipulatur: habet enim λύτρωσιν τῇ Ἰερουσαλήμ redemtionem Israëlis: accediteque quartum Parisiensium apographum, quod ἐν τῇ Ἰερουσαλὴμ *in Israël* scribit. Porrò, antiqui Epanorthotæ codices, *Ierusalem* habent, non *Israel*: *Omnibus qui exspectabant redemtionem Ierusalem*: quibus consonant, antiqui Parisiensium, Di. o. l. Ge. o. l. V. & antiqui nostri, Brug. Lob. Leod. So. al. L, A, G, R, ac decem Hentenij exemplaria, cum Moguntina Typographorum prima editione, & posterioribus quibusdam. His, Latini enarratores, Beda, Carensis, Albertus, Gorran, Richelius, volunt; etiam Lyrani commentarijs, quæ à M. N. Hunnæo manuscripta habemus, adscriptus textus. his, & Græci plerique libri, ac Syriaca Euangelia, suffragantur: sed, Græci quidem libri, consentientibus Græcorum, Theophylacti atque Euthymij textibus, ἐν Ἱερουσαλήμ, *in Ierusalem*, leguntque redemtionem ipsius Ierusalem. Syriaci verò לְחֶדְוָא דִירוּשְׁלֶם Quare, si hos sequaris, Ierusalem Latinis à præcedenti nomine regitur, *redemtionem Ierusalem*; si illos, genitiuus est quietis· omnibus qui erant Ierosolymæ exspectantes proximam Christi redemtionem. Reperitur hæc eadem lectio, apud Irenæum libri 3. cap. 11. & Augustinum libri De consensu secundi capite 5: quamquam apud Augustinum diuersitas sit lectionis. Facilius porrò crediderim, cùm de redemtione Israel passim in scripturis legatur, ex *Ierusalem*, factum *Israel*, quàm è conuerso, ex *Israel*, *Ierusalem*; maximè cùm hoc obscurius sit. Minimè verò persuaderi possum, à B. Luca vtrumque scriptum fuisse, sic, *redemtionem Israel* in *Ierusalem*; id quod Nicolaus Zegerus suspicatur; tametsi, vnum ex manuscriptis nostris, *redemtionem Israel*, *Ierusalem* legat. ex infimis id est, nec vllius insignis codicis aut tractatoris authoritate fulcitum.

472. ª Iosep 3 *MS.*

C. 4. v. 5. Illum tentationum Christi à diabolo ordinem, quo prima narratur ea quæ in deserto, secunda quæ in monte, tertia quæ in templi summitate accidit, quem in Luca nostrorum Bibliorum habet textus; habent in Luca similiter, Græci omnes, Syrici, Latinique libri, quos videre potuimus, suffragantibus, Origene Homilia 29, 30, & 31. in Lucam, Augustino decimosexto capite secundi De consensu, Beda, Theophylacto, Euthymio, & posterioribus Latinis enarratoribus. Cæterùm, testatur quidam; quod Iansenius refert; antiquos quosdam codices, habere in Luca, ordinem eundem quem Matthæus habet, secundam quæ in templi summitate, tertiam quæ in monte: quem sanè & B. Ambrosius, Lucam explanans, tum in textu, tum in commentarijs, seruat. Tria, inquit, præcipuè docemur tela diaboli (&c.) gulæ vnum, aliud iactantiæ, ambitionis tertium. ac, prima, gulæ tentatione, exposita, ait: Sequitur iactantiæ telum, quo procliue delinquitur, quia dum homines gloriam virtutis suæ iactare desiderant, de loco meritorum suorum & statione decidunt. *Et duxit illum*, inquit, *in Ierusalem*, *&c.* Tertiò demùm de ambitionis telo latè disserit: *Et duxit illum diabolus iterum in montem altissimum*, *&c.* & in fine: Cæterùm, habet, quod ad mysticum ordinem spectat, cernis vetusti erroris vincula suis resoluta vestigiis, vt primò gulæ, secundò facilitatis, tertiò ambitionis laqueus solueretur, &c. Quare, ordinis mutationem quæ in Euangelio Lucæ reperitur, ex scriptoris vitio accidisse, videri fortasse possit, qui verborum falsius similitudine, tertiam tentationem secundæ præmiserit (incipit etiam vtraq. ad eundem modum, *Et duxit illum*; Græcè quoque, ἠγαγεν αὐτὸν) ac postea errore deprehenso, tertiæ secundam subiecerit, cùm etiam plerique codices Græci, Theophylacto, atque apertissimè Euthymio, adstipulantibus, in ea quæ secundo loco ponitur, addant ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ. *Vade post me Satana.* Non est enim verosimile, B. Lucam, aliam subiecturum fuisse Sataneæ tentationem,

nem, postquam narrasset, eum à Domino repulsum. Hoc est enim *vade post me Satana*, vt exponit Euthymius, E conspectu meo te aufer; desine me tentare. Verumenimuerò, pars ista, nec in Latinis libris habetur; nec in Syricis additur; nec in Græcis quibusdã nõminatim, Vaticano & Parisiensium, secundo, septimo atque octauo, inuenitur; nec denique, ab Origene, Ambrosio, Beda, posterioribusque Latinis, legitur. Probabile est, quod sentiunt quidam, huc, ex Matthæo, à Græculis fuisse adscriptam; de cuius lectione, illic, in Matthæo, tractauimus. cap. 4. vers. 10.

473. C. 10. v. 1. *Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos.* & v. 17. *Reuersi sunt autem septuagintaduo cum gaudio.*] De discipulorum istorum numero, nonnihil est controuersiæ. Plerique enim omnes Græcorum codicum, ἑβδομήκοντα *septuaginta* fuisse scribunt. hi Syriaco textui conformes sunt. Volunt etiam eis Authores Græci, Euthymius, & Theophylactus, in hunc scribentes locum; Præterea, Eusebius Cæsariensis, libri primi ecclesiasticæ historiæ cap. 14, vbi & Clementem, ex libro Dispositionum 'quarto', citat, qui, vnum ex septuaginta discipulis, Cepham fuisse dicat, cui in faciem Paulus restitit; Adhæc, B. Irenæus, cap. 13 libri 3ⁱⁱ contra hæreses. Inter Latinos quoque patres, B. Damasus epistola 4ª, quæ est de Chorepiscopis, & S. Ambrosius Lucam enarrans, mentionem discipulorum non nisi septuaginta faciunt. Et Damasus quidem, etiam decimumtertium Concilij Neocæsariensis canonem profert, in quo septuaginta dumtaxat nominantur: Ambrosius verò, sermone De quadragesima, qui est numero 24, septuaginta discipulos, quos, secundo ab Apostolis gradu, propter salutem hominum, à Domino directos, Lucas Euangelista testatur; septuaginta palmis comparat, quæ in Elim iuxta duodecim fontium aquas, creuerant; vt est Exodi 15. v. 27. quibus, eos, & superiores, Euthymius ac Theophylactus, comparant. Illis, & à D. Hieronymo comparantur, epistola ad Fabiolam, quæ est de 42 mansionibus Israelitarum; de sexta namque mansione agens: Iuxta has aquas, inquit, 70 creuerunt palmæ, quos & ipsos secundi ordinis intelligimus præceptores, Luca Euangelista testante, duodecim fuisse Apostolos, & septuaginta discipulos minoris gradus. Porrò, Latini Euangeliorum codices, discipulos istos, numero septuaginta duos fuisse, constantissimè tradunt: quamquam in vno scripto, quod Atrebatensis Collegij est, priori loco *septuaginta viros*, posteriori *septuaginta viri*, nos inuenerimus. id quod admiratione dignum est. Hi, libris quibusdam Græcis consonant. Notatum namque inuenimus in D. Werneri exemplari, Bibliothecæ Vaticanæ Græcum apographum, priori huius capitis loco ἑβδομήκοντα δύο *septuaginta duos* legere. Annotarunt & Parisienses, priori quidem loco, etiam *septuaginta duo* scribi (γράφε δὲ καὶ ἑβδομήκοντα δύο) verùm sine vllius citatione exemplaris; posteriori verò, β, secundum Græcorum codicum, illum nimirum ex Italia trãsmissum, ἑβδομήκοντα δύο *septuaginta duo* habere. Insuper consentiunt Latini libri, vt posteriores Latinos Enarratores præteream, Bedæ, quodque amplius est, Augustino, libri secundi quæstionum Euangelicarum cap. 14. (Sicut, ait, viginti quatuor horis totus orbis peragitur atque lustratur; ita, mysterium illustrandi orbis, per euangelium Trinitatis, in 72. discipulos intimatur: vigintiquatuor enim, ter, in septuaginta duobus ponimus) aliisque in locis, atque inter scriptores Græcos, Epiphanio, sub finem tomi primi libri primi aduersus hæreses, vbi ait, ἀπέστειλε δὲ καὶ ἄλλους ἑβδομηκονταδύο κηρύττειν. Emandauit verò & alios septuaginta duos ad prædicandum &c. ac tertiò postea ἑβδομηκονταδύο *septuagintaduos* vocat. Anacletus etiam, antiquitate, pontificatu, & martyrio celeberrimus, epistola 3ª, quæ est de Patriarchis, primatibus, & reliquis Episcopis, dicit, ad Apostolorum adiumentum, electos à Domino discipulos septuaginta duos, quorum Presbyteri locum tenent.

474. C. 11. v. 3. Hanc Dominicæ orationis partem *fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra*, in Euangelio D. Lucæ, vt in D. Matthæi, legunt, quinque nostra manuscripta *: quibus tria Hentenij exemplaria consonant. Quartum, quod Parisiensium est, Moguntinum; quemadmodum & Colonienſe ac Nurenburgense, quę proximè sunt illud annis secuta, & posteriora quædam, id duntaxat in Lucæ habent *fiat voluntas tua*. Totum vt priora illa octo exemplaria, habent, Græci libri plerique omnes, & Syrici; insuper & Græci tractatores, Euthymius & Theophylactus. Porrò, plerique Latini codices manuscripti, & quidem spectatissimi quique, magna quoque impressorum pars, pericopen illam, apud B. Lucam, omnino non agnoscunt: quibus, suffragatur Græcum Vaticanæ Bibliothecæ antigraphum, diserteque adstipulantur Latini enarratores, Beda, Carensis, Thomas, Bonauentura, Albertus, Lyranus, Gorran, Richelius; præterea, B. Augustinus Enchiridij 116. capite, vbi ait: Euangelista verò Lucas, in oratione Dominica, petitiones, non septem, sed quinque complexus est. Nec ab isto vtique discrepauit: sed, quomodo ista septem sint intelligenda, ipsa sua breuitate commonuit. Nomen quippe Dei sanctificatur in spiritu: Dei autem regnum in carnis resurrectione venturum est. Ostendens ergo Lucas, tertiam petitionem, duarum superiorum esse quodammodo repetitionem, magis eam prætermittendo fecit intelligi. Hactenus Augustinus. Verisimile sit igitur, quod existimant quidam, partem hanc *fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra*, huc, ex Matthæo, quòd desiderari videretur, vt integra esset Dominica oratio, fuisse transscriptam; aut, vt scribarum occurrit memoriæ, quòd orando haud prætermittere fuerant soliti, adscriptam. Idem iudicium de his partibus esse videtur, *Noster qui es in cælis*; & *Sed libera nos à malo*: quæ, in Latinis libris quibusdam, & plerisque omnibus Græcis, similiter adduntur.

* *Al.* quinto *Gal. 2. c. 11.*

* *Brug. Lob. Leod. So. al. au. O. E. L. Pl. m. H. &c.*

C. 11. v. 11. Nostri codices legunt: *Quis autem ex vobis, patrem petit panem? nunquid lapidem dabit illi?* Græci verò paulò aliter, *τίνα δὲ ὑμῶν ὁ πατέρα, αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον; μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;* *Quem autem ex vobis patrem, petet filius panem? nunquid &c.* Similiter Syrici: *Quis autem ex vobis pater, quem petet eum filius eius panem? nunquid &c.* quibus accedit B. Augustini lectio, sermone De verbis Domini 29: *Quis est vestrum, à quo petit filius suus panem? nunquid &c.* 475. * à patre *Pl. m.*

C. 12. v. 8. *Omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus; & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.* Ita ferè Latini codices scribunt, Latinis expositoribus concinentibus. Græci codices atque expositores, & Syri, legunt: Omnis quicunque confessus fuerit in me coram hominibus; & filius hominis confitebitur in illo coram Angelis Dei. His conformiter, duo Latina manuscripta, Q, correctissimum sanè exemplar, & A, ex institutissima eximij M. N. Augustini Hunnæi Bibliotheca cum multis alijs, desumta, habent, hoc *in me*; illud *in illo*. Testatur & quidam, quosdam Latinos codices ita habere: Zegerus quìoque, in noui Testamenti à se castigati margine, aliàs *in me* & *in illo* notauit. Bedæ commentarijs additus textus, *in me* scribit. Similis est Scripturæ locus, Matthæi 10. ver. 32, quem, D. Cyprianus, epistola 6ª libri 3ⁱⁱ, adferens, eodem planè legit modo, quo, & hîc, & ibi, cum Græcis, Syri; *in me*, *in illo*. Porrò, in Latinis Euangeliorum libris, sine varietate apud Matthæum scriptum reperimus, *Confitebitur me*, *Confitebor & ego eum*: qui sensus est alterius lectionis. quare & haud pauci nostræ ætatis interpretum, ita vtroque loco vertunt. Chrysostomus, &, qui eum sequitur, Theophylactus; aliud significari existimant; *in me*, à me adiutus; *in eo*, gratitudine ipsius motus; quòd, non sic de negante dictum sit * *Qui negauerit in me*, sed, *Qui negauerit me*, id quod vrget & Heracleon Valentinianus, quem citat Clemens Alexandrinus, quarto Stromatum libro. Atqui, Syri, & de negante sic loquuntur, *in me*, *in eo*, perinde ac de confitente, tum in Matthæo, tum in Luca. Quare ea Hebraica phrasis agnoscenda videtur, quales istæ Psalmo 43: בֵּאלֹהִים הִלַּלְנוּ כָל הַיּוֹם וְשִׁמְךָ לְעוֹלָם נוֹדֶה In Deo laudamus omni die, & in nomine tuo in seculum confitebimur. Nam, præpositionem repetendam, 70. intellexerunt. 476. כִּי *in illum.* כַּף *in illo.* * *Quæstione 46. in librum Iudicum.* * *In quibusdã libris Augustinus legerat mutuabis. Iud. c. 33.* *Eutlymius vtrumq; adducit exponendũ modum.* * *versa proximo.* *Psal. 43. b. 9.*

C. 12. v. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.*] τὸ *In manibus vestris*, quod multi Latini codices legunt, multi, & quidem antiquissimi atque optimi quique, tollunt; nostri, Brug. Lob. Leod. So. al. au. O. E. Q. Pl. m. A. I.; Parisiensium, Di. o. l. Ge. o. l. Mog.; Hentenij nouem, Iansenij alter, vetustissimi codices, etiam Missales, Zegeri. Græci libri constanter reiiciunt: Syrorum exemplaria non legunt: Patrum vetustissimi non agnoscunt; Tertullianus, libro quarto aduersus Marcionem; Cyprianus, libri secundi aduersus Iudæos capite 18, & sub finem libri De simplicitate Prælatorum; Hilarius, enarrans illud Psalmi 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum; Ambrosius, idipsum enarrans, rursusque, Euangelium Lucæ exponens; Augustinus, libri 2. Quæstionum Euangelicarum capite 23, libri De continentia capite 7, & sermone De verbis Domini 23; Author operis imperfecti in Matthæum, in fine Homiliæ 15; Euthymius in hunc scribens locum. Theophylacti, Latina quidem exemplaria, in commentarijs etiam repetunt, quod in textu non legunt: Exemplar autem Græcum, Romæ excusum, sicut in textu non habet, ita neque in commentarijs. Richelius denique, ex recentioribus, prætermittit; dumtaxat, vt superiores, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna * ardentes* legit. Zegerus itaque Castigator, è textu illud sustulit. Cæterùm, D. Gregorius, Homilia 13ª. in Euangelia, & legit & exponit; similiter, Gregorio antiquior, Petrus Chrysologus, sermone 22; denique, Gregorio & Chrysologo antiquior, B. Hieronymus, 16ᵐ Ezechielis caput edisserens, cuius verba sunt: Et Dominus ad Apostolos loquitur: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Nisi enim adstrinxerimus fluentia lumborum reumata, lucernas in manibus habere non possumus. libri etiam 28 Moralium capite 7, non obscurè Gregorius explicat, tametsi non addatur. Carensis, Bonauentura, Albertus, Lyranus, Gorranus, interpretantur. 477. * MS. * vestræ *Syra, Hilarius.*

C. 15. v. 4. *Quis ex vobis homo qui habet centum oues? & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto &c.* & v. 8. *Aut quæ mulier habens drachmas decem? * si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam &c.*] Si, pro *nonne*, legeretur *non*, vnica interrogatione, id quod tam Græca quàm Syra permittunt, clàrior commodioque 478. * & *o.*

diorque esset nostræ versionis textus; maximè, posteriori loco, quo non præmittitur & coniunctio, quamquam Græcis ea priori loco nihil obsit. Porrò, inuenimus nunc, *non* priori loco, in textu Iohannis Gagnæi scholijs * adiuncto; posteriori, in manuscripto exemplari M. N. Hunnæi, A notato. Cæterùm, agnosci hîc potest, Hebræorum loquendi modus, concisus, natiuus, incomtusque; qualis ille de quo superiùs: *Quis ex vobis patrem petit panem? nunquid lapidem dabit illi?* * *Ao.* 1552. *Lc.* 11. v. 11.

C. 21. v. 38. *Et omnis populus manicabat ad eum * in templo audire eum.*] *Manicabat*, ficta vox esse videtur, ad imitationem Græcæ ὤρθριζε: quamquam ita, potius *manizabat* esset. Quidam, pro 'manicabat', legendum esse conijciunt, *manè ibat*; Zegerus, quod & castigando secutus est, *manitabat*. Parisienses, in vno manuscripto Ge. l., nos in duobus Pl. m. Tril., & quibusdam recèns impressis, *manè ibat* inuenimus: *manitabat*, in vno scripto, Q signato, apertè vidimus. Atrebatensis Collegij sericatum exemplar, *manè accelerabat* * habet. Vetustus vnus codicum cuiusdam, *diluculo veniebat* legit: Id quod & Richelius exponit, & Quenteliana Biblia sequuntur. Porrò, *manicabat*, vt in plerisque est libris, ita in antiquissimis, tum nostris, tum Epanorthotæ; nostris, So. al. au. Brug. Lob. Leod. . . . & alijs; legiturque & explicatur apud enarratores, Lyranum, Bonauenturam, Thomam, Albertum, Carensem, Authorem Glossæ, Bedam. Quia verò obscura ea Latinisque auribus inaudita est vox (id quod & B. Augustinus annotauit *, qui olim illam legit, quibusdam in libris *, Iudicum 9. capite, pro eadem Græca dictione ὀρθρίζω) hinc illæ ortę videntur lectionis varietates, quibusdam explicare, quibusdam emendare conantibus: quamquam, si dubium esse debeat, an *manicabat* Interpres dixerit, *manitabat* proximum esse existimarim. 479. * venit *o.* * manebat *1. mss.* * magnificabat *2 MSS. mss.* * veniebat *3 MS. mss.* * *Hæc ferè enarratorum & expositio.*

C. 22. v. 43. & 44. *Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum: Et factus * in agonia, * prolixiùs orabat: & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in * terram.*] D. Hilarius libro decimo de Trinitate: Nec sanè, ait, ignorandum à nobis est, & in Græcis, & in Latinis codicibus, complurimis, vel de adueniente Angelo, vel de sudore sanguinis, nil scriptum reperiri. Ambigentibus igitur, vtrùm, hoc, in libris varijs, aut desit, aut superfluum sit (incertum enim hoc nobis relinquitur de diuersitate librorum) certè, si quid sibi, ex hoc, hæresis blanditur, vt infirmum affirmet, cui opus fuerit Angeli confortantis auxilio &c. Hieronymus quoque, circa medium libri secundi contra Pelagianos: In quibusdam, inquit, exemplaribus, tam Græcis, quàm Latinis, inuenitur scribente Luca: *Apparuit illi Angelus de cælo confortans eum*; haud dubium quin Dominum Saluatorem. *Et factus in agonia, prolixiùs orabat: factusque est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Saluator in passione ab Angelo confortatur &c. hodie, nec in Latinis vllis, nec in Græcis, nec in Syricis libris, deesse hæc comperiuntur: nec mediæ, postremęque ætatis enarratores, cùm enarrent vnanimiter, quidquam huiusmodi, de sui temporis codicibus, notant. 480. * *sit o.* * & *o.* * *quam o.*

NOTATIONES IN EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM.

481. Βηθανίᾳ C. 1. v. 28. *Hæc in Bethania facta sunt, trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizans.*] Græci plerique libri in vulgus noti, "Βηθαβαρᾷ *Bethabara* scribunt. Latini, constanter *Bethania* habent (neque enim curamus Neotericorum quorundam permutationes, in quorum vnum Iohannes Gagneius meritò inuehitur) quibus, Syriaci consentiunt, &, inter Græca exemplaria, Parisiense anni 1549, Regium ex Complutensi excusum, Vaticanum manuscriptum, & Parisiensium manuscripta omnia * littera significata, Nonni Græci carmine scripta paraphrasi adstipulante. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, Græci tractatores, lectionis vtriusque meminerunt. *Bethania* legunt: sed illa exemplaria emendatiora putant, in quibus *Bethabara* scriptum est; quòd, *Bethania*, non trans Iordanem fuerit, neque in deserto, sed haud procul à Ierosolymis. *Bethabara*, significat, locum, seu domum, transitus: quo nomine vocatum arbitrantur quidam, locum, quem Iohannes ad baptizandum elegit, quòd esset ibi traiectus Iordanis, ac propterea, cùm frequens esset locus, opportunus Iohanni fuerit. Andreas Masius, tertium Iosuæ caput edisserens, sic appellatum existimat, quòd illic Israelitæ traiecerint, cùm siccato flumine Chananæam ingrederẽtur. Porrò, qui alterum sequuntur legendi modum, Beda, id quod Albertus magnus refert (neque enim hoc, in Bedę commentarijs quæ nos legimus, habetur) Ordinatiæ Glossæ Author, & alij posteriores, duas dicunt Bethanias fuisse, atq. ad distinctionẽ huius, ab ea quæ Ierosolymis erat vicina, additum fuisse, trans Iordanem. Iosephus, libri Antiquitatum decimiseptimi capite decimo, Bathaniæ meminit, quam, cum Gaulonitide, Trachonitide, & Paneade, Herodes Philippo filio suo testamento reliquerit: ea quæ, decimo septimo eiusdem libri capite, Bathanea dicitur. Hanc vltra Iordanem fuisse, dubium esse vix potest: regio autem ea fuisse videtur, quæ ab alijs *Bathanea* seu *Batanæa*, à veteris testamenti scriptoribus *Basan* appellatur. Vsitatissimum est Chaldæis & Syris, ש *S* Hebraicorum nominum, in ת *T* mutare. Betharaba (sic enim legendum est, non, vt Iansenius legit, Bethabara) cuius mentio est Iosuæ 18. inter ciuitates tribus Beniamin, is locus esse non potest, cuius Euangelista meminit: Non enim vltra Iordanem excurrit, Beniamiticæ tribus fors. In Græca noui testamenti Basileensi editione, anni 1563, Βηθαβαρᾷ legitur: id quod cuiusdam coniecturæ conuenit, qui, fortasse, inquit, hic locus est, de quo habes Iudicum 7: & ibi vocatur Bethbara. quamquam illic, Βηθβαρᾶ, pro Βηθαβαρᾶ errore scriptum, verisimile fiat; quòd, ex Parisiensium editione, id exemplar expressum esse, certò obseruasse mihi videar. * *Iosue 18. d. 22.* * *Iud. 7. g. 24.*

C. 4. v. 46. *Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.*] Hieronymus, in caput Isaiæ 65, Regulus, inquit, qui Græcè dicitur βασιλικὸς, quem nos de aula regia rectiùs interpretari possumus, paulatim, non seruus Regis interpretari solùm filij &c. Syri חֵיוָא מַלְכָּא sunt. Interpres noster βασιλικὸς fortè legit. 482.

C. 5. v. 2. *Est autem Ierosolymis, super probatica, piscina, quæ * cognominatur * Hebraicè Bethsaïda.* Hunc ad modum, *super probatica*, legunt, quatuor nostrorum manuscriptorum, Brug. Q. Atr. So. ru.; sex Parisiensium, Au. Do. V. P. Ge. o. l. Sed, Do., id est, Donatianicum, idem est, quod Brugense nostrum; tria Cœnobij Gemblacensis, Zegero teste, & Regia editio. Aliquot recens excusi libri *in probatica* scribunt. Vtrumque legendi modum permittunt codices Græci, qui, Nonno & Euthymio adstipulantibus, sic habent: "ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις, ἐπὶ τῇ προβατικῇ, * κολυμβήθρᾳ, ἡ ἐπιλεγομένη ἑβραϊστὶ Βηθεσδά. id quod alij vertunt, ad probaticam, &, super probaticam. Porrò, prior legendi modus *super probatica*, si de vera agitur Interpretis translatione, posteriori meritò est præferendus: reperitur enim in antiquis & fide dignis manuscriptis: posteriori verò *in probatica*, in impressis duntaxat est codicibus (nam MS. in Bibliorum margine, pro libris simpliciter hîc positum est, vt quandoque) ijsque, pro arbitrio eorum, qui editionibus præfuerunt, sæpenumero mutatis, cuiusmodi sunt, vt antiquiora nominem, Quenteliana Biblia, anno 1529. excusa, in quibus grassatus fuit Vbbelius quidam Wormarius. Addiderunt verò hoc loco, ex Græcis, non pro *super* substituerunt (ignorasse enim eos arbitror, Latinis quibusdam codicibus, *super* legi) *in* præpositionem: quòd, plerique Latini codices, absque præpositione, *probatica piscina*, coniunctim legant. Sunt enim nobis manuscripta exemplaria triginta, impressaque complura, quæ hoc modo habeant: *Est autem Ierosolymis probatica piscina, quæ. &c.* Neque verò, vniuersa hæc vulgaria sunt exemplaria, sed, spectatæ fidei & antiquitatis non pauca, nominatim, Lob. Leod. So. al. au. O. E. L. Pl. m. &, inter impressa, Mog. Col. Nuren., ex ipsa Typographiæ infantia, edita. Atque his suffragantur, veteres Patres; vt recentiores præteream, Richelium, Lyranum, Gorran, Thomam, Albertum, Catensem, Rupertum, & alios; inter Latinos, Beda & Hieronymus; inter Græcos, manifestè Theophylactus. Bedę Iohannem enarrantis prolixiora sunt verba eaque clarissima. Hieronymi, libro De locis Hebraicis, hæc sunt: Bethesda, piscina in Ierusalem, quæ vocatur προβατική, & à nobis interpretari potest pecualis. Theophylacti in Iohannem scribentis, inter alia, ista: * προβατικὴ δὲ ἐλέγετο κολυμβήθρα, διότι τὰ πρὸς θυσίαν προβατα ἐκεῖ συνήγετο, ἢ τὰ ἔγκατα αὐτῶν ἐπλύνοντο ἐκεῖ. Probatica autem dicebatur piscina, eò quòd oues (quæ Græcè πρόβατα dicuntur) ad sacrificium destinatæ, illic congregabantur, & intestina earum illic abluebantur. Neque solùm commentarijs hoc innuit; verùm etiam in textu legit, sed Græci exemplaris, Romæ excusi, quo & Philippus Montanus est vsus, ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα. His Syra accedunt, quorum hæc est translatio: Est autem illic, in Ierusalem, locus quidam ablutionis, qui vocatur Hebraicè Beth-hesdo. Est, qui coniunctim legi malit, cum præpositione, ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ (quomodo Græca Aldi editio scribit) ita vt sensus sit: Est Ierosolymis, ad probaticam piscinam, domus nimirum, quæ vocatur, Domus benignitatis, seu, misericordiæ. Bethesda enim; quo modo Græci codices legunt; dictum putat, à בֵּית Beth, quod domum, & חֶסֶד Hesed, seu חֶסְדָּא Hesda, Chaldaicè, quod misericordiam significat: eò quòd, domus esset, in qua miseris subueniretur, sicut in prochodochijs solet. Et sanè, Syricum Euangelium בֵּית חִסְדָּא Beth-hesdo scribit, ita vt, nec aliunde deriuetur, nec aliud significet. Verùm, ipsum ablutionis locum, sic appellatum dicit, fortè, quòd in eo languentes infirmosque Deus benignè curaret (qua ratione, B. Arias Montanus, in Nehemia suo, & Andreas Masius in quintum Iosuæ caput, piscinam id nominis habuisse intelligunt) vel totum locum, qui lauacrum complectebatur, ita intelligit nuncupatum, in quem, verisimile est, à viris bonis, bona collata fuisse, quibus ali possent pauperes ærumnosi, quos, subijcit Euangelista, magno numero in porticibus iacere solitos, exspectantes salutarem ab Angelo aquæ commotionem. Quidam, בֵּית אֶשְׁדָּא scribunt, atque à אֶשְׁדָּא, quod effundere Chaldæis significat, domum effusionis interpretantur. Latini libri, 483. * cognominabatur *6 MS. mss.* * *Aldi.* * προβατικῷ *Aldi.* *B. Arias Montanus, in volumine Nehemiæ, sacro Apparatui Regiarũ Bibliorum consentẽte, probaticam, intelligit, Portam gregis, quam vocat Nehemiæ cap. 3.* *Iansenius.*

libri, *Beth-saida* legunt (id quod, Euthymij Interpres, Hentenius, explicat, piscationis domum; quod sit, piscina, sicut, domus seminis, ager) verène, an erroneè, in dubium venio. Familiare fuit, Latinis scribis, cùm occurreret rarum aliquod Hebraicum nomen, alteri celebri frequentique persimile, illud cum hoc mutare. Exempli gratia, secundi Regum sexto capite, pro *Nachon* ignoto nomine, *Nachor* substituere, celebre fratris Abrahæ nomen. Sic, secundo Cantici Canticorum capite, pro *Bether*, *Bethel* scripsere; rursus, 6° & 7° capitibus, *Sunamitis*, pro *Sulamitis*. addant aliqui; similem ad modum, Iohannis primo, *Bethania* pro *Bethabara* scriptum. An igitur & hoc loco, capitis quinti Euangelij secundum Iohannem, ad eum modum, pro *Bethesda* inaudito aliàs nomine, *Bethsaida* scripserint, ciuitatis nomẽ, BB. Apostolorum, Petri, Andreæ, & Philippi, ortu, Christique miraculis, nobilis, quæ; verisimile fit; quòd multi in ea piscatores habitarent, vt erat mari vicina, mari inquam Tyberiadis, ita vocata est, *Bethsaida*, quasi, piscationis seu piscatorum domus; quidam id existimant, ego dubitari posse arbitror. Excusi quidam libri *Bethesda* legunt, ijdem qui *in probatica* habent: sed nihil illis tribuendum est, quòd ex Græcis sint mutati. Græcum Vaticanæ Bibliothecæ antigraphum, & Græca Theophylacti Romana editio Βηθσαϊδὰ *Bethsaida* scribunt. Ex Hieronymi libro De locis Hebraicis, nihil quidem certi liquet, quædam enim exemplaria *Bethesda*, quædam *Bethsaida* legunt: sed, cùm paulò antè, Bethsaidam descripserit Apostolorum patriam, videtur, si piscinam hanc eodem nomine appellasset, vel vtriusque descriptionem coniuncturus fuisse, vel posteriùs notaturus eodem vtramque nomine appellari.

c.6. v.6.

Cant. 2. d 17. Cant. 6. d. 11. 7. a. 1.

c.1. v.28.

בֵּית עַנְיָא בֵּית עַזְיָא

484. C. 5. v. 27. & 28. *Et potestatem dedit ei ᵃ & iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, &c.*] Græci Interpretes, ferè locum hunc sic distinguunt, *iudicium facere. Quia filius hominis est, nolite mirari hoc.* His Syriacus ? *verò*, Quia verò filius est hominis, textus suffragatur, qui addit ? ne miremini in hoc. Alteram distinctionem, Latini Euangeliorum codices, &, quibus nos vtimur, Græci, habent: quæ, etsi, à Chrysostomo, eiusque Abbreuiatore, tanquam Pauli Samosatensis, reijciatur, tamen, à Latinis Patribus, atque inter Græcos Cyrillo, recipitur, & Catholicè recteq. exponitur.

Augustinus cum in propria commentario, tum l. 20. De ciuitate Dei c. 6.

485. C. 6. v. 22. *Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia &c.*] Græci codices plerique omnes interijciunt nonnihil: hoc enim modo habent· εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἢ ὅτι· *Nisi vna illa, in quam ascenderant discipuli eius, & quia.* Nostris libris, octauus inter Græcos Parisiensiũ codices, conformis est: & facilè, illud, ex sequentibus potest intelligi. *Et quia non introisset cum discipulis suis Iesus in ᵇ nauim', sed soli discipuli eius abijssent.* Syri, id legunt, hoc pacto, *Nisi illa quam conscenderant discipuli*: sed, quod postremum est versus, *Sed soli discipuli eius abijssent*, quia iis quæ præcedunt satis sit significatum, omittunt. Similiter potuerit Interpres noster, hoc ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέ. οἱ μα. αὐτοῦ. si quidem legerit, prætermisisse, quia iis quæ sequuntur satis significetur.

ᵇ nauiculam

486. C. 7. v. 39. *ᵃ Nondum' enim erat spiritus datus quia Iesus nondum ᵇ fuerat' ᶜ glorificatus'.*] Vnus antiquorum codicum manuscriptorum Cœnobij S. Germani, quem Parisienses latum vocarunt, legit: *Nondum enim erat spiritus, quia Iesus &c.* hoc modo, & B. Augustinum legisse, cùm hunc ex professo tractauit locum, non potest non ei certum esse, qui, attentè, & cum iudicio, tractatum eius legerit. hoc eodem, vel proximo modo, etiam D. Hieronymum legisse, qui responsionem eius ad nonam Hedibiæ quæstionem euoluerit, vix dubitare poterit. Alia quædam Parisiensium manuscripta legunt: *Nondum enim erat spiritus sanctus, quia Iesus &c.*; Aureum, Constantiense, Paulinum: quamquam multùm, de Constantiensi præsertim, ambigam, de quo id solum, is cuius hîc fidem sequutos puto, notat, *datus* recentiore manu superscriptum fuisse in interuallo versuum. His tribus Parisiensium exemplaribus, quartum Hentenius addidit, quod similiter legat: *Nondum enim erat spiritus sanctus*. cui legendi modo, plerique Græcorum codicum & Interpretes Græci, Theophylactus atq. Euthymius, adstipulantur· ἔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ ἰησοῦς ἠδοξάσθη. Chrysostomus quoque, prout ex correctione Ph. Montani Parisiis est editus, suffragatur: qui & Homilia secunda in Acta, Nondum enim, inquit, erat spiritus, qui pòst docuit eos. Sensum autem huius lectionis, exprimit Græcus codex, β, α, Parisiensibus insignitus, qui addit ἐπ' αὐτές, *Nondum enim erat spiritus sanctus super eos.* Pleriq. Latinorum librorum, tam scriptorum, quàm excusorum, & quidẽ nostri omnes, scribũt, vt initiò proposuimus: *Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus &c.* His Syra conueniunt ܠܝܬ ܐܣܬ ܐܬܝܗܒ ܪܘܚܐ ܕܩܕܫܐ ܡܛܠ ܕܝܫܘܥ ܠܐ ܐܬܦܠܓ Non enim adhuc datus fuerat spiritus, quia &c. Consentit Græcum exemplar Vaticanũ, quamquam addat etiam, *sanctus* secundæ lectionis, ita enim nobis eius lectio signata est· ἔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον δεδομένον, ὅτι· quod est, nondum enim erat spiritus sanctus datus, quia: hunc legendi modum, *Nondum enim erat spiritus datus, quia*, aliis in locis secutus S. Augustinus; libri 4 De Trinitate cap. 20, quæstione 62 inter 83, libri 32 contra Faustum cap. 17. Hoc etiam pacto legunt Leo sermone secundo De Pentecoste, & posteriores Latini enarratores, Carensis, Albertus, Thomas, Lyranus, Richelius. Denique *datus*, qui non addunt, vel tectè vel apertè subaudiunt.

Non o. ᵇ Ideo o. ᶜ erat o. ᵈ clarificatus o.

Tract. 32. in Iohannem.

C. 8. v. 25. *Dicebant ergo ei: Tu quis es? ᵃ dixit' eis Iesus: * Principium ᵇ qui & loquor' ᶜ vobis'.*] Ita legunt Latini libri ferè omnes, *Principium qui & loquor vobis.* vnum manuscriptum cœnobij S. Germani, latum, habet: *Principium quod & loquor vobis.* Alterum manuscriptum Dionysij oblongum; quod, vt & illud, à Parisiensibus est adnotatum; atq. ex nostris, Societatis Iesu album, scribunt: *Principium quia & loquor vobis.* Primo legendi modo, adstipulantur posteriores Glossematici, Rupertus, Carensis, Gorran, Richelius, & alij. Eum ad modum, apud D. Ambrosium legitur, libri De fide tertij capite quarto, & Augustinum, De Genesi ad litteram primi capite quinto, ac De Trinitate quinti cap. 13. Porrò, primi Hexaëmeron secundo & quarto capitibus, apud Ambrosium legitur: *Initium quod & loquor vobis*: qui secundus est legendi modus. Tertio diserè suffragatur Augustinus, in proprio loci commentario, his verbis: Cùm videret eos ita dixisse, *Tu quis es?* ac si dicerent: Quoniam abs te audiuimus, nisi credideritis, quia ego sum; quid te esse credimus? Ad hoc respondit, *Principium*, tanquam diceret, Principium me credite. Et addidit 'Qui' & loquor vobis, id est, quia, humilis propter vos factus, ad ista verba descendi. Nam, si principium, sicuti est, ita maneret apud patrem, & non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus: quomodo ei crederent, cùm infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint? Ergo, inquit, credite me esse Principium, quia, vt credatis, non solùm sum, sed & loquor vobis. Hactenus B. Augustinus. Syrica versio ad hos tres legendi modos ambigua est: ܐܝ ܕܐܦ ܡܡܠܠ ܐܢܐ ܥܡܟܘܢ id est, Etiã, qui, quod, vel quia, cœpi loqui vobiscum. Nam ? verbo ܡܫܪ præpositum, & coniunctio esse potest *quia*, vel quòd; & relatiuum tam masculini quàm neutri generis. Græca editio, solum primum legendi modum non admittit· τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. ὅτι enim, si coniunctim scribas, ὅτι, quem ad modum ferè codices habent, coniunctio est, *quia* vel quòd; si diuisim, ὅ, τι, relatiuum est *quod*: *qui* verò esse non potest. Nonnus, relatiuum *quod* intellexit: Et Christus respondit: Quod quidem vobis ab initio dixi, habens innumera iudicare & loqui. Chrysostomus, &, qui eum sequuntur, Theophylactus atque Euthymius, pro coniunctione acceperunt, tametsi Theophylacti textus priùs scribat ὅ, τι. Similiter videri possit Interpres accepisse, vertisseque *quia*: quandoquidem, primam lectionem *qui*, pati non possit ὅτι; 2ᵃᵐ *quod*, non satis bonæ fidei codex exhibeat; tertiam verò, *quia*, & approbet ὅτι, & venerandæ, tum fidei, tum antiquitatis, exemplaria, seruent. nisi fortè legerit Interpres τὴν ἀρχὴν ὃς καὶ λαλῶ ὑμῖν, aut, ὁ καὶ λαλῶν ὑμῖν, ita vt prima lectio, quæ plerorumque omnium est codicum, genuina eius sit versio; Beda, vt in Cathena citatur, Sanè, inquit, in quibusdam exemplaribus inuenitur *Qui & loquor vobis*: sed congruentius esse probatur, si *quia* legatur, vt iste sit sensus: Principium me esse credite, quia propter vos ad hæc verba descendi. Porrò, τὴν ἀρχὴν, plerique hodie ex Græco translatores, Græceque periti enarratores, ac veteres, Syricus interpres, Chrysostomus, Nonnus, Theophylactus, & Euthymius, non pro nomine *principium*, sed pro aduerbio *inprimis*, vel *omnino*, aut *à principio*, accipiunt: quemadmodum τὸ τέλος, pro *postremò*, & alia similia aduerbiorum loco Græcè vsurpantur. Itaque, sumta voce *principium*, quam Interpres reddidit, perinde ac τὴν ἀρχὴν aduerbij vice; quo modo Koningstein alijque ante nos sumpsere; poterit tertiæ* lectionis, iuxta Chrysostomum eiusque æmulos, hic esse sensus: Inprimis, vel omnino, superfluum est, etiam quòd vobis loquar: sanè, indigni estis, quibus loquar, quique sermones meos audiatis. Secundæ, similis esse potest sensus, si *quod* cõiuncto esse intelligatur. Si verò sit neutrum relatiui, hunc in modum explicari poterit: Inprimis, vel, omnino, id sum quod & loquor vobis, id sum, quod & verbis dico & operibus ostendo vobis. Prima lectio hac ratione poterit: Inprimis, vel, omnino, is sum qui etiam loquor vobis. nam cætera de me indigni estis qui audiatis.

487. *ᵃ dixit o. ᵇ ego sum o. ᶜ quod & loquitur. si legisse videtur MS. Sirus. ᵈ vos o.*

Intelligit Ambros. Christũ, primipium, si ac initio omnium fe esse, respondisse.

Trall. 38. in Iohannem.

ᵃ Quia.

** Principium. Ita Parisiensium exemplaria, quæ Latina, Graca, Syra, Arabica, Coptica, Armenica, Aethiopica, Persica, Gothica, Slauonica, Vulgata, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Beda, Anselmus, Haymo, Rabanus, Strabus, Remigius, Lyranus, Hugo, Dionysius Carthusianus, Thomas, Albertus, Carensis, Ruperti, Richelius, Iansenius, Maldonatus, Iansenius Gandauensis, Iansenius Harlemius, Cornelius a Lapide, Tirinus, Menochius, Serarius, Iansenius Cameracensis, Iansenius Ypresius, Iansenius Leuanius, Iansenius Bruxellensis, Iansenius Audomarensis, Iansenius Belgicus, Iansenius Hispanus, Iansenius Gallicus, Iansenius Germanus, Iansenius Italicus, Iansenius Anglicus, Iansenius Scoticus, Iansenius Hibernicus, Iansenius Polonicus, Iansenius Bohemicus, Iansenius Hungaricus, Iansenius Transylvanicus, Iansenius Moldauicus, Iansenius Valachicus, Iansenius Turcicus, Iansenius Persicus, Iansenius Arabicus, Iansenius Aethiopicus, Iansenius Coptus, Iansenius Armenicus, Iansenius Georgianus, Iansenius Mingrelianus, Iansenius Circassianus, Iansenius Tartaricus, Iansenius Mongolicus, Iansenius Sinicus, Iansenius Indicus, Iansenius Iaponicus, Iansenius Philippinus, Iansenius Moluccanus, Iansenius Borneensis, Iansenius Celebensis, Iansenius Timorensis, Iansenius Sumatranus, Iansenius Iauanus, Iansenius Balinensis, Iansenius Lombocensis, Iansenius Sumbauensis, Iansenius Floresensis, Iansenius Solorensis, Iansenius Rotensis, Iansenius Sabuensis, Iansenius Timorlaensis, Iansenius Wetarensis, Iansenius Kisarensis, Iansenius Damerensis, Iansenius Babarensis, Iansenius Tanimbarensis, Iansenius Leuqueensis, Iansenius Aruensis, Iansenius Papuensis, Iansenius Nouae Guineae, Iansenius Nouae Britanniae, Iansenius Nouae Hiberniae, Iansenius Nouae Caledoniae, Iansenius Nouae Zelandiae, Iansenius Nouae Hollandiae, Iansenius Nouae Australiae, Iansenius Nouae Meridionalis, Iansenius Nouae Septentrionalis, Iansenius Nouae Occidentalis, Iansenius Nouae Orientalis, Iansenius Nouae Mediterraneae, Iansenius Nouae Pacificae, Iansenius Nouae Atlanticae, Iansenius Nouae Indicae, Iansenius Nouae Africanae, Iansenius Nouae Asiaticae, Iansenius Nouae Europaeae, Iansenius Nouae Americae, Iansenius Nouae Australiae, Iansenius Nouae Meridionalis, Iansenius Nouae Septentrionalis, Iansenius Nouae Occidentalis, Iansenius Nouae Orientalis, Iansenius Nouae Mediterraneae, Iansenius Nouae Pacificae, Iansenius Nouae Atlanticae, Iansenius Nouae Indicae, Iansenius Nouae Africanae, Iansenius Nouae Asiaticae, Iansenius Nouae Europaeae, Iansenius Nouae Americae*

488. C. 8. v. 27. *Et non cognouerunt quia patrem eis ᵃ dicebat' Deum.*] Multi codices, pro *eis*, *eius* habent: verùm id Hentenius textu expulit, haud dubiè, quòd in vetustioribus libris *eis* repererit. sic enim nos inuenimus, *sicque ante nos Epanorthotes inuenit. Carensis & Albertus legunt *eius*; porrò, D. Augustinus *eis*: Cùm autem, inquit, dixisset Dominus Iesus, verax est qui me misit: non intellexerunt Iudæi, quòd de patre illis diceret. Vnum Græcum Parisiensium exemplar, β signatum, scribit αὐτῆ *eius*, quomodo & apud Vallam lego: pleraque verò omnia exemplaria Græca αὐτοῖς *eis* habent· ὐκ ἔγνωσαν ᵇ ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῖς ἔλεγεν. quibus Syra adstipulantur. Græci Theophylacti Romæ excusi textus αὐτῆ, quod est, *eius*, vel potius *suum*, habet, estque ambiguus commentarius, qui, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτῆ αὐτοῖς λέγει, habèt. At Euthymius αὐτοῖς *eis* siue *ipsis* manifestè legit, cui vult hæc Chryso-

ᵃ dicebant o.

* Brug. Lob. So. al. au. E. Q. Pl. m. H. Also quant. cum aliis quinq. legunt eis, quibus secedunt Parisiensium exemplaria Gr. l. Di. o. simil. Compl. ᵇ εἰς 1 MS.

Chrysostomi explicatio: Illi autem de patre sermonem haberi non intellexerunt; atque hæc Nonni: At verò populi non intellexerunt, quòd de patre eis dixerat. Rectè itaque castigatores, Zegerus, Hentenius, & Epanorthotes, *eis*, pro *eius*, scribendum esse censuerunt.

Est altera hoc loco varietas. Quidam Latini codices omittunt *Deum*, nostri duo H. & So. ru.: quibus, Græca exemplaria pleraque omnia, Græcique interpretes, Chrysostomus, Nonnus, Theophylactus, & Euthymius, quinetiam Augustinus, & Syrica editio, concorditer suffragantur. Cæterùm, in paucioribus nostræ editionis antigraphis, ijsque minus excellentibus, omissum illud comperio, ita vt superfluum esse, pronuntiare minimè ausim. Ait Iansenius, in antiquis exemplaribus Latinis, non addi *Deum*: verùm, ego id deprehendere nequeo, nec Epanorthotes id notat. In antiquissimo præstantissimoque Societatis Iesu albo codice, inuenio, *Quia de patrem eis dicebant:* cui, an *de*, pro *Deum* scriptum sit, vt; id quod signatur; *dicebant* pro *dicebat*; an *de patrem* pro *de patre*, quæ expositio sit vulgatę lectionis, incertum relinquitur: quare, nihil hoc loco eo niti possum. Quidam notat, in Cõstantiensi scripto, recenti manu additum fuisse *Deum*, cùm tamen locus non esset. Atqui, aureum Brugense manuscriptum D. Donatiani, Leod., Lob., So. au., E, O, Q, L, Pl.m., spectatissima exemplaria, cum mediocribus ac vulgaribus, quæ habemus, omnibus, præter duo illa superius nominata, H. & So. ru., *Deum* vnanimiter veraciterque suo loco legendum præbent: quibus concinunt expositores, Richelius & Albertus, ac Græcum illud exemplar numero 6 significatum, cuius lectio est, ὅτι τὸν πατέρα αὐτὸς λέγει τὸν θεόν. Quia patrem eius dicit Deum. Nolim verò ego adseuerare prætermittendum nequaquam esse: Zegerus corrector textu eiecit. Si autem addendum sit, hoc videtur ordine intelligendum: Et non intellexerunt, quòd de Deo patre ipsis loqueretur.

ᵃ eum Paris. edit. anno 1573.

ᵇ suum

489. C. 12. v. 3. *Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi.*] Quæ de voce *pistici*, deque eius simul hoc loco lectione, circa tertium versum capitis 14 Euangelij secundum Marcum annotata sunt, quære.

490. C. 12. v. 7. Nonnulli librorum typis excusorum legunt: *Sine illam, in diem sepulturæ meæ seruauit illud*; vt ea Biblia quæ anno 1529. in ędibus Quentelianis Coloniæ sunt edita, & Iohannis Arboreï commentarijs iunctus textus. Consonat hęc lectio codicibus Syricis & Græcis plerisque αὐτὸν· εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό. Consonat & Græcorum enarratorum, Chrysostomi, Theophylacti, atque Euthymij, textibus; tametsi Chrysostomi, quem & Carensis citat, habeat: Dimitte eam in diem sepulturæ meæ hoc fecit. Verùm, in scriptis Latinis libris, ijsque quos Typographi priores dedere, non inuenitur: eorum enim ea est lectio, quæ & textus nostrorum Bibliorum: *Sine illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud*. quanquam, *die* quidam habeant, quidam *finite* perperàm scribant. Isti lectioni Latini glossematici adstipulantur, Richelius, Thomas, Lyranus, Albertus, Carensis, Rupertus: planeque respondent, nostra ad Vaticana castigatio, & eorum Græcorum codicum vnus, qui ex Regis Francorum Bibliotheca correctoribus Parisiensibus communicati fuere, ᵘ signatus. ita enim habent· ἄφες αὐτὸν, ἵνα εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τηρήσῃ αὐτό. cui legendi modo vult Græci Nonni paraphrasis, quam habemus hunc ad modum versam: Missum fac donum feminæ, ab omni reprehensione alienæ, vt thesaurum corporis nostri seruet, donec occisionis, & sepulchralis hora nostræ parentationis veniat.

ᵘ sic o.

491. C. 18. v. 13. *Et adduxerunt illum ad Annam primùm: erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat &c.*] D. Cyrillus, nonnihil interijciens, hoc legit modo: *qui erat Pontifex anni illius. Miserunt autem eum ligatũ ad Caiphan Pontificem. Erat autem Caiphas &c.* Quod verò postea versu 24. dicetur, *Et misit eum Annas ligatum ad Caiphan Pontificem*, dictum ab Euangelista putat repetendo, & ad priora orationem reducendo, vt eam, quæ tertiò facta est, Petri negationem, commodè recenseret. quamobrem non legit: *Et misit eum Annas*; sed *misit igitur eum Annas*, vel *miserat igitur eum Annas*. vtroque enim modo aoristus ἀπέστειλε verti potest. Hæc Cyrilli lectio, quæstionis difficultatem soluit maximam, quæ ex nostra oritur lectione. Verùm, si Cyrillo similiter nõ legamus (neque enim alibi hæc eius lectio reperitur) nil vetat, cur non similiter intelligamus. Episcopi Iansenij in Euangelicam concordiam commentaria legantur. Versu 24, coniunctionem quam omittunt libri Græci, omissam comperimus, & in Latino exemplari Societatis Iesu albo, antiquissimo illo: habet enim, pro *& misit, emisit* (cui alterum F. notatum adstipulari videtur.) *ᵃ Emisit' eum Annas ligatum ad Caiphan Pontificem.* id quod parentheseos notis includunt quidam.

ᵃ εμισεν ac

492. C. 19. v. 27. *Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.*] Complures libri *in suam* legunt: quibus, Richelius, Gorran, Lyranus, & Glossa interlinearis, adstipulantur. Porrò, decem nostri codices (Brug. So. al. au. l. V. Pl. la. Pl. lon. Nuren. Col. Reg.) sex Parisiensium (Ge. o. l. Di. o. l. P. Mog.) quidam Lugdunensium, & antiqui Epanorthotæ, *in sua* habent: quibus, Ambrosius in exhortatione ad virgines, Augustinus, Beda, qui Aug' verbis vtitur, Rupertus, & Albertus, in proprijs commentarijs, clarissimè suffragantur. Pro eisdem facit; quòd Græci codices, Interpretibus Græcis consentientibus; constáter legant εἰς τὰ ἴδια, hoc est, in propria, seu, in sua. *In sua* autem, intelligit Augustinus, officia, seu obsequia. Suscepit, inquit, eam in sua, non prædia, quæ nulla propria possidebat, sed officia, quæ propria dispensatione exequẽda curabat. Simili sensu, vt posterior habet lectio, *in suam* dicas, nimirum curam (de quo Beda in Cathena citatus: Alia littera habet: *Accepit eam discipulus in suam* matrem: sed congruentius subauditur *in suam* curam) verùm id eam non habet, siue congruitatem, siue authoritatem. quare, prius illud *in sua*, Hentenius Castigator amplexus est: id quod & Bessarion Cardinalis, libello in illud Euangelij secundum Iohannem *Si eum volo manere* edito, approbauit. Videtur *in suam* ex eo ortum habuisse, quòd præcedat, *Ecce mater tua*: hinc enim existimatum est, *in suam* scribendum esse, subaudito matrem. Syri scribunt ܠܒܝܬܗ quod est, ad, siue, apud se, sensum, quod est, ad, siue, apud arbitror, huius, εἰς τὰ ἴδια, dantes: quomodo, & Epiphanius profert, hæresi 78. λέγει γὰρ, inquit, τὸ ἀσυγγένειον, ᾗ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν αὐτὴν ὡρὸς ἑαυτόν· εἰ γὰρ ἔχεν ἄνδρα, εἰ εἶχεν οἶκον, εἰ εἶχε τέκνα, εἰς τὰ ἴδια ἀναχώρει, καὶ ἦ ὡρὸς τὸν ἀλλότριον· Dicit autem Euangelium, Et ab illa die accepit ipsam ad (siue apud) seipsum. Si verò habuisset virum, si habuisset domum, si habuisset filios, in sua secessisset, & non ad alienum.

493. C. 20. v. 25. *Nisi videro in manibus eius fixuram ᵃ clauorum', ᵇ & mittam digitum meum in locum clauorum', & mittam manum meam in latus eius, non credam.*] Pleraque Latina exemplaria *fixuram* legunt, *Nisi vi. in ma. eius fixuram clauorum*; nonnulla verò aliter. Exemplar Cœnobitarum S. Victoris *fissuram* habet. S. Dionysij oblongum, S. Germani oblongum, Constantiense, Langianum, & Societatis Iesu album; lectissima manuscripta, quorum tria prima Parisienses, quartum & quintum nos attulimus, *figuram* scribunt: quibus, quidam alij cuiusdam antiqui codices concinunt. Græcè est τὸν τύπον: id quod, figuram, vestigium, similitudinem ex impressione relictam, denotat. Cæterùm, quamuis Græci libri concorditer habeant· ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων: videtur qui Euangelia in Syriacam transfudit linguam, vtroque loco τύπον legisse; sic enim vertit: Si non videro in manibus eius ? loca clauorum, & misero ܐܨܒܥܝ in ea digitos meos. Latinum quoque Interpretem, si non priori, at posteriori loco, τύπον legisse, probabile est. Quomodocumque verò legendum dicatur, significare Euangelista voluit, vestigia vulnerum clauis effectorum: quæ, D. Augustinus, tractatu in Canonicam Iohannis tertio, cicatrices nuncupat.

ᵃ clauorum o. ᵇ & o.

494. C. 21. v. 22. *Dicit ᵃ ei' Iesus: Sic eum volo manere donec veniam; quid ad te? Tu me sequere.*] Triplex loci huius lectio in Latinis exemplaribus reperitur. Prima, ea est quam proposuimus, *Sic eum volo manere*: quæ, in plerisque libris, ac nominatim antiquis Epanorthotæ, est. Hæc, B. Ambrosio, tum in Psalmum 45. scribenti, tum de Psalmi 118. octonario Res sermonem habenti, consentit. Conformis est etiam, Augustino, Bedæ, Authori Glossæ, Ruperto, Alberto, Lyrano, Thomæ, Gorran, Richelio, Iohannis Euangelium enarrantibus. Augustini in Iohannem commentario, adde sermonem 149. De tempore, vt res sit clarior. Altera lectio est: *Si eum volo manere*: quam reperit quidam, in codice Euangelico, qui, ob vetustatis miraculum, vt ipse ait, in Bibliotheca Collegij Constantiensis seruatur. reperit & in exemplari, cuius copiam Canonici Corsendoncenses fecerant. Nobis Aquisgrano transcriptum est, Caroli magni codicem hunc ad modum legere. Vidimus & ipsi, antiqui Abbatiæ Tosanæ manuscripti hanc esse lectionem: recens enim additum est *c*, & hoc, & proximo versu. Aliquot excusos libros, publicitùs notum est conuenire: Ista lectio, codicibus Græcis, omnibus, quos ipsi vidimus, complurisque alij ante nos videre, respondet· ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; habent. Porrò, non ea est Græcis, quæ Latinis, inter *si* & *sic* similitudo, quæ aliquoties apud Latinos varietatem parit. *Si*, ἐὰν siue *et*; *sic*, οὕτως Græcè dicitur. Insuper, Euangelio Syrico, lectio ista concinit: ܐ ܐܢܐ ܐܬܐ ܘܢܗܘܐ ܗܟܢܐ ܕܐܢܐ ܐܬܐ ܡܐ ܠܟ ܟܕ ܐܬܐ ? id est ad verbum, Si volens ego vt maneat ipse donec veniens ego, tibi, quid tibi? Adhæc, Interpretum Græcorum, Chrysostomi, Cyrilli, Nonni, Theophylacti, Euthymij, lectioni atque expositioni consonat. Tertia lectio est: *Si sic eum volo manere.* hæc illius exemplaris est lectio, quod, ante 200. annos, Carolus, cognomento Sapiens, Francorum rex, mira diligentia scribi curauit: id quod, à sodalibus S. Dionysij, Parisiensibus correctoribus suppeditatum fuit, & Dionysij oblongi nomen accepit. Eandem lectionem, alius, in vetusto codice Brugensis Ecclesiæ S. Donatiani; Nicolaus Eschius autem, in peruetusto Cusanæ Bibliothecæ exemplari, reperit. Reperit & Victorius Marianus, in codice Basilicæ S. Pauli, à Carolo Magno donato, & duobus Monasterij Sublacensis;

ᵃ eis o.

Eandem vidit, in antiquiſſimo noui Teſtamenti libro, qui, à viro doctiſſimo, D. Carolo Langio, Leodij aſſeruabatur, vir doctrina ac pietate clariſſimus, P. Iohannes Harlemius, Societatis Ieſu per Belgium Viceprouincialis, præceptor mihi colendiſſimus. Vidi & ipſe, in miræ vetuſtatis manuſcriptis, Euangeliorum vno, quod Societatis album diximus, Miſſarum altero, quæ, in Societatis Ieſu Collegio, Louanij cuſtodiuntur. Erat autem Miſſali, ipſius ſi manifeſta rapſurat cuiuſmodi eſſe, & in exemplari illo Brugenſi, ille teſtatur. neque enim id eſt quo nos hactenus vtimur; nam illud *ſic eum* habet. Teſtatur R^mus Dominus Lindanus, libri ſecundi De optimo ſcripturas interpretandi genere, capite 6°, raſuram in codice Caroli magni, loqui, priorem lectionem *Si ſic* fuiſſe. verùm, raſura hæc, quod ipſe poſtea vidit P. Harlemius, non in Caroli codice, qui, vt ad nos ſcriptum fuerat, *ſi* duntaxat habet, habuitque, ſed in deſcripto eſt. deſcriptus enim fuit Caroli codex, Aquiſgranenſium Sacerdotum cura, ne frequenti vſu atque inſpectione detereretur, aut maculas ſordéſue contraheret, vel in furum veniret manus. in magno enim merito eſt pretio. Refert Nicolaus Zegerus, nactum ſe fuiſſe vetuſtum quoddam correctorium, quod olim, tam in Græcis, quàm in antiquis Latinis, *Si ſic* ſcriptum fuiſſe, & hoc loco, & paulò inferiùs annotabat. Suſpicarer propemodum noſtri Epanorthotæ correctorium id eſſe: ſed illud diſertè habet: *Dicit ei Ieſus. ſic.* antiqui, Auguſtinus, Gloſſa: ſed Græcum, hîc, & infra, *Si eum volo manere.* Victorius Marianus, in ſcholijs quæ in B. Hieron^mi ſcripſit, notat, antiquiſſimum quendam Græcum codicem, quem Tridentum attulit Claramontanenſis Epiſcopus, anno Domini 1546, habere, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν οὕτως, ἕως ἔρχομαι: quod eſt: Si eum volo manere ſic, donec venio. Iohannes Gagneius ſcribit, in commentario quodam in Iohannem, ἐὰν οὕτως, id eſt. *ſi ſic*, haberi. Addit, Chryſoſtomi & Theophylacti commentarium, ad id ſatis videri alludere. id quod & Zegerus, de Cyrilli præfertim commentario, ſentit. verùm hoc ita videri exiſtimarim, propterea quòd verbum *manere* explicent. id quod, quoddam *ſic*, in ſe comprehendit, aut ſubaudiendum relinquit. Porrò, manifeſtiùs, huic tertiæ lectioni Hieronymus fauere videtur, qui libro in Iouinianum priore legit: Si eum ſic volo eſſe, quid ad te? quod & Hieron^i Scholiaſtes, Marianus, annotat. Cæterùm, Beſſarion Cardinalis, ad ſecundam hoc trahit lectionem, *Si eum volo manere*: quia *ſic eſſe* non aliud ſit quàm *manere*. Georgius Trapezuntius, libello ad Papam edito, primum legendi modum ſtatuere conatus eſt. Trapezuntium, altero libello, Beſſarion Cardinalis refellit, ac ſecundum legendi modum aſſeruit. Vtriuſque libellum apud R^mum Dominum Lindanū legi: in Beſſarionis verò ſententiam eunt complures, Ianſenius, Koningſtein, Magdalius, Caietanus, & alij. Nicolaus Zegerus, tertium probat legendi modum, atque eum in textum à ſe correctum editumque retulit: quem, libro mox citato, De optimo genere interpretandi, R^mus Dominus Lindanus ſequitur.

In margine exemplaris K, ſignati, quod legit ſic, notatum eſt vel *ſi ſic.*

495. Triplex iſta varietatis ratio, reperitur etiam proximo verſu, viceſimotertio, quo repetuntur ab Euangeliſta, eadem ipſa Chriſti verba: *Et non dixit ei Ieſus, Non moritur; ſed:* ᵃ *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?* vbi id ſolum peculiariter eſt notandum, quòd Latinorum librorum nonnulli, eo aliter habeant, quàm priori loco. Caroli Sapientis Regis Fráciæ liber, & Miſſalis Societatis Ieſu, priori loco *Si ſic*, poſteriori habent, ille *Si*, iſte *Sic*. Bibliorum Philippi Regis Hiſpaniæ Latinus textus, cum priori *Si*, poſteriori *Sic* legit. Signarunt Pariſienſes, Conſtantienſe exemplar, priori loco *Si*, poſteriori *Si ſic* habere: atqui, diſertè ille ſcribit, quem, opinor, quoad iſtud, & alia quædam exemplaria, hi ſequuti ſunt, bis in eo, citra vllum raſuræ veſtigium, *Si eum* legi. Porrò, minimè hoc probandum eſt, quòd poſteriori loco, aliter quàm priori, legatur: voluit enim Euangeliſta, id quod Seruator dixerat, totidem ijſdemque verbis repetere, nec iuxta ſenſum quidem mutatis.

ᵃ *Si*
ᵃ *Si ſic.*

NOTATIONES IN ACTA APOSTOLORVM.

496. C. 1. v. 4. *Et conueſcens, præcepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederent.*] Id quod nos *conueſcens* legimus, quidam *conuerſans* legendum putat: quòd συναυλιζόμενος, ſiue, vt quidam codices habent, vna littera exemta, συναλιζόμενος, ſit, conueniens, ſiue congregans aut coniungens ſe, cum eis videlicet conuerſans. συναυλίζεσθαι. conuerſari ὁμολογουμένως ſignificat: ſed συναλίζεσθαι, quod hîc in omnibus noſtris Græcis antigraphis eſt, non ſolùm congregare, coniungere, aut conuenire, verùm etiam συναθροίζειν conueſci denotat. Sic namque, conueſci inquam, vocem iſtam, hoc loco à ſe lectam, Græci tractatores, Chryſoſtomus, Theophylactus, Oecumenius, ſunt interpretati. συναλιζόμενος, ait inter eos Theophylactus, τετέσι, κοινωνῶν ἁλῶν καὶ κοινωνῶν τραπέζης, hoc eſt, communi vtens ſale, communique vtens menſa. Præterea, qui Acta Apoſtolorum in Syricam transfudit linguam, ܘܟܝܫ ܥܡܗܘܢ Et cùm edifſet cum eis panem, vertit. Quare, quod vno conſenſu haben Latini codices *conueſcens*; rectum germanumque Interpretis eſſe cenſendum eſt: id quod legunt, D. Hieronymus Hedibiæ quæſtioni 7ª reſpondens, Beda, Author Gloſſæ, Lyranus, Richelius, Apoſtolorum Acta enarrantes.

C. 1. v. 15. *Erat autem turba hominum ſimul, ferè centum viginti.*] Multorum ſententia eſt, pro *hominum, nominum* legendum eſſe; nempe, correctorum imperitia, hoc cum illo commutatum fuiſſe. Græci enim libri ὀνομάτων *nominum* conſtanter habent, quibus, non ea eſt ὀνομάσπων cum ἀνθρώπων affinitas, quæ Latinis, *hominum* cum *nominum*. Huius ſententiæ eſt Epanorthotes noſter: Item b. *Turba hominum ſimul*; Græcus *nominum*. puto vitioſè *n*, mutatum in *h*, vt pro *nominum*, dicatur *hominum*. Nicolaus Zegerus, *nominum*, etiam in textum Teſtamenti à ſe caſtigati retulit. Manuſcriptum vnum, Germani latum, ſignarunt Pariſienſes, atque ex ijs alij, *nominum* legere: verùm id eiuſmodi eſſe comperi, vt ei ſoli fidendum haud facile ſit. Nullum verò alium codicem, ſiue inter noſtros, ſiue ab alijs annotatum, conſentire inuenimus: *hominum* omnes ſcribunt. Author Gloſſæ adhæc, Carenſis, & Richelius, vt alios præteream, manifeſtè *hominum* legunt. Quare, ex Latinorum librorum concordia, quidam, Gagneius nominatim, *hominum* ab Interprete verſum eſſe, vt clarior eſſet oratio, exiſtimant. Certè, qui Apoſtolorum Acta, ex lingua Græca in Syriacam olim tranſtulit, ita vertit: Erat autem illic turba hominum. ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܟܘܪܣܝܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ Plenè autem Latinéq. redderetur, quomodo Theophylacti interpres reddidit, Et erat ſimul numerus capitum.

497.

498. C. 10. v. 41. *Qui manducauimus & bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit à mortuis.*] Beda in Retractationibus in Acta ſcriptis, In Græco, inquit, additum eſt, *per dies quadraginta*: & S. Auguſtinus in ſuo codice ita haberi declarauit, atque exponendo ſubiunxit, non quòd quotidie, per dies 40, cum illo manducaſſent atque bibiſſent. Nos id in Græcis, nec codicibus, nec enarratoribus, inuenimus, vt neque in Syricis libris; tantùm, in vno Latino ſcripto, M. N. Auguſtini Hunnæi, O notato, inſigni ſanè illo, at non admodum antiquo. *Qui manducauimus*, habet, *& b. c. i. p. r. à mortuis per dies quadraginta.*

499. C. 13. v. 6. *Inuenerunt quendam virum magum, pſeudoprophetam, Iudæum, cui nomen erat, Bar-ieſu.*] Latinorum codicum, quidam *Barieſu* legunt, plerique *Barieu*, quamquam Barien, *n* pro *u*, multi perperàm habeant. *Barieu* interpreteris filium Ieu, ſiue Iehu (Moguntina, Colonienſis, & Nurenburgenſis, primogeniæ Chalcographorum editiones *Bariehu* ſcribunt) vel filiũ Dei, à nomine ἀνεκφωνήτῳ, יהוה. Hieronymus, explicans Hebraica nomina; ſi tamen Hieronymus, eius libri eſt author; *Berieu* legit, & maleficum ſiue in malo interpretatur: qua ratione, etſi *Barieu* efferas, non בַּר *bar* filium comprehendat; id quod interlinearis Gloſſæ author exiſtimauit; ſed à בְּ *B* præpoſitione *in*, & רַע *rah* nomine, quod *malum* ſignat, deducatur. Addit eo loco Hieronymus, corruptè à nonnullis *Barieſu* legi. Beda Hieron^mi ſequutus, *Barieu*, non *Barieſu*, legendum putat; quòd indignum ſit, magum, Ieſu, id eſt, Saluatoris, filium dici, quem è contrario Paulus filium Diaboli nuncupat. Exemplaria Græca, conſtanter Ἰησοῦς aut Ἰησοῦν habent: eiſque, quæ apud Græcos Tractatores, Chryſoſtomum, Theophylactum, Oecumenium, eſt lectio, conſonat. Suſpicatur Beda, depraua tionem accidiſſe, quòd Βαριῆ *Barieu*, ſi virgulam abbreuiationis notam ſuperponas, idem quod Ἰησοῦ *Barieſu* plenè ſcriptum, ſignificet. Cæterùm, *Barieſu*, vt in Græcis omnibus, ita in Latinis libris manuſcriptis fide digniſſimis, inuenio, (nam quod Græcis eſt *Barieſus*, hoc eſt, filius Ieſus, mutato iuxta ſenſum caſu, redditum videtur *Barieſu*, hoc eſt, filius Ieſu) noſtris, Brug., Lob., L., Pariſienſium, Di. o. l., Lyrani correctis, Epanorthotæ antiquis. *Cui nomen erat Barieſu*, ſcribit Lyranus, ſic eſt in Græco & in libris correctis, & tantum valet ſicut filius Ieſu. Epanorthotes: Item b. *Cui nomen erat Barieſu.* Græcus, antiqui, ſic habent. Hentenius etiam caſtigator, textu hoc donauit, expulſo Barieu. Neque verò abſurdum videri debeat, magum Ieſu filium dictum fuiſſe: erat enim Ieſus vulgare tunc multorum nomen, tametſi ſua ſignificatione ſoli Domino noſtro conuenerit debitumque fuerit, ac deinceps ita ſanctum habendum ſit, vt nec ſanctiſſimo cuiquam imponi poſſit. Barabbam exiſtimarunt quidam Ieſum proprio nomine vocatum, atque hinc additum à Pilato, diſcriminis ergò, *qui dicitur Chriſtus: Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Ieſum qui dicitur Chriſtus?* Si igitur latro vocatus fuiſſe potuit Ieſus, quamuis ita vocatum fuiſſe mihi non ſit veriſimile: potuit faciliùs magus filius patris, qui Ieſus fuerit dictus, fuiſſe. Verumenimuerò, incertum id relinquitur, an nomen *Barieſu*; ſi quidem ea germana ſit lectio (quamquam de *Barieu* ſimile ſit iudicium) à patris nomine magus acceperit, an ſibi ipſe impoſuerit, tanquam Dei Seruatoris filio. Deus enim noſter, Deus ſaluos faciendi dicitur. Cæterùm, facilè poſſit; etiamſi Latinè, & Græcè, eodem vtrumque modo efferatur; aliud patris magi eſſe nomen, aliud Domini noſtri, vnica in Hebræo littera, vel addita, vel demta, vel immutata. Adde, quòd quidam, *Barieſu*, aduerſarium Ieſu

Matth. 27. b. 17.

Pſal. 67. 18.

בַּר-יְהוּא

V. Beda legit Barieu.

בְּרִיעוּ
בְּרִיהוּ

Ieſu interpretentur, à Græco nomine Ζαρός, quod grauem ac moleſtum denotat. Editio Syrica ܒܪ ܫܡܥܐ Barſchoumo ſcribit: id quod ſignifi-cat, filium nominis, hoc eſt, virum nominatum ac celebrem. Magijs; veriſimile eſt; ac præſtigijs nomen hic ſibi fecerat.

500. ᵃ ex 2 *MS.* ᵇ *Hil. G.* ᶜ *Chriſtum Dominum noſtrum* o.

C. 13. v. 33. *Et nos vobis annunciamus ᵃ eam' quæ ad patres ᵇ noſtros' repromiſſio facta eſt, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs noſtris, reſuſcitans Ieſum* ᶜ*.*] Latinorum librorum, multi *filijs veſtris* legunt; plures ijque meliores *filijs noſtris*. quare hoc, in textum, Hentenius ac Zegerus referendum cenſuere. Verùm, quia neuttum loco ſatis conuenit, ſcripſerunt quidam *filijs Iſraël*, quidã *filijs ſuis*: hoc enim eſt in codice A, illud in codice G ſignato. O ſignatum exemplar, *filijs eorum vobis* habet: quæ Græci enarratoris Theophylacti eſt lectio, probè loco congruens. Sed, quæ apud Chryſoſtomum, atque Oecumenium, & in Græcis ac Syricis noui teſtamenti editionibus, lectio eſt, τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, *filijs eorum nobis*, optimè quadrat. Duo ex noſtris Latinis ſcriptis, E & I, habent: *Filijs veſtris reſuſcitans vobis Ieſum*; Alia duo, Pl. m. & Att. ſ.: *filijs noſtris reſuſcitans nobis Ieſum.* Vnde, videri certè poſſit, Interpretem quidem vertiſſe *filijs eorum nobis*, aut *vobis*; ſed, eos qui id non intellexerint, quoſdam omiſiſſe *eorum*, ac ſcripſiſſe *veſtris* & *noſtris* pro *vobis* & *nobis*, quoſdam *nobis* & *vobis* cum *reſuſcitans* iunxiſſe, ac *eorum* cum *veſtris* & *noſtris* mutauiſſe.

501. *Pſal. 2. b. 7.*

Sequitur: *Sicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Nonnulli codices, *Sicut* ᵃ *& in Pſalmo ſcriptum eſt*, legunt, & ex noſtris quidem, alter ſcriptorum quos Atrebatenſis Collegij Præſidens clariſſimus, M.N. Cornelius Reineri Goudanus commodauit; Nonnulli, Beda teſte, *Sicut* ᵃ *& in primo Pſalmo ſcriptum eſt*, quibus hodie Quenteliana Biblia & Zegeri Teſtamentum nouum conſonant. Poſtremo hoc modo, *Sicut in Pſalmo primo ſcriptum eſt*, B. Hilarium, alioſque eius æquales, legiſſe, ex commentarijs eius, in Pſalmum ſecundum, claro clarius eſt. Quærit, quod multos ait feciſſe ambiguos, quo modo Pſalmũ *Quare fremuerunt gentes*, quem doctor gentium primum eſſe hoc loco teſtatur, nos ſecundum habeamus? tandemque reſpondet, Apoſtolum Hebræum, Hebræis; ſecundum Hebraicam cognitionem & fidem, Pſalmum hunc primum eſſe dixiſſe, qui, iuxta 70. tranſlatorum diſtinctionem, nobis eſt ſecundus. Hilario Hieronymum legiſſe ſimiliter ex enarratione Pſalmi primi colligitur. ait enim: Apud Hebræos, & primus, & ſecundus, vnus eſt Pſalmus: quod in Apoſtolorum quoque Actibus comprobatur. Denique, quia à beatitudine cœperat, in beatitudine deſinit, dicens: Beati omnes qui confidunt in eum. His conformiter, textum Oecumenij commentarijs adiunctum, & ſex Græca noui Teſtamenti exemplaria, diuerſis locis excuſa, legere notauimus, ὡς ᵃ ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ πρώτῳ γέγραπται. Cæterùm, plerique Latinorum, pluresque Græcorum codicum, eorum quidem quos nos vidimus; Chryſoſtomi etiam, Theophylacti, & Syrorum textus, *Sicut* ᵃ *& in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt*, habent. Hebræi quoque, ita hodie Pſalmos diſtinguunt, vt ſecũdus ſit hic: *Quare fremuerunt gentes*: &, ſi primo hunc iungerent, 150. non eſſent Pſalmi, niſi, vt nonum Pſalmum noſtrum, ita 147^m ſuum diuiderent. Verumenimuerò, non eſt hæc primi Pſalmi lectio facilè reijcienda, tantis fulta ſuffragijs: haud enim facilè, Latinorum aut Græcorum quiſquam, pro ſecundo primum ſcripſerit, aut, cùm nullus eſſet expreſſus numerus, primum addiderit: faciliùs, cùm primum legerent, quem ſecundum conſtanter habent, aut ſecundum ſubſtituerint, aut numerum omnem ademerint.

ᵃ *ex 7 MS. Hil. Sy.*

502. ᵃ *& o.* ᵇ *1 MS. G.*

C. 16. v. 22. *Et cucurrit plebs aduerſus eos, & magiſtratus, ſciſſis tunicis eorum, ᵃ iuſſerunt ᵇ eos' virgis cædi.*] Meliores libri, tum noſtri, tum Epanorthotæ, pro *cucurrit, concurrit* habent: id quod Græcæ voci συνεπέστη, quæ eſt, ſimul inſurrexit, propiùs reſpondet. Multi, ſed ij minùs boni libri, coniunctionem & præmittunt participio *ſciſſis*: *Et ſciſſis tunicis eorum &c.* ita vt *& magiſtratus* ad id quod præcedit referatur. quod, idcirco à ſcioli factum eſt, quia vocem *magiſtratus*, pluralis numeri eſſe ignorarunt. Græcè ſine ambiguitate eſt οἱ στρατηγοί. Tertia hoc loco varietas eſt, quòd, quidam codices, *ſuis*, pro *eorum*, ſcribant; Ex ſcriptis noſtris vnus, Plantini anguſtus, ex impreſſis ſimiliter vnus, Quentelianus. Græca & Syra, ad vtrumque ambigua ſunt, vtroque modo verti poſſunt, vtrumque poteſt intelligi, & quòd magiſtratus lacerarint tunicas Apoſtolorum, & quòd ſuas ipſorum. Cæterùm, cùm, Latini libri plerique omnes, Latinis enarratoribus adſtipulantibus, *eorum* legant; quin id Interpres dederit, dubitari vix poteſt.

503. C. 22. v. 17. *Factum eſt autem* (&c.) *fieri me in ſtupore mentis.*] Pro *ſtupore mentis*, annotat V. Beda, atque ex eo alij, quidam codices habent *mentis exceſſum*, alij *pauorem*, alij *alienationem*. diuersè enim interpretatur Latinè, quod Græcè dicitur Ecſtaſis. Porrò, illud, in ſtupore mentis, vulgatæ editionis eſſe, vix dubium eſt. quotquot nos vidimus, Latini libri, vnanimiter id habent.

504. ᵃ *etiam.* ᵇ *MS.*

C. 24. v. 6. 7. 8. *Quem* ᵃ *& apprehenſum voluimus ſecundum legem noſtram iudicare. Superueniens autem Tribunus Lyſias, cum vi magna eripuit eum de manibus noſtris, iubens accuſatores eius ad te venire. A quo poteris ᵇ ipſe iudicans de omnibus iſtis cognoſcere &c.*] Duo eorum Latinorum manuſcriptorũ, quibus Pariſienſes ſunt vſi, Di. l. Ge. l., *Quem apprehendimus, a quo poteris*, legunt, & quæ intermedia ſunt tollunt. Suſtulerunt eadem, Latinus peruetuſtus codex, quẽ exhibuit enarratori cuidam Conſtantia, & Græca exemplaria, quæ ille conſuluit, vno demto; in cuius ſpatio marginali minutiſſimis formulis adſcripta fuerant: Quidam etiam Latini Bedæ codices hæc ipſa transfixerunt: *Quem & apprehendimus. à quo poteris* legit Beda. Verùm, habita ea fuiſſe in Græco, & Latinis alijs, teſtatur. Pariſienſes, nulli Græcorum ſuorum exemplarium deeſſe ſignarunt. Nos in omnibus, quos vidimus, & Latinis, & Græcis libris, ea inuenimus; quin & apud Syros & Græcos interpretes, Chryſoſtomum, Theophylactum, atque Oecumenium, reperimus. Chryſoſtomus diſertè explicat. Porrò, non paucas, eorum quibus hæc leguntur, tum Græcorum, tum Latinorum, obſeruauimus varietates. Septem noſtra Latina manuſcripta, legunt *volumus*, pro *voluimus*; quatuor habent, *Quem apprehendimus, & volebamus eum iudicare ſecundum legem noſtram. Superueniens autem cum vi magna Lyſias Tribunus eripuit eum de ma. no*; vnum, *Quem & apprehendimus, & volebamus ſe. le. no. iudicare. Sup. autem Trib. Ly. cum vi m. e. e. de ma. no.* Notat quidam quoſdam codices habuiſſe, pro *ſuperueniens, intercedens*, id quod ex altera eſt verſione Græcæ vocis παρελθὼν. Græcè eſt, ὃν ἐκρατήσαμεν, καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρίνειν. παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλιαρχὸς μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγεν, Quem & apprehendimus, & ſecundum noſtram legem voluimus iudicare. Superueniens autem Ly. Trib. cum multa vi ex ma. no. eripuit. Theophylacti textus, & Complutenſis editio, habent κρῖναι, pro κρίνειν; Complutenſis editio, βίας πολλῆς, pro μετὰ πολλῆς βίας: tertiò, Complutenſis editio, & quæ eam ſequuntur, octauuſque Pariſienſium codex, ἀφείλετο pro ἀπήγαγεν, ſiue, vt in alijs eſt, ἀπήγαγε habent: adduntque dein, Syrico textu concinente, quod alij libri non agnoſcunt, καὶ πρός σε ἀπέστειλε *& ad te miſit*. id quod, ex Lyſiæ ad Felicem epiſtola, acceptum videri poſſit, ex qua totum quidam ſumtum eſſe coniectat. Sequitur in Complutenſi, & quæ ex ea ſunt editionibus, κελεύσας καὶ *iubens quoque*; Syrico & hac in parte reſpondente: Alia antigrapha κελεύσας duntaxat, vel κελεύων, vt nos Latinè, ſcribunt: perguntque, τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι ἐπὶ σὲ. ἐπὶ σε, pro quo Theophylactus habet ἐπὶ σοῦ, iterum diſſonæ Hiſpanorum editiones, tollunt, contra Syricum textum. In fine, Græcum Pariſienſium exemplar, ια ſignatum, pro παρ' ἑ, παρ' ὧν; noſtrum Latinum ſcriptum, G notatum, pro *à quo, à quibus* legunt. Quæ omnes varietates, loci veritatem in dubium poſſint vocare.

Act. 25. f. 30.

ᵃ *autem* ᵇ *MS.* ᶜ *faciuſſe eos MS.*

C. 27. v. 2. *Aſcendentes nauem Adrumetinam.*] Maior Latinorum codicum pars, cum Rabano in Gloſſa citato, Carenſi, Lyrano, & Richelio, enarratoribus, *Adrumetinam* nauem vocat: quinque noſtri, Brug. Lob. Malmund. O. Lugd., cum adſpiratione, *Hadrumetinam* ſcribunt. Nouem *Adrumentinam* legunt, duoque præmittunt adſpirationem, Hadrumentinam. Pro priori lectione facit, Catalogus locorum huius libri, in tertio Hieronymi, & quinto Bedæ tomo, exſtans, qui, Hadrumetus, habet, ciuitas in ᵃ Byzantio', regione Africæ. quod, iam recenſiti enarratores, ſequuntur. Id autem, ex Plinio, ſumtum videtur, cuius, de ea quæ proprie vocatur Africa, hæc ſunt, capite 4° libri 5^i, verba: Mox Africæ ipſius alia diſtinctio. Libyphœnices vocantur, qui Byzantiũ incolunt. Ita appellatur regio 250000. paſſuum per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hîc oppida libera, Leptis, Adrumetum, Ruſpina, &c. Pro poſteriori lectione facit, Syriacum Teſtamentum, ܘܐܣܩܘ ܠܐܕܪܡܘܛܝܢ ܕܗܘ ܡܕܝܢܬܐ que erat ex Adramanto ciuitate, deſcribit. Apud Plinium, ciuitas, quæ libro 5° vocata eſt Adrumetum, capite vltimo ſexti libri ſcribitur Hadrumentum. Fortè, vtroque appellata fuit modo: itaque, idem ſit, *Adrumentina*, quod *Adrumetina*. Textus Latinus Complutenſium Bibliorum ᵃ *Hadramytenam* habet, vt Græcus ἀδραμυτηνῷ; Quenteliana Biblia Adramyttinam, vt Græci codices pleriq., ἀδραμυττηνῷ aut ἀδραμιττηνῷ. Theophylacti textus, ἀδραμυτηνῷ dicit, is quo vſus eſt Magdalius Iacobus, ἀτραμυτηνῷ. Plinius Adramyttij vnguento nobilis, meminit, libri 13 capite primo, & Atramitarum, populi, libri ſexti cap. 28.

ᵃ *Adramytenam R.*

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOST. AD ROMANOS.

506. C. 1. v. 32. Duplex eſt loci iſtius lectio. Prior eſt: *Qui, cùm iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolùm* ᵃ *qui* ᵇ *ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Hæc Latinorum eſt codicum, & veterum patrum, Cypriani epiſtolâ quarta libri primi, Auguſtini in Pſalmum 57, Iſichij in Leuitici caput 20, Authoris commentariorum Hieronymo attributorum, Pri-

ᵃ *autem* ᵇ *MS. faciuſſe eos MS.*

masij, Sedulij, Haymonis, Anſelmi, & poſteriorũ Latinorum Enarratorum. D. Ambroſius libri De bono mortis capite 7, legit: *Non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Græcanica ſcholia, quamquam non approbent, indicant, quòd nonnullis locus hic ita legi ſoleat, vt facere grauius, conſentire ſit leuius. Poſterior lectio iſta eſt: *Qui, cùm iuſtitiam Dei cognouiſſent, quoniam qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolum eà faciunt, ſed etiam conſentiunt facientibus.* Quæ, vt Græcorum eſt librorum, ita & Syricorum eſt exemplarium, ac Græcorum Interpretum, Origenis, Chryſoſtomi, Theodoreti, Theophylacti, Oecumenij. Et de Origene quidem, non dubitabit, qui commentarium eius introſpexerit: de cæteris autem, dubitandi, nulla eſt ratio. Author commentariorum Ambroſio adſcriptorum, magiſne lectioni poſteriori velit, ex iis, quæ ſcribit in finem huius, & in principium ſequentis capitis, ſagax lector iudicet. B. Auguſtinus, libello, quo huius epiſtolæ quaſdam propoſitiones explicat, diſertè legit: *Non ſolùm ea faciunt, ſed etiam conſentiunt facientibus.* Symmachus Pontifex, hunc locum contra Anaſtaſium Imperatorem profert, vt, conſentire, grauius eſſe doceat. Latinorũ noui Teſtamenti codicum varietatem, quæ quidem huc faciat, deprehendere haud potuimus aliam, quàm, quòd, vnus, Ge.l., à Pariſienſibus notatus, geminum *qui* tollat (*Non ſolùm ea faciunt, ſed etiam conſentiunt facientibus*) nec Græcorum aliam, quàm, quòd, vnus, Titelmanno & Saſbout teſtibus, ὁ ζωπύρων, id eſt, *non intellexerunt*, addat. Oecumenij Græcanici ſcholiaſtæ, qui, quaſi vtriuſque lectionis meminit, hæc ſunt huncin locum verba, ſed primùm hæc textus· οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. Rurſum oſtendit eos ex cognitione peccare. Iuſtitiam autem vocat Dei præcepta (&c.) duo ponit crimina, & facere, & cooperari facientibus, ac proximum ad malum adhortari. Quidam autem id quod dictum eſt non aſſecuti, & Apoſtoli verba ſuſpicantes fuiſſe adulterata, hoc modo illa interpretati ſunt, οὐ μόνον οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσιν· Non ſolùm qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Sic enim habuit, dicunt, vetus exemplar, vt maius ſit facere, minus autem conſentire. Ego autem, neque depranatos in hoc eſſe Apoſtolicos codices dicens, neque cum his qui non intellexerunt contendere volens, lectoribus iſthuc iudicandum permittam. Dico ergo, quòd, quum, eos qui peccant laudare, longè operoſius ſit, ac maius ad ſupplicij rationem momentum habeat, quàm peccare, meritò dictum eſt, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσιν, non ſolùm ea faciunt, ſed etiam conſentiunt facientibus. Nam is qui &c. Circa id quod habet, Quidam verò id quod dictum eſt, &c. notatur in margine ἰσιδώρου Iſidori. Hentenius interpres, in præfatione ad lectorem, ſignificatum intelligit, verba eſſe Græci Iſidori, qui referat, quoſdam aliter legere, ac contendere, deprauatos eſſe Græcos codices, ſubiungatque quæ ſequuntur. Mirum eſt autem, non meminiſſe eum particulæ *non intellexerunt*, ſine qua aut ſimili non ſatis ea lectio conſtet: *Non ſolùm qui ea faciunt*; vel non inde eleuare quòd manca ſit. An verò nec Interpres vulgatus, id Græcè legerit, ſed complendæ ſententiæ gratia addiderit, ignoro: id autem, ſi interrogando pronuntietur, nihil, prioris partis ſenſum, ab eo quod ex Græco intelligi ſolet, variet. Porrò, in poſteriori Græcæ lectionis parte, non neceſſe ſit intelligere, maius eſſe conſentire, quàm facere: exponi poſſit, & faciunt ea, & facientibus conſentiunt. Ita verò & in Latina lectione, haud neceſſariò intelligatur, maius ſemper eſſe facere, quàm conſentire; niſi, plerumque, vel, hominum iudicio.

ipſi Gg.

Iſidorꝰ.

507. C. 2. v. 4. Plerique Latinorum codicum legunt: *An, diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis, contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Quidam: An, diu. bon. eius (&c.) contemnis, ignorans quoniam &c. ſex noſtri, Brug. Lob. Leod. T, O, Pl. ang.; duo Pariſienſium, Ge. o. l., antiqui Epanorthotæ. Prior lectio conformior eſt editioni Syriacæ, & reperitur apud antiquos patres, Hieronymum in caput 32, inque orationem Ieremiæ, Ambroſium libri De fuga ſeculi cap. 3, Auguſtinum libri quæſtionum ſuper Exodum cap. 24, & tractatus De ouibus cap. 4. Poſterior lectio Græcis codicibus reſpondet: inueniturque & ipſa in veterum ſcriptis; Irenæi, libri 4 cap. 71; Origenis, libro 3 peri archõn, ante medium capitis primi, ſatiſque conuenit proprius loci commentarius; Cypriani, libri 3 ad Quirinum cap. 35.; Hieronymi, in Ezechielis caput 16, & Amos primum; Chryſoſtomi, Theodoreti, Primaſij, Theophylacti, Oecumenij, Anſelmi, & Brunonis Carthuſianorum Patriarchæ, in Paulum. Hanc caſtigatores, Hentenius ac Zegerus in textum recepere, haud immeritò.

χρηστότητος, ἀγνοῶν.

508. C. 2. v. 6. 7. *Qui reddet vnicuique ſecundum opera eius;* ‘*ijs*’ *quidem, qui ſecundum patientiam* *boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam.*] Scripti omnes libri, quotquot habemus, & priores excuſi, Tractatoreſque, Author commentariorum Hieronymo adſcriptorum, author Ambroſio attributorum, Primaſius, Haymo, Anſelmus, author Gloſſæ, Carenſis, Lombardus, Lyranus, Thomas, Gorran, Bruno, Richelius, & alij, non *quærunt*, ſed *quærentibus*, quo modo Græcè eſt, legunt. Quamobrem, hæc, proculdubiò, editionis noſtræ, genuina eſt lectio. Neque verò præcedens *qui* obſtat, quod Græcè non eſt: aut enim redundat (in vno antiquiſſimo ſcripto, T littera notato *, apudque D. Gregorium libri 28 Moralium cap. 13, non inuenimus) aut, quod eſt veriſimilius, *ſunt* ſubintelligitur, id quod, verſu proximo, multi codices exprimunt (*ijs autem qui ſunt ex contentione*) hoc verſu quidam (*Iis quidem qui ſunt ſecundum patientiam boni operis*) ex gloſſa inter lineas poſita, in textum relatum. *Quærunt* emendarunt quidam, iuxta Caietani, & quorundam aliorum, placitum: qui, dum ſententiam clariorem efficere voluerunt, participio in verbum reſoluto; anguſtiorem reddiderunt, ad vnum contractum ſenſum quæ plures patiebatur. Eſt enim huius verſus per participium lecti, & Græci, & Latini, varius, ſecundum variam diſtinctionem, ſenſus. Nam, ſi poſt ‘ζητοῦσι’ *quærentibus*, comma ponatur, ſenſus erit, quem, Syriacum Teſtamentum, Origenes, & Theophylactus, exprimunt, Reddet vitam æternam, iis, qui, in bonis operibus perſeuerantes, gloriam, ho., & incor., quærunt. Si verò comma, ζητοῦσι *quærentibus* proximè præcedat, eo exponetur modo, quo exponunt, Græcanicus Scholiaſtes, D. Gregorius loco ſuperiùs nominato, Author commentariorum Hieronymo adſcriptorum, & alij ferè ſuprà recenſiti Latini Tractatores: Reddet gloriam, & ho., & incor., iis, qui, in bonis operibus perſeuerantes, vitam æternam quærunt. qui conuenit ei quod mox ſequitur: *Gloria autem, & honor, & pax, omni operanti bonum.*

ſiue Hier. excuſantibus Aug.

excuſantium Aug.

V. 10.

C. 2. v. 15. *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe* *inuicem* *cogitationum* *accuſantium* aut etiam ‘defendentium’.] *Cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium*, gignendi caſu, haud dubiè Interpres vertit: ſic enim legunt, ſcripti, impreſſiq́ue codices, quoſcunque vidimus, qui fidei ſint bonæ, adſtipulantibus Gloſſematicis, qui vulgata verſione ſimplices vſi ſunt. *Cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus*, auferendi caſu, duntaxat poſteriores aliquot Typographorum editiones legere comperimus (eæ enim hìc ſignificatæ ſunt in Bibliorum margine, quia commodè aliud non erat, ſigno MS.) primumq́ue eam quæ ex Quentelianis ædibus Coloniæ anno 1529. prodijt, pro eius qui præfuit arbitrio frequenter mutata. Hentenius, non tam variæ lectionis, quàm explicationis indicandæ gratia, in margine ſcripſit *Cobus acibus, aut etiam debus*: ſequutus Pariſienſes, qui ad marginem notauerant, *Genitiui pro ablatiuis*. Græcè Genitiui ſunt, ᾧ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων: ſed, qui ablatiuis Latinè reddendi videantur, vt ij qui præcedunt συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως: Niſi dixerit quis, non ſimiliter genitiuos abſolutè poſitos eſſe, ſed eiuſmodi qui à præcedente nomine συνειδήσεως regantur. Gloſſa ordinaria, & poſt eam alij, duplicem huiuſmodi dant, vulgatæ verſionis *Conmum acuum aut &. Deum*, explicationem; vnam, qua, genitiui, Græco more, abſolutè poſiti intelligantur; alteram, qua, à præcedenti nomine *conſcientia* regantur. quarum, hæc potius, eum quem Interpres voluit ſenſum, continere videtur; tum, quòd proximos genitiuos abſolutè poſitos ablatiuis Interpres Latinè reddiderit, *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum*; tum, quòd *conſcientia ipſorum* verterit, non, vt Græcè eſt, *ipſorum conſcientia*. Apud quoſdam Veterum legitur *Cobus acibus* ‘*aut etiam*’ ‘*deibus*’, Hieronymum in caput 16. Ezechielis, Auguſtinum, libri 20. De ciuitate Dei capite 26, Hilarium Diaconum qui author eſſe exiſtimatur commentariorum Ambroſium mentientium: quod, ita ſcriptum arbitror, vel ab ijs qui veterum opera ediderunt; vt huiuſmodi pro ſua ſententia mutarunt ſæpenumerò; vel ab ipſis veteribus, quibus ſic meliùs verti viſum fuerit. Cæteroqui, eſt apud eos, & noſtræ editionis lectio, *Cotum acum aut etiam* ‘*Deum*’; Auguſtinum, libri 2. De ſermone Domini in monte capite 15, Primaſium in proprio commentario, Gregorium libri 4. Moralium capite 17, Pelagium, epiſtola ad Demetriadem.

509.
* inuicẽ.
excuſantium o.
excuſantium 1 MS.

C. 5. v. 1. *Iuſtificati* ‘*ergo*’ *ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*] Latini codices, *habeamus* legunt, non *habemus*: Græci è diuersò, ἔχομεν ferè habent, non ἔχωμεν. Pro Græcis, facere videtur, commentarius Ambroſio attributus. Latinis, vetus Dionyſiani cœnobij Græcus codex, qui, Gagneio teſte, ἔχωμεν habet, ſuffragatur; Item, Latini enarratores altipulantur, Author commentariorum Hieronymo adſcriptorũ, Petrus Chryſologus ſermone 110, Primaſius, Haymo, Anſelmus, Author Gloſſæ, Carenſis, Lombardus, Lyranus, Thomas, Gorran, Bruno, Richelius, alijq́ue; Quin & tractatores Græci, Origenes, Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, volunt. Syriacum ܢܚܘܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ quod eſt ad verbũ, erit nobis pax, vtroque intelligi poteſt modo, & ita vt futurum ſit pro præſenti, & ita vt ſit pro ſubiunctiuo, Hebraico more.

510.
* igitur MS.

C. 5. v. 8. *Commendat autem ſuam caritatem Deus in nobis, quoniam, cùm adhuc peccatores eſſemus,* *(Chriſtus pro nobis mortuus eſt.)* Multi libri addunt ſi, *Quoniam ſi cùm adhuc peccatores eſſemus*: ſed antiquiores, emendatioreſque, Epanorthotæ, Pariſienſium, noſtri, cum vulgaribus non paucis, Græcis exemplaribus conformiter, omittunt. Hentenius textu expulit. Videri poſſit adiectum fuiſſe, quia hinc Apoſtolus continuò inferat, *Multò igitur magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius, ſaluierimus ab ira per ipſum*; Et cùm adiectum id fuiſſet, tum ſublatam eſſe, quæ neceſſaria non erat, collectiuam coniunctionem *igitur*, quam, vulgares aliquot codices, contra Græca Syraq́ue, nulli præſtantes, omittunt. Cæterùm, apud quoſdam patrum ita legitur, *Si cùm adhuc &c. multò magis*; Cyprianum libri 4. epiſtola 2, Hilarium in Pſalmos ſecundum & 55^m, Origenem, quamquam hic addat *igitur*, Authorem commentariorum Ambroſij titulum præferentium: ſed non ideò editionis noſtræ eſt lectio. Petrus Chryſologus ſermone 110, ei lectioni concinit, quam nos exiſtimamus genuinam noſtræ editionis eſſe, eaq́ue & apud D. Primaſium eſt.

511.
* ſecundum tempus o.

§12. C. 7. v. 24. & 25. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.*] Ita ferè Latini codices legunt, *Gratia Dei* itaq́ue legunt & veteres; Græci, Irenæus, libri 3. capite 22, Origenes, hunc enarrans locum, Chryſoſtomus, explicans verſum ſeptimum, Pſalmi 121; Latini, Ambroſius, libri de Dominicæ incarnationis Sacramento capite 7, oratione in obitum Theodoſij, libri 2, de Abraham capite 6, Auguſtinus, cùm multis alijs in locis, tum ſermonibus, 5° De verbis Apoſtoli, & 49, ac 53, de diuerſis, Primaſius, Authores commentariorum quæ D. Hieronymo & B. Ambroſio adſcribuntur, Sedulius. His accedunt, Haymo, Anſelmus, Author Gloſſæ, Carenſis, Thomas, Gorran, Bruno, Richelius, alijq́ue enarratores. Porrò, aliter Græci libri ſcribunt. Plerique, δι' ἐκείνου τῷ θεῷ habent, quod eſt, *Gratias ago Deo*: hocq́ue modo, & legunt, & intelligunt, Græci Tractatores, Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, & Oecumenius; atq. inter Latinos patres, Hieronymus, octauæ Algaſiæ quæſtioni reſpondens: eſtq́ue hæc & Syriaci Teſtamenti lectio ܡܗܘܝܐ ܐܢ ܐܠܗܐ Quidam verò Græci libri, Pariſienſium vnus, ια, χάρις ᾧ τῷ θεῷ ſcribunt, hoc eſt, Gratia autem Deo: quam ſcripturam, videri poſſint redolere, Latina exemplaria non pauca, quæ habent, *Gratia autem Dei*; fierique hinc veriſimilis eorum coniectura, qui Latinè nobis *Gratia Deo* legendum eſſe conijciunt, quomodo, apud Hieronymum, quæſtione ad Algaſiam octaua, primùm legitur. Decem noſtra manuſcripta ‘*Gratia*’ *autem Dei* habent; ſed, recentiora illa minuſq́ue emendata. Antiquitate integritateq́ue præſtantia, omnia *Gratia Dei* legunt: quibus, cùm vetuſtiſſimi Patres, ſcriptoreſq́ue, Græci, & Latini, diſertè adſtipulentur, nõ facilè in erroris ſuſpicionem venire debent. Quinimo, ſicut Græcè nonnulli legunt χάρις τῷ θεῷ (ita enim, abſque ᾧ autem coniunctione, quidam producit) ſic facilè potuit Interpres χάρις τοῦ θεοῦ, duabus litteris alijs, legiſſe, præſertim, cùm ω & υ figura maximè affines ſint, iotaq́ue, illi, nunc non ſubſcribatur, nunc ſubſcriptum non animaduertatur.

Gratiãm 1 MS.

513. C. 8. v. 20. *Propter eum qui ſubiecit eam* ‘*in*’ *ſpe.*] Latinorum librorum plerique *in ſpe* legunt; inſignes quidam, cum D. Primaſij textu, *in ſpem*; Pariſienſium duo, Di. o. Ge. l.; noſtri tres, Brug. Malmund. ma. Q. Græcè eſt ἐφ' ἐλπίδι, quod eſt, in ſpe, vel ſub ſpe; Syriacè ܒܟܠܗ ܕܣܒܪ quod eſt, ad ſpem, vel in ſpem. Quidam ſequentibus hoc iungunt: Sub ſpe, quòd & ipſa creatura liberabitur &c. poteſt enim & ſequẽtibus & præcedentibus copulari. Pronomen *eam*, *Qui ſubiecit eam*, vt non eſt Græcè (διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐφ' ἐλπίδι) ita Latina ſcripta, T. Malmund. ma. L. Pl. lon.; cum D. Anſelmi textu, & Moguntina editione, omittunt, quamquam Malmundarienſi alia littera inter lineas ſuprаſcriptum ſit. Alterum Malmundarienſe, minus, vt illud, quod maius diximus, antiquiſſimum, alio legit loco: *Qui ſubiecit in ſpe eam.* Plantini anguſtum non niſi in margine habet. Syricus Interpres explicationis gratia addidit.

sub Quæſt.

514. C. 8. v. 33. & 34. Triplex huius loci pronuntiatio eſt. Vna: *Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus, qui iuſtificat? Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt, immò qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis?* Altera: *Quis ac. ad. el. Dei? Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mor. eſt, immò qui (&c.) etiam interpellat pro nobis.* Tertia: *Quis ac. ad. el. Dei? Deus qui iuſtificat: quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mor. eſt, immò qui (&c.) etiam interpellat pro nobis*, & hoc, vel interrogando, vel enunciando. Primam probant, Auguſtinus libri 3. De doctrina Chriſtiana capite 3, eiuſque diſcipulus Primaſius enarrator; & ſequuntur, Author commentariorum Ambroſij nomen præferentium, atque inter recentiores, Nicolaus Gorran. Secundam exponunt, Origenes, Theophylactus, Lyranus, ſubaudito ſubſtantiuo verbo *eſt*, ijs in partibus, quæ enunciatiuè leguntur. Tertiam, explicant, Theodoretus, B. Gregorius libri 7^i epiſtolarum epiſtola 53, Oecumenius, D. Thomas, &, inter neotericos, Dominicus Soto.

515. C. 8. v. 37. *Sed in his omnibus* ‘*ſuperamus*’, *propter eum qui dilexit nos.*]

ſuperabamus o.

Latini vulgatæ editionis codices, vnanimiter hunc ad modum legunt, *Propter eum*; ſimiliterq́ue, Ambroſio adſcripta commentaria, Author ſcholiorum quæ in Hieronymi operibus exſtant, Primaſius, Haymo, Anſelmus, poſterioreſq́ue omnes Latinæ editionis enarratores. Græci libri conſtanter ſcribunt· ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. id quod, Syricus Interpres, poſterioreſque Latini, & Græcus ſcriptor D. Baſilius, cap. 8. libri De ſpiritu ſancto, *Per eum qui dilexit nos*, interpretati ſunt. διὰ enim, Græca præpoſitio, genitiuo iuncta, *per* ſignificat; accuſatiuo, *propter*: id quod huius capitis 20 & 25 verſibus videre licuit. *Per* legit S. Auguſtinus libri 4 De doctrina Chriſtiana cap. 20, & libri De ciuitate Dei 22^i, 23° capite: Græcamq́ue ſententiam optimè explicans, In his omnibus, habet, ſuperuincimus, *per eum qui dilexit nos. Per* legit & Proſper, libri 2 De vocatione gentium cap. 5, ſiue, iuxta nouam diſtinctionem, 15. Vulgatæ editionis Author, aut accuſandi caſu διὰ τὸν ἀγαπήσαντα legit, aut διὰ, gignendi caſui præpoſitum, etiam *propter* verti poſſe ſenſit; præſertim, cùm *propter*, hoc loco, ita vt *per* accipi poſſit; *propter eum*, propter eius auxilium, quæ & D. Thomæ eſt explicatio.

* propter quod. Cyprianus lib. ad Quirinum 18 cap.

§16. C. 8. v. 38. & 39. *Neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura* *‘alia’*. Hunc ad modum, ſcripti libri complures * impreſſiq́ue omnes legunt: quibus adſtipulantur enarratores, Haymo, Anſelmus, author Gloſſæ, Carenſis, Lombardus, Lyranus, Aquinas, Gorran, Bruno, Richelius, alijq́ue poſteriores. Tres ſcripti libri, Pl. ang. R & C, pro *neque virtutes*, habent *neque poteſtates*; quinque, Pl. m. L. Torr. Atr. f. & Leodienſis; verùm hic ex poſteriori emendatione; vtrumque habent, hoc ordine: *Neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque virtutes.* Arbitror, ex altera primùm verſione, vel ex ſimilium locorum memoria, pro *virtutes*, ſcriptum *poteſtates* (quod enim eſt Græcè ὔτε δυνάμεις, *neque virtutes* alij, alij, nominatim Origenis Interpres, 3^ii peri archõn 2° cap. *neque poteſtates* transferunt: frequenterq́ue Apoſtolus principatibus ἐξουσίαι, quas poteſtates editio noſtra reddit, ſubiungit) ac dein, quæ in diuerſis erant codicibus, coniuncta, vt paria hìc eſſent, ſicuti in antecedentibus ac ſubſequentibus. Nam & hanc ob cauſam, in anguſto Plantini ſcripto, quod, loco *virtutes*, habet *poteſtates*, additum reor *neque archangeli: neque angeli, neque archangeli, neque principatus, neque poteſtates*. Notandum porrò eſt, B. Auguſtinum, libri De moribus Eccleſiæ Catholicæ cap. 11, & *Authorem commentariorum, quæ Ambroſio tribuuntur, duo ſolùm hìc membra legere, *Neque angelus, neque virtus*, omittere *neque principatus*, non tantùm contra Latinos hodie codices; verumetiam contra Græcos, & Syros, qui tria hæc membra legunt, ὔτε ἄγγελοι, ὔτε ἀρχαὶ, ὔτε δυνάμεις, *neque angeli, neque principatus, neque virtutes.* Cæterùm, omittunt Græci, Syriq́ue codices, necnon, Chryſoſtomi, Theodoreti, Theophylacti, & Oecumenij, enarrationes, cum illo Auguſtini loco, & Ambroſio adſcriptis commentariis, id quod poſtea Latinis in libris ſequitur, nec habet ad quod reſpondeat, *neque fortitudo*: quibus, vnum, ex Latinis noſtris manuſcriptis, M littera notatum, conforme eſt. Hieronymus ad Algaſiam, quæſtione nona, legit quidem manifeſtè hanc partem *neque fortitudo*: ſed aufert eam quæ præcedit, *neque virtutes*. cui, Auguſtinianum ex ſacris litteris ſpeculum, & maius Malmundarienſis Cœnobij exemplar, concinunt: tametſi huic altera manu ſuprаſcriptum ſit *Neque virtutes*, vt ſunt huiuſmodi penè omnia in antiquis exemplaribus ad vulgarem poſtea legendi modum immutata. Concinit & Primaſius enarrator, quamquam apud eum, multitudinis numero, *neque fortitudines* legatur. Adſtipulantur etiam ea, quæ, apud D. Hieronymum, in S. Pauli epiſtolas exſtant, ſcholia, quæ, Primaſius, hoc loco, vt multis aliis, ſequutus eſt. Scriptum vetuſtiſſimum, M. N. Hunnæi, T littera ſignatum, loco huius, *neque fortitudo*, ſcribit *neque virtus*, tollitq́ue ſimiliter, quod dictum eſt, *neque virtutes*: cui, Auguſtini lectio, libri De doctrina Chriſtiana quarti cap. 20, & expoſitio, eo libello, quo huius epiſtolæ quaſdam propoſitiones exponit, per omnia conſonant. Videri ex his poſſit, alterum ſuperfluere, vel *neque virtutes*, vel *neque fortitudo*, ſiue, vt aliàs legitur, *neque virtus*; & quidem diuerſas hæc eſſe, eiuſdem partis, aliter atque aliter lectæ, tranſlationes. Quod enim Græcè eſt ὔτε δυνάμεις, quod eſt, *neque virtutes*, exiſtimarim, ſingulari numero ab aliis ὔτε δύναμις lectum, & à quibuſdam verſum, *neque virtus*; quo modo, Auguſtinus libro De moribus Catholicæ Eccleſiæ, & Ambroſio attributa commentaria, habent, eo loco, quo nos cum Græcis & Syris *neque virtutes*; à quibuſdam *neque fortitudo*. Porrò, *neque virtus*, clarum ſatis videtur fieri non eſſe noſtræ editionis; eoq́ue magis, quòd, ſcriptum illud, T, alteram editionem nonnunquam ſequi, compererimus. Poſt hoc, *neque fortitudo*, cedere debere videtur, τὰ *neque virtutes*. hoc enim, vno, eoq́ue longè aptiſſimo, legitur loco: illud, variis errat locis, iiſque minùs conuenientibus. Vt plurimùm, legitur poſt *futura*, ante *altitudo*: *Neque fu., neque fortitudo, neque alt.* Manuſcriptum H notatum ſcribit poſt *neque virtutes*: *neque virtutes, neque fortitudo.* Duo manuſcripta, C. & So. ru., medium habent inter *inſtantia* & *futura*: *Neque inſta., neque fortitudo, neque fut.* Apud Origenem, in tertio peri

* Præponit quoq. altitudini & profundo, præſentibus & futuris.

archῶν, primùm legitur *neque potestates*, postea additur *neque virtus*, sed vltimo loco: *Neque alt., neque profund., neque virtus, neque alia vlla creatura.* Primo & quarto locis, ab affinibus separatum, solitarium incommodè ponitur; tertio, etiam dirimit, quæ manifestum est combinanda; secundo, optimè congruat, quo, positum id fuisse, existimat Dominicus Segobiensis, si; quod credit; Apostolicum verbum est. Cæterùm, cùm, vel hoc, vel alterum, non leuibus argumentis superesse videatur, minusque hoc, τὸ *neque fortitudo*, fundatum in nostra editione appareat, videtur adiectitium id esse. Verumenimuero, antiquissimum Tractatorem Origenem, vel interpretem eius Hieronymum (is enim Origenis commentario sua non pauca adiecit) id legisse, atque eo quo in Latinis plerumq. codicibus legitur loco, post *neque futura*, nec præterijsse quod antecedit *neque virtutes*, ex explanatione in hanc epistolam, verè colligi videtur, tametsi *neque virtutes* scriptum sit, posteriori, vt priori loco.

517. *& 2 MS. G.*

C. 9. v. 25. *Sicut* in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam; & non dilectam, dilectam; &, non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.*] Antiqui Epanorthotæ, & antiqui Zegeri codices, auferunt *Et, non dilectam, dilectam*: idem auferunt antiqui nostri, Brug. Lob. Leod. Mal. ma. mi. O, P, H. Græci libri tollunt istud: *Et, non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam*: illud legunt, *Et, non dilectam, dilectam*· καὶ, ἡ ἐκ ἠλεημένου, ἠλεημένου. His, enarratores multi consentiunt, Origenes, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & Author commentariorum apud Ambrosium; S. Augustinus etiam, sub finem libri primi ad Simplicianum, & libri contra Faustum vicesimisecundi cap. 89. Antiquis Latinorum codicibus, suffragatur D. Hieronymi lectio, scribentis in primum Osee caput, & Haymonis Halberstatensis, atque Anselmi Cantuariensis, Commentarij; Scholia adhæc, quantù colligere possum, quæ in D. Pauli epistolas exstant, in Hieronymi operibus. Syri vnum dumtaxat legunt, id quod huiusmodi est, vt, vtrumque, complectatur, vtrumque significet; Eundem ad modum ipse Propheta: eadem enim cum Propheta Syri vsi sunt voce, רחם, quæ, & diligere, & misereri, significat. וְרִחַמְתִּי אֶת לֹא רֻחָמָה (eò enim Apostolus hac parte respexit) id quod, nostra editio, in calce secundi capitis Prophetiæ Osee, vertit, *Et miserebor eius quæ fuit Absque misericordia*, verti etiam potest, *Et diligam eam quæ fuit non dilecta*, siue, ad verbum, *Et diligam non dilectam*. Erat, diuinitùs impositum nomen, filiæ, quam Osee genuerat, לֹא רֻחָמָה, quod est, non dilecta, vel, non misericordiam consequuta, siue Absque misericordia: quemadmodum, filio impositum fuit nomen, לֹא עַמִּי Non populus meus, siue, Non plebs mea. Manifestum igitur euadit, non vtrumque illud apud Apostolum legendum esse, vt vulgus codicum & Glossematicorum Latinorum legit, sed alterum, vt ex altera versione additum, resecandum. Porrò, sit Græcis illud genuinum, *Et, non dilectam, dilectam*: nostræ editionis germana scriptura est, *Et non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam*. cui, adiectum est illud, *Et, non dil., dil.*, ex Græcis, opinor, libris, & in plerisque quidem exemplaribus præpositum, atque in compluribus frustrà grauatum pronomine *meam* (*Et, non dilectam meam, dil. meam*) in quibusdam verò postpositum legit; verisimile est; Interpres noster, Græcè, pro ἠλεημένου, ἠλεημένου, quo modo, iuxta septuagintaduorum interpretationem, in Osee est. Testatur Osee enarrator Hieronymus, in caput scribens primum, quædam illic exemplaria ἠλεημένη legisse: sed, veriora censet, quæ habent ἠλεημένη, quia, ad distinctionem Israëlis, cui non miseretur, infert Deus: *Domui autem Iuda miserebor*. Certa profectò videtur editionis septuagintaduorum lectio ἠλεημένη, quia, sequentia omnia, quæ ad priora respiciunt, per ἐλεῶν translata sint: viderique possit, ἠλεημένη, eò, ex Apostolo admissum esse. Cæterùm, poterant sequentia omnia per ἀγαπᾶν verti, esseque congrua lectio eorum quæ præcedunt ἠλεημένη. nam; quod diximus; רחם, qua voce semper Propheta vtitur, ad ἐλεεῖν & ἀγαπᾶν, ad misereri & diligere, commune est.

518. *dixit o. – o.*

C. 10. v. 5. *Moyses enim* scripsit, quoniam, iustitiam quæ ex lege est qui fecerit – homo, viuet in ea.* Hæc Latinorum librorum, quos nos vidimus, multique alij ante nos, constans est lectio: quam enarrat, ex antiquis, Origenes, vel eius interpres. Græci libri scribunt· μωσῆς γὰρ γράφει ἡ δικαιοσύνην ἡ ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι, ὁ ποιήσας – αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς· Moses enim* scribit iustitiam quæ ex lege, quoniam, qui fecerit – ea' – homo', viuet in eis. Quibus suffragantur, Syrica exemplaria, Græciq. Tractatores, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius. Conijciunt quidam, Latinam lectionem, scribarum temeritate depraua tam: pro quibus facere possit, quòd Haymo, in quibusdam codicibus, haberi testetur, *viuet in eis*, nisi de Græcis vel alterius versionis Latinis codicibus loquatur. Conijciunt alij, Græcam lectionem, quamquam Mosis verba propiùs referat, (Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciet ea homo, & viuet in eis, Leuit. 18. a. 5.) ex tertio ad Galatas capite immutatum, vbi similis est locus· ὁ ἄνθρωπος ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτοῖς, pro quo nos habemus: *Lex autem non est ex fide: sed, Qui fecerit ea viuet in illa*; porrò, hoc ad Romanos loco, legisse Interpretem· ὅτι ἡ δικαιοσύνη ἡ ἐκ τοῦ νόμου ὁ ποιήσας ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτῇ. Verùm, quod bene se habet, vtraque lectio, in idem recidit.

– 4. 1 *ita Syr.* – 5. 10. – *Syr.*

Galat. 3. b. 12.

C. 11. v. 5. *Sic* ergo – &* in hoc tempore – reliquiæ' secundum electionem – gratiæ' * saluæ* factæ sunt.*] τὸ *saluæ*, nec à Græcis libris, nec à Græcis tractatoribus, Chrysostomo, Theodoreto, Theophylacto, Oecumenio, legitur. ὥστε ἔν γε τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν. Latini libri, consentientibus expositoribus, Haymone, Anselmo, Authore Glossæ, Carensi, Lombardo, Lyrano, Aquinate, Gorran, Brunone, Richelio, & alijs posterioribus, plerique omnes habent. Porrò, vnum Parisienses proferunt, Ge. l., qui Græcis conformiter demat, hunc in modum: *Relquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt.* cui, si fortè ex Græco correctus esse, hoc loco, vt alijs, existimetur, M. N. Hunnæi manuscriptum, L signatum, adstipulatur, quamquam addat *Dei (Secundum electionem gratiæ Dei factæ sunt)* quod, alia bona scripta, tanto consensu tollunt, quanto vulgaria legunt. Reperitur dictio *saluæ*, apud Latinos Patres, Ambrosium libri De Noë & Arca capite 5, & libri 2. De Iacob & vita beata capite 3; Hieronymum, in fine libri 16. in Isaiam, & in commentarijs cap. 2. Prophetiæ Michææ; Augustinum, quæstione 148. super Genesim, secunda quæstione primi libri ad Simplicianum, & libri De patientia capite 20: verùm, quia nihil ex locorum circumstantijs intelligi potest, incertum relinquitur, an à Patribus ipsis lectum, an à Scribis postea adiectum sit, qui, in vetustis passim Authoribus, citata scripturæ testimonia, iuxta vsitatum legendi modum emendarunt, ita vt de Patrum lectione haud facilè quid statui possit, nisi quòd ex præcedentibus aut sequentibus verbis colligatur, ea quæ, sæpenumero, aliud à patribus lectum fuisse, quàm modò apud eos legatur, significant. Exemplum, quod ad præsentem locum faciat, adferamus. Libri 2. De bono perseuerantiæ capite 18, apud B. Augustinum, legitur, in nostra saltem quam Frobenius dedit editione, *Rel. se. el. gratiæ saluæ factæ sunt*: quæ verò paulò pòst sequuntur Augustini verba, luculentissimè declarant, *saluæ* ab eo omissum fuisse. In hac ergo electione, ait, & in his reliquijs, quæ per electionem gratiæ factæ sunt, voluit intelligi plebem, quam, propterea Deus non repulit, quia præsciuit. ac mox: Præsciuit enim reliquias, quas secundum electionem gratiæ fuerat ipse facturus. Similiter, in Origenis enarrationibus, & in Ambrosio adscriptis commentarijs, atque Prosperi libro De vocatione gentium primo *, adscribitur *saluæ*: sed, qui horum verba diligenter excusserit, habebit, vnde adiectitium esse suspicetur. Quocirca, nos, in his mediocritatis nostræ scriptis, non facilè adferimus, tametsi aliter à multis factum videamus, Patrum aut Enarratorum pro lectionibus authoritatem, nisi eorum simul tractationes suffragentur, vel, ipsæ eorum per se lectiones, eiusmodi sint, quæ à scribis mutatæ non esse haud difficulter dignoscantur; si non aliud adferendi modus innuat. Videri possit τὸ *saluæ*, quòd sermo alioqui mutilus appareret, huc assumtum, vel ex commentario, quemadmodum vocula *Dei*, quam Author Glossæ, quam habemus scriptam, subaudit (non frustra enim hîc ab enarratoribus salutis fit mentio, quamuis *saluæ* non legerint) vel ex Isaiæ loco, quem nono capite superiori citat Apostolus, his nostræ editionis verbis: *Si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient*; atque huc facere, quod in quorundam Glossematicorum textibus legatur: *Rel. se. el. gra. saluæ fient*. Accedit, quòd, id quod Interpres duabus vocibus solet reddere, saluum facere, vel saluum fieri aut esse, Apostolus ipse vnica semper exprimat, σώζειν, vel σώζεσθαι, numquam, σῶον ποιεῖν, vel σῶον γίγνεσθαι aut γεγενῆσθαι. Claudius Guilliaudus, & Adamus Sasbout, ex ijs quos expositionibus suis iunxerunt textibus, *saluæ* omiserunt. Syri sensum dederunt huius lectionis: Sic & in tempore hoc reliquiæ relictæ sunt per electionem gratiæ. In quem sensum accipi possit sententia etiam lecto *saluæ*, si *saluæ factæ sint*, intelligatur, remanserunt, superstites sunt. hoc enim hoc loco vult Apostolus, quosdam fuisse ex Israëlitis, gratuita Dei electione, reliquos, qui Christum non reiecerint, quemadmodum Eliæ tempore reliquerat sibi Deus qui non curuauerant genua Baal.

519. *enim o. – o. nunco – o. – o. * Dei o. – ficut o.*

Rom. 9. f. 27.

C. 11. v. 13. *Quamdiu' – quidem' ego sum Gentium Apostolus.*] Quod Græcè est ἐφ' ὅσον, hoc est, si verbum verbo reddatur, *ad quantum*, non solum ad tempus, sed, etiam ad rationem, referri potest. Quare alij vertunt: Quatenus ego quidem sum Gen. Apo. Cæterùm, vulgatæ editionis versione, & ratio datur intelligenda, quamquam non per modum rationis expressa: quemadmodum, cùm in Euangelio dicitur: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quàdiu cum illis est sponsus?

520. *Et diu o. – enim o. – o.*

Mat. 9. b. 15.

C. 11. v. 32. *Conclusit* – enim' Deus' omnia – in incredulitatem', vt omnium misereatur.*] Græci & Syrici libri, cum Græcis tractatoribus, Chrysostomo, Theodoreto, Theophylacto, & Oecumenio, pro *omnia* legunt *omnes*. τοὺς πάντας habent Græci; ܠܟܠ ܐܢܫ Syrici, & in priori, & in posteriori sententiæ parte. Eundem ad modum *omnes* legunt, D. Hieronymus, caput Michææ secundum exponens, & S. Augustinus, libri 21. De ciuitate Dei capite 18. Vulgatus Interpres, facilè, pro πάντας, legisse potuit πάντα, omisso articulo.

521. *Conclusit o. – o. * Dominus 2 MS. 3 incredulitate 2 MS. 4 in credulitate o.*

Cap. 3. ad iuxta finem editionem 10.

culo. Vtriusque sensus idem est; atque eius quod Interpres dedit, vehementior. Id quod deinde sequitur, *in incredulitatem*, multi codices sexto casu scribunt, *in incredulitate*: verùm illud, vt Græco consonat (εἰς ἀπείθειαν) ita in lectissimis est editionis nostræ manuscriptis, Di. o. l. Ge. o. Brug. Lob. Leod. Mal. mi. O. E. Pl. m. & alijs. Hentenius id in textum retulit.

522. C. 12. v. 1. *Rationabile obsequium vestrum.*] Ex Græco & Syro rectè etiam vertitur *Rationale* τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν est Græcè: id quod plerique hodie reddunt, *Rationalem cultum vestrum*. Cæterùm, existimarim, veteri Interpreti, Græcè magis quàm Latinè perito, eadem fuisse, *rationale & rationabile*, ita vt intelligi possit per *rationabile* quod transtulit, & quod rationali hominis parte, mente, fit, hoc est, spirituale, & quod rationis æquitate dictante fit, & quod rationis iudicio temperatur, denique quod recta ratio ad legitimum finem dirigit.

523. *Et o. * Ad probandum Cyp. quid 1. MS. – Compl. G. * placens 1 MS. * placens Cypr. Aug. fit. * Ad probandâ – vos Aug. * placitum. Ambr. Sedul. * est Ambr.*

C. 12. v. 2. *Vt probetis* quæ' – sit' voluntas Dei, bona, & beneplacens', & perfecta.* Hunc ad modum legitur, vt nostris in libris, ita apud D. Cyprianum, libri 3. epistola 25, S. Hieronymum, post medium libri primi aduersus Iouinianum, & Primasium, qui in proprio eum commentario disertè explicat: *Bona, & beneplacens, & perfecta*. Bona, melior, & optima. Beatus Augustinus, epistola 85, ac libri 10. De ciuitate Dei cap. 6, & author enarrationum Ambrosij nomen præferentium, legunt: *Vt probetis' quæ sit voluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum', & perfectum**. quo modo, & Author commentariorum quæ in Hieronymi operibus, legisse videtur, quòd seorsum posteriorem huius sententiæ partem explicet, hoc modo: hoc est, quod bonum sit, & melius, & optimum. Idque ex Sedulio, qui, cum illa lectione, hanc explicationem, in collectanea sua transtulit, manifestum esse potest. Græcus sermo, ad vtramque lectionem, ambiguus est (εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον) quòd nomen *voluntas* ac subsequentia adiectiua, neutro genere efferat, & articulum præponat voci ἀγαθὸν. Syriacus, non nisi priorem admittit: quæ, cùm, in Latinis libris omnibus, scriptis atque impressis, iam inueniatur, &, ab Haymone, Anselmo, Authore Glossæ, posterioribusque Latinis enarratoribus, exponatur, germana nostræ esse editionis omnino videtur, nostræ inquam editionis, qua, ex B. Hieronymi castigatione, vtimur. Testatur enim Hieronymus, in Origenis, suoque, magna ex parte, in epistolam ad Romanos commentario, olim vulgatum legendi modum Latinis fuisse, *Quod bonum, & beneplacitum, & perfectum*: sed, in Græco, ipse alterum haberi docet, *Bona, & beneplacens, & perfecta*, siue, quòd articulum τὸ ante ἀγαθὸν non habuerit, siue, quòd conformiorem Græco iudicauerit, quem Græcorum commentarij magis probauerint, vt eorum quos nos habemus, Chrysostomi, Theophylacti, Oecumenij. Nec dubium quin is proprius Origenis sit commentarius, quo iuxta hanc lectionem locus explicatur (iuxta vtramque enim explicatur) nisi hunc in locum nihil ipsius Origenis sit, sed totum Hieronymus Interpres addiderit. Multa enim Origenis commentarijs deerant, incertum quo casu: quæ, Hieronymus, à se suppleta, & in præfatione, & in peroratione, testatur. Verba eius, in hunc locum duodecimi ad Romanos capitis, hæc sunt: Sciendum est, quòd in Græco habet, Vt probetis, quæ sit voluntas Dei, bona, & beneplacita, & perfecta. Sed nos, quia vnus in vtroque potest sensus videri, consuetudinem sequimur Latinorum. Sequitur postea, vbi hæc pars singulariter tractatur, Vt probetis, quæ sit voluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum: manifestum est autem, quòd & præcessisse debuerat, quodque prolixiùs textum Interpres priùs recitauerit quàm modò habeatur.

524. C. 12. v. 10. *Caritatem fraternitatis inuicem diligentes.*] Complures nostræ ætatis scriptores, *caritate* legendum esse conijciunt; profectò, non absque argumentis. Primùm enim, Græcè est τῇ φιλαδελφίᾳ, qui est datiuus modi, quem Latini suo ablatiuo exprimunt. *caritate* igitur *fraternitatis*, siue fraterna: nam *fraternitatis* dixit Interpres, pro *fraterna*, extremum fortè Græcæ vocis imitatus, quam, quia Latinis vna similis compositionis vox non est, duabus transtulit. Deinde, non est Græcè participium *diligentes*, sed, quod accusandi casum non fert, nomen φιλόστοργοι: quod exponere possis *affectuosi*. τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, Caritate fraterna ad inuicem affectuosi. Præterea, non aptè congruit vox *inuicem*, si *caritatem* legas: nisi addas, *ad* vel *in* præpositionem. & quidem vno in scripto, L. notato, hæc addita est (*in inuicem*) ad tollendum, opinor, sententiæ incommodum: sed, ex alijs omnibus quos vidimus, calamo æreque exaratis libris; demto Zegeri testamento; omissa, etsi sit Græcè, cognoscitur. quòd nomen φιλόστοργοι redditum sit participio *diligentes*. Insuper, huiusmodi formam, cuiusmodi hæc sententia, sexto casu *caritate* lecta, referunt subsequentes: *Honore inuicem præuenientes, Solicitudine non pigri, & cæteræ*. atque illa *Honore*, conuenientissimè, hanc *Caritate*, proximè sequitur. Adhæc, hunc in modum, & legunt, & intelligunt veteres, cùm Græci, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, tum Latini: Tertullianus, libro in Marcionē quinto, legit: *Amore fraternitatis inuicem affectuosi*. Simili ferè modo illorum Author cōmentariorum, quæ Ambrosio vulgò tribuuntur: *Fraternitatis amore inuicem benigni*. Hieronymiana scholia: Ita vos diligite, explicant, quasi ex vna matre generati. Id quod Sedulius, in collectanea sua transtulit, præmisitque: *Caritate fraterna inuicem benigni*. Primasius similiter: *Caritate fraternitatis*. Tanquam ex vno vtero nati, ita vos diligite. *inuicem benigni*. Haymo: Id est, ait, cum caritate fraternitatis fidis vos alteruter diligentes, quia vnus est pater vester, qui in cælis est. Omnes enim qui vnam fidem habent, & vno baptismate sunt abluti, ita inuicem, ita secundum Deum diligere debent, veluti fratres ex vno matris vtero egressi. Iam verò & Latina nostræ editionis exemplaria reperimus, quæ *caritate* legant (*Caritate fraternitatis inuicem diligentes*) vnum scriptum, Plantini medium, duo impressa, Moguntiæ vnum, anno 1472, Lugduni alterum, anno 1522: quibus Romanum Breuiarium, Pij quinti Pont. Max. iussu editum, adstipulatur, in tertia lectionum secundæ diei infra Octauam Epiphaniæ, ex hoc Epistolæ ad Romanos capite desumtarū. Adstipulatur etiam, Lyrani commentario, quem, ab ipsa Typographiæ infantia excusum, à M. N. Hunnæo habemus, mixtus textus, nec commentarius ipse refragatur. textus etiam D. Thomæ commentario, annis 1518. & 1526, Parisijs edito, iunctus, quamuis commentarius refragetur. Sunt & manuscripta quædam ex nostris, Mal. mi. D. quibus an pòst adiecta sit lineola, quæ est loco *m* litteræ dubium fit. Possit, vt facilè potuit, è litteræ superpositæ fuisse lineola, factumque *caritatem*, vt, participio *diligentes*, accusandi casus, quem regit, daretur, quòd non intelligeretur, *caritate fraternitatis* dictum esse, pro *fraterna*. Author Glossæ, alijque Glossematici posteriores, duobus modis hanc scribendi rationem (*Caritatem fra. in. dit.*) exponunt; vno, Diligite caritatem quam fratres habent inter se; altero, Velitis à fratribus redamari; sed illis, longè aliter, vt videtur, quàm Apostolus velit.

525. *Domino*

C. 12. v. 11. *Domino seruientes.*] Author commentariorum quæ in B. Ambrosij sunt operibus, *Tempori seruientes* legit. In Græco, inquit, dicitur sic habere: *Deo' seruientes*. quod nec loco competit. Quid enim opus erat summâ hanc ponere totius deuotionis, quando singula membra, quæ ad obsequia & seruitia Dei pertinent, memoret? In omnibus enim ijs quæ enumerat, plenum Deo seruitium exhibetur. Nam seruire tempori quid sit, alibi soluit, cùm dicit: Redimentes tempus quoniam dies mali sunt &c. Offendisse hunc Authorē videtur, quòd hæc totius summa, *Domino seruientes*, media inter membra legatur. Græci libri, qui hodie in manibus sunt, ferè, τῷ καιρῷ δουλεύοντες, quod est, *tempori seruientes*, habent. Cæterùm, Regius ex Complutensi, & quinque alij à Parisiensibus notati, δ. ε. θ. ι. ια.· τῷ κυρίῳ δουλεύοντες, *Domino* seruientes*, scribunt: quibus consentiunt, Græcorum, Chrysostomi, Theodoreti, Theophylacti, atq. Oecumenij, textus & commentaria, Syricæque editiones; Scholia adhæc Latina, quæ apud B. Hieronymum exstant, & Primasij commentaria, ac Sedulij collectanea. Origenis Interpres Hieronymus, cùm hunc legendi modum explicuisset, Scio, addidit, in nonnullis Latinorum exemplaribus haberi, *tempori seruientes*: quod mihi videtur inconuenienter insertum, nisi quis fortè ita dictum putet, vt in alijs idem Apostolus ait: Tempus breue est, superest vt qui &c., vel vt illud dictum est: *Redimentes tempus &c.* Hodie, in Latinis codicibus, lectio hæc *tempori seruientes*, non reperitur: constanter enim *Domino seruientes* habent, tametsi scriptorum antiquissimi, qui libris capitum argumenta præfigunt, huius epistolæ 48^m caput, de *tempori seruiendo* inscribunt, nimirum, quòd retinuerint capitum argumenta, ei Latinorum editioni, quæ ante nostram fuit, accōmodata. quocirca maius Malmundarij exemplar, & eum locum quem proximè tractaturi sumus, iuxta antiquam editionem describit: *De communicatione sanctorum – memorijs'*, etsi legat iuxta nostram: *Necessitatibus sanct. communicantes*. Constanter etiam, Haymo, Anselmus, & posteriores nostræ editionis enarratores, *Domino seruientes* edidêrunt: quamquam Author Glossæ, ex Ambrosio, cuius interpretationem addidit, & alij, alterius litteræ *Tempori seruientes* meminerint. Existimo, D. Hieronymi castigationem, hanc legendi rationem *Domino seruientes*, editioni nostræ dedisse: qui, in epistola ad Marcellam scripta, vltima tomi secundi, cùm in eos acriter inuectus esset, qui studiosè ei detrahebant, quòd in sacris noui Testamēti litteris quædam emendare tentasset, adiecit tandem: Illi legant Spe gaudentes, tempori seruientes: Nos legamus. Spe gaudentes, Domino seruientes. Varietati occasionem dedit, affinitas Græcarum vocum, κυρίῳ & καιρῷ, præsertim cùm voces scribæ breuiare soleant.

* τοῦ θεοῦ *Ald.* * *vel* τοῦ *Syr.*

Ephes. 5. d. 16

1. Cor. 7. f. 29 Ephes. 5. d. 16

Leod. Tolanus, Mal. ma., sed is, statua hæc omnia præcepta, vno capite 42 complectitur.

* Bruxensi codici posterior argumentorum pars simul cū vltima epistola ad Romanos deest, vno folio perdito. – Leod. * membris Tolanum.

C. 12. v. 13. *Necessitatibus* sanctorum' communicantes.*] D. Hilarius, sub finem libri, quem in Constantium Augustum scripsit, Author commentariorum Ambrosij nomen præferentium, & Petrus Chrysologus sermone 120, legunt: *Memorijs sanctorum communicantes*, quem ad modum, magis in Latinis exemplaribus, haberi, meminerat Interpres Origenis. Scholiastes, qui B. Hieronymi scriptis iunctus est, ac Sedulius Collector, & istam, & alteram lectionem, explanant. Hodie, Latini, Græci, & Syrici codices, concorditer constanter-

526. *eorum o.*

stanterque, alteram *Necessitatibus sanctorum communicantes*, habent: quibus volunt Tractatores Græci, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & Latini, Haymo ac posteriores. Et hanc rursum legendi rationem, nostræ editioni à B. Hieronymo datam, autumo: qui, in Origenis, aut suo potiùs commentario, vtrumque legendi modum, vt ædificationi vtilem, admittit, sed hunc *necessitatibus sanctorum communicantes*, non obscurè præfert. Vsibus, vertit, sanctorum communicantes. dein adiungit: Memini in Latinis exemplaribus magis haberi, memorijs sanctorum communicantes: verùm nos, nec consuetudinem turbamus, nec veritati præiudicamus, maximè cùm vtrumque conueniat ædificationi. Nam, vsibus sanctorum, honestè, ac decenter, non quasi stipem indigentibus præbere, sed censum nostrum cum ipsis quodammodo habere communem, & meminisse sanctorum, siue in collectis solemnibus, siue pro eo vt ex recordatione eorum proficiamus, aptum & conueniens videtur. Diuersitas iterum ex vicinitate Græcarum vocum orta fuit, χρείαις, μνείαις: est enim locus hic superiori quàm simillimus.

527. *ideoque o. C. 13. v. 5. *'Ideò' necessitate subditi estote.*] Multi codices *necessitati* legunt, cum expositoribus, Carensi, Thoma, Lyrano, Brunone, Viguerio; sed plures melioresque (insignes nostri, Brug. Lob. Leod. Mal. ma. mi. T. O. E. L., antiqui Epanorthotæ) cum Anselmo, Gorran, & Richelio, *necessitate*: quo modo apud D. Augustinum, libello in quasdam huius epistolæ propositiones, expositione non dissonante, & Primasium, legitur. Glossa, & Lombardi commentarius, vtrumque legendi modum explicant. Græci libri ferè scribunt, διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, quod est, Ideò necesse est subdi: cuius paraphrasim Syri dederunt hanc: Et propter hoc necessitas nobis vt subdamur. Interpres, aut legit, aut intellexit, *ἀνάγκη* (Complutēsis noui Testameti editio, improprijs diphthongis *η* & *φ* nunquam subscribit iota) id quod transtulit *necessitate*, tametsi etiam *necessitati* transferri possit: & infinitiuum imperatiui loco accepit, vel *ὑποτάσσεσθε* habuit, vt est in Complutensi * & Basileensi * editionibus. Author commentariorum Ambrosio attributorum, contra alios omnes, omittit *τὸ necessitate*: *Ideóque subditi estote, non solùm propter iram &c.* quomodo & apud Sedulium legitur, huius commentarium referentem.

*Anni 1514. *Anni 1538.

528. *o. *appropinquabit o. C. 13. v. 12. *Nox præcessit: dies autem appropinquauit'.*] Existimant quidam, *processit*, à librarijs, in *præcessit* mutatum: eò quòd vox Græca προκόπτειν, procedere, progredi, ad finem tendere, significet. Sanè, hæc est vocis propria significatio: secundum quam, Chrysostomus, & clarissimè Theophylactus, hunc Apostoli locum enarrauerunt. Significat tamen eadem dictio, &, præterire, transire, præcedere. Vnde veteres Latini, aliquando, *Nox præterijt* legunt, vt Hieronymus in caput 26. Matthæi; quandoq. *Nox transiuit*, vt Cyprianus sermone De zelo & liuore; alias *Nox præcessit*, vt Ambrosius manifestè, libri 5. De Sacramentis capite 4. sermoneque 52, & Author commentariorum Ambrosio adscriptorum. Sermone 52° B. Ambrosij verba sunt: Præcessit, inquit, nox, non sequitur: vt intelligas, superueniente Christi lumine, & diaboli tenebras effugari, & peccatorum obscura non subsequi, & iugi splendore præteritas caligines depelli, surrepentia delicta pro- transire significat, eadem quæ Hebræis hiberi. Vox Syriaca עֲבַר: *Nox nunc transiuit*, Syriacum habet. Apud Hieronymum, libro in Iouinianum primo, & Augustinum, Epistola 80, legitur, *Nox processit*: sed, Hieronymi locum, constat, à correctore mutatum, quem & Titelmannus pro *præcessit* adfert, quòd in alijs exemplaribus *præcessit* legerit. In Epitaphio Nepotiani, manst *præcessit*: quamquam nec hanc constet genuinam esse Hieronymi scripturam. Libri nostri noui Testamenti Latini, Latinique enarratores, Anselmus, Author Glossæ, ac posteriores, *præcessit* legunt. Cæterùm, agnoscendum id est, facilem esse lapsum, ex *pro* in *præ*, & facilem temeritati mutandi ansam id quod minùs intelligit, denique *processit* bellè congruere verbo *appropinquauit*, quamuis non absurdè dicatur nox præcessisse diesque appropinquasse, cùm nox propinqua est fini; rursum, cùm nox & tenebræ miscētur, in diluculo.

529. oi *ergo o. *1 MS. C. 14. v. 9. *In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, vt & mortuorum & viuorum dominetur'.*] Duo Parisiensium manuscripta, Paul. Ge. l., tria Hentenij, & quinq. nostra, Leod. Mal. ma. So. la. Pl. ang. Atr., conduplicant coniunctionem, in priori, vt in posteriori parte, *Et mortuus est & resurrexit:* id quod Græcæ lectioni consonat, multumque decoris sententiæ adfert: Dein, quædam manuscripta, pro *resurrexit*, *reuixit* habent. Porrò, Græci codices, simul vtrumque legunt, hoc pacto, ἐπὶ τοῦτο γὰρ χριστὸς, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέζησεν: sed, in redundantiæ suspicionem veniunt. Primùm enim, Complutenses, omnesque ad quos suam Noui Testamenti Græcam editionem Parisienses contulerunt π littera significati, cum Græcis, Chrysostomi, Theophylacti, & Oecumenij, exemplaribus, pro *ἀνέζησεν*, *ἔζησεν*, *vixit*, pro *reuixit*, habent. Deinde, Syri, qui vtrumque similiter legunt, *surrexit* po- Mortuus est, & vixit, nunt post *vixit*. & surrexit. Adhæc; apud Irenæum, libri 3. capite 20, & Authorem commentariorum quæ in Ambrosij sunt operibus, *vixit* ponitur ante *mortuus est*: *Et vixit, & mortuus est, & resurrexit.* Præterea, Latini codices, constanter alterum duntaxat legunt; & plerique quidem *resurrexit*; quidam verò, minimè contemnendi, Parisiensium Paul., nostri E. Q. Pl. m. I., *reuixit*. quibus, Malmundarij minus exemplar, antiquitate spectatissimum, suffragatur: nam, erasæ prioris scripturæ loco, minoribus & coactioribus litteris, substitutum habet *resurrexit*. Anacleti Papæ epistola prima, tantùm *reuixit* scribit. Origenes, vel Hieronymus Origenis translator, suppletorque, *vixit*, idque solum, legit: cui ea quæ in Ambrosij sunt operibus commentaria concinere mihi certè videntur, tametsi, quod dictum est, alio *vixit* loco habeant; atque & ex Sedulio id manifestum possit euadere, qui, dum horum commentariorum enarrationem adfert, dumtaxat legit, *In hoc enim vixit Christus, & mortuus est.* Ex his igitur videri possit redundare, vel *ἀνέστη resurrexit*, vel *ἀνέζησεν reuixit*, siue *ἔζησεν vixit*, iis quibus vtrumque legitur. Et quamquam iudicare fortè quis posset, superfluum esse potiùs *ἀνέζησεν reuixit*, siue *ἔζησεν vixit*, quàm *ἀνέστη resurrexit*, quòd illud aliter atque aliter & alio atque alio loco legatur, ác minùs frequens Latinis in libris inueniatur: tamen, hoc magis, *resurrexit*, addititium esse existimarim, in primis, quòd mox citati veteres id omittant, tum quòd elegantiùs *vixit* siue *reuixit* ei quod sequitur, *Vt & mortuorum & viuorum dominetur* respondeat (mortuus est, vt mortuorum; vixit, siue reuixit, vt viuorum dominetur) denique quòd vocis *ἔζησεν* vel *ἀνέζησεν vixit* vel *reuixit* expositio fuisse videatur *ἀνέστη resurrexit*, quæ, ab aliquibus ad marginem adscripta, cùm in textum tandem irrepsisset, postea aliquando extruserit id ad quod exponendum adhibita fuerat vt superfluum, aliàs alium ad locum deturbarit quo superfluum sensu haud esset. Quocirca & existimant quidam, germaniorem Latini Interpretis scripturam esse, *Et mortuus est & reuixit*, altera *Et mor. est & resurrexit*, quæ, vel ex alterius translatione, vel ex alicuius explanatione, sumta sit. Porrò, horum duorum *ἔζησεν* & *ἀνέζησεν*, *vixit & reuixit*, *ἔζησεν vixit* verius Græcis censuerim, quandoquidem in nobilioribus exstet Græcis antigraphis, & celebrius sit apud veteres, neque facilè pro *ἀπέθανε καὶ ἀνέζησεν*, *& mortuus est & reuixit*, substituerit quisquā *ἀπ. καὶ ἔζησεν*. *Et mor. est & vixit*; facilius longè è contrà, pro hoc, illud. In posteriori sententiæ parte, multi Latini codices, præponunt *viuorum*, postponunt *mortuorum*; *Vt & viuorum & mortuorum dominetur*. sed ij, vt alios multos sibi aduersantes habent, ita Græcos & Syricos contrarios patiuntur, quin & rectum ordinem quo prioribus posteriora respondent, nisi quis eum legendi modum, quem apud Irenæum & Ambrosium esse diximus, sequendum duceret.

C. 15. v. 31. *Et obsequij mei oblatio accepta 'fiat' in Ieru salem sanctis.*] Manuscriptum Bussidiani Collegij, habet: *Et oblatio obsequij mei accepta*: alterum, G littera insignitum, legit: *Et obsequium & oblatio accepta*. Vnde, videri possit addititia esse vox *oblatio*, ex 16 fortassis huius capitis versu, vbi legitur, *'Vt fiat oblatio gentium accepta'*, commentarij hunc locum per illum exponentis occasione adiecta: quia Græcè non aliud est quàm *ἵνα ἡ διακονία μου· Et vt ministerium meum*, id quod verterit Interpres, subaudienda relicta ex priori parte *vt* coniunctione, *Et obsequium meum.* nisi fortè, quod alij cōiecerunt (habent enim plerique omnes libri concorditer, *Et obsequij mei oblatio*, cum Haymone, Anselmo, & posterioribus expositoribus.) legerit *ἵνα ἡ διακονία μου προσφορὰ*, vel explicationis ergò id addiderit, intelligens, per obsequium, oblationem quam adfert vel collegit obsequium siue ministerium. Apud authorem commentariorum Ambrosij nomine, legitur: Et munerum meorū oblatio accepta fiat in Ierosolyma sanctis. cōmentarius est: Etiam hoc orandum dicit, vt ministratio munerum eius accepta fiat sanctis in Ierusalem &c. Duo ex nostris scriptis codicibus, pro *in Ierusalem*, legunt *in Ieroſolymis*; tredecim *in Ierosolyma*; quatuordecim, inter quos sunt Brug. & Q. *in Ierosolymam*. Ex quo videri possit, si rursus diuinare fas est, vertisse Interpretem, *Et obsequium meum in Ierosolymam, acceptum fiat sanctis*, vel, *Et obsequij mei oblatio in Ierosolymam, accepta fiat sanctis*, quo modo atque ordine Græcè legitur· *ἵνα ἡ διακονία μου ἡ εἰς ἱερουσαλὴμ δεκτὴ τοῖς ἁγίοις*. neque enim *εἰς* motum in loco significat, vt intelligi ex hoc Græco legendi modo possit, Accepta fiat in Ierosolyma, aut, Sanctis qui sunt in Ierosolyma; neque *ἡ* articulus patitur id sequentibus iungi. *Obsequium* autem siue ministerium *in Ierosolymam*, intelligitur, quo proficiscor Ierosolymam, collationem quam ei curaui perferens; vel, *obsequij mei oblatio in Ierosolymam*, quam collegit obsequium meum pro Ierosolyma, eoque defert. quod, quia intellectum non est, mutatus videtur accusandi casus in auferendi, *Ierosolymam*, in *Ierosolyma*, & *Ieroſolymis*, vel, quod ambiguum erat, *in Ierusalem*, id quod, paucos scriptos, plerosque impressos libros occupat, & translata pars eò quòd pertinere censebatur, ad orationis finem, vbi retentus à multis accusandi casus, loco non conuenit. Duo peruetusta scripta, T & Malmundarienſe maius, perfectissimè ad Græcam scripturam respondentia, habent: Et ministerium meum, 'quod Ierosolymam defertur', acceptabile sanctis fiat. sed ea, ab editione nostra recedere nonnumquam, obseruaui. Huic verò interpretationi, perſimilis est ista Syrorum: Et ministerium, quod defero sanctis in Ierusalem, bene suscipiatur. Porrò, Græci quidam codices, omittunt *εἰς* præpositionem

530. *fuit o.

*i. ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἁγίων εὐπρόσδεκτος.

*vt ἡ εἰς ἱερουσαλὴμ· quod in Ierusalem.

nem· *ἡ διακονία μου ἡ ἱερουσαλήμ*. sic enim Aldina editio scribit: itaque Caietanus se legisse ostendit. Chrysostomus verò & Theophylactus, nec *ἡ ἱερουσαλήμ*, siue legentes, siue interpretantes, agnoscunt: duntaxat habent, *ἵνα ἡ διακονία μου εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις.*

531. *ecclesiæ o. *Ieiu. o. *a Chrysost. Theophylact. *εἰς χριστὸν *in Christum.

C. 16. v. 5. *Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiuus* Asiæ in Christo*.*] Plerique Græcorum & codicum & *Interpretum, suffragantibus Syris, legunt *Achaiæ*, pro Asiæ· *ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς ἀχαΐας* 'εἰς χριστόν'. Qui est primitiæ Achaiæ 'in Christo'. Verùm, Latini libri, constanter *Asiæ* seruant, consentientibus Latinis Tractatoribus, præter nostræ ætatis aliquot, qui & textus suos, ex Græco, *Achaiæ* emendarunt. *Asiæ* se legisse declarat B. Hieronymus, enarrans caput Ezechielis 43. Porrò, & inter Græcos authores, Origenes, non solùm in huius loci commentario, sed etiam Homilia in Numeros vndecima, disertè *Asiæ* legit: & inter Græcos libros, Parisiensium quintus, *ἀσίας Asiæ*, non *ἀχαΐας*, scribit. Quamobrem, vulgata Græcorum lectio, deprauata à *quibusdam existimatur, similis loci occasione, qui est prioris ad Corinth. 16, οἴδατε τὴν οἰκίαν στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς ἀχαΐας.*

*Tirinus-sus, Sixt. Zegers. 1. Cor. 16. c. 15.

532. *solo 4 MS. *est 3 MS.

C. 16. v. 23, 26, 27. *Et autem qui potens est vos confirmare (&c.) 'soli' sapienti Deo, per Iesum Christum, cui* honor & gloria in secula seculorum. *Amen.*] *τὸ cui*, ab emendatissimo exemplari, quod M. N. Hunnæus inter alia contribuit, Q notato, tollitur: à Complutensium & Regiorum Bibliorum Latinis & Græcis textibus, non agnoscitur. Plurimum certè lucis orationi adferat eius omissio: verùm in aliis omnibus, quotquot vidimus, Græcis Latinisque libris, reperitur (vnum duntaxat Græcum vidimus Parisiis à Simone Colinæo impressum, qui *ᾧ cui*, cum *αὐτῷ ipsi*, commutauit) atque ab Enarratoribus, quos consuluimus, plerisque omnibus, veteribus & recentioribus, manifestè legitur (ferè enim eos torquet) quamquam Carensis & Gorran, locum & iuxta eum modum explicent, quo est sine *cui*, secuti, opinor, id quod author Glossæ annotauit: si auferas *cui*, absoluta est lectio. Græci, id, parelcon, sensui superfluum, esse docent, quòd repetitione opus esset assumtum: quibus, B. Augustinus, libri aduersus Maximinum tertij cap. 13, accedit: Quòd verò additum est *cui*, inquit, vt diceretur *cui gloria*, cùm sufficeret si dictum esset *ei autem gloria*, inusitatam nostræ linguæ indicat locutionem, non sensum, quem requiramus, vel de quo ambigamus, insinuat. Syri, illo prætermisso, & vocibus quibusdam transpositis, clarè interpretati sunt: Deo autem ipsi, qui potens est confirmare vos (&c.) qui est sapiens solus ipse, gloria per Iesum Christū, in sec. sec. Amen.

533. Circa eundem hunc locum aduertimus, eam, vt Græcorum, & Syricorum, codicum, ita veterum Authorum, tam Latinorum, quàm Græcorum, esse lectionem, *cui gloria in*, sublato *honor &*: quo modo est & in Latino scripto Germani lato. Tria nostra Latina scripta, So. la. T. Pl. ang., legunt: *Cui* honor in, sublato *& gloria*. Vulgatæ nostræ lectioni alterum fortassis est additum, ex loco primi capitis prioris epistolæ ad Timotheum, qui celebris est in precibus horariis; ad primam, *Soli Deo honor & gloria in secula seculorum. Amen.*

*est Pl. ang.

1. Tim. 1. d. 17

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIOREM.

534. *trinus liber MS. 2 signat.

C. 2. v. 14. *Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: stultitia est enim illi, & non potest intelligere, quia 'spiritualiter' examinatur.*] Triplicem ferè hoc loco reperio lectionem; Vnam, eamque frequentissimam, tam authorum, quàm codicum, *Quia spiritaliter examinatur*; Alteram, *Quia spirituliter examinantur*, quæ in Complutensibus & Quentelianis est Bibliis; Tertiam, *Ea quæ spiritaliter examinantur*, quam in quatuor vidi exemplaribus manuscriptis, Mal. ma. Pl. m. I. quibus alia quædam accedunt: R habet: *Quæ spi. examinantur*, prætermisso *ea*; M. *Quæ spi. examinatur*.; T & G. *Ea, quia spi. examinatur*. Atrebatensis Collegij sericatus codex, omnium simul varietatum particeps, non incōmodè scribit· *Ea, quia spi. examinantur*. Græcè est *ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται*: id quod *κατὰ πόδα* transferas· *Quia spiritaliter examinatur*. Nōnulli id referunt ad animalem hominem: cæterùm, si, quod verisimilius sit, cum Græcis tractatoribus, *ad ea quæ sunt spiritus Dei* referas, Latinè vertendum est, *Quia spi. examinantur* (neq. enim Latinis, vt Græcis, neutra pluralia verbo gaudent singulari) nisi fortè, non *ὅτι* coniunctionem, sed *ὅ*, *τ* relatiuum legas: tunc enim reddas, *Id quod spi. examinatur*, quo modo intellexisse videntur Syri. Primus vertendi modus, respondet primo legendi; secundus, secundo legendi; tertius, tertio vicinissimus est. Quis autem horum germana sit Interpretis scriptura, in dubium venit: primum tamen non facilè ego ausim Interpreti subtrahere, cui & vetus author commentariorum Ambrosio adscriptorum suffragatur, quamquam secundus & tertius commodissimi videantur.

535. *quæ est 2 MS. *o. Deo. *pta 'ꝙ' virgo cogitat quæ 'Domini' sunt.

C. 7. v. 33. & 34. Duplex hoc loco est lectio. Prior est: *Solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier* innupta, virgo cogitat quæ Domini sunt. Hæc Latinorum hodie ferè consensum est: quam, Author cōmentariorum quæ apud Hieronymum exstant, Primasius, Haymo, atque hoc posteriores Latini Enarratores, edisserunt, & B. Ambrosius, initio libri De viduis, profert. Posterior est, *Sol. est quæ sunt m., quo. pl. vxori. Diuisa est mulier & virgo. Quæ innupta est cogitat quæ Do. sunt.* Ista Græcorum hodie ferè librorum est: ita enim habent· *μεμέρισται* *ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου*. quibus Syrici consonant (differentia autem est, scribunt, inter vxorem & virginem. Ea quæ viro non est &c) & Interpretes Græci, Chrysostomus, Theophylactus, atque Oecumenius, & inter Latinos Sedulius, adstipulantur, cum D. Basilio libro De vera virginitate. Hunc ad modum Hieronymus citat, tum contra Heluidium disputans *, tum Eustochium ad custodiendam virginitatem adhortans *. Eundem ad modum reperi in duobus antiquis Latinis libris scriptum, Malmundarienſi maiori & T: quāquam hoc habeat, *Et diuisa mulier & virgo*; illud, *Et diuisa est mulier & virgo*. Cæterùm, ex hoc atque alijs locis, constat, exemplaria hæc, multa ex veteri editione seruare, quæ in nostra emendata sunt. Hieronymus enim, primi aduersus Iouinianum libri septimo capite, testatur, fuisse hanc suo tempore Latinorum codicum lectionem: sed alteram, quam in Græcis suis videtur habuisse antigraphis, vt quæ Apostolicæ sit veritatis, probat. Quare, ex D. Hieronymi emendatione, hanc; in nostræ editionis esse libris, manifestum est. Hieronymi Græcis antigraphis; duo obseruarunt Parisienses, ε & ια, similiter legentia; Nos, vnum, à Simone Colinæo, anno 34 excusum· *μεμέρισται. καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος ἡ παρθένος μεριμνᾷ*. Commentaria quæ sunt in Ambrosij operibus, lectionem habent, ex dictis duabus compositam: *Quomodo placeat vxori, & diuisa est. Diuisa est mulier & virgo. Quæ non est nupta, solicita est de ijs quæ Domini sunt.*

* Cap. 10. * Cap. 9.

*Pl. m. habuit; Et diuisa est mulier innupta & virgo cogitat.

C. 14. v. 33. *Sicut* in omnibus Ecclesiis sanctorum doceo.] Vocalem *doceo* tollit Latinum Parisiensium exemplar Ge. l., conformiter libris Syricis & plerisque Græcis, suffragantibus enarratoribus Græcis, Theophylacto & Oecumenio. Hieronymianus Scholiastes dubito an legerit: Sic est vbique, inquit, ne noui aliquid me imperare putetis. Ex nostris manuscriptis, Malmundarij maiori, minori litteræ addita consp icitur. Videri possit ex septimo huius epistolæ capite huc assumta, vbi legitur iuxta nostram editionem: Et 'sicut' in omnibus Ecclesijs 'doceo.' Cæterùm, vt in omnibus nostræ editionis sinceris codicibus reperimus, ita, ab Authore commentariorum Ambrosio attributorum, Haymone, &, qui hunc ætatē sequuntur, Latinis explanatoribus, lectam obseruauimus. Adhæc, in vno Græco exemplari, ια, Parisienses inuenerunt· *ὡς ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων διδάσκω*. cui adstipulatur B. Chrysostomi textus, cùm Latinè, tum Veronæ Græcè, editus.

536. *& o. *ὡσαύτως & Gg.

C. 14. v. 38. *Siquis autem ignorat, ignorabitur.*] Græcè est *εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω*, quod est, *Siquis autem ignorat, ignoret.* Syriacè similiter est. Atque hoc modo, Chrysostomus, Theophylactus, & Oecumenius, non solùm legunt, sed etiam intelligunt. Verùm, Latini, & codices, & Interpretes, constanter scribunt· *Si quis autem ignorat, ignorabitur.* fortè enim vetus Interpres, non *ἀγνοείτω*, sed *ἀγνοείσθω, ἀγνοῆται*, aut *ἀγνοήσῃ* legit.

537.

C. 15. v. 31. *Quotidie morior per vestram gloriam, fratres.*] Multi nostrorum codicū legunt *per*; plures *propter vestrā gloriam*: ab vtraq. parte præstātia sunt scripta; sed à priore antiqua Epanorthotæ. Anselmus, *per*; Primasius, Carensis; Lyranus, Gorran, *propter* edisserunt. Sedulius, Haymo, Author Glossæ, Lōbardus, Thomas, Richelius, vtrumq. exponunt. sed Haymo, non *propter*, sed *pro vestra gloria* notat quosdam habere, quo modo & in Sedulio est, & in duobus scriptū vidimus exemplaribus, & in aliquot impressis ad marginem annotatum. Hieronymus in Epitaphio Marcellæ *propter vestram salutem*; Author enarrationum apud Ambrosium *pro vestra salute*, habet. Augustinus autem; sub finem epistolæ 89, libri primi De sermone Domini in monte, capite 25, & sermone De verbis Apostoli vicesimoctauo, *per* legit: & iuratse Apostolū, ex hoc loco, præsertim vt apud Græcos est, probat· *νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν* est Græcè: id quod Syri disertè transtulerunt *iuro per gloriam vestram*. Scholiastes qui in Hieronymi est operibus; cum B. Augustino, legit *per*: sed studiosè monet, non posse hinc Apostoli iuramentum conuinci, nimirum quia Pelagius vel Pelagianus est, quorum hæresis voluit iusiurandum auferre. Sed infirma nisus est similitudine. Nam si dicam Per puerum misi, non statim per puerum iurasse rectè putabor; Græcæ aut vocis aut proprietatis ignarus. Cæterùm, *νὴ*, non solùm *μὰ*, quod est iurantis, sed etiam *διά*, quod est causam dantis, significare, ita vt *propter* verti rectè possit, his verbis Græca scholia docent· *νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν. ἢ ὀμνύω, λέγων, μὰ τὴν ὑμετέραν καύχησιν· ἢ διὰ τὴν ὑμετέραν καύχησιν ὑποστήσω. λέγει δὲ τὴν αὐτῶν προκοπήν*: quod est: Aut iurat (Apostolus; dum ait *νὴ τὴν ὑμε. καύ.*) dicens Per vestram gloriationem; aut propter vestri gloriationem moriot. dicit autem ipsorum profectum. Photij est scholion. Chrysostomus & Theophylactus, *propter* intelligisse videntur.

538.

C. 15. v. 51. *Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.*] Triplicem olim fuisse loci istius lectionem, ex Hie-

539.

ex Hieronymi ad Minerium & Alexandrum epistola numero 152, * Cap. 10. Augustini 20. De ciuitate Dei * libro, ac tertia ad Dulcitium quæstione, illis quæ Hieronymo tribuuntur commentarijs, & Græcis Oecumenij scholijs, manifestum est. Vna fuit: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* altera: *Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur.* tertia: *Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur.* Prima frequentior erat in exemplaribus Latinis; 3* in nonnullis erat Latinis; secunda & tertia in Græcis. Hodie, prima sola inuenitur in exemplaribus Latinis; secunda est in Syricis, & plerisque omnibus Græcis; tertiam duntaxat, in Complutensium Bibliorum, & eorum quæ ex illis excusa sunt, margine, legimus, qui habet pro πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, aliam Græcam litteram habere, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, ἀλλὰ πάντες ἀλλαγησόμεθα, & in S. Pagnini versione, cuius hæc verba sunt: Omnes siquidem dormiemus, sed non omnes immutabimur. Huic tertio legendi modo, secundum rem, respondet noster, primus inquam, qui Latinorum est: quem non facilè debemus, vel huic tertio, vel illi secundo, postponere.

540. C. 15. v. 52. *In nouissima tuba, canet enim tuba.*] Quatuor Parisiensium manuscripta (Di. o. Ge. o. l. V.) tria Hentenij, & vnum nostrum (Brug.) auferunt posterius *tuba: Canet enim* duntaxat habent. Nec Græcè aliud est quàm σαλπίσει δέ: id quod multi hodie Interpretes *Canet enim*; Syri olim *dum canet* transtulerunt. Cæterùm, σαλπίσειν, tuba canere significat, perinde ac si Latinè dicas tubare; qua voce reddidit Origenis Interpres, tractatu in Matthæum 30*; aut, quod vsitatum est, buccinare. Verùm, si canere hîc tantùm vertas, *tuba*, ex eo quod præcedit, subaudiendum relinquitur.

* longè post medium.

541. C. 16. v. 15. *Obsecro autem vos, fratres, nostis domum Stephanæ & Fortunati.*] Multi libri addunt, multi tollunt, *& Achaici. Stephanæ, & Fortunati, & Achaici.* Eis qui tollunt adstipulatur inter Latinos enarratores disertè Haymo; adhæc Græci & codices & Interpretes, & Syriacus textus. Porrò, Græci plerique codices, suffragantibus plerisque Græcorum Interpretum, & Syriaco textu, etiam *& Fortunati* tollunt. Videri certè possint *Fortunati & Achaici* nomina, ex 17° versu proximo, quo cum Stephanæ coniunguntur (*Gaudeo autem*, legitur ibi, *in præsentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici*) huic fuisse adiecta, quòd sequatur, hîc multitudinis numero *Quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos.* id quod ad domum siue familiam Stephanæ (quod erroneè multi mulieris esse nomen existimant) referendum sit. Cæterùm, inter Græcos Parisiensium codices, vndecimus, & Græca Colinæi editio, conformiter Latinis libris & enarratoribus, *& Fortunati* legunt· τὸν οἶκίαν στεφανᾶ καὶ φορτυνάτ.

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI AD CORINTHIOS POSTERIOREM.

542. C. 1. v. 6. *Siue autem tribulamur, pro vestra* ᵃ *exhortatione' & salute:* ᵇ *siue exhortamur, pro vestra exhortatione* ᵃ *& salute' quæ operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur:* ᵃ *& spes nostra firma* ᵇ *est pro vobis, scientes &c.*] Multi codices, ante *siue exhortamur*, tertium addunt membrum, *Siue consolamur, pro vestra consolatione*, Authore Glossæ, cum schola sua, suffragante. Cæterùm, antiqui libri, Pau. Const. Di. o. l. Ge. o. l. Brug. Mal. ma. mi. Leod. Lob. O. G., id non agnoscunt; duo solùm membra scribunt: quibus, vetustus Author commentariorum quæ Ambrosio adscribuntur, Græci Tractatores, Græci & Syrici codices, suffragantur. Quare id Hentenius & Zegerus Castigatores textu expulerunt. Adiectum fuisse videtur ex altera interpretatione, primùm fortè ab aliquibus margini adscripta, quòd vulgata translatio, quæ exhortari pro consolationem accipere vtitur, minùs conueniens iudicaretur, & tandem ab alijs in textum relata. Græcis enim vnica sententia est, εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως, quæ, & *Siue cons. pro ves. cons.*, & *Siue exhor. pro. ves. exhor.*, verti potest. Ipse noster Interpres, eodem quarto versu proximè præcedenti, παρακαλεῖν, nunce consolari, nunce exhortari, vertit: ita vt ambiguum hoc loco esset, vtra eius esset conuersio, nisi veterum manuscriptorum fide doceretur. Nam, quòd quidam impressi codices illud legant solum, *Siue consolamur pro vestra consolatione*, pro eorum qui ediderunt arbitrio factum esse, est manifestum. Duo scripta T. & So. la., vtrumque vertendi modum miscuerunt: habent enim, *Siue exhortamur pro vestra consolatione*. Author commentariorum quæ in Ambrosij sunt operibus, legit: *Siue exhortationem consequimur, pro vestra exhortatione.* Is qui Græca Syriacè reddidit, & plurimi eorum qui eadem Latinè reddiderunt, interpretati sunt: *Siue consolationem accipimus, pro vestri consolatione.*

ᵃ tribulatione o. ᵇ in o. ᵃ - o. ᵇ vt o. ᵃ sit o. ᵇ MS. antiqua

543. Ex posteriori hoc membro, emendatiores nostri codices, nouem numero, cum sex Hentenij, auferunt *& salute*, Ambrosiano textui & Syri- Brug. Lob. Mal. mi. So. la. T, O, E. Pl. m. G.

& Syricis editionibus conformiter. legunt id porrò, vtroque membro, cum alijs Latinis libris, & Authore Glossæ eiusque schola, Græca exemplaria, Græco Interprete Oecumenio manifestè consentiente. Qui tertium addunt membrum secundo loco, *Siue cons. pro. ve. cons.*, Latinorum, siue codicum, siue Interpretum, quidam, sed pauci, & huic *salute* adiiciunt.

Quod sequitur, *quæ operatur tolerantiam*, Græci, τῆς ὑπερχόσης aut 544. ὑπερχομένης ἐν ὑπομονῇ, scribunt, *operante in tolerantia.* Ita verò & Latinum Malmundarij maius exemplar habet *in tolerantia*; minus *in tolerantiam* legit, quo modo est & in Lob. Brug. O. G. Ge. o. l. ac duobus Hentenij. Societatis latum vtramque notat lectionem. Quædam antigrapha habent: *Quæ operatur in vobis tolerantiam*, quibus adiectum est à sciolis *vobis*; pro quo aliàs legitur *nobis*; vt salua maneret prepositio, quam alij similiter non intellectam audaciùs abstulerunt. Commentator apud Ambrosium, *Quæ operatur per patientiam* legit. Syrorum sententia, sed plenior, hæc est: Vt vos consolationem accipiatis, & sit in vos sedula operatio, seu, perseuerantia, qua sustineatis eas passiones, quas & nos patimur. Hic quoque notandum, alium esse textus ordinem in Græcis codicibus, alium in Græcis Interpretibus, alium denique in Latinis codicibus atque Interpretibus. Græci codices plerumque hoc ordine legunt: Siue autem tribulamur, pro vestri consolatione & salute, quæ operatur in tolerantia ear. pass. quas & nos patimur. Siue consolationem accipimus, pro vestri consolatione & salute, & spes nostra firma pro vobis, scientes. Græci Interpretes isto: Siue autem trib., pro ves. conf. & sal., quæ op. in tol. ea. pass. quas & nos pat.: & spes nostra firma pro vobis. Siue conf. acci., pro ve. conf. & sal., scientes. Latini codices atque Interpretes, eo ordine legunt quem initiò proposuimus. Et his quidem Syri consentiunt. Græcis autem Interpretibus, Græcæ Aldi & Colinæi editiones, & sex Parisiensium antigrapha, consonant. Inter Parisiensium antigrapha, Complutense est, cui Regia respondent.

Brug. Lob. Leod. Mal. mi. O. T. Di. ol, &c. — Chrys. Theod. Theophyl. Oecum. — Ambr. Aug. Hier. Pel.

C. 1. v. 11. *Vt ex* ᵃ *multarum personis facierum, eius' quæ in* ᵃ *nobis' est donationis, per multos* * *gratiæ agantur* * *pro nobis.*] Quatuor nostra Latina exemplaria, So. la. Pl. m. Atr. Pl. par., & quinque Parisiensium Græca, 1ᵐ, 4ᵐ, 7ᵐ, 10ᵐ, 13ᵐ, cum Græca Aldi editione, *pro vobis* legunt, Græco enarratore Oecumenio adstipulante. *Pro nobis* autem habent, & Latina exemplaria pleraque, consentientibus Latinis commentatoribus, & Græca complura, Græcis tractatoribus Theodoreto & Theophylacto concinentibus. Syri ab hac parte stant. Cæterùm; quamquam hoc, *pro nobis* inquam, similius vero, præsertim nostræ editioni; verum est vtrumque: agantur gratiæ pro vobis, quorum precibus & quorum bono seruatus sum; & pro nobis, qui sumus seruati. 545.

ᵃ multorum facie. Mal. ma. (corrᵗ. Amb. — * vobis 3. MS. — * participes o — * principes o — * Deo o. — Aug. Ier. Pel.

C. 1. v. 13. *Non enim alia* ᵃ *scribimus' vobis, quàm quæ legistis* ᵇ *& cognoscitis'.* Hæc Hentenij est emendatio. Quamuis enim vulgaris lectio sit *legistis & cognouistis*: optimi libri, nec ij pauci, præsenti tempore *cognoscitis* habent. Lobiense verò manuscriptum, præstantissimum illud, & Plantini angustum, ac Nicolai Zegeri editio, vtrumque præsenti tempore scribunt· *Quàm quæ legitis & cognoscitis*: atque ita est Græcè· ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε, Quàm quæ legitis aut & cognoscitis. Syri transtulerunt: Quàm ea quæ cognoscitis, & vobis persuasa habetis. In hunc modum, præter Græcorum exegeses, commentaria in Ambrosij operibus interpretari videntur; his verbis: Ea se dicit scribere, quæ non solùm litteris cernerent, sed & operibus eius manifesta haberent. Ita & Primasij scholia: Hæc legentes in epistola quæ cognoscatis in conscientia. 546.

ᵃ scripsimus o. ᵇ - o.

C. 1. v. 21. *Qui autem* * *confirmat nos* * *vobiscum in Christo,* ᵇ *& qui vnxit nos, Deus.*] Nonnulli libri *vos nobiscum* legunt; tres nostri, So. ru. Pl. par. R. quibus, Græca Complutensis editio, cum filiabus, adstipulatur. Videtur & Ambrosiaster adstipulari: ait enim: Christum dicit confirmare gentes, in fide promissa Iudæis. Porrò, *nos vobiscum* habent, plerique omnes & Latini & Græci codices, consentientibus Syris, & tractatoribus, Chrysostomo, Haymone, Theophylacto, Lombardo, Anselmo, Oecumenio, Gorrano. Quamuis autem cõuenientiùs dictum videri possit *Qui conf. vos nobiscum*, quàm *Qui conf. nos vobiscum*, quia Paulus Corinthiis in Christo fuerat prior, non tempore solùm, verùm & merito ac dignitate, atque adeò Apostolus eorum: tamen, quia suam hîc asserit firmitudinem atque constantiam, quæ quodam modo in dubium vocata erat, ideò eos sibi præposuisse videtur, dicens, *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo.* Manuscriptum Germani latum, & Quenteliana Biblia, *in Christum* legunt, Græco, vt suspicor, accommodata. Ambrosiaster; illum volumus quem Ambrosium plerique nominant, Ambrosii operibus coniunctum, *Christus Dominus* habet: quo modo & Malmundarij exemplar maius, veterũ lectioni sæpe conforme, habuisse, mihi sanè videtur: *Qui autem confirmat nos vobiscum, Christus Dominus.* T. litterâ notatum manuscriptum, huc accedens, *In Christo Domino*, legit. 547.

* dico o. * est o. - o. ὑμᾶς αὐτ ἡμᾶς. — ἡμᾶς αὐ ὑμᾶς. — εἰς χρῖσ.

C. 12. v. 11. *Nihil enim minùs fui ab iis qui sunt supra modum Apostoli.*] 548. Plerumque

Plerumque legitur: *Nihil enim minus feci*: sed *fui* vertisse Interpretem, quo modo emendauit Hentenius, manuscripta exemplaria veriora docent. Vetus Scholiastes, qui Hieronymo coniunctus est, & B. Anselmus, *fui* se legisse declarant. Græca habent οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα: quæ rectè hoc modo trãsferas: Nihilo enim inferior fui iis &c. Syra isto: Propterea quòd non defeci ab ijs &c.

549. * enim o. * vobis o. - o. * Sa. la. Mal. ma. Pl. m. L. Pl. par. &c. * Q. H. A. Pl. lout. V. L K. — Non ait B. Hieronymus, in aliquibus, quinto capitè non legi.

C. 13. v. 2. *Prædixi* *, *& prædico* *, *vt præsens, & nunc absens, ijs qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, queniam' si venero iterum,* ᵃ *non' parcam.*] Complures * codices addunt *vobis* ᵃ *Vt præsens vobis*: id quod quidam scribunt *bis*, quatuor Hentenij, vnus Zegeri, quatuor * nostri ᵃ *Vt præsens bis.* Quintus ex nostris vtrumque iungit· *Vt præsens vobis bis.* Sextus & septimus in spatijs notant *bis*. His qui *bis* habent, adstipulantur editionis nostræ enarratores, Author Glossæ, Lombardus, Carensis, Thomas, Gorranus. Græci constantissimè ὡς παρὼν τὸ δεύτερον legunt, quod est, vt præsens secundò, vel, iterum. Sic & Syri, qui clarissimum dederunt loci sensum: Prædixi vobis, & iterum prædico vobis: sicut & duabus vicibus, cùm fui apud vos, dixi vobis, (ita) & nunc absens scribo, iis &c. Author commentariorum Ambrosij nomine, τὸ δεύτερον *secundo aduentu* interpretatur, *Vt præsens secundo aduentu*; hoc sensu: Sicut, cùm secundò venissem, dixi: ita, & nunc absens dico: quæ & Græcorum Interpretum expositio est. Omnino igitur addendum, legendumque videtur, *bis*; idque non intellectum, alios abstulisse, alios cum *vobis* mutauisse: quamquam; id quod demirot; præstantiores syncerioresque libri, auferant, nec *bis*, nec *vobis* habeant. Ei quod sequitur, à Græcis & Syris, constanter concorditeque adiicitur *scribo*: *Et absens nunc scribo, ijs.* quod, à Latinis, nõ minùs constãter omittitur, minimè necessarium.

Brug. Lob. Leod. Mal. mi. O. T. Di. ol, &c. — Chrys. Theod. Theophyl. Oecum. — Pau. Atr.

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOST. AD GALATAS.

550. * nos o. — * Cap. 13.

C. 2. v. 5. *Quibus neque ad horam cessimus subiectioni, vt veritas Euangelij permaneat apud* ᵃ *vos'.*] Vsque ad B. Hieronymi tempora, Latina exemplaria sine negatione legerunt: *Quibus ad horam cessimus subiectioni*: id quod, ex Irenæo 3ᵘᵐ aduersus hereses librum scribente *, & Hieronymo locum hunc exponente, aliisque veteribus, patet. Atque ad hunc modum, cum Latinis exemplaribus legendum esse, Tertullianus libro in Marcionem quinto, & Author enarrationum quæ Ambrosij ferunt nomen, docent: quibus, ex Neotericis, Nicolaus Zegetus adhæret. Verùm, Græcorum codicum lectionem οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, *Quibus neque ad horam cessimus subiectioni*, quam Tertullianus vitiatam esse existimat, Hieronymus præfert: eamque, cum Hieronymo, nobilissimi Tractatores, Augustinus, Chrysostomus, Theodoretus, Sedulius, Theophylactus, Haymo, Anselmus, Oecumenius, sequuntur. Apud posteriores plerosque omnes Latinos enarratores tenet: ac sola hodie, tam in Latinis & Syricis, quàm in Græcis codicibus reperitur.

Latini porrò codices non pauci; ex manuscriptis nostris quindecim; omittunt τὸ *quibus*, quemadmodum & Tertullianus, atque Ambrosiaster ille, ac, inter recentiores, Bruno Carthusianorum Patriarcha. Sic cohæreat hic versus superiori per se imperfecto· *Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt (&c.)* ᵃ *neque' ad horam cessimus subiectioni.* Cæterùm, præstantissimi quique Latini libri, cùm nostri, tum Gorrani & Epanorthotæ (vulgares sunt illi: præcipui eorum Q. & L.) addunt *quibus*, Hieronymo, Augustino, & Græcis, cùm codicibus, tum Interpretibus, adstipulantibus. Vtramque varietatis rationem explicat Nicolaus Gorranus.

Vltimam huius pericopes vocem, pleraque omnia exemplaria, *subiectioni* legunt; nonnulla *subiectione*, Parisiensium vnum, Hentenij vnum, nostrum vnum. Græcè datiuus est ὑποταγῇ: sed Latinè per ablatiuum transferendus, *subiectione.* At, quia in omnibus penè libris, atque apud omnes enarratores, priores & posteriores (quamquam apud Titelmannum sit *subiectione*) datiuus *subiectioni* legitur; fortassis, vel ab Interprete ex Græco, vel à castigatore ex veteri editione, quæ relatiuo *quibus* caruerit, relictus est. Vtrouis modo legatur, ille est sensus quem exprimunt Syri: Sed ne ad horæ quidem plenitudinem abiecimus nos ad subiectionem eorum; hoc est, vt pseudadelphis subiiceremur.

551. ᵃ stulti Mal. ma. Alii ᵃ veritati non obedire. — ᵇ Compl. R. — Gal. 5. b. 7.

C. 3. v. 1. O ᵃ *insensati' Galatæ, quis vos fascinauit* ᵃ *non obedire veritati?* Plurimi libri *obedire* legunt; multi *credere*, antiqui Epanorthotæ, sex Hentenij, quindecim nostri, Brug. Lob. Leod. T. O. &c. Carensis, Thomas, Gorranus, & Richelius, *obedire*; Author Glossæ, vt eam scriptam habemus, Anselmus, & Bruno Carthusiensis, *credere* exponunt. Græcè est, & quidem in omnibus quæ vidimus antigraphis, ᵇ τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι: quod, & *credere* verti potest, & *obedire. Credere* autem, à Latino Interprete, hoc loco versum esse, si quidem particula hæc ab eo hîc versa sit; quinto verò huius epistolæ capite, vbi similis est sententia (*Quis vos impediuit veritati non obedire?*) *obedire*, Hieronymus quintum caput enarrans testatur. Ex eo igitur loco hîc scriptum est *obedire*; quemadmodum, vt videtur, ex hoc; ibi, *fascinauit*, in codicibus quibusdam, etiam * fide præstantibus. Notat porrò Hieronymus, tum in quintum tum in tertium caput, à quibusdam non legi hæc verba tertio capite, *Non credere*, siue, *non obedire veritati.* In quintum caput ait: Id quod nunc Latinus posuit Interpres, veritati non obedire, & in Græco scriptum est, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; in superiori loco ita interpretatus est, non credere veritati. Quod quidem, nos, in vetustis codicibus non haberi, in suo loco annotauimus, licet & Græca exemplaria hoc errore confusa sint. In tertium: legitur in quibusdam codicibus: Quis vos fascinauit *non credere veritati?* Sed hoc, quia in exemplaribus Adamantij non habetur, omissimus. Omittunt idipsum & alij Veterum. Nam, Augustinus, Chrysostomus, Ambrosiaster; quem vocamus; Haymo, nec legunt, nec exponunt. Theodoritus, Pseudhieronymus, Primasius, Theophylactus, Sedulius, Oecumenius, etsi adiunctis scripturæ verbis addatur, in commentarijs ne attingunt quidem. Syrici libri non agnoscunt. Latinum Paulinæ Bibliothecæ antiquissimum exemplar, in contextu non habuit; tantùm procul in ima margine manu recentiore subnotatum. Constantiensis Collegij recentior codex prorsus omisit; vetustior τῇ *veritati* tantùm non addidit. In Malmundarij maiore, τῇ veritati expunctum erat. Quidam existimant, ex quinti capitis septimo versu, quem mox recitauimus, adiectum huc istud fuisse. Chrysostomus porrò, quamquam contra alios, nec ibi legit; duntaxat *Quis vos impeduit?* habet, quemadmodum hîc *Quis vos fascinauit?*

* Brug. Leod. O.

552. ᵃ Intelligite Mal. ma. - o.

C. 3. v. 7. ᵃ *Cognoscite' ergo, quia, qui ex fide sunt, ij sunt* ᵇ *filij' Abrahæ.*] *Cognoscite* legunt plerique omnes Latini codices; *cognoscitis*, duo Parisiensium (Di. o. Ge. l.) duo Hentenij, vnus noster (So. la.) quibus Malmundarii minor conformis fuisse videtur. Apud Hieronymum est *cognoscitis*: Syri ܬܕܥܘܢ, Vox prototypi γινώσκετε, dubia est.

553. C. 5. v. 7. *Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire?* Sequitur, ait Hieronymus hoc caput enarrans, *Nemini consenseritis*: sed; quia, nec in Græcis libris, nec in his qui in Apostolum commentati sunt, hoc scriptum inuenimus, prætereundum videtur. Hæc Hieronymus. Neque etiam, qui in Apostolum post Hieronymum sunt commentati, Augustinus, Chrysostomus, Theodoritus, Primasius, Theophylactus, Oecumenius, Lyranus, huius pericopes meminerunt: neque in Græcis hodie libris aut Syricis inuenitur. Latini libri antiquitate ac fide dignissimi quique omittunt; nostri vndecim, Brug. Lob. Leod. Mal. ma. mi. So. la. T. O. E. L. G.; Parisiensium septem, Const. 2. Di. o. l. Ge. o. l. V. Quare Hentenius castigator textu expulit. Zegerus autem, suspicatur, ab hæreticis id olim, etiam longè ante Hieronymi ætatem, ex Græcis libris sublatum fuisse, quemadmodum de alijs non paucis Tertullianus censuit, quòd non appareat, vnde id adiectum fuisse potuerit. Authores commentariorum quæ Ambrosium & Hieronymum mentiuntur, illud exponunt. Sed nihil inde ampliùs euincitur, quàm, id quod constat, lectum hoc olim apud Latinos fuisse, vt & hodie legitur in vulgaribus libris, lectumque est ab Authore Glossæ, Carensi, Lombardo, Anselmo, Thoma, Gorrano, Brunone, Richelio.

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI AD EPHESIOS.

554. C. 1. v. 6. *In qua* ᵃ *gratificauit' nos in dilecto filio suo.*] Græci libri *filio suo* non legunt; tantùm ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Quamobrem Hieronymus, in huius loci commentarijs: Nec putandum, inquit, quod in Latinis codicibus habetur, scriptum esse *in dilecto filio suo*; sed simpliciter *in dilecto.* Consentiunt; qui Hieroᵐ secuti videntur, Primasius & Sedulius, atque Interpretes Græci, Chrysostomus, Theodoritus, & Occumenius: à quibus non facilè separandus est Theophylactus. Duo Latinorum manuscriptorum, Germani latum & Societatis latum, ad hunc scribunt modum; sed, quod vereor, aut ex Græco, aut ex Hieronymi commentario, immutata. Cætera omnia, quotquot vidimus, Latina exemplaria, *filio suo* addunt: quibus, Ambrosiastri, Haymonis, Authoris Glossæ, huiusque scholæ, lectio, consonat; Syri habent *per dilectum suum.*

ᵃ gratificauit o glorificauit o.

555. C. 2. v. 16. ᵃ *Et* ᵇ *reconciliet' ambos in vno corpore Deo, per crucem, interficiens* ᵃ *inimicitiam' in semetipso.*] Quod Græcis est ἐν ἑαυτῷ, pro eo quod nos habemus *in semetipso*, tum ad corpus, tum ad crucem, quæ Græcè σαρκὸς dicitur, referri posse, Theophylactus monet. Hieronymus, & *in semetipso*, & *in ea*, id est, cruce, propter pronominis ambiguitatem, intelligi posse, docet. ipse autem, ad crucem referre, & proinde *in ea* vertere, mauult. Quo planè modo intellexerunt & Syri

ᵃ Vt o. ᵇ reconcilians o. ᵇ reconciliat o. ᵃ inimicitias o.

Syri: qui, quod de cruce habetur, sequentibus verbis coniunxerunt, pronomine illo omisso, hunc in modum: *Et in cruce sua interfecit inimicitiam.* Latini codices, & olim, & nunc, *in semetipso* legunt: quos, præter posteriores enarratores, Haymonem, & alios, Author enarrationum apud Ambrosium & Primasius sequuntur. his, Testamentum Græcum, quod, cum interpretatione Latina, contextus lineis inserta, in Regijs Biblijs exstat, atque id quod ex eo editum est anno LXXIV, omnino conforme est: nam ἐν ἑαυτῷ legit, id quod non aliud quàm *in semetipso* significat.

556. C. 4. v. 29. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus* *ad ædificationem* *fidei.*] Pro eo, inquit Hieronymus, quod nos posuimus, *ad ædificationem opportunitatis*, hoc est, quod Græcè dicitur, τῆς χρείας; in Latinis codicibus, propter euphoniam, mutauit Interpres, & posuit *ad ædificationem fidei*. Hanc veteris Interpretis mutationem, enarratores hujus epistolæ, qui in Hieronymi & Ambrosij operibus exstant, vnaque Primasius, retinent: & plerique Latini codices etiam hodie referuant, cum Lyrano manifestè, Thoma, Gorrano, Brunone, Richelio. Deprehendimus autem duo miræ vetustatis exemplaria, vnum Malmundariensis Abbatiæ, maius, alterum Patrum Societatis Iesu, quod latum dicimus, iuxta Hieronymi translationem, *opportunitatis* legere: quibus, tertium concinit, G. littera notatum. Quatuor alia vtrumque iungunt, sic, *Ad ædificationem fidei opportunitatis*; E. Pl. m. I. Ge. l. Sanè, quod Græcè legitur, & quidem constanter, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, optimè transferas, *ad ædificationem opportunitatis*, siue, *vsus*: id quod per hypallagen dictum videtur, pro, ad opportunitatem, siue, vsum ædificationis. in quem sensum reddiderunt Syri: *Sed is qui decorus, & vtilis*, commodus, seu opportunus, *ad ædificationem*. Nec insolens est figura ista scripturis sacris. habemus Isaiæ primo: Cognouit asinus præsepe domini sui; pro, cognouit dominum præsepis sui: aliaque similia multa sunt loca.

Esaiæ 1. d. 3.

557. C. 5. v. 5. *Hoc enim scitote intelligentes, quòd, omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.*] Complutensis excusio, &, quæ ex ea expressa est, Regia, *Qui est idolorum seruus* legunt; quo modo Græci codices, Græcis Interpretibus consentientibus, ὃς ἐστιν εἰδωλολάτρης. Porrò, manuscripta omnia Latina exemplaria, quotquot habemus, numero 36, & cætera typis excusa, concorditer *Quod est idolorum seruitus* seruant, adstipulantibus enarratoribus ijs qui nostram editionem explicant; ita vt videatur germana hæc nostræ editionis esse lectio, atque Interpres legisse, vt Gagneius monet, ὅ ἐστιν εἰδωλολατρείας. In Hieronymo est quod ex parte conuenit, *Quod est idolis seruiens*; in Ambrosiastro, quod integrè, *Quod est idololatria*. Syrica editio, tam Regia quàm Cæsarea, legit: *Aut auarus, aut cultor idolorum*. Verùm, antiquissimum exemplar Syriacum manuscriptum, ex Orientis partibus huc allatum, cuius videndi copiam, vir, antiquarum linguarum cognitione præstantissimus, Franciscus Raphelengius, nobis fecit, hoc, Græcis consentiens, habet: Aut auarus, ܐܘ namque, coniunqui est cultor idolorum. Pro ܕ ctione disiunctiua, ܕܝ *qui est* habet. id quod Raphelengius ipse, editis cum nouo testamento Syriaco manuscripti illius varijs lectionibus, iam annotauit.

558. C. 5. v. 13. *Omne* *enim* *quod manifestatur, lumen est.* Ita habent libri nostri omnes, scripti & impressi, leguntque B. Hieronymus, ac cæteri Latini enarratores, antiqui & recentiores, quoscumque vidi. Cæterùm, malint recentiores quidam, Caietanus nominatim, actiuè *manifestat* legi: quo modo notarunt Parisienses in codice Di. l. scriptum esse. Græcè quod est τὸ φανερούμενον (πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστι) quia participium medium est, & actiuè exponi potest & passiuè. Actiuè expositerunt Syri; passiuè, tractatores Græci.

* autem o. * o.

559. C. 5. v. 27. *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam.* Græci plerique codices *ipsam* legunt, αὐτὴν: quo modo est & Latinè, in Complutensi opere, ac Regio, vnoque Hentenij exemplari. Cætera porrò nostra omnia antigrapha, tum impressa tum scripta, *ipse* seruant: quibus enarratores adstipulantur, Richelius luculenter, Gorranus, & Anselmus, suffragantur que duo Græci Parisiensium codices, ὲ & ια, αὐτὸς habent.

560. C. 6. v. 13. *Vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.*] Manuscriptum Germani latum, & textus Glossæ ordinariæ, quam à D. Læuino Torrentino scriptam habemus, habent: *Et omnibus perfectis stare.* id quod conforme est Græcorum codicum Græcorumque enarratorum lectioni ἐν ἅπαντι πεπληροφορημένοι εἶναι, quam D. Hieronymus τῷ πόδι reddidit: *Et vniuersa operati stare.* B. Cyprianus, epistola sexta libri quarti, scribit, *Vt cùm omnia perfeceritis stetis.* M. N. Augustini Hunnæi exemplaria, D & K litteris signata, habent, *Et in omnibus perfectis stare*, hunc fortè legendi modum, quem diximus, referentia, *in* præpositione ex vulgata lectione redundante. Cæterùm, vt habet vulgata lectio, quæ est in plerisque omnibus Latinis libris, ita expositit olim Author scholiorum quæ in Hieronymi exstant operibus, vnaque Primasius; Haymo item, Author Glossæ, huiusque iusque schola, atque alij. Quin & Syricum testamentum, huic lectioni accedere videtur: scribit enim · Et, postquam præparati fueritis in omni re, consistatis. Quid si Syrus Latinusque Interpres, præterito passiuo κατηρτισμένοι legerint?

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOST. AD COLOSSENSES.

C. 1. v. 12. *Gratias agentes Deo & Patri.*] Multi codices *Deo & patri* legunt; plures *Deo Patri*; duo, Parisiensium vnus*, Hentenij alter, *solum Patri*. Tertia hæc lectio Græcis plerisque libris consona est; secunda Syricis; prima quibusdam Græcis, Parisiensium quatuor, αὐτ. ε. θ. ια. (ipsi α, quod est, Complutensi, Regius, vt vbique, & hîc respondet) & Simonis Colinæi editioni. Tertia apud tractatorem Ambrosiastrum est: prima Authoris Glossæ est, Lombardi, Carensis, Thomæ, & Gorrani: secunda, apud Anselmũ, Brunonem, Richelium, atque alios, reperitur, & in fide dignissimis manuscriptis, Brug. Leod. Lob. Mal. mi. So. la. O. Q. 561. * *Gr. l.*

C. 2. v. 11. *In quo & circumcisi estis circumcisione non* *manufacta*, *in exspoliatione corporis carnis,* * *in circumcisione Christi.*] Græca antigrapha, Græcis tractatoribus adstipulantibus, addunt τὰ ἁμαρτήματα. *In exspoliatione corporis peccatorum carnis.* B. Augustinus, epistola 59, in solutione quæstionis 7, testatur, in nonnullis Latinis exemplaribus ita scriptum fuisse: Adamus Sasbout, & nunc, alia Latinorum exemplarium id habere notat. Nos porrò, nulla quæ id haberent inuenire potuimus: quotquot vidimus, omnia id omittunt, concinentibus enarratoribus editionis nostræ, Authore Glossæ & posterioribus. Cæterùm, annotant, Author Glossæ & alij aliquot, pro *corporis*, aliàs *cutis* legi: atque ita est in quatuor manuscriptis nostris, *In exspoliatione cutis carnis*: in vno vtrumque iungitur, *Corporis cutis carnis.* Id quod, *cutis* inquam, glossema fuisse arbitror, textus loco, id est, *corporis*, substitutum: Glossematicorum enim nostrorum, multi *, de veteris circumcisionis exspoliatione, pericopen hanc, intelligi posse existimant; quidam *, intelligunt. Vnde & coniunctionem aduersatiuam *sed* adiectam reor, ei quod sequitur, *In circumcisione Christi*: quam veriores libri, Græcis ac Syris cõformiter, non agnoscunt. Atqui, hunc intelligendi modum, Græcus fons non admittit: qui, pro eo quod nobis est *non manufacta*, vna voce ait ἀχειροποίητῳ, negatione coacta in dictionem, extra quam vim suam non exserat. Citra ambiguitatem Latinè verti potuisset, *Absque manibus facta*. Syri legunt, Circumcisione quæ non cum manibus, irexspoliatione carnis peccatorum, in circumcisione Christi. addunt *peccatorum*, quod Græci: omittunt *corporis* aut certè *carnis*, quod, nec Græci, nec Latini. 562. * manifesta o. * non o. * sed o. * *Author Glossæ, Lombardus, Carensis, Thomas, Gorranus, Bruno.* * *Anselmus, Lyranus, Richelius, Gagneius.*

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOST. AD THESSALONICENSES PRIOREM.

C. 2. v. 7. *Cùm possemus* oneri* vobis esse, vt* Christi Apostoli: sed facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos.*] Græci & Syriaci codices, omittunt, quod in initio huius versus legitur, pronomen *vobis*. Consentit Latinus commentarius qui Ambrosij nomine exstat: consonantque quatuor nostra Latina scripta, Mal. ma. So. la. T. L., antiqua illa admodum, sed non perinde nostræ editionis studiosa. Scriptum G. littera insignitum, pro eo quod sequitur *oneri*, atque est in plerisque Latinis libris, tractaturque ab Enarratoribus, Hieronymiastro, Primasio, Authore Glossæ, Lombardo, Anselmo, Thoma, Carensi, Lyrano, Gorrano, Brunone; disertè scribit *honori*. Multa sic habent *oneri*, vt facilè, vna mutata litterula, possit esse *honori*; nempe, cum adspiratione scribunt, *honeri*. Ambrosiaster *honori* expresè legit. Dionysius Richelius, pòst *oneri* explicat; priùs *honori*, vel legit, vel sanè intelligit. Græcè est δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι: id quod tam in hunc quàm in alterum sensum verti posse, cùm versiones ac scholia Latinorum plurimorum, tum Græcorum commentaria docent. *Cùm possemus in authoritate esse*, vertit præter alios Pagninus. Syra, si eodem sensu, rectissimè transferantur, ܒܣܡܪܐ ܕܚܣܝܢ Existimant autem, hunc intelligendi modum quadrare aptiùs, tum propter id quod proximè antecedit, Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neq. ab alijs; tum propter id quod subsequitur, Sed facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix fo. fi. suos. Malint verò hîc *lenes* legi, *mites*, aut *placidi*, quàm *paruuli*, præsertim propter subiunctam nutricis comparationem. Duo Parisiensium Latina scripta, Ge. o. l., *lenes* legunt, conformiter Græcis plerisque codicibus qui ἤπιοι habent. Omnia porrò nostra Latina exemplaria, Latinis enarratoribus adstipulantibus, *paruuli* scribunt, quarto & nono Græcis Parisiensium 563. * — *MS. q.* * *& o.*

siensium exemplaribus, quæ ἤπιοι legunt, similiter, vt omittã quòd & ἤπιοι paruuli reddi possit: fitque paruula nutrix paruulo; vt egregiè explicant quæ apud Hieronymum sunt scholia; dum se paruulo coæquat, illiusque moribus adsimilat. Inter Græcos Tractatores, Chrysostomus ἤπιοι; Oecumenius ἥπιοι habet: Theophylactus vtrumque attingit. Varietati occasionem dedit affinitas dictionum ἤπιοι & νήπιοι, maximè præcedente verbo in ν desinente, ἐγενήθημεν, quod est, facti sumus. Syri ܐܬܝܢ ܥܠ ܟܕ ܐܢܫ transtulerunt *humiles.*

564. * autem * *MS. G.* * *G.*

C. 2. v. 16. *Prævenit* enim* ira* Dei* super illos vsque in finem.*] Hentenius & Zegerus, *præuenit* castigarunt: ea est enim multorum, & quidem antiquiorum codicum, lectio: itaque vetus Ambrosiaster, atque inter posteriores, Anselmus, legit. Alij codices *peruenit* habent: id quod Hieronymianus Scholiastes secutus videtur. Haymo, Author Glossæ, Lombardus, Carensis, & Gorranus, vtrumque edidêrunt. Græca vox ἔφθασε, vtrouis modo vertatur, rectè. Syri *peruenit*, alij *præuenit* transtulerunt.

565. * & *MS.*

C. 4. v. 1. *Obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oportet vos ambulare, & placere Deo, sicut & ambulatis,* *vt* *abundetis magis.*] Multi codices *sic & ambuletis* legunt, cum Authore Glossæ, Carensi, Thoma, & Gorran; Alij, atque inter eos præstantiores, *sicut & ambulatis*, cum Haymone & Brunone Carthusiano (quanquam, hoc pacto, superfluat, id quod priori loco Græcè non est, *vt* alterum) quo modo & Græcum Parisiensium exemplar, ɔ, scribit, καθὼς ἐν περιπατεῖτε. Atqui, particula ista, in plerisque omnibus Græcis exemplaribus, Græcis Interpretibus, Syrisque suffragantibus, omnino non inuenitur. Quamobrem, explicandæ sententiæ gratia, quidam olim adiectam putant. *Lombardus & Anselmus, vtrumque explicant follicum.*

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI AD THESSALONICENSES POSTERIOREM.

566. C. 2. v. 13. *Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & fide veritatis.*] Multi libri, cum Lyrano & Richelio, *quòd elegerit vos* scribunt; plures & veriores, cũ Haymone, Authore Glossæ, Anselmo, Longobardo, Carensi, Gorrano, & Brunone, *nos*. Codices Græci, cum Syris, ὑμᾶς *vos* constanter habent. Montano Theophylactus ἡμᾶς *nos* legisse videtur. *Nos* videri possit legendum, ex eo quod proximè sequitur, *in* *quã** & * *vocauit vos per euangelium nostrum*: quasi dicat Apostolus, gratias se debere Deo, pro sui electione, non sui tantùm causa, verumetiam Thessalonicensium, quibus à Deo missus est veritatis prædicator salutisque minister. Quidam libri habent, *in qua & vocauit nos*; malè. Porrò Græcè non inueni & coniunctionem (εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς, "ad quod" vocauit vos) nisi in vna Simonis Colinæi editione· εἰς ὃ καὶ ἐκάλεσεν ὑμᾶς. Si *vos* priori loco legatur, illic de prædestinatione, hîc de prædestinationis effectu, sermonem esse, intelligi potest. Alij, qui *nos* habent, simpliciter intelligunt, Apostolum se Thessalonicensibus connumerasse. * id quod * quam * *Mal. ma.* *Adhæc enim Syr.*

567. Notandum est hîc insuper, pro eo quod Latini *primitias*, Græcos ἀπ' ἀρχῆς legere, quod est, ab initio, à principio; consentientibus Syris, & Authore commentariorum quæ sunt inter Ambrosij opera. Habet hic, *Quia assumsit vos Deus à principio ad salutem.* Similem ad modum, antiquum Malmundariense exemplar, maius; id quod sæpius à nostra editione recedere obseruauimus; *Quia elegit vos Deus ab initio ad saluationem.* Interpres noster ἀπαρχὴν fortasse legit, quod primitias sonat. Gagneius habet, à quibusdam exemplaribus Græcis, ἀπαρχὰς scribi.

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOST. AD TIMOTHEVM PRIOREM.

568. C. 2. v. 6. *Christus Iesus, qui dedit redemtionem semetipsum pro omnibus, cuius testimonium temporibus suis confirmatum est.* Ita ferè legunt Latini libri, concinentibus, Authore ordinariæ Glossæ, & posterioribus glossematicis. Porrò, sex Parisiensium, Const. vtrumque Di. o. Ge. o. l. V., tria Hentenij, & quinque nostra manuscripta, Brug. Lob. Leod, Mal. mi. So. la., auferunt has tres voces, *cuius confirmatum est*; dumtaxat, *testimonium temporibus suis* scribunt, vt per appositionem intelligas, *semetipsum* vel *redemtionem* testimoniũ, testimonium, vtique diuinæ voluntatis, quæ omnes homines saluos fieri cupit. His DD. Haymo & Anselmus adstipulantur (quanquam & alterius Anselmus meminerit lectionis) suffraganturq. Græci, tum codices, tum enarratores. Syri habent *Testimonium quod venit tempore suo*; nempe τὸ *quod venit* explicandæ sententiæ gratia adiecerunt. Qua ex causa, & id quod à Latinis legitur, *cuius confirmatum est*; adiectum reor; sed, non ab Interprete, neque ab Hieronymo ecclesiastico correctore, verùm, ab audaculo quopiam correctore, aut librariis, glossam proximam textui inferentibus. Id enim docere videntur, cùm antiquissima spectatissimæq. fidei exemplaria, editionis nostræ studiosissima, quæ id omittunt, tum etiam alia, quæ, etsi pleraque legant, *cuius testem. suis confirmatum est*, quædam tamen in medio habent *confirmatum est* (*cuius test. conf. est temp. suis*) sex nostra. Vnum eo loco *firmatum* scribit: aliud omittit *est*. In quatuor est, *Cuius test temp. suis datum est.* Mal. ma. G. M. V. quamquam postremùm hoc in medio ponat *datum est*. Qua ex varietate, non obscurè intelligendum dari videtur, adiectitium istud esse. Nicolaus Zegerus arbitratur, ab Ecclesiastico correctore, tollendæ obscuritatis gratia, ex Ambrosio & Hieronymo additum esse. Nescio quem putet ille, Ecclesiasticum Correctorem, cui sæpius plurima adscribit huiusmodi, præsertim auctaria: neque enim me legere aut audire contigit de ecclesiastico Correctore alio præter Hieronymum, qui nostram editionem suo pro iudicio arbiter emendauerit, &; quod nec Hieronymus fecit; suis glossematis auxerit, sitque ab ecclesia receptus. Porrò, apud Ambrosium aut Ambrosiastrum potiùs (vsurpat enim, sed mentitur liber, Ambrosij nomen, quamquam sit veteris authoris) legitur hoc loco, *Cuius testi. temp. suis datum est*, vti in quatuor illis, quos modò diximus, manuscriptis libris: verùm, ex commentario, incertum relinquitur, an hunc ad modum legerit, an so'ummodò *testimonium temporibus suis*. Vetus codex Societatis Iesu, latus, qui ad verbum penè in margine adscriptum habet eius commentarium, vt ferè aliàs, non aliud, quod iam diximus, quàm *testi. temp. suis* legit. Nec Haymo, qui hunc secutus videtur, plus quidquam, vti annotauimus, legit. Apud Hieronymum, hoc est, eum Authorem cuius breuia exstant in Hieronymi operibus commentaria, quem Pelagium esse magis credo, scriptum est, vt in Latinis vulgò exemplaribus, *Cuius test. temp. suis conf. est*: sed, sine his vocibus, *cuius confirmatum est*, simpliciter eum legisse *testimonium temporibus suis*, commentarius haud obscurè docet. In testimonium, habet, generi humano sanctæ vitæ dedit exemplum: quia & Prophetæ suis testimonium fuere temporibus: nouissimè autem misit filium suum ad colonos. Vbi obserua παρέρχομαι Pelagiani vestigij vnguiculam, exemplum potiùs Christo redemtori quàm sacramentum tribuentis. Sic & superiori loco, quem ex posteriori ad Thessalonicenses tractauimus, *Quod elegerit nos Deus*, videns, inquit, paratos ad credendum, nec pauca alia habet huiusce modi. Primasius, vtroque loco, vt & alibi, eum secutus est; sed cautè, nunc omissis, nunc mutatis, absonis verbis.

569. C. 3. v. 2. *Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem.* Vni Græcæ voci σώφρονα, duæ hîc respondent, *prudentem & pudicum*, quarum altera ex altera versione videri possit adiecta. potest enim τὸ σώφρονα, vtrumque ad modum verti. Syri hoc, alij illo modo transtulerunt. tertij *sobrium* conuerterunt: id verò quod noster *sobrium* reddidit, νηφάλεον, *vigilantem* interpretari sunt. Vnus Parisiensium Latinus codex, Ge. l., *pudicum* tollit: sed ei parum tribuerem, nisi aliquot Zegeri, & quatuor Hentenij exemplaria, accederent. Nostra, non omittunt id quidem, sed satis monstrant addititium esse. Variis namque habent locis; XII, quo proposuimus, proximè ante *hospitalem*, cum Authore Glossæ, Anselmo, Lombardo, Thoma, & Carensi; II proximè post *hospitalem*; VIII proximè ante *ornatum*, cum Dionysio Richelio. XVIII adiungunt ornatum sobrio, & subiungunt prudentem & pudicum: *So. or. pru. pu. hosp.* cum Lyrano, & Gorrano. Denique vnum præponit pudicum sobrio: *Pu. so. pru. or. hos.* Quare, cùm variis inconstanter erret locis, τὸ *pudicum*, nec à quoquam eo loco legatur, quo Græcè σώφρονα, nempe, immediatè post νηφάλεον *sobrium*, verisimile est id ex altera editione nostræ adiectum esse. Certè, commentaria Ambrosij nomine, *prudentem* tollunt, & *pudicum* legunt· *So. pu. or. hos. docibilem*: quibus accedens Malmundarij maius scriptum, eundem in modum legit, sed *prudentem* post *docibilem* addit, eo quo legi non solet loco. Ex huiusmodi ergo editione, nostræ additum fuisse potuit τὸ *pudicum*; vel certè, in textum ex glossa relatum, quæ monuerit, ex Hieronymi sententia, pudicum rectiùs quàm prudentem verti. id enim sentit Hieronymus, epistolam ad Titum* enarrans. Scholiastes Hieronymi operibus iunctus, horum alterum omisisse videtur; aut saltem eos secutus codices, qui *So. pru. pu. ornatum* habent. post ista namque subiunxit, *His omnibus spiritualibus ornamentis*: legit igitur postremũ *ornatum*, etsi postremum adscriptus textus non habeat. Si quis porrò sentire velit, Interpretem nostrum, ambiguæ vocis Græcæ duplicem expressisse significantiam: vel eos sequatur codices qui *So. pru. or. pu.* scribunt, vel eos qui *So. pru. pu. or.* sunt enim isti optimi: sed hoc hi illis præferendi videntur, quòd apud se mutuò collocent, *prudentem & pudicum*. neque enim verisimile est, Interpretem duas dedisse voces, vni archetypæ respondentes, easque à se inuicem separasse. * *Cap. 2.*

570. C. 5. v. 5. *Quæ autem verè vidua est & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus, nocte ac die.* Ita scribunt complures codices, cum Glossematicorum multis. Integriores porrò, cum Anselmo & Authore commentariorum Ambrosio adscriptorum, *sperat in* "Deum" *Chrysostomus lectionem Bruno & Gorranus explicant.*

[a] Deo 2 MS. Brug. sine Do. O. Ge. l. Complut. R.
[b] Deo 1 MS.

in [a]*Deum' & instat* habent; & quidam quidem * *sperauit in* [a]*Deum' & instat*, omnino Græcis conformiter, qui ἠλπικεν δὲ ἐπὶ τὸν θν προσμένει legunt, quamquam præteritum præsentis loco vsurpatum intelligi possit.

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOST. AD TIMOTHEVM POSTERIOREM.

571 [a] Philegus o. [b] Phygellus o. [c] Hermogenus o. 2. Timoth. 1. b. 17. [d] φύγελλος.

C. 1. v. 15. *Ex quibus est* [a]*Phigelus' &* [b]*Hermogenes'.*] Multi *Philetus* malè scribunt, pro *Phigelus*. *Philetus* vocatur, qui proximo capite nominatur cum Hymenæo: *Ex quibus est Hymenæus & Philetus*. id quod & Haymo annotauit. Legitur porrò apud Haymonem, & in quinque manuscriptis nostris, *Phigellus*; in impressis aliquot, *Phygellus*; ita vt Græcè est [d]φύγελλο-. Cæterùm, spectatiores Latini codices, *Phygelus*, seu, *Phigelus*, habent: quomodo est & in quibusdam exemplaribus Græcis (φύγελ⊙) & in epistola Hieronymi 127. ad Fabiolam De vestibus sacerdotum, & in commentarijs Ambrosio adscriptis. Magdalij denique correctorium monet, media correpta hoc nominis legendum esse.

572. [a] commoneo o. [b] commonere o. [c] commoneri testificor o. [d] Deo e.

C. 2. v. 14. *Hæc* [a]*commone', testificans' coram* [b]*Domino'. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium.*] Græcè, pro *Noli contendere verbis*, est, μὴ λογομαχεῖν, quod est, *non contendere verbis*: id quod accipi possit, vt nouæ sententiæ caput, atque intelligi infinitus modus imperatiui singularis loco; sed rectius fortè, iuxta Græcos Tractatores; etiam Chrysostomum; & Syricum Interpretem, præcedentibus iungi, ita vt à participio *testificans* siue *contestans* pendeat, vt non Timotheum Apostolus doceat à verborum contentione abstinere, sed alios ad id vitij procliues à Timotheo velit Deo in testem assumto moneri. Facilè verò in suspicionem adducar, Latinum Interpretem, non *noli*, sed *non* conuertisse; *non verbis contendere* (hic est enim verborum ordo in libris omnibus manuscriptis) minimum enim differunt, *non* & *noli*, in scriptis præsertim minori charactere libris: ac facillimè id mutat audax imperitia quod non intelligit. Cæterùm, Author Glossæ, & posteriores Latini enarratores, *noli* exponunt. Qui Ambrosio iunctus est Author, incertum satis quid legerit; is qui Hieronymo, *noli*, si non legit, intellexit.

Quod sequitur, *ad nihil enim vtile est*, variè admodum legitur in manuscriptis; nam in impressis exemplaribus, quæ ferè mutuò se sequuntur, hæc constans est lectio: quam, etsi commoda sit, existimare non possum scripturam Interpretis germanam esse, ideò quòd clara tersaque sit, ac proinde locum relinquere haud potuerit, tantæ variationi, vt penè quot codices, tot sint diuersitates. Recenserem singulas singulorum, nisi fortè tædium lectoribus moueret, capita itaq. duntaxat varietatum adferam ac discutiam. Pleraque manuscriptorum nostrorum *ad* legunt; quinque illius loco *in*; alia quinque nec *ad* nec *in*, tantùm *nihil vtile est*. Nec parui facienda sunt hæc postrema, Brug. O. L. G. Pl. Ion. quibus consonat textus Lyrani commentarijs immixtus, quæ ex ipsis Typographiæ incunabulis edita habemus: quamquam & pro aliis partibus boni sint codices; pro prima, Mal. mi. Lob. T. E. Pl. m.; pro secunda, Mal. ma. Q. So. la. Est præpositio Græcè: εἰς οὐδὲν χρήσιμον, id est, *ad* vel *in nihil vtile*. Coniunctio *enim*, vt non est Græcè, ita nec in optimis quibusque scriptis. *Est* substantiuum verbum, in quibusdam vulgaribus *& quibusdam eximijs* omittitur, in pluribus legitur. Hinc conijcere alios sino, quæ germana esse possit Interpretis scriptura. Syrica editio habet, *Quod*, siue, *quæ non vtilitas*.

*P. V. R. So. ru. *So. la. Q.

Id quod subsequitur, *Nisi ad subuersionem audientium*, & ipsum variat. Græcè non est, vt nec Syriacè, *nisi*; solùm ὃν κατασροφὴ τ̃ ἀκουόντων *ad subuersionem audientium*, vt id quod præcedit per parenthesin intelligas, aut *ad nullam vtilitatem* exponas. Latinum Parisiensium exemplar, Germani latum, similiter omittit *nisi*: cui accedit Societatis, latum, quamquam altera manu inter textus lineas illud scriptum habeat. Cætera porrò nostra id legunt. An igitur Interpres, an alius quispiam, elucidationis gratia id adiecerit (potest enim ita fons Græcus intelligi, Ad nihil vtile, ad subuersionem audientium vtile) fit dubium.

573. C. 2. v. 25. *Cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.*] Vnum Parisiensium manuscriptum (Ge. l.) & nouem nostra (Brug. Mal. mi. Leod. Pl. m. E. Q. G. I. Pl. Ion.) auferunt τὸ *veritati*, conformiter Græcis & Syricis libris, adstipulantibus, præter Græcos, Latinis enarratoribus, vetere Ambrosiastro, mediæ ætatis Anselmo, recentiore Richelio. Zegerus castigator textu expulit: glossa est enim textui addita, vel ex eo quod subsequitur *Nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem*, vel ex simili proximi capitis loco, 2. Tim. 3. b. 8. *Ita & hi resistunt veritati*, vel quòd alioqui subaudiri videretur. Syrus porrò addidit *aduersus ipsum*· eos qui contradicunt aduersus ipsum. Ambrosiaster, vel quem ille sequutus est Interpres, transtulit, *eos qui diuersa sentiunt*, id quod est Græcè τὲς ἀντδιατιθεμένυς. Simili modo B. Augustinus se legisse indicat, libri De correptione & gratia capite 5.

C. 4.

574. C. 4. v. 5. *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto.* Ita legunt Latini codices plerique omnes; & Glossematici, Author ordinariæ Glossæ, ac posteriores. manuscripta portò Germani latum, & Societatis latum, tollunt verba ista *Sobrius esto* (quamquam So. la. in margine litteris aliis adiuncta habeat) adstipulantibus, antiquioribus Latinis enarratoribus, Haymone, Primasio, Authore commentariorum quæ apud Ambrosium sunt, denique eorum Authore quæ apud Hieronymũ. & apud priores quidem duos, præ cæteris hoc, nec exponitur, nec legitur: apud tertium verò, Authorem dico eorum commentariorum quæ apud Hieronymum; legitur, sed ita vt expositio adiectitium ac superfluum esse loquatur; *Ministerium tuum imple, sobrius esto*. episcopatus scilicet, non enim semper ero in corpore, vt valeam commonere. quod postremum, propter id quod subsequitur, *Ego enim iam delibor*, adiecit. Græci libri, Græcique tractatores, & Syri, nihil huiusmodi eo loco habent. Cæterùm, id quod Græci habent in principio versus, σὺ δὲ νῆφε, transferri potest, & *tu verò vigila*, & *tu verò sobrius esto*, vt sunt cognata sobrium esse & vigilare. Interpres, cum Græcis explanatoribus, & Syrico Interprete, id transtulit *tu verò vigila*: hoc enim constanter ac sine omni varietate in nostra editione legitur. Videtur itaq. alterum, nempe τὸ *sobrius esto*, quod à quibusdam libris omittitur, à quibusdam aliter legitur, ex ambiguæ illius Græcanicæ sententiæ alia translatione irrepsisse. Manuscriptum V, transpositis vocibus, scribit, *Esto sobrius*. Ambrosiastri commentatio additus textus, eo planè loco quo nos habemus *tu verò vigila*, legit *tu verò sobrius esto*, nec postea agnoscit, siue *vigila*, siue *sobrius esto*. Consentit per omnia commentarius: nam sobrium esse pro vigilare videtur accipere, cùm in initio ait: Admonet & hortatur vt vigilet.

575. [a] reddidit o.

C. 4. v. 14. *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit.* [a]*redder' illi Dominus secundum opera eius.*] Vnum Parisiensium (Ge. la.) duo nostra (Mal. ma. T.) & quatuor Hentenij manuscripta, cum Complutensi editione, Ambrosiastri commentariis iuncto textu, & Primasij, vt textu, & commentarijs, legunt *reddat*, ita vt Græci libri ferè habent, ἀποδώσῃ, Græco enarratore Theophylacto disertè adstipulante. Quædam manuscripta ambiguè scribunt *reddæ*. Porrò, plerique, nostræque editionis studiosiores, tum scripti, tum impressi, Latini codices, *reddet* expressè habent, suffragantibus expositoribus, Richelio, Brunone, Gorrano, Thoma, Lyrano, Carensi, Lombardo, Anselmo, Authore Glossæ, Haymone, Sedulio, denique B. Augustino libri contra Faustum 16. capite 22, & primi De sermone Domini in monte capite 37. Apostolus, inquit posteriori loco, non ait *reddat*, sed *reddet* illi Dominus iuxta opera eius: quod verbum, prænunciantis est, non imprecantis. Quæ Augustini verba superiores glossematici ferè in enarrationes suas transtulere. Græcum Parisiensium exemplar, ς, ἀποδώσει *redder* habet: itaque legitur & apud Latinum Chrysostomum, cõmentario minimè repugnante, vt non dicam manifestè consonante,

576. [a] Salutate o. * Leb. Mal. ma. Sc. la. T. * Mog. Qsmi. Or.

C. 4. v. 19. [a]*Saluta' Priscam & Aquilam.*] Scripti * impressique * aliquot codices *Priscillam* pro *Priscam* legunt, vti est in Complutensi editione, & quæ ex ea expressæ sunt, tum Latinè tum Græcè (πρίσκιλλαν) vti & in Syricis libris ܦܪܣܩܐ. Porrò Hentenius castigator, hoc in marginem relato, textu donauit *Priscam*: ita est enim in plerisque omnibus, & fide dignissimis Latinis antigraphis, scriptis maximè; sed & in Græcis omnibus, quotquot vidi, ex Complutensi non oriundis· πρίσκαν. Cæterùm, dubium non est, vtroque hanc modo vocatam fuisse, eodem nomine, nunc integrè, nunc concisè, vt fit, elato: Nisi fortè *Priscilla* à *Prisca* diminutiuum sit, quo ferè gaudent mulieres appellari. Actorum XVIII. capite, *Priscilla* vocatur; ad Romanos XVI, *Prisca*: quamquam, ad Romanos, eiusmodi ferè varietas sit, & Græcorum & Latinorum codicum, cuiusmodi hîc; credo; de vtroque loco, Actorum occasione, in quibus frequenter constanterque Priscilla nuncupatur. Tria manuscriptorum nostrorum hîc *Priscum* scribunt, & Græca Aldi editio πρίσκον. Existimarunt, opinor, aliqui hoc viri nomen esse, quia Priscus celebre est virorum quorundam agnomen. nam quòd viro suo hæc prædicata sit, factum est, tum hîc, tum alibi, quòd, vt Græci aiunt, in fide magis enituerit, ac feruentior diligentiorque fuerit.

Act. 18. a. 2. 1 Sa. 26. Rom. 16. a. 3.

Act. 18. a. 18.

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOST. AD TITVM.

577. C. 1. v. 8. *Oportet enim Episcopum sine crimine esse (&c.) hospitalem, benignum, sobrium, iustum.*] Sex Hentenij & vndecim nostra manuscripta, cum impressis aliquot libris, & Nicolai Lyrani commentarijs, addunt *prudentem· Benignum, prudentem, sobrium*. Plures verò longè, tum scripti, tum impressi codices, cum Primasio, Anselmo, Hugone Carensi, Nicolao Gorrano, & Brunone Carthusiano, tollunt. his, non tantùm quia pluribus, sed longè magis quia antiquioribus, verioribus, ac melioribus, maior adhibenda est fides. Ex illis quibus id additur,

additur, non vnus est noster qui vetustate aut authoritate polleat. Græci libri adhæc & Syriaci, his qui omittunt suffragantur. Sed, quæ Græcè est vox σώφρονα, & *prudentem* & *sobrium* verti potest. Itaque editionis nostræ versioni *sobrium* (neque enim hoc ab aliquibus exemplaribus omittitur) adiecta est à quibusdam altera alterius *prudentem*. Certè Ambrosiastri editio, *prudentem* habet, eo loco quo nos *sobrium*, & quidem solum B. Hieronymus in huius loci commentario, ait, Latinum Interpretem, verbi σώφρονα ambiguitate deceptum, pro pudico, prudentem transtulisse (sic enim interpretari mauult, pudicum, siue castum) aut ad eam qua Ambrosiaster vsus est editionem respiciens, aut ad alia loca nostrę*. Nam hoc loco editionis nostræ germanam translationem *sobrium* esse, & redundare quibusdam *prudentem*, non nos tantùm ex nostris, verumetiam Zegerus ex suis exemplaribus iudicauit. Cùm alibi porrò, tum proximi capitis sexto versu, *sobrium* legit editio nostra ex σώφρων, quemadmodum hoc loco: Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint· σωφρονεῖν.

*1. Tim. 3. c. 2. Tit. 2. a. 2. 4. 5

578. C. 2. v. 5. *Prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes.* de adolescentulis maritatis est sermo.] Iam tertiò, ex ancipiti voce σώφρων, aucta est nostra editio altera translatione. Nam, quæ in plerisque libris, atque ab Authore Glossæ, ac posterioribus Glossematicis, ambo leguntur, *prudentes* & *sobrias*, vni eidemque illi Græcæ voci respondent· σώφρονας. Habet verò maior librorum pars, primo loco *prudentes*, tertio *sobrias*; quidam autem, octo * scripti nostri, *sobrias* secundo loco τὰς *prudentes* adiunctum, *Prudentes, sobrias, castas*. qua ex varietate fit manifestius, alterum, ex altera interpretatione, vel certè ex superioribus similibus locis, adiectum. Neque verò, si vtrumque dedisset Interpres, à se inuicem separasset, id quod facit maior librorum pars. Porrò, cùm præcedenti proximè loco, germana nostræ editionis interpretatio monstrata sit esse *sobrium*, adiectitiaque *prudentem*: hîc è contrà, germana translatio videtur *prudentes* esse, adiectitia *sobrias*. (variè τὸ σώφρων, nunc hoc, nunc illo modo, reddere Interpretem, iam ostendimus) hoc enim, *sobrias* inquam, à tribus antiquitate venerandis manuscriptis omittitur, Germani lato, Societatis lato, &, cuius fidem maximi facio, Malmundarij minori. Tum, τὸ *prudentes*, ab omnibus eo legitur loco, quo Græcè σώφρονας. Hieronymus *pudicas* vertit (id enim superiùs probabat) sic & Ambrosiastri editio, quam nostræ editionis versione auctam esse, autumo, cùm habet: Prudentes, pudicas esse, castas, domus curam habentes. Nam, *pudicas esse*, ijs quæ præcedunt congruit: Vt instituant adolescentulas, viros suos diligere, amare filios, pudicas esse, castas &c. Ita sunt omnia sciolorum iniurijs expolita, vt misceant, separent, addant, demant, mutent, quæ libet.

*Mal. ma. T. E. Pl. m. I. Aur. f. K. F.

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOST. AD PHILEMONEM.

579. [a] agnitionem 3 MS. [b] boni omnis o.

V. 6. *Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in* [a]*agnitione* [b]*omnis boni' quod est in vobis in Christo Iesu.*] Moguntina, & pleræque aliæ typographorum editiones, cum vno atque altero manuscripto exemplari, addunt *operis: In agnitione omnis operis boni*. id quod & Græcè legitur in primo & decimo Parisiensium antigraphis· ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἔργυ ἀγαθ̃. Primum est Complutense: cui adde ea quæ ex illo nuper expressa sunt. Cæterùm, vt plerique omnes Latini codices manuscripti id omittunt; ita & Græci alij quotquot vidi. quibus, Syri, & Tractatores, B. Hieronymus, Dionysius Richelius, atque ætate intermedij, Græci & Latini, quos consuluimus, omnes, volunt: quamquam Theophylactus frequentem operis faciat mentionem, fortè quòd subaudierit, vt quidam alij: nam in calce enarrationis ait: Sed omne potius bonum, quod in vobis est, hoc est, quod tibi adest, effundas in egentes. Hentenius itaque & Zegerus, Latinæ nostrę editionis castigatores, id reiecerunt. Non tamen nupet adiectum esse; id quod Zegerus existimat; satis loquuntur vetustissima manuscripta, sed nostræ editionis minùs studiosa, Malmundarij maius & T, in quibus & quidem solis, id inuenimus, hunc in modum, *In* [a]*agnitione' - omnis' operis boni quod in nobis est in Christo Iesu.*

[a] agnitionem T. * T. sed malè.

580. Τὸ *quod est*, quod sequitur, in impressis nullis reperi, nisi in Hentenij & Zegeri opera emendatis; nec in manuscriptis, nisi duobus proximè commemoratis, Mal. ma. & T, diuisim *quod in nobis est*. In duobus alijs, H., & Buss., atque Ambrosiastri textu, *quæ in* [a]*nobis' est*, legitur (verùm H 18 legit demùm post *in Christo Iesu*) in tribus, E. Pl. m. I.; superflua cum coniunctione, *& quæ in 'nobis' est*. A plerisq. autem nihil huiusmodi agnoscitur, Haymone, Authore Glossæ atq. huius schola, suffragantibus. Arbitror, editioni nostræ explicationis gratia hæc addita: subaudiendum enim est huiusmodi aliquid, *quod est, quæ est, quod sit*, aut *qui est*, si quidem addas *in nobis* aut *vobis*: idque Græca indicant. Sed cætera quidem Græco congruere possunt, παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν [b]ἡμῖν; *quæ est* verò non potest, nisi, τοῦ articulo, aut omisso, aut cum τῇ mutato. Hieronymus tamen, licet textus *quod in vobis est* [a] vobis H. [b] vobis

vobis est habeat, *quæ est* intelligit; *qui est*, Scholiastes Hieronymi operibus iunctus; *quod est* Theophylactus atque Euthymius; *quod sit*, nisi *nobis* legerit, nostra opinione Chrysostomus, cæteroqui *quod est*. Syrus ambiguus ex se est ad *quod est* & *quæ est*.

581. *In vobis*, quod proximum est, legunt septem exemplaria manuscripta, Ge. l. Lob. Q. E. G. H. A., & excusa à Quentelio Biblia, correctaque ab Hentenio & Zegero. His adstipulantur, Græci codices complures, Chrysostomus & Theophylactus Græci enarratores, denique Syriaca antigrapha. *In nobis* porrò, habent, septem alia exemplaria manuscripta, Mal. ma. mi. So. la. T. Pl. m. I. Buss. His, Græca Complutensis & Regia editio, omnesque Græci codices ad quos suam noui Testamenti Græcam editionem Parisienses contulerunt, auxiliantur; Hieronymus præterea, & Hieronymo iunctus Scholiastes, Latini tractatores (quanquam Hieronymi textus *in vobis*, huius neutrum habeat) postremò, Græcus author Euthymius, tametsi, de hoc, an Theophylacto non debeat adiungi, vehementer dubitem: &, de Chrysostomo, id quod tandem ait: Si socius, inquit, es in fide, debes esse & in cæteris socius; dubium nonnihil an *nobis* legerit reddit. Maior verò Latinorum librorum pars, tum scriptorum tum impressorum, neutrum legit, nec *in nobis*, nec *in vobis*; tantùm *in agnitione omnis boni in Christo Iesu*; ex scriptis nostris, Brug. Leod. O. L. &c. ex impressis, Mog. Colon. Nuren. &c. Quibus, Haymo, Author Glossæ, Anselmus, Lombardus, perpetuus glossæ, non sectator tantùm, sed descriptor potiùs, Carensis, Thomas, Lyranus, Gorranus, Bruno, Richelius, concinunt. Authoris commentariorum Ambrosio adscriptorum textus, *quæ in nobis est* addit: sed vtrum Author ipse hoc legerit, commentarius, qui post agnitionem omnis boni nihil explicat, incertum relinquit. Quæ nunc genuina sit editionis nostræ scriptura, prudenti lectori iudicium relinquo. *Operis & quod est* siue *quæ est*, transfodienda esse, satis certum videtur: sed de tertio hoc, quid verum sit, mihi non constat, an *Omnis boni in vobis in Christo Iesu*, an *Omnis boni in nobis in Christo Iesu*, an *Omnis boni in Christo Iesu*.

582. Sed necdum finis est varietatum in hac vna pericope. Plerique Latini libri, cum Græcis, *in Christo Iesu* habent; vnus, cum Syricis, *in Iesu Christo*; duo, textus Hieronymo & Ambrosiastro iuncti, duntaxat *in Christo*; quidam, Atrebatensis Collegij sericatus, & ij quibus Ambrosius Catharinus est vsus, absque authoritate, nisi fortè Brunonis Carthusiensis, nihil horum.

NOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOST. AD HEBRÆOS.

583. C. 1. v. 14. *Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis?*] Multi codices *capiunt* legunt, cum Authore Glossæ, Gorrano, & Richelio; multi & fide digniores, *capient*, cum Haymone, Anselmo, & Brunone. Carensis vtriusque meminit lectionis. Græcè & Syriacè (ex Græco nostra est translatio) est διὰ τὲς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν: id quod κ̃ τ̃ ἁγίων vertas, ita vt B. Augustinus legit libri 3ij De Trinitate capite 11, Propter eos qui futuri sunt hæreditatem possidere salutis. Quare rectè correctores, Hentenius & Zegerus, τὸ *capient* textu donarunt. *Capiunt* quod scribunt libri quidam, error est manifestus, ex incommodo lectionis *capiunt* natus.

584. [a] grandis nobis 10 MS. G. S. τοῦ δε. [b] discendum o. [c] docendũ o.

C. 5. v. 11. *De quo* [a]*nobis' grandis' sermo & interpretabilis ad* [b]*dicendum.*] Græcè, pro *interpretabilis*, est δυσερμήνευτ⊙, quod est, interpretatu difficilis, siue, ܩܫܐ asper & negotiosus. Quare, conijciunt vt Syri dixerunt, ܦܠܝܓ pleriq., legendum nobis esse, *ininterpretabilis*, duplicato *in*. Sic autem notarunt Parisienses in tribus manuscriptis se reperisse, Di. o. l. Ge. l. quibus Hentenius quatuor addidit. Nos etiam in tribus ita inuenimus, Q. Buss. So. au.; in quinq. verò ita correctum. Complutense exemplar, & quædam alia post illud impressa, hoc habent. Adstipulantur enarratores Bruno & Richelius Carthusiani; quanquam ille alterius lectionis *interpretabilis* meminerit. Sic & Author Glossæ, Carensis, ac Gorranus, prius *ininterpretabilis*, tum *interpretabilis*, explicare videntur. Haymo si ad hunc modum non legit *ininterpretabilis*, in hunc sensum exposuit: Illa, inquit, difficultas interpretandi sermonem &c. Similiter, vel ita vt eôdem recidit, & cæteri exposuerunt, siue *interpretabilis* legerint, siue *ininterpretabilis*. Nam, vel negatiuè intellexerunt *in* vocis *interpretabilis*, vel indigentem interpretatione explicuerunt, id quod idem vnum est, quod, obscurum, profundum, atq. intellectu difficilem. Vtrumque explicandi modum D. Thomas adfert; posteriorem Lyranus: qui, solùm *interpretabilis* legerunt, quod in plerisque est libris, atque antiquitatis spectatę, & à Zegero castigatore studiosè seruatum. Hoc, si Interpres vertit, alterum haud dubiè intellexit; *interpretabilis ad dicendum* dixit, pro *ininterpretabilis ad dicendum*, hoc est, interpretatu atq. explicatu difficilis. Inuandus subinde est Latinè loquens Græcus

Interpres, non lacerandus, nec, qui voces iuxta eius explicant mentem, carpendi.

585. C. 7. v. 9. *Et; vt ita dictum sit; per Abraham; & Leui, qui decimas accepit, decimatus est.*] Manuscripta exemplaria sex, Ge. l. Brug. Lob. P. Pl. la. So. ru., & impressa quædam, Ven. Quent. &c., pro *accipit*, præsenti tempore scribunt *accipit*: quomodo & Haymonis, ac Glossæ ordinariæ descriptoris, Petri Lombardi, denique Brunonis Carthusianorum Patriarchæ, commentaria habent; quamquam Haymonis vtramque explicare videantur. Huic lectioni Græci volunt; & B. Augustinus, cuius verbis Beda pro commentario vtitur, Græcis conformiter legens, libri decimi de Genesi ad litteram cap. 19: *Propter Abraham, & Leui accipiens decimam, decimatus est·* ὁ δεκάτας λαμβάνων, est Græcè id quod Syri significanter reddiderunt: Ille qui decimas accipiebat. Nicolaus Zegerus, *accipit* in textum retulit. Sensus is est quem Haymo dedit: Abrahamo decimas dante Melchisedeci, decimas dedit etiam Leui, eiusque posteritas, quæ hactenus iuxta legem à cæteris Israelitis decimas accipit, seu accipere consueuit. Crediderim *accipit* cum *accepit* ab aliquibus mutatum fuisse, quòd scirent, iam tum cùm Apostolus hæc scriberet, abrogatum per Christum fuisse Leuitarum ius, exigendarum à reliquo populo Israel decimarum, vt cætera legis statuta ac cærimonias.

Per & Propter vtrumq. Græca admittunt.

586. C. 7. v. 25. *Vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum.*] *Accedens* habent plerique libri; *accedentes*, sex Parisiensium (Di. l. Ge. l. Pau. Do. Const. Compl.) sex nostri (Brug.; sed hoc, id est; nisi fallor; quod Parisienses signarunt Do.; Mal. ma. So. la. Q. Quent. Reg.) duo Hentenij, quidam Lugdunensium. Anselmus, Lyranus, Bruno & Richelius, *accedens* legunt. Primasius, Haymo, Author Glossæ, Lombardus, Carensis, Thomas, Gorranus, vtrumque agnoscunt, admittunt, & explicant. Græci codices, Græcis tractatoribus, Chrysostomo, Theophylacto, Euthymio, adstipulantibus, τοὺς προσερχομένους *accedentes* scribunt; similiter Syrici, קְרִיבִים, & Hebraicè edita hæc epistola, si cuius est illa authoritatis, id quod quadrat ei quod sequitur, *Semper viuens ad interpellandum pro eis*, quanquam in plerisque Latinis codicibus sit *nobis*. Ambrosius Catharinus, alijque, *accedentes*, non *accedens*, veram nobis esse lectionem iudicant. Epanorthotes etiam noster; qui, quòd mendosè plerisque locis visus fuerit scriptus, iamdiu siluit; *accedens* modernis; vt ipse loquitur; codicibus tribuit; *accedentes*, iuxta antiquos & Græcos, probat. Zegerus arbitratur propter τὸ *semetipsum* in nostra editione *accedentes* non posse legi: ego verò existimarim, *accedentes* in *accedens*, propter τὸ *semetipsum* mutatum fuisse. Non est Interpres anxius reciproci & non reciproci pronominis obseruator. Opinor tamen non incongruè hîc reciproci pronominis *se* vsum esse posse: verùm, ad vitandam amphibologiam, ne intelligas *se* ad *accedentes* referri, videtur Interpres *semetipsum* dixisse. In impressis quibusdam, Quenteliano nominatim, legitur *ipsum*; sed, ex arbitraria, vt facilè suspicor, emendatione.

587. C. 9. v. 26. *Nunc autem semel, in consummatione seculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit.*] Impressi codices, & maior longè scriptorum * pars, cum Authore Glossæ, Anselmo, Carensi, Gorrano, & Brunone, *destitutionem* legunt: vnus Parisiensium (Di. o.) quatuor Hentenij, & decem nostri scripti (Brug. Leod. Mal. ma. O. P. &c.) *destructionem*, Haymone & Richelio suffragantibus, habent. Prior vox admodum similis est Græcæ; ἀθέτησιν, quasi *depositionem* dicas: vtraque conuenit sensu. Bruno Carthusiensis, *destitutionem* exponit destructionem. Syrum, vt aboleret peccatum, habet.

* Mel. mi. So. la. T. Lob. R. E. Pl. m. L. &c.

588. C. 11. v. 6. *Sine fide* ' *autem' impossibile est placere Deo.*] Plerique Latinorum codicum, cum Syrico testamento, addunt *Deo*. Vnus porrò Parisiensium (Ge. l.) duo Hentenij, & duo nostri (Leod. Mal. ma.) manuscripti, tollunt. Accedunt alij duo nostri (I. Atr. f.) qui alio scribunt loco: *Imp. est Deo placere*. Græca exemplaria, Græcique tractatores, Oecumenius & Theophylactus, non legunt. Subauditur, ex eo quod proximè antecedit: Ante trâslationem enim testimonium habuit (Enoch) placuisse Deo. Fieri possit maioris claritatis ergò nostris libris adiectum fuisse, aut ex Glossa in textum irrepsisse; quemadmodum vox *quemquam*, tametsi & ea Syriacè sit (addit enim huiusmodi Syrus frequenter, & quasi paraphrastes agit: propter quod, Syriacam hanc editionem, primigeniam esse Apostoli scripturam, necdum facilè persuaderi queo) quam in x i. manuscriptis antigraphis legimus, diuersis locis, sed ferè isto: *Imp. est quẽquam placere Deo.* In vno est: Sine fide autem placere Deo impossibile est quemquam.

' enim o.

589. C. 13. v. 1. *Caritas fraternitatis maneat in* ' *vobis*'.] Pleraq. Latina exemplaria, cùm impressa, tum scripta, cum Latinis enarratoribus Haymone & posterioribus, ac Syricis libris, legunt *in vobis*: pro quo Hebraica editio habet בְּקִרְבְּכֶם in visceribus vestris. Porrò, quatuor nostrorum Latinorum scriptorum, Brug. Leod. Mal. ma. T., & Parisiensium vnum, Ge. l., cum Græcis codicibus, Græcisque Interpretibus, Chrysostomo, Theophylacto, & Oecumenio, auferunt illud. Quinque alia nostra manuscripta (E. Pl. m. I. Atr. f. Pl. lon.) alio loco habent, *In vobis maneat*; ita vt verisimile fiat, glossema esse, nostro textui à scribis aut lectoribus additum (nam Syrus ipse non rarò huiusmodi adijcit) quod, si demptum, clarior est genuinus Apostoli sensus, monentis, non vt se mutuò tanquam fratres diligant; id quod Haymo alijque intelligunt; sed, quod Græci obseruarunt; vt in ea dilectione perseuerent (*fraternitatis* enim dixit Interpres pro *fraterna*, extremum fortè Græcæ vocis φιλαδελφίας imitatus) ne fortè ob frequentes tribulationes flaccescerent: quemadmodum mox, non hortatur, vt hospitales fiant, sed, vt consuetæ hospitalitatis, etiam facultatibus spoliati, non obliuiscantur.

590. C. 13. v. 2. *Et hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt quidam* *, *angelis hospitio receptis.*] Pro *placuerunt*, quod est in Latinis libris plerisque omnibus, legiturque à Latinis enarratoribus, Haymone ac posterioribus, Græci tum codices tum Interpretes ἔλαθον constanter legunt, quod est *latuerunt*· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους, ad verbum reddas: *Per hanc enim latuerunt quidam hospitantes angelos.* cuius sensum ea dat lectio, quæ apud Augustinum, cùm alibi, tum capite 41. Quæstionũ super Genesim, reperitur: Per hanc enim, quidam, nescientes, hospitio receperunt Angelos. Græcorum enim est phrasis, qua dicunt, latui cadens in foueam; pro, nescius in foueam cecidi, prisci etiam Latinis vsurpata, Tertulliano, & Irenæi Interpreti. Augustinianæ lectionis meminerunt, Author Glossæ, Lombardus, Carensis, & D. Thomas. Censent igitur nostræ ætatis scriptores complures, Magdalius, Catharinus, & alij, non *placuerunt*, sed *latuerunt*, vertisse, vulgatæ editionis Interpretem; non sine verisimilitudine. Facilè enim quis adducatur, vt credat, librarios, cùm non intelligerent quid sibi vellet *latuerunt*, emendandum iudicasse *placuerunt*, voce perquam vicina, & commodam claramque sententiam reddente. Sunt impressi codices aliquot, qui *latuerunt* habeant, nominatim Quentelianus: sed, ex eorum, qui editionibus præfuerunt, arbitrio, correcti. Parisienses, vnum manuscriptum signant, in quo hoc idem sit, *latuerunt*; Germani latum: sed nisi hic liber de industria compluribus locis sit emendatus, miror equidem. Vnus, ex nostris scriptis, V littera signatus, *platuerunt* habet: itaque & alterum antiquitate præstantem, Malmundarij maiorem, habuisse, vestigia *t* litteræ testantur. Verumenimuerò, etsi in nullis *latuerunt* reperias exemplaribus, non est à vero alienum, antiquo errore mutatum esse, iam inde ab editionis infantia. Hugo Cardinalis, Carensis, recitata Augustini lectione: Cui litteræ, inquit, consentit qui taliter litteram habet: Per hanc enim latuit quosdam hospitantes Angelos. Nicolaus Zegerus arbitratur retinendum *placuerunt*, quòd consequenter Interpres non transtulerit *angelos hospitio recipientes*, sed, *angelis hospitio receptis*. Atqui, id facilè fieri potuit, quòd participij aoristum ξενίσαντες, Latino participio præteriti temporis exprimere voluerit. Neque aliud eum Græcè legisse pro ἔλαθον, vicinitas Latinarum vocum, *placuerunt* & *latuerunt*, quæ Græcarum non est, facilè admittit. Porrò, quem vox *placuerunt* dat sensum, continetur is latenter, etsi *latuerunt* legas: sed, plus hac significatur, nimirum, Per hospitalitatis officia, tam gratos quosdam fuisse Deo, tantique euasisse meriti, vt subinde, cùm homines se excipere existimarent, angelis hospitibus fuerint honorati. Vtrumque expressêrunt Syri, hunc in modum: Per hanc enim, digni fuerunt quidam, qui, cùm non sentirent, exciperent angelos. *Deo* subaudiendum est, quod ferè glossematici nostri subaudiunt (tametsi & *angelis* possis) si *placuerunt* legas; non addendum, quamuis in nonnullis sit libris. Quidam, datiuorum loco, iungunt *angelis hospitio receptis*, τῷ *placuerunt*; nimium à prototypo recedentes. Possis, quod diximus, *angelis* subaudire: sed, qui sequuntur, ablatiui sunt absolutè positi; aut certè, longè aliter Interpres Græca legisse debuit, quàm nos cum Veterum compluribus legamus.

* Deo o.

NOTATIONES IN EPISTOLAM CATHOLICAM IACOBI APOSTOLI.

591. C. 3. v. 3. *Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circumferimus.*] Latinorum codicũ quosdam, pro *si autem*, legere *sicut autem*, in proprio loci commentario testatur V. Beda: atque ex eo referunt Author Glossæ & Cardinalis Carensis. Quotquot verò nos vidimus Latini codices; præter impressum vnũ, Quentelianum; habent, id quod Beda cæterique enarratores legunt, *si autem*, longè & commodius & Græco vicinius. Quamquam enim plerique Græci libri, cum Syricis, ἰδὲ siue ἰδὲ scribant, quod est, *ecce* (ad quod Latina Quentelij Biblia sunt adsimilata) huic tamen propinquissimum est εἰ δέ, quod est, *si autem*, exstatque in tribus Græcis Parisiensium exemplaribus, 4°, 11°, & 13°, ita vt verisimile sit id ab Interprete lectum fuisse. Porrò, ἰδὲ *ecce*, congruit ei quod proximo versu sequitur ἰδὲ καὶ τὰ πλοῖα, *ecce & naues*: sic enim legitur, non Græcè tantùm, sed & Latinè in vetustioribus libris, non *& ecce naues*. Legitur autem in vetustioribus Latinis libris, cùm nostris, tum Epanorthotæ, & hoc versu, non *Si autem equis frena*, sed, *Si autem equorum*

rum frenos in ora mittimus; quomodo Zegerus emendauit; si non concinnius, at certè verius, ijs qui ipsam Interpretis scripturam restituere desiderant, qui χαὶ πόδα transtulit Græca verba, εἰς δὲ τοὺ ἵππους τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν: ea quæ Oecumenius tractator Græcus ordinanda docet, atque ordinauit Interpres Syrus, hunc in modum: In ora equorum mittimus frena. Mox iuxta meliora & pleraque scripta, Græco Syroque conformia, scribendum est & (& *omne corpus*) non omittendum, nec cum *etiam* commutandum: quamquam pro *etiam*, nobis *si autem* legentibus, sit accipiendum. Videtur Apostolus hîc explicare voluisse similitudinem quam proximè insinuauerat, his verbis: *Potest etiam freno circumducere totum corpus.* Ita erit δὲ *autem*, pro δὲ *enim* intelligendum, vt aliàs, aut pro parelco habendum. Syrus addidit *enim*: *Ecce enim*. Carensis *autem* expositi *quia*.

592. C. 3. v. 11. & 12. *Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus vuas facere; aut vitis ficus? Sic neque salsa, dulcem* ~ ' *potest' facere' aquam.*] Manuscriptum S. Germani latum, *Sic neque salsam*, scribit, *dulcem potest facere aquam*, ita, quod suspicor, emendatum, vt ad Græcorum librorum lectionem propiùs accederet, quæ eiusmodi est· οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν ἂν γλυκὺ ποιήσαι ὕδωρ: sic nullus fons salsam & dulcem facere aquam. Porrò, cùm id mox præcesserit, fontem ex eodem foramine non edere dulcem & amaram aquam, cur repetitum hîc fuisset? neque enim ad hoc stabiliendum adductum est ficus vitisque exemplum, vt iterandum esset inde colligendum. Existimo itaque potiùs, quatuor ab Apostolo exempla allata, vt ostendat, quàm non conueniat, immò quàm sit absurdum, ex vno eodemque ore, & benedictionem & maledictionem proficisci, eadem lingua, benedici Deum, & maledici hominem Dei imaginem; vnum, quo monstret, contraria haud solere ex eodem gigni, tria quibus nec ea quæ diuersi sunt generis. Prioris generis exemplum est de fonte, ex quo non scaturit dulce & amarum (sic enim est Græcè: non additur ὕδωρ *aqua*, tametsi rectè subaudiatur) posterioris generis, vnum est de ficu, quæ non producit ficus & vuas, siue (vt Græcè & Syriacè est, ac Beda legit, & quidam antiquorum codicum Epanorthotæ) oliuas, alterum de vite quæ vuas & ficus non gignit, tertium de aqua salsa, quæ dulcem aquam vt salsam diffundere, aut præbere non potest, nisi fortè hominum industria, per collationem, vt ficus vuas atque oleas, per insitionẽ. quod postremum, eo libentiùs arbitror ab Apostolo additum, quamquam primo sit admodum simile, quòd taxare vellet animi amaritudinem, qua erant hi erga se mutuò, ac docere, non posse, ex austero atque amaro corde, gratam dulcemque Deo laudem promi. Quare, veriorem existimo Latinorum quàm Græcorum codicum lectionem: *Sic neque salsa dulcem potest facere aquam.* ita enim habent Latini codices, Latinique enarratores, quotquot nos vidimus, præter vnum Iohannem Gagneium, qui textum suum, iuxta Parisiense illud exemplar, Germani latum, *salsam* castigauit, & manuscripta antigrapha duo, in quorum vno hoc inuenimus omissum, errore scribæ, qui inter *aquam* & *aquam* media transiliuit; in altero, iuxta sensum mutatum: Sic neque salsa aqua dulcedinem potest habere. Græca hîc putarim aucta, vocibus, *sic*, πηγὴ, & ἂν, ex simili, quod primum scriptum est, exemplo. Syri enim nihil amplius, quàm Latini, legunt: habent: Sic nec aquæ salsæ possunt effici dulces: id quod idem vnum est cum Latino.

' facere potest 1 MS.

B G

593. C. 4. v. 5. *An putatis quia inaniter scriptura dicat ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis.*] Varia est huius loci distinctio; Vna: *An* ' *putatis', quia inaniter scriptura dicat, ad inuidiam? concupiscit spiritus qui habitat in vobis*. quam Oecumenius Græcus author enarrat, verùm τὸ πρόσωμα quarto casu accipiens (*concupiscit spiritum*) tametsi Interpres id non animaduerterit. Altera: *An putatis, quia ina. scrip. dicat? ad inui. con. spi. qui ha. in vobis.* quam ij quorum Beda meminit edidêruerẽ. Tertia: *An pu., q. ina. scrip. dicat: Ad in. con. spi. qui ha. in vobis?* quam Syrus sequutus est: quod est, *in inuidia*, vel *in æmulatione*; præposuit enim τῷ dolath litterã, quæ, vt Græcorum ὅτι, alterius verbis, quæ referuntur, præmittitur, cæteroqui otiosa. porrò Græcè non præmittitur hîc ὅτι. Quarta: *An pu., q. ina. scrip. dicat? Ad in. con. spi. qui ha. in vobis?* quam Beda probat, &, post eum, Author Glossæ, Carensis, Richelius. Tertium distinguendi modum Neotericorum plerique amplexantur; deque Deo zelote interpretantur: quem, si quis nostram quærat sententiam, non equidem improbauerimus, sed quartum prætulerimus, in eum sensum enarratum, quem Francisci Titelmanni paraphrasis habet: An persuadetis vobis lusoriè aut sine causa sacram scripturam monere, prædicareq., vt à mundo separemini, & eorum qui mundo adhærent consortia fugiatis? vel, spiritum sanctum Scripturæ Authorem, qui per regenerationis sacramentum sedem posuit in vobis, vosque gubernandos susceperit, mundi vobis amicitiam, vt quæ è re vestra sit, inuidere? Immo verò maiora dat dona, quàm, vel accipi, vel sperari possint à mundo, ea quæ amicis mundi negat. Propter quod scriptum est:

' putas o.

Maiorem autem dat gratiã. Propter quod dicit Deus: &c.

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vel certè; si fas est tot distinguendi modis alium addere (multæ tentantur viæ, cùm obscura est, delitescensque quæsita res) totum vnica interrogatione legerim, τὸ *ad inuidiam* præcedentibus iuncto, hunc in modum: *An putatis, quia inaniter scriptura dicat, ad inuidiam: Concupiscit spiritus qui habitat in vobis?* quod sit: An existimatis frustrà scripturam dixisse, eo quòd vobis inuideat, Spiritum carnis vestræ prauè concupiscere, nec bona ea esse quæ desideratis? Non ita sanè quòd vobis inuideat: quinimmo maiorẽ pollicetur cælestis gratiæ opulentiam, quàm quæ cunctis carnis desideriis queat comparari. Propter quod dicit: Deus, iis qui sibi ipsi duces esse volunt, atque id sequi quod concupiscunt ipsi, hoc est, superbis, resistit: humilibus verò, qui suis renuntiant desideriis, Deoque se subdunt, dat gratiam, ac verorum bonorum affluentiam. Videtur opponere Apostolus, illi *ad inuidiam*, hoc *maiorem autem dat gratiam*; quasi dicat: Non tantùm non inuidet, verumetiam maiorem dat gratiam. Hactenus de interpunctionis diuersitate: sunt hîc & lectionis aliquot varietates, sed quæ ferè sensum non mutent. *Aut* legendum est, iuxta antiquos codices, non *an*; & *dicat*, non *dicit*, quod est in nonnullis, Græco conforme. *Non*, quod videtur Carensis in quibusdam libris suis habuisse (*non concupiscit*) nullius est authoritatis: *inhabitat*, quod in duobus scriptis reperimus, G & Atr., Græco κατῴκησεν voce similius est quàm *habitat*, sed sensu æquale. cæterùm, aoristi præteritum est κατῴκησεν, habitauit, vel sedem posuit. *Nobis* denique, quod habet exemplar Germani latum, respondet Græco & Syro, sed non cæteris Latinis libris, nec Latinorum Authorum enarrationibus, quamquam, vt quorundam est scribendi modus, paruum sit inter *nobis* & *vobis* discrimen; nec tamen maius Græcis, inter ἡμῖν & ὑμῖν. Oecumenij Græci, textus ὑμῖν *vobis* scribit; commentarius, priùs ἡμῖν *nobis*, postea ὑμῖν *vobis*, vt, quoad sententiam, parum refert.

Prou. 3. d. 34. iuxta LXX.

Gen. 6. a. 5. Gen. 8. d. 21.

594. C. 5. v. 3. *Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus.*] Tria à Parisiensibus (Ge. l. Di. l. Do.) & quatuor ab Hentenio, signata exemplaria, omittunt duas has mediocres voculas, *vobis iram*. Græcis codicibus, & B. Augustini speculo, conformiter, legunt: *Thesaurizastis in nouissimis diebus*. Adstipulatur Syrica editio, tametsi *vobis* addat, ab Interprete, quod suspicor, sententiæ gratia adiectum. Vnum ex nostris Latinis antigraphis, id quod Atrebatense collegium suppeditauit, tollit *vobis*: quod, an Hentenius inter quatuor sua numerauerit (vsus enim eodem est) nescio. Cætera nostra omnia, etiam Donatianicum, illud quod hîc apud nos est, cum enarratoribus Latinis, habent, *Thes. vobis iram in no. diebus*: quibus Græcus Oecumenij textus suffragatur· ἐθησαυρίσατε ὑμῖν ὀργὴν ἐν ἐσχάταις ἡμέραις. Porrò, commentarius Oecumenij, & duo codices Græci, (primus, qui est Complutensis, & decimus) cum Syricis, illud ὡς πῦρ, quod Latinus Interpres primo casu vertit (*sicut ignis*) ac præcedentibus iunxit (*Et manducabit carnes vestras sicut ignis*) ad sequentia referunt, quarto casu intellectum: Tanquã ignem thesaurizastis in nouissimos dies (quanquam Syrici non legant ὡς *tanquam*) & subaudit Oecumenij commentarius *quas diuitias*. Videri possint voculæ istæ *vobis iram*, glossema fuisse, ex secundi ad Romanos capitis quinto versu (*Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram, in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei*) sumtum, & textui tandem commixtum; sed, an Latino, an Græco Latini Interpretis, non ausim ego statuere. Cæterùm, Zegerus castigator, è Latino textu sustulit: subaudiri verò posse docet; aut per Ironiam locum intelligẽdum. Caietanus, huic oppositũ existimat id quod subsequitur: *Ecce merces operariorum, &c.*

' *Thesaurizastis* o.

595. C. 5. v. 6. *Adduxistis & occidistis iustum, & non restitit vobis.*] Plerique Latini & codices & enarratores, τὸ *in die* 'occisionis', constituunt initium sexti versus: *In die occisionis adduxistis, &c.* Quidam verò, cum Græcis libris, finem quinti: *Et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis*, meliùs, vt arbitror (quæ & Zegeri opinio est) vt intelligas, persistere Apostolum, in prædicendis miseriis, quæ, impiè & feliciter agentes diuites tandẽ maneant: quasi dicat: lautè ac lasciuè vosipsos alitis, & solicitè saginatis, in diem mactationis. Cui conuenit, quod nonnulli codices * habent, *in diem*; & id quod Syrus vertit, Enutristis corpora vestra, tanquã ad diem mactationis. nam Græcè additur ὡς *tanquam*, siue *vt* · ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς tanquam in diem (ἐν pro εἰς, vt & superiori tertio versu) mactationis, qui vos nimirum exspectat. Denique in hunc sensum Oecumenius locum tractauit, ad expugnationem Iudæorum à Romanis referens: quanquam possit generaliter intelligi de mortis die, quo mactantur impij in epulum dæmonum; sed & de extremi iudicij, quo celeberrimum atque instructissimum conuiuium, cõuiuium pinguium & medullatorum, paraturus est Deus, & victimam grandem nimis immolaturus, omnibus auibus cæli, & bestijs terræ conuocatis, dæmonibus inquam, de carnibus, adipe, & sanguine fortium.

' perditionis o.

* Lob. Pl. ang. T. So. ru. M.

Isa. 15, b. 62

Ezech. 39. d.

Sexti versus initium, non *adduxistis* est, vt plerique libri legunt, sed *addixistis*, quod est, in vno Hentenij manuscripto, vno nostro*, tribus Parisiensium*, & primis Typographorum excusionibus, Moguntina, Nurenburgensi, Colonienſi, Græco Syroque conforme.

* Di. l. Ge. l. Do. sed aliud rursus est hoc Donatianicum quàm id quod nos habemus:

κατεδικάσατε, מחייבתם sunt, condemnastis, reum egistis. Proximè, optimi quique Latini codices, cum Græcis, omittunt &: sed, quod deinde sequitur &, plerique omnes contra Græcos addunt. Quare, Zegerus castigator, emendauit: *Addixistis, occidistis iustum, & non restitit vobis.* Porrò, postremum *restitit*, vnum Parisiensium*, tria Hentenij, & tria * nostra scripta exemplaria, præsenti tempore *resistit* scribunt, Græca lectione suffragante· ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον· οὐκ ἀνθίσταται ὑμῖν. cui Latina Venetorum editio, anni 1497, & in coniunctionis prætermissione consentit: *Occidistis iustum: non resistit vobis.* Manuscriptum G littera insignitum, habet: *Occidistis iustum non resistentem vobis*, similiter nono Parisiensium Græco antigrapho, id quod legit· τὸν δίκαιον οὐκ ἀνθιστάμενον ὑμῖν. Sensus is est, Græcè receptæ lectionis, si *qui* subaudias, quod non rarò Hebræi. Addit Apostolus, non impunè hanc eos tyrannidem laturos; sed, quasi ipsis spretis, sermone ad bonos quos opprimebant verso: *Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentum Domini.*

*Di. o.

596. C. 5. v. 20. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.*] Notandum sanè, inquit Beda, quod quidam codices habent: *Saluabit animam suam à morte*: &, ex ambiguo Græco, ita etiam rectè interpretari potest. Planè, ambigua sunt Græca, siue tollant ὑπὸ, vt pleraque; siue addant, vt, cum Syris, quædam 1 tria à Parisiensibus notata, δ, ι, τε, vnum à Simone Colinæo excusum· σώσει ψυχὴν ὑπὸ. Ambigua sunt autem & Syra. Cæterùm, sicuti rectiùs intelligas *eius*, eum qui reduxerit errantem fratrem, seruaturum quidem animam illius, fuorum verò peccatorum multitudinem operturum, iuxta illud, *Caritas operit multitudinem peccatorum:* sic eam, germanam esse arbitror, nostræ editionis lectionem. Nam, vt prima est Bedæ, ex quo, Glossa, atque ex Glossa, Carensis, Thomas, & Richelius, varietatis meminerunt: ita sola codicum omnium, quotquot nos, post alios, vidimus. Porrò, magna cum emphasi nobilitatis animæ, Græci ferè libri id subaudiendum relinquunt.

1. Pet. 4. 8.

NOTATIONES IN EPISTOLAM CATHOLICAM

PETRI APOSTOLI PRIOREM.

597. C. 2. v. 5. *Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales.*] *domos spirituales* plerique codices legunt; *domus spiritualis*, quidam, scripti duo, Di. o. Ge. l. 3 à Parisiensibus notati, impressi aliquot, Complutensis, Regius, & maximè textus Neotericorum enarrationibus iuncti. Vtriusque lectionis Beda meminit: *domos spirituales* legit, additque postea: Nec prætereundum quod quidam codices habent in singulari, *Superædificamini domus spiritualis.* Posterior hæc Græco consonat (οἶκος πνευματικὸς) estque apud Augustinum epistola 57. ad Dardanum: quamquam nonnulla Augustini exemplaria *domus spirituales* legant: quo modo scribit & Lobiensis Abbatiæ manuscriptus codex, ac Typographorum priores editiones, Moguntina, Nurenburgensis, Colonienſis; id quod, nominandi casu per appositionem addito intelligi possit, similiter illi *domus spiritualis*: sed multitudinis numerus, vt non perinde exprimit ecclesiastici ædificij vnitatem; quod annotarunt quidam; ita non satis congruere videtur comparationi illi *tanquam lapides viui*: neque enim singuli lapides domum efficere possunt: nisi intelligas, non singulas personas lapidibus comparatas moneri vt domus spirituales fiant, sed plures ac singulos cœtus. Syricum Testamentum multitudinis numero, *Et estote templa spiritalia*, habet (facilè enim Græcè, vel οἶκοι πνευματικοὶ, vel οἴκους πνευματικοὺς lectum fuisse potuit) sed, si puncta demas, singulari numero intelligas licet: Et estote templum spiritale. Plerique probant, nobis, singulari numero *domus spiritualis* legi, ac nominatim castigator Zegerus, qui & editionem suam eum ad modum emendauit: existimatque, indocta scribarum temeritate, demutatum id esse in *domos spirituales*. Cæterùm, nescio, qui mutare potuerint scribæ, obscurum legendi modum in obscuriorem: nisi fortè, *superædificamini*, actiuè intellexerint, vt certè B. Thomas intelligit. Vndecim nostra manuscripta, *in domos spirituales* habent; sed illa, minori fide digna. Adiectum est à quibusdam *in*, explicationis ergò: subaudiri enim debet, si *domos* legas. Ita verò & singularis numeri lectionem, claritatis ergò, mutarunt quidam, *In domum spiritalem*: quo modo est apud Augustinum, Psalmum 86. enarrantem, & Beda notat in quibusdam exemplaribus haberi.

598. C. 2. v. 8. *Qui offendunt verbo,* ᵗnec' *credunt in quo* ᵗ& *positi sunt.*] Vetustissimus Malmundarij codex, & alter G littera insignitus, &, quem Parisienses notarunt, Dionysij oblongus, V. Beda adstipulante, legunt *in quod & positi sunt*, Græco similiter, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. Quidam Bedæ codices habuerunt *in quo*; nostri plerique omnes id habent: ac solet Interpres, non rarò, sextum casum, quarti loco, *in* præpositioni dare: sed, cùm hoc loco, quintus casus, fide dignissimis libris, & grauissima Bedæ authoritate, constet, amplectendus certè videtur. Porrò, id quod Interpres vertit *nec credunt*, Græcis vnica vox est, eaque participij, ἀπειθοῦντες, imperſuasi, increduli. Quare germanum esse crediderim loci sensum, quem Græci tractatores, Didymus & Oecumenius, dedere: Qui per incredulitatem in euangelicæ prædicationis verbum impingunt, ad quod, ad impingendum inquam, & constituti sunt, iudice Deo, dum huiusmodi sortem suam sibi peruersitate meruere. Sic Paulus ad Romanos: Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in passiones ignominiæ, in reprobum sensum. Rom. 1. v. 24 d. 26. 28.

non o. o.

C. 2. v. 23. *Qui, cùm maledicerentur, non maledicebat; cùm paterentur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniustè.*] Græci codices & enarratores constanter legunt, παρεδίδου τῷ κρίνοντι δικαίως, committebat 600. Didymus, Oecumenius.

Deut. 32. v. 35 Rom. 12. d. 19 Heb. 10. f. 30 tebat autem iudicanti iustè, supple, vindictam, vel causam suam, aut eos à quibus affligebatur, iuxta illud Deuteronomij, quod Paulus aliquoties citat, Mihi vindictam, ego retribuam. Græcis Syri concinunt, qui paraphrasticè verterunt: Sed tradebat iudicium suum iudici iustitiæ. Græcis & Syris, B. Augustinus, tractatu in Iohannem 21, conuenit, legens: Sed commendabat illi qui iustè iudicat. Existimarim his consonè traduxisse Interpretem nostrum: *Tradebat autem iudicanti iustè*; verùm, cùm id intelligendum putaretur de iudicibus à quibus Christus malis affectus est (quibus nisi se ipse tradidisset permisisset què, malis affici ab eis haud potuisset) mutatum esse *iustè* cum *iniustè*, ac *se* additum claritatis gratia: *Tradebat autem iudicanti se iniustè.* A nonnullis, maioris claritatis gratia, repetitum est *se*: *Tradebat autem se iudicanti se iniustè.* ita enim in duobus est scriptis, K. & Bessarionico. Vnicum si addatur, aptiùs quadret τῷ *iudicanti* præpositum, quo loco apud S. Cyprianum ponitur, 3ᵘ ad Quirinum 39ᵉ capite: *Tradebat autem se iudicanti iniustè.* Nam, quòd τῷ *iudicanti* postpositum esset, offensi quidam, verterunt *iudicanti*, alij in *iudicari*, alij in *iudicantes*. Atrebatensis Collegij sericatum manuscriptum habet: *Tra. au. iudicari se iniustè.* Author Glossæ & Carensis, enarrant, cum eo qui vulgò receptus est, hunc legendi modum: *Tra. au. iudicantes se iniustè*: cui subaudiunt *Deo Patri*. Quidam pro *autem* scripserunt *enim*: *. *Tradebat enim iudicanti se iniustè*, vt sententiam redderent loco conuenientiorem: quamquam rectiùs conueniat *autem*, pro *quin immo* acceptum. Porrò, si δίκαιος Græcè pro δικαίως legas, & *se*, subaudias, habeas eum legendi modum, qui vulgò receptus est: *Tradebat autem iudicanti se iniustè*; sed minùs authoritate firmatum, itaque affinem firmatiori ac probabiliori, eique obscuriori. *Tradebat autem iudicanti iustè*, vt non possit non fieri verisimile, ex illo mutatum esse. Zegerus pro eo DD. Cyprianum & Leonem citat; eodem iudicio, quo iam antè, ad proximam varietatem. Cæterùm, Paulinus, epistola secunda ad Seuerum, antiquo, opinor, librariorum errore deceptus, scripsit: Tradebat autem se ad mortem iudicanti iniustè.

T. O. Pl. m

601. ᵒ o. C. 3. v. 8. *In fide autem* ᵒ *omnes' vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores &c.*] V. Beda, Author Glossæ, Thomas, Carensis, Lyranus, & Richelius; interpretantur *in fide*: id enim plerique omnes codices legunt. Porrò, duo Parisiensium Ge. l. Di. l., vnus Hentenij, vnus nostet T. littera signatus, is quem Quetelius excudit, & ij quos Claudius Guilliandus vidisse se memorat, habent *in fine*: id quod probant, Guilliandus, Zegerus, Hesselius, & plerique nostræ ætatis enarratores. Græcè enim constantissimè legitur τὸ δὲ τέλος *finis autem*; ita & Syriacè Id alij transtulerùt, *summa autem* siue *in summa autem*; vetus Interpres *in fine autem*, pro, demum siue postremò. Hoc quidam non intelligentes, quòd τὸ *in fine* referrent ad *vnanimes*, mutandum iudicarunt, *fine* in *fide*, vocem, vt propinquissimam, ita optimè congruentem illi *vnanimes*. Cæterùm, plurima Latina exemplaria, præsertim scripta, tametsi *in fide* habeant, loquuntur *in fine* legendum esse. Addunt enim *in oratione estote* (*In fide autem omnes vnanimes in oratione estote*) id quod conuenire potest si *in fine* legas; si *in fide*, nequaquâ. Carensis id animaduertens, retulit ad id quod sequitur, *compatientes*: *In oratione estote compatientes*. Rectiùs Thomas, Lyranus, & Richelius, ad textum non pertinere annotarunt, nec esse in antiquis aut correctis libris. Impressi codices pauci habent: optima scripta reijciunt. Beda & Author Glossæ non agnoscunt: Græci & Syri ignorant. Epanorthotes, *Omnes*, inquit, *vnanimes, compatientes*, Græcus, antiqui: in ecclesia, in epistola legitur *in oratione estote*. Epistola Dominicæ quintæ post Pentecosten ita incipit: *Fratres, omnes vnanimes in oratione estote, compatientes, &c.* Prætermisit diuini officij collector, τὸ *in fine*, quòd eo istud præcedentibus connectatur, ac proinde non congrueret ecclesiasticæ lectioni, quæ, præcedentibus omissis, hinc inchoanda censebatur. Adiecit autem id quod subaudiebat *in oratione estote*: quòd id congregatis ad orationem fidelibus opportunè conueniret, cùm mutilum alioqui & mācum videretur fore exordium, maximè τὸ *in fine* demto. Porrò, si *in fide* legisset, neutiquam id demsisset; neque *in oratione* addidisset. Quod autē hic ecclesiasticæ lectionis principio coactus adiecerat, id alij in textum scripturæ temere retulerunt. Simile accidit Ecclesiastici 15. versu primo, id quod ibi est annotatum.

602. C. 3. v. 15. *Paratiſemper ad satisfactionem, omni poscenti vos rationem, de ea quæ in vobis est spe.* Ita legunt emendatissimi codices, Brug. Malm. And. O. T. Mog., Gregorio Magno, in fine 2ª partis De vita pastoris, suffragante. Consonant Græci libri, & Græcanicus Scholiastes, Oecumenius. Complures potrò Latinorum codicum addunt *& fide*; sed non eodem omnes loco. Multi, *de ea quæ in vobis est spe & fide*, habent; plures, *de ea quæ in vobis est fide & spe*; vnus, *de fide quæ in vobis est & spe.* Quare, addititium id esse, vel hac ex varietate; satis clarum euadit. Syri scribunt, *de spe fidei*, siue, vt in manuscripto Syrico est, *fidei vestræ*; explicantes, haud dubito, id quod prototypum legit, περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος *de ea quæ in vobis est spe.*

603. C. 3. v. 19. *In quo & his qui in carcere erant spiritu veniens prædicauit.*] Codices Codices quidam, etiam Beda teste, *carne* legunt pro *carcere*: verùm, cum plerisque, Græca ac Syra reclamant. Græci ἐν φυλακῇ *in carcere* scribunt; Syri, quem intellexerint carcerem significantes, בשיול, quod est, in sepulchro, vel in inferno. Quod, iuxta libros quosdam, addit Beda, *concluſi: Qui in carcere erant concluſi*, Syricæ editioni, & vndecimo Parisiensium Græco exemplari, conforme est, sed vulgatæ editionis nostræ non esse videtur. Alia littera, inquit B. Thomas, habet, In carne concluſi erant. Eam quæ sequitur vocem, *spiritu*, quædam exemplaria *spiritibus* legunt, quibus Græca antigrapha constanter volunt, Syraque astipulantur, & concinit, Patrum, Hieronymi in 54ᵘᵐ Isaiæ caput, & Augustini epistola 99, lectio: In quo, & his qui in carcere erant concluſi spiritibus, veniens prædicauit. In quo, & his qui in carcere erant concluſi spiritibus, veniens prædicauit. Cæterùm, facilè, Interpres, pro πνεύμασι spiritibus, πνεύματι legisse potuerit, id quod *spiritu* est, quo modo legi opinor in verioribus editionis nostræ exemplaribus. Vidi id in vetustissimo integerrimoque manuscripto Abbatiæ S. Andreæ iuxta Brugas, (quo vno Louanio exsules, deinceps vti potuimus) id quod hunc locum, cum D. Thoma, ita legit, vt initiò proposuimus: *In quo & his qui in carcere erant spiritu veniens prædicauit.*

C. 4. v. 12. *Carissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis fit, quaſi noui aliquid vobis contingat.*] Pro *peregrinari*, in alijs codicibus esse *mirari*, testis est Beda. Græcum ξενίζεσθαι, *peregrinari* significat, à ξένος *peregrinus* deductum. Porrò, quia id quod in admirationem venit, peregrinum siue insolitum sit oportet, significat & admirari: quo modo intelligendum hoc loco est. Quamobrem Cyprianus, libri 4ⁱ epistola 6ª, Carissimi, nolite mirari ardorem accidentem vobis, legit. Cæterùm, videtur Interpres, Græcam sectatus vocem, *peregrinari* hîc transtulisse, pro eo quod est peregrinum siue insolitum ducere (quis enim in locum τὸ *mirari*, τὸ *peregrinari* substituisset?) & tamen, quarto versu superiori, ex eadem voce, admirari legitur: quamquam & illic varietas sit, nonnullis exemplaribus *peregrinantur*, alijs *admirantur*, alijs *obstupescunt* legentibus. 604.

C. 4. v. 14. *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam, quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos* ᵗ*requiescet.*] Bibliorum margo notat in vno scripto legi: *Quoniam gloria Dei spiritus in vobis requiescit*; in tribus: *Quoniam gloriæ & Dei spiritus in vobis requiescit.* Illa lectio, ad Syriacum accedit: Quoniam spiritus gloriæ (gloriosus) Dei super vos requiescit: accedit & ad Tertullianum in Scorpiaco: Quoniam gloria & Dei spiritus requiescet in vobis. Hæc, ad plerorumque Græcorum codicum lectionem· ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται, siue, vt in Regio & Complutensi est, ἀναπέπαυται, Quoniam quod (siue, qui) gloriæ & qui Dei spiritus super vos requiescit, seu requieuit. Tres Græci codices, à Parisiensibus notati, δ. ι. ια., addunt δυνάμεως καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πν. ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται, vel, vt in δ. est, ἀναπέπαυται, Quoniam quod (siue, qui) gloriæ & virtutis & qui Dei sp., super vos requiescit, vel requieuit. Addit id & Cyprianus, libri 4ⁱ epistola 6ª. Quia maiestatis & virtutis Domini nomē in vobis requiescit. Conijcit Cypriani commentator D. Pamelius, Cyprianum πνεῦμα legisse, pro πνεῦμα; potuerit æquè ὄνομα· ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ ὄνομα. Porrò, *honoris*, quod Latinè legitur, nusquam alibi inuenio: an Interpres adiecerit, an alius quispiam (idem enim vnum est cum *gloriæ*) nescio. Consequenter legunt Græci codices, cum D. Cypriano, κατ' ἐμὲ δοξάζεται, κατ' ὑμᾶς δοξάζεται) * Secundum illos quidem blasphematur, secundum' vos' autem ᵗglorificatur': id quod, cum Tertulliano, Latini & Syrici non agnoscunt. 605. ᵗ requieſcit MS. G. S.

* Quod Cyp. ᵗ nos Cyp. ᵗ honoratur Cypr.

NOTATIONES IN EPISTOLAM PETRI

APOSTOLI POSTERIOREM.

606. C. 1. v. 16. *Non enim indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis, Domini nostri Iesu Christi virtutem & ᵗ'præſcientiam'.*] Tria Latina scripta; id quod in Biblijs signatur; *doctas* legunt, pro *indoctas*. Vtrum Interpres verterit, ex Græca voce σοφισμένοις constare non potest: intelligi enim ea potest, &, artificiosè aut sapienter confictas, &, fallaces, inanes, veritate & sapientia vacuas. Relinquitur ex Latinis exemplaribus præcipuè colligendum, quorum nobis iam copia deest. ᵗ præſentiam ᵗ MS. R. G.

607. C. 2. v. 7. *Et iustum Lot, oppressum; à nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit.*] Duo manuscripta, pro *iniuria*, scribunt *iniusta*; vnum, *impudica*. Aliud, pro *iniuria ac luxuriosa*, solum habet *impudica*: *A nefandorum impudica conuersatione*; Regium exemplar, solùm *luxuriosa*: *A nefandorum luxuriosa conuersatione*. Horum duorum alterum verum esse existimarim; adiectum τὸ *iniuria* siue *iniusta ac*, ab ijs quos offenderit τὸ *luxuriosa conuersatione* ad *oppressum*, relatum. Nam & Græcum duntaxat habet ὑπὸ τῆς τῶν ἀσελγείας ἀναστροφῆς, A nefariorum in lasciuia conuersatione.

NOTATIONES IN EPISTOLAM IOHANNIS APOSTOLI PRIMAM.

608. C. 2. v. 14. *Scribo vobis infantes, quoniam cognouistis patrem.* Subjiciunt antiqui Latini codices, nominatim is quem nunc vidimus, à R^do S. Andreæ Abbate commodatus: *Scribo vobis patres, quia cognouistis eum qui ab initio est.* Consonat Lugdunensis editio anni 1514: suffragantur Græci & Syrici codices: adstipulatur, Augustinus, Beda, Thomas, & Oecumenius, tractatores. Videtur hic versiculus omissus fuisse, tum quia proximè præcedenti verbis ac re simillimus est, tum quia paulò antè idem prorsus lectus est. Cùm enim Apostolus, omni animum addidisset ætati, vt, Seruatoris aucta beneficijs, in Domino gauderet gloriaretur̃q.; cupiens, maiori id pondere mentes penetrare, fixumque inhærere, iterum egit. Et infantes quidem siue pueri, atque adolescentes, quos plerique libri iuuenes hîc vocant (Græcis eadem est vox quæ priùs, νεανίσκοι) ab omnibus concorditer repetuntur: patres, siue senes, cur præreriti sint? An quòd sufficeret, senes, quippe per se sapientes, semel monuisse? Vna est Complutensis editio Græca, (Regia namque eadem est) quæ, vulgaribus Latinorum codicibus similiter, omittat.

609. C. 2. v. 22. *Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus non est Christus?*] Quidam codices auferunt *non*: sed videtur Interpres, ita vt in Græco erat, reliquisse. legitur enim in plerisque ac melioribus Latinis libris, vt in Græcis vnaque Syriacis. Porrò, vt Græcè & Syriacè duæ negationes vehementius negant, ita intelligendum est &, quod ad Græci imitationem versum est, Latinum. Quare, non est alius loci sensus, lecta quàm omissa negatione; sed hic vnus: Mendax est qui negat Iesum esse Christum, seu, qui negando ait quòd Iesus non sit Christus.

610. C. 4. v. 3. *Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est: & hic est Antichristus.*] Ita legunt Latini libri, *Omnis spiritus qui soluit Iesum.* Græci habent, Et omnis spiritus, qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est. Græcis Syri consentiunt: & Cyprianus, libri 2^i contra Iudæos 7° capite, suffragatur. Latinis, Leo, epistolæ 10ª capite quinto, adstipulatur. Quin & in Græcis codicibus olim id lectum fuisse, quòd nunc in Latinis, Græcus Socrates, historiæ tripartitæ libro 12°, testatur. Augustinus, tractatu 6°, legit atque exponit vtrumque.

611. Id quod sequitur *Et hic est Antichristus*, Græcè est *Et hic est Antichristi* (ὃ καὶ νῦν ἐστὶ τὸ ἀντιχρίστου). Syri verterunt: Sed hic est ab ipso pseudochristo. Cyprianus, rem planiùs explicans: Qui autem negat in carne venisse, de Deo non est, sed est de Antichristi spiritu.

612. C. 5. v. 7. & 8. *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo; Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis: & hi tres vnũ sunt.*] Quinque scripta auferunt vniuersa hæc, *in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant*; legunt duntaxat: *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, &c.* Quibus, Syriaci codices, & Græci non pauci, consentiunt. Epanorthotes, deesse hæc eadem Græcis libris, & antiquis Latinis, annotat. His multi veterum Patrum suffragantur. inter Latinos, Augustinus libri 3^ii contra Maximinum capite 22°, Leo epistolæ 10^a capite 5, Beda hanc enarrans scripturam. Inter Græcos, Cyrillus libri 14, thesauri capite 5, Oecumenius in hunc scribens locum. Et horum, tum authorum, tum codicum, plerique, etiam τὸ *in terra* auferunt. Manuscriptum S. Andreæ, postponit testimonium eorum qui in cælo, testimonio eorũ qui in terra testantur. id quod adiectionis indicium est. Porrò, Hieronymus, præfatione in Catholicas epistolas, ab infidelibus translatoribus, patris, verbisque, ac spiritus testimonium, omissum, queritur. id quod, pro plerisque Latinis libris, qui id ita vt initiò proposuimus legunt, facit. quibus Græca Complutensis editio, & quæ ex ea sunt, cum alijs quas vidimus non paucis, consonant. Inter omnes Parisiensium Græcos codices, ne vnus est qui dissideat; nisi, quòd, septem, duntaxat τὸ *in cælo* confodiant: si tamen semicirculus, lectionis designans terminum, suo loco sit collocatus. Huc, Higini, à B. Petro Papę noni, lectio, quę in prima eius epistola exstat, accedit.

613. Id quod postremum est octaui versus, ad eos qui in terra testantur spectãs, *Et hi tres vnum sunt*, multa Latina exemplaria, nominatim id quod à S. Andreæ sodalibus olim scriptum est, D. Thoma suffragante, tollunt. Quibus Græca Complutensis editio, cum filiabus, adstipulatur. Legitur porrò, vt in Latinis alijs libris, ita & in reliquis quęcunque vidimus exemplaribus Græcis; adhæc, in Syricis testamentis; denique, à Patribus, quorum iam producta sunt loca; at differenter. Latini enim codices, cum Aug^o, Cyrillo, Leone, Beda, *Et hi tres vnum sunt* habent; Græci verò, cum Oecumenio, & Syricis: *Et hi tres ad*, vel, *in vnum sunt*, ὃ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι; Higinus: *Et tres in nobis sunt.*

Porrò, de patre, verbo, & spiritu sancto, qui eorum testimonium hîc agnoscunt Græci codices, ὃ ὅτι οἱ τρεῖς ἓν εἰσι scribunt: quamquam Complutensis, qui hoc non nisi semel legit, εἰς τὸ ἕν habeat. Ex Higino, & hoc obserua, quòd, tres in terra testantes, aquam numeret, sanguinem, & carnem; cæteris vniuersis contradicentibus.

NOTATIO IN EPISTOLAM IOHANNIS APOSTOLI TERTIAM.

V. 4. *Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare.*] Regia editio ex Complutensi oriunda, legit ita vt Græcè est: *Maius horum non habeo gaudium, quàm &c.* Atqui, Interpres, pro χαρὰν *gaudium*, vicinissimam vocem χάριν, quæ *gratiam* significat, legisse videtur: quæ & in decimo Parisiensium Græco exemplari exstat. Insolitus loquendi modus, facilè tamen obuio sensu, *Maiorem horum non habeo gratiam*, pro: Nihil mihi perinde gratum est, vt quòd audiam &c. 614.

NOTATIONES IN EPISTOLAM IVDÆ APOSTOLI.

V. 3. *Deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei.*] Duo exemplaria *supercertare* legunt: quo modo id quod Græcè est ἐπαγωνίζεσθαι rectiùs vertas. Cæterùm, potuerit Interpres, *supercertari*, id quod in plerisque est libris, vt deponenti verbo vsus esse, quemadmodum in Sapientiæ & Ecclesiastici libris aliquoties *certari* & *concertari*. cui sententiæ B. Thomæ commentarius suffragatur. 615. *Sap. 15. b. 9. Eccles. 4. d. 33 11. a. 9. 38. c. 29.*

V. 12. *Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur.*] Latinus Regij operis textus, *conferuntur* habet, pro *circumferuntur*, quod in alijs est libris. Græcorum codicum, quidam, Regius nominatim, περιφερόμεναι, alij περιφέρουσαι, legunt. Illud, Latino Regis textui; vtrumque, cæteris Latinis libris, non malè conuenit. 616.

NOTATIONES IN APOCALYPSIN IOHANNIS APOSTOLI.

C. 5. v. 10. *Et fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.*] Antiqui codices *regnabunt* legunt, adstipulante B. Cypriano, 2^i aduersus Iudæos 15° capite. Quædam Græca exemplaria βασιλεύσουν *regnabunt* habent, sed præmittunt ἀυτὸς *eos*: Et fecisti eos Deo nostro reges & sacerdotes, & regnabunt super terram. Alia verò Græca exemplaria, vulgati Latinorum codicum scripturæ similiter, ἡμᾶς, βασιλεύσομεν, habent: Et fe. nos Deo no. reges & sa., & regnabimus super terram. Interpres & Cyprianus, ἡμᾶς, βασιλεύσουσιν, legisse videntur: quem legendi modum, facilè persuadear, in illos demutatum esse. verùm, etsi *nos* in *eos* mutes, præcedit tamen proximè: Et redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. verba sunt quatuor animalium & 24. seniorum, laudes & gratias Christo, suo totiusque Ecclesię nomine, canentium. 617.

C. 8. v. 3. *Et data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum.*] Duo codices signantur omittere, Græcæ scripturæ similiter, præpositionem *de* (*vt daret orationibus*) cæterùm videri possit Interpres explicationis gratia addidisse. Primasius legit: Vt daret orationes. si tamen non sit mendum. 618.

C. 8. v. 12. *Et diei non luceret pars tertia, & nocti similiter.*] Quidam libri primo casu *nox*, quidam tertio *nocti*, vnus sexto *nocte*, plerique secundo *noctis* legunt. *Noctis* secundo, aut *nocti* tertio casu, alterum amplectendum videtur. Græcè ad verbum est: Et dies non luceret tertium sui, & nox similiter. Primasius scribit: Et dies eandem partem amitteret, & nox similiter. 619.

C. 12. v. 2. *Et in vtero habens, & clamabat parturiens.*] Quidam codices legunt: *Et in vtero habens clamabat*; quidam: *Et in vtero habens clamat.* Illud Græco Regiæ editionis textui, hoc alijs Græcis exemplaribus consentaneum est. Primasius scribit: Et erat prægnans, & clamabat. quem ad modum, si, quæ in plerisque est libris, seruare visum est, mediam coniunctionem, iungendum erit, τὸ *&* *in vtero habens*, iis quæ præcedunt, nouaque hinc inchoanda sententia: *Et clamabat*, seu, *clamat, parturiens, & cruciatur vt pariat*; aut certè, πᾶ *& in vtero habens, erat* subaudiendum. 620.

C. 13.

621. C. 13. v. 15. *Et faciat, vt, quicunque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur.*] Alij libri *faciat*, alij *faciet*, alij *facit* legunt. *Faciat*, Primasio consonat, & plerisque antigraphis Græcis: penderque abeo quod præcedit, *datum est illi vt*. *Facit*, Græcis Hispanorum editionibus respondet. ποιεῖ istæ, ποιήσῃ illa habent.

622. C. 14. v. 5. *Sine macula enim sunt ante thronum Dei.*] Quatuor Latina scripta in Bibliorum margine signata, & quintum, quod ex S. Andreæ Abbatia cõmodatò accepimus, auferunt illud *ante thronum Dei*, Græca Complutensium editione, cum filiabus, adstipulante. Cum alijs porrò Latinis codicibus, multi Græci addunt. Aretha tractator Græcus, *Hi sunt qui sequuntur agnum* legit, loco istius *Ante thronum Dei.*

623. C. 15. v. 3. *Iustæ & verę sunt viæ tuæ, Rex seculorum.*] Manuscripta exemplaria duo, ea quæ margo Bibliorum signat, & impressa totidem, Lugduni vnum anno 1514, Coloniæ alterum anno 1529, pro *seculorum*, habent *sanctorum*, Græcis libris consentanee. Porrò, quòd in plerisque *seculorum* legatur, fortè, dictionum contractarum affinitas, causam dedit. quædam enim veterum exemplarium scō῀ quædam scribunt scī῀. Cæterùm, est, & inter ἁγίων & αἰώνων, Græcè, non parua affinitas. Græcæ Hispanorum editiones, cum Primasio & Aretha, πᾶν ἐθνῶν gentium scribunt.

624. C. 18. v. 2. *Et exclamauit in fortitudine, dicens: Cecidit, cecidit Babylon.*] Plurimi & optimi codices, cum B. Anselmo, pro *in fortitudine, in forti voce* scribunt, consentientibus Aretha & codicibus Græcis, α, ιε, ac Regiis. Primasius habet: Et excla. voce magna & forti, dicẽs. id quod ad alia Græca exemplaria accedit, quæ legunt: Et excla. in fortitudine, voce magna dicens.

625. C. 18. v. 13. *Et cynamomum, & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum.*] Vt cætera hîc gignendi casu leguntur; ita, id quod primum est, *cynamomum*, apud Primasium *cynamomi* legitur. Subauditurque autem, ex iis quæ præcedunt, *merces*. Porrò, Græci, vt *cynamomum*, ita & sequentia omnia nomina vsque ad *& equorum*, accusandi casu scribunt; quæ verò deinde sequuntur, hoc modo: *Et equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animas hominum*. longè congruentiùs: hærent enim aptè præcedentibus· *nemo emet amplius*: at vox *merces*, interrupto sermone, non nisi incommodè hue attrahi potest. Ad Græca, Primasij lectio, tametsi *cynamomi* habeat, accessisse videtur: an nostra, ex eo quod *cynamomum* scribat, concinuisse videri possit?

626. C. 19. v. 1. *Laus, & gloria, & virtus, Deo nostro est.*] Latinus Regiorum Bibliorum textus legit: *Salus & virtus, & gloria, Dei nostri*: cui Græcus eorundem Bibliorum textus, cum Parisiensium exemplaribus, α & ιε, conformis est. Alia Græca exemplaria habent: Salus, & gloria, & honor, & virtus, Domino Deo nostro. quibus Arethæ lectio accedit: Primasius: Salus & claritas Deo nostro.

627. C. 19. v. 15. *Et de ore eius procedit gladius acutus, vt in ipso percutiat gentes.*] Multi libri addunt *gladius ex vtraque parte acutus*, quibus volunt exemplaria Græca, α, ιε, & Regia, suffraganturque Tractatores, Anselmus, Aretha, ac Primasius, & capite vltimo secundi aduersus Iudæos Cyprianus. Alij porrò Latini codices, cum alijs Græcis exemplaribus, haud paucis, Bedæ similiter, id non agnoscunt.

628. C. 21. v. 11. *Et lumen eius simile lapidi pretioso, tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum.*] Græcè est tanquam lapidi iaspidi crystallizanti. id quod Primasius exponens legit: Quasi lapidi iaspidis, refulgenti in modum crystalli.
iaspidi. 2 MS. G.

629. C. 21. v. 15. *Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem.*] Quædam exemplaria, cum B. Anselmo, *arundinem* scribunt: itaque est Græcè: Habebat mensuram, calamum, seu, arundinem, aureum. id quod per appositionem rectiùs intelligas *mensuram arundinem auream*, quàm arundineam intelligas mensuram & auream fuisse, quod fieri non possit. Primasius legit: Habebat arundinem auream ad mensuram. Quædam exemplaria Græca omittunt mensuræ nomen; duntaxat legunt: Habebat calamum, seu, arundinem auream· εἶχε κάλαμον χρυσῆν.

630. C. 22. v. 11. *Et qui iustus est, iustificetur adhuc.*] Vetusta exemplaria, Anselmo concinente, legunt *iustitiam faciat adhuc*, S. Andreæ & nouem in Biblijs notata. His conformiter, Græci Hispanorum codices, & Græcus enarrator Aretha, δικαιοσύνην ποιησάτω habent. Alij Græci codices, δικαιωθήτω *iustificetur*, ita vt in vulgaribus est Latino-
1 MS. Anſ. G. 2 MS. Anſ. G.

rum libris, scribunt. Primasius monet, aliam translationem habere *iustiora faciat*: quomodo Cyprianus legit, libri De bono patientiæ nono, & 3^ii ad Quirinum 23° capite.

631. C. 22. v. 14. *Beati qui lauant stolas suas, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.*] Græci libri, Cypriano & Aretha suffraganti bus, legunt· μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, quod est, Beati qui faciunt præcepta eius. Latini, & quidem constanter, scribunt: *Beati qui lauant stolas suas.* Fortè ab Interprete lectum est· μακάριοι οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς ἑαυτῶν. quæ lectio, si, quod Zegerus annotauit, verum est, in nonnullis codicibus exstat. *In sanguine agni*, quod addunt quidam, ex septimo capite superiori huc adiectum est, vbi legitur: Et lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.
in sanguine agni o. * Lib. 2. aduer. Iudæos capite 22.
Apoc. 7. d. 14.

FINIS.

LOCA S. SCRIPTVRÆ, QVÆ, HIS IN NOTATIONIBVS, παρέργως TRACTANTVR.

Locus Exodi 3. a. 1: *Moyses autem pascebat oues Iethro soceri sui*; tractatur Exodi capite 4. versu 18.
Deuter. 6. c. 13: *Et illi soli seruies.* Deut. c. 10. v. 20.
Ios. 18. d. 22. *Betharaba & Samaraim.* Ioh. c. 1. v. 28.
Iud. 16. b. 9: *Cùm odorem ignis acceperit.* Iud. c. 15. v. 14.
1. Regum 22. b. 9: *Et erat primus inter seruos Saul.* 1. Reg. 21. v. 7.
1. Paral. 6. e. 57. f. 67: *Porrò filijs Aaron dederunt ciuitates ad &c.* Ios. c. 21. v. 21.
1. Paral. 6. e. 60: *Omnes ciuitates tredecim.* Ios. c. 21. v. 37.
2. Paral. 4. a. 3: *Similitudo quoq. boum erat subter illud.* 3. Regũ 7. v. 24.
Nehemiæ septimum caput & octaui principium explicantur Ezrę c. 2. v. 69.
3. Ezræ 5. e. 44. *Et de præpositis ipsis per pagos &c.* Ezræ c. 2. v. 69.
Ps. 42. b. 6: *Salutare vultus mei & Deus meus.* Psal. 41. v. 7.
Ps. 198. a. 8: *Et episcopatum eius accipiat alter.* Ps. 13.
Sap. 1. b. 6: *Et non liberabit maledictũ à labijs suis.* Sap. c. 1. v. 15. & 16.
Eccles. 4. d. 33: *Et vsque ad mortem certa pro iustitia.* Eccles. c. 11. v. 9.
Isa. 15. b. 5: *Vsque ad Segor vitulam consternantem.* Ier. 48. v. 34.
Isa. 19. c. 15: *Incuruantem & refrenantem.* Isa. c. 9. v. 14.
Isa. 19. c. 17: *Et erit terra Iuda Ægypto in pauorem.* Isa. c. 9. v. 14.
Isa. 24. a. 5: *Et terra infecta est &c.* Psal. 105. v. 38.
Isa. 42. a. 4: *Non erit tristis neque turbulentus &c.* Matth. c. 12. v. 20.
Ier. 23. a. 6: *Et hoc est nomen quod vocabunt eum &c.* Ier. 33. v. 16.
Ier. 32. b. 10: *In die ruinæ suæ.* Ier. 32. v. 8.
Ezech. 11. b. 12: *Sed iuxta iudiciagentium &c.* Ezech. c. 5. v. 7.
Dan. 4. c. 22: *Et cum bestijs ferisque erit habitatio tua.* Dan. 4. v. 29.
Ose. 2. d. 23. *Et miserebor eius quæ fuit Absque misericordia.* Rom. c. 9. v. 25.
Zach. 9. b. 9: *Ascendens super asinum.* Matth. c. 21. v. 5.
Matth. 10. d. 32: *Omnis ergo qui confitebitur me.* Luc. c. 12. v. 8.
Matth. 13. g. 55: *Et fratres eius Iacobus & Ioseph.* Mar. c. 15. v. 47.
Matth. 15. d. 39: *Et venit in fines Magedan.* Marc. c. 8. v. 10.
Matth. 16. d. 23: *Vade post me Sathana.* Matth. c. 4. v. 10.
Matth. 27. e. 40: *Vah qui destruis &c.* Marc. c. 15. v. 29.
Matth. 27. f. 49: *Cæteri verò dicebant: Sine.* Mar. c. 15. v. 36.
Mar. 13. d. 32: *De die autem illo vel hora &c.* Matth. c. 24. v. 36.
Mar. 15. b. 22: *Et perducunt illũ in Golgotha locum.* Matth. c. 27. v. 33.
Mar. 15. c. 29: *Vah qui destruit templum.* Matth. c. 27. v. 40.
Luc. 3. f. 35. 36: *Qui fuit Sale, qui fuit Cainam.* Gen. c. 11. v. 12.
Luc. 10. c. 15: *Et tu Capharnaum, vsque ad cælũ &c.* Matth. c. 11. v. 23.
Luc. 11. a. 3: *Panem nostrum quotidianum.* Matth. c. 6. v. 11.
Luc. 12. g. 56: *Hoc autem tempus quomodo non probatis?* Matth. c. 16. v. 2. & 3.
Luc. 17. g. 35: *Duo in agro, vnus assumetur &c.* Matth. c. 24. v. 41.
Luc. 18. d. 19: *Quid me dicis bonum?* Matth. c. 19. v. 17.
Luc. 20. g. 47: *Qui deuorant domos viduarum.* Matth. c. 23. v. 14.
Ioh. 19. c. 17: *Hebraicè Golgotha.* Matth. c. 27. v. 33.
Act. 1. c. 19: *Ita vt appellaretur ager ille &c.* Matth. c. 27. v. 8.
Act. 1. d. 20: *Fiat commoratio &c.* Psal. 13.
Gala. 5. b. 7: *Quis vos impediuit &c.* Gal. c. 3. v. 1.

FINIS.

Omnia, Catholicæ Eccleſiæ, eiúſque in terra conſpicui capitis, Romani Pontificis, iudicio, ſubmiſſa ſunto.

Franc. Lucas.

Notationes iſtæ in vniuerſa Biblia, magna diligentia & fide ex variis exemplaribus, ad communem ſtudioſorum Diuinæ Scripturæ vſum collectæ, textui vulgatæ editionis illuſtrando non parum conferent; dignæ proinde ſunt (mea quidem ſententia) quæ typis excudantur. Brugis vltimo Iulij anno 1579.

Ita eſt Iacobus Eeckius S. Theologiæ L. Archidiaconus Brugenſ. idémque librorum Cenſor declaratus.